Universidad de Nuevo León
Facultad de Derecho
Biblioteca "Raul Rivacoba"
Entrada
Salida
Nuevo

HOSPITAL REAL
BIBLIOTECA

BIBLIOTHECA IURIS CANONICO-CIVILIS PRACTICA,

IN QUATUOR TOMOS DIVISA

TOMUS [illegible]

[illegible]

Signatura [illegible]

Universidad de Granada
Facultad de Derecho
Historia del Derecho
Estante N
Tabla 172(1)
Número

1240947 91.
BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala B
Est. 050
Núm. 069

Me 140

BIBLIOTHECA
JURIS
CANONICO-CIVILIS
PRACTICA,
IN QUATUOR TOMOS DIVISA.
EDITIO NOVISSIMA

Ceteris auctior.

Seminario de Santiago.

CANONICO-CIVILIS
BIBLIOTHECA

R.47.558

BIBLIOTHECA
JURIS
CANONICO-CIVILIS
PRACTICA,
SEU
REPERTORIUM
QUÆSTIONUM MAGIS PRACTICARUM
IN UTROQUE JURE ETIAM ANIMÆ,
OMNIBUS IN UTROQUE FORO VERSANTIBUS
Atque animarum Curam exercentibus apprime utile, ac neceſſarium
STUDIO AC OPERA CONCINNATUM

FRANCISCI ANTONII BEGNUDELLI BASSI,
Tridentini SS. Theol. Doctoris, Cathedralis Eccleſiæ Friſingenſis Canonici Capitularis ac S. Scholaſtici, nec non Celſiſs. & Rev. DD. JOANNIS FRANCISCI Epiſcopi ac S. R. I. Principis Friſingæ Vicarii Generalis, Officialis ac Conſiliarii Eccleſiaſtici.

Poſt plures Colonienſes Editio prima Italica cæteris omnibus ornatior, in qua noviſſima præbentur Additamenta
Ex Operibus BENEDICTI XIV. Summi Pontificis feliciter Regnantis deprompta.

TOMUS PRIMUS.

948=71

FACULTAD DE DERECHO
BIBLIOTECA
GRANADA

MUTINÆ,
Expenſis MODESTI FENTII Veneti.
M. DCC. LVII.

BIBLIOTHECA
IURIS
CANONICO-CIVILIS
PRACTICA,
SEU
REPERTORIUM
QUAESTIONUM MAGIS PRACTICARUM
IN UTROQUE IURE ETIAM ANIMADVERSIONUM,
CASIBUS IN UTROQUE FORO VERSANTIBUS
Atque ordinem Cleri exercitibus apprime utili, ac facilitem
STUDIO AC OPERA CONCINNATUM
A
FRANCISCO ANTONIO BEGNUDELLI BASSI,
Tridentini SS. Theol. Doctore, Cathedralis Ecclesiae Tridentinae Canonico Capitulari
ac S. Scholastico, nec non Collat. et Rev. DD. IOANNIS PRINCIPIS A NOVA Episcopi S.R.I.
Principis Tridentini Vicario Generali, Officiali ac Cancellario Ecclesiastico.

Tom primus Colonienſis Editio prima Indica cæteris omnibus ornatior,
in qua nonnullis præmittur adfatim ex
Ex Operibus BENEDICTI XIV. Summi Pontificis deprompta.
Regnantis deprompta.

TOMUS PRIMUS.

BIBLIOTECA
CENTRAL
UNIVERSIDAD
CHAPINGO

MUTINÆ.
Typis Monasterii Benedictini, Veneti.

M. DCC. LVII.



SANCTISSIMÆ, AUGUSTISSIMÆ, GLORIOSISSIMÆ CÆLI, TERRARUMQUE

REGINÆ,

VIRGINI VIRGINUM PRIMICERIÆ

DEI GENITRICI DIGNISSIMÆ,

MARIÆ,

SPECULO JUSTITIÆ

IMMACULATO,

ADVOCATÆ PECCATORUM

POTENTISSIMÆ,

PIENTISSIMÆ,

TUTELARI, PATRONÆ

SUPERAMABILISSIMÆ,

SUPERBENEDICTÆ.

SALVE REGINA!

OPUS Juridicum humile, exiguum vigiliarum mearum partum, inter gravem tot distrahentium curarum molem, tandem obstetricante Divina gratia elaboratum, dum sacratissimis Tuis pedibus profunda humilitate subjicio, & sacratiori ausu mitissimo misericordissimæ Matris sinui sublimi reverentia admoveo; videor mihi, illum ad singulariſſimum felicitatis suæ punctum ante *Speculum Justitiæ immaculatum* subito constituisse. Et quid ni? si mundus immundus qua superbus pulchritudinibus, qua horribilis atrocitatibus *Ænigmaticum Divinitatis Speculum* suffragio Apostolico audit, Tu Sereniſſima *Lux Justorum*, Lucidiſſimum *Doctorum Lumen*, vivisſimum Divinitatis Exemplar, inter eminentiſſimam gratiæ & gloriæ tuæ prærogativas hanc denominationem non æques specialiſſime? Certe magnus ille Venetorum Patriarcha S. Laurentius Justinianus Te speculum perlucidum sine auxesi filiali devotione salutat; non minor gravis Ecclesiæ Doctor S. Ambrosius Te ut causam omnium virtutum exemplarem adorat, &, ut sileam alios, ipse primus æternæ veritatis Definitor

Spiritus

Spiritus S. ubi Te præliminariter Aquilæ Evangelicæ, prædilecto, & a Secretis Cordis JESU discipulo in muliere amicta sole apocalyptice præfiguravit, suaviſſimo suo illapsu Eccleſiam docuit, ut hoc ſpeciali inter alia Lauretana mirabilia titulo Te veneraretur, SALVE ergo REGINA, & admitte, Clementiſſima Domina, ut aperiam in parabolis os meum, loquar propoſitiones ab initio, in decachordo ſymbolico pſallat tibi anima mea, & demum lingua mea ex attributis ſpecularibus pro cauſa ſua feliciter & efficaciter oret & peroret. Speculum eſt *Mater intemerata*, utpote ſpecierum in & a ſe diffuſarum fœcundiſſimum, at *minime læſum*; *Amicus fidelis* reprehendens & laudans *incorrupta fide*; *Cos ſubtiliſſima* victricis & cordium triumphatricis, acuens arma pulchritudinis, inde *Splendor & acies*; *Lapis Lydius* cenſor ſtrictiſſimus examinans auream gratioſitatem oris & moris, *auri index*; *Conſulens*, *Advocatus*, & *Secretarius intimus*, confidentialis ſecretorum domeſticorum arbiter, cui *intima panduntur*; *Teſtis omni exceptione eminenter major*, cujus ſolius depoſitioni plena defertur fides, *ſufficit unus*; *Fidejuſſor principalis*, ſub cujus ſola cautione ſecure proditur in publicum, *hoc duce tuti*. *Liber Inſtitutionum* jam olim judicio orbis antiqui famoſiſſima omnis decoris præſcribens rudimenta, *noſce teipſum*; *Hieroglyphicum Juſtitiæ omnibus omnia*, *cuique ſuum* tribuens.

En ſuccinctam Laudum Tuarum & indigentiarum mearum decadem! adaperio ſenſum, pando myſteria, decurro ardentiſſimis ſuſpiriis & votis nuncupativis ſingula. *Mater intemerata*! Speculum *minime læſum*, ex quo Unigenitus Dei Filius ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ Patris, Sol Juſtitiæ intemerate prodiit, auxiliare, ut radii juſtitiæ ſub Tua illuminatione collecti ſine læſione conſcientiæ & propriæ & alienæ intemerate & integerrime procedant in publicum! *Amica fidelis*! Speculum *incorruptæ fidei*, ad quod recurrit mens mea excitata verbis Proverb. VII. *n.* 4. *Dic Sapientiæ ſoror mea es*, & *Prudentiam voca amicam tuam*, Sedes Sapientiæ, imo prima ſedium Divinarum aſſiſtrix Virgo prudentiſſima, dignare favore Tuo hos exiguos pure pro gloria Filii Tui, & Eccleſiæ utilitate ſuſceptos conatus, ut fideles & ſinceri ubique inveniantur! *Cos ſubtiliſſima* Idæa pulcherrima, per quam exemplatæ pulchritudines Paradiſi animæ ſanctæ acuerunt ſplendentia victricis decoris ſui arma, & noverunt vulnerare cor dilecti vel in uno oculorum ſuorum, & in uno crine colli ſui, a Te enim *Splendor & acies*, ſuſcipe, quem infinitis Titulis Tibi conſecro ingenii & laboris mei partum, ut ab Authore ſuo obſcurus a Tua ſerenitate reddatur amœnus, & acceptabilis coram Deo & hominibus, non ad vanam vanæ laudis complacentiam, ſed ad Numinis honorem, & animarum ſalutem! *Lapis Lydie*! aurea ſcientiarum & doctrinarum pulchritudo eſt veritas, veritatis Magiſtra, diſcrimina in hac opinionum multitudine verum a fucato Sapientiæ auro, utriuſque veſtigia detege, & quidquid minus ſincerum ex humana forte fragilitate in oculis Tuis appareret, elimina, ſicut ex nunc pro non expreſſis authoritativa mea proteſtatione habeantur! *Conſulens & Advocata*! Tibi revelavi cauſam meam, Tu noſti, quo animo & qua intentione hoc opus ſuſceptum ſit, Suffice intima ſecretorum omnium meorum arbitra vires & media efficacia, ut, quod voto Tuo inchoatum eſt, exoptato conſumetur fine! *Teſtis omni exceptione eminenter major*! cujus ſolius teſtimonio & depoſitione conſcientia lætatur ſerena, pro millibus *ſufficis una*; Eſto mihi teſtis in cœlo fidelis, ut, dum venerit ſupremus Judex, reddere unicuique ſecundum *opera ſua*, & inſurrexerint in me teſtes iniqui, liberes animam meam teſtimonio fidei & veritatis! *Fidejuſſor principalis*! ſub cujus cautione talentum modicum a Domino acceptum ſecure expendo, & Publico Bono impendo, Sponde pro anima mea ut Te Duce tuta recipiat Lucrum vitæ æternæ, & gratiam fidejuſſoris meæ non obliviſcar in æternum! *Scutum impenetrabile*! ſub cujus præſidio ſecure latito, ſubtiliſſimum infernalis baſiliſci virus, & omnia alia præſertim maledicarum linguarum *venena retorque*: O quantum, poſtquam ortus eſt Sol Juſtitiæ, & refulſit in hunc clypeum aureum, reſplenduerunt montes ab eo! maxime *mons doctus* Friſingenſis, in quo ſicut in monte Sinai a tempore conſtructionis, dotationis, & fundationis Ejuſdem in honorem Tuum mandavit Deus Legem continuo, & juſtitia ejus ſicut montes Dei, defluxerunt rigantes gratiarum aquæ, & Sapientiæ clamitantis exauditus eſt Echo; patere ergo, ut minimum hujus Mariani montis membrum ſalvum ſe faciat in monte, ſuper hunc montem ſub Tua protectione requieſcat, juſtitiam ibi apprehenſam ibidem fundet, aquas gratiarum hauſtas ad originem ſuam reducat, & per Echonem reflexum ad ſapientiam clamitet! *Liber Inſtitutionum*! ex quo omnes erudiuntur ad juſtitiam; taceo Sanctos Anſelmos, mellifluos Bernardos, ſapientiſſimos Albertos Magnos, ſubtiles Scotos &c. ſufficiat vel ſolum commemorare S. Raymundum de Pennafort, qui Tuo præcipue favore quinque Decretalium Libros collegit, inſtrue & adjuva infirmitatem meam, ut ego Tua deducente dextera felicem hujus compilationis terminum attingam! *Symbolum & Speculum Juſtitiæ immaculatum*!

Redde

Redde in hoc opere, quod Tuum eſt intentione, auxilio, & conſecratione, *omnibus omnia*, *cuique ſuum* Deo gloriam & laudem, Tibi honorem & gratiarum actionem, Eccleſiæ utilitatem & incrementum, legentibus fructum centuplum, litigantibus pacem cum juſtitia, animabus ſalutem, & mihi meritum. Eia ergo Advocata & Patrona pientiſſima, ſuperamabiliſſima, introeant in conſpectu Tuo hi ſimplices ſed devotiſſimi gemitus, inveniat gratiam humillima hæc deprecatio, & dum ſic tenerrime & eviſceratiſſime invoco, clementiſſime & potentiſſime advoca, ita ſuſpirat

Tuus

Devotiſſimus, Humillimus
Auctor.

TYPO-

TYPOGRAPHUS
AD
LECTOREM,
SUPER HAC ULTIMA EDITIONE.

QUanti ſit valoris hæc quam tibi recens excuſam offerimus, Reverendiſſimi admodum & Illuſtriſſimi Viri D. D. *Franciſci Antonii* BEGNUDELLII *Bibliotheca Juris Canonico-Civilis Practica*, vel ipſe, LECTOR BENEVOLE, judicaveris, qui juſtus æſtimator meriti, res æqua libra perpendens, illius pretium noveris. Cum igitur nihil laudis huic ſat per ſe commendato operi addere poſſet ſuſcipiendum de illo encomium, in ipſo limine ſubſedemus, ne temere audaces, fortuna non juvante, votis impar cedat exitus, neve noſtrum magis, quam alienum laudare incuſemur.

Hoc etenim monitum te volumus, LECTOR AMICE, nos ſcilicet hic aliquid bene de te præſertim ex eo meritos eſſe, quod hanc noviſſimam Editionem non cæteris emendatiorem modo ſis experturus, ſed & multo auctiorem; utpote quæ innumeris diſperſis per univerſum Opus additamentis, ordine ſuo concinnatis, ad rem apprime facientibus, & a peritiſſimis in Jure Viris, ex melioris etiam nominis Auctoribus, *Tuſcho* nempe, *Sabello* & aliis prudenter excerptis, accurate ſelectis, & optime digeſtis ditata prodeat; quæ quidem ut legenti cuique patefierent, etiamſi ſuis inſerta locis, nota hæc ¶ in materia, æque ac in Elencho Quæſtionum cujuslibet Tomi, atque etiam in copioſiſſimo totius Operis Indice Generali appoſita, his ſecernendis potiſſimum inſerviet. Jam vero ſuſcepti in gratiam tuam penſi, navatæque in ſpem & cum animo tibi obſequendi operæ non pœnitebit, ſi tibi gratus acceptuſque evaſerit noſter hic labor; Quo fruere, & Vale.

Ne vero quidquam noſtro ſtudio deſit, quominus hæc prima Veneta editio ceteris aliis illuſtrior evadat, nonnullas adjecimus doctrinas ex operibus Supremi Pontificis, tam optime non minus de tota Catholica Eccleſia, quam de litteraria Repubblica meriti, Benedicti XIV. feliciter regnantis depromtas: eaſque aſteriſmo * indicavimus.

AUTHOR LECTORI.

CUM forenſium aut judicialium cauſarum, munerumque publicorum exercitationem, ſi non impoſſibilem, certe difficillimam quilibet experiri debeat, ſine prævia Doctorum, tum Theologorum, cum materias Juris Canonici, ac Civilis tractantium notitia, ideo, ut facilius bono publico inſervire poſſem, quamprimum me ad munera publica vocatum, aut vocandum comperi, protinus pro viribus inſudare cœpi, ut ex prædictis Doctoribus mixtum aliquod *Repertorium* pro commoditate mea mihi formarem. Quod poſtea viſum ab Amicis, ut publicæ luci traderem pluries ſolicitatus, ſæpe vix non invitus precibus acquievi, ſæpius renui. Prævaluerunt tamen diverſæ, & iteratæ Amicorum inſtantiæ, quibus compulſus conſenſum dedi, ut iſte meus qualis qualis labor in lucem prodiret, ratus, parvulo libello hunc comprehendi poſſe: dum autem citra opinionem meam animadvertiſſe uno aut altero Tomo contentum non eſſe, ab incepto opere non ſemel deſiſtere cogitaveram, & hoc vel maxime, cum ob anguſtiam temporis, & continua negotia publica, ita ut mihi ipſi idem ſemper eſſe non potuerim, in tanta controverſiarum copia, me ad omnia intentum eſſe non poſſe, præviderim. Prævaluerunt tamen, ut dixi, Amicorum inſtantiæ. Accipe proinde, BENIGNE LECTOR, eundem bono animo, & amicis lege oculis: & ſi videbis me non omnia diſcuſſa tradidiſſe, ſcias intentionem meam non fuiſſe tractatum aliquem formare, in quo methodice materias, ac Quæſtiones diſcuterem, ſed, ut dixi, ſolum *Repertorium* aliquod. Hinc mentem, & ſententiam meam non in omnibus interpoſui, ſed ſolum opiniones Doctorum retuli pro contingentia caſuum, & circumſtantiarum qualitates poſtea melius diſcutiendas: Nec mihi parum profuit; proderit proinde forte & tibi BENIGNE LECTOR: facile enim eſt bonas opiniones a malis diſcernere, quando authores deſideratas materias tractantes inveniri poſſunt. Doctores in hoc opere citatos quos ad manus habui, quantum licuit, in fonte videre voluit: ſi tamen ab aliquibus male relatos, aut alias aliquid ſuperfluum, ſæpius repetitum, aut omiſſum inveneris, candore judicii tui ſupple, & Vale.

Approbatio Ordinarii.

PRæſens Opus Canonicum, quod inſcribitur *Bibliotheca Canonico - Civilis Practica* a Reverendiſſimo D. *Franciſco Antonio* BEGNUDELLIO BASSO Sacroſanctæ Theologiæ Doctore, Cathedralis Eccleſiæ Friſingenſis Canonico, in Spiritualibus Vicario Generali, Officiali, & Scholaſtico, ſummo ſtudio & diligentia congeſtum, & elaboratum, a Theologis lectum & approbatum, juſſu & nomine Reverendiſſimi & Celſiſſimi D. D. JOANNIS FRANCISCI, Epiſcopi Friſingenſis, S. R. I. Principis, &c. a me viſum prælo, & publica luce digniſſimum cenſeo, & ideo, ut imprimi poſſit, licentiam impertior.

Ex Commiſſione Rev.mi & Celſiſſ. Epiſcopi
Friſing. S. R. I. Principis &c. &c.

Friſingæ die 17. *Junii* 1709.

Joannes Reiſchl S. S. Theol. Doct.
Celſiſ. ac Rev^mi. Principis & Epiſc.
Friſing. Conſiliarius Eccleſiaſticus,
ad S. Vitum Canonicus.

Cenſura.

CAve tibi, quiſquis es, & ſine me abundantiſſime, & ſupra me imcomparabiliter pro inſigni pretioſitate hujus *Bibliothecæ Canonico - Civilis Practicæ*, vel ſola ſimplex Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Compilatoris & Authoris nominativa expreſſio, ac pleniſſime fidejubent pro puriſſimo *Catholicæ veritatis nitore* tum meritiſſima Doctoratus Theologici aureola, tum Supremæ in *Monte docto Friſingenſi* Scholaſteriæ character dignitate illuſtris; pro veriſſima & ſolida *ſententiarum & opinionum probabilitate* exquiſitiſſima longo uſu & ſtudio Canonum ac Legum comparata prudentia; pro tutiſſima *praxeos Securitate* adminiſtrata in tot ſublimibus officiis publicis per plurimos annos cum incorruptibili integritate Juſtitia. Plura ſicut nec a me expetenda, ita nec per me pro ſolutione publici debiti præſtanda ſunt. Sufficiat ergo, ad humiliter obediendum præcepto authoritative mandantis, & reverentialiter gratificandum humilitati petentis adimplere omnem juſtitiam, hoc unus ſimpliciſſime atteſtari, me præſens opus materiarum varietate amplum & rarum, methodo & ſcribendi ordine concinnum & ſuave, opinionum relatione accuratum & fidele, Legum & Canonum pondere grave, Doctorum numero & authoritate ponderoſum, doctrinæ propriæ, ubi incidit, ſoli ditate fundatum & ſecurum, laboris & operæ magnitudine ingens, ab omni macula erroris, fidei, vel peccati alienum, ad publicam Boni publici utilitatem publica luce ſumme dignum maximo cum Studio legiſſe, juſtiſſime adeoque pro publico veritatis teſtimonio cum appoſitione nominis mei & propriæ manus ſubſcriptione in fronte ejuſdem, non tamen ſine gloria, erubeſco. *Friſingæ* 3. *Maii* 1709.

Fr. Albertus Reiffenſtuel, Ord. Min.
S. P. Franciſci Reform. Lector Jubilatus & S. S. Canonum actualis.

ELENCHUS
VERBORUM, & QUÆSTIONUM

ac Summarium materiarum, quæ in Tomo Primo continentur.

In quo primi numeri denotant numerum marginalem cujuſvis paginæ.

ABBAS.

§. I.

Abbatis Electio.

1 QUomodo, ac qualiter facienda, & de forma *cap. quia propter.* ubi etiam edicta citatoria qualiter ſint concipienda, & inſtrumentum electionis. *a num.* 1. *ad* 9. *Pag.* 1

9 Electio per abuſum Laicæ poteſtatis quæ ſit, & an nulla. *p.* 2

10 Simoniaca quæ, & quando nulla, ſicut non facta de magis digno, nec per concurſum. *uſque ad n.* 13. *ib.*

14 Intra quod tempus fieri debeat, ac de ejus devolutione. *num.* 14. *ſeqq.* *ibid.*

§. II.

Abbatis Confirmatio, & Benedictio.

1 Confirmatio, & Benedictio Abbatis, qualiter facienda, & de proceſſu inquiſitionis ſuper qualitate promovendi &c. *a num.* 1. *ad* 15. *pag.* 4. 5. *&* 6.

16 Electus ante confirmationem quænam exercere poſſit. *ibid.*

§. III.

Quoad Pontificalia.

1 Jus exercendi Pontificalia quodnam competat Abbatibus, ac de uſu baculi, mitræ &c. *num.* 1. 2. 3. *&* 4. *pag.* 6

5 Quodnam jus habeant benedicendi paramenta, Eccleſiam pollutam reconciliandi &c. *&* *n.* 6. *ibid.*

7 Quomodo diſpenſet in interſtitiis cum ſuis ſubditis, aut concedat dimiſſorias. *num.* 7. *&* 8. *ibid.*

9 An poſſit conferre Ordines minores ſubditis Epiſcopi cum ejuſdem dimiſſoriis. *ibid.*

§. IV.

Quoad jura Epiſcopalia.

1 An, & quando habeat jura Epiſcopalia; vel quaſi, & an illa præſumantur habere; & tunc quid poſſit. *num.* 1. 2. *&* 3. *pag.* 7

4 Dum diſputatur de competentia Jurium Epiſcopalium, an Epiſcopus, aut Abbas manuteneatur, ac quando quis dicatur habere aſſiſtentiam Juris- *num.* 4. *ad* 14. *ibid.*

10 Habens juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, an poſſit dare licentiam extrahendi aliquem ex Eccleſia in delictis exceptis. *num.* 10. *ſeqq.* *pag.* 7

16 Abbas, ſi habet territorium ſeparatum, in qua Diœceſi dicatur tunc exiſtere, & an præſumatur territorium ſeparatum, & quis poſſit id concedere. *ibid.*

17 Abbas an poſſit præſcribere certam partem Diœceſis. *pag.* 8

18 Epiſcopus an ſit Judex competens, dum diſputatur ſuper validitate exemptionis. *ibid.*

§. V.

Quoad Exemptionem ab Epiſc. &c.

1 Qualiter Abbates ſint ſubjecti Epiſcopo, aut exempti tam quoad perſonas, quam quoad loca. *ibid.*

2 An privilegium exemptionis faciat eſſe territorium ſeparatum, & nullius Diœceſis. *& num.* 2. *&* 3. *ibid.*

4 Exemptio Monaſterii, cum ſui annexis, an faciat etiam eſſe exemptas Eccleſias ad dictum monaſterium ſpectantes. *ibid.*

5 An Epiſcopus habeat fundatam intentionem exercendi juriſdictionem in omnes Eccleſias, & quænam Jura eidem in exemptione Monaſterii reſerventur. *& n.* 6. *ib.*

7 Sub generali exemptione, an comprehendatur exemptio a Viſitatione. *ibid.*

8 An, quando, ac quomodo Abbates ſint exempti a Juriſdictione Epiſcopi quoad Legem Juriſdictionis, & Legem Diœceſanam, & quænam comprehendantur ſub Lege Juriſdictionis, & Lege Diœceſana. *a n.* 8. *ad* 22. *ib.*

22 An & quando Abbates teneantur ad ſubſidium Charitativum Epiſcopo præſtandum. *pag.* 9

§. VI.

Collectanea.

1 An Abbas veniat nomine Monachorum. *ibid.*

2 In cujus manus poſſit renunciare Abbatiam, & quænam renuncianti reſerventur. *&* *num.* 4. *ibid.*

3 Promotus ad Abbatiam, an poſſit renunciare Beneficia, quæ prius poſſidebat, ad favorem alterius. *&* *num.* 4. *ibid.*

5 Abbates, ac Prælati Epiſcopo inferiores an, & quando poſſint recipere reſignationes Beneficiorum. *pag.* 10

6 An a conceſſione uſus mitræ, & baculi paſtoralis, annuli &c. inferatur ad exemptionis conceſſionem. *p.* 10

7 An poſſit prædictis uti, ac Pontificalia exercere extra locum ſuæ juriſdictionis. *num.* 7. *&* 8. *ibid.*

9 An poſſit præſente Epiſcopo populo benedicere. *ibid.*

10 An poſſit conſecrare Eccleſias Abbatiales, aut alias. *ib.*

11 An teneatur ad ſynodum Diœceſanam accedere. *ibid.*

12 An teneantur limina Apoſtolorum viſitare. *ibid.*

13 Abbas, an & quando poſſit conferre Ordines minores ſuis ſubditis, & an poſſit hanc poteſtatem delegare, & an poſſit illos conferre ſuis ſubditis extra ſuum Monaſterium. *&* *n.* 14. *&* 16. *&* 17. *ibid.*

15 An Epiſcopus poſſit ordinare ſubditos Abbatum, etiam ſine dimiſſoriis. *ibid.*

17 Abbas, an poſſit ordinare ſuos Novitios, & quinam ſit novitiorum Ordinarius. *&* *num.* 17. *ibid.*

20 An poſſit cum ordinato diſpenſare in ſuſpenſione contracta ob ordines ſuſceptos ante legitimam ætatem, cum ad illam pervenerit. *pag.* 11

21 An poſſit diſpenſare in interſtitiis cum ſuis ſubditis quoad Ordines maiores. *ibid.*

22 An poſſit litteras dimiſſorias dare Clericis ſæcularibns ſuis ſubditis, aut Novitiis. *ibid.*

23 An poſſit reducere Miſſas Capellaniarum aut anniverſariorum. *ibid.*

24 An poſſit ſæcularium confeſſiones audire, aut ſuorum Monachorum abſque Ordinarii approbatione. Item an poſſit eiſdem adminiſtrare Sacramentum extremæ unctionis abſque Parochi conſenſu. *&* *num.* 25. *ibid.*

26 An poſſit ſuos Monachos excommunicare, aut alios Eccleſiæ ſuæ moleſtiam inferentes. *&* *num.* 26. *ibid.*

28 An poſſint Abbates exempti ab Epiſcopis excommunicari, aut tales declarari. *ibid.*

29 An præcedat Proto-Archimandritam. *ibid.*

30 In Concilio provinciali, quem locum poſſideant. Item an præcedant Dignitates & Canonicos Cathedrales. *&* *num.* 27. *ibid.*

31 Decretum Sacr. Congr. circa uſum Pontificalium Prælatis Epiſcopo inferioribus conceſſorum. *ibid.*

ABBATISSA.

1 Quomodo debeat eligi, & quomodo Epiſcopus tali electioni aſſiſtere debens, percipere poſſit eligentium vota. *&* *num.* 2. *pag.* 13

3 An poſſit Novitia in electione intervenire. *ibid.*

4 Quam ætatem debeat habere Abbatiſſa eligenda, & quot annos profeſſionis. *ibid.*

5 Quas alias qualitates habere debeat, & quando debeat, aut poſſit benedici. *&* *num.* 6. *ibid.*

7 Quomodo, & a quo Abbatiſſæ benedictio fieri poſſit, aut debeat, & quam juriſdictionem acquirat Abbatiſſa benedicta. *a num.* 7. *ad* 12. *ibid.*

13 An Abbatiſſa poſſit exire e Monaſterio, & ex qua cauſa. *ibid.*

14 An poſſit paſci de intereſſe dotis Monialium non ſolutæ. *ibid.*

ABORTUS.

1 Quam pœnam incurrat procurans abortum de utroque jure? *pag.* 13. & de diversis abortibus, & an sit crimen mixti fori. *pag.*13

ABSENTIA.

1. & 2. An absens acquirat jus & quando? *pag.* 14. An possessionem. *n.* 1. *&* 2. *ibid.*
3 Quando absens habeatur pro præsente? an possit præsentari ad beneficium? an lucretur distributiones. *&* *n.* 4. *&* 5. *ibid.*
6 De absente Canonico sine causa a Choro. *pag.*14
7 De absente Reipublicæ causa. *ibid.*
8 Quando incipiat absentiæ licentia data. *ibid.*
9 De absentia ob morbum. *ibid.*
10 Absentia ob persecutionem litis in Beneficio, illiusque juribus, an requirat licentiam Episcopi, *ibid.*
11 De absentis ratificatione. *ibid.*

¶ §. I.

Absentia quotuplex.

1 Absentia duplex est, ordinaria & extraordinaria. *p.*15
2 Absentia extraordinaria multiplex est, & quales sint. *ib.*
3 Absens an dicatur qui remanet per familiam, stante animo revertendi. *ibid.*

§. II.

De condemnatione in absentem.

4 Absenti an quæratur jus & actio. *ibid.*

§. III.

De absente habendo pro mortuo.

5 Absentia longa æquiparatur morti, ita ut aliquando admittantur propinquiores ad capienda bona absentis cum cautione &c. *&* *n.* 6. ¶ *ibid.*

ABSOLUTIO.

§. I.

De absolutione pœnitentiali.

1 In casu necessitatis an Presbyteri Græci Catholici absolvere possint Latinos, & qua absolutione. *p.* 15
2 An absolutio impertita a Sacerdote non approbato sit valida. *ibid.*
3 An absolutio a Sacerdote impertita persona complici in peccato turpi teneat. *ibid.*
4 An absolutio Sacramentalis deneganda sit ignorantibus mysteria Fidei. *ibid.*

§. II.

De absolutione, quæ spectat ad forum externum.

1 Absolutio a censuris quando dari possit, & cui? & quid de absolutione ad cautelam. *&* *n.* 3. *ibid.*
3 Absolutionem petens ad cautelam an dicatur fateri delictum. Et quid de absolutione ad cautelam cum reincidentia. *&* *n.* 4. *pag.*16
5 Data per dolum, aut errorem an valeat? & quid si parti non fuit satisfactum? *&* *n.* 6. *ibid.*
7 Absolutio Calumniatoris quoad solicitationem cui reservetur. *ibid.*
8 Absolutio a sententia excommunicationis latæ cui reservata sit. *ibid.*
9 Absolutus definitive a crimine ab uno Judice, an possit ab alio Judice molestari. *&* *num.* 10. *ibid.*
11 Data pro foro interno tantum an suffragetur etiam pro externo. *ibid.*

Absolutio a Juramento, vide *Habilitatio*.

ACCUSATIO.

Praxis Accusationis, ubi quid sit Accusatio, quid debeat continere, quinam accusare queant, quandonam accusator habeatur pro calumniatore, quandonam succumbat, quandonam in expensas damnetur, de præscriptione accusationis, &c.

1 Accusatio quid sit. *&* *num.* 2. *pag.*16
3 Quid debeat continere. *ibid.*
4 Quinam accusare possunt. *ibid.*
5 Quid præstare debeat accusator. *pag.* 17
6 De accusatore non probante delictum. *ibid.*
7 Accusatore non probante reus absolvitur, sed sub quibusnam restrictionibus. *&* *num.* 8. *ad* 11. *pag.* 22
12 Quid incumbat Accusatori falso? *ibid.*
13 Qualis habeatur Accusator secretus. *ibi &*
14 De præscriptione variorum accusationis generum. *&* *n.* 15. *usque ad* 18. *ibid.*

ACQUISITA.

Ubi quatenus acquisitio filii prosit patri.

1 De acquisitis per filium ex industria sua. *p.*18
2 De acquisitis partim ex pecunia patris, & partim ministerio, & industria filii. *pag.* 18
3 De acquisitis per filium proprio nomine negotiantem. *ibid.*
4 De acquisitis a filio habitante cum patre & illius bona administrante. *ibid.*
5 Acquisita per uxorem qualia præsumantur. *ibid.*

ACTIO.

1 Actiones an cumulari possint? uti possessorii & petitorii, civilis, & criminalis, *&* *n.* 2. & quando personalis & criminalis præscribatur. *&* *num.* 4. *&* 5. *ibid.*

ACTA.

1 Acta coram Judice Laico an reus gaudeat immunitate Ecclesiastica an valeant. *pag.* 18
2 Acta unius Judicis an probent in alio judicio. *ibid.*
3 Deperdita quomodo probent, & quando faciant notorium. *&* *n.* 4. *ad* 7. *ibid.*
8 De illorum transportatione, si sunt lacerata, a quo præsumantur lacerta, contra quem probent. *&* *num.* 9. *ad* 12. *ibid.*

ADMINISTRATOR.

1 Administratores bonorum Ecclesiæ, aut locorum piorum coram quo teneantur reddere rationes, & ad quid teneantur. *&* *num.* 2. *usque ad* 7. *p.* 19

ADULTERIUM.

§. I.

Praxis Adulterii.

1 Quid sit adulterium, & quomodo puniatur de jure Can. in Laico, quomodo in Clerico. *&* *n.* 2. *p.* 20
3 Quomodo probetur in ordine ad pœnam, & quomodo ad thori separationem seu divortium. *ib.*
4 An sit mixti fori. *ibid.*
5 An adulteria mutua compensentur? *ibid.*

§. II.

Cui competat jus accusandi adulterium, & quæ pœna de Jure Civili hodie statuatur.

6 Pœna adulterii varia est. *ibid.*
7 Cujusnam sit adulterium accusare, & sub quibusnam restrictionibus. *&* *n.* 8. *ad* 10. *ibid.*
11 An nemine accusante possit contra hoc crimen ex officio inquiri? *p.*21
12 An vir conjugatus sit adulter qui habet copulam cum soluta? *ibid.*

§. III.

De effectibus adulterii, Vide *in ver.* Divortium.

13 1°. Tribuit causam separationi thori. *ibid.*
14 2°. Inducit impedimentum criminis. *ibid.*
15 An adulter, si maritus occidat adulteram uxorem in adulterio deprehensam, fiat irregularis? *ib.*

ÆDIFICIUM.

Vide *Fabrica*.

ÆSTIMATIO.

Vide etiam *Peritus*.

1 Qualiter facienda a perito, & ad quod tempus referatur. *&* *n.* 2. & quando habeat præſumptionem pro ſe quod ſit vera? *&* *n.* 3. quando probet valorem. *&* *n.* 4. 5. 6. *&* 7. *pag.* 21

8 Æſtimatio an poſſit impugnari ab eo qui illam approbavit. 22

9 De æſtimatione dotis & illius effectibus. *&* *n.* 10. 11. *&* 12. *ibid.*

ÆTAS.

1 Quot ſunt hominis ætates. *ibid.*

2 Proximus infantiæ an poſſit alios ſibi obligare ſine Tutore. *ibid.*

3 Quinam dicatur ſenex, & effectus ſenectutis. *ibid.*

4 Ad teſtificandum quænam ætas admittatur & quænam ad matrimonium, quænam ad condendum teſtamentum. *&* *n.* 5. 6. 7. *&* 8. *ibid.*

9 Quænam ad ingrediendam Religionem tam in maribus quam fœminis. *ibid.*

10 Quænam ad obtinenda beneficia ſimplicia aut Juriſpatronatus, ad Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis, de Jure com. & de Jure Concil. Tridentini, ad Collegiatas, ad Curam animarum, ad penſiones, Epiſcopatum, Beneficia regularia, ad ordines, ad jejunium. *&* *n.* 11. *ad* 19. *ibid.*

20 Ætas, quomodo probetur. *&* *n.* 21. *pag.* 23

¶ AFFINITAS.

Praxis affinitatis; ubi quid ſit, & quotuplex, quandonam ceſſet, an compellatur affinis ad teſtificandum, & an detur ſucceſſio affinium.

1 Affinitas quæ dicatur, & quare ſic dicta. *pag.* 23

2 Affinitas quotuplex, Jure Can. & Civili. *&* *n.* 3. 4. *&* 5. *ibid.*

6 Affinitas quando ceſſet, & an affinis admittatur ad teſtificandum pro affine in criminalibus, & alia. *pag.* 24

7 Affinis quandonam compellatur ad deponendum contra affinem. *ibid.*

8 Affinis deponens contra affinem quandonam probet. *ibid.*

9 Affinis quandonam dicatur voluntarie depoſuiſſe. *ibid.*

10 Affinitatis jure an & quando detur ſucceſſio. *ibid.*

AGGRESSIO.

1 Aggreſſor inter plures vexantes, ſi non appareat, quis præſumatur. *pag.* 24

2 Aggrediens aliquem animo vulnerandi tantum, ſi ex aliqua cauſa occidat, qualiter teneatur. *ibid.*

3 Aggreſſus ab alio cum armis quid preſtare poſſit. *ibid.*

4 Aggreſſus ab alio, ſine armis, volente alapa percutere, qualiter poſſit illum licite offendere. *ibid.*

5 Aggreſſus qualiter poſſit ſe defendere etiam diverſo genere armorum. *ibid.*

6 Aggreſſus qualiter non obligetur ad defenſam. *pag* 25

7 Aggreſſus a furioſo, amente, vel ebrio, an poſſit illum occidere. *ibid.*

8 Aggreſſus ſi aggreſſorem vulneret, vel occidat legitime ſe defendendo ad nullam reſtitutionem tenetur damni illati; imo & quod juſtius agat, quam Judex ex lege vita privans, & quare. *&* *n.* 9. *ibid.*

10 Aggreſſus ponens alios ante ſe ad evitandos ictus, ſi aliquis ex hac cauſa occidatur, an teneatur. *ibid.*

¶

ALIENATIO BONORUM ECCLESIÆ.

§. I.

Praxis alienationis bonorum Eccleſiæ.

1 An ſit nulla ipſo jure, vel irritanda. *pag.* 25

2 Requiſita ad legitimam alienationem. *&* *n. ſeqq.* *ibid.*

3 Pœnæ alienantium. *ibid.*

4 A quibus impugnari poſſit. *&* *n. ſeq.* *ibid.*

6 Quomodo Eccleſia reſtituenda. *&* *n. ſeq.* *pag.* 26

8 Quid veniat nomine alienationis. *ibid.*

9 Quænam res Eccleſiæ, & quando alienari poſſint. *&* *n.* 10. *ad* 17. *ibid.*

18 An bona Eccleſiæ nulliter alienata præſcribi poſſint. *pag.* 27

§. II.

Solemnitates requiſitæ a Jure in alienatione bonorum Eccleſiæ.

19 Solemnitates requiſitæ in alienatione bonorum Eccleſiæ. *&* *n. ſeqq.* *ibid.*

20 Conſenſus Capituli, qualiter, & quando intervenire debeat. *&* *n.* 21. *ibid.*

22 Utilitas Eccleſiæ in hac alienatione qualis eſſe debeat, & qualiter, ac quando præſumatur adfuiſſe, & de cauſis alienandi. *&* *n.* 23. *ad* 26. *pag.* 28

27 An alienatio bonorum Eccleſiæ ſine cauſa, & ſolemnitatibus facta, ſit nulla in totum, an vero tantum Eccleſia reclamante. *ibid.*

28 An facta habita fide de pretio ſit Eccleſiæ utilis. *pag.* 29

29 Forma examinis teſtium pro probanda cauſa, & utilitate alienationis faciendæ. *ibid.*

§. III.

Praxis Alienationis bonorum Eccleſiæ poſt Extravagantem Ambitioſæ.

30 De Extravante *Ambitioſæ* in alienatione bonorum Eccleſiæ neceſſario ſervanda, & de pœnis contravenientium. *pag.* 30

31 Beneplacitum Apoſtolicum in dicta alienatione, quomodo & quando neceſſarium. *ibid.*

32 An neceſſarium in alienatione de una Eccleſia in aliam. *&* *n.* 33. *ibid.*

34 An neceſſarium in locatione, & in quali. *&* *n.* 36. *ibid.*

35 An conceſſum, ut bona poſſint dari in emphyteuſim, ſuffragetur, ut illa poſſint dari in cenſum perpetuum. *pag.* 31

37 In tranſactione an neceſſarium. *ibid.*

38 An debeat neceſſario præcedere alienationem, an vero ſufficiat, ſi ſubſequatur, & quando præſumatur præceſſiſſe. *ibid.*

39 An beneplacito Apoſtolico non adhibito alienatio ſit abſolute nulla, licet adfuerit evidens Eccleſiæ utilitas. *&* *n.* 49. *pag.* 32

40 An præſumatur interveniſſe remiſſive. *ibid.*

41 An alienatio ſine Beneplacito Apoſtolico ſit nulla abſolute, an vero tantum Eccleſia volente. *ibid.*

42 An ſit neceſſarium in alienatione Reliquiarum. *ibid.*

§. IV.

Praxis Executionis Beneplaciti Apoſtolici.

44 De verificatione clauſulæ *ſi in evidentem* in Beneplacito Apoſtolico apponi ſolitæ, & etiam de clauſula, *vocatis vocandis, ſi tibi conſtiterit, &c.* *&* *n.* 45. 46. 47. 48. 49. 50. *&* 51. *ibid.*

52 Beneplacitum Apoſtolicum, an, & quos defectus ſuppleat, & an ſuppleat defectum cauſæ. *pag.* 42

53 Utilitas Eccleſiæ de quo tempore conſiderari debeat. *pag.* 34

54 An & quando alienans cum conditione, ſi ſupervenerit Beneplacitum Apoſtolicum, incurrat in pœnas Extravagantis *Ambitioſæ*. *ibid.*

56 Methodus exequendi Beneplacitum Apoſtolicum. *&* *n.* 57. *ad* 58. *ibid.*

ALIMENTA.

§. I.

Quis alere teneatur.

1 Quando pater teneatur alere filium legitimum, emancipatum, contrahentem matrimonium contra voluntatem patris, xeeuntem e Religione naturalem ſpurium. *pag.* 35
An valeat ſtatutum, pactum, conſuetudo, juramentum &c. quod pater non teneatur alere filium. *ibid.*
2 An pater adoptans teneatur alere filium adoptivum. *ibid.*
3 Ex quibus cauſis poſſint filio denegari alimenta. *ibid.*
4 An, & quando filiæ, quæ peccavit in corpus ſuum, denegentur a patre alimenta. *ibid.*
5 An filio, qui portionem ſuam propria culpa diſſipavit. *ibid.*
6 An debeantur filio, qui poteſt ſe ipſum alere. *ibid.*
7 In quo loco ſint præſtanda alimenta debita, in domo, an extra illam. *ibid.*
8 Quid ſi pater ipſemet egeat. *ibid.*
9 An avus teneatur alere nepotem ex filio, aut neptem dotare &c. *ibid.*
10 An, & quomodo mater teneatur alere filium, etiam ſpurium &c. *ibid.*
11 Filius, an, & quomodo debeat alere patrem, & matrem. *pag.* 36
12 An obligatio alendi filios tranſeat ad hæredes patris. *ibid.*
13 An frater teneatur alere fratrem aut ſororem, & in qua domo. *ibid.*
14 An conſanguinei ſe invicem alere debeant. *ibid.*
15 An Monaſterium teneatur alere filios egenos patris ingreſſi. *ibid.*
16 An uſu-fructuarius teneatur alere, quos pater alere tenebatur. *ibid.*
17 An fiſcus alat filios, &c. condemnati de bonis confiſcatis. *ibid.*
18 An, ubi, & quando maritus alat uxorem, & e contra. *& num. ſeqq.* *ibid.*
22 An Monaſterium alat maritum aut uxorem ingreſſi. *ibid.*
23 Quid ſi maritus non poteſt conſequi dotem promiſſam. *ibid.*
24 An obligatio mariti alendi uxorem tranſeat ad ejus hæredes. *pag.* 37
25 An ſocer præſtet alimenta nurui pauperi, & e contra. *ibid.*
26 An privignus novercam, & an Vitricus privignum. *ibid.*
27 An pupillus tutorem pauperem inventarium conficientem, vel iter pro pupillo facientem. *ibid.*
28 An donatarius omnium bonorum donatorem pauperem. *ibid.*
29 An diſcipulus Magiſtrum pauperem. *ibid.*
30 An Eccleſia patronum pauperem. *ibid.*
31 An Dominus Vaſallum, & e contra, & ſubditi Dominum &c. *ibid.*
33 An teſtes a producente, & inquiſitores a fiſco. Ubi etiam de Judice, & Notario accedente ad examinandos teſtes. *ibid.*
An Epiſcopo viſitanti, ſeu Viſitatori. *ibid.*
34 Obſides, & carcerati, a quo ali debeant. *ibid.*
35 Animal depoſitum, vel pignoratum, a quo alatur. *ibid.*
36 Confugientes ad Eccleſiam, a quo alantur. *ibid.*
37 Infantes expoſiti, item milites, a quo alantur. *ib.*

§. II.

Alimenta an debeantur pendente lite.

38 Alimenta an debeantur pendente lite. *ibid.*
39 An maritus teneatur alere uxorem pendente lite ſuper divortio, & quis ſit Judex competens ſuper alimentis. Item an Monaſterium alat Monachum ſecum litigantem. Item Dominus ſervum. *& num.* 40. *&* 41. *ibid.*
42 An alens pendente lite, alimenta repetat, ſi litem vincat. *ibid.*

§. III.

Alimenta qualiter petantur?

43 Alimenta qualiter petantur, an officio Judicis, an actione. *& num.* 48. *ibid.*

§. IV.

Quæ veniant nomine alimentorum, & quanto tempore debeantur.

46 Quid veniat nomine alimentorum, & quanto tempore obligatio alendi duret. *& num.* 47. *ibid.*
48 Præteriti temporis quomodo petantur. *pag.* 38
49 An præſtita ab eo, qui alere non tenetur, poſſint repeti. *ibid.*

§. V.

Alimenta a quo Judice petenda?

50 Alimenta a quo Judice peti poſſint, & an, & quando ſit illorum petitio mixti fori. *ibid.*
An illorum Petitio ſuſpendat cauſam principalem. *ib.*

ALTARE.

Praxis Altaris, ejuſdem erectionis, & conſecrationis.

1 Altare quid ſit, & quotuplex, & quale eſſe debeat. *ibid.*
2 An poſſit conſtrui ſuper ſepulchra hominum. *ibid.*
3 An, quando, & quomodo dotari debeat. *& num.* 4. 5. *&* 6. *ibid.*
7 Quid obſervari debeat in conſtructione altaris, & de conſenſu Epiſcopi, & forma licentiæ pro ſipſius erectione ab eodem data. *& num.* 8. *ibid.*
9 An debeat eſſe conſecratum, & an poſſit ſuper non conſecrato Miſſa celebrari ſaltem ex Epiſcopi diſpenſatione. *ibid.*
10 Et an remaneat conſecratum, ſi Sacerdos ex incuria, aut malitia ſuper illo celebret. *ibid.*
11 Quæ ceremoniæ, & ſolemnitates ſint ſervandæ in conſecratione altaris, & an incluſio Reliquiarum alicujus Sancti ſit de ſubſtantia. *pag.* 39
12 Quomodo execretur remiſſive. *ibid.*
13 Formulare litterarum patium, ſeu atteſtationis Epiſcopi de altaris conſecratione facta. *& n. ſeq. ibid.*

ANIMALIA.

1 Animal vulneratum, an ſit vulnerantis, an vero primo capientis, & quando, ubi etiam de capto laqueis. *& num.* 2. *ibid.*
3 Animalia fera, facta manſueta, ſi conſuetudinem ad domum &c. redeundi, aut manſuetudinem amiſerunt, an fiant primo occupantis. *ibid.*
An, & quando peccetur traducendo alienas columbas ad ſua columbaria. *ibid.*
4 Animalia ad ſocidam retenta cui pereant. *ibid.*
5 Si poſt emptionem infra triduum moriantur, an pereant venditori aut emptori. *ibid.*
6 Item an illorum mors ſpectet ad Dominum, an vero ad adminiſtratorem. Item, a quo illorum mors ſit probanda, & quod evenerit ſine culpa &c. Item quo tempore debeat illorum mors Domino denuntiari. *& num. ſeq. &* 9. *ibid.*
8 Animalia de mortuis ſubrogata, an conſtituant novum gregem, an vero veniant ſub antiqua hypotheca. *ibid.*

ANNATÆ.

1 Annata, ex qua parte fructuum ſit ſolvenda. Item ex quibus fructibus. *& num.* 2. *pag.* 40
2 An poſſit præſcribi. *ibid.*

APPELLATIO.

1 An appellatio debeat interponi in ſcriptis, an vero, & quando poſſit interponi viva voce. *ibid.*
2 Appellatio in ſuſpenſivo quando admittenda. *ibid.*
3 An debeant eſſe tot appellationes, quot ſunt ſententiæ. *ibid.*

An

An debeat in illa exprimi gravamen. *ibid.*
5 Appellatio quinam poſſint, & quinam prohibeantur appellare, & an contumax. *& a num.* 22. *ibid.*
6 Appellatio coram quo Judice interponi debeat, & an ſit neceſſe illam interponere coram Judice. *p.*51
7 Appellatio an debeat fieri gradatim, an vero, & quando poſſit fieri per ſaltum omiſſo medio. *ibid.*
8 Quomodo appellatio fiat a delegato ad delegantem, ab Ordinario ad immediatum Superiorem, & an a Vicario generali ad Epiſcopum. *pag.* 41
9 Appellatio ab irrationabili judicio Epiſcopi quando permiſſa. *ibid.*
10 Appellatio a ſententia lata ſuper nullitate Matrimonii an ſuſpendat executionem. *ibid.*
11 Appellatio a ſententia pro nullitate Profeſſionis Regularis prolata an ſit interponenda, & proſequenda a Defenſore Profeſſionum. *ibid.*
12 Appellatio in cauſa de damno dato, ad quos Judices deferenda. *ibid.*
13 Appellantes ad futurum Concilium, & a gravamine Litterarum Apoſtolicarum ad poteſtatem ſæcularem excomunicantur. *ibid.*
14 Quis judicet, an ſit appellationi deferendum, & an Judex non deferens poſſit interim aliquid innovare. *ibid.*
15 Deſertio appellationis a quo ſit cognoſcenda, & judicanda. *ibid.*
16 Quænam dicatur appellatio deſerta, & quomodo debeat probari impedimentum, propter quod non potuerit in tempore terminari. *ibid.*
17 An deſertio in dubio præſumatur. *pag.*42
18 An appellatione deſerta, ſit etiam deſerta nullitas cum appellatione intentata. *ibid.*
19 Appellatione deſerta, an, & quando fiat executio ſententiæ. *ibid.*
20 Appellatio intra quod tempus interponi debeat, & an tempus appellandi currat de momento in momentum, & quando incipiat currere &c. *& num.* 21. *ibid.*
22 Tempus interponendæ appellationis an poſſit a Judice minui, vel augeri, aut a partibus, ſicut & tempus introducendæ. *ibid.*
23 Appellans quomodo debeat petere apoſtolos. *ibid.*
24 Appellans intra quod tempus debeat appellationem proſequi, & an poſſit tempus prorogari. *ibid.*
24 An, & quomodo impedito currant fatalia, & impedimentum quomodo probari poſſit, aut debeat. *ibid.*
26 Appellationis fatalia a quo tempore currere incipiant. *ibid.*
27 Impeditus, an debeat proteſtari ad hoc, ut ipſi non currant fatalia. *ibid.*
28 A quo Judice poſſit appellari. *ibid.*
Ab executore, an detur appellatio, & an tunc debeat exprimi gravamen, & quomodo ſuſpendat executionem. *d. num.* 21. *ibid.*
29 A quibus ſententiis appellari poſſit. *pag.*43
30 An in cauſa matrimoniali. Item in cauſis notoriis, uti in confeſſo, & convicto; In cauſis poſſeſſorii. In ſummariiſſimis. A decreto manutentionis. *& n.* 31. *ibid.*
32 Item an & quando appellari poſſit in cauſis alimentorum. Subſidii charitativi Epiſcopo debiti. In cauſis piis &c. *& n.* 33. *pag.* 44
34 An, & quando appelletur a ſententia arbitri, & arbitratoris, & Judicis habentis liberum arbitrium. *& n.* 35. *& 36.* *ibid.*
37 An appelletur in ſententia lata ad favorem fiſci ſuper tributis, vel debito fiſcali. *ibid.*
38 An appelletur a ſententia lata pro ſolvendis decimis. *ibid.*
39 An, & quomodo appelletur a ſententia condemnante ad pœnam a jure impoſitam. *ibid.*
40 An appelletur a futuro gravamine. *ibid.*
41 An appelletur a ſententia, in qua victus appellavit, victor appellare poſſit, ſi Judex omiſerit condemnare victum in expenſis. *ibid.*
42 An, & quomodo appelletur a decretis Viſitationis. *ibid.*
43 An appelletur ab eo, quod fecit major pars Capituli. *ibid.*
44 An a ſententia de demoliendo poſt nunciationem novi operis. *ibid.*
45 An a juramento litis deciſivo, aut ſuppletorio, & a ſententia lata virtute juramenti a reo, vel actore præſtiti. *ibid.*
46 An a ſententia Epiſcopi pronuntiantis reum non gaudere immunitate Eccleſiaſtica, & vice verſa a fiſco. *pag.*45
47 Item an poſſit deferri appellationi frivolæ, & qualis dicatur talis. Item cum periculum eſt in mora. Item in facto proprio. Item in funeralibus expenſis. *& num. ſeqq.* *ibid.*
51 An appelletur a ſententia iaterlocutoria; & quomodo, ac quando. *ibid.*
Appellatio an detur ab interlocutoria Epiſcopi declarantis captum a curia ſæculari eſſe Clericum, & ſic remittendum. *ſub num.* 51. *ibid.*
52 A definitiva inquiſitionis in cauſa hæreſis, an detur appellatio. *ibid.*
53 A relatione examinatorum in concurſu ad Parochiales, an detur appellatio, aut in examine ad ſimplex Beneficium. *ibid.*
54 Appellatio ab una ſententia, an faciat devolvere cauſam quoad aliam, & an appellatio ab interlocutoria ſuper actu, cum quo eſt connexa tota cauſa, ſuſpendat in totum juriſdictionem Judicis a quo. *ibid.*
55 In appellatione ab interlocutoria, ſi judex ad quem pronuntiavit *bene* appellatum, tunc tota cauſa judicanda eſt a Judice ad quem. *ibid.*
56 A ſententententia excommunicationis. Et etiam a ſententia declaratoria aliquem incurriſſe in excommunicationem, an, & quomodo detur appellatio, ſicut etiam a præcepto facto ſub pœna excommunitionis. *ibid.*
57 Appellationis tuitivæ a Judice Laico in cauſis Eccleſiaſticis an concedi poſſint. *pag.* 46
58 An appellatio a ſententia lata juxta probabilem, aut probabiliorem, valeat, & ſit licita. *ibid.*
59 An appellatio valeat, ſi acta non fuerunt integre tranſportata, & quænam tranſportatio ſit neceſſaria. *ibid.*
60 An appellatio extrajudicialis, ſeu provocatio ad cauſam incipiendam ad Archiepiſcopum, cauſa coram Epiſcopo nondum cæpta, an, & quando valeat. *ibid.*
61 Appellatio an detur a decreto carcerationis, vel a carceratione, & quomodo. *ibid.*
62 An appellatio ad Tribunal Dei ſit licita. *ibid.*
63 An appellatio detur in cauſa præcedentiarum. *ib.*
64 An detur a citatione legitima Judicis Eccleſiaſtici, ad quem ſpectat cognoſcere, an quis ſit excommunicandus. *ibid.*
65 An detur a comminatione pœnali. Item a decreto Judicis facto ſine cauſæ cognitione. Item a pronunciatione contumaciæ. *ibid.*
66 Appellans poteſt in appellatione non deducta deducere, & non probata probare. *ibid.*
Appellationis inſtantia ſequitur cauſam principalem, & Judex ſi fuit Laicus in cauſa principali, poteſt etiam eſſe talis in cauſa appellationis. *ibid.*
67 Appellans an poſſit revocare appellationem in præjudicium appellati, & de materia. *ibid.*
68 Appellans frivole, an ſit ulterius citandus, etiam pro examinandis teſtibus. *ibid.*
69 Appellationi delatio facta per conceſſionem reverentialium, an ſtatim operetur effectum ſuſpenſivum. *ibid.*

APOCHA.

1 Apocha, ut probet, quot teſtibus debeat eſſe ſubſcripta. *ibid.*
2 Recognita, quando habeat vim confeſſionis. *p.* 47
3 Ex lege Principis an poſſit facere probationem plenam, aut ex pacto partium. *ibid.*
4 Scripta a tertio de mandato alterius, qui ſcribere neſciebat, quomodo debeat verificari. *ibid.*
5 Recognita per teſtes, quomodo probet. *ibid.*
6 Recognita, aut pro tali pronunciata, an præjudicet tertio habenti inſtrumentum poſterius. *ibid.*
7 Teſtibus non ſubſcripta, an probet. *ibid.*
8 Contra ſcribentem quando probet. *ibid.*

APOSTASIA.

1 Apoſtaſiæ quot ſint ſpecies. *ibid.*
2 Apoſtata a fide, quibuſnam pœnis plectatur, etiam rediens ad finem. *& num. 3.* *ibid.*
4 Quiſnam dicatur Apoſtata ab Ordine, & quænam illius pœnæ, remiſſive. *ibid.*
5 Apoſtata a Religione quis dicatur. *& num. 6. & 7.* *ibid.*
8 An gaudeat privilegio Religionis, a qua apoſtatavit. Item an poſſit petere ab illa alimenta; in illa fieri Abbas &c. & an gaudeat immunitate in illo, aut aliis Monaſteriis. *& num. 9. & 10.* *ibid.*
11 Apoſtata a fide an, & in quam excommunicationis pœnam incidat. *ibid.*
12 Apoſtata, an ubique capi poſſit. *ibid.*
13 An, & quando amittat Beneficia, remiſſive. *ibid.*
14 An poſſit condemnari in contumaciam. *ibid.*

¶ AQUA.

Ubi potiſſimum de aqua e fundo ſuperiori in inferiorem fluente.

1 Aqua fundi ſuperioris qualiter ſit recipienda in fundo inferiore, & alia de aquarum diverſione. *ibid.*
2 Quandonam ſit licita. *p. 48*
3 An aqua poſſit projici, vel immitti in fundum alienum, vel ſtratam publicam, quid ſit lavatura, vel aliud putridum, & tranſeuntes percutiat, & maculet veſtes, an dominus teneatur pro famulis; remiſſive. *& n. 4.* *ibid.*
5 Aqua ſcaturiens in fundo ſuperiori, & fluens in fundum inferiorem, an & quando poſſit averti, & impediri, & alia. *ibid.*
6 Aqua eſt in dominio illius, ubi oritur, & ſucceſſive ubi excurrit. *ibid.*
7 Aqua, vel aquæductus pluribus competens quomodo dividatur, & an poſſit alteri concedi. *ibid.*
8 Aqua ſi fuerit promiſſa, ſi deficiat, ad quid teneatur promittens. *ibid.*
9 Aqua non poteſt de nocte hauriri ex puteo vicini. *ibid.*
10 Habens molendinum in flumine, ſi aqua eſt omnibus ſufficiens, non poteſt altero prohibere ne aliud ædificet. *p. 49*
An & quando poſſit derivari de flumine, ubi reſtrictio. *ſub n. 10.* *ibid.*

¶

AQUÆDUCTUS.

1 Aqua pluvialis ſuperioris agri, an, & quando ab inferiori accipi debeat. *ibid.*
2 Aqua acquiritur Domino fundi, in quo eſt, & poteſt ea uti, quomodo vult, etiam invito Domino inferioris fundi. *& n. 4.* *ibid.*
3 Aquam ducendi per ſuum fundum, qui conceſſit, an teneatur eam pati, ſi graviter per hoc lædatur. *& num. 4.* *ibid.*
5 Vendito fundo, an cenſeatur venditum jus derivandi aquam in dictum fundum. *ibid.*
6 Aqua debetur pro quantitate prædiorum ad ratam, dietim, & horatim. *ibid.*

ARBITER.

1 Arbiter quis ſit, & quotuplex. *ibid.*
2 A quonam detur appellatio. *ibid.*
3 Quamnam juriſdictionem habeat arbiter, aut Compromiſſarius. *ibid.*
4 Electus ab arbitris in diſcordia, an ſit arbiter, & an ſit neceſſaria ipſius præſentia in laudo ferendo, & quid ſi ſit electus a partibus. *ibid.*
5 In cauſa ſuſpicionis ipſius Judicis, a quonam ſint arbitri eligendi, & intra quod tempus, & an poſſint ad id cogi, & de materia. *ibid.*
6 An poſſint procedere ſummarie, abſque Juris ſolemnitatibus. *ibid.*
7 An poſſit compromiſſum fieri in Jndicem Ordinarium. *ibid.*
8 An in quæſtionibus juris: Item in cauſis criminalibus, aut mixtis: Item in cauſis mixti Imperii: Item in cauſis liquidis, ac brevi terminandis. Item in promiſſione jurata &c. *ibid.*
9 In qua parte Judicii poſſit fieri compromiſſum. *ibid.*
10 An illius petitio ſuſpendat jurisdictionem Judicis ordinarii. *p. 50*
11 De aliis caſibus & cauſis, in quibus compromiſſum non habet locum, ubi de Clericis, pupillis &c. *& num. ſeqq.* *ibid.*
16 Compromiſſum, aut laudum, an, & quando obliget ſucceſſores. *ibid.*
17 Compromittere qui non cogitur in cauſa principali, nec tenetur in incidenti. *ibid.*
18 An valeat compromiſſum Canonicorum de eligenda certa perſona. *ibid.*
19 Arbitratoribus diſcordantibus, an debeat eligi tertius, & an unus poſſit laudare ſine altero. *ibid.*
20 Arbiter an poſſit ſuum laudum declarare, mutare, executioni demandare, & dilationes concedere. *ibid.*
21 Quid juris, ſi arbitrator per imperitiam male judicavit. *ibid.*
22 An teneatur citare partes in declarando pretium. *ibid.*
An valeat laudum ſine compromiſſo, vel ſi non fuit citata pars, an poſſit ratificari, & alias quando ſit revocandum. *& num. 24.* *pag. 51*
23 Laudum, quando poſſit ob læſionem reduci. *ibid.*
25 Laudum, quando ſit ſententia, & quando ſit individuum. *& num. 26.* *ibid.*

ARBORES.

2 Arbores, an ſint fructus, aut pars proprietatis. *ib.*
2 Quando ſint plantantis. *ibid.*
3 A vento dejectæ ad quem ſpectent. *ibid.*
4 Infructuoſæ, & nocivæ an poſſint incidi ab emphyteuta &c. abſque pœna caducitatis; & quid in frugiferis, & quænam tales dicantur. *ibid.*
5 Inciſio an ſit licita in fundo Eccleſiaſtico abſque Beneplacito Apoſtolico. *ibid.*
6 Poſitæ in duorum fundorum conndio, ad quem ſpectent. *ibid.*
7 An poſſit ſocius ſuccidere arbores communes. *ibid.*

ARCHIEPISCOPUS.

1 An, & quam Juriſdictionem poſſit exercere ante acceptionem pallii, & quando ſit Metropolita. *& num. 12.* *ibid.*
Factus Epiſcopus, an poſſit uti pallio. *d. num. 1.* *ibid.*
2 Quam authoritatem habeat in ſuos ſuffraganeos, & dictorum ſuffraganeorum ſubditos. *& num. ſeqq. & num. 7.* *ibid.*
5 Quando adminiſtret ſedem vacantem ſui ſuffraganei. *pag. 52*
6 An poſſit quemquam eximere a Juriſdictione ſui Ordinarii. *ibid.*
7 An poſſit exercere Pontificalia in ſua provincia in Dioceſi ſuffraganeorum abſque illorum conſenſu. *ib.*
8 Tenetur denunciare Pontifici abſentiam ſuorum ſuffraganeorum. *ibid.*
9 Quomodo poſſit condere ſtatuta Provincialia, & confirmet Epiſcopos Germaniæ. *ibid.*
10 In appellationibus qualiter debeat relaxare inhibitionem. *ibid.*
11 Quomodo præfigat terminum Epiſcopo ad inſtituendum præſentatum. *ibid.*

¶ ARGUMENTUM a CONTRARIO DUCTUM.

1 Argumentum a contrario ſenſu Legis, vel Canonis, ſive alterius diſpoſitionis eſt fortiſſimum, & utile, & quomodo, & in quibus caſibus locum habeat? *ibid.*
2 Argumentum a contrario ſenſu licet procedat in ſtatis, eſt tamen ſtricte eliciendum ad limites verborum in ſenſu directo poſitorum. *ibid.*

¶

ARMA.

1 Armorum delatio, quibus, & quando ſit prohibita; & in Clericis. *& num. 2.* *ibid.*
3 Arma prohibita ſi fuerunt inventa ſub pedibus plurium, ſed ignoratur, quis ea portaverit, quisnam puniatur. *ibid.*

4 An faciant indicium contra Reum, qui illa portavit. *p.* 53
Pœnæ deferentium arma, & cuinam, & contra quem confiſcentur. *ibid.*
Quid veniat nomine armorum. *ibid.*
5 An in propria domo habeat locum pœna contra deferentes arma. *ibid.*

ARTICULI.

§. I.

Arculi poſitionales.

2 Quid ſint articuli poſitionales, & cur adinventi, & quomodo proponantur. *& n.* 2. *&* 3. *ibid.*
4 Quinam poſſint facere poſitiones, & an ſit prius reſpondendum poſitionibus Rei, an actoris. *ibid.*
Si poſitiones actoris & Rei ſint ſibi contrariæ, quando admittendæ. *ibid.*
5 An debeant fieri in ſcriptis, & coram Judice. *ib.*
6 An, & quomodo ponens dicatur fateri contenta in articulis, poſſitque mutare, corrigere &c. *ibid.*
7 De modo poſitionibus reſpondendi, & de contumace in reſpondendo, remiſſive. *pag.* 54

§. II.

Articuli probatoriales.

8 Articuli probatoriales quid ſint, cur & quomodo formentur. *& num.* 11. *&* 13. *ibid.*
9 In quo differant a poſitionibus, & an articulans fateri dicatur. *ibid.*
10 Intra quem terminum præſentari debeant. *ibid.*
12 Quid ſi ſint irrelevantes, & quomodo tales pronuncientur, & an a tali pronunciatione detur appellatio. *ib. & n.* 18. *ibid.*
13 An ponens, vel articulans jurare debeat. *ibid.*
14 An, & quando poſt teſtium publicationes novi arculi produci poſſint. *ibid.*

§. III.

Miſcellanea aliqua de articulis.

15 Articulus contra tranſactionem, an ſit rejiciendus. *ibid.*
16 Monitorium, quod articuli habebuntur pro confeſſis, quomodo fieri debeat. *ibid.*
17 Clauſula *non ſe adſtringendo*, in articulis poſita, quid operetur. *ibid.*

¶ ASSECURATIO.

Praxis Aſſecurationis, ubi quid ſit, an licita, & quænam ſint jura & obligationes, tum aſſecurantis cum aſſecurati.

1 Aſſecuratio eſt conventio, qua mediante unus infortunium alterius ſuſcepit pretio accepto, frequens eſt inter mercatores maritimos, & licita ſtante ſuſceptione periculi, & pretio. *pag.* 55
2 Aſſecurationis contractus ad hoc ut ſit licitus in foro conſcientiæ, quæ requirantur. *ibid.*
3 Aſſecuratio conſiſtit in incertitudine & alea fortunæ, & ideo non ſuſtinetur, ſi tempore ſtipulatæ aſſecurationis merces fuerint interitæ, & contrahentes potuerint habere notitiam illarum interitus, vel data illius poſſibilitate, quæ arguitur ex qualitate itineris, & locorum diſtantia: quid ſtante pacto expreſſo etiam ſuper mercibus jam peremtis? Ad quos ſpectet probatio incolumitatis mercium tempore aſſecurationis? *ibid.*
4 Aſſecurationis contractus non eſt vetitus, niſi quatenus convenit cum nautico fœnore, & a conventione partium legem accipit; & qualiter teneatur aſſecurator. *ibid.*
5 Aſſecuratio fieri poteſt non ſolum inter mercatores, ſed etiam inter privatos, & non tantum a tertio, ſed etiam inter ipſos ſocios, & contrahentes principales, tam expreſſe, quam tacite, qua mediante feſtinentur plures contractus, & procedit etiam in mutuo. *ibid.*
6 Aſſecurans navem, vel merces, illis diperditis, ad quid teneatur. *ibid.*
7 Aſſecurans navem in ampla forma, tenetur ad omne riſium & periculum, & quomodo? *ibid.*
8 Aſſecurationi quando ſit locus factus probata deperditione mercium, etiamſi navis fuerit recuperata. *ibid.*
Aſſecuratio facta ſuper certa navi, ſi merces deferantur ſuper alia, & fuerint deperdita, non tenetur aſſecurator; *ſub d. num.* 8. *ibid.*
9 Aſſecurans merces, quas quis mendaciter dixit habere in tali navi, ſi navis fuerit deperdita ad quid teneatur. *pag.* 56
10 An & quando poſſit fieri aſſecuratio navis vacuæ. *ibid.*

ASSESSORES. ¶

1 Quam habeant juriſdictionem, & an debeat Judex illorum conſilium ſequi. *ibid.*
2 Suſpecti an poſſint recuſari. *ibid.*
3 An faciant litem ſuam dando malum conſilium. *ib.*

ASSOCIATIO.

1 Quando competat virtute clauſulæ, *Conſtituti. num.* 1. *&* 3. *ibid.*
2 An detur creditori decocto debitore. *ibid.*

ASTROLOGIA.

1 Aſtrologia judiciaria, an, & quo jure prohibita, & quæ talis dicatur. *& num.* 3. *ibid.*
2 Quænam illius pœnæ. *ibid.*

ATTENTATA.

1 Quid ſit attentare, ſive fiat a Judice, ſive a parte, ſive a tertio. *ibid.*
2 Quomodo attentetur lite pendente, & quando dicatur lis pendere. An attententur ante litem motam. *& num.* 9. *ibid.*
3 Geſta a Judice recuſato an ſint ipſo jure nulla. *p.* 57
Geſta dilatione, aut relatione Principi facienda pendente, aut poſt avocationem cauſæ, an ſint nulla. *d. num.* 3. *ibid.*
4 An, & quando geſta pendente termino ad appellandum, ſint nulla, & revocanda. *& n.* 6. *&* 7. *ibid.*
An, & quando geſta pendente appellatione, ſint attentata, & an tollantur, ſi poſtea appellatio deſeratur. *d. num.* 4. *ibid.*
5 An, & quando revocentur acta pendente appellatione ab interlocutoria, vel definitiva. *ibid.*
7 Quomodo attentata purgentur, & expenſæ refundantur. *& num.* 19. *ibid.*
8 An attentata revocentur tantum parte inſtante, an etiam ex officio. *ibid.*
9 An committantur attentata poſt appellationem nulliter, indebite, frivole, injuſte, aut contra prohibitionem juris interpoſitam, & an revocentur etiam poſt inhibitionem. *& n.* 13. *&* 16. *ibid.*
10 Attentata an dicantur geſta in una cauſa, pendente appellatione in alia inter eaſdem perſonas. *ibid.*
An talia dicantur pendente appellatione extrajudicialı, & poſſeſſione beneficii. *d. num.* 10. *ibid.*
11 Attentata an dicantur geſta appellatione pendente, ſi tendant ad faciliorem exitum appellationis, uti prohibendo, ne quis in ſua poſſeſſione turbetur, ne interim nubat, *ibid.*
13 Sequeſtratio fructuum beneficii pendente appellatione an ſit attentata. *ibid.*
13 Quid in cauſa commiſſa cum clauſula *appellatione remota*. *pag.* 58
14 An attentatorum revocatio ſit petenda ante litis conteſtationem in cauſa appellationis. *& n.* 15. *ib.*
An cauſa attentorum ſuſpendat cauſam principalem, an vero una ſimul cognoſcatur, & terminetur. *& num.* 14. *ibid.*
17 An revocentur, cum aperte conſtat de non jure petentis in beneficialibus, & quando. *ibid.*
18 Attentatorum judicium eſt ſummarium, & ſufficiunt leviores probationes. *ibid.*
20 Attentata an dicantur geſta poſt inhibitionem Rotalem. *ibid.*
21 An committantur coram arbitro pendente compromiſſo? Item nullitate, aut reſtitutione in integrum pendente, recurſu, aut ſupplicatione. *ibid.*
22 Judex ad quem ad effectum attentatorum quando

do possit inhibitionem judici a quo relaxare. *ibid.*
23 An causanda attentata, quando sit opus inhibitione Judicis ad quem. *& sub num.* 5. *& 6.* *ibid.*
24 Ad legitimam inhibitionem pro causandis attentatis, quid sit necessarium. *ibid.*
25 Pœnæ attentatorum. *ibid.*

¶ AUDITORES ROTÆ.

1 *Auditores Rotæ quam Jurisdictionem habeant.* *ibid.*
2 Eorum privilegia. *p.* 59
3 Auditores Rotæ faciunt Collegium, & quare? *ibid.*

¶

AUXILIUM.

1 Quinam dicatur præstare auxilium ante delictum, & quæ requirantur, & quando dicatur dolosum, vel casuale. *& num.* 6. *ibid.*
2 Qua pœna puniantur præstantes auxilium in delictis. *& num.* 10. *&* 13. *ibid.*
3 An auxilium præstare dicatur, qui delicto non obviat, & quid si fuit a deliquentibus remotus. *& num.* 5. *ibid.*
4 Auxilium præstans post delictum, qua pœna puniatur. *ibid.*
6 Auxilium præstans in delicto cooperativum, qua pœna puniatur, & quæ requirantur. *& n.* 9. *ibid.*
7 Auxilium dans, an possit puniri, si non constat de principali delicto. *ibid.*
8 Auxilium dans morti Principis, quando teneatur crimine læsæ Majestatis. *ibid.*
11 Auxilium præstans frangenti pacem, qua pœna puniatur. *pag.* 60
2 Auxilium assassinio præstans, an gaudeat immunitate remissive. *ibid.*

BANNITI.

1 CApti extra territorium banni, an possint a Judice banni puniri. *ibid.*
2 An comprehendantur in cautione de non offendendo. *ibid.*
3 Bannitus a Judice Laico, si steterit in Ecclesia, an dicatur fregisse bannum, & quid si sit bannitus a Judice Ecclesiastico. *ibid.*
4 Bannitus, negans se talem, an debeat recognosci. *ib.*
5 Quando possint bannitorum consanguinei cogi ad cavendum pro illis. *ibid.*
6 Habens salvum conductum, & delinquens in loco salvi conductus, an illum perdat. *ibid.*
7 Bannitus, an, & quando sit incapax successionis, & hæreditatis. *& num.* 11. *ibid.*
8 Quando amittat beneficia juris communis, municipalia, & communia. *ibid.*
9 An prohibeatur testari. *ibid.*
10 Bannitus in contumaciam, qua pœna puniatur. *ib.*
12 Mortuus an possit sepeliri in territorio, a quo fuit bannitus, & an sepeliens incurrat pœnam. *pag.* 61
13 An possit ubique citari. *ibid.*
An possit absque pœna illis præstari aliquod receptaculum, an auxilium cibi, aut potus. *ibid.*
14 Restitutus, an recuperet bona per substitutum apprehensa, aut in alium interim translata, & quomodo. *ibid.*
15 An, & quando gaudeant immunitate Ecclesiastica. *ibid.*
16 Propter homicidium præmeditatum non gaudet immunitate Ecclesiastica in statu Ecclesiæ. *ibid.*

BAPTISMUS.

§. I.

Ordo servandus in collatione Baptismi.

1 Ritus in baptizando ille omnino servandus, qui traditur in Rituali Romano. *ibid.*
2 Ritus, & ordo baptizandi, ubi quod id non possit facere inferior præsente superiore &c. *ibid.*

§. II.

In quo loco ministrandus Baptismus?

3 An sit baptismus ministrandus in privatis domibus, & de pœnis contrafacientium. *ib.*
An, & quando Episcopus possit dare licentiam ministrandi Baptismum in privatis domibus, aut ipsemet ministrare. *ib.*

§. III.

Quomodo ministrandus Baptismus?

4 Quomodo ministrandus Baptismus parvulorum, ubi de materia, forma, & intentione ministri, ac pœnis baptizantium in materia dubia. *ibid.*
5 Materia Baptismi, quotuplex, & quæ. *& n.* 6 *ib.*
7 Forma in Baptismo, quæ, & qualis servanda. *p.* 62

§. IV.

Qui sint adhibendi Patrini?

8 Qui sint adhibendi patrini, quinam illi sint, & in quo Baptismo adhibendi. *& num.* 9. *ib.*
10 Quænam requirantur, ut quis possit esse patrinus, & quinam esse possint. *ibid.*

§. V.

11 *Quomodo sit ministrandus Baptismus adultis.* *ibid.*

§. VI.

Quomodo possit, vel debeat iterari Baptismus sub conditione.

12 Quando possit, vel debeat reiterari baptismus & quomodo. *& num.* 16. *&* 18. *ibid.*
13 Rebaptizans an fiat irregularis, & rebaptizatus. *& num.* 12. *&* 13. *ibid.*
14 Quinam Baptismus dicatur collatus sub materia, & forma dubia. *& num.* 14. *&* 15. *ib.*
19 Expositi cum schedula ad collum faciente fidem Baptismi, an rebaptizandi. *ibid.*

§. VII.

Quomodo conferendus Baptismus in necessitate, & sub conditione?

20 Quomodo ministrandus Baptismus in necessitate, & quænam servanda, si tunc adhibeatur materia dubia. *& num.* 20. *&* 22. *ib.*
21 Quinam sit minister in necessitate & ubi, ac qualiter conferri possit. *ib.*

§. VIII.

Quomodo probandus sit Baptismus?

23 Quomodo probetur Baptismus in casum deficientiæ libri Parochialis, in quo scribuntur Baptizati, & formulare examinis testium. *& num.* 23. *&* 24. *seqq.* *p.* 64
Parochus qualiter debeat habere librum Baptizatorum, & quomodo ille liber probet. *ibid.*
27 An probetur etiam per unum testem. *ib.*

§. IX.

Corollaria aliqua circa Baptismum.

28 An possit conferri adulto surdo & muto a nativitate. *ibid.*
29 An possit differri ab adulto ob periculum mortis, aut omitti. *ib.*
30 An possit conferri puero in utero matris, & quando. *ibid.*
31 Quando possit aut debeat ministrari infanti, si ex illo eidem mors acceleraretur. *ibid*
32 An valeat collatus dormienti. *ibid.*
33 An baptizans non subditum extra casum necessitatis

ſitatis peccet, & incurrat excommunicationem. *ib.*
34 An baptizatus Baptiſmo ſanguinis, aut flaminis ſit ſepeliendus in loco ſacro. *ibid.*
35 Baptizatus Baptiſmo dubio, an ſit ſepeliendus in loco ſacro.
36 Quo præcepto Baptiſmus ſit infantibus conferendus. *ibid.*

BARRATARIA.

1 Quale crimen ſit barrataria, & quænam ſit illius pœna. *ibid.*
2 An barrataria præſumatur, vel an ſit probanda, & qualiter. *ibid.*
3 Judex, quando, & in quibus caſibus committat crimen barratariæ. *& num.* 4. *&* 5. *p.* 65
An Judex tunc puniatur, licet pœniteat, & quando. *ib.*

¶ BEGHINÆ.

1 Beghinæ, & fratres tertii ordinis an ſint perſonæ Eccleſiaſticæ. *& n. ſeqq.* *ibid.*

BENEDICTIO SUPER POPULUM.

1 Benedictio ſuper populum quotuplex. *& n. ſeqq. ib.*

¶

BENEFICIA.

§. I.

Erectio Beneficii ſimplicis.

1 Quid ſit Beneficium Eccleſiaſticum. *ibid.*
2 Quid requiratur, ad hoc ut beneficium Eccleſiaſticum ſit tale, ubi de auctoritate Epiſcopi, *ibid.*

§. II.

Erectio Beneficii Jurispatronatus.

3 Beneficium Jurispatronatus, quid ſit. *pag.*66
4 Ad ejus erectionem an requiratur conſenſus Ordinarii, & qualis, vel an ſufficiat conſenſus Vicarii Generalis. *ibid.*
5 Formulare practicum erectionis Beneficii Jurispatronatus; aſſignationis dotis, mandati procuratorii &c. *& num.* 6. *&* 12. *ibid.*
7 Praxis obligandi hæredes ad fundandum Beneficium, quibus a teſtatore fuit hæc fundatio injuncta, & quomodo hæc obligatio fieri debeat ab Ordinario, & quid ſi teſtamentum non fuit perfectum. *& n.* 9. *p.*67
8 In nova erectione Beneficii Jurispatronatus quando incipiat patronis currere tempus ad præſentandum. *p.*68
10 Hæres non fundans beneficium juxta mentem teſtatoris, an amittat juspatronatus? *pag.*69
11 Patronus an poſſit in erectione Beneficii apponere quascumque conditiones, & quas. *& n.* 12. *&* 13. *ib.*

§. III.

Praxis erectionis Parochialium.

14 An Epiſcopi poſſint authoritate ordinaria erigere ſimplices Eccleſias in Parochiales, vel novas erigere, & quando ac quomodo. *ibid.*
15 An in erectione Parochialis poſſit admitti manualitas, ſeu Rector ad nutum amovibilis. *& n.* 16. *ib.*
17 Quænam in diſmembratione, ſeu erectione novæ Parochialis obſervari ſoleant, ac debeant, & an ſufficiat populi numeroſitas, quælibet diſtantia &c. *& num.* 18. *& ſeqq.* *ibid.*
18 Conſenſus Parochi in diſmembratione qualis, & quando ſit neceſſarius, & quænam Eccleſiæ Matrici præſervanda. *& n.* 20. *&* 27. *ibid.*
24 Quomodo Epiſcopus cauſas dimembrationis probare, & illius probationes deſumere poſſit. *pag.*70
25 An, & quando obligari poſſint Parochiani ad dandos, aut fundandos redditus pro nova Parochia, & quando Eccleſia matrix, aut Epiſcopus, & quomodo ſe debeant obligare. *& n. ſeqq.* *ibid.*
28 Formulare inſtrumenti erectionis. *ibid.*
29 An Epiſcopus poſſit Eccleſias Parochiales in ſimplices reducere, aut in Collegiatas, vel Cathedrales. *& n.* 30. *pag.*71

§. IV.

Praxis collationis Beneficiorum.

31 Quotuplex ſit Beneficium, & quid ſit Beneficium naturale. *ibid.*
An ſit ab impetrante Beneficium a ſummo Pontifice facienda mentio naturalitatis beneficii: item mentio loci originis, vel Diœceſis impetrantis, & quomodo. *ibid.*
32 An ejuſmodi beneficiorum collatio ſit neceſſaria, & fieri poſſit a Vicario Capitulari ſede vacante. *p.*72
33 Quænam dicantur Beneficia patrimonialia, & quibus conferenda. *ibid.*
34 Quænam dicantur ſæcularia, & quænam Regularia, & qualia præſumantur, ac quibuſnam conferantur. *ibid. & infra.*
35 In conferente, quænam qualitates requirantur & alia requiſita ad validam collationem, ut quod fiat gratis, pure, libere, abſque diminutione &c. *& n.* 36. *&* 37. *& n.* 80. *ſeqq.* *ibid.*
38 In collatario, quænam qualitates rrquirantur, ut quinam Ordo ſacer, Clericatus &c. & quomodo Clericatus probetur. *& n.* 38. *& ſeqq.* *ibid.*
39 Quid ſi collatarius ſit infamis, aut conjugatus, aut Bigamus. *& num.* 76. *ibid.*
40 An requiratur acceptatio collatarii abſentis. *ibid.*
An beneficium debeat eſſe vacans, & quo tempora conferri. *p.* 73
42 An, & quomodo Epiſcopus conferens indignis privetur jure conferendi. *ibid.*
42 Quandonam collatarius debeat eſſe actu Sacerdos, & quando non. *& n.* 74. *&* 75. *ibid.*
Epiſcopus an poſſit derogare qualitatibus in fundatione poſitis. *ibid.*
46 Formulare patentium collationis, an illæ patentes in contradictorio probent, & quænam collatarius in ipſa collatione præſtet, promittat, aut juret. *ibid.*
47 Forma litterarum teſtimonialium, quæ dantur ab Epiſcopo, pro impetrando beneficio in Curia. *ibid.*

§. V.

De iis ad quos ſpectat providere de Beneficiis.

48 Ad quem ſpectet providere de Beneficiis, & de concurrentia Summi Pontificis cum Ordinariis. *p.*74

SECTIO I.

De Beneficiis reſervatis, quænam illa dicantur, & quis illa conferat.

49 Quis conferat Beneficia devoluta, aut reſervata Pontifici. *ibid.*
50 Quomodo reſerventur Summo Pontifici vacantia apud ſedem Apoſtolicam, aut in Curia, & quinam dicantur Curiales, aut familiares Pontificis, & quomodo præſumatur familiaritas continuata. Item, An Beneficia Cubiculariorum, Collectorum, vel ſubcollectorum &c. *& num.* 60. *ibid.*
51 An in prædicta reſervatione veniant beneficia juriſpatronatus Laicorum, Regularia, Epiſcopatus, aut Abbatiæ. *ibid.*
52 Intra quod tempus debeat Papa conferre beneficia vacantia in Curia, aut alias reſervata. *ibid.*
53 In quo differant vacantia beneficia in Curia, & vacantia apud ſedem. *p.* 75
54 Quænam beneficia reſerventur Pontifici, ubi de vacantibus per obitum Officialium, promotionem ad Patriarchatum, Epiſcopatum &c. Item per privationem &c. per aſſecutionem incompatibilis beneficii &c. *& n. ſeqq.* *ibid.*
58 Quando reſerventur beneficia vacantia Sede Patriarchali, Archiepiſcopali, aut Epiſcopali & vacante. *& infra num.* 150. *ib.*
59 An reſerventur Pontifici dignitates majores poſt Pontificales in Cathedralibus, aut Patriarchalibus Eccleſiis, & principales in Collegiatis, ut Præpoſituræ &c. *& num.* 60. *ibid.*
60 Quomodo, & quando reſerventur Beneficia Germaniæ vacantia in menſibus alternativis, & quænam veniant tunc probanda. *ibid.*
61 An reſerventur Beneficia vacantia ob crimen hæreſis.

resis. Item collata personis prohibitis propter suum genus, & alia. *pag.* 76.
Quomodo fiat devolutio Beneficiorum, & qualiter. *ibid. sub d. n.* 61.

SECTIO II.

De Beneficiis affectis, quæ illa sint, & quis illa conferat?

62 Quisnam conferat Beneficia Papæ affecta. *ib.*
Quænam dicantur Papæ affecta; & an, quando Papa apposuit manus nulliter seu inutiliter ob incapacitatem subjecti provisi &c. & de aliis modis, protut. *& n.* 66. *ibid.*
63 Quid si Pontifex nulliter, aut inutiliter apposuit manus, ubi vigent Concordata Germaniæ. *ib.*
64 An trimestre virtute Concordatorum Germaniæ ad conferenda beneficia Papæ competens currat de momento in momentum, ita ut dies vacationis sit computandus in terminio trimestris. *pag.* 77.
65 An illud trimestre currat Summo Pontifici legitime impedito, aut vacationem ignoranti, & an Sede Pontificia vacante ante trimestre. *pag.* 78.
67 Quis conferat Beneficia reservata Sede Pontificia vacante. Et an Collegium Cardinalium. *& n.* 68. *& n.* 157. *ibid.*
68 An Concilium Generale conferat Beneficia. *ibid.*
69 An conferat Legatus a latere, & quando, & alia, quæ potest circa Beneficia, ac alia disponere. *ib.*
70 Quinam veniant nomine Ordinarii in collatione Beneficiorum. *ibid.*
Quomodo conferat existens in possessione conferendi, licet non habeat proprietatem. *ibid.*

§. VI.

Quibus sint conferenda Beneficia & intra quod tempus, & quomodo?

71 Quibus sint conferenda Beneficia, & an semper secularia sæcularibus, & Regularia Regularibus, & quænam præsumantur. *& num.* 72. 74. *& 76. pag.* 79.
73 An Beneficia a Regularibus quadraginta annis gubernata, fiant Regularia, & e contra. *ibid.*
76 Quandonam dicatur Beneficium sacerdotale actu, aptitudine, &c. *ibid.*
77 An Episcopus possit valide conferre Beneficia patronata spreto Patrono. *ibid.*
78 An valeat Beneficii collatio facta ab Episcopo putativo. *ibid.*
79 An collatio facta per simonia confidentialem sit nulla, si conventio caruit effectu. *& numero. seqq. ibid.*
82 Collatio Beneficii, quomodo debeat carere sub, vel obreptione. *pag.* 80.
83 Collatio Beneficii intra quod tempus fieri debeat. *ibid.*

§. VII.

Quomodo Beneficia vacent?

84 Quomodo vacent Baneficia manualia, ac quænam talia præsumantur, aut probentur, & quomodo talis Beneficiatus ad libitum amoveri possit. *& num.* 85. *ibid.*
85 Regularia an præsumantur manualia. *ib.*
86. Sæcularia perpetua vacant per mortem Beneficiati. *ibid.*
87 Quomodo vacent per matrimonium sive valide, sive nulliter contractum, aut per sponsalia de futuro. *ib.*
88 Quomodo vacent per ingressum Religionis. *pag.* 81.
89 Quomodo vacent per susceptionem militiæ secularis. *ibid.*
90 Quomodo vacent per promotionem ad Episcopatum, vel Abbatiam. *ibid.*
91 Quomodo vacent per renunciationem, seu resignationem ex causa permutationis, & quomodo possint renuntiantes ad illa redire. *ibid.*
92 Quomodo vacent per assecutionem alterius incompatibilis, quomodo, ac quando. *& num.* 93. *& 94. ibid.*
95 Duo Beneficia sub eodem tecto, an sint incompatibilia, & quæ. Quid si sint difformia, & quæ sint talia. *ibid.*
96 An, & quando duo Beneficia requirentia residentiam sint incompatibilia. *pag.* 82.
97 Et quid in duobus Beneficiis residentiam quidem non requirentibus, unum tamen illorum est sufficiens ad congruam sustentationem, an sint incompatibilia, & possint in conscientia retineri? Quando dicatur Beneficium sufficiens ad congruam sustentationem. *& num.* 98 *ibid.*
99 Beneficia in commendam data, quando & quomodo vacent, quænam talia dicantur, & quis possit illa in commendam dare. *& n.* 100. *ibid.*
101 Quomodo vacent privatione; quando ac quomodo quis privatus ipso jure, aut privandus sit per sententiam ob delictum, aut alias causas. *& n.* 102. *pag.* 83.

§. VIII.

Praxis collationis Parochialium Beneficiorum, seu Parochialium conferendarum.

103 An Beneficia curata debeant sub mortali, & obligatione restitutionis conferri dignioribus. *ib.*
104 De forma Concilii Tridentini, & Constitutionis Pii V. conferendi Parochiales per concursum, & interim deputandi Vicarium Ecclesiæ vacanti de materia. *& n.* 105. *& seqq.*
108 An deputatio Vicarii possit impediri a collitigantibus, aut ab aliis. *pag.* 81.
109 Quid si ipsemet Vicarius deputatus eligatur tanquam magis idoneus ad Parochiam an debeat statim abstinere, donec investiatur. *inid.*
110 An habeat locum concursus in resignatione in manus Pontificis facta, libere, aut ad favorem. *pag.* 85.
111 An cesset in Ecclesia vacante ex causa permutationis, & an sit opus novo examine in permutantibus. *ibid.*
112 An habeat locum in collatione earum Parochialium, quarum provisio fuit facta non servata forma Concilii Trid. &c. *ibid.*
113 An cesset in Parochialibus devolutis ob moram conferre debentium. *ibid.*
114 An cesset, quando approbatus in concursu, in casu, quo Parochia reservata est Pontifici, non transmisit intra debitum tempus ad Datariam attestationes suæ approbationis, sed an possit tunc Pontifex conferre, cui maluerit. *ibid.*
115 An cesset in Parochialibus unitis alicui dignitati, vel Canonicatui. Item in Parochiis Regularibus aut Monasterio unitis, &c. Item in Vicariis perpetuis. *& n.* 118 *ib.*
116 An, & quando cesset concursus in Parochialibus Juris patronatus Laicorum, aut Ecclesiasticorum, aut mixti. *ibid.*
117 An cesset in Parochialibus litigiosis, quando nempe unus ex litigantibus decedit alio superstite. *p.* 83.
119 An cesset in Ecclesiis, in quibus vel ob tenues redditus, vel ob apertas factiones, quæ in dictis Ecclesiis vigent, nullus velit ad illas concurrere. *ibid.*
120 An cesset, quando examinatus non vult consentire pensioni a Summo Pontifice impositæ, ad alterius favorem. *ibid.*
121 An cesset in Parochialibus, ad quas prætenditur regressus. *ibid.*
122 Item an cesset in parochialibus, quæ sunt tantum habitu tales. *ibid.*
123 An cesset, quando Parochiales vacant in Curia per obitum, aut resignationem. *ibid.*
124 Et tandem an cesset in Parochialibus, quæ consueverunt optari. *pag.* 87.
126 Concursus a quo sit faciendus, aut instituendus, an Vicarius Generalis, aut inferior Episcopo id possit. *ibid.*
127 An concursus factus præsumatur, an vero sit probandus. *ibid.*
128 Quænam sint servanda in instituendo concursu, ubi de propositione, & affixione edicti, & intra quod tempus, qualiter, ac quando debeant concurrentes comparere &c. ac formulare edicti. *n.* 128. *seqq. ibid.*
135 An Episcopus possit pendente termino edicti facere concursum. *ibid.*
137 Quales, quot, ac qualiter deputati Examinatores

tores in concursu intervenire debeant, ac qualiter debeant ad id in Synodo deputari. *& n. seqq. p.* 88.
140 Quid si concursui ultra tres Examinatores synodales interveniret etiam unus non synodalis, an concursus sit nullus. *ibid.*
141 Examinatores peracto examine, quomodo illius relationem facere debeant, & Episcopo idoneos renunciare; & an judicim dignioris formare spectet ad Examinatores, an ad Episcopum. *& num.* 142. *ibid.*
143 Si vota Examinatorum sint paria, quibus Episcopus accedere possit. *p.* 89.
144 Quis sit modus examinandi. *ibid.*
Et a relatione Examinatorum, an & quando detur appellatio. *ib.*
145 An Examinatores possint recusari uti suspecti. *ibid.*
146 An concursus in Parochialibus requiratur pro forma, ita ut aliter collatio sit nulla. *ib.*
147 Quinam, & cujus qualitatis debeant esse Examinatores. *ib.*
148 Formulare litterarum collationis Ecclesiæ parochialis; sicut *&* inductionis in possessionem dictæ Parochialis. *ib.*
150 Praxis collationis beneficiorum Ecclesiasticorum Sede Episcopali vacante, quomodo spectet ad Summum Pontificem, & an, & quando possit Capitulum se ingerere, sicut & de collatione Sede Pontificia vacante. *& nn. seqq.* *p.* 90.
158 Formula litterarum de approbando ad Parochialem vacantem in mense reservato Pontifici. Sicut & quando Parochialis vacat Sede Episcopali vacante, & formula procuratorii ad petendam a Summo Pontifice institutionem. &c. *& num.* 159. *p.* 91.
160 An, & quando in impetratione Parochialis sit facienda expressio reddituum, seu valoris, & quomodo. Ac de aliis, quæ exprimi debent. *p.* 92.
161 Formula litterarum, seu attestationis Episcopi pro impetranda Parochia in Curia. *& num. seqq. ib.*
Quomodo tandem claudatur concursus, omnia debeant a Cancellario Officii ad acta redigi, & dignioris nominatio fieri. *ib.*

§. IX.

Praxis collationis Parochialis cum reservatione pensionis. n. 165. *p.* 93.
166 Pensio quotuplex sit, quænam dicatur Ecclesiastica, & veniat nomine Beneficii. *ibid.*
167 Pensio qualis, ac in quanta summa reservari possit: an in pecunia, & an reservari possit in certa quota fructuum. *ibid.*
168 An solus Summus Pontifex possit reservare pensiones, an vero etiam Episcopus, & quando. Et an Vicarius Episcopi. *& n.* 171. *ibid.*
169 Ob quas causas possit Episcopus reservare pensiones. *ibid.*
172 Reservatio pensionis an præsumatur, aut probari debeat, & quomodo. *p.* 94.
173 Quando, ac quomodo in impetratione reservationis pensionis debeat ab impetrante mentio valoris beneficii fieri super quo pensio reservatur; & quod remaneant centum pro Rectore. Et quænam veniant nomine Congruæ Rectori debitæ *& n.* 174. *&* 175. *ibid.*
176 An debeat fieri mentio primæ pensionis super eodem beneficio reservatæ. *ibid.*
177 An debeat fieri mentio juris tertii, puta unionis. Item regressus, quem quis habet ad illud Beneficium &c. *& n.* 178. *ibid.*
179 An Pontifex præsumatur reservasse ex justa causa, & an illa probari debeat. *p.* 95.
181 An requiratur ad hoc consensus Rectoris beneficii pensione gravandi; & quid si Beneficium sit vacans, quomodo debeat constitui Beneficii defensor &c. *ibid.*
182 Omnia pacta, & conventiones pro abolitione pensionum per anticipatas solutiones nulla, & irrita sunt. *ibid.*
183 Formula litterarum Ordinarii pro reservatione pensionis in Beneficio a se collato. *ibid.*
184 Formula procuratorii, quod transmitti debet tam pro parte pensionarii ad acceptandam reservationem in sui favorem, quam pro parte provisi ad consentiendum. *p.* 96.

¶ BENEPLACITUM.

Beneplacitum quando durare dicatur?

1 Beneplacitum Papæ, vel Legati an extinguatur cum persona eorum? *p.* 96.
2 Quandonam mortuo Abbate extinguatur beneplacitum. *ibid.*
3 Judex si ponat aliquem ad confinia ad beneplacitum suum, vel donec voluerit, mortuo judice finitur bannum. *ibid.*
4 Si finiatur officium, revocatur beneplacitum. *ibid.*
5 In suspensione banni ad beneplacitum, mortuo Duce suspendente extinguitur suspensio. *& num.* 6. *&* 7. *ibid.*
8 Conducens aliquid ad beneplacitum locatoris, quando finiat beneplacitum. *& n.* 9. 10. *&* 11. *ibid.*
12 Donatio, vel concessio facta ad beneplacitum donantis vel concedentis, a quonam possit revocari. *ibid.*
13 A quibusnam fieri possit revocatio de beneplacito Principis. *& num.* 14. *ad* 21. *ibid.*
22 De natura & duratione Beneplaciti, *& num.* 23. *&* 24. *p.* 97. ¶

BIGAMIA.

1 Quid, & quotuplex sit bigamia. *& n.* 2. *ibid.*
3 An sit juris humani, & Divini. *p.* 98.
4 An possit in illa Episcopus dispensare, & an Episcopus bigamum ordinans incurrat suspensionem. *ibid.*
5 Bigamia an contrahatur per sponsalia de futuro multiplicata copula secuta. *ibid.*
6 Bigamus an quis fiat, qui ducit puellam a se corruptam. *ibid.*
7 An fiat bigamus cognoscens uxorem suam, postquam fuit ab alio etiam per vim cognita. *ibid.*
8 An sit bigamus Clericus in sacris constitutus contrahens cum virgine. *ibid.*
9 Bigamus an sit incapax beneficiorum. *& num.* 10. *&* 12. *ibid.*
11 Quando prohibeatur sub pœna excommunicationis deferre tonsuram, & habitum Clericalem. *ibid.*
13 Bigamia an tollatur per ingressum Religionis. *ib.*
14 Dispensari volens in bigamia, an teneatur in supplicatione exprimere qualitatem bigamiæ. *ibid.*
15 Bigamus dispensatus ad Ordines recipiendos an intelligatur solum de minoribus. Et dispensatus ad Ordines sit etiam dispensatus ad beneficia: Et dispensatus ad beneficia intelligatur etiam de Curatis, Canonicatibus in Cathedralibus, &c. *ibid.*
16 An prædicta habeant locum etiam *[illegible]* in bigamia contracta ante Baptismum. *p.* 99.

BIRRUARII.

1 Birruarii, an possint injuste in captura resistentem impune occidere. Item an fugientem, aut vulnerare. *& num.* 2. *p.* 99.
3 An, & quando possint facere capturam sine mandato Judicis. Aut in domo Rei. Aut diebus ferialibus. *& n.* 4. *ibid.*
5 An de mandato Judicis Laici possint capere personas Ecclesiasticas. *ibid.*
6 Ipsi, aut eorum filii, an sint infames. *ibid.*
7 Deponentes se deprehendisse aliquem in fraganti, an probent ad condemnandum, aut torquendum Reum. *ibid.*
8 Exequentes sententiam injustam, aut excusentur. *ibid.*
9 Denunciantes Reo mandatum relaxatum ad ipsum capiendum quomodo puniatur. *ibid.*
10 Dicentes in aliqua executione se fuisse impeditos, an probent. *ibid.*

BLASPHEMIA.

1 Blasphemia de Jure tam divino, quam humano Canonico, & civili, qua pœna puniatur, ac quando quis excusetur ex iracundiæ calore, justo dolore &c. *ibid.*
2 Blasphemia simplex, an sit mixti fori, & quid hæreticalis, & quænam talis dicatur. *ibid.*

BONA.

§. I.

Bona in genere, & Laicorum.

1 Quomodo probetur bona esse hæreditaria, & an talia præsumantur. *ibid.*

Hæreditaria, quando desinant esse testatoris. *d. num. ibid.* 1.

2 Ab hærede possessa, an præsumantur eademmet fuisse possessa a testatore. *pag.* 100

3 Quomodo probari possit bona in executionem capta non potuisse subhastari ob emptorum defectum, & intra quod tempus debeat fieri substastatio. *ibid.*

4 Quæ devolvuntur, an dicantur libera. *ibid.*

5 Monialis nondum professæ, an, & quando reputentur bona Ecclesiæ ad effectum invalidæ alienationis. *ibid.*

6 Mobilia quando ob longum tempus præsumantur consumpta. *ibid.*

7 Bona mariti vergentis ad inopiam, si uxor pro suæ dotis securitate elegit, quatenus ex illis ali debeat, & an possint postea assignari creditoribus. *ibid.*

8 Bona paraphernalia, an, & quomodo spectent ad maritum. *ibid.*

9 Bona patris an sint hypothecata pro dote filii, quam recepit. *ibid.*

10 Bona an possint a patre inter filios inæqualiter dividi. *ibid.*

11 Uxoris, an præsumantur acquisita ex bonis mariti. *ibid.*

12 Quando dicantur alienata in fraudem fisci ante delictum. *ibid.*

Bona nostra sunt, quæ detracto ære alieno supersunt. *ib.*

13 Bonorum appellatione in legato, quænam veniant, & an jura & actiones. *ibid.*

Bonorum possessio an longissimo tempore præsumatur adita; & an præsumatur possessio continuata. *& num.* 14. *ibid.*

14 Bona an præsumantur libera, & contrarium allegans quænam probare debeat. *& n.* 40. *pag.* 126

15 Empta ex aliena pecunia, an sint emptoris. *ibid.*

16 Acquisita nomine meo ab alio, an veniant in hypotheca a me contracta ad favorem meorum creditorum. *ibid.*

17 Sita in alieno territorio an veniant in hypotheca omnium bonorum. *ibid.*

18 Bona hæredis an veniant in hypotheca omnium bonorum contracta a defuncto. *ibid.*

19 An præsumantur illius, penes quem reperiuntur, aut possidentur. *pag.* 101

20 Possessa & divisa a fratribus, an præsumantur a patre provenisse. *ibid.*

21 Donata, an possint a donante subjici fideicommisso. *ibid.*

22 Debitoris quando distrahuntur, quomodo debeat citari creditor. *ibid.*

23 Donata filio conemplatione patris, an sint profectitia, & in legitimam imputanda. *ibid.*

24 Fideicommissi an possint dari in dotem descendentibus fideicommittentis. *ibid.*

25 Alienata per gravatum, quomodo eidem imputentur in detractione legitimæ &c. *ibid.*

26 Fideicommissi an censeantur comprehensa in renunciatione. *ibid.*

27 Fideicommissi ab hærede gravato possessa, an cadant sub institutione hæredis, aut computentur ut hæreditaria. *ibid.*

28 Fideicommissi an alienari possint favore dotis in defectum bonorum liberorum: Et an sint obnoxia debitis hæredis gravati. Aut tacite hypothecata pro dotis restitutione nurui facienda. *& n.* 30. *& 33. ib.*

§. II.

De bonis Laicorum.

29 Libera an sint majoris æstimationis, quam onerata. *ibid.*

31 Mariti an sint tacite hypothecata non tantum pro dotis restitutione, sed etiam pro alimentis. *ibid.*

32 Bona soceri quando liberentur, si dotem filio restituat. *ibid.*

34 Fideicommisso subjecta an possint confiscari. Item profectitia, adventitia, Castrensia, aut futura. *& num.* 43. *ibid.*

35 Quænam dicantur bona dotalia, paraphernalia, extradotalia &c. & de eorum effectibus. *ibid.*

36 Contrahentis cum hæretico &c. quando confiscentur. *pag.* 102

37 Uxoris an sint obligata pro debito principali ad favorem fisci. *ibid.*

38 Pupilli quomodo possint alienari. *& 39. ibid.*

41 Materia a filio per hæreditatem adita, an dicantur amplius talia. *ibid.*

42 Quænam dicantur profectitia, quænam adventitia, Castrensia, aut quasi, & de eorum effectibus. *& n.* 43. *ibid.*

44 Delinquentis, & convicti, sed ante sententiam mortui, an possint confiscari contra successores. *ib.*

45 Damnatorum an sint reservanda, tam ascendentibus, & descentibus, quam collateralibus. *ibid.*

46 Hæreticorum confiscata, an possint ab inquisitoribus relinqui hæreticis pœnitentibus. *ibid.*

47 Patris an sint obligata pro solutione antifati constituti a filiofamilias. *ibid.*

48 Universitatis, vel collegii soluti, quomodo distribuantur. *ibid.*

49 Debitoris ob suspicionem dilapidationis, an possint sequestrari. *ibid.*

50 Furis, an sint tacite hypothecata pro restitutione rei ablatæ. *ibid.*

51 Vitrici an sint tacite hypothecata pro administratione, aut tutela mulieris, vel matris binubæ. *p.* 103

§. III.

De Bonis Ecclesiarum.

52 Bona Ecclesiæ aut Religiosorum &c. an & quando possint alienari sine solennitatibus &c. *& n.* 53. 56. 58. 69. *& 71. ibid.*

54 An sit alienatio ad effectum ut supra, cum Episcopus de bonis suæ Ecclesiæ donat Capitulo. *ibid.*

55 An in cassatione pensionis. *ibid.*

57 Ecclesiæ male alienata, an possint præscribi. *ibid.*

59 In casibus alias permissis, an possint vendi plus offerenti. *ibid.*

§. IV.

De Bonis Clericorum, Episcoporum, & Religiosorum.

70 Bona Episcoporum, Clericorum &c. an, & quando præsumantur acquisita intuitu Ecclesiæ. *ibid.*

61 Patrimonialia Clericorum, ad quorum titulum fuerunt ordinati, an possint alienari, & an gaudeant privilegio Clericis concesso. *ibid.*

62 Clericorum decedentium ab intestato ad quem spectent. *ibid.*

63 Bona, aut redditus Ecclesiasticorum, quando eximantur a spolio. *pag.* 104

64 Clericorum, vel Ecclesiæ, quę transeunt ad Laicos, an perdant immunitatem. *ibid.*

65 Religiosi transeuntis ad aliam Religionem, apud quem maneant, aut spectent. *ibid.*

66 Relicta post mortem a Religioso extra Monasterium degente, ad quem spectent. Item bona ejecti e Religione ad quem spectent. *& n.* 67. *ibid.*

68 Hospitalium Religiosorum, an sint immunia a collectis, sicut & Confraternitatum, & Clericorum, &c. *& n.* 74. *ibid.*

70 Mensæ Episcopalis separata a Mensa Capitulari an possint alienari sine consensu Capituli. *ibid.*

72 Relicta pauperibus, an sint distribuenda dignioribus. *ibid.*

75 Patrimonialia Ecclesiasticorum an subsint statutis Laicorum. *pag.* 105

76 Prælati ant tacite hypothecata pro mala illius administratione. *ibid.*

BONA FIDES.

1 An causetur etiam ex causis injustis, titulo putativo, credulitate &c. *ibid.*

2 An probetur ex titulo ipso jure nullo, & quando. *ibid.*

An præsumatur. *ibid.*

3 An ſit neceſſaria ad acquirendam quaſi poſſeſſionem præſentandi. *ibid.*

BRACHIUM SÆCULARE.

1 Judex Eccleſiaſticus an poſſit implorare brachium ſæculare, & Laicus teneatur illud impertiri, & in quibus cauſis. *ibid.*
An ſit remedium ordinarium, aut extraordinarium, & ſic an debeat præcedere comminatio communicationis. *ibid.*
2 An etiam Judex delegatus poſſit illud implorare, & contra ſucceſſorem. *ibid.*
3 Quando poſsit juſte denegari. *ibid.*
4 An Judex Laicus ante illius conceſsionem poſsit petere proceſſum, & cognoſcere de viribus ſententiæ, aut meritis cauſæ, & quid in cauſa hæreſis. *& n.* 5. *pag.* 106
Differentia inter implorationem brachii ſæcularis, & præſtationis, ſeu accommodationis familiæ. *ibid.*
6 Si Judex ſæcularis negligat illud dare, quomodo puniatur. *ibid.*

BREVE PONTIFICIUM.

1 Obtentum poſt litem cœptam non facta ejuſdem pendentiæ mentione an ſit ſubreptitium. *ibid.*
2 Concedens gratiam audiendi Miſſam in Oratorio privato pro ſe, & ſua familia, an habeat locum abſente familiæ Domino, & quos comprehendat nomine familiæ. *ibid.*
3 Breve Apoſtolicum de capienda poſſeſſione beneficii nomine Cameræ, quando habeat executionem paratam. *ibid.*
4 In forma commiſſoria cum clauſula *conſtito* &c. an requirat juſtificationem narratorum. *ibid.*
5 Continens decretum irritans, an inducat præciſam formam, & an poſſit illius contentis renunciari, etiamſi concernant ſolam privatam utilitatem. *ibid.*
6 Contra formam capitulorum inter partes conventam. Ac non facta mentione Juris tertii, an aliquid operetur. *n.* 7. *ibid.*
8 Brevis Apoſtolici forma ſervanda eſt. *ibid.*

BULLÆ.

1 Bulla Pii IV. compellens patrem ad ſolvendam legitimam fiſco pro filio condemnato, an ſit localis, & quomodo intelligenda. *ibid.*
2 Pii V. contra bannitos &c. ubi procedat *pag.* 104
De cenſibus an ſit in toto Orbe ſervanda. *ibid.*
3 Sixti V. quoad abortum, & circa illius pœnas, an adhuc procedat, & an obliget ante ſententiam. *ib.*
4 Bulla Cœnæ an obliget omnes independenter ab acceptatione. Et an deroget privilegiis Regularium. *ibid.*
5 Pii V. incip. *Etſi Mendicantium &c.* multa illis privilegia tibuens an ſit revocata. *ibid.*
6 Alexandrina contra offendentes ex cauſa litis quando habeat locum. *ibid.*
7 Sixti V. prohibens contractus ad caput ſalvum, quoſnam contractus comprehendat. *pag.* 107
8 Sixti V. deferens fructus bonorum fideicommiſſi dum vivit reus delinquens, quando habeat locum. *ib.*
9 Pii V. de non audiendis amplius illis, qui fuerunt banniti in contumaciam, quando procedat. *ibid.*
10 Clementis VIII. in materia paupertatis Religioſæ, & traditione numerum an ſit uſu recepta. *ibid.*
11 Gregorii XIV. *de immunit. Eccleſ.* an deroget Juri communi, & cuicumque conſuetudini. Et ubique obliget independenter ab acceptatione. *& n.* 12. *ib.*
13 Gregorii XIII. prohibens ſub excommunicatione &c. ne dentur, aut promittantur munera in Curia pro gratia, vel juſtitia obtinenda, quomodo procedat. *ibid.*
14 Cruciatæ, an ſit privilegium locale. *ibid.*
16 Bullatum, ſeu Brevium Apoſtolicorum valor, ſeu nullitas, a quo cognoſcatur. *ibidi*
17 Pii V. *la.* 58. §. 5. prohibens reſignationes in favorem conſanguineorum, ubi, & quomodo ſit uſu recepta. *ibid.*

¶ CALUMNIA.

§. I.

Calumnia quid ſit, & quid Calumniator, & qua pœna puniatur; & qualiter probetur, vel præſumatur?

1 QUotuplex Calumnia? *pag.* 108
2 Quis calumniator verus? *& num.* 3. *ad* 6. *ibid.*
7 Quibus modis quis efficiatur calumniator? *& num.* 8. *& 9.* *ibid.*
10 An verus calumniator teneatur ſemper, & nunquam excuſetur a pœna? *ibid.*
11 Quis præſumptus calumniator dicatur & de variis ejus generis, *& n.* 12. *ad* 17. *ibid.*
18 Quis calumnioſus & doloſus dicatur? *ib.*
19 An debitor qui impetravit bollettinum, ſeu ſalvum conductum, ſi conveniatur, & litiget, differatque producere ſalvum conductum ſpectetur tanquam calumnioſus? *ibid.*
20 Non ſufficit allegatio, niſi cum effectu exhibeatur. *ibid.*
21 An audiantur differentes producere inſtrumentum, vel acta judicialia, vel jura in fine litis tempore ferendæ ſententiæ? *& num.* 22. *&* 23. *ibid.*
24 Quid juris, ſi is qui appellavit a ſententia, ſi patitur procedi ad exequutionem, antequam oſtendat fuiſſe appellatum? *ibid.*
25 Quid ſi Clericus, quia non opponit ſe Clericum, quando citatur coram ſeculari ſimpliciter? *ib.*
26 Differens per calumniam opponere exceptiones &c. an audiatur? *& n.* 27. *ibid.*
28 Calumnia dicitur contra publicam utilitatem, & habet dolum; *& n.* 29. *pag.* 109
30 Quomodo poſſint puniri Calumnia & Calumniator? *& n.* 31. *ibid.*
32 Pœna calumniæ an repellat agentem calumnioſe a remedio, quod alias competeret? *& num. ſeqq.* *ibid.*
36 An judex poſſit, & debeat opponentem exceptionem, quæ privaret judicem jurisdictione, ſi vera eſſet, repellere, quando per calumniam conſtat? *ibid.*
37 Quandonam puniatur calumniator in condemnatione expenſarum, quam facit judex ex officio ſuo contra actorem calumnioſum, *& n.* 38. *ib.*
39 Quandonam poſſit puniri calumnia, & calumniator ad accuſationem patris &c. *& n.* 40. *ibid.*
41 Quandonam judex nedum poſſit non audire excipiendum calumnioſum, ſed ſi vult, poſſit etiam ante pertranſire, *& n.* 42. *ad* 44. *ibid.*
45 Calumniator majori pœna eſt dignus quocumque alio delinquente, & calumnioſa litigantium improbitas moderatis coercitionibus eſt compeſcenda & quare? *& n.* 46. *&* 47. *ibid.*
48 Quandonom pœna calumniatoris ſit falſi? *ibid.*
49 An poſsit pœna falſi ex arbitrio judicis condemnari, licet non ſit proprie pœna falſi, *& num.* 50. *ibid.*
51 An accuſator poſsit de calumnia accuſari a' reo in genere non deveniendo ad aliquam ſpeciem criminis pendente indeciſa prima accuſatione, quæ prætenditur calumnioſa, ubi declarat & limitat. *& n.* 52. 53. *&* 54. *ibid.*
55 Quandonam calumnia ceſſet, *& n.* 56. *ibid.*
57 Calumniator excuſatur, ſi ſemiplene probavit, ſed tantum a pœna talionis, ubi limitationes. *& num.* 58. *ad* 61. *pag.* 110
62 An in mandato generali contineatur facultas opponendi exceptiones calumnioſas, *& n.* 63. *ibid.*

§. II.

Calumnia excuſatur multis caſibus.

1 Maritus accuſans uxorem de adulterio quandonam excuſetur a calumnia? *ibid.*
2 Quandonam excuſetur a calumnia qui non poteſt declinare Juriſdictionem? *ibid.*

3 Quan-

3 Quandonam accuſator deficiens in probatione excuſetur a calumnia, ubi declaratur. *num.* 4. *ibid.*

CAMPANILE.

Campanile quid ſit, & Campanæ ad quid inventa ſint?

1 Campanile quid ſit? *ib.*
2 Campanarum uſus? *ib.*
3 Campanarum pluralitas quibuſnam permiſſa? *ibid.*
4 Campanella quandonam ſonari debeat? *ibid.*

CANONES.

§. I.

Canones ligant omnes, & ab omnibus debent obſervari.

1 Canones & ſtatuta ſanctorum Patrum & Romanorum Pontificum debent ab omnibus ſervari. *ib.*
2 An poſſit de illorum juſtitia vel injuſtitia diſputari vel dubitari? *ib.*
3 An Epiſcopis ipſis liceat contradicere ſtatutis Romani Pontificis? *ibid.*
4 An qui aliter ſentit differat ab hæreſi? *ib.*
5 An valeant ſtatuta vel conſuetudo contra canones? & *num.* 6. *ibid.*
7 An Canones ligent Imperatorem & poſſit Imperator derogare juri Canonico, ubi de Rege Franciæ. & *num.* 8. *ibid.*

§. II.

Canones præferuntur Legibus, & quando.

1 Quandonam Canones præferantur legibus? *ibid.*
2 An, quando agitur de ſacramentis & rebus ſacris? *ibid.*

§. III.

Canones æquitatem amplectuntur, & qualiter interpretandi.

1 Canones amplectuntur æquitatem contra juris ſubtilitatem & rigorem, & quare; & *n.* 2. *ibid.*
3 Quomodo interpretandi canones? *ibid.* ¶

CANONICATUS.

Praxis Erectionis Canonicatus.

1 In erectione Canonicatus quænam ſint ſervanda. An Epiſcopus Canonicatum erigere poſſit. Item & Canonicos ſupernumerarios creare &c. *ibid.*
2 Collatio Canonicatus noviter erecti, ad quem ſpectet. & *num.* 3. *pag.* 111
Formula erectionis, & collationis ejuſdem. *ibid.*
4 Similes erectiones quando poſſint ab Ordinariis fieri. *pag.* 112

CANONICUS & CANONICATUS.

1 Quid ſit Canonicatus, & quid præbenda. *pag.* 141
2 Ad quos ſpectet proviſio Canonicatuum; & de concurrentia Capituli cum Epiſcopo. *ibid.*
3 Canonicatus poſſeſſio, an, quando, & quomodo ſit capienda capitulariter, & quando dicatur capitulariter capta. & *n.* 4. *ibid.*
4 An tunc ſint licitæ promiſſiones, dulciarium &c. præſtationes &c. *ib.*
5 Proviſi de Canonicatu an, & intra quod tempus a die captæ poſſeſſionis teneantur emittere profeſſionem fidei, & an id poſſint per procuratorem. *ib.*
6 Poſt Concil. Trid. quanto tempore poſſint Canonici abeſſe, & ſine licentia Epiſcopi. Et quanto tempore poſſit Epiſcopus in hoc diſpenſare. & *n.* 7. *ibid.*
7 An ſufficiat reſidentia materialis, an vero requiratur formalis cantando in Choro &c. & an valeat conſuetudo in contrarium, aut ſtatutum. *ibid.*
8 An poſſit abeſſe a Capitulo. *pag.* 113
9 An peccent abſentes a Choro, & Capitulo. *ibid.*
10 Abſentes in trimeſtri, an, & quando lucrentur diſtributiones quotidiana; & an in hoc valeat ſtatutum, aut conſenſus Capituli. *ibid.*
11 Infirmi, an, & quando lucrentur diſtributiones quotidianas. *ibid.*
12 Abſentes in evidentem Eccleſiæ ſuæ utilitatem, aut cum Epiſcopo, an & quando lucrentur dictas diſtributiones. *ibid.*
13 Præſens in Choro, ſed non cantans an lucretur diſtributiones, & an valeat conſuetudo. *ibid.*
14 Ob non reſidentiam an poſſint privari, & qualiter contra non reſidentes procedatur. & *num.* 15. 16. & 17. *ibid.*
18 Canonicatus an ſit dignitas, & an, ac quando Canonici poſſint eſſe delegati apoſtolici, ac an requiratur quod ſint actu Canonici. *pag.* 114
19 Canonicus qui prævenit in poſſeſſione canonicatus capienda, quomodo aliis præcedat in ſtallo, voce &c. etſi fuerit priores in proviſione: & quid ſi poſteriores in poſſeſſione capienda ſint Sacerdotes, non vero priores. *ibid.*
20 Canonici an, & quomodo habeant jus optandi, & intra quod tempus optare debeant. *inid.*
21 An poſſint cogi ad recipiendum aliquem in locum demortui, ſi redditus ſint inſufficientes? & an valeat ſtatutum taxans numerum Canonicorum. *ibid.*
22 Accuſans, an, & quando repellatur ab electione. *pag.* 115
23 Debitus ex indulto certis perſonis, an poſſit a Pontifice etiam aliis conferri, ſi vacaverit in ſuo menſe. *ibid.*
24 Privatus Canonicatu, ſi poſtea reſtituatur, an recuperet ſuum primum locum. *ibid.*
25 Canonicatus ſinguli an dicantur Curati, ſi Capitutulo ſit annexa Cura animarum, & apud quos Cura tunc remanere dicatur. *ibid.*
26 Canonicus jurans ſervare ſtatuta, an cenſeatur jurare etiam de invalidis. *ibid.*
27 Diſpenſatus ſuper reſidentia, an ſit diſpenſatus etiam quod non teneatur comparere certo die a ſtatuto præfixo. *ibid.*

CAPITULUM.

§. I.

Capitulum ſede Epiſcopali plena.

1 Canonici, quando conſtituant unum corpus, & quando Epiſcopus dicatur pars Capituli. *ibid.*
2 Capitulum quando poſſit condere ſtatuta ſine conſenſu Epiſcopi, & quæ. *ibid.*
2 Quænam Capituli ſtatuta ſint illicita, ubi de concernentibus ſtatum univerſalem Eccleſiæ, negotia ardua &c. & *num.* 4. *ibid.*
5 Quando poſſit ſtatuere circa diſtributiones quotidianas. *ibid.*
6 Item, quod Canonici poſſint ſubire ſua munia etiam per alios. *pag.* 116
7 Item, quod omnes Canonici debeant eſſe Nobiles. *ibid.*
8 Item, quod capiens poſſeſſionem Canonicatus debeat aliquid dare convertendum in utilitatem Canonicorum. *ibid.*
9 In his, quæ pertinent ad Capitulum, & Epiſcopum ſimul, an ſit tanta vox Epiſcopi, quanta totius Capituli. *ibid.*
10 Capitulum an poſſit inducere conſuetudines concernentes regimen, & utilitatem ſuæ Eccleſiæ, & antiquioribus ſtatutis derogare, & quando. *ibid.*
11 Quænam requirantur ad hoc, ut Capitulum ſtatuta facere poſſit, ubi quod fiant in loco Capitulari, a ſaniori parte &c. *ibid.*
Quænam dicatur ſanior pars. *ibid.*
12 Capituli ut acta valeant, an debeant eſſe vocati omnes Canonici, & requiratur præſentia majoris partis &c. *ibid.*
13 An conſenſus debeat dari capitulariter. *ibid.*
14 An major pars ſemper prævaleat in votis datis, & quando minor pars approbare nolens debeat reclamare, aut appellare &c. & quomodo. *ibid.*

§. II.

Obligatio, & Auctoritas Capituli Sede Episcopali vacante.

15 Capitulum Sede vacante an succedat in omni jurisdictione Episcopi, & quomodo. *ibid.*
16 Et quomodo Capitulum debeat interim eligere Vicarium, aut constitutum confirmare, & intra quod tempus, vel alias cui devolvatur hæc electio, & quis interim ministret. *pag.* 117.
17 An hic Vicarius debeat necessario esse Capitularis. *ibid.*
18 In discordia votorum, cujusnam electio de dicto Vicario valeat. *ibid.*
19 Canonicus an possit esse Vicarius, licet sit simul Parochus. *ibid.*
20 An statuta permissa facta a Capitulo, durent etiam electo & confirmato novo Episcopo, & an novus Episcopus possit illa revocare, & quænam statuta possint fieri per totam Diœcesim. *ibid.*
21 Sedes Episcopalis quot modis vacare possit. *ibid.*
22 Quid si Episcopus sit excommunicatus, an tunc Capitulum eligat Vicarium. *ibid.*
23 An Capitulum Sede vacante succedat in jurisdictione Episcopi, quæ eidem competebat jure delegato. *ibid.*
24 An Capitulum Sede vacante obligetur solvere debita Episcopi defuncti: Item conficere inventarium; œconomum, aut administratorem deputare. *ibid.*
25 Fructus Ecclesiæ vacantis, an sint Capituli, vel Successoris. *ibid.*
26 Capitulum, an teneatur statim post electionem Successoris ab administratore desistere, aut quando. *ib.*

§. III.

Capituli consilium, aut consensus quando requirendus ab Episcopo.

27 An Episcopus possit sine consensu &c. Capituli congregare Synodum Diœcesanam, aut in illa aliquid decernere. *pag.* 118
28 Et Capitulum Sede vacante an esset vocandum ad Synodum Provincialem. *ibid.*
29 Capituli consilium, an requiratur in distributione Sacrorum Ordinum, quos Clerici tenentur suscipere. *ibid.*
30 Ejusdem consilium, aut consensus an requiratur in alienatione bonorum spectantium ad Capitulum, vel mensam Episcopalem, aut alias Ecclesias. An in earundem concessione ad tempus, infeudatione, aut permutatione. *& num.* 31. 32. *&* 33. *ibid.*
34 Consensus prædictus quomodo probetur, aut an præsumatur. *ibid.*
35 In unione alicujus Ecclesiæ, aut in suppressione beneficiorum. *& num.* 36. *ibid.*
36 An sufficiat, si consensus Capituli superveniat. *ib.*
37 Item quando necessarius in arduis. Item ubi intervenit interesse Capituli, aut bonorum ad illud spectantium. *& num.* 38. *&* 39. *ibid.*
40 Item an necessarius in processionibus indicendis. Vel alias ubi talis vlget consuetudo. *& n.* 41. *ibid.*

§. IV.

Miscellanea.

42 Capitulum an debeat congregari tempore divinorum Officiorum, & a quo convocetur. *ibid.*
43 Capitulum Cathedralis, aut illius Decanus an possit acquirere potestatem puniendi Canonicos privative quoad Episcopum, aut alios Clericos. *p.* 119.
44 In declarando aliquem carere voce activa, ob non residentiam, aut perceptione fructuum, quomodo procedat. *ibid.*
45 An possit rejicere ab electione notorie privatum voce activa, sed nondum denunciatum. *ibid.*
46 In Synodo Diœcesana præsente Episcopo, an præcedat Vicarium generalem. *ibid.*
Et quando eligat adjunctos, de quorum consilio, aut consensu Episcopus procedere possit contra Canonicos. *ibid.*
47 Percipiens fructus Canonici non residentis, an teneatur solvere pensionem super dictis fructibus reservatam. *ibid.*
48 An idem sit, Capitulum, & singuli de Capitulo, & illius appellatione an veniant Canonici, & de materia. *& num.* 49. *ibid.*
50 Capitulum quot Canonici faciant, & an semper sufficiant tres. *ibid.*
51 Quando est citandum, an hoc debeat fieri Capitulariter, & quomodo. *ibid.*
52 An repetat expensas factas super Jure electionis a futuro Episcopo. *ibid.*

CAPTURA.

§. I.

Quandonam habeat locum, & exequi possit, & quos capi possit?

1 Contra debitorem an, & quando possit pro debito decerni. *ibid.*
2 An in domo capturandi, quid veniat nomine domus. *ibid.*
Et an in civilibus habeat locum, & an possit incipi judicium a captura, & quando, ac quæ requirantur. *ibid.*
3 Suspectus de fuga an capi possit sine citatione, & a Judice incompetente. *& num.* 4. *pag.* 120
5 Ad effectum capturæ quomodo debeat creditum probari. *& num.* 7. *ibid.*
6 An possit exequi die feriato ad honorem Dei. *& num.* 17. *ibid.*
8 An possit fieri contra peremptorie citatum, & contumacem. *ibid.*
9 Facta pro debito partim vero, & partim falso, an sit nulla in totum. *ibid.*
10 An, & quando ad solam querelam partis decerni possit. *ibid.*
11 In delictis facti permanentis an possit decerni non constito de corpore delicti. *ibid.*
13 An possit decerni in delictis levibus, & in alieno territorio, aut etiam in gravibus sine præcedentibus indiciis, & quando aliter captus esset relaxandus. *ibid.*
An relaxetur in delictis, quæ merentur pœnam pecuniariam. *ibid.*
13 Executa si fuit contra inventum in habitu sæculari, si alleget, aut probet se Clericum, quomodo procedendum, & de materia. *ibid.*

§. II.

Captura, per quos, & a quibus committi possit, & quibus in locis criminaliter fieri.

14 An quilibet Ordinarius capi facere possit delinquentes in suo territorio. *ibid.*
15 Quænam sint consideranda ad hoc, ut hoc in passu quis sit Judex competens. Et an privatus carens jurisdictione possit carcerare, & de ejus pœna. *ibid.*
16 Facta a Judice incompetente, an & quando sit nulla. *pag.* 121
17 Licentia de capiendo concessa a Judice competente, an perpetuetur in ejus successorem. *ibid.*
18 In criminalibus an possit fieri in domo delinquentis. *ibid.*
Et an indebite capturam committens teneatur actione injuriarum, aut alias quænam actiones competant capturato contra injuste capturantem, & de materia. *ibid.*
Et an male captus subinde bene retineatur. *ibid.*

§. III.

Ad capturæ justitiam quænam requirantur?

19 An quælibet persona possit in criminalibus carcerari, vel an adsint plures personæ privilegiatæ, ut Clerici, Nobiles, &c. & quibus in casibus. *ibid.*
Item an debeat delictum esse tale, quod mereatur pœnam corporalem, præcedere indicia &c. *ibid.*

§. IV.

Effectus capturæ in flagranti.

20 Quænam dicatur captura facta in flagranti, quisnam possit taliter capi, & quomodo contra talem procedatur. *ibid.*

CAR-

¶ CARCER.

§. I.

Carcer quid ſit, & quid ſit mala manſio?

1 Quotuplex ſit Carcer? *ibid.*
2 Carcer an ſit mala manſio? remiſſive. *ibid.*
3 An Captura & Carceratio ſint ſpecies ſervitutis? *ib.*
4 Quando fit carceratio via juris, & a Judice, an ſit ſervitus? *ibid.*
5 Quando carcer dicatur ad pœnam, & licitus? *p.*122
6 An carcer infamiam inferat carcerato? *ibid.*
7 Loco carceris ubinam Judex reum conſignare poſſit. *ibid.*
8 Diuturna carceratio prohibetur, & quare? *ibid.*
10 An carcer ordinatus ſit ad pœnam? *ibid.*
11 An ſit locus ſanctus? *ibid.*
12 An ex ſola captura, vel poſitione in vinculis inferatur injuria perſonalis? *ibid.*
13 Quandonam carcer pœnam inferat. *& num.* 14. 15. *& 16.* *ibid.*
17 Quandonam carcerati retinendi ſint in vinculis & compedibus? *& num.* 18. *&* 19. *ibid.*
20 Cum carcet ſit locus ſanctus, an in eo ſit aliquid attentandum? *ibid.*
21 An meretrix exiſtens in carcere poſſit carnaliter cognoſci? *ibid.*
22 Bannitus an poſſit offendi in carcere? *ibid.*
23 Pœna carcerem frangentium. *ibid.*

§. II.

Carcerari nemo poteſt pro Debito Civili, & qualiter procedat?

1 Carcerari nemo poteſt pro debito Civili, remiſſive. *ibid.*
2 An clericus carcerari poſſit pro debito mere civili? *& num.* 14. *iaid.*
3 Quibuſnam caſibus quis carcerari poſſit pro debito civili, ubi extenditur & reſtringitur? *& num.* 4. *ad* 8. *ibid.*
9 An quis capi poſſit pro debito fiſcali, & quandonam poſſit detineri in carceribus? *& n.* 10. *ibid.*
11 Quandonam heres debitoris carceretur? *ibid.*
12 An mulier honeſta poſſit carcerari pro debito civili. Item an Doctor; Item an minor. *& num.* 13. 15. *& 16.* *ibid.*
17 An in criminibus mulieres honeſtæ poſſint carcerari, & quomodo. *& n.* 18. *ibid.*

§. III.

Carcerari non debet Clericus antequam conſtet de crimine.

1 Quandonam Clericus carcerari poſſit. *& n.* 2. *p.*123
3 Si agatur de captura, quandonam judex ſecularis eam poteſt capi facere? *ibid.*
4 An paratus obedire debeat carcerari antequam conſtet de crimine? *ibid.*
5 An poſſit carcerari etiamſi eſſet lata ſententia ſuper crimine a qua eſſet appellatum? *ibid.*
6 Si agatur de pœna corporali, a quonam judice debeat carcerari. *& num.* 7. *ibid.*
8 Clericus inquiſitus de violatione Monialis, vel alio delicto Capituli a quonam judice debeat carcerari. *ibid.*

§. IV.

Carceris perpetui pœna an poſſit imponi, & quid operetur?

1 An locum habeat pœna carceris perpetui de jure Civili, an vero de Canonico. *& n.* 2. *&* 3. *ibid.*
4 Quibuſnam æquiparentur condemnati ad perpetuos carceres; & de Jure Canonico. *& n.* 5. *ibid.*
6 Quare non imponatur carceris perpetui pœna de Jure Civili, ſecus vero de Jure Canonico. *& num.* 7. *&* 8. *ibid.*

§. V.

Carceratus quando poſſit contrahere, vel non, & quid poſſit?

1 An donatio vel contractus factus in carcere valeat. *& num.* 2. *ibid.*
3 Si donatio facta ſit benemerito, & ratificatio extra carcerem, an valeat? *ibid.*
4 Quandonam valeant contractus facti in carcere? *& num.* 5. *ibid.*
6 An valeat contractus factus per carceratum injuſte cum detinente in carcere? *& n.* 7. *&* 8. *ibid.*
9 An valeat factus in carcere ad favorem potentis qui detinebat in carcere? *& num.* 10. *ad* 13. *& num.* 18. *&* 19. *ibid.*
14 An valeat factus cum eo qui procuravit carcerationem? *ibid.*
15 Si ſuſpectus de fuga captus injuſte dedit fidejuſſorem, an valeat ejus obligatio? *p.* 124
16 An valeat compromiſſum factum per carceratum cum eo qui fecit ipſum a judice injuſte carcerari? *ib.*
17 An ſuſpectus ſit contractus factus extra carcerem ab eo qui ſub cuſtodia carcerantis detinebatur? *ibid.*
20 Quid intelligitur quando dicitur carceratum non poſſe in carcere contrahere? *ibid.*
21 Quare non valeant contractus & obligatio facta per carceratum injuſte. *& num.* 22. *&* 26. *ibid.*
23 An carceratus a latronibus &c. valide ſe ſe obliget? *& num.* 24. *ibid.*
25 Quis dicatur injuſte carceratus? *ibid.*
27 Carceratio ſi ſit juſta an obligatio vel promiſſio facta valeat. *& n.* 28. *&* 29. *ibid.*
30 Si captura ſit ex una cauſa, venditio autem, vel obligatio ex alia cauſa diverſa, an valeat talis contractus. *ibid.*
31 An injuſte carceratus, ut quia captivus, & in carcere privato poſſit ſe obligare, valeatque obligatio facta alteri, non ipſi detinenti? *ibid.*
32 An minor captivus poſſit ſe obligare? *ibid.*
33 An contractus factus per carceratum cum tertio valeat, & præſumatur metus &c. & de materia? *& num.* 34. *ad* 37. *ibid.* ¶

CARCERATUS.

1 Cerceratus pauper a quo ſit alendus. *ibid.*
2 Condemnatus pro delicto, an debeat in carceribus detineri, nec ſententia exequi inſtantibus creditoribus, donec illis ſatisfecerit. *p.*125
3 Carceratus an poſſit ſe valide obligare, & de materia. *ibid.*
4 Carceratus pro delicto, an poſſit raccommendari pro debito civili. *ibid.*
5 Carceratus in uno loco, an poſſit arctari ad reſpondendum in alio. *ibid.*
6 An poſſit appellare a carceratione, & intra quale tempus. *ibid.*
7 Carceratus etiam bannitus quod ſit tutus in carceribus, ut a nemine offendi poſſit. *ibid.*
8 Qui diu fuit in carceribus, aut diuturno tempore poſt patratum delictum fuit incarceratus, an relaxetur, aut mitius puniatur, & de materia. *ibid.*
9 Carceratus injuſte, an poſſit impune frangere carceres. *ibid.*
10 Nobilis, vel magnæ exiſtimationis quando debeat relaxari datis fidejuſſoribus, aut pignoribus. Idem de Clericis. *ibid.*
11 Carcerati an ſint relaxandi diebus Paſchatis, & Natalis Domini. *ibid.*
12 An tempus carceris imputetur in tempus exilii. *ib.*
13 Carcer an detur ad pœnam, vel ad cuſtodiam, & ideo qualis debeat eſſe carcer. *ib.*
14 Clericus injuſte carceratus an lucretur diſtributiones. *ibid.*
15 Carceratus ſpontanee, an præſumatur innocens. *ib.*

¶ CARDINALES.

§. I.

Cardinales quando eſſe cœperint, variæ opiniones recitantur.

1 Cardinales non erant tempore donationis factæ a Conſtantino Eccleſiæ. *& n.* 2. *ibid.*

3 Cœperunt tempore Domini Pontiani Papæ & de materia. & n. 4. ib.
5 Licet antiquitus principales ſacerdotes in qualibet Eccleſia Cardinales vocarentur, an hodie ſine licentia Papæ eſſe poſſint? pag. 126

§. II.

Cardinales qui ſint, & eorum officium.

1 Cardinales ſunt Cardines quibus tota machina mundi, & Eccleſiæ ſuſtentatur &c. ibid.
2 Pacem & unionem in Eccleſia Dei omnino tenentur procurare. ibid.

§. III.

Cardinalatus an ſit officium, & an per promotionem ad Cardinalatum vacent alia beneficia, & officia?

1 Cardinalatus an ſit officium, & ad Cardinalatum promotus efficiatur ſponſus alicujus Eccleſiæ; & de materia. & n. 2. & 3. ibid.
4 An recuſari poſſit Cardinalatus? ibid.
5 An per Cardinalatum de jure vacent alia beneficia. & n. 6. ibid.

§. IV.

Cardinales creantur a Papa.

1 Cardinales creantur a Papa cum voto aliorum Cardinalium conſiſtorialiter & de materia. & n. 2. ibid.
3 Cardinales creati aliquando fuerunt poſt obitum creantis; ubi exempla. & n. 4. ibid.

§. V.

Cardinales familiares Papæ ſunt unum corpus cum eo.

1 Cardinales quare magis ſunt familiares Papæ, quam alii ſervientes, & remiſſive. & num. 2. ibid.
3 An veniant appellatione curialium in favorabilibus. ib.
4 An contineantur in generali diſpoſitione odiosa, vel favorabili? & de materia. & num. 5. ibid.
6 Quamnam communionem habeant cum Papa? ibid.

§. VI.

Cardinalium Privilegia multa.

1 Cardinalium Collegium eſt honorabilius Eccleſiæ membrum. ibid.
2 Quis conſtituat collegium Cardinalium? ibid.
3 Cardinalium dignitas. & num. 4. ibid.
5 An jurare teneantur obedientiam Papæ prout alii. ib.
6 Eligunt Papam, quia de gremio eorum debet eligi; ib.
7 Collegium Cardinalium dicitur gremium Romanæ Eccleſiæ, & ſummum eſt &c. & num. 8. ibid.
9 Romanæ Eccleſiæ ſpeciales dicuntur, remiſſive. p. 127
10 Non ſubſunt Legatis qui non ſunt de latere. ibid.
11 Præcedunt Epiſcopos, & in quibus? ibid.
12 Judicant totum Orbem cum Papa, cujus ſunt Conſiliarii, remiſſive. ibid.
13 Pars Corporis Papæ eſſe dicuntur; & num. 14. 15. & 16. & 20. ibid.
17 Gremium Papæ ſunt & Eccleſiæ Romanæ. ibid.
18 Patritii ſunt ſcripti in diademate Principis &c. ibid.
19 Vinculum indiſſolubile eſt inter Papam & Cardinales. ibid.
21 Familiares Papæ dicuntur, communionemque habent cum eo, tanquam membra cum capite; & n. 22. ibid.
25 Senatores Papæ & Eccleſiæ ſunt, & gaudent omnibus privilegiis Senatoriis, & num. 24. & 25. ibid.
26 Sub generali diſpoſitione odioſa, & regula Cancellariæ non continentur, & n. 27. & 28. ibid.
29 Conſtitutiones canonicę pœnales, nec revocationes generales eos comprehendunt. & n. 30. iaid.
31 Lex cum non liget Papam, neque etiam Cardinales, ubi de materia. & num. 32. & 33. ibid.
34 Quandonam diſpoſitio comprehendat Cardinales; & de materia. & num. 35. & 36. ibid.
37 Offendens Cardinalem incidit in pœnam læſæ majeſtatis, niſi offenſio ſit licita, & quandonam. & num. 38. 39. & 40. ibid.
41 Stipulari poteſt Cardinalis pro Eccleſia. ibid.
42 Socii Papæ dicuntur Cardinales, ideo participan de ejus privilegiis. & num. 43. ibid.
44 Habent partem introitus cameræ Apoſtolicæ. ibid.
45 Gratia Collationis facta per Papam Cardinali, non eſt gratia, ſed remuneratio, & quare, & n. 46. p. 128
47 Cardinales privilegium habent, quod beneficia ſuorum familiarium non poſſint conferri per Papam ſine conſenſu Cardinalis Patroni. ibid.
48 Juriſdictionem Epiſcopalem habent in ſuis titulis & Eccleſiis ſibi ſubjectis. & num. 49. 51. ibid.
50 Conferunt minores ordines, & utuntur Epiſcopalibus inſigniis, & benedicunt ſolemniter. ibid.
52 Soli judicant familiares ſuos, eorumque Palatia & domus præbent immunitatem confugientibus ad ea, & num. 53. ibid.

§. VII.

Collegium Cardinalium quid poſſit ſede vacante?

1 Eorum Collegium eſt honorabilius membrum Eccleſiæ & ad eos ſolos ſpectat Electio Papæ, & n. 2. ib.
2 Quot debeant concurrere Cardinales concordes ad Electionem? ibid.
3 Facta Electione per ſcrutinium, an & quando poſſint illi, qui dederunt votum uni, accedere ad alterum. & num. 4. & 5. ibid.
4 Quandonam ſcrutinium dicatur ruptum? ibid.
6 Quandonam Collegium Cardinalium poſſit tollere conſtitutionem Papæ? ibid.
7 An electus poſſit comparari in numero eligentium? ib.
8 An electo a duabus tertiis opponatur aliqua exceptio? ibid.
9 An in ſcrutinio poſſint pluries ad libitum nominari? ibid.
10 An habeat Collegium Cardinalium annatæ medietatem de omnibus Beneficiis Conſiſtorialibus, de quibus fit proviſio in Conſiſtorio? & de materia. & num. 11. ibid.
12 An poſſit ſede vacante condere ſtatuta? ibid.
13 An poſſit moderari, vel diſpenſare, vel renuntiare expreſse & creare Cardinalem? ibid. ¶

CATHEDRATICUM.

1 Cathedraticum unde dicatur, & quare Epiſcopo debitum. & num. 2. ibid.
2 Quo tempore ſolvatur; an poſſit præſcribi, aut quando cenſeatur remiſſum. ibid.
3 An Epiſcopus poſſit illud exigere tam pro futuro, quam pro præterito non ſoluto. ibid.
4 An conſuetudine poſſit aliter introduci. p. 129
5 In qua quantitate ſit ſolvendum. ibid.
6 Quinam ad id teneantur, & quinam ſint exempti, ubi de Regularibus, illorumque Monaſteriis. & n. 7. ib.

CAUTIO.

1 Quænam dicatur cautio ſufficiens. ibid.
2 Quænam ſit cautio juratoria, & quinam ad illam admittantur, & quinam non. *uſque ad num.* 14. ibid.
15 Ad juratoriam admiſſus, qualiter jurare debeat. ib.
16 Uſufructuarius quam cautionem dare debeat. ibid.
17 Quam det donator omnium bonorum, qui ſibi reſervavit uſumfructum. pag. 130
18 Teſtator an poſſit in præjudicium hæredis hanc cautionem remittere. ibid.
19 Fiſcus uſufructuarius an teneatur dare cautionem. ibid.
20 An pater filio ratione uſusfructus, quem habet in bonis filio. ibid.
21 *De non offendendo*, qualiter ſit præſtanda, & qualis. ibid.
22 An mox dicta rumpatur etiam per injuriam verbalem, aut falſa accuſatione, vel teſtimonio. ibid.
23 An rumpatur, ſi quis contraveniat, antequam etiam adverſarius illam præſtet. ibid.
24 Item an rumpatur ab illo, qui occidit bannitum. ibid.
25 Item an rumpatur per adulterium. ibid.
26 Prædicta an ſit favorabilis, vel odioſa. ibid.
27 Item an rumpatur offenſione facta extra territorium Judicis, coram quo fuit præſtita; Et an valeat cautio de ingrediendo certam Civitatem. ib.
28 *De non offendendo* in genere facta an comprehen-

dat

dat hæredes active, aut passive, fœminas, socios itineris &c. *ibid.*
29 An sit temporalis, vel perpetua, & an tollatur per supervenientem pacem. Et an Judex requisitus teneatur illam cassare. *ibid.*
30 Inimicus an possit cogi ad hanc cautionem præstandam, imo & ejus filii, amici, familiares &c. pro se & filiis suis &c. & quomodo, & an requiratur prævia causæ cognitio. *ibid.*
31 An dicatur rupta, si filii naturales tantum offenderunt. *ibid.*
Item ex nova causa, & quando hæc præsumatur. *ib.*
32 Cautio Mutiana an a vidua præstanda de restit. restituendo legato, si intra annum luctus nubat. *ib.*

CEDULONES.

1 Cur affigantur contra excommunicatos, an cum figuris Dæmonum, & an contra paratos satisfacere, & quomodo. *p.* 131.
2 An possint affigi pendente termino ad appellandum. *ibid.*
3 An quis sit citandus ad videndum affigi cedulones &c. *ibid.*
4. Affixi contra excommunicatos absolvendos a Papa, an, quomodo, & quando possint amoveri, & reaffigi pendente recursu ad Papam pro absolutione. *ibid.*
5 An possint amoveri sine licentia Superioris Ecclesiastici, & in dubio quis præsumatur illos amovisse. *ibid.*
6 Lacerans cedulones, aut illorum partem, an incidat in excommunicationem, & quando, & quid in tentante. *ibid.*
7 An Clericus, qui in illis denunciabatur excommunicatus, si illos laceret, sit privatus, vel privandus Beneficio. *ibid.*

CENSURA.

1 Potestas ferendi Censuras Ecclesiasticas a quo sit, & quis sit ejusdem capax, tum active, quam passive. *ibid.*
2 Ad ferendam Censuram an requiratur Jurisdictio, & qualis, & an Exempti, & Rex; Regina &c. possint ab Ordinariis censura ligari; & an possit extra Provinciam exerceri. *ibid.*
3 Præscribens facultatem excommunicandi, an dicatur præscripsisse facultatem suspendendi. *ibid.*
4 Facultas ferendæ censuræ præscripta an ad alium extendatur; & an præscribens facultatem ligandi, præscribere dicatur etiam facultatem absolvendi. *ibid.*
5 Censuram ferre volens an debeat habere expeditum usum suæ jurisdictionis: ubi an Vicarius, aut Delegatus, Episcopo, aut delegante excommunicato &c. recusato &c. *p.* 132.
6 An possit Judex aliquem excommunicare in propria causa, & quando. *ibid.*
7 Occulte excommunicatus, an possit licite, aut valide in alium fere censuram. *ibid.*
8 Censura an debeat esse justa. *biid.*
9 An Laicus possit ferre censuras saltem de auctoritate Papæ. *ibid.*
Et an superiores possint absolvere a censuris a suis inferioribus latis, & quomodo. *ibid.*
10 An successor ejus, qui tulit censuras, possit absolvere, & an absolutio possit delegari, & cui. *ib.*
11 In articulo mortis quis possit absolvere. *ibid.*
12 Absolutio an debeat dari gratis, nec aliquid dari possit ad redimendam vexam. *ibid.*
13 Censuram an ferre possit etiam Lex, vel statutum, & an illa ligentur delinquentes extra territorium legis, vel certe in loco exempto. *ibid.*
14 Alia est latæ, & alia ferendæ sententiæ, & quænam verba contineant censuram latæ, vel ferendæ sententiæ. *ib.*
15 Censura, ut incurratur, an debeat esse scita, & an ignorans possit ab homine excommunicari. *ibid.*
16 Quænam ignorantia excuset a censura, & an requiratur scientia, quod tali delicto sit annexa censura. *ibid.*
17 An possit censura irretiri ob delictum occultum. *p.* 133.
18 A censuris a Jure latis, quis absolvat. *ibid.*
19 In quem finem ferantur censuræ, an sint personales, illisque ubique locorum inhæreant, & an semper timendæ. *ibid.*
20 An in censuram incidat, qui non potest satisfacere præcepto eidem sub censura injuncto. *ibid.*
21 An censura suspendatur per appellationem. *ibid.*
22 Quoad absolutionem an aliquando in judicatum transeat. *ibid.*
23 Invalida, an liget in aliquo foro, & an tunc timenda sit. *ibid.*
24 An sit nulla lata post appellationem interpositam, & de materia. *& n.* 25. *ibid.*
26 An sit nulla lata a suspenso, notorie excommunicato, recusato, non servatis servandis, contra exemptum, aut continens errorem intolerabilem. *ibid.*
27 An peccet mortaliter, qui quoquo modo contra censuram operatur. *p.* 134.
28 An incidant in excommunicationem dantes facultatem vexandi Judices Ecclesiasticos ob censuram latam. *ibid.*
29 Ignorantes se esse censura irretitos, an peccent agendo contra illam. *ibid.*
30 In dubio, an quis sit tenendus pro excommunicato. *ibid.*
31 Censura ligatus divina celebrans, an & quando fiat irregularis, & an excuset ignorantia, & qualiter hæc probanda. *& n.* 32. *&* 33. *ibid.*
34 Contemnens censuras, quibus pœnis afficiatur, ubi de aggravatione &c. *ibid.*
35 Absolutus ob mortis periculum ab illo, qui alias extra periculum non habuisset potestatem, an cessante periculo debeat de novo petere absolutionem ab habente potestatem, & quando, ac quomodo. *ibid.*
36 Injuste excommunicans ad quid teneatur excommunicato. Item non servatis servandis, & quas pœnas incurrat, & an debeat ferri in scriptis. *ib.*
37 Censura ligari quinam possint. *ibid.*
38 An requiratur trina monitio, aut citatio & quando, ac quomodo, & an personalis. *& num.* 39. 40. *&* 41. *ibid.*
42 Absolvi a censura an possit etiam invitus, & quænam sint servanda in absolutione. *p.* 125.

§. II.

Censura excommunicationis.

43 Quid, & quotuplex sit excommunicatio, & quibusnam suffragiis privet. *& num.* 44. *ibid.*
45 Quinam excommunicare possint. Et excommunicatio a Jure contra quos feratur. *& num.* 46. *&* 47. *ibid.*
48 An excommunicatis possint ministrari sacramenta licite, aut valide. *ibid.*
49 Excommunicatus an, & quando careat sepultura Ecclesiastica, ac auditione Missæ privetur. *& num.* 50. *ibid.*
51 Excommunicatus, suspensus &c. suscipiens scienter sacros Ordines, an sit irregularis. *p.* 136.
52 An, & quando careat usu jurisdictionis, ejusque acta non valeant, & de materia. *ibid.*
53 Item an careat fructibus Beneficii, illiusque bona administrare possit. *ibid.*
54 An possint eidem conferri dignitates licite, aut valide, aut alia beneficia, aut collata ante excommunicationem post eandem amittat. Et quid de excommunicatis ob recursum ad Judicem Laicum, & an cessante excommunicatione collatio nulliter facta reviviscat, & de materia. *ibid.*
55 An possit esse tutor, curator, aut stare in judicio vel ut actor, vel ut reus, per se, vel per procuratorem etiam ad probandam nullitatem censuræ, & quomodo; aut in judicio se defendere &c. *& num.* 56. *p.* 137.
57 An possit esse testis in judicio, Advocatus &c. aut in testamentis, ac aliis &c. *p.* 171
58 An, & quando possit licite aut valide contractus celebrare, votum solemne emittere, &c. hæres institui &c. *ibid.*
59 An, & quando sit ab omnibus vitandus, & an requiratur declaratio seu denuntiatio. *& num.* 64. *ibid.*

60 Communicare cum excomunicato, quando quis possit, & de pœna communicantium sine causa, *& num. 61. & 62.* *ibid.*
63 Quid si nominatim monitus ut exeat ab Ecclesia ob excommunicationem nolit exire. *ibid.*
65 Excommunicatus pro alia causa, quam pro hæresi, insordescens per annum an sit suspectus de hæresi, & de aliis pœnis insordescentium, & quomodo insordescentia probetur, & de materia. *pag.* 128
66 Excommunicatio canonis *si quis suadente* per quam actionem contra Clericos incurratur. *ibid.*
67 Universitas an possit excommunicari. *ibid.*
68 An possit excommunicatio ferri contra non contumacem, & quæ culpa requiratur. *ibid.*
69 Lata contra scienter aliquid facientes, an afficiat etiam ignorantes affectate, & contra usurpantes extendatur etiam ad mandantes. *ibid.*
70 Ob pensionem non solutam an incurratur absque declaratione pensionarii, & de materia. *pag.* 172
71 Excommunicationis sententia, an debeat ferri inscriptis. *ibid.*
72 Excommunicatus ob percussionem levem Clerici an possit ab Episcopo absolvi, & quid si percussio fuit gravis; & quid si percussus, aut percutiens est Regularis. *ibid.*
73 An sit absolvendus nisi prius satisfecerit parti, & quomodo. *ibid.*
74 Absolutio an possit dari etiam absenti: & quando detur ad reincidentiam, & ad cautelam. *& num.* 75 *ibid.*
76 Quid sit excommunicatio minor, a quo possit ferri, & quinam ejus effectus. *ibid.*

§. III.

Censura Suspensionis.

77 Quid sit suspensio & quotuplex, & ad quem effectum feratur. *& num. 78. pag.* 139
79 Pœnalis an prærequirat monitionem, & an suspendatur per appellationem. *ibid.*
80 Suspendere quis possit, & a Jure contra quos feratur. *& n. 81. ibid.*
82 Suspensus a Jure an possit absolvi a suo Ordinario: Et lata ad arbitrium quamdiu duret. *ibid.*
83 An suspensus a Jure, si Divina ex officio facit, fiat irregularis. *ibid.*
84 An prohibeatur percipere Sacramenta. *ibid.*
85 Suspensus ab officio an sit suspensus ab ordine, jurisdictione, & administratione &c. ministerii Ecclesiastici: Item an suspensus ab ordine, sit suspensus a jurisdictione: Item an suspensus ab uno ordine sit suspensus a reliquis &c. Et an suspensus in uno loco ubique remaneat suspensus. *& num.* 86. *ibid.*
87 Suspensus a jurisdictione, a quibus sit suspensus. *ibid.*
88 Suspensus a beneficio an si suspensus a fructibus: Et quid si sit suspensus ab officio. Item an suspensus ab administratione Sacramentorum sit suspensus a celebratione Missæ. *ibid.*
89 An Episcopus incurrat suspensionem in casibus a Jure, vel ab homine non expressis. *ibid.*
90 An suspensus a Beneficio, si plura beneficia habeat, sit suspensus ab omnibus. *ibid.*
91 Item an sit suspensus etiam a Beneficiis, quæ possidet extra Diœcesim suspendentis. *ibid.*
92 An suspensus a Beneficio possit acquirere aliud. Et an talis prohibeatur Beneficium conferre. *ibid.*
93 An suspensus a Beneficio, sit suspensus ab officio. *ibid.*
94 Suspensio an possit fieri contra Capitulum, & quænam tunc eidem prohibeantur; & an suspenso Capitulo sint suspensi singuli de Capitulo. *ibid.*
95 Suspensus per annum an teneatur stare ad computum bisexti tunc incidentis. *ibid.*
96 Suspensus ab exercitio alicujus Ordinis, an fiat irregularis suscipiendo alios Ordines, sicut & exercens ordinem, a cujus exercitio est suspensus. *ibid.*
97 An suspensus ob malam Ordinum susceptionem, uti per saltum, sit capax consequendi Beneficium. *ibid.*

§. IV.

Censura Interdicti.

98 Interdicere quis possit, & contra quos feratur interdictum a Lege. *ibi d.*
99 Quotuplex sit interdictum. *& num. 100. ibid.*
101 In interdicto locali generali, quænam Sacramenta in loco perfici, seu ministrari prohibeantur. *& n. 102. & 103.* *ibid.*
104 Tempore interdicti tam localis, quam personalis, tam generalis, quam specialis, quomodo prohibeatur sepultura Ecclesiastica. *pag.* 141
105 An tempore interdicti generalis localis possint aliqui ex laicis admitti. *ibid.*
106 An sepultus in loco non sacro tempore interdicti localis, illo cessante possit exhumari, & sepeliri in loco sacro. *ibid.*
107 Interdicto locali, seu Ecclesia speciatim interdicta, quænam officia, aut Sacramenta in illa ministrari prohibeantur, & quid veniat nomine dictæ Ecclesiæ. *& n. 110.* *ibid.*
108 An electiones in Ecclesia interdicta fieri prohibeantur. *ibid.*
109 An interdictum tam generale, quam speciale violetur, si conditiones illius partim serventur, & partim non. *ibid.*
111 Quas pœnas incurrant violantes interdictum, ubi de irregularitate. &c. *& numero 112. 119. & 120 ibid.*
113 Fratres Minores an possint tempore interdicti admittere fratres aut sorores sui Tertii Ordinis. *pag.* 142
114 Quid sit interdictum personale generale, & quid personale singulare, quæ personæ in illis comprehendantur; ac quænam tunc prohibeantur. *& n. 116* *ibid.*
115 An tolli debeat, si quis de universitate interdicta velit, & promittat satisfacere. *ibid.*
117 Interdictum an possit fieri tantum quoad certos effectus. Et interdictus ab Ecclesia, an & quomodo illam ingredi possit. *ibid.*
118 Interdicto ab ingressu Ecclesiæ quænam prohibeantur. *ibid.*
120 Celebrans coram interdicto, aut eundem sepeliens in Ecclesia, an fiat irregularis. *ibid.*
121 Quinam interdici possint, & Universitate interdicta, quinam interdicti censeantur, uti & interdicto Clero, populo &c. *& n. 122. ibid.*
123 Loco generali interdicto, uti Civitate, quænam loca interdicta censeantur. *pag.* 143
124 An loco interdicto destructo, si postea reædificetur, remaneat interdictum, remissive. *ibid.*

CENSUS.

§. I.

Census quid sit, & quis possit eum creare?

1 Quid sit census, & quis imponere possit censum super re sua, aut aliena. *& n. 2. & 3. ibid.*
4 An sit validus super re emphyteutica, & quando. *ibid.*
5 An hæres gravatus possit illum imponere super fideicommisso, ut super fundo alienari prohibito & quomodo. *& n. 9. & seqq. ib.*
14 Quid si fundus sit pro medietate prohibitus alienari & pro medietate liber. *ibid.*
15 An census impositus super bonis fideicommissi, si adsunt bona libera sustineatur in dictis bonis liberis. *ibid.*
16 An possit a minori census imponi, & quomodo. Et quid si major factus censum solverit &c. *& n. 17. 18. & 19.* *ibid.*
20 Mulier an possit creare censum, & quomodo *pag.* 144
21 Item an prodigus. Item filusfam. & in quibus bonis. Item Dominus habens dominium resolubile. Item maritus in fundo dotali, possint creare censum. *& n. 22. 23. & 24. ibid.*
25 Administrator bonorum publicorum, an & quando possit super illis censum imponere. *ibid.*
26 Item an Clericus super bonis Beneficii, aut super illis, ad quotum titulum fuit ordinatus. Item

an

usufructuarius &c. possint creare censum. *ibid.*
27 Fideicommissarius an possit censum creare super re sibi nondum tradita. *ibid.*

§. II.

Super quibus possit creari sensus.

28 An possit creari super rebus immobilibus, vel quæ pro immobilibus habentur. *ibid.*
29. An census ex sui natura computetur inter mobilia, vel inter immobilia. *& n.* 30. *&* 31. *ibid.*
32 An super censu perpetuo alius census creari possit. *ibid.*
33 An creari possit super rebus mobilibus. Item super juribus & actionibus personalibus &c. *& num.* 34. *ibid.*
35 An super persona sola possit constitui census, in quo sola persona obligetur. *& num.* 36. *ibid.*
37 An fundus, super quo imponitur census, debeat esse frugifer, & quomodo, & quid si non ferat integrum censum vel absolute, vel tantum pro aliquo tempore. *& num.* 38. 39. *&* 40. *ibid.*
41 An super re magni redditus possit creari parvus census. Et an plures super eodem fundo, sine consensu primi Domini. *ibid.*
42 Constitutus super universitate bonorum sine expressione alicujus fundi certi, an valeat. *ibid.*
43 Item an sit necessaria expressio finium fundi, super quo imponitur. *ibid.*
44 An creari possit super pluribus fundis incertis, & illimitatis, vel super uno fundo certo, & una simul super omnibus bonis, vel cum generali hypotheca super illis, & quomodo. *ibid.*
45 An possit de uno fundo in alium transferri absque novo consensu fidejussorum, & absque novatione. *ib.*
46 An ad illius valorem debeat creari juxta Bullam Pii V. & quod super illo fiat instrumentum publicum. *p.* 146.
47 An census creatio tanquam in facto consistens præsumatur, vel probari debeat. *ib.*
48 Quo titulo, & quomodo possit in alium transferri. *& n.* 49. *ib.*

§. III.

De pactis illicitis in sensu.

50 An, & quando pactum contra substantiam, vel naturam contractus censualis vitiet ipsum censum & quodnam illud sit. *& num.* 51. *&* 52. *ib.*
53 Pactum anticipatæ solutionis, an vitiet censum, vel habeatur pro non adjecto. *ibid*
54 Et quid de pacto, quod casus fortuitus spectet ad emptorem, vel venditorem census. *ib.*
55 Item quid de pacto restringente venditori census facultatem alienandi rem censui suppositam. *ibid.*
56 Item quid de pacto, quod morosus census debitor teneatur ad interesse lucri cessantis, vel cambium: vel quod teneatur ad expensas, & salaria: vel quod amittat rem censuatam, aut in aliquam pœnam incidat. *p.* 147
57 Item quid de pacto, quod debitor census illum solvat liberum ab omni onere, etiam illo, quod ex natura contractus spectat ad emptorem. Item quod restringit facultatem redimendi censum: vel certe quod inducit necessitatem redimendi censum, aut quod Dominus possit ad libitum suum repetere pretium. *& num.* 58. *&* 59. *ib.*

§. IV.

Fundus censitus an vendi possit?

60 An facultas vendendi fundum censitum aliquo pacto auferri possit. Et an emptor talis fundi cognita rei veritate possit rescindere contractum. *ib.*
61 An & quando in alienatione fundi censiti sit facienda Domino denuntiato, & de prælatione eidem competente, & alias in casu contrario quænam jura eidem competant. *& num.* 63. *ib.*
62 An possit fundus censitus hypothecari, locari, cedi, permutari, in solutum, aut dotem dari. &c. *ibid.*

§. II.

Censum quis teneatur solvere, & in quo loco, ac tempore.

64 Quisnam teneatur solvere censum, & quid si ille, qui creavit censum, fundum censitum vendidit. *p.* 148.
65 An quilibet hæres teneatur in solidum: Item an fidejussor &c. *ibid.*
66 An, & quando solvere teneatur possessor fundi censiti. *ibid.*
67 Item an usufructuarius. *ibid.*
68 An possidens partem fundi censiti possit conveniri pro integra solutione. *ibid.*
69 An, qui aliquando solvit, possit cogi solvere etiam in futurum, & quando. *ibid.*
70 Quo tempore, loco, ac in qua moneta solvendus sit census. *& num.* 71. *ib.*
72 Dominus census an teneatur restituere; vel in sortem imputare fructus perceptos ex contractu nullo. *ibid.*
73 Pro census exactione quænam remedia & actiones competant, & an possit exigi via executiva, *& num.* 74. *&* 75. *ibid.*

§. VI.

De extinctione Census.

76 Si perit fundus censitus aut domus &c. an, & quomodo pereat census. *& n.* 77. *&* 78. *pag.* 149.
79 Quid si domus &c. quæ casu perierat, reædificetur, an census sustineatur super domo reædificata: & quid si fundus, qui perierat v. g. aquarum inundatione, ad culturam denuo redigatur. *ibid.*
80 Quomodo extinguatur redemptione, aut actuali pretii restitutione. *ibid.*
81 An possit redimi per partes invito Domino. *ib.*
82 In redemptione census an, & quomodo debeat præcedere disdicta; & quid si Dominus nolit recipere pretium. *ibid.*
83 Quis possit redimere: & an Dominus census possit cogere venditorem ad redimendum. *& num.* 84. *p.* 150.
85 An debitor census possit in aliquibus casibus non solvere, licet non redemerit. *ibid.*
86 In redemptione census an possit restitui pretium in alia specie, quam in pecunia numerata, ut compensatione &c. *ibid.*
87 An Dominus, ejus hæres, aut quilibet tertius teneatur revendere censum. *ibid.*
88 An extinguatur præscriptione, & quomodo: & an prescriptio prosit pro annis tam præteritis, quam futuris. *& n.* 89. *ibid.*
90 An data census nullitate, attamen debeantur fructus pro tempore, quo census habuit implicitum statum validitatis, & sic ante oppositionem de nullitate. *p.* 151.
91 Si duo super eodem fundo capaci censum emerint, & postea debitor census fundum censitum vendere velit, quis eorum in emptione sit præferendus. *ibid.*
92 An ex censu nullo, si non debentur fructus qua tales, debeantur saltem ratione damni & interesse. *ibid.*
93 An census sustineatur, si pecunia in ipso contractu non fuit numerata. *ibid.*

CESSIO JURIUM.

1 Quinam juri suo cedere possint. *ibid.*
2 An debitor cedere possit in præjudicium creditorum, & quando. *ibid.*
3 An cessio jurium in potentiores valeat, aut timore futuræ litis, & quinam dicantur potentiores, & de

UNIVERSIDAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

de materia. *& n. 4. ibid.*
5 Tutori, vel Curatori actio an cedi possit contra minorem. *pag.* 152
6 Jura personalia personis annexa, an cedi possint. Item ususfructus, jus usus, habitationis facultas, privilegium personale, facultas eligendi, quam quis habet ad proprium commodum &c. *ibid.*
7 Retractus sanguinis an cedi possit, aut jus retractus conventionale. *ibid.*
8 Primogenitura an cedi possit, & quando. *ibid.*
9 Item an jus Societatis. Item an operæ artificiales consistentes in opere dumtaxat artificis, vel in officio personæ. Item jus repetendi dotes, quod habet uxor marito vergente ad inopiam &c. *& n.* 10. *& 11. ibid.*
12 An omne id, quod cedi potest, possit etiam transmitti, & e contra. *ibid.*
13 Fideicommissum universale an transmitti possit. *ibid.*
14 Jura passiva, vel actiones passivæ an cedi possint. *ibid.*
15 Quæ jura, & actiones transeant, & competant cessionario, remissive. *ibid.*
16 Cessio jurium an sit stricti juris. *ibid.*
17 Cessionario an competant omnes exceptiones, quæ competunt cedenti. *ibid.*
18 Cessionarius quomodo continuet possessionem cedentis, illumque repræsentet. Et an lis cepta cum cedente afficiat etiam cessionarium, & an teneatur Cessionarius ad juramentum in litem. *ibid.*
19 Cedens an teneatur cessionario instrumentum nominis cessi edere, ut agere queat contra suum debitorem. *pag.* 132
20 Ad quem spectet periculum nominis cessi, seu an cedens obligetur, quod nomen cessum sit exigibile, vel sufficiat, quod illud sit verum, & de materia. *& n. 21. ibid.*
22 Cedens nomen jam solutum, vel actionem an teneatur pœna stellionatus, & ad damna &c. *ibid.*
23 Cessio facta sine causa, ac titulo an sit valida, vel si titulus fuit nullus &c. *ibid.*
24 An cedens post cessionem possit aliquid facere in præjudicium cessionarii, uti confitendo, liberando &c. *ibid.*
25 An requiratur citatio debitoris, quando creditor dicti debitoris nomen alteri cedit. *ibid.*

¶ CHRISMA.

Chrisma quid sit, & a quo peti debeat. numero 1. *&* 2. *ibid.* ¶

CITATIO.

1 Quid sit citatio judicialis, quomodo, ac quo jure ad actus judiciales necessaria, & quomodo. *ibid.*
2 Quotuplex sit citatio, ubi de dilatoria, & peremptoria, & quando utraque citatum contumacem reddat. *& n. 3. ibid.*
4 Citatio per ploclama quæ sit, & quomodo differat ab edictali. *pag.* 154
5 Per litteras, seu edictalis quando fiat. *ibid.*
6 Per edictum a quo Judice decerni possit, & an a delegato, & quando. *ibid.*
7 Per edictum an debeat fieri in scriptis, & in quot locis, & alias quænam sint observanda. *ibid.*
8 Per edictum contra interesse prætendentes cum persona citanda est certa. *ibid.*
9 Per edictum an, & quomodo fiat, si reperitur animal sine custodia damnum dans. *ibid.*
10 Per edictum an concedatur in odium notorii spolii citando omnes &c. & an tunc liget Clericum. *ibid.*

§. I.

Alia requisita ad legitimam citationem, & de modo exequendi illam.

11 Quomodo citatio debeat continere nomen & cognomen Judicis, Rei, actoris, causam, comissionem Judicis, locum, ad quem quis citatur, terminum seu diem comparendi &c. *& numero.* 12. *usque* 17. *ibid.*
17 An citatio sit nulla, si apponatur terminus nimis brevis ad comparendum; & an dies executæ citationis computetur in termino. *pag.* 153.
18 Die feriata ad non feriatam an fieri, exequi possit. *ibid.*
19 An & quando debeat esse personalis, ut afficiat citatum; & quid si alias ad notitiam citati pervenerit, & quomodo Nuntio referenti de diligentiis factis in quærendo citatum credatur. *num.* 20. *& 21. ibid.*
22 Illa quæ fit personaliter, an possit fieri oretenus, & sine scriptis, & quid de illa quæ fit ad domum, & quomodo. *& n. 23. ibid.*
24 Citatio verbalis an prohibeatur fieri in Ecclesia, & quid in Judice Laico. *ibid.*
25 An Judex possit citare personaliter, aut realiter reum existentem in alieno territorio. *pag.* 156.
26 An citatio debeat produci, & reproduci in actis, & quomodo, ac coram quo, ac quomodo credatur nuntio. *ibid.*
27 Citationem Auditoris Cameræ extra Curiam quinam exequantur. *ibid.*
28 Citatio nulliter facta quomodo convalidetur. *pag.* 153. *ibid.*

§. II.

Quando, & in quibus sit necessaria citatio.

29 An sit necessaria in quovis actu judiciali, aut extrajudiciali, & quando sit citandus ipse principalis, & quando ipsius procurator. *ibid.*
30 An sit necessaria ad sententiam, & qualis, ac quando. *& n. 31. 32. 33. 34. & 36. ibid.*
35 An in executione sententiæ, quæ fieri petitur super eadem re, super qua lata fuit sententia, an sit necessaria nova citatio. *pag.* 156.
36 An in sententia ferenda contra illum, qui captus, vel arrestatus adfugit, sit necessaria citatio. *ibid.*
37 An citatio sit necessaria etiam in notoriis. *ibid.*
38 An sit necessaria in declaratione caducitatis a Domino facta contra emphyteutam ob canonem non solutum. *ibid.*
39 An sit necessaria in taxatione expensarum. *ibid.*
40 An in causa judicati &c. & dum capiuntur pignora &c. ad effectum illa subhastandi, & deinde subhastantur, requiratur citatio, & de materia. *pag.* 158.
41 An requiratur ad obtinendam possessionem alicujus rei, quam alius injuste possidet, & sic quando agitur de ejiciendo injusto possessore. *ibid.*
42 An requiratur in examine testium ad perpetuam rei memoriam, & quomodo. *ibid.*
43 Quid si citandus sit præsens in judicio, vel delictum Rei notorium, sit suspectus de fuga alicujus negotium non principaliter tangatur, aut in causis summariis, in quibus proceditur de plano, & absque figura judicii, eritne necessaria citatio. *& n. 44. 45. 46. & 47. ibid.*
48 An sit citandus, qui frivole, & frustratorie appellavit &c. vel qui statim post executam citationem ivit in longinquas Regiones; aut ille, qui absolute respondit se nolle comparere; aut citatus ad totam causam discessit non relicto procuratore. *ibid.*
49 Item an requiratur citatio, quando Judex procedit ex officio, vel ad suam tantum informationem. *ibid.*
50 An in causa hæresis contra inquisitum potentem. *pag.* 159.
51 An requiratur in executione sententiæ coram Judice a quo post desertionem ob non interpositam, seu introductam appellationem. *ibid.*
52 An sit necessaria in concessione sequestri. *ib.*

§. III.

De effectibus Citationis.

53 Quomodo arctet citatum ad comparendum: & quomodo debeat accusari contumacia non comparentis, & an Judex teneatur contra contumacem procedere, vel novo termino gratiare. *ibid.*
54 An inducat præventionem in concursu Jurisdictionis. *ibid.*
55 An perpetuet Jurisdictionem Judicis delegati, & quando. *ibid.*

57 An

56 An interrumpat præſcriptionem 30. vel 40. annorum. *ibid.*
57 An inducat vitium litigioſi, ut lite pendente nihil poſſit innovari. *ibid.*
58 Edictalis, in qua fuerunt citati omnes ſua intereſſe putantes, quid operetur. *ibid.*
59 Per edictum affixa in locis rei emendæ vicinis, an reddat emptorem ſecurum ab evictione. *ibid.*
60 Cum clauſula *ſi ſua putaverit intereſſe*, an & quando arctet Clericum, remiſſive. *ibid.*
61 Citationis defectus an impediat executionem rei judicatæ ſententiarum etiam conformium. *ibid.*
62 Citatus a Judice incompetente, an, & quando debeat comparere, & allegare ſuam exemptionem. *ibid.*
63 Citatus ad unam cauſam an teneatur reſpondere etiam in alia, pro qua non fuit citatus. *ib.*
64 An, & quando citatus teneatur comparere perſonaliter. *ibid.*
65 An teneatur comparere, ſi locus, ad quem fuit citatus, non eſt tutus, & quid ſi offeratur ſalvus conductus &c. *pag.* 160.
66 Citatus abſolvendum, ſi fatetur debitum, an teneatur ad expenſas citationis, & quando. *ibid.*

CLAUSULÆ COMMUNES.

1 An poſſit Notarius etiam non rogatus apponnere in inſtrumentis clauſulas ſalutares apponi ſolitas. *ibid.*
2 Quando ſunt de illis, quæ regulariter conſueverunt apponi, an præſumantur appoſitæ de notariorum ſtylo, & an aliquid operentur, ſi v. g. teſtator erat perſona idiota. Et quid ſi ſunt de illis, quæ non conſueverunt apponi, & quid de clauſula codicillari. *& n.* 3. *ibid.*
4 Dum Notarius clauſulas coram teſtatore legit, ſi non contradicat, an cenſeatur illas approbare. *ib.*
5 Clauſula generalis antecedens an explicetur per ſpecialem ſubſequentem, & e contra, & quomodo clauſula generalis ſit reſtringenda. *ibid.*
6 Clauſula univerſalis an comprehendat omnia, & quid operetur. *ibid.*
7 Clauſulæ, quæ veniunt acceſſorie ad contractum, ſi contractus eſt ſimulatus; & ipſæ ſimulatæ judicantur. *ibid.*
8 Revocatoria alicujus legis, quomodo illam revocare videatur. *ibid.*
9 Appoſitæ in prima commiſſione, an cenſeantur repetitæ in ſecunda, aut in aliis. *ibid.*
10 Poſitæ in privilegiis an cenſeantur habere clauſulam *quatenus pars uti velit*. *pag.* 161
11 Præſervativæ, an tribuant de novo jus, aut vero tantum prius præexiſtens aſſervent. *ibid.*
12 Plura reſpiciens determinabilia an debeat omnia uniformiter determinare. *ibid.*
13 Executivæ a Notariis poni ſolitæ poſt perfectum contractum, ut *de quibus &c. quæ omnia &c.* an mutent diſpoſitionem, & an litteris Apoſtolicis aliquid operentur. *ib.*
14 Clauſulæ *ſuper quibus omnibus & ſingulis petit ſibi jus & juſtitiam miniſtrari*, in libellis quid operetur. *ibid.*
15 *Salva moderatione* poſita in ſententia an faciat eſſe locum compoſitioni etiam poſt illam. *ib.*
16 *Cum acceſſibus, & regreſſibus* an faciat venditam eſſe ſervitutem. *ibid.*
17 *Ne plus peti poſſit*, quid operetur in teſtamento. *ib.*
18 *Salvo conſenſu Domini, & non aliter &c.* an liberet vendentem feudum a caducitate. *ibid.*
19 *Et ſi quid pluris dono* in venditione poſita an auferat beneficium *L.* 2. *de reſcind. ven.* *ibid.*
20 *Ad habendum*, vel *quibus dederit* in emphyteuſi quid operetur. *ibid.*
21 *Tunc & eo caſu* in ſubſtitutione quid operetur. *ib.*
22 *Codicillaris* an obliquet inſtitutionem, & faciat directam tranſire in fideicommiſſariam, & quid adhuc operetur. *ibid.*
23 *In perpetuum* an faciat emphyteuſim tranſitoriam in extraneos. *ib.*
24 *Conſtituti* poſita in inſtrumento dotali, quid operetur. *ibid.*
25 *Si & in quantum* poſita in admiſſione poſitionem, quod jus reſpondenti præſervet. *ibid.*
26 *Sine præjudicio*, quale præjudicium præſervet. *ib.*

CLAUSULÆ APOSTOLICÆ.

1 Clauſula *motu proprio, & certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis*, an, & quando tollat omnem ſubreptionem: aut ſit ab impetrante juſtificanda aut poſſit dari contra illam de ſubreptione; aut probari falſa narrata, & an vitietur taciturnitate cauſæ finalis, aut expreſſione falſæ cauſæ? An tollat obſtacula cohærentia perſonæ: & quos alios effectus operetur, & an inducat diſpenſationem ſuper pluralitate Beneficiorum. *ibid.*
2 Clauſula *ſupplentes*, cum clauſula *motus proprii*, an ſuppleat defectum juris naturalis, vel Divini, uti citationis &c. Item defectus cauſæ, maxime ſubſtantiales, & an operetur in præjudicium tertii, & quid aliud operetur. *pag.* 194.
3 *Sine retardatione ſolutionis penſionis*, quomodo limitet juriſdictionem Commiſſarii, donec penſio ſolvatur, & quando hæc clauſula ſit ſolita apponi &c. *ibid.*
4 *Amoto quolibet detentore*, de quo intelligatur; an requirat obſervantiam Juris judiciarii, cum agitur de amovendo? An habeat vim expreſſionis coloratæ poſſeſſionis, de quo eſt facienda mentio. An & quando faciat executorem mixtum &c. *pag.* 164
5 *Inducas*, & *inductum defendas*, quam poteſtatem det executori. An eidem tribuat perpetuam juriſdictionem; quæ defenſio ei active competat; an tollat vitium attentatorum, & quando dicta juriſdictio expiret. *ibid.*
6 *Appellatione remota*, de qua appellatione intelligat, & de ejus affectibus: an auferat beneficium reſtitutionis in integrum &c. *ibid.*
7 *Quorum tenore*, quomodo deroget conſtitutionibus anterioribus; quare adinventa, an procedat tam in reſcriptis motu proprio, quam ad inſtantiam partis emanatis &c. *pag.* 165.
8 *Sine præjudicio executionis litterarum Apoſtolicarum, & Parito Brevi, & judicato* poſita in litteris appellationum, quid operetur, & quomodo ac quando cenſeatur tali clauſulæ ſatisfactum reali paritione, fructuum reſtitutione, expenſarum refuſione &c. *& n.* 9. *ibid.*
10 *Volumus autem*, quid operetur. *pag.* 166.
11 *Vocatis vocandis*; *ſervatis ſervandis*; vel *ſi tibi conſtiterit*, an faciant executorem mixtum; de quibuſnam vocandis intelligatur; an faciat cauſam appellabilem &c. *ibid.*
12 *Verificato prius* in proviſionibus Beneficiorum Juriſpatronatus, quem effectum operetur, & quomodo exequatur. *p.* 167.
13 *Ut aſſeris, & ut aſſeritur*, quomodo inter ſe differant, & quid operetur. *ib.*
14 *Quatenus Jus patronatus mixtum*, quam cauſæ cognitionem importet. *ibid.*
15 *Ex nunc, prout ex tunc*, quomodo trahat unum tempus ad aliud, & de illius effectu, ac quando faciat actum retrotrahi &c. *ib.*
16 *Si & in quantum*, quid operetur. *p.* 168.
17 *Gratis ubique*, quid operetur, & an deroget conſuetudini legitime præſcriptæ aliquid accipiendi. *ibid.*
18 *Si ita eſt*, an importet conditionem, ac requirat cauſæ cognitionem. *ib.*
19 *Tunc & eo caſu*, an arctet conditionem ad caſum expreſſum. *ib.*
20 *Omni meliori modo*, quid operetur, quos defectus ſuppleat, in teſtamentis, an ſuppleat clauſulam codicillarem &c. *ibid.*
21 *Statum, merita cauſæ*, in commiſſionibus, appellationum, quid operetur. *ibid.*
Item quid operetur clauſula *cujus litis ſtatum*, an præſervet litteras a ſubreptione, &c. *ibid.*
22 *Sine Præjudicio*, & *dummodo tempore data non ſit alteri jus quæſitum*, quodnam jus cuicumque præſervet, maxime in traditione poſſeſſionis in receptione canonis poſt declaratam caducitatem: uti de clauſula *ſine præjudicio devolutionis, ſeu caducitatis*. &c. *ib.*
23 *Sine præjudicio venientium ab inteſtato*, poſita in legitimatione, ad quam ſucceſſionem habilitet legitimatum, & de ejus materia. *p.* 169.
24 *Dumodo tempore datæ &c.* de quo tempore intelligatur; item de quo jure, & de materia. *ib.*
25 *Anteferri*; quam ſubreptionem tollat, ac quomodo

do faciat de posteriore priorem, & de materia. *d. n.* 24. *ad fin. & n.* 25. *pag.* 170.
26 *Arbitrio tuo*, vel *judicio tuo*, quomodo importent arbitrium boni viri, aut requirat Juris ordinem, & de materia. *ibid.*
27 *Audiat, cognoscat, & justitiam faciat*, an & quando auferat rem judicatam. *ibid.*
28 *Dummodo septem Missæ &c.* in Altari privilegiato &c. quomodo intelligenda. *ibid.*
29 *Pro jurato*, quales habeat vires juramenti, an obliget ad observantiam contractus invalidi &c. *ib.*
30 *Arbitrio Rotæ*, an omittere faciat rigorem Juris, & servare æquitatem, ac quomodo. *ibid.*
31 *Conscientiæ tuæ committimus onoramus &c. discretioni tuæ &c.* quando denotet esse electam industriam personæ, impediat subdelegationem, requirat partis citationem &c. *ibid.*
32 *Volumus autem, quod si alias Christi fidelibus dictam Ecclesiam visitantibus &c.* quando faciat indulgentiæ concessionem esse nullam, si fuerit prius alia concessa &c. *ibid.*,
33 *Te a quibus vis excommunicationis &c. absolventes* quomodo tollat impetranti obstaculum gratiæ, quid alias operetur, & an comprehendat irregularitatem &c. *ibid.*
34 *In tua, & tuæ familiæ præsentia*, in Oratoriis privatis an habeat effectum Domino absente, & quid veniat nomine familiæ &c. *ibid.*
35 *Consentientibus dilectis filiis &c.* quem consensum requirat. *ibid.*
36 *Ut pretium subrogetur in aliud prædium emendum*, an aggravet tam emptorem, quam venditorem. *ibid.*
37 *Dummodo centum pro Rectore*, an sit conditionalis, quomodo justificanda; de qua moneta; & quænam Parocho in congruam imputari possint. *ib.*
38 *Dummodo intrusus non sit*, de qua intrusione intelligatur; an importet conditionem; quis dicatur intrusus, & de materia. *pag.* 172.
39 *Habita, vel non habita possessione*, posita in reservatione pensionis, ad quod tempus operetur. *ib.*
40 *Quam, & quas*, an restringat jurisdictionem ad expressa, & de ejus effectu. *ibid.*
41 *Summarie, simpliciter, sine strepitu, & figura judicii, sola veritate inspecta, & de plano*, quas Juris solemnitates tollant, ubi etiam quænam sint causæ summariæ, & quinam possint dare commissiones cum his clausulis. *& num.* 42. 43. 44. 46. *& 47. ibid.*
45 *Manu Regia*, quæ facultas procedendi absque ordine judicii per hanc clausulam detur. *pag.* 173.
48 *Si per diligentem examinationem illum idoneum repereris &c.* an importet causæ cognitionem judicialem: & posita in mandatis de providendo de parochialibus importet necessitatem examinandi etiam alias approbatos &c. *ibid.*
49 *Contradictores compescendo*, de quibus intelligatur. *ib.*
50 *Prout Juris, & de Jure*, quid operetur. *ibid.*
51 *Perinde valere*, quomodo revalidet gratiam. *ib.*
52 *Non aliter, alias, nec alio modo*, an importet conditionem &c. *pag.* 176.
53 *Pro expressis habentes*, quid operetur. *ib.*
54 *Non obstantibus*, quænam obstantia gratiæ tollat, an & quando tollat privilegia, an in præjudicium tertii, & an inducat dispensationem, & alia, prout. *ibid.*
55 *Decretum irritans*, quid operetur, ac quos liget, ac de ejus effectibus. *ibid.*
56 *Districtus inhibentes*, an prohibeat, vel irritet actum. *ibid.*
57 *Derogatoria* cum clausula *quorum tenores*, an & quando tollat dispositiones contrarias antecedentes, aut subsequentes, & de materia. *pag.* 174.
58 *Circa*, vel *circiter*, & *ipso facto*, *ipso Jure*, *de Jure & de facto*, quomodo intelligantur. *& n.* 59. *& 60. ibid.*
61 *Sine vitio spolii*, quid operetur. *& n.* 62. *ib.*
63 *In omnibus, & per omnia*, quid comprehendat. &c. *ibid.*

CLERICI.

§. I.

Clericorum obligatio.

1 Qualiter obligentur ad castitatem. *ibid.*
2 An impedimentum dirimens contrahat, qui Ordines minores suscipt, credens, iis esse annexum votum castitatis. *ibid.*
3 Subdiaconus uxorem ducens quas pœnas incurrat. *& n.* 11. *pag.* 176.
4 Quomodo teneatur recitare horas Canonicas *& n.* 5. *ibid.*
6 Quomodo, & quando teneantur ferre habitum & tonsuram; & contravenientes quas pœnas incurrant, & an amittant Beneficia; ac de privilegiis fori & Canonis illum deferentium. *& numero* 7. *& 19. ibid.*
8 An possit dici Apostata dimmittens habitum Clericalem. *ibid.*
9 Quinam dicatur habitus Clericalis. *ibid.*
12 In minoribus constituti an possint ducere uxorem; & de privilegiis Clericorum conjugatorum. *p.* 178
13 Clericus conjugatus, an, & quando mortua uxore recuperet privilegia. *ibid.*
14 Bigamus an gaudeat privilegio fori, & Canonis & an teneatur probare suam uxorem fuisse Virginem quando illam duxit. *ibid.*

§. II.

Quæ sint prohibita Clericis; quæ permissa?

15 An sint Domini fructum suorum beneficiorum & an possint de illis testari, & quomodo debeant dare superflua pauperibus &c. *& n.* 16. 17. *&* 18. *pag.* 178.
19 An possint vivere ex bonis Beneficii, & patrimonialia conservare. *ibid.*
20 In majoribus constitutis quomodo sit prohibita negotiatio, & quænam dicatur negotiatio. *& n.* 21. *usque* 26. *pag.* 221.
27 An possit Clericus in propria domo per famulum &c. vendere proprios fructus cum lucro. *ibid.*
27 An propter unicam negotiationem possit Clericus puniri. *ibid.*
28 An Clericus negotiator teneatur lucrum restituere, vel dare pauperibus. *ibid.*
29 An Clericis sit saltem licita Societas. *ibid.*
30 Clericis an possit assumi ad officium sæculare. *ib.*
31 An possit exercere medicinam: aut Advocatum agere, aut Procuratorem coram Judice Laico, aut Ecclesiasticos. Item an esse testis, aut Notarius in judicio laicali. *pag.* 179.
32 An possit esse executor testamentarius. *ibid.*

§. III.

In quantum conveniri possint Clerici?

33 An, & quomodo possint conveniri ultra id, quod facere possunt, & de materia, & de Capitulo *Odoardus*, quando debeat locum, & an eidem Clericus renunciare possit. *& n.* 34. 35. *&* 36. *ibid.*

§. IV.

Alia Clericis partim permissa, partim prohibita?

37 An Clericus possit dotare filiam suam spuriam de fructibus sui beneficii. *ibid.*
38 Olim furiosus, sed nunc sanæ mentis an sit capax omnis beneficii, & quid si laboret morbo caduco. *ib.*
39 Clericus hæres an teneatur ultra vires hæreditatis. *ibid.*
40 An possint ab Episcopo cogi vivere in communi. *ib.*
41 Beneficiatus an, & quæ possit adire studia sine licentia sui Episcopi, & quando possit cogi ad residentia. *ibid.*
32 Resignans beneficium quomodo amittat privilegium. Et an ad effectum gaudendi privilegio sufficiat, si inserviat Ecclesiæ tantum in temporalibus: & an sufficiat, si habet beneficium tantum in comendam. *ibid.*

§. V

De aliis privilegiis Clericorum.

43 An, quomodo, ac quando sint immunes a gabellis, collectis, & potestate laicali, tam quoad perso-

sonas, quam quoad bona, tam in personalibus, quam in realibus, & etiam quoad bona patrimonialia. *usque ad n.* 86. *ibid.*
44 An saltem, & quomodo tendatur denuntiare gabellario bona, quæ emunt, aut transportant pro se & sua familia. *pag* 180.
67 Clericis quomodo competat privilegium fori, & quomodo ad hunc effectum sufficiat possessio Clericatus: an possint huic privilegio renunciare: An sit hoc privilegium de jure Divino, & de pœnis contravenientium. *& n.* 68. *& 69 pag.* 227. *& n.* 85. *pag.* 183.
70 Clericus an trahat ad se Laicum litis, vel criminis consortem, cohæredem, correum, &c. *pag.* 184.
71 Fidejussor, aut depositarius an possit conveniri coram Judice Laico pro depositi restitutione &c. *& n.* 75. *& 79. ibid.*
72 Succedens Laico ante litem cæptam coram quo Judice conveniatur. *ibid.*
73 Veniens ad causam principaliter pro suo interesse, an trahat causam ad suum forum. *ibid.*
74 Succedens Laico in jure universali post litem cæptam, an teneatur illa prosequi, coram quo fuit cæpta. *ibid.*
75 Clericus tutor an conveniatur coram Laico pro reddenda ratione &c. *ibid.*
76 An possit reconveniri coram Judice Laico. *ib.*
77 Actor laudatus, uti de evictione &c. an trahat causam ad suum forum. *ibid.*
78 Actor, an & quando sequatur forum Rei, & quid in causis Ecclesiasticis, puri facti, &c. *& n.* 82. *ibid.*
79 Clerici spoliantes Laicum, an conveniantur coram Laico, & quomodo. *pag.* 185.
80 Ecclesia, aut Clericus petens restitutionem in integrum, coram quo Judice illa petat, aut quando agit ex remedio reintegrandæ, aut retinendæ. *& numero* 81. *ibid.*
83 In causa feudali, an Clericus possit conveniri coram Judice Laico. *ibid.*
84 An in realibus, sive in actione reali, aut in rem, possit conveniri coram Judice Laico. *ibid.*
85 Privilegium fori quando competat Clericis in minoribus constitutis. *ibid.*
86 Clerici an gaudeant immunitate etiam quoad Judicem Ecclesiasticum in criminibus non exceptis. *ibid.*
87 An possint extrahi ab Ecclesia Regularium exemptorum ab Episcopo. *pag.* 186.
88 An possint ligari Laicorum legibus aut statutis. *& n.* 89. *ib.*
90 Clerici an peccent vendendo rem cariori pretio, quam a potestate Laica fuit taxatum. *ibid.*
91 Quomodo gaudeant Clerici privilegio Canonis *si quis suadente*, & an in illius pœnas incurrant spoliantes Clericum etiam venatorem armis &c. Item capientes Clericum, illumque ducentes ad suum carcerem. Et quid in Clerico incorrigibili, & quando dicatur talis &c. *& n.* 92. *ibid.*
93 Clericus se immiscens enormitatibus, ut perdat privilegium fori, an sufficiat unum delictum. *ib.*
94 Quando possit degradari. *ibid.*
95 Clerici in crimine læsæ Majestatis an sint immunes a Judice Laico. *ibid.*
96 An teneantur ad taxam factam a communitate pro salario Medici. *ib.*
97 An clericus non sufficienter punitus a Judice Ecclesiastico, possit a Laicis privari sui bonis. *ibid.*
88 An possit jurare coram Judice Laico, & ab illo examinari. *ibid.*
99 An delinquens in Clericatu, si postea matrimonium contrahit, possit puniri a Laico. *pag.* 187.

§. VI.

Quis cognoscat, an Clericus gaudeat peivilegio fori, & an captus sit Clericus?

101 An id solus Judex Ecclesiasticus cognoscat, & an Judex Laicus debeat interim supersedere. *& n.* 120. *ibid.*
103 Clericus captus a Laico in habitu sæculari, aut Clericali, an & quando sit Judici Ecclesiastico remittendus, maxime dum cognoscitur super Clericatu, & quis desuper cognoscat. Et quomodo probetur Clericatus. *usque ad numer.* 110. *ibid.*

§. VII.

De delictis & pœnis Clericorum.

111 An possit Clericus donare suæ concubinæ: Et de pœnis concubinariorum aut fornicariorum, & an possint deponi. *ibid. & numero* 119. *&* 122. *ibid.*
112 Clerici, etiam Regulares, an & quando possint studere Juri Civili, & de pœnis contravenientium. *pag.* 188.
113 Usurarii an deponendi, & quomodo, & an possint ab Episcopo restitui. *& n.* 114. *ibid.*
115 Clericus committens delictum, propter quod ipso jure privatur Beneficio, teneatur illud dimittere in conscientia, ante sententiam Judicis, & de materia. *ibid.*
116 Armorum delatio quomodo Clericis prohibita, & de pœnis illa ferentium. *ibid.*
117 Blasphemator, aut negotiator qua pœna puniatur, remissive. *ibid. & n.* 128 *ibid.*
118 Sodomita quomodo puniatur. *ibid.*
120 Gerens se pro sacerdote, cum talis non sit, quomodo deponatur, & quid si celebret missam. *& n.* 125. *pag.* 189.
121 Jaculator, Histrio, & scurra quomodo puniatur. *ibid.*
123 Stuprans per vim, quomodo puniatur, & quot modo stuprans sine vi, & an teneatur stupratam dotare. *ibid.*
124 Accusans aliquem criminaliter, si propterea sequatur pæna sanguinis, an fiat irregularis. *ibid.*
126 Ebriosus quomodo puniatur. *ibid.*
127 Seipsum percutiens, vel consentiens suæ percussioni an incidat in pœnam canonis. *ibid.*
129 In civilibus consentiens in Judicem laicum, aut in criminalibus. *ibid.*
130 Abortum fœtus in fœminis procurantes, quomodo puniatur. *ibid.*
131 Falsitatem in litteris Apostolicis exercentes, aut falsitatem in litteras aliorum Principum, quomodo puniantur. *ibid.*
132 Perjuri an sint privati, aut privandi suis beneficiis. *pag.* 190
133 Propter furtum qua pœna puniantur, aut propter homicidium qualificatum, ut in Episcopum &c. *ibid.*
134 Invadens Clericus gladio evaginato Vicarium generalem, quomodo puniatur. *ibid.*
135 Assassinus quomodo puniatur, & an debeat talis declarari a Judice Ecclesiastico. *ibid.*
136 Clerici a profanis Baccanalium licentiis abstinere jubentur. *ibid.*
137 Clericus an possit torqueri, & a quo. *ibid.*
138 Alienæ Diœcesi, an & quando sit admittendus ad celebrandum. *ibid.*
139 Clerici an possint retinere feudum laicale, & an possint tunc dici laicorum subditi. *ibid.*
140 An teneantur ad hospitandum milites, & de materia. *ibid.*
141 Citatus a Laico cum clausula, *quoscumque sua interesse putantes*, si comparet, an teneatur stare sententiæ ejusdem Judicis Laici. *ibid.*
142 Clericorum nomine in odiosis an veniant Canonici. *ibid.*

COADJUTORIA.

1 Ob quam causam detur coadjutor Episcopo aut Beneficiato. *& n.* 3. *ibid.*
2 Quotuplex sit, & an perpetuus cum futura successione dicatur habere beneficium, teneaturque ad horas canonicas, ac ferre habitum & tonsuram. *& num.* 4. *ibid.*
5 Coadjutor Episcopi an possit ingredi Civitatem Pontificaliter, ac in Pontificalibus uti Cruce, cappa &c. & an eidem ministranti Canonici assistere debeant. *ibid.*
6 Si tempore datæ Coadjutoriæ coadjutus esset mortuus, an haberet locum successio. *ibid. & num.* 28. *ibid.*

7 Coadjutoria temporalis, & revocabilis, quando detur Rectori, & quomodo. *ibid.*
8 Cum futura ſucceſſione datus an & quando teneatur pro Coadjuto deſervire. 191
9 Coadjutor an eximat Coadjutum a reſidentia. *ib.*
10 Quando habeat vocem activam, & paſſivam in Canonicatibus, & poſſint ambo eodem tempore in Capitulo eſſe. *ibid.*
11 An Coadjutor cum in Capitulo agitur de intereſſe Coadjuti teneatur exire. *ibid.*
12 Ubi debeat ſedere Coadjutor Canonici: Et Coadjutor præbendæ Diaconalis, an præcedat Canonicos præbendæ ſubdiaconalis, & diſtributiones cuinam debeantur. *ibid.*
13 Coadjutus an habeatur pro præſente ratione infirmitatis ac ſi non habeatur Coadjutorem, licet coadjutor non interſit. *ibid.*
14 Datus cum futura ſucceſſione quando teneatur ad profeſſionem fidei, ac quando capiat poſſeſſionem. *ibid.*
15 An, & quando Canonici poſterius proviſi præcedant Coadjutores, & in quo loco iſti faciant functiones, ad quas teneatur coadjutus. *& n.* 25. *& 26. ibid.*
16 Diverſa, ad quæ non teneatur Coadjutor: an ſibi, aut coadjuto optet: An poſſit eſſe executor Apoſtolicus &c. *ibid.*
17 Quam poteſtatem habeat Coadjutor Epiſcopi cum futura ſucceſſione. *ibid.*
18 An poſſit cedere Coadjutoriæ, etiam in vito Coadjuto. *ibid.*
19 An confeſſio Coadjutoris noceat Coadjuto. *ibid*
20 In electionibus, vel aliis proviſionibus Coadjutor an poſſit conſtituere procuratorem. *ibid.*
21 Habens dignitatem, & coadjutoriam in Capitulo an habeat tantum unam vocem. *ibid.*
22 An Coadjutori debeant ſuſtentatio a Coadjuto. *ib.*
23 An Coadjuto poſſint imponi mulctæ ob culpam Coadjutoris. 192
24 Capitula an poſſint rejicere coadjutorem. *ibid.*
27 Coadjutoria an cenſeatur conceſſa in gratiam Coadjuti, an coadjutoris, an iſte teneatur reſidere, & an expiret Coadjutoria, ſi Coadjutor fiat impotens &c. *ibid.*
28 Coadjutoria conceſſa in forma *dignum* an expiret, ſi ante illius executionem decedat Coadjutus, qui tamen vivebat tempore datæ. *ibid.*
29 An cenſeatur inducta affectio Beneficii, ſi coadjutoria non habuit effectum ob impedimentum circa perſonam coadjutoris &c. *ibid.*
30 Coadjutoria obtenta ſub prætextu infirmitatis, qualis infirmitas juſtificari debeat. *ibid.*
31 An in illa debeat juſtificari qualitas narrata, quo Beneficio ſit Annexa cura animarum. *ibid.*
32 An petens Coadjutorem ob morbum &c. poſſit conſenſum revocare. *pag.* 193.
33 An Curatis &c. detur Coadjutor perpetuus. *ibid.*
34 Dignitatibus, aut Canonicis, an detur Coadjutor temporalis. *ib.*
35 Epiſcopis quomodo dentur Coadjutores temporales, ſeu ſuffraganei, & quando perpetui, ſeu cum futura ſucceſſione, & an ad id requiratur conſenſus Capituli. *& n.* 36. *ib.*
37 An requiratur conſenſus patronorum Laicorum in conceſſione coadjutoriæ. *ibid*
38 An coadjutor debeat habere qualitates requiſitas ab obtinendam præbendam coadjuti. *ibid.*

¶ COEMETERIUM.

Cæmeterium Eccleſiæ quid ſit, & ex quibus probetur, vel non?

1 Cœmeterium ubi ſitum ſit? *p.* 144.
2 An ſit locus ſacer? *ibid.*
3 An faciat Eccleſiam dici curatam? *ibid.*
4 Quænam immunitas ipſi conceſſa? *ibid.*
5 Ex quibus probetur? *ibid.*

COLLEGIATA ECCLESIA.

§. I

Collegiata Eccleſia quæ dicatur, & ex quibus probetur?

1 Quid ſit Collegiata Eccleſia? *& n.* 2. *ib.*
3 Quotuplex ſit? *ibid*
4 Ex quibus probetur? *& n.* 5. *& 6. ib*

§. II.

Collegiatarum Prælati, & Capitulum quid poſſint ſine Epiſcopo?

1 An Prælatus & Capitulum collegiatæ Eccleſiæ conferant Canonicatus ſuæ Eccleſiæ? *& n.* 2. *ibid.*
3 Ad quos ſpectet Electis & præſentatio, & inſtitutio? *ibid.*
4 An alia beneficia, ultra Canonicatus in Collegiata ſpectent ad Capitulum? *ibid*
5 An idem ſit in collegiatis Religioſorum? *ibid.*
6 An Electio Abbatis ſpectet ad conventum Religioſorum? *ibid.*
7 An in Cathedrali Epiſcopus debeat conferre Canonicatus & præbendas cum Conſilio Capituli ſui & de materia. *& n.* 8. *ibid.*
9 An electio prælati Eccleſiæ Collegiatæ de jure communi ſpectet ad capitulum dictæ Eccleſiæ, & de materia, *ib.*
11 An ſtatuta poſſint facere Prælati, & Capitulum inferiores ſine licentia ſuperioris &c. & *n.* 12. 13. *& 14. ibid.*

COLONI.

1 Colonus fructus e re conducta &c. ad domum ſuam auferens, an ſit fur. *ibid.*
2 Volens vendere fructus, an teneatur illos vendere Domino fundi. *pag.* 195.
3 Renuncians caſibus fortuitis cum clauſula *& omnibus aliis*, quibus renunciaſſe conſeatur. *ibid.*
4 An & quando conventus defendatur a Domino in foro Domini. *ibid.*
5 An poſſit ſine Domini licentia incidere arbores frugiferas. *ibid.*
6 Vivens expenſis Epiſcopi quando gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, a collectis &c. & alias an ipſe, vel Dominus collectas ſolvat. *ibid.*
7 Partiarius Epiſcopi quando gaudeat privilegio fori &c. & ſit ab aliis oneribus immunis. *& n.* 8. *ib.*
9 Quinam dicatur colonus partiarius, & ad quid teneatur. *ibid.*
10 Coloni Regularium quas decimas ſolvere teneantur. *ibid.*
11 Habitantes in domibus ruralibus Commendatorum an ſubſint Epiſcopo. *ibid.*

COMMENDA.

1 A quo inventa, in quem finem, & quid ſit: an inducat incompatibilitatem, & an ſit materia ſimoniæ. *ibid.*
2 Quotuplex ſit, & de effectibus. *& n.* 3. *ibid.*
4 Perpetua in cujus favorem concedatur, & quomodo *ibid.*
5 Quid ſit commenda perpetua. *ibid.*
6 Quam poteſtatem habeat commendatarius perpetuus in beneficio commendato. *ibid.*
7 Commendatarius Monaſterii Regularium cum cura animarum an teneatur reſidere. *ibid.*
8 Temporalis an poſſit concedi ab Epiſcopo, & quid in Parochialibus, aut Curatis. *ibid.*
9 Commenda Equitum Hieroſolymitanorum an connumeretur inter Beneficia. *pag.* 196.
10 Commendam perpetuam habens, an dicatur habere benficium, & qualitates Beneficiatorum habere debeat. *ibid.*
11 Commenda ceſſante, an dicatur Beneficium vacare ut prius, & non per mortem commendatarii. *ib.*
12 A Pontifice data an in dubio intelligatur de perpetua. *ibid.*

COMPENSATIO.

1 An poſſit fieri a debitore, qui juravit ſolvere debitum. *& n.* 2. 3. *& 4. ibid.*
5 Debiti unius Societatis cum credito, quod quis habet ſub nomine alterius Societatis, an fieri poſſit. *ibid.*
6 An habeat locum liquidi cum illiquido, & quando *ib.*

7 Item an valeat ſpeciei ad quantitatem. *ibid.*
8 An admittatur in alimentis, vel penſione. *ib. & num.* 21. *ibid.*
9 Quando habeat locum quantitatis ad quantitatem. *ib.*
10 Anni ſterilis cum fertili in locatione, quando habeat locum. *ibid.*
11 An admittatur in depoſito. *ibid.*
12 An quando habeat locum in delictis. *ibid.*
13 Compenſatio an fiat pro rata, & ad impediendas uſuras, & caducitatem. *pag.* 197.
14 An admittatur contra inſtrumentum habens executionem paratam. *ibid.*
15 An extinguat hypothecam, & quando. *ibid.*
16 An fiat ipſo jure, etiamſi non opponatur ab homine, & quando. *& n.* 18. 23. *& 25. ibid.*
17 In compenſatione quæ fit ipſo jure, an requiratur ſcientia &c. compenſare debentis. *ibid.*
19 Opponens compenſationem an videatur fateri debitum. *ibid.*
20 In foro interno an ſit licita, ſi adſunt creditores anteriores. *ibid.*
21 An ſemper fieri poſſit cum debito liquido, etiamſi non ſit executivum. *ibid.*
22 Compenſationem opponens, an poſſit declarare ſe velle compenſare magis cum uno, quam cum alio debito, & an poſſit poſtea variare. *ibid.*
24 Quomodo habeat vim ſolutionis. *ibid.*
26 An poſſit opponi etiam poſt factam executionem. *ibid.*
27 Debitum neceſſarium an poſſit compenſari cum legato, & an voluntarium. *& n.* 28. *ibid.*
29 Generis ad genus an detur compenſatio. *ib.*
30 An habeat locum ſpeciei ad ſpeciem. *ib.*
31 Item an admittatur quantitatis ad quantitatem *ib.*
32 Pecunia certo loco debita, an poſſit ubique compenſari. *ibid.*
33 An & quando compenſatio admittatur, etiamſi non extingueret totum debitum. *ibid.*
34 Compenſari an poſſit debitum alterius. *pag.* 198.
35 Compenſare qui poteſt, an moram committat. *ib.*
36 Donatio facta inter vivos, an facta cenſeatur animo compenſandi. *ibid.*

COMPOSITIO.

1 Facta cum reo an dicatur gratia, an actus juſtitiæ, & quando ſit licita, ac in quo crimine. *ibid.*
2 Componere cum reo an poſſit Epiſcopus. *& n.* 3. *ib.*

CONATUS.

1 Effectu non ſecuto quomodo puniatur. *ibid.*
2 Conatus occidere proditorie, effectu non ſecuto, an perdat immunitatem Eccleſiaſticam. *ibid.*
3 Conatus extrahere reum ab Eccleſia an incidat in excommunicationem. *ibid.*
4 Conatus ſe ipſum occidere, quomodo puniatur. *ib.*
5 In crimine læſę Majeſtatis an puniatur ordinarie etiam effectu non ſecuto, & an detur in illo pœnitentia. *& n.* 6. *ibid.*
7 Item in crimine aſſaſſinii an puniatur ordinarie effectu non ſecuto. *ibid.*

CONCESSIO.

1 Facta ad beneplacitum concedentis an tranſeat ad hæredes &c. aut quomodo finiatur. *ibid.*
2 Conceſſum ad tempus an videatur denegatum poſt illud. *ibid.*
3. An cenſeatur facta ex cauſa oneroſa, quando onus non æquivalet conceſſioni. *ibid.*

¶ CONCILIUM.

§. I.

Concilium Generale per quem olim convocabatur, & hodie convocetur?

1 Quinam convocabant Concilium in exordio ſurgentis Eccleſiæ? *ibid.*
2 Poſtquam ſedes apoſtolica firmius ſtabilita eſt, Papa convocat Concilium generale, & quare? *pag.* 199.
3 An Papa convocet Concilium etiamſi agatur de querelis contra eum? *ibid.*
4 An ſi contendatur de Papatu inter duos, qui eſſent in poſſeſſione obedientiæ? *& n.* 5. *ib.*
6 An ſi Papa de hæreſi ſuſpectus eſſet. *& n.* 7. *ib.*
8 Si in prædictis caſibus negligerent Cardinales & Collegium Cardinalium, ad quos ſpectet convocatio generalis; an ad Patriarchas, Epiſcopos, vel Imperatorem? *& n.* 9. *ad* 12. *ibid.*
23 Si Papa eſſet mortuus naturaliter, vel civiliter; aut ceſſiſſet Papatui, Cardinales nollent procedere ad Electionem, quinam poſſint convocare Concilium generale? *ibid.*
14 Si Papa fiat inhabilis, vel deficiat cum Cardinalibus, quiſnam convocabit? *ibid.*

§. II.

Concilium Generale ex quibus cauſis poſſit convocari?

1 I. Si agatur de hæreſi, per quam Papa ſit privandus. *ibid.*
2 II. Si de Schiſmate. *ibid.*
3 III. Si notorium ſit Papæ delictum ſcandalizans Eccleſiam. *pag.* 200.
4 IV. Si dubietas oriatur de Papatu. *ibid.*
5 V. Si agatur de reducendis ſchiſmaticis, voluntatibus audiri ſuper articulis deviantibus a fide. *& n.* 6. *ibid.*
7 VI. ſi agatur de reformanda Eccleſia in Capite & in membris. *ibid.*
8 VII. Pro rebus arduis pertractandis, & aliæ cauſæ. *& n.* 9. *&* 10. *ibid.*

§. III.

Concilium Generale quam juriſdictionem habeat, & quamdiu duret?

1 Quamdiu duret ejus Juriſdictio? *ibid.*
2 An Juriſdictio quæ conceſſa nominatim uni Concilio Generali certi loci, extendatur ad eandem congregationem factam alio loco? *ibid.*
3 An Concilium præſente Papa habeat eandem Juriſdictionem quam eo abſente? *ibid.*
4 An Concilium legitime apertum ſede vacante eandem habeat poteſtatem & Juriſdictionem quam Papa. *& n.* 5. 6. *&* 7. *ib.*

§. IV.

Concilium Generale ſubeſt Papæ, & in quibus Papa ſubſit Concilio?

1 Concilium Generale omnino ſubjicitur Papæ, & quibus de rationibus? *uſque ad n.* 16. *ibid.*
17 An Papa poſſit in totum, & in parte Concilio Generali derogare? *pag.* 201
18 An Papa poſſit abſolvere excommunicatum a Concilio; & de materia. *& n.* 16. *&* 20. *ibid.*
21 An Papa poſſit, non convocato Concilio, ſtatuere de fide & de dubio fidei: & de materia. *& num.* 22. *&* 23. *ibid.*
24 An Concilium poſſit, tollere conſtitutiones Papales, & quandonam poſſit, & ſub quibusnam limitationibus; ubi refutatur aſſertio Abba. & Decii; de gloſſ. *in c. ſi papa.* 40. *diſt. & n.* 25. *ad* 41. *pag.* 202, 203.

CONCIONATOR.

1 Munus Epiſcopi concionandi quale ſit, & quale Parochorum & Regularium. *pag.* 204.
2 Epiſcopus an poſſit concionari quacumque Eccleſia ſuæ Diœceſis etiam Regularium. *ibid.*
3 Concionante Epiſcopo, quomodo alii Concionatores ſilere debeant. *ibid.*
4 Regulares an concionentur jure delegato, quomodo, ac a quo approbationem, & benedictionem ad id acquirere debeant, & examinari *& n.* 5. *ib.*
6 Mendicantes, ac PP. Societatis Jeſu, iter facientes, quomodo, ac quando in itinere poſſint concionari. *& n.* 7. *&* 13. *ibid.*
8 De officio Epiſcopi non tantum concionandi,, ſed etiam alios, etiam exemptos, maxime Parochos ad ad id exigendi. *ibid.*
10 Deputatio Concionatoris in Cathedrali, ad
9 De tempore, quo conciones haberi debent. *ibid.*

quem ſpectet, & cujus ſumptibus. *& n.* 11. *&* 12. *ib.*
13 An Quæſtores eleemoſynarum ſint concionari permittendi. *pag.* 205
14 An poſſint in concionibus commendare miſerabiles perſonas &c. pro eleemoſynis. *ibid.*
15 Non ſanam doctrinam prædicantes, aut hæreſes, vel alias in officio delinquentes an ſubſint Epiſcopo. *ibid.*
16 An Epiſcopo eligat Concionatores in Parochialibus: & quid ſi Parochi ipſimet concionari velint, & an poſſint Parochi tunc prætendere eleemoſynas. *ibid.*
17 Regulares ſemel approbati, an ſemper approbati cenſeantur, remiſſive. *ibid.*
18 Modus, ac formula ſe præſentandi pro licentia concionandi, ac licentiam dandi. *& n.* 19. *ibid.*

CONCUBINATUS.

1 An ſit delictum mixti fori, vel pure Eccleſiaſticum, *pag.* 206.
2 Concubinarius quomodo monendus, ac puniendus. *ibid.*
3 Concubina tam de Jure Canonico, quam Civili quænam ſit. *ibid.*
4 De concubinatu condemnatus, ſi ſit notorius, an appellet. *ibid.*
Concubina Clerici, a quo Judice, ac quomodo puniatur. *d. num.* 4. *ibid.*
5 Concubinatus quomodo probetur. *ibid.*

CONFESSIO.

1 Quomodo ac quando noceat confitenti, ac ejus hæredibus, & quid ſi confitens ſit minor: aut confeſſio fuerit erronea, extorta per interrogatoria ſuggeſtiva, in tormentis, ſub ſpe impunitatis, facta calore iracundiæ, ac de aliis modis. *uſque ad num.* 10. *ibid.*
11 An noceat confitenti confeſſio facta in poſitionibus, *pag.* 207.
12 An confitenti noceat tam confeſſio judicialis, quam extrajudicialis, ac quomodo ac quando *& n.* 13. *&* 14. *ibid.*
15 Extrajudicialis, ut noceat confitenti quomodo probari debeat, an teſtes debeant eſſe conteſtes, an ſufficiat unus teſtis, ac debeat eſſe facta animo deliberato, *& n.* 16. *&* 17. *ibid.*
18 Extorta per promiſſionem invitatoriam an revocari poſſit per confitentem. *ibid.*
19 Extrajudicialis geminata an operetur idem, ac judicialis. *ibid.*
20 Facta in una inſtantia an faciat fidem in alia inter eaſdem perſonas. *ibid.*
21 Facta in poſſeſſorio, an probet etiam in petitorio. *ibid.*
22 Quid ſit confeſſio qualificata, qualiter probet, an poſſit reſcindi tam in civilibus, quam criminalibus. *uſque ad n.* 26. *ibid.*
27 Confeſſio an præjudicet tertio, ut de confeſſione Prælati, Officialis &c. an præjudicet Eccleſiæ &c. *pag.* 108.
28 Confeſſio mariti conſtante matrimonio de dote recepta an probet contra tertium. *ibid.*
29 Confeſſio hæredis an probet fidei commiſſum. *ib.*
30 Facta ad favorem incapacis an præſumatur facta in fraudem. Item an probet confeſſio procuratoris contra Dominum, maxime de recepto. *ibid.*
31 Patris teſtatoris facientis ſe debitorem magnæ ſummæ an noceat filio. Item de recepta pecunia an liberet debitorem: Et Patris afferentis ſe debitorem filii an noceat creditoribus. *ibid.*
32 Confeſſiones quando ſunt variæ, an credatur deponenti de crimine hæreſis potius quam neganti. *ibid.*
33 Sociorum criminis an admittatur aut ad condemnandum, aut ad torturam. *ibid.*
34 Confeſſus crimen, ſuper quo aderant judicia, an poſſit interrogari de aliis delictis, ſuper quibus nulla indicia adſunt. *ibid.*
35 Confeſſus de ſe, an poſſit ſuper aliis conſciis aliorum interrogari. *ibid.*
36 Confeſſus ſponte an mitius puniatur. *ibid.*
37 Confeſſus de ſe, an & quando poſſit ſocium criminis denunciare. *ibid.*
38 Confeſſio actoris an deſtruatur per depoſitiones contrarias teſtium. *ibid.*

CONFIRMATIONIS SACRAMENTUM.

§. I.

Praxis Confirmationis, ut eſt Sacramentum.

1 Quid ſit Confirmationis Sacramentum, & quænam ejuſdem materia remota, & quænam proxima. *& n.* 2. 3. *&* 4. *pag.* 209.
5 An debeat de neceſſitate miniſtrari ab Epiſcopo, ac quando. *ibid.*
6 Epiſcopus diu differens hujus Sacramenti adminiſtrationem, an peccet mortaliter, & qualis mora requiratur. Item an Epiſcopus teneatur ſe ad loca ſuæ Diœceſis ad hunc effectum conferre; & an Laici Rectores teneantur tunc ad expenſas. *ibid.*
7 Cui debeat, ac poſſit miniſtrari. *ib.*
8 An poſſit miniſtrari ſuis ſubditis in aliena Diœceſi. *ibid.*

§. II.

Praxis ſolemnitatum ſervandorum in Confirmationis Sacramento.

9 In quo loco miniſtrari poſſit, aut debeat, & quo tempore, aut die. *ibid.*
10 An Epiſcopus debeat eſſe veſtitus Pontificaliter *ib.*
11 Quomodo miniſtretur. *ibid.*
12 Quomodo debeant notari tam confirmans, quam confirmati, & patrini &c. *pag.* 210.

§. III.

De Patrinis.

13 Quales, & quot debeant, aut poſſint eſſe, & an contrahant cognationem ſpiritualem. *& n.* 14. *&* 15. *ibid.*
16 Quam obligationem contrahant patrini. *ibid.*
17 An patrinus in Baptiſmo adhibitus, poſſit adhiberi etiam in confirmatione. *ibid.*
18 Reconfirmans jam confirmatum an incurrat irregularitatem. *ibid.*
19 Quando quis ſit ſub conditione reconfirmandus. *ibid.*

CONFISCATIO.

1 Bonorum an habeat locum extantibus agnatis &c. *ib.*
2 Bonorum alienatorum contra prohibitionem ſtatuti, an habeat locum nondum ſecuta traditione. *ib.*
3 Confiſcatio omnium bonorum an comprehendat etiam nobilia, jura, & actiones &c. & de aliis illius effectibus. *ibid.*
4 Confiſcatio bonorum uxoris, quænam bona contineat. *ibid.*
5 An comprehendat bona, quæ reo obvenerunt poſt condemnationem. Item jura perſonalia, legitimam filiorum & alimenta. *ibid.*
6 Bonorum filiifamilias an comprehendat adventitia. *ibid.*
7 Bonorum patris an contineat etiam bona profectitia filii, aut alia. *pag.* 211.
8 Bonorum mariti an comprehendat bona uxoris. *ib.*
9 Quando extendatur ad bona exiſtentia extra territorium confiſcantis. *ibid.*
10 Omnium bonorum Laici facta a Judice Laico, an comprehendat juspatronatus. *ibid.*

§. I.

¶ *Confiſcatio quid ſit, quotuplex, & quando facta dicatur?*

1 Quando dicatur facta confiſcatio. *ibid.*
2 An ſit de regalibus Principis ſupremi. *ibid.*
3 An qui non habet fiſcum poſſit habere confiſcationem? *ibid.*
4 Quinam habeant fiſcum? *ibid.*
5 An confiſcatio dicatur fructus Juriſdictionis, remiſſive. *ibid.*

6 An possit competere tertio, tanquam procuratori fisci. *ibid.*
7 Quotuplex sit confiscatio, & de variis ejus speciebus, & *num.* 8. *ad* 13. *ibid.*

§. II.

Confiscatio maxima pœna est, & qualiter de jure antiquo inducebatur, qualiter correcta, & hodie quibus casibus fiat?

1 Confiscatio an pœna maxima sit, & quid de jure antiquo? *ibid.*
2 Quid vero de jure novo, & quibusnam in casibus procedat auth. *bona damnatorum*, C. *de bon. proscript.* & *n.* 3. *ad* 6. *ibid.*
7 Quibusnam in casibus dicta authent. corrigat jus commune? & *num.* 8. *ad* 10. *ibid.*
11 An dicta auth. habeat locum in Francia vel Burgundia. *ibid.*
12 An habeat locum quando statutum imponit pœnam confiscationis in casu, in quo veniebat imposita in consequentiam de jure communi? *pag.* 212.
13 An sufficit quod statutum imponat confiscationem, in casibus in quibus de jure communi in consequentiam veniebat? *ibid.*
14 An tollat omnes leges loquentes de confiscatione? *ibid.*
15 An habet locum in Consanguineis natis post sententiam. *ibid.*
16 An habeat locum quando bona confiscantur quia ab indigno auferuntur. *ibid.*
17 An confiscantur bona, quando statutum imponit pœnam confiscationis, & de materia. & *num.* 18. *ibid.*
19 An authent. prædicta locum habeat quando condemnatus vivit, & *n.* 20. *ibid.*
21 An habeat locum, quando bona publicantur propter contumaciam delinquentis, & de materia. & *n.* 22. *ad* 24. *ibid.*
25 An habeat locum, quando damnatus perdit tantum bona, non vitam, neque civitatem? *ibid.*
26 Alii modi quibus prædicta authent. non habet locum, remissive. *ibid.*
27 An habeat locum, quando confiscatio est particularis. *ib.*

§. III.

Confiscatio bonorum quibus casibus inducatur a jure, & ipso jure?

1 An inducatur confiscatio contra contrahentes incestas nuptias? *ibid.*
2 Si extent filii ex matrimonio non incestuoso, an hi excludant fiscum? & de materia, & *num.* 3. & 4. *ibid.*
5 An perdat feudum contrahens incestas nuptias? *ib.*
6 An procedat in crimine læsæ majestatis? & *num.* 7. & 8. *ibid.*
9 An talis confiscatio etiam quoad bona in territorio feudatarii existentia fiat supremo Principi contra quem crimen commissum est? *ibid.*
10 An confiscatio de jure communi habeat locum etiam in crimine læsæ Majestatis Divinæ? *ibid.*
11 Qualiter fiat confiscatio bonorum hæretici? remissive. *ibid.*
12 An feuda Ecclesiæ confiscentur in crimine læsæ majestatis? & de materia, & *n.* 13. 14. & 15. *ibid.*
16 An confiscatio hodie fiat in crimine læsæ majestatis, & quando procedat? & *n.* 17. *p.* 213.
18 An procedat in falsa moneta? & *n.* 19. *ibid.*
20 An in Apostata? *ibid.*
21 An in eo qui tædio vitæ mortem sibi consciv it? *ib.*
22 An confiscatio bonorum possit induci in præcepto Judicis ex causa, & de quo Judice intelligendum? & *n.* 23. & 24. *ibid.*
25 An hodie bona confiscentur pro homicidio, &c. *ib.*
26 Quinque narrantur casus in quibus disputant DD. an confiscatio bonorum procedat. I. quod authent. *bona damnatorum*, de consuetudine non admittatur. *ibid.*
27 II. quod d. auth. non habeat locum, nisi in confiscatione, quæ fiebat in consequentiam pœnæ mortis. *ibid.*
28 III. quod d. auth. non habeat locum, si statuto imponatur confiscatio expressa, & pœna mortis, & *n.* 29. *ibid.*
30 IV. quod non habeat locum, quando Judex in sententia condemnat ad mortem, & in confiscationem bonorum expresse; & quinam sint illi casus? & *n.* 31. *ibid.*
32 V. quod non habeat locum quando condemnatur in contumaciam, & *n.* 33. *ibid.*
34 Quinam alii casus sint, in quibus de jure communi imponatur confiscatio bonorum, remissive. *ibid.*
35 An confiscatio excepto crimine læsæ majestatis locum habeat pro homicidio de jure communi, vel pro aliis delictis; ubi variæ limitationes, & declarationes, expenditur etiam auth. *bona damnatorum*, & *n.* 36. *ad* 42. *ib.*
43 An pæna furcarum habeat annexam confiscationem bonorum, & de materia. & *n.* 44. & 45. *ibid.*

§. IV.

Confiscatio quibus competat, quando & qualiter fiat?

1 Confiscatio quotuplex? *ibid.*
2 Ordinaria confiscatio quibusnam competat? & *n.* 6. & 7. *p.* 214.
3 An Episcopi qui habent territorium confiscent, & quando, & *n.* 4. & 5. *ibid.*
8 An Præsides Provinciarum possint confiscare, & quibusnam in casibus, ubi de materia, & *num.* 9. *ad* 13. *ibid.*
14 Quænam Regula erat juris antiqui de confiscatione, quomodo vero fiat hodie? & *n.* 15. *ibid.*
16 Quandonam procedat hodiernis moribus? & *n.* 17. *ibid.*
18 An fiat nuda confiscatio bonorum, & quando? *ibid.*
19 An quis possit deportari cum confiscatione bonorum, & quinam? & *n.* 20. & 21. *ibid.*
22 An fiat confiscatio partis, seu particularis bonorum, & quibus casibus? remissive, & *n.* 23. *ibid.*

§. V.

Confiscatio particularis quando habeat locum?

1 An in stupro? & *n.* 2. *ibid.*
3 An si quis arma nova fecerit, emerit, vel vendiderit? *ibid.*
4 Domus privata, in qua fiunt sacra sine licentia Episcopi. *ibid.*
5 Domum ædificans penes ædem sacram vel publicam, non dimissio spatio præfixo. *ibid.*
6 Locus, in quo fiat sepultura in civitate. *ibid.*
7 Institutus heres, qui fidem accommodavit defuncto de restituenda hereditate spurio, vel incapaci & *n.* 8. *ibid.*
9 Feudatarius delinquens in dominum. *ibid.*

§. VI.

Confiscatio bonorum an sit de jure, vel consuetudine, an odiosa, vel non?

1 An de jure vel de consuetudine fuit adinventa, & de materia? & *n.* 2. *ibid.*
3 Variæ species Confiscationum Ordinariarum & Extraordinariarum, & quando procedant de jure vel de consuetudine, & *n.* 4. ad 7. *p.* 215.
8 An dicatur introducta confiscatio in compensationem sumptuum, & laborem dominantium? *ibid.*
9 Expenditur authent. *bona damnatorum*, C. *de bonis proscr.* quoad bona damnati fisco applicanda. & *n.* 10. *ibid.*
11 Quinam vocentur ad bona damnatorum, excluso fisco, & *n.* 12. 13. & 14. *ibid.*
15 An vocetur ad bona damnatorum in confiscatione ob incestas nuptias? *ibid.*
16 Quando dicatur odiosa confiscatio? *ibid.*
17 An bannitus & condemnatus ad mortem patiatur confiscationem bonorum? *ibid.*
18 An in dubio statutum censeatur repetere confiscationem, & quando? & *n.* 19. *ibid.*
20 Habens in pœnis generale arbitrium, licet possit condemnare ad mortem, an possit confiscare bona delinquentis, & *n.* 21. *ibid.*

§. VII.

Confiſcatio bonorum operatur multa.

1 Quid operatur confiſcatio bonorum univerſalis contra condemnatum ad mortem facta? *ibid.*
2 An condemnatus ad mortem & cum confiſcatione bonorum dicatur effectus ſervus pœnæ? *ibid.*
3 An idem cum dicitur mutaſſe ſtatum retineat jura agnationis? *ibid.*
4 Quoſnam effectus operentur confiſcationes univerſales & generales; *& n.* 5. *ibid.*
6 An facta confiſcatione univerſali, fiſcus habeatur loco heredis? *ibid.*
7 An poſſeſſio debeat apprehendi per fiſcum de bonis confiſcatis? *ibid.*
8 An fiſco acquiſitum ſit dominium bonorum abſque traditione vel poſſeſſione; & quando id procedat ipſo jure & ſine alia agnitione; & de materia? *& n.* 9. *&* 10. *ibid.*
11 Quomodo bona confiſcata tranſeant in fiſcum, an cum ſuo onere, & ideo ad quid teneatur fiſcus, *& num.* 12. 13. *&* 14. *ibid.*
15 Quid operetur confiſcatio ipſo jure facta per legem? *pag.* 216.

§. VIII.

Confiſcatio generalis, ſeu univerſalis, quæ bona comprehendat, vel non?

1 Quænam Regula ſervanda cum in fiſcum tranſeunt bona confiſcata? *ibid.*
2 An in fiſcum facta confiſcatione tranſeant omnes obligationes? & de materia. *& n.* 3. *&* 4. *ibid.*
5 An confiſcatio univerſalis bonorum damnati contineat legitimam filiorum? & de materia. *& num.* 6. *ibid.*
7 An facta confiſcatione, veniant bona prohibita alienari per fideicommiſſum, & quando ſecus? *& n.* 8. *&* 9. *ibid.*
10 An bona prohibita tranſire in extraneos, tranſeant in fiſcum, & in caſu parricidii, & de materia. *&* n. 11. ad 15. *ibid.*
16 In caſu prædicto, ſi agatur de crimine læſæ Majeſtatis, vel ſi pater privet filium ipſo jure, &c. an confiſcationi locus ſit? *& num.* 17. *&* 20. *&* 21. *ibid.*
18 An confiſcentur bona quæ per mortem alicujus tranſeunt ad filios, ut filios, non ut hæredes? *ib.*
19 An confiſcentur bona quæ condemnatus habet tanquam certo generi legata. *& n.* 20. *&* 21. *ibid.*
22 Si alienatio prohibita ſit favore perſonæ alienantis an per confiſcationem bonorum tranſeat in fiſcum. *& n.* 23. *pag.* 217.
24 An procedat, ſi bona ſint prohibita ſub conditione, vel ſubjecta ſint fideicommiſſo ſub conditione? *& n.* 25. *ibid.*
26 An vivente condemnato poſſint fructus condemnari? remiſſive. *ibid.*
27 An bona prohibita alienari, poſſint confiſcari, in vita delinquentis? *ibid.*
28 Quomodo procedat, quando fideicommiſſum eſt expreſſum in caſu alienationis? *ibid.*
29 Quid operetur quando eſt tacitum fideicommiſſum, quia dixit, *volo*, *quod perpetuo bona conſerventur in agnatione*. *ibid.*
30 An fiſcus poſſit retinere bona vivente delinquente, quando fideicommiſſum eſt in caſu mortis &c. *ibid.*
31 Item ſi confiſcentur bona rebellis, an confiſcatur quicunque annuus reditus eidem debitus? *p.* 218.
32 Item quomodo procedat, quando bannitus eſſet ex cauſa, vel delicto? *ibid.*
33 An confiſcatio comprehendat fideicommiſſum conditionale? *& n.* 34. *ibid.*
32 An fideicommiſſum purum, & ante factam reſtitutionem, veniat in confiſcationem? *& n.* 36. 40. *&* 41. *ibid.*
37 An Legatum conditionale, & jus conditionale veniant in confiſcationem? *& n.* 38. 39. *&* 42. *ibid.*
43 An legatum alimentorum tranſeat in Fiſcum? *ibid.*
44 An idem procedat in Emphyteuſi Eccleſiaſtica? *ib.*
45 An Eccleſia poſſit recuperare a Fiſco emphyteuſim confiſcatam? *i id.*
46 Emphyteuſis privati, quando eſt lege conceſſa an in extraneum poſſit alienari, & venire in confiſcatione; & de materia; *& n.* 47. *&* 48. *ibid.*
49 An feudum poſſit confiſcari; & quando? *& n.* 50. *&* 51. *ibid.*
52 An juſpatronatus Eccleſiaſticum veniat in confiſcatione; *& n.* 53. *&* 54. *ibid.*
55 An in confiſcatione generali veniat jus adeundi, vel hereditas delata, ſed nondum adita, & de materia, *& n.* 56. *ad* 63. *ibid.*
64 An in bonis nondum agnitis cadat confiſcatio? *ibid.*
65 Quænam bona damnati comprehendat bonorum confiſcatio? *& n.* 66. *ad* 74. *ibid.*
75 An in confiſcatione bonorum adventitiorum filiifamilias veniant bona, in quibus ipſe habet proprietatem & pater uſumfructum? *& n.* 76. *ad* 85. *ibid.*
86 An peculium adventitium filii in quo pater non habet uſumfructum, poſſit confiſcari? Item peculium profectitium, & caſtrenſe? *& n.* 87. *uſque* 95 *p.* 214.
96 An confiſcatio comprehendat donata per condemnatum uxori cauſa mortis? *ibid.*
97 An in confiſcatione veniat legitima debita filio poſt mortem patris? *& n.* 98. *&* 99. *ibid.*
100 An dos filiarum veniat in confiſcatione bonorum patris; item ſupplementum legitimæ? ubi de materia. *& n.* 101. *ad* 105. *ibid.*
106 An bonis maternis confiſcatis, nihil reſervetur filiis? *ibid.*
107 An confiſcatio comprehendat jus uſusfructus etiam naturaliter vivente uſufructuario? *ibid.*
108 An comprehendat dotes uxoris delinquentis? *ibid.*
109 Si ſunt confiſcata omnia bona mobilia & immobilia, an veniant jura & actiones? *ibid.*
110 An in confiſcatione veniant bona alienata per delinquentem, poſt vel ante condemnationem de eo factam, vel delictum commiſſum. *& n.* 111. *ad* 113. *pag.* 220.
114 Si alienatio facta ſit in fraudem fiſci, & ſequutum ſit delictum, quomodo procedat confiſcatio, *& n.* 115. *&* 116. *&* 122. *ibid.*
117 Si alienatio facta ſit titulo oneroſo, nec emptor ſit particeps fraudis, quomodo procedat? *& num.* 118. *ibid.*
119 An in caſu retractionis fiſcus procedat exequutive? *ibid.*
120 Quandonam delinquens poſſit dare bona ſua in ſolutum creditoribus ſuis? *ibid.*
121 An alienatio facta per delinquentem ante delictum valeat? *ibid.*

§. IX.

Confiſcatio univerſalis an comprehendat bona alterius territorii?

1 Quid operetur confiſcatio bonorum univerſaliter facta contra condemnatum? *ibid.*
2 An confiſcatio in uno loco facta de omnibus bonis habeat locum in bonis territorii alienæ Juriſdictionis? *& n.* 3. *ibid.*
4 An confiſcatio, & incorporatio facienda illi Cameræ ſub qua bona ſtabilia ſunt ſita? & de materia; *& n.* 5. 6. *ibid.*
7 An mobilia ad effectum confiſcationis cenſeantur eſſe de territorio loci, ubi reperiuntur? *& num.* 8. *ad* 12. *ibid.*
13 Quandonam univerſalis confiſcatio comprehendat bona omnia damnati, etiam in diverſo territorio exiſtentia? *& n.* 14. *ad* 23. *ibid.*
24 An confiſcatio facta in uno territorio comprehendat etiam credita? *& n.* 25. *ad* 28. *pag.* 221.
29 Si bona confiſcentur de jure communi, cuinam domino fiet confiſcatio? de materia. *& num.* 30. *ad* 35. *ibid.*
36 Si confiſcatio fiat jure ſpeciali ſtatuario, an ſe extendat ad alia bona alibi ſita? *ibid.*
37 An confiſcatio habeat locum in alieno territorio, etiamſi fieret de jure communi univerſaliter, quando fit in contumaciam. *& n.* 38. *ibid.*
39 Si hereditas eſt delata ei, cujus bona confiſcantur, an poſſit fiſcus adire pro eo? *pag.* 222.
40 Quando confiſcantur omnia bona, & damnatus habet bona extra juriſdictionem, quæ non eſt ejuſdem Principis, an hæc etiam cenſeantur confiſcata. *& n.* 41. *ibid.*

42. Si

42 Si confiſcatio ſit generalis, an quilibet fiſcus capiat bona condemnati in ſuo territorio, item an quilibet fiſcus exigat debita, & ſolvat in ſuo territorio; & de materia. *& num.* 43. *&* 44. *ibid.*

§. X.

Confiſcatio bonorum Clerici ad quem pertineat, & fiat?

1 An pertineant ad Eccleſiam vel Epiſcopum bona Clerici confiſcata, & quid moris in Francia? *& num.* 2. *ibid.*
3 An Epiſcopo applicentur patrimonialia Clerici, quando confiſcatio fit pro crimine Eccleſiaſtico? *ibid.*
4 An bona Clericorum confiſcata applicentur Eccleſiis quando alicui Eccleſiæ inſerviunt? *ibid.*
5 Si bona immobilia, & patrimonialia Clericorum confiſcentur per Epiſcopum, ob delictum Clerici, ad quem ſpectent? *ibid.*
6 Si fiat confiſcatio bonorum feudalium, ſeu Emphyteuticorum Clerico conceſſorum, ad quem revertentur? & de materia. *& n.* 7. ad 9. *ibid.*
10 Bona confiſcata in crimine hæreſis, ad quem dominum pertineant? *ibid.*
11 Ad quem dominum ſpectet omnis confiſcatio & condemnatio facta contra Clericum, ob aliud crimen, quod non ſit Eccleſiaſticum? *& n.* 12. *ibid.*

§. XI.

Confiſcationem bonorum an habeat Epiſcopus?

1 An poſſit Epiſcopus confiſcare? *ibid.*
2 An habeat fiſcum, vel debeat pœnas & confiſcationes applicare Cameræ Apoſtolicæ? & quando ſecus? & de materia. *& num.* 3. ad 7. *ibid.*

§. XII.

Confiſcatio bonorum uxoris, & dotis, quibus caſibus fiat vel non?

1 Quinque caſibus confiſcantur bona uxoris, remiſſive. *ibid.*
2 An dos mulieris delinquentis ſalvo matrimonio confiſcetur? *ibid.*
3 Item ſi mulier delinquat conſtante matrimonio? *ibid.*
4 An dos confiſcetur propter delictum mariti? *& n.* 5. *&* 6. *p.* 223.

§. XIII.

Confiſcatio bonorum expreſſa, vel tacita, in quo differant?

1 Quando dicatur confiſcatio expreſſa? *ibid.*
2 Si lex imponat pœnam confiſcationis bonorum ipſo jure, an poſſit procedi etiam poſt mortem delinquentis contra hæredes? *ibid.*
3 Quonam alio modo confiſcatio per ſententiam fiat a Judice expreſſe? *ibid.*
4 Hoc caſu quænam detur differentia? *ibid.*
5 Quandonam extinguatur confiſcatio in conſequentiam, & confiſcatio principaliter facta? *& num.* 6. *ibid.*
7 Si fiat confiſcatio bonorum patris principaliter, an reſervetur legitima filiis? & de materia. *& num.* 8. *ibid.*

§. XIV.

Confiſcatio quibus caſibus non fiat fiſco, ſed parti læſæ?

1 Socius qui promiſit quiete ac fraterna charitate ſocium tractare, ſi illum interficiat, cuinam applicantur ejus bona? *ibid.*
2 Si Tutor interficiat pupillum, vel curator adultum, quomodo procedat. *ibid.*
3 Cuinam applicentur bona homicidæ interficientis Clericum Eccleſiæ deſervientem. *ibid.*
4 Item bona raptoris mulieris? *ib.*

§. XV.

Confiſcatio bonorum in crimine læſæ Majeſtatis cui fiat?

1 Quandonam fiat ſupremo Principi offenſo, etiam de bonis ſitis in territorio feudatarii, & ſubditi? & de materia: *& num.* 2. ad 6. *ibid.*
7 Quandonam applicetur domino immediato? *ib.*

§. XVI.

Confiſcatis bonis, ad quæ onera teneatur fiſcus?

1 An teneatur fiſcus ad omnia debita delinquentis? *ibid.*
2 An debeat ſatisfacere ejus creditoribus & quandonam? & de materia. *& n.* 3. *&* 4. *ibid.*
5 Quando creditor eſt ratione pœnæ, prout fiſcus, & non adſunt tot bona, an præferatur fiſcus privato? *p.* 224.
6 Si Princeps, vel fiſcus confiſcans eſſet creditor delinquentis ante confiſcationem, facta confiſcatione, quomodo procedatur? & de materia. *& n.* 7. *ib.*
8 An fiſcus reſtituat dotes uxori delinquentis? *ibid.*
9 An teneatur ſatisfacere omnibus creditoribus, uſque ad vires bonorum confiſcatorum? *ibid.*
10 An teneatur Judex in cauſis Creditorum procedere ſummarie & ſine dilatione? *ibid.*
11 Si fiſcus habuit bona confiſcata banniti propter homicidium, an mater occiſi poſſit, in ſolatium amiſſi filii conſequi aliquam quantitatem pecuniarum ex bonis homicidæ? ubi de medietate quæ eſt loco tertiæ ex liberalitate Principis. *& num.* 12. 13. *&* 14 *ibid.*
15 An fiſcus teneatur dotare filias, & quando ſecus, & in quibus caſibus? *& num.* 16. ad 20. *ibid.* ¶.

CONFRATERNITAS.

1 Confrarernitatum Laicorum quot genera. *ibid.*
2 Confraternitates erectæ authoritate Epiſcopi an poſſint alienare ſua bona ſine ſolemnitatibus requiſitis in alienatione bonorum Eccleſiæ. *ibid.*
3 An Epiſcopus has confraternitates viſitare poſſit. *ib.*
4 An delegatis relictis Confraternitati detrahi poſſit falcidia. Et an ex illis Epiſcopis debeatur canonica portio. *& n.* 5. *ibid.*
6 An voluntas captatoria valeat favore confraternitatis. *p.* 225.
7 An ejuſmodi confraternitates gaudeant privilegio fori; quid ſi non fuerunt erectæ authoritate Epiſcopi. *ibid.*
8 Et ſi oritur lis inter confraternitates ſuper ſpiritualibus, quis erit Judex. *ibid.*
9 An poſſint cogi ad proceſſiones. *ibid.*
10 An poſſint comitari funus. *ibid.*
11 Quomodo ſint erigendæ poſt decretum Clementis VIII. *& n.* 13. *&* 14. *ibid.*
12 Quid ſi erectio confraternitatis fit de novo, quid ſi per aggregationem *ibid.* forma erectionis. *ibid.*
15 An Epiſcopus poſſit viſitare confraternitates, quæ ſunt ſub immediata Regum protectione? & quæ dicantur tales. *p.* 226
16 An Epiſcopus poſſit viſitare confraternitates illas, quæ reperiuntur in Eccleſiis Regularium etiam exemptorum. *ibid*
17 Confraternitas in dubio an præſumatur Laicalis. *ibid.*
18 An in confraternitatem etiam non Eccleſiaſticam poſſit transferri emphyteuſis. *ibid.*
19 Quænam confraternitas dignior reputetur. *ib.*
20 Quid confraternitatibus, ſeu earundem Capellanis liceat, vel non liceat; remiſſive. *ibid.*

CONJUGES.

1 An coniuges lite a tertio mota ſuper valore matrimonii & pendente an ſint ſeparandi, cur non. *ibid.*
2 An ob dubium impedimenti dirimentis poſſint ſe propria authoritate ſeparare vel ob impotentiam. *ibid.*

3 An maritus poſſit propria authoritate uxorem expellere ob dotem non ſolutam, an ob parentelam, vel adulterium, ubi plures caſus. *ib.*
4 An conjux ſciens nullitatem matrimonii poſſit reddere debitum conjugi ignoranti. *ibid.*
5 An contrahentes ficte matrimonium teneantur vere contrahere. *ibid.*
6 Conjux infidelis, qui fidelem ſequi non vult, an poſſit alium novum conjugem ſibi aſſumere. *p.* 227.
7 Conjux infidelis poſt baptiſmum volens contrahere matrimonium cum fideli, quid debeat præmittere cum priora conjuge infideli. *ibid.*
8 Conjux innocens poſt ſententiam divortii ob adulterium conceſſi, ſi & ipſe committat adulterium, an poſſit cogi ad ſe reconciliandum cum ſua conjuge. *ibid.*
9 Quid ſi ſponſa fuit intra bimeſtre cognita per vim poteſtne ingredi Religionem. *pag.* 280
10 An Conjux teneatur denuntiare conjugem hæreticum. *ibid.*
11 An teneatur reddere debitum laboranti morbo gallico. *ibid.*
12 An Conjuges poſſint ſimul emere a tertio, & quomodo tunc dicantur ſtipulari; & an valeat venditio inter conjuges. *ibid.*
13 Conjux dubitans de morte ſui Conjugis, an & quando poſſit tranſire ad ſecunda vota; remiſſive. *pag.* 281

CONSANGUINEUS.

1 Conſanguineus an admittatur ad fideicommiſſum, ſi probavit in genere ſe eſſe conſanguineum, & non gradum? & ſi unus probat certum gradum Conſanguinitatis, alter non, quis præferatur. *ibid.*
2 Conſanguineus hæres alienantis feudum antiquum an illud revocare poſſit, aut quando. *ibid.*
3 Conſanguinei in feudis uſque ad quem gradum ſuccedant. *ibid.*
4 Conſanguinei ſponſi vel ſponſæ, cum agitur de matrimonio dirimendo, an ſint idonei teſtes. *ibid.*
5 Contrahentes ſcienter matrimonium intra gradus prohibitos quam pœnam incurrant. *ibid.*
6 Conſanguinitas, ſeu illius gradus, an probetur per ſolam partium confeſſionem impetrantium diſpenſationem. *ib.*
7 Conſanguinitas an probetur per verba enuntiativa inſtrumentorum. *pag.* 228
8 Qualiter debeat probari. *ibid.*
9 An conſanguinitas in donatione præſumatur cauſa finalis donationis a Conſanguineo factæ. *ibid.*

CONSERVATOR.

1 Quis ſit Conſervator Regularium. *ibid.*
2 A quo Conſervator detur, etiam contra Laicos. *ib.*
3 An Principes ſæculares poſſint Eccleſiis aut Clericis dare conſervatores contra Laicos, an contra Clericos. *ibid.*
4 Quinam poſſint eſſe Conſervatores? & an regularium poſſit eſſe. Regularis, cur non? *ibid.*
5 An Conſervator Regularium poſſit procedere contra eorum debitores Laicos. *ibid.*
6 An poſſit procedere contra Epiſcopum ad Cenſuras; cur non? *ibid.*
7 Contra quas injurias procedere poſſit. An habeat juriſdictionem in criminalibus. *ibid.*
8 Quam pœnam incurrat tranſgrediens limites ſuæ poteſtatis, & quam ad illam conſulentes. *ibid.*
9 An Conſervator habeat proprium tribunal & quibus officialibus uti debeat. *ibid.*
10 Conſervatoris poteſtas quomodo extinguatur vel ſuſpendatur. *ibid.*

CONSUETUDO.

1 Qualis conſuetudo requiratur ad abrogandam legem. *ibid.*
2 Conſuetudo immemorialis præjudicans aliquo modo libertati Clericorum an valeat. *ibid.*
3 An valeat, ſi eſt contraria Immunitati Eccleſiaſticæ. *ibid.*
4 Immemorialis quod Canonicus capiens poſſeſſionem Canonicatus aut beneficii debeat aliquid ſolvere convertendum in utilitatem Canonicorum, an valeat. *p.* 229
5 Quod Clericus conveniatur coram Judice Laico an valeat? cur non? *ibid.*
6 Conſuetudo Capituli permittentis abſentibus diſtributiones an valeat? diverſæ ſententiæ. *ibid.*
7 Quod Regulares præcedant Clericos ſæculares, an valeat? *ibid.*
8 Quod Canonici præſentes poſſint per ſe vel alios celebrare aut miniſtrare, an valeat. *ibid.*
9 Quod omnes Canonici ſint nobiles, an valeat. *ib.*
An valeat conſuetudo, quod Judex Laicus extrahat Clericum ab Eccleſia. *ibid.*
Et an conferendi Ordines extra tempora, valeat. *ib.*
10 Conſuetudo tribuens Laicis juriſdictionem in Clericos an valeat? *ibid.*
11 An ulla conſuetudo poſſit facere licitam ſimoniam. *ibid.*
12 An valeat, quod bona ſtabilia Laicorum non alienentur in Clericos. *ibid.*
13 Conſuetudo, quod Laici decimas, quas habent in feudum ante Concil. Later. dent aliis Laicis cum ſolo conſenſu Epiſcopi. *ibid.*
14 An valeat conſuetudo, quod Laici dent alimenta Concionatori. *ibid.*
15 Item quod parentes eligant ſepulturam impuberibus etiam in præjudicium Parochiæ. *ibid.*
16 An recipiendi aliquid pro ſepultura, & quomodo populus ad id poſſit obligari. Quid ſi fuit inducta ex coacta fidelium voluntate. *ib.*
17 An, quod fructus Beneficii per aliquod tempus pertineant ad hæredes Beneficiati defuncti. *ib.*
18 An, quod Notario inferioris Principis conficienti inſtrumentum habeatur fides. *ibid.*
19 An, quod Laicus conveniatur coram Judice Eccleſiaſtico. *ibid.*
20 An, quod omnes Canonicatus ſint Sacerdotales. *ib.*
21 An, quod Tertiarii conveniantur coram Judice Eccleſiaſtico, licet non vivant collegialiter. *ibid.*
22 An conſuetudo in foro externo tollat ſuſpicionem uſuræ, & excuſet a pœna. *ibid.*
23 An valeat conſuetudo, quod palatium Epiſcopi extra quadraginta paſſus non gaudeat immunitate. *ib.*
24 An, quod emphyteuta non poſſit expelli ob canonem non ſolutum. *ibid.*
25 An conſuetudo incidendi arbores etiam frugiferas in emphyteuſi excuſet a caducitate. *ibid.*
26 Quomodo differat a præſcriptione. *ibid.*
27 Quid requiratur, ut conſuetudo valeat. *pag.* 230
28 Ad illam inducendam quot actus requirantur. *ibid.*
29 Quæ ſit conſuetudo interpretativa, & an requirat aliquam temporis præſcriptionem. *ibid.*
30 Conſuetudo contra id, quod eſt jure clarum, an poſſit dici interpretativa, aut correctoria. *ibid.*
31 Conſuetudo, ut ſit legitima, & obliget, quid requiratur. *ibid.*
32 Ex actibus facultativis an introducatur conſuetudo. *ibid.*
33 Ad inducendam conſuetudinem in facultativis cum agitur de augmento cultus divini, quot anni ſufficiant. *ib.*
34 Ad inducendam conſuetudinem quæ pars populi debeat fuiſſe uſa? *& num.* 35. *ibid.*
36 An inducatur ex uſu difformi. *pag.* 231
37 Contra canones an valeat ſine ſcientia & uſu Pontificis. *& num.* 38. *ibid.*
39 An præſumatur, vel a quo ſit probanda. *ibid.*
40 An dicatur probata, ſi conſtat de unico actu contrario. *ib.*
41 Qualiter ſit probanda. *& n.* 42. *&* 43. *ibid.*
44 An ſit neceſſarium, quod ſit obtenta in judicio contradictorio. *ibid.*
45 In probanda conſuetudine an credatur Doctori de illa atteſtanti. *ibid.*
46 An conſuetudo poſſit abrogari. *ibid.*
47 Quando & quomodo cenſeatur abrogata. *& num.* 48. 49. 50. *&* 51. *p.* 232
52 An conſuetudo ſit ſtricti juris. *ibid.*
53 An conſuetudo in ſubjecto incapaci unquam obtineat vim privilegii. *ibid.*
54 An conſuetudo peccati nutritiva aliquo tempore præſcribatur. *ibid.*
55 An faciat licitum luſum. *ibid.*
56 An conſuetudo exigendi juramentum ultra plenam probationem valeat. *ibid.*
Ubi plures conſuetudines reprobantur. *ibid.*
57 Exempla conſuetudinis rationabilis remiſſive. *p.* 233

CON-

CONTRACTUS.

1 Contractus qualis sit judicandus. *ibid.*
2 Contractus ex quo probetur. *ibid.*
3 Quotuplex sit contractus. *& n.* 4. *ibid.*
5 Conditio posita in contractu, si tempus non fuit determinatum, quando debeat adimpleri, & in sponsalibus possit altera pars resilire ob conditionem non impletam. *ibid.*
6 Conditio impossibilis quando habeatur pro non adjecta, & in quibus contractibus. *ibid.*
7 An conditio posita in legato habeatur pro impleta puta *si legatarius contraxerit matrimonium cum una ex filiabus Titii*, si unam tantum requisivit, quæ recusavit. *pag.* 234
8 An conditio mortis verificetur in morte civili. *ibid.*
9. Conditio *si sine liberis*, an intelligatur de masculis tantum in fideicommisso. *ibid.*
An subintelligatur in substitutione vulgari. *ibid. & n.* 10. & an deficiat per unicum filium. *n.* 11. *ibid.*
12 Conditio voluntaria quomodo sufficienter impleatur. *ibid.*
13 Quæ tacite actui inest, an sit necessario verificanda. *ibid.*
14 Conditio, quæ non adjicitur substantiæ actus, sed executioni, an faciat legatum conditionale. *ibid.*
15 Conditio si est successiva, an sufficiat, quod impleatur per momentum. *ibid.*
16 Contractus conditionalis an transmittatur tam active, quam passive. *ibid.*
17 An contractus Principis transeat in successorem tam active, quam passive. *ibid.*
18 Contractus, in quo a statuto præsumitur dolus, veluti contractus minoris aut mulieris celebratus sine solemnitatibus statuariis an validetur juramento, diversæ sententiæ. *ibid.*
19 Quinam contractus habeant executionem paratam. *ibid.*
20 Nullus quando reconvalescat. *ibid.*
21 Contractus, in quo res datur pro re, & simul etiam pro pecunia, qualis sit contractus. *ibid.* Et in dubio qualis præsumatur. *& n.* 22. *pag.* 235
23 Contractus rei Ecclesiasticæ ultra beneplacitum Apostolicum, quomodo sit nullus, & quando non sit utilis Ecclesiæ. *ibid.*
24 Contractus celebratus in executionem alterius contractus an dicatur novus. *ibid.*
25 Contractus, in quo adest clausula *ad habendum*, quando sit pignoratitius, & quando non. *ibid.*
26 Ex quibus præsumatur simulatus. *ibid.*
27 In quo adest pactum resolutivum, an possit rescindi ob defectum implementi ex parte altera. *ibid.*
28 Observantia contractus a quo sit probanda. *ibid.*
29 Contrahens cum Ecclesia vel minore, sine solemnitatibus, cessante fraude vel dolo, an tuta conscientia retinere possit rem emptam, & cur. *ibid.*
30 Contractum impugnas ob non interventum Consanguineorum quid debeat pobare. *ibid.*
31 Auctor nullitatis contractus an possit illam allegare in præjudicium alterius. *ibid.*

CONTUMACIA.

1 Quid sit contumacia, & quotuplex. *& n.* 2. *ibid.*
3 An Judex possit procedere contra contumacem ex officio. *& n.* 4. 5. *& 6. ibid.*
7 Quænam sit contumacia actoris, quæ Rei. *p.* 236.
8 Actor quando dicatur contumax. *ibid.*
9 Quando circumdatur contumacia. *ibid.*
10 Quæ remedia habeat reus ob actoris contumaciam. *& n.* 11. *ibid.*
12 Quæ remedia habeat actor contra contumaciam Rei. Quod ante, & quod post litem contestatam. Et quam habeat electionem. *& n.* 13. *& 14. ibid.*
15 An reus ob solam contumaciam actore non probante petitionem suam cadat causa. *ibid.*
16 An reus contumax refectis expensis audiatur. *ib.*
17 An contumax in respondendo positionibus de jure habeatur pro confesso, quid si adsit comminatio cum declaratoria Judicis. *p.* 237.
18 Contumax si non habet bona stabilia, an possit excommunicari. *ibid.*
19 An, si proceditur per viam inquisitionis aut denuntiationis, possint contra contumacem testes recipi, & sententia definitiva ferri. *ibid.*
20 An Judex possit contra contumacem aliqua mulcta procedere. *ibid.*
21 Contumax in præstatione juramenti liis decisivi an habeatur pro confesso, & quando. *ibid.*
21 Contumax in respondendo positionibus, postquam fuerunt habitæ pro confessis, an possit contrarium probare. *ibid.*
23 An contumax perdat causam, si comminatio fuit facta sub pœna amissionis causæ. *ibid.*
24 An contumax amittat privilegium fori, & an recuperet illud per purgationem contumaciæ. *ibid.*
25 Pœnæ contra contumaces quando habeant locum. *ib.*
26 Contumax manifestus an possit appellare. *ibid.*
27 An verus contumax possit appellare. Et quid de æquitate canonica. *ibid.*
28 Fictus contumax quando admittatur ad appellandum. *p.* 238.
29 An possit supplicare Principi. *ibid.*
30 An restituatur in integrum. *ibid.*
31 Et an contumax possit reaudiri, non refusis parti expensis contumacialibus. *ib.*
32 Contumax si vincit in causa, an condemnetur in expensis contumacialibus. *ibid. & n.* 33. *&* 34. Ubi quomodo illæ probentur. *ibid.*

CURA ANIMARUM.

1 Quomodo rescribendum supplicationibus pro fonte baptismali. *ibid.*
2 Et consentiente Parocho quale decretum sit interponendum. Et alia in hac materia practicabilia. *& n.* 3. *ad finem. ibid.*

¶ CURIA.

§. I.

Curia officialium quid?

1 Quid sit curia alicujus officialis? *p.* 239.
2 Unde dicatur Curia? *ibid.*
3 An possit Episcopus constituere sibi novam Curiam in certo, & quocunque loco suæ diœceseos, in quo jus reddat? *ibid.*
4 An Curia sit verbum Universitatis? *ibid.*
5 Quando fit mentio de fructibus Curiæ, an inferatur de fructibus jurisdictionis. *ibid.*
6 An nomen curiæ, vel curtis sit nomen, sub quo principaliter comprehendatur jurisdictio loci? *ibid.*
7 An curia sumatur etiam pro habitatione? *ibid.*

§. II.

Curia Romana quid sit?

1 Curiæ Romanæ definitio. *ibid.*
2 Quinam appellatione Curialium, & Curiam sequentium comprehendantur? *ibid.*
3 An Curialium appellatione veniant familares Cardinalium? *ibid.*
4 An curia accipiatur pro curia principum, vel pro jure universali comprehendente sub se jurisdictionem, & dominia rerum? *ibid.*
5 Quare assimilatur Curia Romana Paradiso, vel Inferno? *ibid.*
6 Quare dicatur fons esse Juris? *ibid.*
7 An eam debeant imitari omnes? *ibid.*

CUSTOS CARCERUM.

§. I.

Custos Carcerum quando teneatur de fuga carceratorum?

1 Custos Carceris, an teneatur solvere debitum carcerati, qui aufugit, quando carceratus erat legitime carceratus, ubi quæ requirantur ad legitimam carcerationem? *p.* 240.
2 Ad quid teneatur si debitum non sit probatum, & dolo aufugere fecit carceratum? *ibid.*
3 An non solum tenetur ipse custos carcerum, sed etiam ejus fidejussores? *ibid.*
4 An custos carcerum teneatur ad interesse parti læsæ, si relaxavit carceratum suspectum de fuga sine judi-

judice? & de materia, *& n.* 5. *& 6. & 7.* *ibid.*
8 An Cuſtos teneatur de fuga carcerati, ſi fuit in negligentia? *& num.* 18. *ibid.*
9 An teneatur de levi, lata & leviſſima culpa, etiam ſi ultra cuſtodem familia judicis ſtetiſſet pro cuſtodiendo cum eodem cuſtode? *& num.* 10. *&* 18. 19. 20. *&* 21. *ibid.*
11 Si cuſtos fuit in dolo, & carceratus, qui aufugit erat pro pœna capitis, qualiter punietur? *ibid.*
12 Qua pœna puniatur cuſtos, qui aufugit cum carcerato? *ibid.*
13 Si is qui aufugit, erat pro cauſa civili, ad quid teneatur cuſtos, ex cujus dolo aufugit? *ibid.*
14 Quamdiu cuſtos præſumatur in culpa? *ibid.*
15 Si cuſtos non bene cuſtodiens carceratum de proximo relaxandum; remiſſive? *ibid.*
16 Si carceratus eſſet ſenex, vel infirmus, & non eſſet veriſimilis fuga; remiſſive. *ibid.*
17 Si carceratus aufugit cum famulo cuſtodis, vel uno cuſtode, an alii teneantur? *ibid.*
22 Quænam excuſent cuſtodem? remiſſive. *ibid.*

§. II.

Cuſtos carcerum delinquens punitur multis modis.

1 Qualiter puniatur cognoſcens carnaliter mulierem vel meretricem carceratam? *& num.* 2. *ibid.*
3 Item ſi mulier eſſet honeſta, eamque cognoſceret? *ib.*

§. III.

Cuſtos Carcerum quando teneatur vel non, de morte carcerati?

1 Quandonam teneatur de morte carcerati; remiſſive. *ibid.*
2 Quænam ideo ſit cautela carcerum cuſtodis? *ibid.*
3 Licet cuſtos teneatur, an etiam judex? *ibid.*
4 Qualiter puniatur, ſi carceratus moriatur fame? *ibid.*
5 Qualiter procedere debeat cuſtos, ſi carceratus objerit ex infirmitate? *p.* 241.

§. IV.

Cuſtos Carcerum habet multa privilegia.

1 Quomodo procedere poſſit cuſtos pro alimentis carcerati liberati ſibi ſolvendis? *ibid.* ¶

DAMNUM & DAMNIFICANTES.

1 Damnum quid ſit. *p.* 241.
2 Damnum contingens in re data in dotem, ad quem ſpectet, & ad quem datum in fructibus, & ad quem, ſi contingat in re alienata cum pacto redimendi pacto pendente. *ibid.*
3 Contingens caſu in re locata ad quem ſpectet. *ibid.*
4 Contingens fortuito ſi præceſit mora debitoris. *ibid.*
5 An damnum imputetur Superiori mandanti, aut exequenti. *ibid.*
6 Quot modis ſumatur damnum. *ibid.*
7 An damnum ſit compenſandum cum lucro, & a quo. *ibid.*
8 Quis debeat reſarcire damnum vini effuſi, cum fuit effuſum culpa vectorum. *ibid.*
9 An damnum pati, & lucrum non facere idem ſint. *ibid.*
10 Ad quem ſpectet damnum contingens in re vendita, cujus dominium ſibi venditor reſervavit. *ibid.*
11 An damnum debeatur ei, qui indebite ſolvi repetitione indebiti. *ibid.*
12 Quis teneatur ſolvere damnum & intereſſe, an qui mandatum ſuſceptum ad inveſtiendum non adimplevit. *pag.* 242.
13 Quis teneatur ſolvere damnum factum in vicinis ædibus ab incendio in aliis ædibus nato, aut ad extinguendum ignem. *ibid.*
14 Ad quem ſpectet damnum contingens in pignore. *ib.*
15 Contingens in re locata aut emphyteutica ad quem ſpectet. Et quid ſi pecuniæ collatæ in ſocietate, in qua alius contulit induſtriam, amittantur; & quomodo probetur. *& num.* 16. *ibid.*
17 An damnum paſſus, priuſquam admittatur ad juramentum, debeat probare damnum. *ibid.*
18 Si dubitatur, an damnum contigerit culpa depoſitarii, ſi hic fuit in mora reſtituendi, an contra illum præſumatur. *ibid.*
19 An omne datum ſequens ex injuria obliget ad reſtitutionem. *ib.*
20 Quis teneatur ſolvere damna, & intereſſe. *ibid.*
21 Quæ veniant homine damnorum, & intereſſe. *ibid.*
22 Damnum, quod quis patitur ratione moleſtiarum, a quo ſit reficiendum. *p.* 243
23 An damnum, ut victori in lite debeatur, ſit probandum. *ibid.*
24 An debeatur ſine mora. *ib.*
25 Damnorum nomine & intereſſe an veniat etiam pretium. *ibid.*
26 Damnum proveniens ex culpa, cui ſit imputandum. *ibid.*
27 Quid de damno, quod quis ſentit ex ſuo facto. *ib.*
28 Quid de cauſam damno dante. *ibid.*
29 An dicatur damnum facere, qui utitur jure ſuo. *ibid.*
30 Quando dans cauſam damno, non teneatur de damno. *ibid.*
31 Ad quem ſpectet damnum contingens in re ſine culpa alicujus. *ibid.*
32 An damnorum fiat mutua compenſatio. *ibid.*
33 Quid de damno dato per derivationem aquæductus. *ibid.*
34 Quid de dante occaſionem damni. *ibid.*
35 Quis debeat reſarcire damnum ex cauſa concernente utilitatem publicam datum. Quid ſi tantum concernit commodum ſingulorum. *ibid.*
36 Quid de damno, quod quis ſentit ex facto Principis. *p.* 244.
37 An damnato ad triremes ad annum, ſi poſt ſententiam detentus fuit per aliquod tempus, antequam tranſmittatur, an imputetur hoc tempus in anno? quando non. *ibid.*
38 Quid de damnato in exilium ad certum tempus. *ibid.*
39 Et Damnati in perpetuum ad triremes an fiant ſervi pœnæ, & quas alias pœnas incurrant. Quid de Jure antiquo, & quid de noviſſimo. *& num.* 40. *ibid.*
41 An damnatus ad triremes gaudeat Immunitate. *ibid.*

¶ DATA.

§. I.

Datæ tempus attenditur.

1 An datæ tempus attendatur, ſi ſit conceſſa una gratia, ut intra quinquennium quis conferat beneficia, & concedatur ſimilis non facta mentione de prima? *ibid.*
2 An in diſpenſatione de non promovendo, conceſſa ad ſeptennium? *ibid.*
3 An ad judicandum gratia ſit nulla, vel annullanda & an ſit obreptitia? *ibid.*
4 An gratia ſit ſubreptitia vel non, & idem an beneficium vacet de jure, vel de facto? *& n.* 20. *ibid.*
5 An datæ tempus attendatur inter habentem mandatum de providendo de beneficio vacaturo, quod quis intra menſem acceptaret, & habentem ſimilem gratiam? *ibid.*
6 Item, quia litteræ beneficiales debent judicari an valeant, vel ne, a tempore datæ? *& n.* 24. *ib.*
7 Item, ubicunque agitur de prælatione gratiarum; & de materia; *& n.* 8. *uſque ad* 15. *& n.* 29. *ibid.*
16 Item quando gratia concurrentis eſſet ſubreptitia. *pag.* 245.
17 An datæ tempus attendatur ad hoc, ut impetrans præferatur inferiori collatori, ſeu proviſo ab inferiore collatore? & de materia. *& n.* 18. *ibid.*
19 Item in gratia; *ſi neutri*, *& n.* 25. *ibid.*
21 An attendatur ad conſiderandam validitatem collationes beneficii, quando duo contendunt? *ibid.*
22 An quando agitur de qualitate, quæ facit qualificatum præferri? *ibid.*
23 An in gratia facta de percipiendo fructus in abſentia per biennium, vel aliud tempus? *ibid.*
26 An in litteris & reſcriptis ad lites? *ibid.*
27 Sex modi recenſentur hac de materia, ubi limitatur. *n.* 28. *ibid.*

§. II.

§. II.

Datæ tempus non attenditur.

1 An non attendatur datæ tempus, quando mandatum de providendo de prima vacaturo, uſque ad certam ſummam conceditur, & evenit vacatio, & ſubſequens proviſio? *ib.*
2 An in mandato de providendo? *ibid.*
3 An in omni gratia expectativa cum clauſula *quam duxeris acceptandam*, & aliis gratiis expectativis. *& n.* 4. *ibid.*
5 An in mandato dato ad confirmandam electionem canonice factam? *& n.* 6. *ibid.*
7 An in gratia *ſi neutri*, *& n.* 8. *ibid.*
9 An in gratia variabili ex negligentia? *ibid.*
10 An in omni reſcripto, vel gratia, quæ non poteſt notari de ſubreptione? *ibid.*
11 An in gratia expediendi gratis? *& n.* 12 13. *&* 14. *ibid.*

§. III.

Data in concurſu eadem, ſi eſt pluribus conceſſa, quis præferatur?

1 Gratia collationis beneficii facta per Papam duobus ſub eadem data, quis præferri debeat? *p.* 246.
2 An graduatus præferatur non graduato, cæteris paribus. *ibid.*
3 In impetrantibus ſub eadem data, quis præferatur? *& n.* 4. *ibid.*
5 Item in expectantibus? *ibid.*
6 Si reperiatur facta acceptatio in partibus per procuratorem, & in Curia per principalem ſub eadem data, qualis acceptatio præſumatur. *ibid.*
7 An præferatur in data concurrenti, ubi prior præſumitur is qui poſſidet? *ibid.*
8 In inſtrumentis diverſis factis eadem die, puta ceſſionis juris tertio factæ, & liberationis debitoris, quis prior præſumatur in data? *ibid.*
9 Si duo habeant datam diverſam, & ambo poſſideant, quis præferatur? & de materia. *& n.* 10. *ib.*
11 In pari data proviſorum quis præferatur? *& n.* 12. *ib.*
13 Quando gratia Papæ vel Legati eſt nulla, an præfertur alteri proviſo? *ibid.*
14 Si exhibeantur duæ ſcripturæ in judicio contrariæ, una ab actore, altera a reo, ſub eadem data, qualis præferatur? *ibid.*
15 An Legatus vel ordinarius poſſint tollere jus quæſitum ex præſcriptione; & an valeat proviſio Legati vel Papæ, ſive æqualis ſive anterior de Hoſpitali, vel beneficio patronatus etiam ex præſcriptione queſiti contra patronos & proviſionem ad præſentationem patronorum; & quis poſſit derogare huic juri quæſito ex præſcriptione? *& n.* 16. *&* 17. *ibid.*
18 Si proviſus non mentionem fecit de expectativa, an admittatur in concurſu ſub eadem data cum alia. *ib.*
19 Quando collatio de eodem beneficio fuit facta a diverſis ſub eadem data, quæ prævaleat vel non, remiſſive. *ibid.*

§. IV.

Data quando præſumatur fraudulenta, & in quibus?

1 Quando eſt in ſcriptura privata, non ſubſcripta trino teſte, & concurrit cum teſtamento? *& n.* 2. *ib.*
3 An data collationis Epiſcopi ſine inſtrumento & teſtibus, in concurſu cum data Papæ, præſumatur ante data? & de materia. *& n.* 4. *ibid.* ¶

DATIO IN SOLUTUM.

1 Quomodo datio in ſolutum extinguat actionem. *ib.*
2 Datio in ſolutum cum clauſula *conſtituti* an debeat probari effectuata. *ibid.*
3 An Datio in ſolutum rei pro pretio æſtimando, antequam fuerit æſtimatum, ſit perfecta, vel conditionalis, & an dicatur datio in ſolutum facta, ſi Judex mandavit dari in ſolutum. *pag.* 247.
4 Quid ſi datio in ſolutum fuit nullius valoris, teneturne creditor reſtituire fructus. *ibid.*
4 An, quando eſt nulla, habeatur pro non facta. *ib.*
6 Datio in ſolutum prioris obligationis extinctiva an reſultet ex clauſula *conſtituti*. *ibid.* Et ex quibus verbis. *ibid.*
7 An datio in ſolutum vim habeat emptionis. *ibid.*
8 An judicialis ſit individua. *ibid.*

DEBITOR ET CREDITOR.

§. I.

Quando Debitor poſſit carcerari, & quando liberetur, tam ab obligatione ſolutionis, quam a carceribus?

1 Quando, & ubi debitor non poſſit pro debito capi de jure, & quid de conſuetudine. *ibid.*
2 An debitori carcerato debeantur alimenta, & qualia. *ibid.*
3 Quibus modis debitor liberetur a carceribus, uſuris, & reſtitutionis obligatione. *ib.*
4 Quibus debitor rei certæ ex maleficio, & quid in foro externo. *ibid.*
5 Quid in debitore ex contractu. *ibid.*
6 Quid ſi debitor ex delicto rem tradidit. *pag.* 248.
7 Nuntio, ut ferret ad creditorem, & apud Nuntium periit. Quid in debitore ex contractu. *ib.*
8 An debitum extinguatur ſolutione. *ibid.*
9 Quid ſi debitor ſolvit poſteriori creditori, poteſtne a priore creditore avocari, & quando. *& n.* 10. *&* 11. *ibid.*
12 An unus pro alio ſolvere poſſit invito creditore, quando non. *ibid.*
13 An ſolvens pro alio ob neceſſariam ejus ſalutem poſſit illum cogere ad reſtitutionem ſoluti. *ibid.*
14 An ſolvens ei, cum quo contraxit, liberetur, ſi is, cui ſolvit, non eſt Dominus, quando non. *ib.*
15 Quid de ſolvente indebitum civiliter, ſed debitum naturaliter ex ignorantia Juris an poſſit repetere. *ibid.*
16 Quid ſi ſolutio indebiti fuit ſcienter facta, & an tunc ſit neceſſaria inſinuatio, ſi non poteſt repetere. *pag.* 149.
17 Quid dicendum in ſolutione uſurarum, an poſſint repeti, ſi ſolutio fuit ſcienter facta. *ibid.*
18 An ſolutio fieri poſſit compenſatione debiti ad debitum. *ibid.*
19 An & quando præſumatur ſolutio. *ibid.*
20 An ex ſilentio creditoris poſt mortem debitoris: quid ſi diſtulit petere uſque ad mortem debitoris. *ibid.*
21 Quando ſalarium famulis præſumatur ſolutum. Idem de opificibus, Notaris &c. *ibid.*
22 Quomodo ſolutionis præſumptio elidi poſſit. *ibid.*
23 Solutio temporis præteriti an præſumatur, & quomodo. *ibid.*
24 Quando debitor liberetur a ſolutione uſurarum. *ib.*
25 Quando debitor liberetur a carceribus. *ibid.*

SECTIO I.

De Ceſſione Bonorum.

26 An cedens bonis perdat illorum dominium, & quando. *ibid.*
25 Quid ſi malitioſe negavit debitum. *ibid.*
28 Quid ſi bona conſumpſit ex faſtu, aut luxuria. *pag.* 250.
29 Quid ſi aliqua bona occultavit. *ibid.*
30 Quid ſi ſolvendo poſterioribus fuit factus non ſolvendo. *ibid.*
31 Quid ſi in caſum non ſolutionis ſe obbligavit ad carceres. *ib.*
32 An cedens bonis obligetur ad ſolutionem, ſi venerit ad pinguiorem fortunam. *ibid.*
33 An bonorum ceſſio pro novis debitis reiterari poſſit? *ibid.*
34 An bonorum ceſſio facta a debitore liberet fidejuſſorem. *ibid.*
35 An bonorum ceſſio de jure communi requirat certas ſolemnitates. *ibid.*
36 An cedens poſſit antè conſummationem actus pœnitere. *ibid.*

SECTIO II.

De Capitulo Odoardus.

37 De effectu Capit. *Odoard.* & quando illud concedatur Clerico debitori. *ibid.*

38 An & quando in delictis competat. *pag.* 25
39 An Capit. *Odoardus* possit competere Clerico excommunicato. *ibid.*
40 Quando hoc Capitulum non juvet Clericos. *ib.*
41 An habeat locum in contractibus juratis. *ib.*
42 Quid in depositio. *ibid.*
43 Quid si Clericus negavit debitum. *ibid.*
44 Quid si Clericus est dolosus. *ibid.*
45 An Capitulum competat Clerico, qui post contracta jam debita fuit factus Clericus. *ib.*
46 Quid si Clericus sit tantum in minoribus constitutus. *ibid.*
47 Quid si creditor est pauperior, aut æque pauper ac Clericus. *ibid.*
48 Quid si Clericus est negotiator. *ibid.*
49 An hoc Capit. competat etiam Laico, qui pro Clerico fidejussit. *ibid.*
50 An hoc Beneficium competat Clerico in actione reali. *ib.*
51 An suspectus de fuga possit carcerari, quando non. *pag.* 252.
52 An Capitulum hoc prosit Clerico, qui, licet non possit solvere totum, potest tamen solvere partem. *ibid.*
53 Quid si Clericus bona sua consumpsit luxuriose vivendo. *ibid.*
54 An hoc Capitulum possit competere sæpius. *ib.*
55 Quænam solemnitates adhibendæ, ut Clerici gaudeant beneficio Capituli *Odoardus*. *ibid.*

§. II.

De Delegatione & Dilatione moratoria.

56 An liberetur debitor per delegationem factam debitori ad satisfaciendum creditoribus. *ibid.*
57 Debitor cessus an possit solvere cedenti in præjudicium cessionarii. *ib.*
58 An & quomodo liberetur debitor per dilationem moratoriam. Quis illam possit concedere, & quibus præstitis. *ibid.*
59 An dilatio moratoria concedi debeat debitori ex contractu depositi, & quid illam impetrare volens narrare debeat. *& n.* 60. *&* 61. *ibid.*
62 An induciæ generales debitoribus concessæ prosint etiam locupletibus. *ibid.*
62 An dilatio moratoria generaliter loquens extendatur ad debitum juratum. *ibid.*
64 An Princeps sæcularis possit dare moratoriam contra Ecclesiam, aut Ecclesiasticam personam. *p.* 253.
65 An debitor lite pendente possit impetrare moratorias. *ibid.*
66 An dilatoria concessa debitori prosit etiam fidejussoribus & quando. *ibid.*
67 An moratoria censeatur concessa motu proprio vel ad instantiam. *ibid.*
68 An petens moratoriam censeatur fateri debitum. *ibid.*
69 An tempore dilationis currant usuræ, & quando. *ibid.*
70 An condemnatis ad solvendum dandus sit terminus. *ibid.*

§. III.

De excussione debitoris principalis.

71 An creditores volentes agere contra fidejussores aut tertios possessores debeant excutere principalem creditorem. *ibid.*
72 Quid sit excussio; & quæ requirantur ad illam peragendam. *& n.* 73. *ibid.*
74 An creditor post factam excussionem possit contra fidejussores vel tertios possessores procedere, sine Judicis pronuntia excussionem fuisse legitime factam. *ib.*
75 Fidejussori & tertio possessori quænam competant exceptiones contra Creditorem; & quæ suscipienti debitum alienum. *& n.* 76. *pag.* 254.
77 Quid si debitor principalis habet quidem bona, sed emptorem non inveniunt, vel ob potentiam suam conveniri non potest, an tunc procedat exceptio excussionis. *ibid.*
78 Quid si notorie debito non est solvendo. *ibid.*
79 Quid si fidejussor intervenit pro illo, qui tantum naturaliter est obligatus. *ibid.*
80 Quid si fidejussor promisit cum juramento. *ibid.*
81 Quid fidejussor huic exceptioni renuntiavit. *ibid.*
82 Quid si tertius possidet tantum titulo lucrativo. *ib.*
83 Quid si fidejussor negavit se fidejussorem. *ibid.*
84 Quid si fidejussor promisit animo novandi. *ibid.*
85 Quid si adest consuetudo conveniendi fidejussorem non excusso principali. *ibid.*
86 Ad quid teneatur creditor agens contra fidejussorem aut tertium possessorem. *ibid.*
87 Exceptio excussionis an si dilatoria, & quando proponenda. *ibid.*
88 An excussio facta ab uno creditore prosit etiam aliis creditoribus. *ibid.*
89 Quando fidejussor non possit conveniri. *ibid.*
90 An excussio principalis procedat etiam de jure canonico. *pag.* 255.
91 An excussio debitoris principalis sit necessaria, si actio dirigitur contra nomen debitoris obligati a debitore. *ibid.*
92 An fidejussor *ne judicatum solvendo* habeat beneficium excussionis. *ibid.*
93 An excussio principalis sit necessaria uxori si contra tertios non agit, sed excipit. *ibid.*
94 An habeat locum in Salviano interdicto. *ibid.*

§. IV.

De Jure Retentionis.

95 An & quibus in casibus possit uti jure retentionis. *ibid.*
96 Quomodo differat a compensatione. *& n.*97. *ibid.*
98 An hoc jus competat hæredibus pro debitis testatoris solutis. *ibid.*
99 Quæ requirantur, ut competat jus retentionis. *ib.*
100 An hoc jus competat etiam post sententiam, & suspendat illius executionem. *ibid.*
101 An creditor habeat jus retentionis etiam in pignore, & quando. *ib.*

§. V.

Alia spectantia ad cessionem bonorum, & concursum creditorum.

102 Facta cessione bonorum a debitore, sub cujus illa maneant potestate, & de Judicis officio. *ib.*
103 An & quomodo Administrator admittatur ad bonorum cessorum administrationem. *pag.* 256
104 An debitor possit administrationi bonorum cessorum se ingerere, & an creditores possint propria authoritate capere bona cedentium. *ibid.*
105 Quid sit agendum instituto per debitorem concursu. *ibid.*
106 Quinam creditores citandi. *& n.* 107. *ib.*
Et an talis citatio liget etiam Clericos creditores. *ib.*
108 An appellatione post sententiam ab aliquibus creditoribus interposita, sententia suspendatur quoad omnes. *ibid.*
109 An hæredes debitoris illo mortuo debeant & possint litem concursus continuare. *pag.* 257.
110 De graduatoria creditorum. Et quando expensæ funeris præferantur, & quomodo probentur. *& n.* 111. *ibid.*
112 An Dominus rei præferatur omnibus, & quando. *ibid.*
113 An in alimentis debitor creditoribus præferatur. *ibid.*
114 An succedant illis hypothecarii, & isti semper præferantur chirographarii; quando non. *& n.* 115. *ib.*
116 Quis ordo sit servandus inter hypothecarios. *p.* 258.
117 Quomodo computetur anterioritas *& n.* 118. & quinam dicantur priores in tempore. *& n.* 119. *&* 120. *ibid.*
121 An regula, *qui prior in tempore*, procedat etiam in hypotheca generali. *& n.* 122. *ibid.*
123 An cessante hypotheca cesset etiam regula *qui prior in tempore*. *ibid.*
124 Quomodo admittantur creditores personales. *pag.* 259.
Quid si concurrant privilegiati in prærogativa. *ibid.*
125 An hypothecarii privilegiati ultra temporis prærogativam habeant etiam prærogativam beneficii specialis, & quales isti sint. *& n.* 126. *ibid.*
127 Quid de muliere repetente suas dotes. *pag.* 260.
128 An habentes anteriorem hypothecam expressam præferantur mulieri habenti tacitam hypothecam posteriorem, an habentibus expressam posteriorem. 21.

129 An hypotheca tacita pro dote præferatur expreſſæ poſteriori. *ibid.*
130 Quinam alii præferantur mulieri ratione ſuæ dotis, remiſſive ad *n.* 126. *ibid.*
131 An, quod fuit dictum. *n.* 111. *&* 127. procedat, ſi bona marito fuerunt tradita cum æſtimatione venditionem inducente. *ibid.*
132 Quo tempore a muliere contrahatur, & acquiratur tacita hypotheca, an a die datæ vel ſolutæ dotis, vel a die promiſſionis. *ibid.*
133 An privilegium mulieris procedat etiam in paraphernalibus, & donatione propter nuptias. Quid ſi ſponſa de futuro ſolvit dotem, & dein ſponſalia diſſolvuntur, habebitne dos privilegium prælationis. *pag.* 323.
134 An privilegium dotis procedat etiam in dote confeſſata tantum. *ibid.*
135 Quo loco veniat pupilli, minores, prodigi, amentes, ac alii, qui habent Curatores ratione hypothecæ, quam habent in bonis Tutorum & Curatorum. *ibid.*
135 Quid dicendum de Eccleſiis, & locis piis. Et quid dicendum ſit in Adminiſtratoribus, & de creditis ob adminiſtrationem contractis, & extra adminiſtrationem. *&. n.* 137. *ibid.*
138 Cum quibus veniat fiſcus. Et quando chirographarii. *& n.* 139. *pag.* 262.

§. VI.

De Jure offerendi quod competit poſterioribus creditoribus & quomodo ſuccedant in locum creditorum anteriorum.

130 An poſteriores creditores habeant Jus offerendi, ut ſuccedat in locum primi, & an tunc ſit neceſſarium, quod poſteriores habeant hypothecam in bonis communis debitoris. *& n.* 141. *ibid.*
142 Quare chirographarii non habeant jus offerendi, & quando habeant. *ib.*
143 An primus creditor poſſit offerre ſecundo. *ibid.*
144 Et quid ſi debitor vendidit rem hypothecatam primo creditori, aut dedit in ſolutum. *ibid.*
145 An & quando jus offerendi creditoribus hypothecariis mariti competat contra uxorem agentem ad repetitionem dotis. *pag.* 363.
146 An mulier teneatur cedere ſua jura creditoribus cum privilegio prælationis. *ibid.*
147 Quid ſi mulier agit ad reſtitutionem ſeu aſſecurationem dotis marito ad inopiam vergente. *ibid.*
148 An jus offerendi competat, quando primus creditor eſt privilegiatus, uti fiſcus. *ibid.*
149 An tertius creditor ſolvens primo, illi ſuccedat excluſo ſecundo. *ibid.*
150 An offerens primo creditori illi ſuccedat, quamvis hoc in oblatione ſpecialiter non fuerit conventum. *ibid.*
151 Et quid de tertio poſſeſſore offerente. *ibid.*
152 An extraneus ſolvens poſſit cogere creditorem ad ceſſionem ſuorum jurium. *ibid.*
153 An creditor ſecundus ſuccedens primo non tantum ſuccedat ratione rei, ſed etiam uſurarum. *ib.*
154 An ceſſa actione perſonali, quando eſt credibilis, dicatur etiam ceſſa hypotheca. *ibid.*
155 An & quanto tempore jus offerendi poſſit præſcribi. *pag.* 326.
156 Quæ requirantur, ut oblatio rite fiat. Et quinam ſint illius effectus. 264

§. VII.

Miſcellanea Debitorum & Creditorum.

157 An debitor poſſit mutare pignus invito creditore. *ibid.*
158 An debitor obligatus cum juramento ſolvere, ſi propter Judicis ſequeſtrum non ſolvit, ſit perjurus. *ibid.*
159 Quid ſi debitor creditori tranſmiſit cambiales, & campſor fuit decoctus, decoctio in cujus damnum cedat. *ib.*
160 Debitoris decocti confeſſio de debito ad favorem alicujus, & in præjudicium aliorum creditorum an valeat. *ibid.*
161 An Debitor decoctus poſſit repudiare hæreditatem ſibi delatam in præjudicium creditorum. *ibid.*
162 An debitor ſit irregularis. *ib.*
163 An debitor confugiens ad Eccleſiam gaudeat immunitate, & quid ſi debet Principi. *ibid.*
164 An debitor mendaciter negans ſe aliquam rem poſſidere illam amittat, & in quem poſſeſſio tranſferatur: ubi limitationes. *ibid.*
165 An Creditor in judicio plus petens, quam ſibi debeatur, aut ante diem, aut alio in loco aliquas patiatur pœnas, & quas. *pag.* 265
166 Creditor qui cœpit agere via ordinaria an poſſit agere executiva. *ibid.*
167 An creditor poſſit propria authoritate capere poſſeſſionem bonorum debitoris. *ib.*
168 An creditor poſſit mitti in poſſeſſionem omnium bonorum debitoris. *ibid.*
169 An creditor poſſit facere ſequeſtrari corpus defuncti, donec ſatisfiat. *ibid.*
170 An habens plures correos ſibi obligatos in ſolidum, ſi recipit aut exigit ab uno, an videatur receſſiſſe ab inſoliditate. *ibid.*
171 An ubi adeſt ſtatutum poſt certum tempus audientiam denegans, audiatur. *ib.*
172 Creditor Principis quid teneatur probare ut, poſſit petere ſolutionem. *ib.*
173 Creditor, cui ex legato, aut delicto aliquid debetur, an veniat nomine creditorum. *ib.*
174 Creditor, cui plures res ſunt obligatæ a pluribus poſſeſſæ, an poſſit quemlibet poſſeſſorem inſolidum convenire. *ibid.*
175 An poſſit creditor fructus pignoris ſibi retinere, & quando. *pag.* 266
176 Creditor habens plures fidejuſſores ſibi in ſolidum obligatos, ad unius concurſum vocatus, & comparens petendo ſuum creditum, & gradum, an pendente concurſu & obtenta graduatoria poſſit redire ad alios fidejuſſores. *ibid.*
177 Creditor Ceſſionarius an poſſit agere contra cedentem. *ibid.*
178 Creditor ceſſionarius ex cauſa oneroſa an teneatur ante omnia ſuum creditum juſtificare. *ib.*
179 An uſufructuarius omnium bonorum a teſtatore relictus poſſit a creditoribus hæreditariis moleſtari. *ibid.*
180 An creditor in re feudali cum Domini conſenſu præferatur illi, qui non habet conſenſum. *ibid.*
181 An attendatur tempus mandati, an contractus in ordine ad prælationem. *ibid.*
182 Debitor ſolvens creditori hypothecario ſui creditoris an liberetur. *ibid.*
183 Alternative obligatus an & quando habeat electionem, & quid in alternativa exigendi, ubi plures caſus. *ibid.*
184 An creditum exigendum in tempus futurum, ſi eſt certum, poſſit minoris emi anticipata pecunia. *ibid.*
185 Quodnam ſit debitum neceſſarium, quodnam voluntarium. *ibid.*
186 Debitum alienum ſuſcipiens qua actione teneatur. *ibid.*
187 Debiti quantitas quomodo poſſit probari. *ib.*
188 An unum debitum converſum in alterum extinguatur. *ib.*

DECIMÆ.

§. I.

Quid ſit Decima, & a quo Jure debita?

1 Quid ſit Decima. *ibid.*
2 An debeatur jure naturali, & divino aut tantum Eccleſiaſtico. *& n.* 3. *ibid.*

§. II.

Quinam teneantur ſolvere Decimas?

4 An omnes fideles? *ibid.*
5 An Monachi. *ibid.*
6 An Clerici. *ibid.*
7 An pauperes. *ib.*

§. III.

Quinam eximantur a Jure seu privilegio a solutione Decimarum, & quomodo?

8 Quinam eximantur ab onere solvendi Decimas. *pag.* 268.
9 Quinam exempti ab onere solvendi decimas de nutrimentis animalium. *ibid.*
10 Quinam non solvant Decimas. *ibid.*
11 An Leprosi, Eremitæ aut alii Laici in communi viventes. *ib.*
12 An infideles. *ibid.*
13 An qui illicite aliquid acquirunt. *ibid.*
14 An habentes privilegium non solvendi Decimas. *ibid.*
15 Hoc privilegium a quibus concedi possit, aut non. *usque ad n.* 18 *exclusive. ibid.*
17 An Papa communicando privilegia alicujus Religionis in quibus adest etiam privilegium non solvendi Decimas, censeatur etiam communicare exemptionem a solutione Decimarum. *pag.* 269.
18 Privilegium concessum Religiosis de non solvendis Decimis, de quibus agris intelligatur. *ibid.*
19 An Papa eximens aliquem a solutione Decimarum quarumcumque, censeatur eximere a personalibus tantum aut etiam realibus. *ibid.*
20 An privilegium non solvendi Decimas alicui Religioni concessum a Papa a privatis Domibus, aut prælatis, renuntiari possit. *ibid.*

§. VI.

Quinam eximi possint a solutione decimarum, consuetudine, aut præscriptione? & de materia, & probatione.

21 An consuetudo possit aliquem eximere a solutione Decimarum, & qualis, ac quomodo. *ibid.*
22 Excipiens de consuetudine quid debeat probare. *pag.* 270.
23 Qualiter hæc consuetudo debeat esse præscripta. *ib.*
24 An præscriptio possit aliquos etiam Laicos eximere a solutione decimarum, *ibid.*
25 An Ecclesia possit eximi a solutione Decimarum. *ibid.*
26 An præscriptio extendatur de decima unius rei ad decimas alterius rei. *ibid.*
27 Quando Laici possint fieri immunes a solutione Decimarum. *ibid.*
28 Ad præscribendam hanc exemptionem quod temporis spatium requiratur. *ibid.*
29 Præscriptio exemptionis Laicorum a tota decima contra Ecclesiam qualis debeat esse. *pag.* 271.
30 An libertas solvendi decimas, seu exemptio an persumatur. *ib.*
31 Præscriptio non solvendi decimas quomodo probetur. *ibid.*
32 Et quomodo testes debeant coarctare negativam. *ibid.*
33 Quomodo præscriptio interrumpatur. *ibid.*
34 An testes deponentes de affirmativa præferantur testibus deponentibus de negativa. *ibid.*

§. V.

Quibus sint solvendæ Decimæ, & de quibus rebus! ubi de Jure Parochi.

35 Quibus decimæ de jure sint solvendæ. *ibid.*
36 An & quo in judicio juris assistentia sufficiat, & quos effectus pariat hæc juris assistentia. *pag.* 272.
37 An contra Parochum in Decimis, quæ sunt intra Parochiam, detur actio spolii, ita ut spoliatus ante omnia debeat restitui. *ibid.*
38 Utrum Laicus contra Parochum agere possit in causa decimarum existentium intra Parochiam actione spolii. *ibid.*
39 An ex sola juris assistentia concedatur Parocho manutentio in jure decimandi, si alius est in possessione tempore motæ litis. *pag.* 273.
40 Decimæ prædiales in quo loco & cui Ecclesiæ sint solvendæ. *ibid.*
41 Parochus prætendens decimas prædiales quid probare debeat. *ibid.*
43 An quoad prædiales stetur aliquando consuetudini. *ibid.*
44 In probanda consuetudine in dubio an stetur testibus deponentibus pro Parocho prædiali, vel sacramentali. *pag.* 274
45 An decimæ, quæ solvebantur Parocho sacramentali, si illas solvens mutet domicilium, an debeantur Parocho Priori? & quomodo probetur mutatum domicilium? *ibid.*
46 Decimæ mixtæ inter quas Ecclesias sint dividendæ & quæ dicantur mixtæ. *ib.*
47 Si Ecclesia sacramentalis probet consuetudinem decennalem percipiendi ex pascuis existentibus intra limites alterius Ecclesiæ decimas animalium, casei &c. illa pascua redigantur ad culturam, uti frumenti, debenturne Ecclesiæ sacramentali adhuc Decimæ. *ibid.*
48 An decimæ debeantur etiam notoriis fornicatoribus, aut criminosis. *ibid.*
49 An debeantur Parochis divitibus. *ibid.*
50 An possint denegari Parocho, si non administret sacramenta. *ibid.*
51 An sint tuti in conscientia, qui non solvunt decimas Parochis, qui non petunt. *ibid.*
52 Decimæ prædiales de quibus fructibus sint solvendæ. *ibid.*
53 Et de quibus solvantur personales? an debeantur ex acquisitis per eleemosynam, donationem, legatum vel hæreditatem. *ib.*
54 An debeantur ex distributionibus quotidianis. *pag.* 275.

§. VI.

De tempore, loco, ac modo solvendi Decimas, & an deducantur expensæ in illis conservandis aut colligendis.

55 Quo tempore decimæ solvi debeant? ubi ampliationes. *ibid.*
56 Quo in loco sint solvendæ. *ibid.*
57 Quomodo sint solvendæ, an ex decem unum? & quid de consuetudine. *ibid.*
58 An fideliter solvendæ sint & qualiter. *ibid.*
59 An in solutione decimarum deducantur expensæ in illis colligendis, & conservandis, aut semen. *ibid.*

§. VII.

An Laici possint acquirere jus decimandi?

60 An Laici possint acquirere jus decimandi. *p.* 276.
61 An Laicis possint remitti. *ibid.*
62 An sine privilegio apostolico Laici sint capaces Decimarum. *ibid.*
63 Quid si concurrat quadragenaria cum legitima probatione tituli. *ibid.*
64 An fama privilegii sit probanda de toto tempore, quo probatur possessio. *ibid.*
65 Quid si testis dicat se ignorare, quid sit fama. *ib.*
66 Quot testes sufficiant ad illam probandam. *ibid.*
67 An immemorialis sine fama privilegii Laicis sufficiat. *ibid.*
68 Quid si Laicus contra Laicum decimas legitime possidentem præscribit. *ibid.*
69 An Episcopus possit jus decimandi concedere. *ib.*
70 Quid si Decimæ fuerunt Laicis concessæ, sed ignoratur, an fuerint concessæ ante vel post Concil. Lateran. *ibid.*
71 An fructus Decimarum possit Episcopus Laicis concedere, & ad quantum tempus. *ibid.*
72 An Episcopus possit decimas Laicis infeudare, quid si fuerunt reversæ ad mensam. *pag.* 277.
73 Quid si ab Episcopis fuerunt ante Concil. Lateran. infeudatæ. *ibid.*
74 An Laici habentes in feudum ab Episcopo ante Concil. Later. possint illas in ullum Laicum transferre etiam infeudando. *ibid.*
75 Quis Laicis decimandi jus concedere possit. *& n.* 77. *ibid.*
76 An tam Laici, quam Ecclesiastici privilegiati habentes decimas teneatur congruam portionem pro sustentatione ministrorum & oneribus supportandis assignare? *ibid.*
78 Quomodo sciri potest, an Laici habuerint decimas in feudum ante Concil. Lateran. si probari non possit per investituras. *ibid.*

§. VIII.

§. VIII.

An, & quomodo una Eccleſia, aut perſona Eccleſiaſtica poſſit præſcribere decimas contra aliam?

79 An una Eccleſia poſſit præſcribere jus percipiendi Decimas adverſus alienam, & in aliena Parochia, quanto tempore cum titulo, & quanto ſine illo. *ibid.*

80 An Eccleſia vel perſona Eccleſiaſtica habens a Laico donationem decimarum poſſit illas præſcribere. Quid ſi Laicus illas habuit in feudum ante Concil. Lateran. *pag.* 278.

81 An contra Eccleſiam vacantem poſſit ab Eccleſia præſcribi jus decimandi. *ibid.*

82 Quanto tempore poſſit Eccleſia præſcribere jus decimandi contra Epiſcopum. *ibid.*

83 Et an tunc præſcriptio trahatur de uno caſu ad alium. *ibid.*

84 An detur præſcriptio in jure exigendi decimas, ſi fructus ſunt in parva quantitate, & non collecti excreverunt. *ibid.*

85 Quomodo probetur præſcriptio. *ibid.*

§. IX.

An ſuper decimis poſſit fieri compoſitio ſeu remiſſio?

86 An ſuper Decimis valeat compoſitio vel tranſactio, & inter quas perſonas, & qualiter facienda. *& n.* 87. *&* 88. *ibid.*

89 An valeat tranſactio etiam de decimis futuris. *pag.* 279.

90 An ſi tranſactio facta fuit cum reſervatione beneplaciti Apoſtolici, antequam hoc adveniat, poſſit una pars reſilire & pœnitere. *ibid.*

91 An Decima Epiſcopalis poſſit remitti Clericis, quid de Parochiali. *ibid.*

92 An remittens decimas ſibi debitas etiam novalia remiſiſſe videatur. *ibid.*

§. X.

Quid ſint Novalia, & quibus ſolvi debeant?

93 Quid ſint novalia. *ibid.*

94 Ut inteſtes probent novale, quid debeant deponere. *& n.* 93. *&* 95. *ibid.*

97 An novalium Decimæ ſint ſolvendæ, & cui. *ib.*

98 Primis tribus annis, ad quos ſpectent. *ibid.*

99 Qui Decimas in aliena Parochia preſcripſit, an etiam novalium decimas percipere poſſit. *pag.* 280.

100 An privilegium conceſſum Laicis percipiendi decimas comprehendat etiam novalia. *ibid.*

101 An privilegium conceſſum Eccleſiaſticis percipiendi Decimas in aliena Parochia extendatur etiam ad novalia. *ibid.*

102 An privilegium non ſolvendi Decimas comprehendat etiam novalia poſt privilegium naſcentia. *ib.*

103 Privilegium non ſolvendi novalia, de quibus novalibus intelligatur. *ibid.*

104 An Regulares exempti in aliquibus Parochiis decimas antiquas aut earum partem habentes ex donatione Laicorum poſſint novales ſupervenientes percipere. *ibid.*

105 Quid dicendum de novalibus improprie dictis. Et quænam iſtæ ſint. *ibid.*

106 Quid ſi aliquis habet jus univerſale ad omnes decimas. *ibid.*

107 Quid ſi decimas quis tantum habet ex præſcriptione. *ibid.*

108 Quomodo probetur jus univerſale ad omnes Decimas. *ibid.*

109 Quid ſi mutatio fructuum fiat in tales, de quibus non ſolet ſolvi decima, uti ſi agri mutentur in prata. *ibid.*

110 An Dominus fundi decimalis poſſit pro arbitrio ſuo fundum, aut illius qualitatem mutare. *ibid.*

111 A quibus debeantur decimæ novalium, & qui ſint ab earum ſolutione exempti. *ibid.*

112 An Prædia, quæ ſemel ſunt novalia, ſemper remaneant talia quoad immunitatem & privilegium Religioſis conceſſum. *ibid.*

113 An Parochus teneatur probare novalitatem. *ibid.*

§. XI.

Miſcellanea Decimarum.

114 Quis ſit Judex competens in cauſa decimarum. *ibid.*

115 Quid ſi lis eſt inter Laicos, aut Clericum actorem, & Laicum reum, & in poſſeſſorio. *ibid.*

116 Quid ſi lis eſt inter Laicos in petitorio, quis erit Judex. *p.* 282

117 Quomodo cauſæ decimarum ſint tractandæ. An ſummarie. *ibid.*

118 Quam pœnam incurrant non ſolventes decimas, aut impedimentes, ne illæ ſolvantur. *ib.*

119 An a ſententia condemnante ad ſolutionem decimarum detur appellatio ad effectum ſuſpenſivum. *ibid.*

120 An ſententia lata in cauſa Decimarum contra Parochum afficiat etiam Succeſſores. *ibid.*

121 An allegatio unius tituli competentis ad decimas de jure communi, excludat alium titulum competentem de jure ſpeciali. *pag.* 283.

122 An emptor prædii teneatur ad ſolvendas decimas prædiales ex illo de præterito non ſolutas. *ib.*

123 In judicio decimarum an & quando ſuccumbens teneatur ſolvere non ſolum futuras, ſed etiam præteritas, vel ſolum perceptas a tempore motæ litis. *ibid.*

124 An decimæ poſſint valide ſine beneplacito Apoſtolico alienari. *ibid.*

125 An decimæ in Parochia noviter erecta ſpectent ad Eccleſiam matricem. *ibid.*

DECLARATIO.

1 An declatio inſit actui declarato, & quomodo. *ib.*

3 Quot modis declaratio ſumatur. *ibid.*

2 Quot modis declaratio inducit novam diſpoſitionem, an trahatur ad præterita. *ibid.*

4 An declaratio, quæ ineſt actui declarato, aliquid de novo diſponat. Et an in declaratione ſit neceſſaria publicatio. Et an declarationes S. Congr. Concil. Trid. ſint tantum doctrinales, & careant vi obligandi. *ib.*

5 Quid ſi adſint declarationes contrariæ juxta factum diverſimode propoſitum, quibus erit ſtandum. *pag.* 284.

¶ DECOCTI.

§. I.

Decoctorum & fallitorum vita.

1 Decocti & falliti quinam? *ibid.*

2 Quare illis non credatur in judicio nec extra? *ib.*

3 Decoctus, ſi confiteatur ad favorem creditoris, cui confert hypothecam bonorum, an poſſit præjudicare aliis creditoribus chirographariis? *ib.*

4 An eis credatur ſi aliquid ante fallimentum faciunt in damnum creditorum? *ibid.*

5 An mercator ruptus præſumatur fraudator? *ibid.*

6 An teſtes eſſe poſſint? *ibid.*

§. II.

Decoctorum & fallitorum pœnæ diverſæ.

1 An quis poſſit eos receptare? *ibid.*

2 Probatio in contrarium an eos excuſat quin pœnas patiantur? *ibid.*

3 An audientia fallito concedatur, & quibus caſibus, vel non? *& n.* 4. 5. *&* 6. *ibid.*

§. III.

Decoctus cui æquiparetur, & quæ poſſit, vel non?

1 An poſſit præſcribere decoctus? *ibid.*

2 An poſſit ex ſua confeſſione inducere hypothcam? *ibid.*

§. IV.

Decoctorum Remedia & privilegia.

1 Qualem dilationem concedere poſſint creditores de decoctis, & de materia. *& n.* 2. *ibid.*

§. V.

Decoctorum non sufficere bona, & qualiter distribuenda?

1 Bona decoctorum distribuenda inter creditores per æs & libram; & de materia, *& n. 2. & 3. p.* 285.
4 An creditor, qui obtinuit sequestrum & confirmationem sequestri, adhuc concurrat cum aliis creditoribus, quando non fuit facta executio sentiæ? *ibid.*
5 Quomodo procedatur quando exactione fuerunt factæ a republica, non per æs & libram? *ibid.*
6 Qualiter probetur bona decocti vel debitoris non esse sufficientia pro satisfactione creditorum? *ibid.*

DECRETUM.

1 Decretum qualiter debeat interponi a Judice in contractibus, & maxime in redditione rationis facta a tutore, & alia. *ibid.*
2 Decretum interpositum sine causæ cognitione, an, & quando sit nullum; qualiter debeat interponi, & alia. *ibid.*
3 Decretum Judicis præsumitur justum, nisi constet de læsione, etiam per conjecturas. *ibid.*
Stante enormissima læsione nihil operatur decretum, curatoris auctoritas, nec juramentum, & similes cautelæ. *d. n. 3. ibid.*
Decretum qualiter præsumatur solemniter factum ex antiquitate temporis? *d. n. 3. ibid.*
4 Decretum potest interponi a judice domicilii illius, qui indiget decreto, licet alibi sita sint bona, super quibus contrahitur: & alia. *ib.*
Decretum non valet interpositum ad ipsius judicis interponentis favorem. *d. n. 4. ibid.*
5 Decretum qualiter non præsumatur justum stante temporis brevitate, & præcipitantia? *ibid.*
Decretum judicis facit præsumere justitiam, & veritatem causæ. *ibid.*
Contractus factus cum Decreto Judicis in dubio præsumitur factus ad utilitatem minoris. *d. n. 5. ibid.*
6 Decretum interpositum ex falsa causa, est ipso jure nullum, & alleganti incumbit onus probandi; & quando secus. *ib.*
7 Decretum partim ex vera, partim ex falsa causa interpositum est nullum; quid sit interpositum ex pluribus causis? *ibid.*
Decretum alternative inter positum non valet. *d. n. 7. ib.*
Quid sit individuum, & alia, *ibid.*
8 Decretum fundatum super causa præcedente nulla, & invalida nihil operatur. *ibid.*
Quod prima obligatio nulliter contracta, tunc reddat nullam secundam pro extinguenda prima factam, quando nullitas primæ jam erat oppositа? secus si adhuc erat in implicito statu validitatis. *d. n. 8. ibid.*
9 Decretum Judicis quid operetur. *ibid.*
10 Decretum latum ex falsis probationibus qualiter sit ipso jure nullum? *ibid.*
11 Decretum non potest interponi die feriata in honorem Dei, nisi in re pia, & in casu necessitatis. *ib.*
12 Decretum quomodo a Judice sit interponendum? *ib.*
13 Decretum cum clausula in fine *super omnibus, & singulis*, quid operetur? *ibid.*
14 Decretum adhibitum pro validitate actus, non supplet alios defectus, quia interpositum ad unum effectum non extenditur ad alium. *ibid.*
15 Decretum pro validitate requiritur in alienatione rei immobilis facta per minorem, vel pupillum, alias esset ipso jure nulla. *ibid.*
Quando decretum sit nullum remissive. *d. n. 15. ib.*
16 Decretum Judicis qualiter interponendum sit in alienatione rerum civitatis, & alia. *ibid.*
De pluribus casibus, in quibus requiritur Judicis decretum, & ex quibus annulletur, remissive. *d. n. 16. ibid.*
17 Decretum Judicis in inventario appositum, qualiter suppleat alias solemnitates? *ib.*
An autem sit necessarium in inventario? *ibid.*
19 Decretum, aliæ solemnitates statutariæ, non requiruntur in expeditione actus necessarii. *p.* 287.
19 Decretum judicis non requiritur in alienatione rei, quæ servando servari non potest, & alia remissive. *ibid.*
20 Decretum de torquendo requiritur antequam deveniatur ad torturam, & an detur appellatio ab illo? *ibid.* ¶

DECRETUM IRRITANS.

1 Decretum irritans quos obliget, an Papam, & quando. *ib.*
2 Quid hoc decretum tollat, an consuetudinem etiam futuram. *ibid.*
3 An inficiat possessionem & titulum. *ibid.*

DEFENSIO.

1 Defensio contra Magistratum injuste procedentem an sit licita, cur non. *ib.*
2 An sit licita contra genitores verberantes. *ib.*
3 Bannitus diffidatus an possit resistere se defendendo, *ibid.*
4 Defensio vitæ suæ & honoris an sit licita quibuscumque & contra quoscumque. *ibid.*
5 An defensio possit fieri in quocumque loco etiam in Ecclesia. *ibid.*
6 Quomodo debeat fieri. *ib.*
7 An in dubio præsumatur facta incontinenti. *ibid.*
8 Qualiter defensio fieri debeat, ut sit licita. *ib.*
6 Excessus in defensione quomodo puniatur. 288.

DEGRADATIO.

1 Quotuplex sit degradatio, & quæ sit verbali, quæ actualis. *ibid.*
2 Vetbalis quot modis fiat. *ibid.*
3 An degradatio verbalis auferat privilegium Clericale, canonis, vel fori, & quando fiat. *ibid.*
4 An ad hoc, ut Clericus possit deponi, opus sit, quod fuerit in delicto flagranti deprehensus. *ibid.*
5 An Clericus fur degradari possit, & quando. *ibid.*
6 An a pœna degradationis Episcopus possit dispensare, aut quando. *ibid.*
7 Quæ solemnitates requirantur in degradatione seu præparatoria ad actualem *pag.* 289.
8 Et præparatoria ad actualem an auferat privilegium canonis, & fori. *ibid.*
9 An ad degradationem statim possit deveniri propter incorrigibilitatem. *ibid.*
10 Quid sit degradatio actualis, quæ solemnitates sufficiant. *ibid.*
11 An hæc auferat omne privilegium Clerico. *ibid.*
12 Quid Judex Ecclesiasticus debeat facere, quando degradatum tradit Judici Laico. *ib.*
13 An Judex Laicus teneatur statim exequi sententiam Iudicis Ecclesiastici. *ibid*
13 An degradatio sit necessaria in damnato ad trire mes. *ib*
15 Quid sit agendum cum Clerico absente, qui propter delicta est degradandus. *pag.* 290
16 An actualis degradatio habeat etiam locum in Clericis minoribus. *ibid.*
16 An degradatio semper sit necessaria, antequam a Laico puniri possit. *ibid.*
18 An Episcopus possit dispensare cum degradato actualiter, *ibid.*

DELEGATIO.

1 An delegatio facta sub nomine dignitatis non expresso nomine proprio transeat ad successorem. *ib.*
2 Quid si fuit facta Episcopo sub nomine dignitatis, *ibid.*
3 Et quid re integra. *ibid.*
4 An facta Vicario generali transeat in successorem. Ubi diversæ sententiæ. *ibid.*
5 Quid si fuit facta sub nomine proprio, transitne in successorem. *ibid.*
6 Quotuplex sit delegatio, & quæ realis, quæ personalis. *ibid.*
7 An Canonicatus sit dignitas ad effectum delegationis. *ibid.*
8 Delegatus, qui pronuntiavit se non habere jurisdictionem, an causam reassumere possit. *ibid.*
9 An exspiret morte delegantis re integra. *ibid.*
10 Quid si fuit facta ad arbitrium delegantis, an exspiret per ejus excommunicationem. *ibid.*
11 Delegatio facta Vicario, si Episcopus habeat duos Vicarios, cui competat. *ibid.*
12 An possint delegari reservata Principi, *ibid.*

13 Delegata cauſæ cognitione an dicatur etiam delegata ejus executio. *ibid.*
14 Delegata diſpenſatio vel gratia Epiſcopo, non facta mentione Vicarii, aut Vicario, non facta mentione Epiſcopi, a quo exequatur. *ib.*
15 An delegatus Judex poſſit, ubi voluerit, locum judicii ſibi eligere. *ibid.*
16 An Delegatus Principis poſſit ſubdelegare. *ibid.*
17 An Delegatus Principis ſit dignior ordinario. *ib.*
18 An poſſit recuſari & allegari ſuſpectus. *ibid.*
19 An in cauſis ſibi commiſſis poſſit eligere nuntios & executores. *ibid.*
20 Quando dicatur Delegatus ad univerſitatem cauſarum. *ibid.*
21 An delegatus ad unum articulum cauſæ poſſit ſubdelegare. *ibid.*
22 Delegatus ad univerſitatem cauſarum an cognoſcere poſſit de nullitate ſuæ ſententiæ. *ibid.*
23 An delegatus in deciſoriis teneatur ſervare ſtylum Curiæ delegantis quid in ordinatoriis. *pag.* 292
24 An debeat ſervare formam reſcripti, quid ſi delegans ſcit formam non ſervari, & non contradicit. *ibid.*
25 Delegatus an teneatur mittere citato originale delegationis. An comparenti teneatur illam exhibere, ſi petatur. *ibid.*
26 An Delegatus ab Epiſcopo poſſit accipere expenſas itineris a partibus. *ibid.*
27 An Delegatus Pontificius poſſit ſibi aſſumere aſſeſſorem, ſi non indigeat, & ſi indigeat, qualem debeat aſſumere. An poſſit aſſumere ſibi Notarium, an a partibus munera, an poſſit ſubdelegare teſtium examen. *ibid.*
28 An Delegatus Apoſtolicus debeat eſſe in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus. *ibid.*
29 An poſſit ſubdelegare non conſtitutis in dignitate Eccleſiaſtica. *ibid.*
30 Delegatus *ſi in evidentem*, an poſſit mortuo Papa ferre judicium. *ibid.*
31 Si ſunt plures Delegati, an poſſit unus ſine alio cognoſcere, aut quando. *ibid.*
32 An Delegatus poſſit abſolutionem caſuum reſervatorum alii ſubdelegare. *ibid.*
43 An poſſit trahere reum extra Diœceſim. *ibid.*
34 A quo tempore Delegatus accipiat juriſdictionem, & quando exercitium illius. *ibid.*
35 Quando expiret ejus juriſdictio. *ibid.*
36 An Delegatus, ſi eſt ſimul Judex ordinarius, ſi actum, quem fecit nullum fecit tanquam Delegatus, poſſitne illum ſuſtinere tanquam ordinarius. *pag.* 393.
37 Delegatus, qui ſubdelegavit, an poſſit cauſam avocare, & quando non. *ibid.*
38 Subdelegatus an poſſit alteri ſubdelegare. *ibid.*
39 Delegatio an convaleſcat ex poteſtate ſuperveniente, ſi a principio non tenuit. *ibid.*

DENUNTIATIO.

1 Quid ſit denuntiatio judicialis, & quotuplex. *ib.*
2 Quis teneatur denuntiare delicta ſpectantia ad S. Officium, an etiam qui non poteſt probare. *ibid.*
3 Denuntiatio litis vel laudatio authoris qualis debeat eſſe, & quid ſi fit cum Judicis authoritate. *ibid.*
4 Denuntiationes matrimoniales an ſint de ejus eſſentia ſeu ſubſtantia. *ibid.*
5 Quibus diebus hæ fieri debeant. *ibid.*

DEPOSITUM.

1 Quid ſit depoſitum. *pag.* 294
2 An fiat in bonis ſtabilibus. *ibid.*
3 Quotuplex illud ſit. *ibid.*
4 Quidnam ſit depoſitum regulare, & irregulare. *ib.*
5 An in depoſito detur compenſatio, & in quali. *ib.*
6 An Depoſitarius poſſit uti pecunia depoſita. *ibid.*
7 Depoſitum factum in caſu, quo creditor recuſat acceptare ſolutionem, an liberet debitorem. *ibid.*
8 Et qualis debeat eſſe depoſitarius. *ibid.*
9 Quid ſi non eſt integrum, & quando dicatur non integrum. *ibid.*
10 An depoſitum, quod a creditore fuit acceptatum aut ratificatum tacite vel expreſſe, ſuffragetur, ſi fuit invalidum. *ibid.*
11 An depoſitum potius quam mutuum debeat præſumi, ſi pecunia fuit data mercatori diviti. *pag.* 295
12 Depoſiti judicialis periculum ad quem ſpectet, & quando ad creditorem. *ibid.*
13 A depoſitum tacito deponentis conſenſu aliquando novatum dicatur. *ibid.*
14 Depoſitum & cuſtodiam rei quis dicatur ſuſcepiſſe, vel cenſeatur ex eo, quod ipſe fuerit præſens. *ibid.*
15 Quid requiratur, ut depoſitum habeat vim ſolutionis. *ibid.*
16 Depoſitum an in ea parte, in qua debitum eſt liquidum, debeat eſſe integrum. *ibid.*
17 Deponens accipiens aliquid ultra depoſitum ratione depoſiti, an committat uſuram. *ibid.*
18 Depoſitarius ad quid teneatur. *ibid.*
19 Si depoſitarii ſunt plures, quomodo ſinguli obligentur. *ibid.*
20 Ad quid teneatur depoſitarius, & de quo caſu. *ib.*
21 An ſolvens de mandato Judicis liberetur etiam parte non citata. *ibid.*
22 An depoſitarius poſſit declinare forum, coram quo ſe obligavit reſtituere. *ibid.*
23 Quæ actio detur creditori contra depoſitarium. *pag.* 296.
24 An Depoſitario competat jus retentionis ob expenſas in re depoſita factas. *ibid.*
25 An condemnatis ad reſtituendum depoſitum detur dilatio ſolvendi debitoribus concedi ſolita. *ibid.*
26 An Depoſitarius liberetur a reſtitutione depoſiti, ſi rem depoſitam ſine mandato Judicis aut partis apud alium depoſuit. *ib.*
27 An Depoſitarius rem depoſitam præſcribere poſſit. *ib.*
28 An poſſit opponere exceptionem dominii. *ibid.*
29 An Depoſitarius liberetur, ſi rem tradidit ſervo ſuo, ut eam deponenti redderet, ſi ſervus aufugit cum illa. *ibid.*

DEROGATIO.

1 Derogatio in ampliſſima forma privilegiorum Societatis Jeſu, ſi non fuit intimata, an præjudicet, & quid de ſtylo Curiæ. *ib.*
2 Derogatio ſpecialis Concil. Trid. an ſit neceſſaria, ſi habet decretum irritans. *ibid.*
3 An derogatio ſpecialis valeat, ſi non deroget regulæ Cancellariæ *de jure quæſito non tollendo*. *ibid.*
4 Derogatio privilegiorum etiam ad inſtantiam Regum conceſſorum an comprehendat privilegia Regum conceſſa, vel aliis jure ſpeciali. *ibid.*
5 Derogatio generalis ſubſtantiarum in aliqua diſpoſitione cum clauſula *quorum tenores*, an tollat diſpoſitiones contrarias. *ibid.*
6 Derogatio a Principe an præſumatur facta conventionibus partium. *ibid.*

DESCENDENTIA.

1 Deſcendentia quomodo probetur. *ibid.*
2 Et quomodo in ordine ad ſucceſſionem. *ibid.*
3 Deſcendentium nomine quinam veniant. *ibid.*
4 Quomodo deſcendant in fideicommiſſis. *ibid.*
5 An in fideicommiſſis veniant nomine generationis, ſeminis, vel ſanguinis, aut poſterorum, an nepotes ex fœminis. *ibid.*
6 An faciant deficere conditionem *ſi ſine liberis*. *ib.*

DICTIO.

1 Dictio *poſt* in teſtamentis quid importet. Et quid de dictione *Cum*. *ibid.*
2 Dictio *donec*, *quoad dum*, quid faciat. *p.* 297.
3 Dictio *prædicta*, quid faciat. *ibid.*
4 Dictio *ſeu* in legatis an ſumatur ampliative, vel disjunctive. *ibid.*
5 Dictio *ſi vero*, *vero*, quam vim habeat. *ibid.*
6 Dictio *quamcumque* qualis ſit. *ibid.*
7 Dictio *placet* quid importet. *ibid.*
8 Dictio *tibi & ipſi* in contractu quomodo ſtet, & an impediat tranſmiſſionem. *ibid.*
9 Dictio *hujuſmodi* quid importet. *ibid.*
10 Dictio *Et* in reſcriptis, quid. *ibid.*
11 Quid dictio *Succeſſores*. *ibid.*
12 Quid dictio *una cum*. *ibid.*
13 Dictio *videlicet* an ſit taxativa, vel demonſtrativa. *ib.*

14 Dictio *Dicti & prædicti* quid sit. *ibid.*
15 Dictio *omnino* quam habeat naturam. *p.* 298.
16 Dictio *tantum* quid includat & excludat. *ibid.*
17 Dictio *etiam* quid operetur. *ibid.*
18 Dictio *nisi* quid facit. *ibid.*
19 Dictio *dummodo* quid importet. *ibid.*
20 Quid dictio *casu quo*. *ibid.*
21 Quid sit dictio *Ut*. *ib.*
22 Quomodo accipiatur Dictio *ita ut*. *ibid.*
23 Quid facit dictio *cum*. *ibid.*
24 Quid dictio *Tunc*. *ibid.*
25 Quomodo verificetur dictio *plures*. *p.* 299
26 Dictio *a. ab. ex.* quid denotet. *ibid.*
27 Dictio *prorsus penitus* quid importet. *ibid.*
28 Dictio *debitum*, aut *ex debito* quid importet. *ib.*
29 Dictio *ex tunc* quid faciat. *ibid.*
30 Dictio *aliquis* qualis sit, & quando sit universalis. *ibid.*
31 Dictio alternativa quid faciat. *ibid.*
32 Dictio *Alia* qualis sit. *ibid.*

¶ DIFFAMANTES, DIFFAMATUS, & DIFFAMATIO.

§. I.

Diffamantes aliquem qualiter puniantur?

1 Quomodo puniri debeat dictum vel factum contra veritatem alterius? *ibid.*
2 Faciens impostūram honestis personis per mendacium, qualiter puniatur? *ibid.*
3 An quis possit puniri pro mendacio in alterius detrimentum? *ibid.*

§. II.

Diffamatus de crimine, qualiter agat, vel experiatur?

1 Quanam actione agat diffamatus de crimine? *ib.*
2 Si diffamatio esset facta de crimine in judicio, qualiter procedatur? *ibid.*
3 Item si diffamatio esset respectu debiti civilis? *ib.*
4 An quis agere compellatur, assigneturque terminus intra quem agat? *ibid.*
5 Quare compellatur diffamans alium, ut agat? *ib.*
6 Quænam sufficiat diffamatio? *ib.*
7 De remedio *l. diffamari*, quomodo dignoscatur intentatum, & quæ requirantur & debeant probari, ut obtineatur. *ibid.*
8 Quid requiritur, ad hoc ut diffamatus agere compellat diffamantem? *ibid.*
9 An requiritur diffamatio, ut possit præfigi terminus. *ibid.*
10 Quomodo procedatur quando cumulatur remedium *leg. si contendat, ff. de fidejuss.* *ibid.*
11 An requiratur diffamatio quando intentatur remedium *l. diffamari*, & de materia. *& n.* 12. *p.* 300.
13 Qualiter diffamans impediat diffamatum, quin agere compellatur? *ibid.*
14 An diffamatus possit obtinere præfigi terminum diffamanti, intra quem agat, & quænam requiratur præfixio? *ibid.*
15 An Judex possit præfigere terminum, per quem citatus excludatur a jure suo, & non audiatur? *ibid.*
16 An requiratur bina monitio, vel sufficiat unica, ut post lapsum termini non possit amplius audiri? *ibid.*
17 Quid obtinere possit diffamatus ex *l. diffamari*, *C. de Ingen.* *ibid.*
18 Quodnam remedium sit ex *l. si contendat*, *ff. de fidejuss.* *ibid.*
19 Si in termino præfixo citatus agere cœpit, an tractetur de *lege diffamari?* *ibid.*
20 Si vero non deduxit jus suum, nec cœpit agere, qualiter procedere judex debet? *ibid.*
21 Quomodo concipiatur libellus in actione *l. diffamari*, *C. de Ingen. & manumiss.* *ibid.*
22 An agi possit super diffamatione reali, sicut & personali? *ibid.*
23 Quare introductum fuit remedium *l. diffamari*. *ibid.*
24 Quando non habeat locum istud remedium? *& num.* 25. *ibid.*
26 An diffamatus agens actione *l. diffamari de C. Ingen.* in actione reali possit obtinere contra possessorem rei, de qua aliquis asserit se dominum? *ibid.*
27 An is qui habet actionem ordinariam, agat remedio *l. diffamari?* *ibid.*
28 An debeat præfigi terminus ut diffamans agat, alias lapso termino censeatur impositum perpetuum silentium, & quando non? *ibid.*
29 An etiam sine diffamatione prodita sunt alia remedia? *ibid.*

§. III.

Diffamatus agens contra diffamantem, quando act, or vel reus dicatur?

1 An committi obtinens causam diffamationis dicatur actor, ideoque quid agere debeat? *ibid.*
2 Si vero sit reus, & ideo jactans dicatur actor, an possit conveniri coram judice diffamati? *ibid.*
3 Quisnam in dubio pronuncietur actor, & qualiter procedendum de hac materia? *& num.* 4. *p.* 301
5 Si reus habeat plures judices, prout scholaris, & agat super jactatione coram uno, alter vocatus incipiat de jure suo agere coram alio, an obstabit litis pendentia? *ibid.*

§. IV.

Diffamatus coram quo Judice debeat agere contra diffamantem?

1 Judex coram quo per viam exceptionis trahitur actor, debet esse ille, quem si actor ageret teneretur agere, quando habens exceptionem agit alio remedio, quam diffamationis; & quare? *ibid.*
2 Quando reus vult convenire actorem super jactationibus, coram quo Judice eum convenire debeat? *ibid.*
3 Si reus habet plures judices ordinarios, non de speciali privilegio, qualem adire possit? *ibid.*
4 Quid faciat Judex competens, qui prævenit in citatione? & de materia, *& num.* 5. *ibid.*

§. V.

Diffamatio non probatur ex eo, quod testes dicant, talem diffamatum ob tale crimen ad effectum plenæ probationis, sed bene ad effectum inquirendi, vel carcerandi; remisstve. *ibid.*

DIGNITAS.

§. I.

Dignitas quid sit, & qualiter probetur?

1 Dignitatis definitio. *ibid.*
2 Signa cognoscendi dignitatem. *ibid.*
3 Quotuplici sensu sumatur dignitas? *ibid.*
4 An ubi est collegium in Ecclesia, ibi sit dignitas & jurisdictio? & de materia, *& num.* 5. *ibid.*
6 An ubi est conventus, ibi sit dignitas? *ibid.*
7 An in concessione dignitas veniat collegiata? *ib.*
8 Quid sit personatus? *ibid.*
9 An dignitas possit esse ex consuetudine? *ibid.*
10 An dignitat, vel personatus judicetur ex consuetudine loci? *ibid.*
11 An quis dignitatem obtineat, ex quo præponitur super alios, vel ad curam gerendam, vel ad administrationem bonorum, vel temporalium sine spiritualitate? *ibid.*
12 Quomodo dicantur habere dignitatem Plebania, Archi-presbiteratus, Prioratus, & similes Ecclesiæ, etiamsi non sint collegiatæ? *& n.* 13. *ibid.*
14 An qui habet feudum cum jurisdictione, dicatur habere dignitatem? *ibid.*
15 An Archidiaconus, Archi-presbiter, & Primicerius ex nomine habeant dignitatem? *& num.* 16. *& 17.* *ibid.*
18 Quinam habeant dignitatem, & quando. *pag.* 302
19 An reliqua omnia officia sonent in nomine dignitatis de jure communi; & recensentur illa officia *& n.* 20. *ad* 24. *ibid.*

25 An dignitates Eccleſiaſticæ ſint ſecundum conſuetudinem loci? *ibid.*
26 Qualiter probetur dignitas. *ibid.*
27 An poteſt eſſe dignitas, quæ non obtinet in Eccleſia Cathedrali vel Collegiata prælaturam, vel prærogativam &c. *ibid.*
28 An hoc procedat in Archidiaconatu, Archi-presbyteratu, Primiceriatu, & Canonicatu? *& num.* 29. *ib.*

§. II.

Dignitas quotuplex in Eccleſia?

1 Triplex Dignitas in Eccleſia, quales. *ibid.*
2 Quid ſint dignitates ſimplices? *ibid.*
3 Si Papa diſponeret, quod dignitates debeant promoveri intra annum, an includerentur dignitates collegiatæ in materia odioſa? *ibid.*
4 Quid ſint dignitates electivæ, vel non? *ibid.*
5 An æquiparantur dignitates Eccleſiaſticæ ſecularibus dignitatibus? *ibid.*
6 An aſſimilentur Archidiacono, & de materia. *& num.* 7. *ibid.*

§. III.

Dignitatum majoritas & præcedentia ex quibus cognoſcatur?

1 Quid arguat majoritatem dignitatis inter ſedes dignitatum? *& n.* 2. *ibid.*
3 In Juriſdictione magis libera & amplia, quænam dicatur dignior & major? *ibid.*
4 An is qui præeſt pluribus & majoribus, dicatur major? *ibid.*
5 Ratione Imperii quis majorem dignitatem hæreditatem habere dicatur? *ibid.*
6 An Epiſcopus habens adminiſtrationem, dicatur major Epiſcopo titulari & portativo? *ibid.*
7 Ratione inſignium, ordinis, ſtipendii, & conſuetudinis, quænam major dignitas dicatur? *& num.* 8. 9. *&* 10. *ibid.*
11 An conſuetudo faciat dignitatem? *ibid.*
12 Ratione beneficii quænam major reputetur dignitas(Item ratione ſubditorum magis nobilium? *& n.* 13. *&* 14. *ib.*
15 An prævaleat exercitium, & actus potius quam habitus? *ibid.*
16 An nobilior eſt qui ſupponit, quam qui adimplet, &c. *ibid.*
17 An prior ordine & antiquior in dignitate præferatur? *pag.* 303
18 An præferatur ille cujus exercitium eſt magis univerſale? *ibid.*
19 An ſi ordo litteræ præponat unum alteri, præpoſitus dicatur dignior? *ibid.*
20 Quænam ſint ſigna cognoſcendi majorem dignitatem in Eccleſia? *ibid.*
21 An habens dignitatem a Papa præferatur in pari caſu habenti ſimilem dignitatem ab alio. *ib.* ¶

DILATIO.

1 Dilatio ad ſolvendum an purget omnem moram. *ibid.*
2 Dilatio an ſit danda procuratori in Curia, & quare. *ibid.*
3 An Reo detur dilatio, & quando. *ib.*
4 Dilatio quarta an concedatur, & quando. *ibid.*
5 Quando poſſit dari cum impoſitione pœnæ. *ibid.*
6 An detur dilatio actori. *ib.*
7 An ſit danda Reo ad ſe defendendum. *ibid.*
8 Dilatio probatoria quomodo ſit moderanda. *ib.*

DISPENSATIO.

§. I.

Quomodo Diſpenſatio interpretanda, & qualiter facultas diſpenſandi?

1 Facultas diſpenſandi qualiter ſit interpretanda. *& num.* 2. *ibid.*
3 Quid ſi talis facultas tenderet in præjudicium tertii, aut jurisdictionis alicujus. *ibid.*
4 An procedat in iis, quæ ſunt de jure divino aut naturali. *ibid.*
5 Quid ſi poteſtas ad diſpenſandum fuit reſtricta ad certas perſonas. *ibid.*
6 A poſſit extendi ad caſum non expreſſum. *p.* 375
7 Quomodo ſit interpretanda diſpenſatio. *ibid.*
8 An diſpenſatus ad beneficium ab Epiſcopo ſit etiam diſpenſatus ad Beneficium extra Diœceſim, aut ad Beneficium in Cathedrali? & plures alii caſus. *ibid.*
9 An diſpenſatus, ut licet infra annum non promoveatur, nihilominus poſſit retinere præbendam, cui ordo ſacer eſt annexus, habeat vocem in Capitulo ubi plures alii ſimiles caſus. *ibid.*
10 An diſpenſatio ſit extendenda, ſi major diſpenſatio fuit conceſſa ea qua opus eſt. *ibid.*
11 An diſpenſatio ſit ita ſtricte interpretanda, ut reddatur inutilis, an extendatur ad neceſſario, & inſeparabiliter connexa, & diſpenſatus ſuper pluralitate Beneficiorum ſit diſpenſatus ſuper reſidentia, & alii caſus particulares. *ibid.*
12 An diſpenſatio ſuper ſtatuto, cum per illam fit reditus, ad jus commune ſit late interpretanda, & ratio. *ibid.*
13 An diſpenſatio inſerta in corpore juris. *ibid.*
14 Et an diſpenſatio conceſſa motu proprio. *p.* 305
15 An diſpenſatio debita aut favorabilis bono publico. *ibid.*
16 Quid ſi minor includitur in majori? & quid in caſibus æquiparatis. *& n.* 17. *ibid.*

§. II.

Quis diſpenſare poſſit?

18 Quis poſſit diſpenſare. *ibid.*
19 An litteræ Apoſtolicæ ſint neceſſariæ ad valorem gratiæ? quinam affirment, & quinam negent. *ib.*
20 An diſpenſationis impetratio proſit etiam ignoranti. *ib.*

§. III.

De nullitate Litterarum.

21 Ut litteræ apoſtolicæ valeant, quid requiratur & quid ſit ſubreptio, & quid obreptio. *ibid.*
22 Quarum rerum taciturnitas vitiat gratiam. *ib.*
23 Quid ſi falſitas contingit circa cauſam finalem, quid ſi circa impulſivam? Et ſi plures cauſæ fuerunt narratæ, an omnes debeant verificari. *ibid.*
24 Quot ſunt genera qualitatum, quænam ſint intrinſecæ, quænam extrinſecæ. *& n.* 25. *pag.* 306.
26 Quid quando gratia eſt diviſibilis. *ibid.*
27 An taciturnitas veri vitiet gratiam factam motu proprio. *ibid.*
28 An executor, cui fuit commiſſa diſpenſatio poſſit procedere ad executionem, ſi fuit expreſſa affinitas loco conſanguinitatis. *ibid.*

§. IV.

Quænam in ſpecie vitent gratiam?

29 An error in nomine oratorum, quando non. *ibid.*
30 An & quæ qualitas oratorum ſit exprimenda. *ib.*
31 Quid ſi poſt executam cum oratoribus diſpenſationem illi venerunt in notitiam alterius impedimenti prius non expreſſi. *ibid.*
32 An error in expreſſione graduum vitiet diſpenſationem, quando non. *ibid.*
33 An ſi oratores laborent pluribus impedimentis, quæ egent diſpenſatione, omnia ſint exprimenda, & an debeant exprimi omnia in una ſupplicatio- *& n.* 34. *ibid.*
35 Quid ſi per diſpenſationem læditur jus tertii, an hoc exprimi debeat. *pag.* 307
36 An qualitas viduitatis ſit exptimenda pro valore diſpenſationis. *ibid.*
37 Quomodo impedimenta ad obtinendam diſpenſationem exprimi debeant. *ibid.*
38 Quid ſi oratores diſtant in gradibus inæqualibus a communi ſtipite, an exprimi debeat? & ad quem finem. *ibid.*
39 An debeat etiam narrari, an impedimentum proveniat ex uno vel pluribus ſtipitibus? & in impedimento affinitatis an ſit narrandum, unde proveniat. *ibid.*

40 Quid de publica honeſtate. *ibid.*
41 Quid ſi peteret ſuper impedimento publicæ honeſtatis ex matrimonio rato non conſummato, & narret affinitatem ex matrimonio conſummato. *ibid.*
42 An in affinitate debeat exprimi quoties copula fuerit habita, ex qua orta fuit affinitas. *ib.*
43 In impedimento cognationis ſpiritualis an ſit exprimenda qualitas illius. *ibid.*
44 In diſpenſatione voti vel juramenti quæ ſint exprimenda. *ibid.*
45 In impedimento raptus quid exprimi debeat. *p.*308
46 Quid in impedimento criminis. *ibid.*
47 An ſemel diſpenſatus ſuper irregularitate, ob commiſſum homicidium, ſi committat aliud homicidium & velit diſpenſari ſuper nova irregularitate, an debeat mentionem facere prioris diſpenſationis. *ibid.*
48 An diſpenſatus quod poſſit celebrare præterquam in loco commiſſi homicidii, ſi hoc fuit commiſſum in Civitate, poteſtne celebrare apud Regulares in ſuburbiis. *ibid.*
49 Quid ſi poſt impetratas litteras diſpenſationis ante illarum executionem ſupervenit affinitas. *ib.*
50 An diſpenſatio valeat, in qua non ſit mentio matrimonii inter gradus prohibitos initi, & ſi fuit conſummatum etiam conſummationis, an valeat. *ib.*
51 An in petitione ſecundæ diſpenſationis ſit facienda mentio primæ, & quando. *ibid.*
52 An petens diſpenſationem, ſi illa fuit prius petita & denegata, an hujus mentio fieri debeat? aut quod diſpenſatio invalida fuerit obtenta. *& n.* 53. *ibid.*
54 An copula inter conſanguineos prius habita ſit neceſſario exprimenda, ubi diverſæ ſententiæ. *ib.*

§. V.

Impedimenta matrimonii ſuper quibus diſpenſandum.

Caput I.

De impedimentis matrimonii in genere.

55 Quis poſſit conſtituere impedimenta dirimentia. *pag.* 309.
56 Quænam ſint impedimenta dirimentia. *ibid.*

Caput II.

De impedimentis in ſpecie.

57 Quo jure error ſit impedimentum dirimens? Et quid de ſervitute ignorata. *& n.* 58. *& ib.*
59 An votum ſit impedimentum dirimens & quale? Et quo jure. *& n.* 60. *ibid.*
61 An votum ſimplex. *p.* 310.
62 Quotuplex ſit cognatio. *ib.*
Arbor conſanguinitatis. *ibid.*
63 Quo jure cognatio dirimat matrimonium. *p.*311.
64 An cognatio, vel conſanguinitas præſumatur, aut qualiter probetur. *& n.* 65. *ibid.*
66 An unus teſtis de auditu de conſanguinitate duorum probet, aut qualiter debeat deponere. *ibid.*
67 Quomodo probetur conſanguinitas ad dirimendum matrimonium jam contractum? Et qualis debeat eſſe teſtis ad impediendum contrahendum. *& n.* 68. *ibid.*
69 An unus teſtis de ſcientia ſufficiat ad impediendum matrimonium juratum aut ſolvenda ſponſalia jurata. *ibid.*
70 An fama probet impedimentum matrimonii in ordine ad illud impediendum, etiam quando ſponſalia fuerunt jurata. *pag.* 312.
71 An contra famam poſſint admitti alii teſtes. *ib.*
72 Quid ſit cognatio legalis, & quo jure introducta. *ibid.*
73 Quotuplex ſit adoptio, & an utraque impediat matrimonium. *ibid.*
74 Quid ſit cognatio ſpiritualis, & quomodo contrahatur. *& n.*75. *ibid.*
76 An cognatio ſpiritualis contracta a viro transfundatur in ejus uxorem. *ibid.*
77 Quid requiratur ad contrahendam cognationem ſpiritualem. *& n.* 78. *ibid.*
79 An hanc cognationem contrahat ſuſcipiens per procuratorem. *pag.* 313.
80 Quid ſit crimen. *ibid.*
81 Quotuplex illud ſit. *& n.* 82. 83 *&* 84. *ibid.*
85 Quid ſit cultus diſparitas, & unde introductum hoc impedimentum. *& n.* 86. *ibid.*
87 An ſit juris divini. *ibid.*
88 An Ordo ſacer ſit impedimentum matrimonii. *ib.*
89 Ordinatus in ſacris contrahens matrimonium in quam pœnam incidat. *ibid.*
90 An ligamen ſit impedimentum juris divini? An etiam naturalis. *n.* 91. *&* 92. *pag.* 314.
93 Quid ſit publica honeſtas. *ibid.*
94 Et quomodo dirimat, & quomodo oriatur. *& n.* 96. 97. 98. 99. 100. *&* 101. *ib.*
102 Quid ſit affinitas, & quot modis oriatur. *num.* 103. *pag.* 315.
104 An affinitas orta ex copula fornicaria habita in infidelitate impediat matrimonium contrahendum poſt baptiſmum. *ibid.*
105 An affinitas extinguatur extincta illa perſona, per quam & propter & quam orta fuit. *ibid.*
106 Affinitas orta ex copula licita an & uſque ad quem gradum dirimat matrimonium. *ibid.*
107 Superveniens matrimonio contracto an illud dirimat. *ib.*
108 An conjux nocens, qui non poteſt petere debitum, reddere illud poſſit. *ibid.*
109 Gradus affinitatis & arbor. *pag.* 316
110 An in inpetratione diſpenſationis ſit facienda mentio, an fuerit orta ex copula licita vel illicita *ibid.*
111 Inter quas perſonas affinitas contrahatur. *ibid.*
112 An impotentia coeundi dirimat matrimonium, & quo jure. *ibid.*
113 Quid dicendum de impotentia ſuperveniente matrimonio jam contracto. *ib.*
114 Quotuplex ſit hæc impotentia. An reſpectiva impediat matrimonium, & cum quibus. *ibid.*
115 Quid dicendum de impotentia orta ex maleficio. *ibid.*
116 An in dubio impotentia naturalis præſumatur præceſſiſſe matrimonio. *ibid.*
117 Impotentia temporalis an dirimat matrimonium. *pag.* 317.
118 An credendum ſit conjugibus inſtantibus pro diſſolutione matrimonii ex capite impotentiæ. *ibid.*
119 Et quomodo probari debeat. *& num.* 120. *&* 121. *ibid.*
122 An triennalis experientia incipiat a die primi conatus, an a die decreti Judicis? ubi variæ ſententiæ. *ibid.*
An matrimonium ſolutum ob impotentiam, ſi conjuges aliquo modo naturali & ordinario fiant potentes ad copulam, reſtaurari debeat. *ibid.*
124 An poſſit cum impotentibus diſpenſari, ut poſſint cohabitare, & qualiter. *ibid.*
125 Quid ſit raptus. *ibid.*
126 An inter raptorem & raptam poſſit fieri matrimonium. *ibid.*
127 Quando raptus non dirimat. *& n.* 128. *pag.* 318
128 Quid ſi ſponſus rapit ſponſam propriam. *ibid.*
129 Quid ſi mulier rapuit virum. *ibid.*
130 An raptus meretricis vel mulieris inhoneſtæ dirimat matrimonium. *ibid.*
131 An in raptu ſimplici detur diſpenſatio, & quando. *ibid.*

§. VI.

Quot modis concedantur diſpenſationes in curia, & extra?

132 A quibus dentur mandata de diſpenſando in Curia, & extra. *ibid.*
133 Quænam diſpenſationes dentur in Curia. *ibid.*
134 Et in qua forma. *ibid.*
135 Quibus, & quando detur in forma pauperum. *ibid.*
Qualiter debeant examinari teſtes ad probandam paupertatem. *ibid.*
Formula fidei paupertatis. *ibid.*

§. VII.

Diſpenſatio in forma pauperum.

136 In Curia quibus hæc diſpenſatio detur, & quare. *pag.* 319.

137 Et quid in hac ſit exprimendum in gradibus remotioribus, quid in propinquioribus. *ibid.*
138 Quiſnam dicatur pauper, & quid ad effectum diſpenſationis. *ibid.*
139 An ad hunc effectum filius familias qui nihil habet, habet tamen parentes divites, ſit pauper. *ib.*
140 Quomodo paupertas ſit probanda. *ibid.*
141 Quid ſi Oratores ſint nobiles & pauperes, & velint in forma pauperum diſpenſari. *ibid.*

§. VIII.

Cauſæ requiſitæ ad diſpenſandum.

142 An valeat diſpenſatio ſine cauſa, & illius cognitione & expreſſione. Quid ſi fuit conceſſa a S. Pontifice. *& num.* 143. *ibid.*
144 An in diſpenſatione Pontificia facta motu proprio cauſa præſumatur. *pag.* 320.
145 An ſecum poſſit Papa diſpenſare. *ibid.*
146 Quotuplex ſit cauſa diſpenſationis. *ibid.*
Quid ſi fuerunt expreſſæ plures cauſæ adæquatæ, an ſufficiat unam verificari. *ibid.*
147 An in dubio diſpenſatio matrimonialis præſumatur valida. *ibid.*
148 An valeat diſpenſatio ceſſante cauſa, popter quam conceſſa fuit. *ibid.*
149 Ad diſpenſandum in voto ſolemni Religionis an ſufficiat cauſa privari boni. *ibid.*
150 In diſpenſatione voti ſimplicis quæ cauſa requiratur. *ibid.*
151 Pro diſpenſatione in matrimonio rato quæ cauſa. Et quæ in cognatione ſpirituali. *& n.* 152. *ib.*
153 Quæ in impedimento Conſanguinitatis. Quæ in remotioribus gradibus. *& n.* 154. *pag.* 321.
155 Cauſa *ob anguſtiam loci* quomodo debeat verificari. *ibid.*
156 An debeat verificari tempore petitæ, & executæ diſpenſationis, vel antea. *ibid.*
157 An Doctor Juris ex ignobilibus natus poſſit dici æqualis fœminæ nobili, & quando? Et an Comitiſſa nubens Doctori dicatur nubere indigno. *ibid.*
158 Si mulier ſit nobilis, ſed pauper, & in loco adſint perſonæ ignobiles, ſed divites, qui vellent illam ducere cum parva dote, eruntne tales paris conditionis. *ibid.*
159 Quid ſi fœmina petens diſpenſationem ob anguſtiam loci poſſit in locis vicinis nubere paribus non conſanguineis, verificaturne anguſtia loci. *ibid.*
160 In gradibus propinquioribus an requiratur major gratia, & cum clauſula tunc detur diſpenſatio. *ib.*
161 Quid ſi in diſpenſatione fuit expreſſa ſola nobilitas cum narrativa ex certis rationabilibus cauſis, debebitne nobilitas verificari. *ibid.*
162 Quomodo dignoſcitur in diſpenſatione nobilitatem ſtare pro cauſa finali. *ibid.*
163 Quomodo ad effectum diſpenſationis nobilitas ſit probanda. *pag.* 322.
164 Cauſa *ob defectum dotis* in quibus gradibus admittatur, & qualis requiratur in propinquioribus. *ib.*
165 Quid ſi mulier habet dotem, ſed litibus involutam, & Orator vult in ſe ſuſcipere litem. *ibid.*
166 An fœmina dicatur pauper, & dote carere, ſi nihil poſſidet, ſed habet parentes divites. *ibid.*
167 An dicatur carere dote, ſi habet certitudinem moralem, quod frater ſit dotaturus. *ibid.*
168 An dicatur pauper fœmina, ſi dos, quam habet ſufficit ad nubendum æquali, ſed eſt minus ſufficiens ad nubendum conſanguineo. *ibid.*
169 Quid ſi mulier pauper ante executionem diſpenſationis fuit facta dives, poteſtne diſpenſari. *ib.*
170 Quid ſi mulieri fuit relictum legatum, quod illa ignoravit, & poſt eſecutionem tantum venit in notitiam, valetne diſpenſatio. *ibid.*
171 Cauſa *ob lites* quomodo verificetur. *ibid.*
172 Cauſa *ob inimicitias* quomodo verificetur. *ib.*
173 Cauſa *ob pacis confirmationem* quomodo verificetur. Et quomodo cauſa *pro oratrice filiis gravata*. *& num.* 174. *ibid.*
175 Cauſa *ob ætatem mulieris* an admittatur in Viduis. *pag.* 323. *ib.*
176 Ætas quomodo ſit verificanda. Et qualiter probetur. *ibid.*
177 Quid ſi oratrix habuit occaſionem nubendi & recuſavit. *ibid.*
178 Cauſa, *quia locus eſt ad littus maris*, qualiter verificanda. *ib.*
179 Cauſa *ob excellentiam meritorum* qualis ſit, & qualiter verificetur. *ibid.*
180 Cauſa *ex rationabilibus cauſis* qualiter verificanda, & in quibus practicetur. *ibid.*
181 *Ut bona conſerventur in familia*, quibus in perſonis hæc admittatur. *ibid.*
182 *Ob illuſtris familiæ conſervationem* quomodo reguletur. *ibid.*
183 Cauſa *ad vitanda ſcandala* quomodo verificetur. *ib.*
184 *Ob matrimonium contractum ignoranter in gradu prohibito* qualiter reguletur. *& n.* 185. *ibid.*

§. IX.

Diſpenſatio an præſumatur, vel qualiter probetur?

186. & 187. An & quando diſpenſatio præſumatur. *ibid.*

§. X.

Quædam dubia in materia Diſpenſationum.

188 An diſpenſatio conceſſa, *quia Fœmina remaneret innupta defectu dotis*, valeat, ſi remaneret innupta tantum ob deformitatem. *pag.* 324.
189 An diſpenſatio in primo affinitatis gradu valide & licite a Papa concedi poſſit cum cauſa. *ibid.*
190 An Papæ diſpenſatio in Lege propria ſine cauſa valeat, aut ſit licita. *ibid.*
191 An diſpenſans in Lege Superioris poſſit diſpenſato imponere aliquod onus. *ibid.*
192 An diſpenſatio conceſſa ad matrimonium vel beneficium profit, pro quolibet matrimonio vel beneficio. *ibid.*
193 An diſpenſatio cum Epiſcopo electo, ut poſſit retinere beneficia, valeat, ſi non fuit facta mentio vel derogatio juriſpatronatus Laicorum. *ib.*
194 An dicta de diſpenſatione in forma pauperum procedant etiam extra Curiam. *ib.*

DISTRIBUTIONES.

1 Quid ſint diſtributiones quotidianæ, & quomodo adhuc vocentur? Et quo jure fuerint introductæ. *ibid.*
2 An veniant nomine fructum Beneficii. *ib.*
3 Quot genera diſtributionum. *ibid.*
4 Qua ratione debeantur, & quibus. *ibid.*
5 An debeantur illis, quibus fuit datus coadjutor cum futura ſucceſſione. *pag.* 325.
6 Quomodo diſtributiones debeant aſſignari. *ibid.*
7 An dentur abſentibus a Choro, ſi ſunt in civitate. *ibid.*
8 An infirmis: An ſenibus. *ibid.*
9 An poſſint dari non habenti titulum, vel poſſeſſionem beneficii. *& n.* 10. *&* 11. *ibid.*
12 An Clerici in diſtributionibus acquirant verum dominium. *ibid.*
13 An poſſint eſſe materia ſimoniæ. *ibid.*
14 An pœna amittendarum diſtributionum a canone inflicta obliget in conſcientia ante ſententiam. Quid ſi fuit lata ab inferioribus. *ib.*
15 An ex diſtributionibus ſolvatur Decima, ſubſidium charitativum, aut penſio ſeminario. Et quid in decima Papali. *ibid.*
16 An diſtributiones debeantur excommunicato vitando, ſuſpenſo, interdicto, aut degradato. *p.* 326.
17 An irregularis amittat diſtributiones. *ib.*
18 Diſtributiones non exactæ a Beneficiato an tranſmittantur. *ibid.*
19 Diſtributiones, quæ pertinent ad maſſam groſſam, ante diſtributionem non pertinent ad ſingulos. *ib.*

DIVISIONES.

1 Quid ſit diviſio, & quid in illa debeatur. *ib.*
2 Diviſio a teſtatore hæredibus interdicta, quibus hæredibus intelligatur interdicta. *ibid.*
3 Diviſio hæreditatis poſt quantum tempus fieri poſſit. *ibid.*
4 Diviſio bonorum a patre facta inter filios an dicatur donatio. *ibid.*
5 Diviſio a patre inter liberos in poteſtate exiſtentes facta, & jurata, an poſſit revocari. *ibid.*

6 De jure canonico quomodo debeat fieri. & *n.* 12. *ibid.*
7 Per sortes facta an possit rescindi propter læsionem. *ib.*
8 Facta inter fratres, quorum uni bona libera tantum, & alteri fideicommissaria obtingunt, an valeat. *pag.* 327.
9 Facta a minoribus sine Judicis decreto an valeat. *ibid.*
10 Facta per dolum & fraudem an valeat? An possit rescindi. *ibid.*
11 An præsumatur, aut sit probanda. *ib.*
13 Inæqualis inter filios an & quomodo fieri possit a patre. *ibid.*

DIVITIÆ.

1 An divitiæ auferant Privilegium miserabilium personarum pupillis &c. *ibid.*
2 An divites mitius puniantur quam pauperes. *ibid.*
3 An divitiæ sint necessariæ ad militiam. *ib.*
4 Divitiæ an sint accidentales. *ibid.*
5 An præsumantur. *ib.*
6 Quid si dives suis divitiis uti non potest. *ibid.*
7 An nobilitent. *ibid.*
8 Quis dicatur dives. *ibid.*
9 Quis reputetur dives. *ibid.*
10 Quales divitiæ requirantur in avo materno, ut teneatur dotare neptem ex filia. *ibid.*
11 An olim dives præsumatur hodie dives, & quando. *ibid.*
12 An olim pauper, censeatur hodie pauper. *ibid.*
13 Pauper dives factus an præsumatur ex industria sua, vel bonis alienis. & *n.* 14 *ibid.*

DIVORTIUM.

1 Quot modis possit considerari divortium. *ibid.*
2 Quid dicendum de matrimonio hæreticorum. *pag.* 328.
3 An divortium quoad thori separationem pendeat a conjugum voluntate. *ibid.*
4 An propter sævitiem uxor possit discedere a marito. *ibid.*
5 Ob quam sævitiem sit concedendum divortium. *ibid.*
6 Quanta debeat esse sævities. *ib.*
7 Quomodo sit probanda. *ibid.*
8 An ob adulterium concedatur thori seperatio, & quando. *ib.*
9 An probetur conjecturis & præsumptionibus, & quibus. *pag.* 329
10 An concedatur divortium ob pernoctationem uxoris extra domum contra voluntatem viri. *ib.*
11 Quid si uxor expulsa, aut ob denegata alimenta discedens fuit fornicata. *ibid.*
12 Quid si constat adulterium a marito fuisse remissum. *ibid.*
13 An mulier possit accusare civiliter mariti adulterium, & e contra. *ibid.*
14 Quid si uxor committit adulterium, quia maritus recusat illi reddere debitum. *ibid.*
15 An a marito debeantur uxori expensæ litis super separatione thori, & quid si uxor succumbat. *ibid.*
16 An concedatur separatio thori ob votum castitatis utriusque conjugis, & quando. *ibid.*
17 An thori separatio concedatur, si unus conjux conatur alterum perducere ad sodomiam, aut cum aliis fuit sodomitatus. *ibid.*
18 An sicut divortium conceditur ob adulterium uxoris, ita concedatur ob adulterium mariti. *ibid.*
19 An divortium quoad thorum concedatur ob adulterium spirituale. *pag.* 330.
20 An propter furorem, aut ebrietatem, & quando. *ibid.*
21 An ob morbum gallicum. *ibid.*
22 An uxor propria authoritate possit discedere a marito ob adulterium carnale mariti, & e contra. *ibid.*
23 An in ordine ad divortium detur compensatio adulteriorum. *ibid.*
24 Quid si lata sententia divortii conjux innocens labatur in adulterium. *ibid.*
25 An teneatur adulter innocenti petenti reconciliari. *ibid.*
26 An sententia divortii quoad thorum transeat in judicatum. *ibid.*
27 An compensatio in adulteriis in ordine ad divortium procedat, si delictum utriusque non est notorium & liquidum. *ibid.*

DOCTORATUS, DOCTOR, & ADVOCATUS.

1 Quid sit Doctoratus, an sit Dignitas, & an comitissa nubens Doctori dicatur nubere indigno. *pag.* 331.
2 Quibus privilegiis gaudeant Doctores in testando. *ibid.*
3 Doctor an sit præferendus nobilibus & militibus. *ibid.*
4 Doctor canonum an sit capax præbendæ Theologalis. *ibid.*
5 Pro debito civili an possit carcerari. *ibid.*
6 Attestans de consuetudine an probet, & pro quo loco. *ibid.*
7 An teneatur gratis patrocinari. *ibid.*
8 Conductus ad annum pro omni lite nascitura aut movenda illo anno, an possit mercedem justam exigere, si nulla fuit orta lis, & an in utroque foro. *ibid.*
9 An in foro externo possit paciscí de quota litis. *ibid.*
10 An in foro externo possit esse Judex in causa, cujus fuit patronus, quid in interno. *ibid.*
11 An possit consulere secundum probabilem relicta probabiliori etiam in causa sanguinis, & an tunc teneatur Clienti manifestare minorem probabilitatem suæ causæ. *ibid.*
12 De qua culpa teneatur. *ibid.*
13 Quid si ob ejus negligentiam vel culpam aut imperitiam Cliens perdidit causam. *ibid.*
14 An possit esse testis pro eo, pro quo fuit patrocinatus. *ib.*
15 An debeat esse præsens, quando aliens respondet positionibus. Quid si cliens est rusticus. *pag.* 332
16 An propter monitoria teneatur revelare secreta clientum. *ibid.*
17 An Doctor possit fabrum prope obstrepentem expellere. *ibid.*
18 Advocatus Ecclesiasticus an fiat irregularis, si defendit Reum sanguinis. *ibid.*
19 Advocatus Vasallus patrocinans pro extraneo contra Dominum directum feudi an possit feudo privari. *ib.*
20 An debeat facere quietantias pro honorariis sibi datis. *ib.*

DOCTRINA CHRISTIANA.

1 An Parochi possint cogere pueros, ut veniant ad doctrinam Christianam. Et quibus mediis. *ib.*
2 Officium docendi Doctrinam Christianam ad quos spectet. *ibid.*
3 Quænam doceri debeant. *ibid.*

DOLUS.

1 Dolus quid sit, & quotuples. *ibid.*
2 Dolus præsumptus, an qualibet ex causa excludatur. *ibid.*
3 Dolus interveniens juramento an illud invalidet. *ibid.*
4 Quid si dat causam contractui bonæ fidei. Et quid, si est incidens tantum. & *n.* 5. *pag.* 333.
6 An præsumatur. Et quænam conjecturæ illum excludant. & *n.* 7. *ibid.*
8 An in alienatione prohibita dolus præsumatur. *ibid.*
9 Quid in læsione ultra dimidium. *ibid.*
10 An dolus Episcopi in occultando processum noceat Ecclesiæ vel successoribus. *ibid.*
11 An dolus tertii, quando est causa immediata acquisitionis, noceat acquirenti. *ibid.*
12 An dolus impetrantis excludatur, si in impetratione majorem qualitatem expressit. *ibid.*
13 Dolus an requiratur in pœna conventionali, an in legali. *ibid.*
14 Quid de dolo in omittendo. *ib.*
15 Quisnam dicatur doli capax in foro interno. *ibid.*

16 Dolus verus non cadens in ſpeciale delictum, quomodo puniatur. *ibid.*
17 Differentia inter actionem de dolo, & actionem ex dolo. *ibid.*
18 Dolus in delictis quomodo ſufficiat, quod interveniat. *ibid.*
19 Dolus an remitti poſſit tam de præterito, quam futuro. *ibid.*
20 Dolus cum dolo compenſetur, & quando. *ibid.*

DOMICILIUM.

1 Quomodo contrahatur domicilium in aliquo loco. *& n.* 2. *pag.* 334.
3 An in pluribus locis quis poſſit habere domicilium. *ib.*
4 An domicilium contrahens in loco cenſeatur ſe obligare ad onera & ſtatuta illius. *ibid.*
5 An domicilium transferens perdat civilitatem, an originem quoad ejus effectus. *ibid.*
6 An civilitas patris acquiſita ratione originis tranſeat ad filios, & nepotes. *ibid.*
7 Domicilium quando cenſeatur translatum, & quare. An ex habitatione accidentali ſine animo perpetuo ibi manendi. *ib.*
8 Animus contrahendi domicilium quomodo probetur, vel non. *ibid.*
9 Voluntas contrahendi domicilium quando præſumatur. *pag.* 335.
10 An domicilium poſſit acquiri ab infante & pupillo, & quomodo, *ib.*
11 Ut aliquis ſit ſubditus, quodnam domicilium attendatur, originis, an habitationis? Et an ſubditus poſſit mutare domicilium in præjudicium juriſdictionis Judicis prævenientis. *ibid.*
12 Quomodo probetur domicilium in loco. *ibid.*
13 Ubi Clericus dicatur habere domicilium. *ib.*
14 Requiſita ad contrahendum domicilium. *ibid.*
15 An ſuſpecta domicilii translatio pro matrimonio ſuffragetur? & quomodo animus deferendi prius domicilium probetur. *ibid.*

DOMINIUM.

1 An dominium transferatur per ſententiam: diverſæ ſententiæ. *ibid.*
2 Dominium Capellæ vel ſepulturæ an vendi poſſit. *ibid.*
3 Dominium an probetur ſola fructuum perceptione. *ibid.*
4 An Dominium Eccleſiæ probetur ſola inveſtitura ad favorem infeudantis. *ib.*
5 An probetur emptione & quomodo. *ibid.*
6 Dominium pecuniæ quomodo amittatur. *p.* 336
7 Dominium ſupremum Principis an poſſit præſcribi. *ibid.*
8 Dominium utile, quod habet Laicus emphyteuta Eccleſiæ an ſit quid Laicale & ſubjectum juriſdictioni Laicorum. *ibid.*
9 An dominium mediante clauſula conſtituti præcedente titulo habili transferatur. *ibid.*
10 Dominium rei legatæ an tranſeat ipſo jure in legatarium hærede non ſolvente. *ibid.*
11 An dominium patris continuetur in filio ſine nova acquiſitione. *ibid.*
12 Ad quem ſpectet dominium pecuniarum quæ ad creditum alicujus ſunt deſcriptæ in libro banchi. *ib.*
13 Dominium rei emptæ per maritum ad quem ſpectet, ſi fuit empta pecunia dotali. *ibid.*
14 An dominium rei emptæ, & non traditæ acquiratur emptori ante ſolutionem pretii. *ib.*
15 Dominium rei venditæ reſervatum venditori an præſumatur ex clauſula *precarii*. *ibid.*
16 Dominus directi agens ad devolutionem quid debeat probare. *ibid.*
17 An Dominus directi poſſit antiquas inveſtituras alterare in præjudicium comprehenſorum. *ibid.*
18 Dominus directi, ſi poſt moram incurſam recipit canonem ab emphyteuta, an dicatur moram remittere. *ibid.*
19 Dominus directi pro canonibus decurſis & non ſolutis an habeat actionem hypothecariam, aut perſonalem in rem ſcriptam. *p.* 337.
20 Quando Dominus directi poſſit cogi ad renovandum. *ibid.*
21 Agens ad caducitatem contra hæredem quid debeat probare. *ibid.*
22 Emphyteuſim ad ſe reverſam ſi nolit pro ſe retinere, quibus illam teneatur dare. *ibid.*
23 An & quando Dominus teneatur de damno a ſuis famulis dato. *ibid.*
24 An Dominus incidat in excommunicationem, ſi ejus procurator cum ſufficienti mandato rem Eccleſiæ alienat. *ibid.*
25 An Dominus teneatur præſtare ſalarium famulis infirmis. *ib.*
26 Expellens famulum ante tempus ſine magna cauſa an teneatur ad integram mercedem. *ib.*
27 An Dominus poſſit cogere ſuos ſubditos accedere ad ſuum Molendinum. *ibid.*
28 An Dominus fundi in perceptione fructuum ſit aliis præferendus. *ibid.*
29 Dominus cenſus in emptione rei cenſuatæ an ſit aliis præferendus. *ibid.*
30 An dominus directi, ſi emphyteuſis tranſit in manus mortuas, poſſit illos cogere ad vendendum. *ibid.*
31 Dominus feudi feudum ſibi apertum ob felloniam Vaſalli, an poſſit etiam Vaſallo mortuo ad ſe trahere contra hæredem. *ibid.*
32 Dominus domus, in qua fuit ortum incendium, an teneatur reficere damnum paſſo ob dirutas ædes. *p.* 338.

DONATIO.

1 Quotuplex ſit donatio, an ſimplex ſit contractus bonæ fidei aut ſtricti juris. *ibid.*
2 Quænam dicatur ſimplex. *ibid.*
3 An ſubſiſtat inter patrem & filium, & quando. *ib.*
4 Donatio valida quando poſſit revocari. *ibid.*
5 Quid ſi fuit facta favore Eccleſiæ. *ibid.*
6 An revocetur ob ſupervenientiam liberorum ſi fuit jurata? & an revocetur in totum, vel uſque ad legitimam. *ibid.*
7 Quid ſi pater renuntiavit *L. ſi unquam*. aut donatio eſſet remuneratoria. *& n.* 8. *&* 9. *ib.*
10 An revocetur ob ſupervenientiam filiorum adoptivorum. *p.* 339
11 Quænam dicatur donatio inofficioſa. *ibid.*
12 An donatio inofficioſa revocetur a filiis ſaltem uſque ad legitimam, ſi ab initio non erat inofficioſa. *ib.*
13 Quæ remedia tunc filiis competant. *ibid.*
14 Et quomodo tunc donatio revocetur. *ib.*
15 An donatio facta a ſocero nutui ex cauſa dotis dicatur propter nuptias. *ibid.*
16 Facta abſenti nullo ſtipulante pro donatario an valeat. *p.* 340
17 Donatio ut ſit remuneratoria quid requiratur. *ib.*
18 Donatio perfecta per acceptationem an poſſit alterari adjectione alicujus conditionis. *ibid.*
19 An donatio, in qua fuit facta mentio mortis, dicatur cauſa mortis, & quomodo differat a donatione inter vivos. *& n.* 20. *ibid.*
21 Quid ſi fuit adjectum tempus ſubſtantiæ donationis. *ibid.*
22 An donatio cauſa mortis jurata poſſit revocari? variæ ſententiæ. *p.* 341
23 An donatio facta Eccleſiæ, nemine pro ea ſtipulante, valeat? *ibid.*
24 An facta Eccleſiæ cum conditione quod donanti præſtet alimenta, conditione non adimpleta poſſit revocari. *& n.* 25. *ib.*
26 Facta Religioni ex cauſa ingreſſus quam conditionem tacite involvat. *ibid.*
27 Quibus de jure ſit prohibitum donare, & an facta inter conjuges cauſa mortis valeat. *ibid.*
28 Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum facta inter vivos an valeat, & quando. *ib.*
29 Donatio propter ingratitudinem an & quando revocari poſſit, & quomodo dicatur probata ingratitudo. *& n.* 30. *p.* 342.
31 Donatio ultra quingentos aureos an & quando valeat. *ibid.*
32 An non inſinuata valeat, ſi fuit jurata. *ibid.*
33 Quid ſi fuerunt omiſſæ ſolemnitates ſtatutariæ pro forma inductæ. *ib*
34 Donatio facta a Novitio, vel Regulari Monaſterio, an ceſſet propter exitum illius e Monaſterio? & quid ſi tranſit ad aliam Religionem, cui donatio acquiratur. *ibid.*
35 Facta Monacho ea conditione ut non acquiratur do-

dominium rei donatæ Monasterio, neque usus, an valeat. *ibid.*
36 Donatio facta a Virgine vel Vidua pro faciendo Monasterio, acceptante Episcopo, ut in illo ipsa viveret, si velit nubere, an possit revocari. *ib.*
37 Donatio ab Episcopo facta intra 20. dies ante obitum an valeat. *ibid.*
38 Donatio Papæ de novi orbis provinciis facta Regi Hispaniæ an valeat. *p.* 343
39 Donatio facta a Patre filiis nascituris aut infantibus Notario pro illis stipulante an valeat. *ib.*
40 Donatio a Principe facta filio intuitu meritorum Patris an sit conferenda, quid si fuit facta Uxori intuitu meritorum mariti. *ibid.*
41 Donatio facta contemplatione certi matrimonii & filiorum inde nascturorum, an & quomodo censeatur acquisita filiis. *ibid.*
42 An facta per litteras possit acceptari mortuo scribente; quid si fuit facta per nuntium. *ibid.*
43 Facta Clerico in fraudem fisci, vel collectarum an valeat. *ib.*
44 Donatio in qua adest pactum de non revocando an sit inter vivos. *ibid.*
45 Facta servatis solemnitatibus loci, in quo &c. an valeat, si non fuerunt servatæ solemnitates loci, in quo sunt bona. *ibid.*
46 An donatio obliget si notabiliter fuit mutatus status rerum, quid si fuit facta intuitu paupertatis, aut sanctitatis; an valeat, si hæ non verificentur. *ibid.*
47 An Donatio Constantini in facto probetur, & ubi. *ibid.*
48 Donatio Principis immodica an valeat. *ibid.*
49 Quomodo donatio interpretetur. *ib.*
50 Quomodo probetur. *ib.*
51 Quomodo vitietur. *ib.*
52 Donatio facta a marito sene aut ignobili uxori juveni vel nobili an valeat. *ibid.*
53 An donatio juris patronatus alteri facta a Patrono cum consensu Vicarii carentis speciali mandato an valeat. Quid si hic subsequatur. *ibid.*
54 An donatio probet jus patronatus spectare ad Donatarium, aut quando. *p.* 344.
55 Donata propter sponsalitiam largitatem in præmium Virginitatis, si donataria non est Virgo, an in foro interno valeat. *ibid.*
56 An donata inter vivos veniant in restitutione fideicommissi. *ibid.*
57 Donans pactum aut modum donationi adjectum in favorem alterius, an possit revocare re integra. *ibid.*
58 Donatarius cui fuit revocata donatio propter ingratitudinem quos fructus teneatur restituere? Quando secundus donatarius præferatur primo. *ibid.*
59 Donatarius, cui fuit donatum a personis prohibitis an teneatur ad restitutionem. *ib.*
60 Donatarius omnium bonorum cum reservatione certæ summæ de qua donator testari possit, si idem donator non testetur, an succedat donatarius, vel qui. *ibid.*
61 An vivente donatore possit agere pro consecutione rei donatæ. *ibid.*
62 Donatarius particularis an possit conveniri a creditoribus actione personali. *ibid.*
63 An donatarius debeat adimplere onera donationi adjecta. *ibid.*
64 An Donatarius universalis teneatur solvere debita donatoris ante donationem contracta. *ibid.*
66 Donatio rei litigiosæ facta lite pendente an valeat. *ibid.*
66 An donatarius rei emphyteuticæ antequam illius possessione accipiat, teneatur obtinere consensum Domini directi, si ille non fuit concessus in donatione. *ibid.*

DOS.

2 Quotuplex sit dos. *& n. 2. ib.*
3 An dos æstimata estimatione faciente venditionem sit restituenda eadem in specie vel ejus pretium. *p.* 355.
4 An dos debeatur a Patre etiam filiæ spuriæ & innuptæ. *ibid.*
5 An de jure debeatur a patre filiæ aliunde diviti. *ibid.*
6 An dos sit & dici possit ante matrimonium. *ib.*
7 An dos transmittatur, & quando. *ibid.*
8 In bonis fideicommissi an debeatur ante nuptias. *ib.*
9 An dos destinata pro matrimonio puellarum, debeatur si fiant moniales. *ib.*
10 Data pro ingressu Religionis, si puella moritur ante professionem, an acquiratur Monasterio. *ib.*
11 Dos monialis an possit manere apud Consanguineos aut dotantes. *ib.*
12 Qualiter dos congrua judicari debeat. *ib.*
13 An dos proprie dicatur quæ fuit promissa. *p.* 346.
14 An succedat loco legitimæ. *ib.*
15 An dos sit debitum necessarium aut voluntarium. *ib.*
16 Si dos fuit constituta in certa quantitate, an cætera dicantur paraphernalia. *ibid.*
17 Dos consistens in pecunia vel mobilibus soluto matrimonio quando restitui debeat. *ibid.*
18 Dos soluta partim in pecuniam, partim in fundo æstimato quomodo restitui debeat. *ibid.*
19 Dos accepta a patre & filio, a quo sit restituenda. *ibid.*
20 An dos sit causa efficiens donationis propter nuptias. *ibid.*
21 An dos augeatur auctis facultatibus dotantis. *ib.*
22 Dos data filiæ unius ex sociis omnium bonorum an sit extrahenda ex communi massa. *ib.*
23 Dos promissa a patre & matre an præsumatur soluta, & quando. *ib.*
24 An dos relicta sub modo sit pura, & statim debeatur. *ibid.*
25 An dos constituenda virgini pro ejus defloratione transmittatur ad ejus heredes. *ibid.*
26 Dos quando debeatur. *ibid.*
27 Dos recepta a filiofamilias de patris consensu si pater decoquit, an sit restituenda creditoribus. *ib.*
28 Constituta super successione bonorum viventis absque alio consensu an valeat. *ib.*
29 Si fuit promissa a muliere, sed eidem concessa a viro dilatio solutionis, pendente solutione, si maritus moriatur, an debeatur. *ib.*
30 An data primo viro præsumatur data etiam secundo. Et an major possit constitui secundo viro, quam primo. *ibid.*
31 Dos promissa, sed non numerata aut tradita, si periit ex culpa lata, vel levi mariti in non petendo, a quo debeatur, *pag.* 347.
32 An dos habeat privilegium Prælationis in bonis mariti. *ibid.*
33 An mulier vivente marito, si vergit ad inopiam, possit petere, ut dos ponatur in tuto, & impedire alios creditores. *ibid.*
34 An habeat hypothecam non solum ratione dotis, sed etiam paraphernalium. *ibid.*
35 Doctis promissio incerta an valeat. *ibid.*
36 Dotis confessio facta a marito, quam vere non accepit, an confirmetur juramento. *ibid.*
37 An dotis augmentum vel sponsalitia largitas sit donatio. *ibid.*
38 Dotis nomen mutans in simplicem donationem an officiat veritati. *ibid.*
39 An dotator necessarius præsumatur donare. *p.* 348.
40 An res empta ex dote de consensu uxoris fiat dotalis. *ibid.*
41 An dotata auctis facultatibus possit prætendere legitimam, aut illius supplementum. *ibid.*

DUBITANS.

1 Dubia in materia fidei quomodo sint interpretanda. *ibid.*
2 Dubia probatio, locutio &c. quomodo sit interpretanda. *ib.*
3 Dubitans, an incurrerit excommunicationem vel irregularitatem an teneatur se habere pro excommunicato. *ib.*
4 Dubitans, an fœtus, cujus abortum procuravit, fuerit animatus, an sit irregularis. *ibid.*
5 Conscientia dubia quomodo debeat operari, an secundum probabilem, vel probabiliorem. *ibid.*

DUELLUM.

1 Quo jure sit prohibitum duellum, & quam pœnam incurrant premittentes duellum. An sit mixti fori. *& n.* 2. *pag.* 349.
3 Quæ sit pœna duelli de jure civili, & Canonico. *ibid.*

4 Quænam debent præcedere, ut hæ pœnæ incurrantur. *ibid.*
5 Duellans ubi ſepeliendus. *ibid.*
6 An gaudeat immunitate Eccleſiaſtica. *pag.* 350.
7 Quomodo puniantur adſtantes & ſpectatores duelli. *ibid.*
8 Quam patrini. *ibid.*
9 Quam pœnam incurrat acceptans duellum, ſi pugna non fuit ſecuta. *ibid.*
10 Ad duellum provocanti, vel acceptanti, ſi occidatur, an aliquid ab hæredibus reſtitui debeat. *ib.*
11 Quomodo in foro externo ſit probandum. *ibid.*

EBRIETAS.

1 QUæ ſit differentia inter ebrietatem, & ebrioſitatem. *ibid.*
2 Ebrius in ebrietate delinquens, quomodo puniatur, & quomodo ebrioſus. *& n.* 3. *ibid.*
4 Ebrius, ſi pacem cum aliquo inierat, & promiſerat illum non offendere, an offendens dicatur pacem fregiſſe. *ibid.*
5 Ebrii confeſſio facta in ebrietate an valeat. *ibid.*
6 Quid ſi ebrius glorietur de delicto commiſſo in ebrietate. *ibid.*
7 Ebriorum contractus & promiſſiones an valeant. *ib.*
8 Quam pœnam incurrat ebrioſus, aut ille qui data opera ſe inebriavit, aliquem in ebrietate occidens, aut mutilans &c. *pag.* 351.
9 Quænam vituperia & turpitudines ebrioſitatis: Quid de Clerico ebrioſo? *ibid.*

ECCLESIA.

§. I.

Eccleſiæ ædificatio.

1 De Eccleſiæ ædificatione & reparatione. *ibid.*
2 A quo poſſit ædificari, & an talis ædificatio poſſit a Laicis prohiberi. Cur non? *ibid.*
3 An in Diœceſi ſine conſenſu Epiſcopi, & in exemptis ſine conſenſu Pontificis ædificari poſſit. *ibid.*
4 An in proprio fundo ædificari poſſit ſine conſenſu Pontificis. Et quis tunc conſenſus ſufficiat. *& n.* 5. *& 6.* *ibid.*
7 In quo loco Eccleſia debeat ædificari. *ibid.*
Quid ſi fuit ædificata in loco alieno invito Domino. *ibid.*
8 An Vicinus poſſit cogi ad vendendum ſuum fundum &c. pro Eccleſia ædificanda. *ibid.*
9 Quid ſi locus vendendus eſſet ſubjectus fideicommiſſo. *ibid.*
10 An hæc neceſſitas vendendi fundum ſit Judici arbitraria. *pag.* 352
11 Et ſi duæ Eccleſiæ vellent ædificare, quænam eſſet præferenda. *ibid.*
12 An a ſententia obligante, ad vendendum fundum detur appellatio? *ibid.*
13 Et tunc quis ſit Judex competens? *ibid.*
14 An ædificari debeat ſine ſufficiente dote, & quid ſi hanc dotem Epiſcopus negligit. *ibid.*
15 Qualis debeat eſſe locus, in quo ædificanda eſt Eccleſia. *ibid.*
16 Quibus expenſis debeat ædificari. *ibid.*
17 An Epiſcopus ſolus privative quoad Capitulum aut Laicos pro fabrica contribuentes poſſit formare modellum Eccleſiæ. *ibid.*
18 Eccleſiæ Mendicantium an poſſint ædificari ſine dote. *ibid.*
19 Quid ſi privatus velit ædificare, & Epiſcopus nolit dare conſenſum ſine cauſa, ad quem erit recurrendum. *ibid.*

§. II.

Eccleſiæ conſecratio.

20 Quæ ſit differentia inter dedicationem & conſecrationem. *ibid.*
21 Quid ſi Epiſcopus non poteſt ſtatim conſecrare. *p.* 353
22 Conſecratio a quo fieri poſſit. *ibid.*
An Epiſcopus poſſit conſecrare in Diœceſi aliena ſine conſenſu Diœceſani, & quam pœnam incurrat. *ibid.*
23 An, & quando Regulares poſſint ad hunc effectum requirere quemcumque Catholicum Antiſtitem. *ibid.*
24 Quid ſi Epiſcopus ex aliquo accidenti non poteſt totam Conſecrationem perficere. *ibid.*
25 An Eccleſia ædificata ſine dote poſſit ſine illa conſecrari. *ibid.*
26 Quibus diebus poſſit fieri conſecratio. *ibid.*
27 Quando Eccleſia non poſſit conſecrari. *& n.* 28. *ibid.* *ibid.*
29 Quid ſi in Eccleſia fuit ſepulta mulier cum fœtu non baptizato. *ibid.*
30 Conſecratio ſub qua forma fieri debeat, remiſſive. *ibid.*
31 Conſecratio an præſumatur, vel ſit probanda. Et quid ſi probatio deficit. *ibid.*
Et quid dicendum de Eccleſia Cathedrali, *ibid.*
32 Quomodo Conſecratio probetur. *ibid.*
33 An Eccleſia conſecrata amplius conſecrari poſſit. Quid ſi amiſit conſecrationem, & quomodo amittat. *pag.* 354
34 Poſt conſecrationem quid obſervandum ab Epiſcopo. Forma litterarum conſecrationis. Licentia conſecrandi danda alieno Epiſcopo. *ibid.*
35 Quales indulgentias concedat Epiſcopus in die conſecrationis, & quas in die anniverſaria ejuſdem. *ibid.*
36 An debeat præcipere feſtum conſecrationis ſingulis annis celebrari, & an poſſit deputare diem anniverſarium. Et ſi fuit jam ab ipſo deputata, poteſtne variare. *ibid.*
38 An translato dedicationis die in alium etiam indulgentiæ conceſſio translata cenſeatur. *p.* 355.
39 Si occurrat anniverſarium dedicationis Cathedralis Eccleſiæ, & alterius Eccleſiæ propriæ, de quanam erit celebrandum. *ibid.*

§. III.

Eccleſiæ pollutio, & reconciliatio.

40 Eccleſia quibus in caſibus polluatur. *& n.* 41 ubi de requiſitis ad pollutionem. *ibid.*
42 An polluatur ex percuſſione gravi cum carnis contuſione. *ibid.*
43 An polluatur homicidio in ea commiſſo, ſi fuit ſine ſanguinis effuſione, quid ſi percuſſio fuit in Eccleſia perpetrata, & homicidium extra ſecutum. *ibid.*
44 Quid ſi ictus fuit in unum directus, & præter intentionem alius occiſus. *ibid.*
45 An ex homicidio caſuali. *ibid.*
46 An ex homicidio juſſu Judicis in Eccleſia perpetrato. *p.* 356.
47 An per abortum fœtus animati procuratum in Eccleſia ſecuto effectu. *ibid.*
48 An humani ſeminis effuſione, quando non. *ibid.*
49 An per copulam habitam cum uxore in Eccleſia. *& n.* 50. *ibid.*
51 Et ad hunc effectum quid veniat nomine Eccleſiæ. *& n.* 52. 53. *& 54. ibid. & ibid.*
55 Et tunc quæ requirantur, ut Eccleſia ſit polluta. *& n.* 55. *pag.* 357.
57 Quando polluatur ſepultura excommunicati. *& n.* 58. 59. *& 60.* *ibid.*
61 Quid ſi ab Epiſcopo excommunicato non tolerato fuerit conſecrata. *ibid.*
62 An dicatur polluta, ſi diu fuit abſque tecto & abſque januis, & hominum ac animalium uſui patens. *pag.* 358.
63 An polluto Eccleſiæ ſit proprie pœna. *ibid.*
64 Quales ſint pollutionis effectus? *& n.* 65. *ibid. & ibid.*
66 Et quamdiu pollutionis effectus durent. *ibid.*
67 Quæ ſit differentia inter pollutionem Eccleſiæ ab Epiſcopo conſecratæ, & tantum benedictæ. *ibid.*
68 Cujus expenſis reconciliatio Eccleſiæ fieri debeat. *ibid.*
69 Et quid in cœmiterio. *ibid.*
70 An polluens Eccleſiam injurioſa ſanguinis effuſione ſit tradendus Curiæ ſæculari. *pag.* 359.

§. IV.

Ecclesiæ Privilegia.

71 An & quomodo Ecclesia dicatur in territorio Principis sæcularis. *ibid.*
72 An sit immunis a gabellis & collectis, & quo jure. *ibid.*
73 An gaudeat immunitate, si in illa non celebrantur Divina. *ibid.*
74 Quid de Oratoriis privatis. *ib.*
75 Et ad effectum Immunitatis quid veniat nomine Ecclesiæ. *ib.*
76 An gaudeat privilegio fisci. *ibid.*
77 An restituatur in integrum, & quando. *ibid.*
78 An habeat electionem fori contra Laicum, & quando. *ibid.*
79 Quando obligetur ex mutuo, & quando teneatur restituere pecunias habitas in contractu nullo. *ibid.*
80 Quanto tempore præscribat contra privatos, & quanto tempore præscribatur contra illam. *ib.*
81 An possit habere jurisdictionem temporalem in Laicos, & an possit contractum partim probare, partim improbare, & cur non. *ibid.*

§. V.

Miscellanea de Ecclesia.

82 Quæ veniant appellatione Ecclesiæ. *p. 361.*
83 An fundatæ & extructæ intra limites Parochiæ illi sint subjectæ. Quid si intra limites Cathedralis. *ibid.*
84 Ecclesia gravata restituere fideicommissum alii Ecclesiæ an possit detrahere Trebellianicam? cur non? *ibid.*
85 Ecclesia finita emphyteusi Ecclesiastica an possit cogi ad renovandum. Quid si non vult pro se retinere, sed extraneo concedere. *ibid.*
86 Ecclesia quando censeatur alienationem emphyteusis in manus mortuas approbasse. *ib.*
87 An Ecclesia possit subjici servituti juris patronatus. *ibid.*
88 An Ecclesia Parochialis sit incompatibilis cum Beneficio simplici, quod residentiam non requirit. *ibid.*
89 Ecclesia constructa ex eleemosynis, aut donationibus particularibus an fiat juris patronatus. *ibid.*
90 An obligetur ex debito Sacristiæ. *ibid.*

EDICTUM.

1 Edicta generalia, vel particularia ab Episcopo promulgata quanto tempore durent. *ibid.*
2 Quid de edictis Vicarii generalis. *ibid.*
3 Quinam non possint facere edicta contra jus commune. *ibid.*
4 An & quando affixio vel publicatio edicti sit actus extrajudicialis. *ibid.*

EDITIO.

1 Edere generaliter quid sit, & in judicio quomodo sumatur, & quomodo differat ab exhibere. *ibid.*
2 Edito instrumentorum litis quotuplex sit. *p. 362.*
3 An sint etiam edenda fundamenta, & allegationes juris. *ibid.*
4 An tam actor, quam Reus teneatur edere instrumenta. *& n. 5 usque ad 12. inclusive. ibid.*
13 An tertius aut persona extranea possit petere editionem. *ibid.*
14 Quot modis editio peti potest. *ibid.*
15 Et quid sit probandum, ut quis teneatur edere instrumenta. *& n. 16. ibid.*
17 An hæredes teneantur edere instrumenta non probata existentia apud illos. *ibid.*
18 An teneatur edere etiam ille, qui desiit possidere. *ibid.*
19 An quis teneatur collitiganti propria instrumenta edere, si a Notario haberi possunt. *ibid.*
20 An quis teneatur ex æquitate canonica edere instrumenta, si detegeret propriam turpitudinem. *p. 364*
21 An teneatur actor Reo edere, si habet exceptionem præscriptionis. *ibid.*
22 Qua forma petatur editio. *ibid.*
23 An quæ dicta sunt de editione procedant etiam in exhibitione. *ibid.*
24 An petens editionem libri vel instrumenti censeatur illud approbare. Plures sententiæ. *ibid.*
25 Editio post litem contestatam quomodo fieri debeat. *ibid.*
26 Quid si instrumenta producenda sunt in partibus. *ib.*

ELECTIO.

§. I.

Electionis forma, & quotuplex illa sit, ad explicationem cap. quia propter de elect.

1 An electio fieri possit per sortes, & quomodo fieri debeat. *ibid.*
2 Quid de electione per inspirationem. *ibid.*
3 Quomodo fieri debeat electio per compromissum. *ibid.*
4 An omnes debeant consentire in compromissum, & in quod, *pag. 365.*
5 Quid si Compromissarii in compromisso simplici elegerint personam minus idoneam, & compromittentes illam acceptare nolint. *ibid.*
6 An electio facta non servata forma *Capit. quia propter* valeat. *ib.*
7 An forma præscripta in *Capit. quia propter* fuerit sublata a Concil. Trid. *ibid.*
8 In quibus electionibus sit servanda forma *Capit. quia propter*. *ibid.*
9 Quomodo fieri debeat electio Abbatissæ. *ibid.*
10 Quæ forma sit servanda in electione Vicarii Capitularis. *ibid.*
11 Electio quomodo juxta *Capit. quia propter* fieri debeat, *p. 366*
12 An forma *Capit. quia propter* sit etiam servanda in postulatione Episcopi. *ibid.*

§. II.

Ad quos spectet Jus Electionis, & quinam sint ad illam vocandis?

13 Ad quem spectet Jus electionis. *ibid.*
14 In quot Collegii jura residere possint. *ibid.*
15 Ad electionem quinam sint vocandi, & quinam agere possint de contemptu. *& n. 16. ibid.*
17 Quinam non sint citandi. *& n. 16. ibid.*
18 Et ad valorem electionis requiratur præsentia omnium Capitularium, & quot debeant esse præsentes, *pag. 367.*

§. III.

Qui eligere non possint?

19 Qui eligere non possint? *ibid.*
20 An Laicis eligere possint. An & qui Ecclesiastici. *ibid.*
21 An non Capitulares eligere possint. An absentes. Quid de infirmis. *ibid.*
22 An excommunicati, interdicti, & suspensi, & irregulares. *ibid.*
23 An voce activa privati eligere possint, & quando. *ibid.*
24 An & quando Electores excludi possint prætextu inhabilitatis. *pag. 368*
25 An electio possit coarctari respectu eligibilium per Superioris præceptum ad unam vel plures personas cum exclusione unius, vel plurium, Diversæ sententiæ. *ibid.*

§. IV.

De loco Electionis.

26 In quo loco fieri debeat electio. *ibid.*
27 An locus scrutinii debeat esse separatus, & quare. *ibid.*

§. V.

De tempore eligendi.

28 Quando incipiat tempus ad eligendum. *ibid.*

29 Quid

29 Quid ſi intra annum fuit reprobata. *pag.* 369.
30 An poſſit haberi etiam in die feſto, & quare. *ib.*

§. VI.

De aſſumptione Scrutatorum, & Scrutinio, & de qualitatibus eligendi.

31 Quomodo debeant aſſumi Scrutatores, & an in illorum aſſumptione ſit ſervanda forma *Capit. quia propter.* *ibid.*
32 Quot modis poſſit fieri ſcrutinium. *ibid.*
33 Qualia debeant eſſe vota eligentium. *ibid.*
34 An, & quando ſcrutinium poſſit revocari. *ibid.*
35 Quid agere debeant Scrutatores in ſcrutinio per ſchedas. *ib.*
36 A quo ſcrutinium ſit publicandum? *ibid.*
37 De qualitatibus eligendi. *ib.*
38 An indigni eligi poſſint, & quales ſint. *pag.* 370.
36 Solicitans vota eritne eligendus. *ibid.*

§. VII.

Miſcellanea de Electione.

40 Ut electio valeat, an ſufficiat majoritas votorum. *ibid.*
41 An publicatio, ſeu electio in communi, quæ idem ſunt, ſint de ſubſtantia electionis. *ibid.*
42 An electio valeat, ſi electus conſenſit ante electionem, vel ſcrutinii publicationem. *ibid.*
43 Quantum tempus habeat electus ad conſentiendum electioni, & quando tempus incipiat currere. *ib.*
44 Facta per inſpirationem ut valeat, quæ requirantur. *ibid.*
45 Electus nulliter an teneatur in foro interno dimittere officium. *ibid.*
46 An electus poſſit ſtatim adminiſtrare in ſpiritualibus, & temporalibus. *pag.* 371.
Et quis dicatur electus in concordia. *ibid.*
47 An electio, ut valeat, debeat fieri de digniore. *ib.*
48 Electio, in qua non privati cum privatis jure eligendi ob delictum elegerunt, an valeat, & quando. *ibid.*
49 Quibus expenſis debeat fieri. Et an Capitulum ad illas poſſit admittere extraneos, & an poſſit eligere extraneum, ſi in Capitulo adeſt idoneus. *ib.*
50 Quid electioni ſit præmittendum. *ibid.*
51 An jus eligendi devolvatur, ſi electores, inter quos pendet lis ſuper poteſtate eligendi, non elegerunt in tempore. *ib.*
52 Eligendi jus, ſi electus non conſentit, aut renuntiat, aut electio ob occultum ejus vitium irritatur, ad quos ſpectet. *ibid.*
53 Jus eligendi Epiſcopum de Jure divino ad quem ſpectet. *ibid.*
54 Jus eligendi ad beneficia competens Capitulo in Cathedralibus ob ejus negligentiam ad quem devolvatur. Quid ſi omnes deliquerunt conferendo indigno. Quid ſi non omnes deliquerunt. *ibid.*
55 An minor pars Capituli poſſit tute concurrere cum majore parte ad eligendum indignum notorie talem, ſaltem acquieſcendo. *ibid.*
59 De requiſitis ſubſtantialibus ad electionem, ubi de electione per abuſum Laicæ poteſtatis, & qualis hic abuſus. *& n.* 57. *uſque ad* 67. *pag.* 372.
68 De requiſitis non ſubſtantialibus. *& n.* 69. *uſque ad* 75. *pag.* 373.
76 An ſi electio ſit irritandi, poſſit deveniri ad aliam electionem. *ibid.*
77 Quando Electus teneatur probare valorem ſuæ electionis. *ibid.*
78 Quinam poſſint impugnare electionem. *ibid.*
79 An electio facta poſt electionem valeat. *pag* 374.
80 Appellans contra electionem vel poſtulationem quænam debeat obſervare de jure. *ibid.*
81 An in paritate votorum poſſit electus electioni de ſe factæ conſentire & augere numerum votorum. *ibid.*
82 Electio in paritate votorum circa beneficia quomodo debeat dirimi. *ibid.*
83 Lite mota ſuper electione quis faciat expenſas Procuratori Capituli. *ib.*
84 Electus intra quod tempus debeat petere confirmationem. *ibid.*
85 An ſit præfixus aliquis terminus ad capienda poſſeſſionem. *ibid.*
86 De inquiſitione formanda contra electum ante confirmationem. *ibid.*

§. VIII.

Praxis Electionis quoad profana.

1 In alternativis ad quem ſpectet electio. *ibid.*
2 Electio in alternativa reſtituendi dotem in natura vel æſtimatione, ad quem ſpectet. *ibid.*
3 Electio an tam verbis, quam factis pro facta habeatur. *ibid.*
4 An ſit variabilis. *ib.*
5 In legatis ad quem ſpectet. *ibid.*
6 Electio perſonæ incertæ de certis an poſſit committi. *ibid.*
7 Quando hæres habeat electionem incertæ perſonæ de certis. *ibid.*
8 Electio unius de familia facienda in vim pacti in caſum negligentiæ ad quem ſpectet. *ibid.*
9 In gratiis ad quem ſpectet electio. *ibid.*
10 An Executor teſtamentarius ad erogandam certam pecuniam pauperibus poſſit ſeipſum eligere, ſi ſit pauper. *p.* 375.
11 In contractibus quando electio ſit promiſſoris. *ib.*

¶ ELEEMOSYNA.

§. I.

Elemoſyna quid ſit, qualis eſſe debeat, & quid operetur?

1 Eleemoſyna quid ſit? *ibid.*
2 In quo differat ab oblatione? *ibid.*
3 An Eccleſia recipiat Eleemoſynam ab excommunicato & impœnitente, & quando? *ibid.*
4 Qualis eſſe debeat Eleemoſyna? *ib.*
5 An quis invitus compellatur eam facere? *ibid.*
6 Quid operetur in pœna? *ibid.*
7 A quanam morte liberet? *ib.*
8 Quid proſit Eleemoſyna data pro mediocriter bonis, vel malis? *& n.* 9. *ibid.*
10 Si decedens in peccato mortali faciat legata, an ea ſint pia, & Eccleſia recipiat? *& n.* 11. *ibid.*

§. II.

Eleemoſyna facta per errorem, an poſſit ſubrogari pro Eleemoſyna ex obligatione? *ibid.*

EMANCIPATIO.

§. I.

Emancipatio qualiter fiat, ut valida ſit, & quam ſolemnitatem requirat?

1 A quo fieri poſſit? *& n.* 2. *&* 3. *ibid.*
4 Quid oportet ut valeat emancipatio filii abſentis facta per reſcriptum Principis? *ibid.*
5 Quando emancipatio facta non ſervata forma tradita, convalidatur. *ibid.*
6 Si detur aliqua forma faciendi emancipationem, & prohibeatur aliter fieri, an valeat facta contra formam? *ibid.*
7 An qui vixit per decem vel viginti annos, tanquam paterfamilias, præſumatur emancipatus? *ib.*
8 Coram quo Judice fieri poſſit emancipatio? *ibid.*
9 Quamnam ſolemnitatem requirat? remiſſive. *ibid.*
10 An valeat facta coram notario, qui habet juriſdictionem Chartularii Ordinariam? & de materia. *& n.* 11. *ibid.*
12 An valeat facta ſine judicis authoritate? *pag.* 376.
13 An pater poſſit emancipare filium, & requiratur conſenſus? *& n.* 14. *ibid.*

§. II.

Emancipatio coram quibus fieri poſſit?

1 An coram quocunque Magiſtratu habente juriſdictionem? *ibid.*

2 Coram quo Notario fieri poſſit? & de materia. & n. 3. ibid.

§. III.

[Emancipatio coram quibus fieri poſſit? remiſſive. ibid.

§. IV.

Emancipatio tacita ex quibus inducatur, vel non?

1 An emancipaſſe videatur pater filium, dando eidem poteſtatem donandi cauſa mortis? ibid.
2 Item an permittendo filium habitare ſeorſum a ſe? ibid.
3 An pater dicatur emancipare filium, ſi eum tradat in adoptionem extraneo? ibid.

§. V.

Emancipatio quid operetur?

1 An Pater aliquod jus, vel uſumfructum habeat in quærendis per filium poſt emancipationem, vel ab eo quæſitis ante emancipationem? & de materia. & n. 2. & 3. ibid.
4 Quid ſi pater in emancipatione ſibi retinuerit uſumfructum quærendorum? ib.
5 An Emancipatus adhuc ſit agnatus patri? pag. ib.
6 An acquirat ſibi, & dicatur per ſe paterfamilias? ibid.
7 An emancipatio tollat jus patriæ poteſtatis? ibid.
8 An filii concepti poſt emancipationem ſint in poteſtate avi? Item an tempore emancipationis, vel ante? & n. 9. & 10. ibid.
11 An emancipatio tollat ſucceſſionem? ibid.
12 An inter patrem & filium emancipatum cadere poſſit obligatio & contractus? ibid.
13 Quid emancipatio facta de filio, qui habet multa debita, operetur? ibid.
14 An emancipatio operetur ut filii emancipati debeant inſtitui? ibid.
15 Qui operetur emancipatio quoad ſucceſſionem? & n. 15. & 17. ib.
18 An per emancipationem tollatur, vel ſolvatur origo, aut domicilium? ibid.
18 An tollat effectum juris ſuccedendi? ibid.

§. VI.

Emancipatio debet probari per ſcripturam, & quando ſecus? remiſſive. pag. 377.

§. VII.

Emancipatus filius quid conſequatur ab invito patre & e contra?

1 An filius emancipatus poſſit compellere patrem ad reſtituendum lucra illicita facta per filium, ad quæ ipſe filius fuit condemnatus? & n. 2. ib.
3 An filius poteſt penes ſe retinere lucra illicita, ut reſtituat? ib.
4 An filius emancipatus licet habuerit legitimam ſuam a patre, poſſit compelli ad renunciandum ſucceſſioni paternæ? ibid.
5 An pater habens filium in poteſtate, ſi lucratus fuerit uſumfructum bonorum filii, eo emancipato, teneatur ei reſtituere proprietatem & medietatem uſusfructus? ibid.
6 In dote uxoris filii emancipati, an pater teneatur eam reſtituere ipſi filio, a quo habuit. ibid. ¶

EMPHYTEUSIS.

§. I.

Quid ſit Emphyteuſis, & in quo differat ab aliis contractibus feudi, locationis, &c. & ejus requiſita, & quotuplex ſit?

1 Quid ſit Emphyteuſis. ibid.
2 Quæ requirantur ad ejus valorem. uſque ad. n. 5. ibid.
5 An feudum & emphyteuſis ſint ejuſdem naturæ, & quomodo differant. ibid.
6 Quomodo differat a locatione. Et quomodo a libellario. & n. 7. ib.
8 Quotuplex ſit. ibid.

§. II.

Quæ res in Emphyteuſin dari poſſint, quamdiu emphyteuſis duret, & in quos tranſeat?

9 An res Eccleſiæ in emphyteuſin dari poſſint, & quando. 378.
10 Emphyteuſis privati an præſumatur eſſe perpetua, & quare. ibid.
11 An emphyteuſis Eccleſiaſtica hodie poſſit concedi in perpetuum, cum quibus ſolemnitatibus. Et quid olim. pag. ibid.
12 Emphyteuſis Eccleſiaſtica de ſui natura, & de jure Canonico an ſit tranſitoria ad extraneos. ib.
13 Si in ea fuerunt vocati hæredes, de quibus hæredibus intelligatur. ibid.
14 Quando dicatur partim hæreditaria, partim ex pacto & providentia. ibid.
15 Quando emphyteuſis Eccleſiaſtica tranſeat in extraneos. ibid.
16 Qualia verba importent translationem in extraneos. & n. 17. uſque ad 24. ibid.
25 An emphyteuſis Eccleſiaſtica tranſeat in ſpurios, & quando. pag. 379.
26 An Eccleſiaſtica de ſui natura ſit tranſitoria in fæminas. Et quando in illa fæminæ veniant nomine filiorum aut nepotum. Et plures limitationes & n. 27. ad 32. ib.
33 An in caſibus, in quibus admittuntur fœminæ cum maſculis in eodem gradu exiſtentibus concurrant, & fæmina proximior excludat maſculum remotiorem. pag. 380.
34 Emphyteuſis conceſſa Clerico in ſacris conſtituto pro ſe, filiis & nepotibus, ſi ingreditur Monaſterium, an acquiratur Monaſterio. ibid.
35 An emphyteuſis Eccleſiaſtica tranſeat in aliam Eccleſiam, aut Monaſterium. Diverſæ ſententiæ. ibid.

§. III.

An Emphyteuta poſſit res emphyteuticas alienare, aut legare, donare, &c. ſine conſenſu Domini directi, aut in præjudicium vocatorum?

36 Quam pœnam incurrat alienans irrequiſito Domino. ibid.
37 An poſſit illam ſpecialiter hypothecare, & quando. ib.
38 An Eccleſiaſtica etiam in caſibus, in quibus poteſt alienari, poſſit alienari irrequiſito Domino, in perſonas prohibitas. ibid.
39 An alienatio emphyteuſis Eccleſiaſticæ in potentiorem cenſeatur approbata per receptionem canonis & laudemii. pag. 381.
40 An Judex poſſit ſupplere conſenſum Domini nolentis conſentire ſine cauſa. ibid.
41 An prohibita ſpecialiter a Domino alienari poſſit, legari & donari. ibid.
42 An ſuper re emphyteutica poſſit creari cenſos, remiſſive. ibid.
43 Facultas alienandi emphyteuſim per clauſulam *tibi, & quibus volueris*, quibus cenſeatur conceſſa. ibid.
44 An pater emphyteuſim, quam pro ſe & filiis ſuis acquiſivit, poſſit ab illo uni ex filiis prælegari. & n. 45. 46. 47. 48. & 49. ibid.

§. IV.

De caducitate & devolutione, & earum cauſis.

50 An caducitas ob alienationem, aut non ſolutum canonem incurratur ipſo jure, & quando. Et an ſufficiat declaratio Domini, aut ſit etiam neceſſaria Judicis ſententia. pag. 382.
51 Et qualiter declaratio caducitatis a Domino debeat fieri. ib.
52 An caducitas poſſit declarari mortuo emphyteuta, qui non ſolvit? ibid.

53 An

53 An declaratio poſſit fieri a Procuratore ſine ſpeciali mandato. *ibid.*
54 In quibus caſibus non ſit neceſſaria declaratio caducitatis. *ibid.*
55 An in caducitate ob negationem dominii directi incurſa ſit neceſſaria Judicis declaratio. *ibid.*
56 An & quando poſſit Dominus directi capere poſſeſſionem propria authoritate emphyteuſis devolutæ. *ibid.*
57 Emphyteuſi finita an Dominus ſit immittendus in poſſeſſionem, & manutenendus. Et tunc quid requiratur, ut manuteneri poſſit. *& n.* 58. *pag.* 383.
59 An finita linea ſubinveſtiti, aut caducata emphyteuſi ob alienationem illa revertatur ad Dominum immediatum, vel mediatum. *ibid.*
60 In Emphyteuſi pluribus in ſolidum conceſſa culpa & mora unius an noceat aliis. *ibid.*
61 Cauſæ caducitatis quæ & quid ob mendacium emphyteutæ negantis, ſe eſſe emphyteutam. Quid de inobſervantia pactorum. Quid ſi Domino non oſtendit inſtrumenta ſuæ inveſtituræ. *ibid.*
62 Quid ſi emphyteuta rem incultam relinquit. *ibid.*
63 Quid ſi emphyteuta non petiit inveſtituram. *ibid.*
64 Quid ſi emphyteuta poſſeſſorem rei emphyteuticæ propria auctoritate expellit. *ibid.*
65 Quid ob mortem civilem emphyteutæ. *ibid.*
66 Quid ſi renuntiavit. Et quibus renuntiatio noceat, & quid ſi renuntiavit invito Domino. *& num.* 67. *& 68.* *ibid.*
69 Quid ſi emphyteuta patitur alium de emphyteuſi inveſtiri. *pag* 384.
70 Quid ſi fuit mutata rei forma. *ibid.*
71 Quid ſi tempus fuit finitum. *ibid.*
Aut generationes finitæ. *& num.* 72. *ibid.*
73 Quid ſi fuit conceſſa uſque ad tertiam generationem, & quinam in illa includantur. *& num.* 74. *& 75.* *ibid.*
76 Quid ſi linea ſit finita. *ibid.*
77 Quid ſi res fuit deteriorata. *ibid.*
78 Et quomodo deterioratio contingat, & quæ tunc concurrere debeant. *& num.* 79. *ibid.*
80 Quid ſi emphyteuta male verſatur in re emphyteutica. *p.* 385.
81 Quid ob alienationem irrequiſito Domino. *ibid.*
82 Quid ſi alienatio fuit nulla ob defectum ſolemnitatis, aut ante declarationem Domini fuit reſciſſa, aut non fuit ſecuta traditio, aut alienatio fuit ſimulata. *ibid.*
83 Quid ob non ſolutum Canonem. Quid ſi emphyteuta ſit pauper, aut moram purgavit, & quando mora purgari non poſſit. *& n.* 84. 85. *& 86.* *ibid.*
87 Quid ſi emphyteuta fuit legitime impeditus, & quænam ſint legitima impedimenta. *ibid.*
88 An ſufficiat oblatio canonis ad evitandam caducitatem. *pag.* 386.
89 An non ſolvens canonem pro parte privetur in totum. *ibid.*
90 An ad incurrendam moram in emphyteuſi requiratur interpellatio. *ibid.*
91 A quo die incipiat biennium vel triennium. *ibid.*
92 Quo tempore canon ſolvi debeat. *ibid.*
93 Quis debeat probare ſolutionem canonis, vel non ſolutionem. *ibid.*
94 Quid ſi alius ſolvat pro emphyteuta. *ibid.*
95 An ad vitandam caducitatem ob canonem non ſolutum poſſit opponi compenſatio. *ibid.*
96 An emphyteuta teneatur ſolvere canonem, ſi res fuit capta ab hoſtibus. Diverſæ opiniones. *ibid.*
97 An emphyteuta ignorans, in quo fundo emphyteuſis ſit fundata, teneatur ad inſtantiam Domini ſupponere unum fundum certum. *& n.* 98. *ibid.*
99 An non ſolutio canonis poſſit præſcribi. *pag.* 387.

§. V.

An emphyteuſis caducata redeat ad Dominum libera ab omni onere, & an Emphyteuta recuperet melioramenta in illa facta?

100 An emphyteuta poſſit rem emphyteuticam hypothecare, aut aliqua ſervitute ſeu onere gravare. *ibid.*
101 An emphyteuta teneatur rem meliorare & ipſe an ejus hæredes melioramenta recuperent, & quæ non. *pag.* 388.

§. VI.

De renovatione emphyteuſis, & quis in ea ſit præferendus, & an poſſit augeri canon?

102 Ex quot cauſis fiat renovatio emphyteuſis. *ibid.*
103 An Eccleſia, vel Dominus finita emphyteuſi teneantur renovare, ſi velint pro ſe retinere, & qui tunc ſint præferendi, ſi renovare velint. *ibid.*
104 Ad petendam renovationem proximiores quantum temporis habeant. *ibid.*
105 Quid ſi proximiores ſint fœminæ, & quid ſi adſunt & petunt plures in eodem gradu. *& num.* 106. *pag.* 389.
107 Quid ſi feuda fuerint finita ob delictum emphyteutæ. *ibid.*
108 Quomodo renovatio debeat fieri. *ibid.*

§. VII.

Miſcellanea Emphyteuſis, & Emphyteutæ.

109 Si emphyteuſis privati eſt hæreditaria & tranſit in Eccleſiam, quomodo tranſeat. *ibid.*
110 Emphyteuſis relicta ab Eccleſia non venit in reſtitutione fideicommiſſi. *ibid.*
111 Quando dicatur affrancata. *ibid.*
112 An teneatur ad onera Principi ſolvenda vel collectas, an Dominus. *ibid.*
113 An emphyteuta Eccleſiaſticus poſſit per Principem collectari, ſermo eſt de ſæculari, diverſæ ſententiæ. *pag.* 390.
114 An emphyteuta Eccleſiæ fiat de foro Eccleſiaſtico, & quando non. *ibid.*
115 Ultimus de generatione habens facultatem nominandi unam perſonam, ſi decedit ſine teſtamento, quos nominaſſe cenſeatur. *ibid.*
116 Emphyteuta expulſus ob non ſolutum canonem an poſſit a Domino directi obligari ad ſolvendas penſiones præteritas, aut quando. Quid in emphyteuta Eccleſiæ. *& n.* 117. *ibid.*
118 An non ſolvens canones amittat rem & fructus; ſed a qua die. *ibid.*
119 In emphyteuſi quando habeat locum jus accreſcendi, remiſſive. *ibid.*
120 An emphyteuſis conceſſa ob benemerita dicatur conceſſa titulo oneroſo remiſſive. *ibid.*
121 An ultimus emptor rei emphyteuticæ teneatur ſolvere canones a Venditore non ſolutos. *ibid.*
122 Quanto tempore poſſit emphyteuſim alienatam ad ſe revocare. *ibid.*
123 Dominus directi recipiens canonem poſt devolutionem per biennium vel alienationem an cenſeatur remittere caducitatem. *pag.* 391.

EPISCOPUS.

§. I.

Quoad abſolutionem.

1 An Epiſcopus abſolvat ab excommunicatione a jure lata, & nemini reſervata. *ibid.*
2 An abſolvat ab excommunicatione, quam aliquis incurrit communicando cum excommunicato in crimine propter quod fuit excommunicatus. *ibid.*
3 An abſolvat ab excommunicatione majore ab homine lata. *ibid.*
4 An abſolvat ab excommunicatione in Bulla Greg. XIV. lata contra turbantes immunitatem Eccleſiaſticam? diverſæ ſententiæ. *ibid.*
5 An abſolvat ab excommunicatione Papæ reſervata. *ibid.*
6 An abſolvat ab irregularitate ob delictum occultum deductum ad forum contentioſum, ſi Reus fuit per ſententiam abſolutus. *p.* 392.

§. II.

Quoad alienationem.

7 An teneatur ratam habere alienationem bonorum Eccleſiæ a prædeceſſore factam, qui Eccleſiam hæredem inſtituit. *ibid.*

§. III.

Quod adminiſtrationem.

8 Epiſcopus electus & confirmatus an poſſit adminiſtrare ea,

ea, quæ ſunt juriſdictionis ſpiritualis, quid ante. & n. 9. ibid.
10 Quæ debeat decernere cum Capitulo. ibid.

§. IV.

Quoad Beneficia.

11 Conferens ſcienter beneficium indigno quam pœnam incurrat. ibid.
12 Quando conferat beneficium juriſpatronatus jure devoluto. An illud devolutum poſſit ſubjicere ſervituti ſine beneplacito apoſtolico, & quando poſſit in illo gratificari; quid ſi a patrono fuit præſentatus minus dignus; quid ſi præſentatus eſt abſens & ignotus. ibid.
13 An poſſit conferre beneficia reſervata Papæ, ſub qua pœna non. ibid.
14 An poſſit extinguere Beneficia, & eorum redditus alicui pio loco applicare? Et an poſſit derogare qualitatibus in fundatione juriſpatronatus appoſitis? pag. 393.
15 An poſſit unire beneficia reſervata vel affecta. ibid.
16 An poſſit revocare unionem ceſſante cauſa illius. ibid.
17 An Beneficiis poſſit imponere penſiones perpetuas, an ad tempus de jure. ibid.
18 Quid debeat facere vacante Parochia. ibid.
19 Epiſcopus, cui fuit datus Coadjutor ob ſenectutem, an conferat Beneficia privative quoad Coadjutorem. ibid.

§. V.

Quoad Clericos, Collectas & Canonicos, Conſecrationem & Confirmationem.

20 An poſſit imponere collectas extraordinarias quoad ſuos ſubditos. ibid.
21 An poſſit procedere contra Canonicos Cathedralis aut Collegiatæ ſine adjunctis, & quando. ibid.
22 An poſſit Canonicis vel Parochis dare licentiam abeſſendi ſine canonica cauſa. ibid.
23 Qua pœna poſſit punire Clericos delinquentes, an poſſit cum illis componere. pag. 394
24 An poſſit Clericos privare Beneficiis, quibus a Papa fuerunt proviſi. ibid.
25 An Clericis poſſit dare facultatem conducendi prædia, an habenti beneficium ſimplex poſſit prohibere an diſcedat a Diœceſi. ibid.
26 An & quomodo poſſit obligare ad aſſumendum habitum. ib.
27 An poſſit illos obligare ad ſervanda ſtatuta Laicorum, an ſuis ſtatutis poſſit coadjuvare ſtatuta Laicorum. ibid.
28 An illis poſſit dare licentiam ferendi arma ex cauſa. ibid.
29 Non repetens Clericum a Laico captum quod crimen committat. ibid.
30 An poſſit illis dare licentiam alienandi ſuum patrimonium. ibid.
31 Intra quod tempus debeat petere confirmationem ſuæ electionis. ibid.
32 Intra quod tempus debeat conſecrari. ibid.

§. VI.

Quoad diſpenſationem.

33 Epiſcopus an cum licentia Patroni poſſit diſpenſare ut beneficium ſacerdotale detur non ſacerdoti; diverſæ ſententiæ. An ut quis habeat plura beneficia, & an ut beneficium detur non habenti 14. annos, & an ut Clerici conjugati habeant beneficia. ibid.
34 An corrupta eligatur in Abbatiſſam vel prioriſſam. ibid.
35 An ut celebretur in Eccleſia polluta. p. 395.
36 An ut denuntiationes fiant die feriato. ibid.
37 In quibus delictis diſpenſet. ib.
38 An ut matrimonium celebretur tempore vetito, & quomodo. ibid.
39 An & in quibus irregularitatibus non diſpenſet, Doctorum ſententiæ. ib.
40 An ab irregularitate contracta ob homicidium juſtum diverſæ ſententiæ. ibid.
41 An in proveniente ex homicidio caſuali. ibid.
42 Quando delictum dicatur occultum diverſæ ſententiæ. & n. 43. & 44. ib.
45 In irregularitate publica in uno loco & occulta in alio. ibid.
46 An in irregularitatibus & ſuſpenſionibus diſpenſet cum ſuis ſubditis, qui ſunt extra Diœceſim. ibid.
47 An cum non ſubditis in ſua Diœceſi commorantibus. ibid.
48 An hæc facultas diſpenſandi procedat quoad forum utrumque. ibid.
49 An habens facultatem abſolvendi ab omnibus cenſuris, poſſit etiam diſpenſare in irregularitatibus. pag. 397.
50 An diſpenſet ſuper bigamia. ibid.
51 An cum illegitimo ordinato, ut in ordinibus male ſuſceptis miniſtret. ibid.
52 An cum penitus illiterato ad ordines. ibid.
53 An in interſtitiis. ib.
54 An cum promotis per ſaltum. ibid.
55 An diſpenſet cum regularibus admittentibus feminas intra clauſtra. ibid.
56 An in impedimentis occultis matrimonii, & quando. ibid.
57 An in ſua Diœceſi, ut comedant carnes. ib.
58 An, ut Miſſa celebretur alibi, quam a teſtatore fuit ordinatum. ibid.
59 An, quod Chriſtiani poſſint ſervire Judæis. ibid.
60 An & quomodo poſſit dare Laicis licentiam exhumandi cadaver occiſi. ib.
61 An in juramento, & voto ſimplici ſuorum ſubditorum. pag. 398.
62 An cum illo, qui cum voto ſimplici contraxit matrimonium ratum, & ad quem effectum. ibid.
63 An in caſibus ſibi permiſſis poſſit diſpenſare ſine cauſa. ibid.
64 Quomodo diſpenſet contra jus Canonicum, ſeu quando. ibid.
65 An & quando poſſit diſpenſare in lege Superioris. ibid.
66 An qui habet facultatem diſpenſandi pro una vel altera vice, & diſpenſavit bis vel ter, an poſſit amplius diſpenſare. ibid.

§. VII.

Quoad Eccleſiam, ejuſque reparationem.

67 An Eccleſia ſuæ Diœceſis poſſit totaliter eximere a ſua juriſdictione. ibid.
68 An Eccleſiam, quæ reparari non poteſt, poſſit alteri unire, & quo jure. ibid.
69 An Parochiam poſſit erigere in Collegiatam. ibid.
70 Quando poſſit cogere Parochos ad reparationem & qualiter, remiſſive. ibid.

§. VIII.

Quoad excommunicationem.

71 Quos poſſit excommunicare. ibid.
72 An remittens caducitatem incurrat excommunicationem. pag. 399.
73 An poſſit excommunicare Reges. ibid.
74 An non ſubditum, ſed ratione delicti. ib.
75 An Inquiſitores, & an ab ipſis excommunicari poſſit. ibid.
76 An excommunicatus Epiſcopatus ordinem ſuſcipiens fiat irregularis? ibid.

§. IX.

Quoad Feſta.

77 Quid debeat curare quoad feſta. ibid.
78 An poſſit inducere nova feſta ſine conſenſu populi, & Cleri. ib.

§. X.

Quoad Jejunium, & Indulgentias.

79 An jejunium poſſit transferre de 10 die in alium, & quas indulgentias concedere poſſit. & n. 80. ibid.

§. XI.

Quoad juriſdictionem & judicialia.

81 In quo loco poſſit pro tribunali ſedere. ibid.
82 An ſuam juriſdictionem poſſit exercere extra Diœceſim, & quam. ibid.
83 Habens temporalem an ex pœna ſanguinis, quam tulit ejus Judex, incurrat irregularitatem. ibid.
84 An habeat primam inſtantiam ſuorum Diœceſanorum. ib.
85 Cauſam delegatam quomodo cognoſcat. pag. 400
86 An habeat territorium & Curiam armatam. ibid.
87 An habeat fiſcum, & jus confiſcandi etiam contra Laicos. pag. 16.
88 An poſſit contra Laicos in cauſa mixti fori procedere etiam pœnis carceris, arreſti, &c. ibid.

89 An

89 An possit punire Laicos & alios exemptos, qui offendunt Cursores & Officiales suæ Curiç. *ib.*
90 An possit punire Laicos deturpantes vel lacerantes cedulones excommunicationis, aut loquentes in contemptum Censuræ. *ibid.*
91 Quomodo in delictis mixti fori, si prævenit Laicus, punire possit. *ibid.*
92 An possit delegare causas Ecclesiasticas aut Clericorum Laicis. *ibid.*

§. XII.

Quoad Laicos.

93 An Laicis possit concedere jus percipiendi Decimas, quid quoad fructus. *ibid.*
94 An Laicos possit compellere ad eleemosynam tempore penuriæ. *ibid.*
95 An possit cogere pœnis pueros, ut accedant doctrinam Christianam. *ibid.*
96 An possit aliquem cogere ad se reconciliandum inimico, diversæ sententiæ. *ib.*
97 Nundinas & mercatus diebus festivis an possit prohibere? & an possit cogere ad audiendam missam in parochiali. *ibid.*
98 An debeat prohibere, ne Laici habeant sedem in Presbyterio. *ibid.*
99 An possit dare licentiam legendi libros prohibitos. *ibid.*

§. XIII.

Quoad immunitatem.

100 An possit extrahere Clericos delinquentes ab Ecclesia. *ibid.*
101 An possit extrahere reum ab Ecclesia post processum fabricatum a Laico. *ibid.*

§. XIV.

Quoad matrimonium.

102 An possit interdicere matrimonium illis qui ignorant *Pater noster*. *ib.*

§. XV.

Quoad missas.

103 Missarum onera in fundatione posita an reducere possit. *ibid.*
104 An extra suam Diœcesim possit celebrare in portatili. *ibid.*
105 An possit dare licentiam, quod Missa celebretur extra Ecclesiam. *ibid*

§. XVI.

Quoad Moniales & accessum ad illas.

106 Quomodo possit ingredi monialium monasteria. *ibid.*
107 Quomodo possit prohibere accessum ad illarum monasteria. *ibid.*
108 Quomodo debeat examinare Novitiam, antequam profiteatur. *ibid.*
109 Quando Monialibus possit dare licentiam exeundi. An possit illas cogere ad clausura. *& n.* 110. *ibid.*

§. XVII.

Quoad oratoria & ordines.

111 An Episcopus possit concedere licentiam celebrandi in oratorio privato, & an ipse possit habere oratorium privatum in suo palatio, an extra Diœcesim suam. *ibid.*
112 An qui renuntiavit loco & dignitati possit conferre ordines. *ibid.*
113 Invitatus ad ordinandum in aliena Diœcesi, quibus possit conferre ordines. *ibid.*
114 Ad hoc ut ordinet Regularem quid debeat exigere a Regulari. *ibid.*
115 Ordinans ad primam Tonsuram non subditum sine dimissoriis, quam pœnam incurrat. *pag.* 402.
116 An Episcopus domicilii possit ordinare sine dimissoriis Episcopi originis. *ibid.*
117 An possit de jure denegare ordines Laico, quid post Concil. Trid. an possit ordinare suum subditum in temporalibus tantum. *ibid.*
118 Ut possit ordinare ad titulum quid possit facere. *ib.*
119 Quam pœnam incurrat conferens invito tonsuram. An in Ecclesia Græca possit ordinare secundum ritum Latinum & e contra. *ib.*

§. XVIII.

Quoad obedientiam.

120 Feudatarius Regis an debant prias obedire Pontifici quam Regi, & quare. *ibid.*

§. XIX.

Quoad Parochias & Parochos.

121 An Episcopus possit Parochiam, vel aliud Beneficium in suis manibus resignatum suo consanguineo vel familiari conferre. *ibid.*
122 An teneatur facere concursum ad Parochiales spectantes ad aliorum collationem, si fuerunt plures præsentati. *ibid.*
123 An possit constituere novas Parochias ob distantiam locorum, & ad hoc quæ requirantur. *ibid.*
124 An possit Parochos noviter examinare & quando. *ibid.*
125 An possit Parochum cogere ad assumendum Cooperatorem, & quando. *ib.*

§. XX.

Quoad præcedentias & Pontificalia.

126 Ubi debeat sedere in choro, & in sua Ecclesia quos præcedat. An possit habere baldachinum etiam in Ecclesiis Regularium exemptis, & an possit excommunicare nolentes illud erigere. *ibid.*
127 An in aliena Diœcesi possit celebrare in Pontificalibus, & quando non. *ibid.*

§. XXI.

Quoad Regulares.

128 Quando possit carcerare Regularem. An acquirat jurisdictionem in illos ex possessione eos judicandi. *ib.*
129 An & quando possit Regularem denuntiare excommunicatum, ut ab omnibus vitetur. *p.* 403.
130 An possit prohibere, ne Regulares concionentur in suis Ecclesiis, diversæ sententiæ. *ibid.*
131 An possit excommunicare Regulares nolentes venire ad processionem. *ibid.*
132 An in Ecclesiis Regularium possit concionari illis invitis. *ib.*
133 An Regulares possit approbare ad confessiones tantum ad tempus. *ibid.*
134 Sine Episcopi localis examine, & approbatione nemini licet curam animarum assumere, & exercere. *ibid.*

§. XXII.

Quoad Residentiam.

136 An Episcopus teneatur ad residentiam tempore pestis, & cum periculo vitæ quando non. Quid si imminet furor tyranni. Et quæ pœna non residentium. *ibid.*

§. XXIII.

Quoad Synodum.

127 An possit facere Synodum sine consensu Cleri, an sine illius consilio, & quoties. Et quinam ad illam teneatur venire. *ibid.*
138 An possit ab Episcopo congregari etiam ante illius consecrationem. *ibid.*

§. XXIV.

Quoad subsidium Charitativum.

139 An & in quibus casibus possit exigere subsidium charitativum. *& n.* 141. *p.* 404.
140 A quibus debeat solvi, & quantum. *& n.* 142. *ibid.*
143 An possit exigi a Clericis subditis existentibus in aliena Diœcesi. *ibid.*
144 Solvere nolentes quomodo possit cogere. *ibid.*

§. XXV.

Quoad statuta.

145 An Episcopus possit facere statuta etiam pœnalia, & qualia. *ibid.*
146 An etiam extra synodum, & sine consensu Capituli. *ibid.*
147 An possit statuere contra jus Canonicum, & quando. An contra jus civile. *ibid.*
148 An illos, qui faciunt statuta contra bona & personas, possit cogere ad declarandum illis non comprehendi bona & personas Clericorum. An possit Laicorum statutis se submittere. *ibid.*

§. XXVI.

Quoad pœnas.

139 An possit mutare pœnam corporalem aut spiritualem a jure præscriptam in pecuniariam. Et an contra Laicos sibi temporaliter non subdito possit in criminibus spiritualibus pœnam pecuniariam imponere. Diversorum sententiæ. *ibid.*
Et quibus pœnas possit applicare. *ibid.*
150 An possit aggratiare & remittere pœnam a Vicario impositam. *pag.* 405.

§. XXVII.

Quoad Sacramenta, & sepulturam.

151 Quibus possit conferre Sacramentum Confirmationis. *ibid.*
152 An possit sibi eligere sepulturam. *ibid.*

§. XXVIII.

§. XXVIII.

Quoad Translationem, & Visitationem.

153 An translatus de uno Episcopatu ad alium possit ad novum transportare libros, ornamenta, & paramenta. *ibid.*
154 An possit visitare confraternitates & loca pia. *ib.*
155 An in Visitatione possit recusari tanquam suspectus. *ibid.*
156 Tanquam Delegatus Apostolicus quos possit visitare. *ibid.*
157 Resistentem Visitationi quomodo cogat. *ibid.*
158 An sit manutenendus Visitatione, & quare. *ibid.*
159 An visitet Parochos Religionis Melitensium quoad curam animarum, & an illorum Ecclesias & an taxam seminarii ab illis exigat *ibid.*
160 An in Visitatione possit aliquis recipere. *ibid.*
161 Quomodo inquirat in vitam subditorum. *ibid.*
162 Quoties teneatur visitare limina Apostolorum. *ib.*

§. XXIX.

Quoad Vicarium, & Ultimas Voluntates.

163 An Episcopus teneatur de imperitia sui Vicarii & an illius facta scire præsumatur. *ibid.*
164 An sine licentia Papæ possit testari de rebus Ecclesiæ ad pios usus, An de patrimonialibus & quando. An de bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ. *ib.*
165 An Episcopus Regularis possit donare, *p.* 406.
166 An sit executor ultimarum voluntatum ad pias causas. *ibid.*
167 An & quando succedat executoribus testamentariis. *ibid.*
168 An possit mutare ultimas voluntates. *ibid.*

§. XXX.

Miscellanea de Episcopis, & quando illi Interdictum incurrant.

169 An Episcopus possit Ecclesiis novum censum perpetuum imponere. *ibid.*
170 Recipiens Beneficia in confidentiam, quam pœnam incurrat. Quid si permittat aliquem promoveri ad Doctoratum non præmissa fidei professione. *ibid.*
171 An possit dismembrare fructus Collegii Canonicorum, eur non. *ibid.*
172 Episcopus Regularis non ferens habitum suæ Religionis an peccet, & aliquam pœnam incurrat. *ib.*
173 An & quomodo possit diminuere numerum Canonicorum, & augere. *ibid.*
174 Consentiens electioni de se factæ a media parte, an augeat numerum. *ibid.*
175 Habens potestatem confirmandi a jure, & eligendi per compromissum an possit se expedire unico actu. *ibid.*
176 Quibus beneficia resignata conferre non possit. *ib.*
177 An conferens beneficium illegitimo, cum quo non potest dispensare, possit illum amovere. *ib.*
178 An sine rationabili causa possit impedire, quominus patronus & fundator Ecclesiam sufficienter dotatam dilatare possit. *ibid.*
179 An possit restituere famæ, quam jus aufert. *ib.*
180 An pro debito civili carcerari possit, An liberetur a patria potestate. *ib.*
181 Ab eo, ad quem appelletur. *p.* 409
182 A Episcopus novus facultatem absolvendi sæculares, ab Antecessore datam possit suspendere, & Regulares vocare ad novum examen. *ib.*
183 An Episcopus possit ejici e regno prætextu rebellionis sub nua pœna. *ib.*
184 Episcopus titularis an possit conferre ordines sine licentia proprii Episcopi. *ibid.*
185 An possit creare Notarium in jurisdictione. *ib.*
186 An Episcopo inferior possit dici Ordinarius. *ib.*
187 An Episcopo debeatur quarta decimarum? Et a quibus illam exigere possit? Et Episcoporum causæ a quo cognoscantur. *ibid.*
188 An veniat in generali sermone. *ib.*
189 An Episcopi decretum pronuntians Juspatronatus ad aliquem spectare, non valeat, nisi citatis citandis. *ibid.*

EQUITES.

1 An equites Melitenses sint veri Religiosi, & gaudeant fori, Canonis, & Clericali privilegio. *ibid.*
2 Quid de Equitibus Calatravæ. *ibid.*
3 Equites Melitenses in Parochia defuncti an possint irrequisito Parocho, in cujus Parochi mortui sunt, deferri ad propriam Ecclesiam. Et an Capellani in Ecclesia dictorum Equitum possint ministrare Sacramenta Laicis infirmis, qui ad illas quacunque ex causa fugerunt. *ibid.*

EREMITÆ.

1 Eremita sæcularis, qui non emisit vota, an gaudeat fori privilegio, & quando. *ibid.*
2 Licentia exstruendi Eremitorium. *pag.* 408.

ERROR.

1 Error in qualitate Judicis coram quo ligatur, an vitiet processum. *ibid.*
2 Error calculi quando opponi possit. *ibid.*
3 Error in facto proprio an allegari possit, quando. *ibid.*
4 Error in nomine proprio an vitiet institutionem. *ib.*
5 Error facti quando excusat. *ibid.*
6 Error Juris dubii quando æquiparetur errori facti. *ib.*
7 Error in contractibus an tollat consensum. *ibid.*
8 Error a quo sit probandus. *ibid.*
9 Error an resistat origini obligationis. *ibid.*
10 Error confessionis ut excludatur, quid sufficiat. *ib.*
11 Ad retardandam manutentionem qualis debeat esse. *p.* 409
Error in transactione quando impediat illius executionem. *ibid.*
12 Error circa substantiam matrimonii an illud dirimat. Quid si sit circa qualitatem. *ib.*
13 Error juris resistentis actui an inducat mala fidem. *ibid.*

EUCHARISTIA.

1 An Episcopus aliquando debeat Eucharistiam propriis manibus ministrare, & quando. *ibid.*
2 Quid debeat curare. *ibid.*
3 Quando teneatur facere processionem solemnem. *ib.*
4 Ad hanc Processionem quinam accedere compellantur. *ibid.*
5 Quid circa S. Viaticum. *ibid.*
6 Peste infectis quomodo ministrari debeat. *ibid.*
7 An possit inhiberi Judici Laico, ne procedatur ad executionem sententiæ mortis, antequam S. Viaticum Reo fuerit ministratum. *pag.* 410.
8 Quid circa communionem paschale. *ibid.*
9 Quando incipiat tempus paschale. Et an Regulares tempore paschali possint ministrare Eucharistiam. *ib.*
10 An Parochi debeant colligere schedas, & quare. *& n.* 11. *ibid.*
12 De institutione orationis quadraginta horarum. *ib.*
13 S. Viaticum quibus non sit ministrandum. *ib.*
14 In qua Ecclesia debeant Sacerdotes satisfacere præcepto communionis paschalis. *ibid.*
15 Quid faciendum illis, qui consecrant in materia dubia. *ib.*
16 An Regulares virtute suorum privilegiorum possint ministrare Eucharistiam vagis, advenis, aut peregrinis tempore paschali. *ibid.*
17 Eucharistia abutens ad sortilegia &c. quomodo puniatur de jure civili, & quomodo de jure canonico. *pag.* 411.
18 An Eucharistia possit retineri in Ecclesia non Parochiali pro adoratioue populi. *ibid.*
19 Eucharistia Infantibus ante usum rationis, & pueris in Missa ministrari a Græcis Presbyteris interdicitur. *ibid.*

¶ EUGENIANA.

1 Eugeniana Constitutio statuitne Curiales, & Officiales, Romanæ Curiæ alibi possint conveniri quam coram Auditore Cameræ, tam in Civilibus, quam in Criminalibus, & alia remissive de tenore Constitutionis. *ibid.*
2 Eugeniana comprehendit etiam Clericos curam animarum non habentes; non prodest tamen Clericis Cameræ, qui in Curia non resident *ibid.*
3 Eugeniana comprehendit Curiales reos, non autem actores; & an procedat in remedio *l. diffamari?* an prævaleat privilegio *l. un. C. quand. Imper. inte pupil. & vid.* *ibid.*
4 De Eugeniana Constitutione, remissive. *ibid.*
5 De alia Eugeniana Constitutione, remissive. *ibid.*

EVICTIO.

Praxis Evictionis.

1 Quid sit rem evincere. Quotuplex sit. *& n.* 2. *ibid.*

§. I.

Quinam agant de Evictione, & contra quos.

3 An emptor contra Venditorem. *ibid.*

§. II.

Quæ requirantur.

4 Quæ requirantur, ut agatur de evictione. *pag.* 506.

5 Quan-

5 Quando emptor non agat de evictione. *ibid.*
6 Qualiter denuntiatio litis fit facienda, variæ ſententiæ. *& num. 7. pag. 412.*

§. III.

Quo tempore Denuntiatio facienda, & ubi venditor compareat

8 Diverſæ ſententiæ. *ibid.*
9 Clericus Venditor cui fuit denuntiata lis coram quo Judice debeat comparere. *ibid.*
10 Venditor contra quem agitur de evictione, quod forum ſequi debeat. *ibid.*

§. IV.

Quo tempore debeatur.

11 An debeat conſtare de ſententia lata, & executione facta. *ibid.*
12 Quid ſi debitor dedit creditori rem alienam. *ibid.*
13 Quid ſi emptor Venditori litem denuntiavit. *ib.*

§. V.

An Evictio debeatur, ſi debitor ſe non defendit.

14 Quid ſi non oſtendit emptor, quod litem ſibi motam rite defenderit. *ibid.*
15 Quid ſi evictio non tantum ſequatur ex facto & culpa emptoris, ſed etiam ex facto & culpa authoris. *p. 413.*
16 Quid ſi venditor promiſit de evictione pro dato & facto ſuo ſimpliciter. *ibid.*
17 Quid ſi promiſit de ſuo dato & facto tantum, teneturne etiam de facto hæredis ſui. *ibid.*

§. VI.

An ſufficiat ad evictionem, quod fuerit avocata poſſeſſio ſine dominio, & quid ſi per compromiſſum?

18 An ſufficiat avocatio poſſeſſionis ſine dominio. *ib.*
19 Quid ſi res fuit evicta per compromiſſum. *ibid.*
20 Quando dicatur compromiſſum neceſſarium. *ib.*

§. VII.

Ut debeatur evictio, an debeat appellari a ſententia?

21 Sententia, quæ affirmat. *ibid.*
22 An Venditor poſſit appellare a ſententia. *p. 414.*

§. VIII.

Evictio proveniens a ſententia injuſta, aut per Judicis imprudentiam, an & quando debeatur.

23 An evictio proveniens a ſententia injuſta debeatur. *ibid.*
24 An Venditor teneatur de evictione, ſi emptor per violentiam fuit ſpoliatus ſua poſſeſſione via facti. *ibid.*
25 Quid ſi venditor promiſit defendere de jure & de facto. *ibid.*

§. IX.

An debeatur evicto, quæ ſequitur ex natura rei, vel negotii?

26 An debeatur evictio, quæ ſequitur ex natura rei vel negotii. *ibid.*
27 Ex quibus contractibus regulariter debeatur evictio. *ibid.*
28 An emptor, cui res aliena fuit vendita, agat de evictione. *ibid.*

§. X.

Evictio, damna, & intereſſe an & quando debeantur ex venditione rei alienari prohibitæ.

29 An debeantur? *ibid.*
30 An, qui alienavit contra expreſſam prohibitionem, ſi tenetur de evictione, poſſit revocare alienationem. *ib.*
31 Quid ſi alienatio fuit facta propter neceſſitatem hæredis gravati, & prohibiti alienare, an valeat alienatio. *p. 415.*
32 An non obſtante expreſſa alienationis prohibitione valeat alienatio facta ab ignorante. *ibid.*
33 Quid ſi alienatio fuit facta lite pendente, & amplius haberi non poſſit. *ib.*
34 Emptor malæ fidei, ſi non eſt ſtipulatus pretium rei evictæ, an aliquid conſequatur. Quid de emente rem ſcienter alienari prohibitam. *ibid.*

§. XI.

Quando alienans bona prohibita alienari, poſſit illa recuperare non obſtante obligatione evictionis.

35 An pater alienans bona adventitia filii poſſit rem a ſe alienatam vendicare, quando non. *ibid.*
36 Et quibus in caſibus. *ibid.*

§. XII.

An & quando debeatur evictio pro re legata?

37 An evictio debeatur pro re legata. *ibid.*
38 Quid in legato rei communis. *ibid.*
39 Quid in re legata in ſpecie. *ibid.*
40 Evictio in legatis ſeu prælegatis uni perſonæ factis, quando debeatur, & quomodo. *pag. 416.*
41 Quot remediis hæres teneatur de evictione. *ibid.*

§. XIII.

Evictio an concedatur in donatione.

42 An Donator teneatur de evictione, & quando. Et quid teneant communiter Doctores. *ibid.*
44 Quid ſi donator expreſſe promiſit evictionem. *ib.*

§. XIV.

An vendens bona ſubiecta fideicommiſſo aut alteri, obligata emptori teneatur de evictione.

45 Alienans bona fideicommiſſo ſubjecta, aut alteri obligata, ad quid teneatur? *ibid.*
46 Quid ſi emptor ſcivit rem eſſe ſubjectam fideicommiſſo. *pag. 417.*

§. XV.

Evictionis actio in diviſione bonorum fideicommiſſo ſubjectorum, ac ſimilium an detur?

47 An evictio debeatur in diviſione bonorum. *ibid.*
48 An diviſio bonorum erronea cognito errore rectractetur. *ibid.*
49 An evictio debeatur in feudo. *ibid.*
50 An evictio habeat locum in Eccleſia, pio loco, ac Beneficiis, & quando. *ibid.*
51 Quid in beneficiis contra Collatorem. *ibid.*

§. XVI.

An evictio debeatur in retractu?

52 An Venditor teneatur de evictione, ſi res vendita fuit retracta. *ibid.*

§. XVII.

An & quando evictio procedat in permutatione, tranſactione, datione in ſolutum?

53 An permutantes teneantur de evictione. *ibid.*
54 An in tranſactione. *pag. 418.*
55 An evictio competat, quando res fuit data in ſolutum. *ibid.*

§. XVIII.

Miſcellanea de evictione.

56 Evictio, cum imminet in limine contractus, ad quid teneatur venditor. *ibid.*
57 Qualiter debeatur in diviſione bonorum, remiſſive. *ibid.*
58 Quando ceſſet? Et an debeatur expulſo de facto? *ibid.*
59 Quid ſi evictio fit culpa aut facto illam patientis. Et tunc an ſufficiat generalis promiſſio evictionis. Quid ſi provenit ex Judicis imperitia, & alii caſus, in quibus non debetur. *ibid.*
60 An debeatur ante ablatam ab emptore poſſeſſionem. *ibid.*
61 An hæres alienantis feudum teneatur de evictione, quando non. *ibid.*
62 Denuntiatio litis motæ quando fieri debeat. *ibid.*
63 An ſi Venditor in venditione fecit pactum ſe nolle teneri de evictione, ad quid teneatur. *& num. 64. ibid.*
65 An Venditor laudatus teneatur in foro emptoris litem defendere. *pag. 419.*
66 Evictione per Venditorem promiſſa, ut ad illam agatur, quid debeat conſtare. *ibid.*
67 Et quid ultra requiratur. *ibid.*
68 An Venditor teneatur evictione illi, qui compellitur reſtituere ob jus retractus. *ibid.*
69 Venditor an teneatur de evictione, ſi ignoravit bona, quæ vendidit, eſſe prohibita alienari. *ibid.*
70 An, qui promiſit evictionem tantum quoad ſortem principalem cenſus, teneatur ultra conventa. *ibid.*
71 Evictio promiſſa cum obligatione, quod debitor ceſsus eſt ſolvendo, eumque manutenendi, quantum operetur. *ibid.*
72 Promittens de ſuo dato & facto ſine taxativa *tantum*, an teneatur etiam de evictione pro dato & facto hæredis. *ibid.*
73 Emptori violenter & de facto ſpoliato, an competat actio evictionis ſi venditor promiſit, quod velit teneri de evictione. *ibid.*
74 Evictio an debeatur de natura venditionis, quamvis non fuerit promiſſa. *ibid.*
75 Vendens rem cum alio communem an teneatur eam libere tradere, ſi in contractu mentio communionis non fuit facta. *ibid.*

EXCE-

EXCEPTIO.

§. I.

De Exceptionibus in genere, earum essentia, & divisione.

1 Exceptio quid sit, & quotuplex. *ibid.*
2 Dilatoria in quotuplici differentia sit. *ibid.*
3 Peremptoria exceptio quid sit. *pag.* 420.
4 A quo exceptio probari debeat. *ibid.*
5 Excipiens an videatur fateri ea, quæ in exceptionibus comprehenduntur. *ibid.*

§. II.

De illis, qui possunt excipere vel non.

6 An possint excipere Rei, & eorum hæredes, an eorum fidejussores. *ibid.*
7 An Judex, ad quem non tantum possit cognoscere, an bene vel male fuerit rejecta exceptio, sed etiam super causa principali. *ibid.*
8 An Excommunicatus comparens in Judicio tanquam Reus possit excipere vel appellare, & an reconvenire actorem. *ibid.*
9 Excommunicationis quando possit opponi, & quot modis opponi possit? *& n.* 10. *ibid.*
11 An habens plura Beneficia, si contra alium excipit de pluralitate Beneficiorum, an audiatur. *ibid.*
12 Quid si exceptione oppositа, illa non obstante Judex procedit in negotio. *& n.* 13. *ibid.*

§. III.

Quæ exceptiones non comprehendantur in statuto prohibente exceptiones.

14 Quid si exceptiones sunt juris, & statuentes sunt inferiores. *ibid.*
15 An statutum rejiciens omnes exceptiones censeatur rejicere illam in qua statutum se fundat, ubi exemplificatur. *ibid.*
16 Exceptio *inhabilitatis personæ* agentis an censeatur rejecta a statuto. *p.* 421.
17 Quid de exceptione notaria. *ibid.*
18 Quid de exceptione quæ potest probari incontinenti, & quando. *ibid.*
19 Quid in exceptione *erroris*. *ibid.*
20 Quid si inest ex natura rei. *ibid.*
21 Quid in exceptione *motus*, & aliquot limitationes. *ibid.*
22 Quando præsumatur metus reverentialis & in quibus. *ibid.*
23 Quid in exceptione *simulationis*, quædam limitationes. *ibid.*
24 Quid in exceptione quæ oritur ex instrumento, aliquot ejus exempla. *pag.* 422.
25 Hæc exceptio a quo possit opponi, & exemplificatur ac modificatur. *ibid.*
26 Quid si pendente judicio actor, qui prius conventa non implevit, velit implere, cum distinctione. *ibid.*
27 Quid in exceptione quæ fundatur in confessione partis, & quid si confessio fuit extrajudicialis, & geminata. *& n.* 28. *ibid.*
29 Quid in confessione facta in judicio parte absente, aut extrajudiciali jurata. *pag.* 423.
30 Quid in exceptione quæ fundatur in alio instrumento. *ibid.*
31 Quid in exceptione *compensationis*, & quid quando promissio de solvendo fuit jurata, potestne opponi compensatio? diversæ sententiæ cum suis limitationibus. *& n.* 32. *ibid.*
33 An compensatio quæ potest opponi contra cedentem, possit etiam opponi contra cessionarium, & an possit etiam opponi a fidejussore. *& n.* 34. *ibid.*
35 An possit opponi si debitum est litigiosum. *ibid.*
36 Quid in exceptione *cessionis bonorum*. *ibid.*
37 Quid in exceptione *incompetentiæ Judicis*. *ibid.*
38 Quid in *recusatione Judicis*. *ibid.*
39 An exceptio *recusationis Judicis* possit tolli a statuto. *pag.* 424.
40 An hæc exceptio habeat locum contra merum Executorem. *ibid.*
41 Quot esse possint causæ recusationis. *ibid.*
42 Quid in exceptione quæ patet ex inspectione instrumenti. *ibid.*
43 Quid in exceptione *nullitatis*. *ibid.*
44 Quid si statutum excluserit exceptionem nullitatis, quibus tamen casibus adhuc hæc opponi possit. *ib.*
45 Exceptio quæ causatur ex dolo alterius, seu partis adversæ an non obstante statuto opponi possit. *ibid.*
46 Quid in exceptione *solutionis*. *ibid.*
47 Quid in exceptione *S. C. Macedoniani* aut *Vellejani*. *ibid.*
48 Quid in exceptione falsitatis. *ibid.*
49 An credatur Notario asserenti se confeciisse falsum instrumentum. *pag.* 425.
50 Exceptio *rei non existentis* an censeatur a statuto rejecta. *ibid.*
51 Exceptio moratoria, quidatica, aut quinquennalis dilationis an censeatur excluſa. Et quousque tales moratoriæ extendantur. *ibid.*
52 An Princeps sæcularis possit concedere moratoriam illi, qui est debitor Ecclesiæ, cur non. *ibid.*
53 An dilatio concessa debitori prosit etiam fidejussori. *ibid.*
54 Ad quid teneatur debitor, qui obtinuit moratoriam. *ibid.*
55 Quid si debitor non vult præstare cautionem de solvendo in fine dilationis, sed vult dare pignora sufficientia. *ibid.*
56 Quid in exceptione *conditionis non impletæ*. *ibid.*
57 Quid in exceptione *restitutionis in integrum*. *ibid.*
58 Quid in exceptione, quæ perimit actionem ipso jure. *pag.* 426.
59 Quid in exceptione quæ provenit ex facto adversarii. *ibid.*
60 Quid in exceptione quæ provenit ex inhabilitate personæ contrahentis. *ibid.*
61 Quid in exceptione quæ provenit ex defectu formæ. *ibid.*
62 Quid in exceptione quod dies solutionis nondum advenerit. *ibid.*
63 An denuntiatio evangelica aliquando censeatur excluſa. *ibid.*
64 Quid in exceptione *non numeratæ pecuniæ*. *ibid.*
65 An exceptio quod obligatio fuit facta sine causa, censeatur excluſa a statuto? *ibid.*

§. IV.

Miscellanea exceptionis.

66 Quot modis exceptio possit opponi. *ibid.*
67 Exceptionis *perjurii* effectus. *ibid.*
68 *Mandati* an sit peremptoria. *ibid.*
69 *Rei judicatæ* quomodo tollatur. *ibid.*
70 Dilatoria solutionis quando possit opponi. *ibid.*
71 Patenter calumnioſa an sit rejicienda & qualis dicatur talis. *ibid.*
72 *Perjurii* quamdiu possit opponi. *ibid.*
73 *Non implementi* quibus in contractibus repellat agentem. *ibid.*
74 Quænam sit exceptio emergens. *ibid.*
75 An *non implementi* probetur per possibile. *p.* 427.
76 Exceptio juris dubii cui æquiparetur. *ibid.*
77 *Nullitatis census* in quo judicio non admittatur. *ib.*
78 *Anterioris hypothecæ* an excludat posteriorem creditorem. *ib.*
79 *Crediti anterioris* quem creditorem repellat. *p.* 525.
80 *Fideicommissi* ad quod judicium rejiciatur. *ib.*
81 *Juris tertii* a quo possit allegari. *ibid.*
82 *Læsionis*, in quo judicio admittatur. *ibid.*
83 *Non numeratæ dotis* cui possit opponi, & a quibus, ac quando. *ibid.*
84 *Non numeratæ pecuniæ* an possit tolli per statutum. *ibid.*
85 *Melioramentorum* an impediat executionem rei judicatæ. *ibid.*
86 *Attentatorum* an suspendat sententiæ executionem. *ibid.*
87 *Rei non traditæ* an retardet executionem contra instrumentum. *ibid.*
88 *Solutionis*, *pacti*, *transactionis*, & *rei judicatæ* an suspendant executionem. *ibid.*
89 Mere personalis an transmittatur, & quid *evictionis imminentis*. *ibid.*
90 *Rei non traditæ* in quem transferat onus probandi. *pag.* 428.
91 *Recusationis Judicis* quando sit proponenda. *ibid.*
92 An *recusationis Judicis* possit prohiberi a statuto. *ibid.*
93 Exceptio *dolo petis quod statim restituturus es* an habeat locum in judicio spolii. *ibid.*
95 *Compensationis* dilatoria quando sit proponenda, diversæ sententiæ. *ibid.*
96 *Metus* a statuto rejicientis omnes exceptiones an censeatur excluſa? *ibid.*
96 *Remissionis pensionis*, quando dicatur renuntiatum. *ib.*

98 *Contra perſonas, & dicta teſtium* quando non admittatur. *ib.*
99 Exceptiones contrariæ an poſſint a reo convento opponi. *ib.*
100 Excipiens *de compenſatione* an ſe fateatur debitorem. *ibid.*
101 Exceptiones incontinenti probatæ vel probandæ an admittantur in quolibet judicio. *ibid.*

EXCESSUS.

1 Exceſſus in ſubhaſtatione facta de bonis in executionem non comprehenſis an reddat nullam ſubhaſtationem. *ibid.*
2 Exceſſus in re an vitiet liberationem, quid ſi ſimul eſt in ſumma. *ibid.*
3 Exceſſus in ſententiæ quid operetur. *ibid.*
4 An exceſſus præſumatur. *p.* 429.
5 Exceſſus ſententia in parte an reddat eam injuſtam in toto. *ibid.*
6 Exceſſus mandati, ſi fuit datum executioni, quid operetur. *ibid.*

EXCOMMUNICATI, vide *Cenſura*.

¶ EXCULPATIO.

1 Exculpatio offenſi defuncti qualiter tollat omnia indicia contra inculpatum de delicto; quid ſi plene conſtet de delicto, vel per indicia urgentiſſima? *ib.*
2 Exculpatio ſocii criminis, vel mandatarii qualiter relevet ſocium, ſive mandantem? Socius criminis exculpans, ut exculpato proſit, debet eſſe in carceribus, & cum tortura, alias præſumitur corruptus. Offenſus negando ſe fuiſſe ab aliquo offenſum, non probat in præjudicium fiſci. *ibid.*
3 Exculpatio facta in articulo mortis, in Conforteria, vel patibulo, qualiter relevet inculpatos? *& n.* 6. *ibid.*
4 Exculpatio facta per non exiſtentem in fortiis Curiæ, & ſic extrajudicialiter, an ſit attendenda, & an noceat exculpanti. *ibid.*
5 Exculpatio mandatarii aſſerentis ſe occidiſſe ex propria cauſa, vel inimicitia, & non de alterius mandato, qualiter proſit mandanti? *ibid.*
6 De Exculpatione facta in articulo mortis, vel patibulo a teſte, vel ſocio criminis, qualiter tollat omne indicium ex inculpatione reſultans, & alia remiſſive. *ibid.*
7 Exculpatio vulnerati, vel aliter offenſi, an & quando relevet inquiſitum? *ibid.*

EXCUSSIO, vide *Debitor*.

EXECUTIO & EXECUTOR.

§. I.

Executio & Executor in genere.

1 Executio ſententiæ contra principalem, contra fidejuſſores ſi non fuerunt citati, an fieri poſſit, *p.* 430.
2 An executio ſententiæ retardetur reviſione petita. *ib.*
3 An impediatur, ſi ejus nullitas apparet ex actis, & quando. An retardetur per exceptionem melioramentorum, & quibus aliis modis. Executio ſententiæ Judicis a quo, qui lapſo termino ad docendum de proſecutione appellationis executus fuit an dicatur attentata. *ibid.*
4 Rei judicatæ in quibus fieri non poſſit. *ib.*
5 An poſſit fieri contra tertium poſſeſſorem, qui lite pendente rem acquiſivit. *ib.*
6 An recta via poſſit fieri contra tertium poſſeſſorem in quem res litigioſa tranſit. *ibid.*
7 *Sententiæ* facta termino pendente ad appellandum an privet poſſeſſorem ſua poſſeſſione. *ibid.*
8 Rei judicatæ an poſſit impediri a tertio exceptione melioramentorum. *ibid.*
9 Rei judicatæ in materia habente tractum ſucceſſivum. *ibid.*
10 Executio decreti in poſſeſſorio ſummariiſſimo an ſuſpendatur per appellationem a ſententia lata in petitorio. *ibid.*
11 Debiti confeſſati an poſſit retardari prætextu non redditæ rationis. Crediti liquidi vigore obligationis cameralis an retardetur exceptione fideicommiſſi. *ibid.*
12 Executio manutentionis a quo Judice peti poſſit, ſi cauſa fuit commiſſa cum clauſula *ſine præjudicio*. *ibid.*
13 Contra ſingularem ſucceſſorem uti emptorem ob ſententiam latam contra Venditorem in re vendita an fieri poſſit. *pag.* 431
14 Legati, cui fuit legata ſpecies exiſtens in aliqua Diœceſi ad quem ſpectet. *ibid.*
15 Ultimarum voluntatum quando ſit popularis. *ib.*
16 Teſtamenti, ſi nullus fuit conſtitutus executor ad quem pertineat. *ibid.*
17 Piæ cauſæ an ſit mixti fori. *ibid.*
18 Obligationis quando retardatur. *ibid.*
19 Teſtamenti profani ad quem ſpectet. *ib.*
20 Executionem habens paratam an habeat opus libello, aut litis conteſtatione. *ibid.*
21 An executive procedatur pro legatis conſequendis. *ibid.*
22 Teſtamentarius univerſalis an poſſit vendere bona hæreditaria ad exequendum? quid in particulari? *ibid.*
23 Executores teſtamentarii ſi ſunt plures Laici, & unus Clericus, coram quo judice ſint convenendi. *ib.*
24 Si teſtator juſſit pecuniam pauperi dare & duos executores deputavit, poteſtne unus eorum nominare alterum, ſi pauper vere ſit. *ibid.*
25 Executor ſententiæ an debeat admittere exceptiones merita cauſæ concernentes. *p.* 432.

§. II.

Executor Apoſtolicus.

26 Executor litterarum Executorialium an teneatur illas partibus intimare. *ibid.*
27 Quando ſit merus. *ib.*
28 An poſſit exequi litteras ante earum præſentationem. *ibid.*
29 An litteras directas Vicario poſſit exequi Epiſcopus, & e contra. *ibid.*
30 An Executor delegatus poſſit alium delegare pro executione. *ibid.*
31 An Delegatus poſſit ſubdelegare, ſi fuit illius conſcientia onerata. *& n.* 32. *ibid.*
33 Quid de verificatione cauſæ, an ad illam poſſit alius ſubdelegari. *ibid.*
34 Regula, quod Delegatus Principis poſſit ſubdelegare, quas patiatur reſtrictiones. *ibid.*
35 An Vicarius ſucceſſor poſſit exequi illa, quæ fuerunt commiſſa Vicario anteceſſori. *& n.* 36. *p.* 433.
37 Et quid dicendum de Vicario capitulari. *ib.*
38 Quæ obſervare debeat Executor ante executionem? Quando dicatur gratia facta, quando facienda. *& n.* 39. *& 40. ibid.*
41 Quid ſi Delegatio fuit facta ad arbitrium delegantis. Quando illa exſpiret. *ibid.*
42 An valeat executio, ſi non fuit ſervata forma Brevis. *p.* 434
43 An Executor Apoſtolicus in materia juſtitiæ teneatur citato mittere originalem commiſſionem. *ib.*
44 Quamdiu durent reſcripta juſtitiæ. *ibid.*
45 Reſcriptum dubium qualiter ſit interpretandum. *ib.*
46 Quis dicatur executor merus, qui mixtus. *ibid.*

§. III.

De executione in forma gratioſa?

47 Quis dicatur executor litterarum in forma gratioſa. *ibid.*
48 Et quis dicatur executor litterarum Apoſtolicarum in forma *Dignum*. *p.* 435.
49 An executor tam in forma gratioſa, quam in forma *Dignum* dicatur executor merus, quando non. *ibid.*

§. IV.

Quis ſit legitimus Contradictor?

50 Quis ſit legitimus Contradictor, & quæ requirantur ad hoc. *ibid.*
51 Quando proviſus ab Ordinario ſit legitimus contradictor contra proviſum a Papa. *ibid.*
52 An ſit legitimus Contradictor præſentatus, ſed nondum inſtitutus ad impediendam gratiam in forma *Dignum*. *ibid.*
53 Quamdiu duret juriſdictio Executoris Apoſtolici, tam in forma *Dignum*, quam gratioſa. *p.* 436.
54 In profanis quis ſit legitimus contradictor, uti in hæreditate. *ibid.*
55 An & quomodo Executor teſtamentarius ſit legitimus contradictor. *ibid.*
56 An venter prægnans, & quando. *& n.* 57. *ibid.*
58 Capitulum an ſit legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem in poſſeſſionem Canonicatus proviſo Apoſtolico. *& n.* 59. *ibid.*
60 An filius, qui aliquam partem bonorum loco legitimæ occupavit, & vult impedire, ne hæres in ea inſtituatur, eſtne legitimus contradictor. Ubi aliquæ limitationes. *ibid.*
61 Quid de fideicommiſſario, poteſtne pro indiviſo

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

in parte in poſſeſſionem ſingulorum bonorum immitti. *ibid.*
62 An hæres ſit legitimus contradictor ratione melioramentorum ad impediendam fideicommiſſarii immiſſionem. *ibid.*
63 An Dominus directi defuncto emphyteuta ad impediendam immiſſionem hæredis. *p.* 437.
64 An Legatarius, qui propria authoritate obtinuit poſſeſſionem ex licentia hæredis. *ib.*
65 An habens titulum a defuncto & poſſeſſionem a ſe. *ibid.*
66 An venientes ab inteſtato, ſi non poſſident, nec allegant aliquam cauſam excluſivam juris hæredis. *ibid.*
67 Subſtitutus ſub conditione, pendente conditione, eritne legitimus contradictor, ubi diſtinctione decidetur caſus. *& n.* 68. *ib.*
69 Quis ſit Contradictor directus, & quis indirectus. *ibid.*
70 Citatus an ſit legitimus contradictor ad retardandam viam executivam. *ibid.*
71 An poſſidens cum vitio. *p.* 438.
72 Ut quis ſit legitimus contradictor, quæ requirantur. *ibid.*
73 Titulum & poſſeſſionem habens a Teſtatore an ſit legitimus Contradictor. *ibid.*
74 An fideicommiſſarius non poſſidens, & qui non poteſt propria authoritate poſſeſſionem capere, an ſit legitimus contra hæredem potentem immitti. Quid ſi cæpit poſſeſſionem. Quid ſi obtinuit poſſeſſionem non vacantem. *& n.* 75. *& 76. ibid.*
77 Quid ſi obtinuit poſſeſſionem a tertio privata, & eſt paratus incontinenti docere de jure ſuo. *ib.*

§. V.

De modo tenendo ab Executore, tam in forma dignum, *quam in forma gratioſa.*

78 Quomodo Executor litterarum Apoſtolicarum debeat exequi. *p.* 439
79 Quænam teneatur verificare Executor in forma *Dignum*. Quid ſi adeſt legitimus contradictor. *ib.*
80 Quænam debeat verificare Executor in forma gratioſa. *ib.*
81 Quid impetrans in forma gratioſa debeat verificare. Diverſæ ſententiæ. *& n.* 82. *ibid.*
83 Executor in forma *Brevis* quis, & quid ſit Breve, & quomodo olim concedebatur, & quomodo hodie. *& n.* 84 *ad* 93. *ibid.*
94 Executor in forma *Brevis* quænam debeat obſervare. *& n.* 95. *pag.* 440.
96 Qualiter exequenda gratia *ſi neutri*, & quid hæc gratia importet. *ib.*

§. VI.

Executio Brevis pro abſolutione irregularitatis, ob homicidium.

97 Executio Brevis pro abſolutione irregularitatis cum formula. *& n.* 98. 99. *&* 100. *ib.*

§. VII.

201 *Executio Brevis pro conceſſione oratorii privati pro Baronibus & Principibus. & n.* 102. *pag.* 441.

§. VIII.

103 *Executio litterarum Apoſtolicarum, in quibus fit proviſio Beneficiorum, uſque ad n.* 110. *incluſive. ib.*

§. IX.

Executio litterarum in diſpenſatione matrimonii.

111 An Executor, priuſquam litteræ apoſtolicæ fuerint præſentatæ, aliquam acquirat juriſdictionem & qualem. *ibid.*
112 An oratores contrahentes matrimonium non exhibitis litteris, valide contrahant. *ibid.*
113 Præſentatis litteris Delegatus quid debeat obſervare. *p.* 442.
114 An ceſſet delegatio mortuo Delegante, etiam re integra, cur non. *ib.*
115 Quæ ſit differentia inter verbum *ortus* & verbum *oriundus*, & quomodo verificentur. *ib.*
116 In dubio impedimenti, quid judicandum. *ib.*
117 Explicantur clauſulæ litterarum apoſtolicarum. *& n.* 118. *&* 119. *ibid.*
120 An impedimentum probetur ſufficienter oratorum confeſſione, ſed qualiter probandum. *ibid.*
121 An clauſula *ſi preces veritate nitantur*, referatur ad omnia narrata; quid ſi agitur de præjudicio tertii. *ibid.*
122 An pro verificandis litteris ſit neceſſaria cognitio judicialis, vel ſufficiat extrajudicialis. *ibid.*
123 Quinam teſtes admittantur ad probanda impedimenta matrimonii. *ibid.*
124 An Delegatus poſſit teſtes cogere cenſuris. *ibid.*
125 An clauſula, *ſi preces veritate niti repereris*, faciat Delegatum eſſe executorem mixtum, aut merum. *pag.* 443.
126 Quid ſit Executor merus, quid mixtus, & quas uterque exceptiones admittere debeat, & quas non. *ibid.*
127 An quo tempore narrata Pontifici debeant eſſe vera, an a die natæ, an executionis. *ib.*
128 Quid operetur clauſula: *ſuper quo conſcientiam tuam oneramus*. *ib.*
129 Delegatus ſi delinquat in cauſa delegata a quo ſit puniendus cum diſtinctione. *ibid.*
130 Quibus perſonis ſoleant, & debeant committi diſpenſationes matrimoniales, an poſſint ſubdelegari in dignitate non conſtituti. *ib.*
131 Quid importet clauſula: *Tunc cum NN.* *ib.*
132 Quid ſi unus ex oratoribus aut ambo poſt obtentam diſpenſationem & ejus executionem cum alia perſona contrahant, & hæ moriantur, poſſuntne uti diſpenſatione executa. *ibid.*
133 Clauſula *dummodo dicta mulier propter hoc &c.* quomodo verificetur. *ibid.*
134 Clauſula *non obſtantibus* an deroget regulis Cancellariæ, *pag.* 444.
135 *Matrimonium publice*, quando dicatur contractum publice, an, qui credentes ſe laborare impedimento, quo tamen non laborant, contrahunt, valide contrahant. *ibid.*
136 Quomodo matrimonium conditionatum fiat purum. *ib.*
137 Quid debet facere ordinarius, ſi impedimentum inter oratores fuit denuntiatum, ſi ſciat in foro interno fuiſſe diſpenſatos. Clauſula *ſervata forma Concil. Trid.* an hac clauſula non obſtante Ordinarius poſſit in denuntiationibus diſpenſare. *ibid.*
138 *Et in eo poſtmodum libere remanere*, quid hæc clauſula operetur. *ibid.*
139 *Authoritate noſtra diſpenſes* an ante effectivam executionem poſſint oratores valide contrahere. *ib.*
140 Quid ſi Delegatus dubitans de validitate matrimonii pro foro externo nollet exequi, & interea moreretur, poſſentne adiri ſucceſſor in officio, & quando. *ibid.*
141 An gratia & diſpenſatio facta expiret morte concedentis, & quomodo dignoſcatur gratiam eſſe factam vel faciendam. *ib.*
142 An delegatus in executione diſpenſationis poſſit oratoribus imponere aliquam mulctam. *p.* 145.
143 An diſpenſatio finiatur unico actu? & quid ſi uno ex diſpenſatis mortuo, ſuperſtes vult contrahere cum alio conſanguineo, egetne nova diſpenſatione. *ibid.*
144 Litteræ apoſtolicę ſine data an valeant. *ib.*

§. X.

Forma diſpenſationum in matrimonialibus.

145 Forma diſpenſationis in matrimonio. *ibid.* & *ib.*

¶ EXEMPLA.

§. I.

Exempla non reſtringunt regulam, & quando ſecus?

1 Exempla non reſtringunt regulam, remiſſive. *pag.* 446.
2 Quomodo lex exorbitans habeat locum? *ibid.*
3 Si per modum formæ exemplum tradatur, an reſtringat regulam? *ibid.*
4 An in juramento quod præſtatur ſuper quarta dilatione obtinenda? *ibid.*
5 An in modo eligendi per ſcrutinium? *ib.*
6 In exemplis de Epiſcopo loquentibus, an in inferiore habeant locum, & quando? *ibid.*
7 Si Doctores loquantur de caſu fortuito in ſe ſuſcepto, quod non comprehendat inſolitum, qui raro ſolet evenire, an reſtringant regulam? *ibid.*
8 An diſpoſitio generalis reſtringatur, etiam ſi dicatur per modum exempli &c. *ibid*

§. II.

Exempla declarant regulam, & multa operantur.

2 Exempla declarant regulam, & aperiunt, remiſſive, & expenditur argumentum Clari. *& n.* 2. *&* 3. *ib.*
4 Qualis ſit vis exemplorum? *& n.* 5. *&* 6. *ibid.*
7 Cavendum eſt malo exemplo. *& n.* 8. *&* 9. *ibid.*
10 Quid operentur exempla & obſervantia in terris Eccleſiæ ſuper uſuris permiſſis Hebræis? *ibid.*

BIBLIOTECA ARANDA

11 Quomodo interpretentur exempla bona ex geſtis a Principe religioſo, etiam quod ſonent in malum? *ibid.*

§. III.

Exemplis non eſt judicandum, & quando ſecus.

1 Cur exemplis non eſt judicandum, & quando? *& n. 2. & 3.* *ibid.*
4 Quando judicatum fuit per Rotam, vel magnos Judices, an præſumptio ſit quod judicium fuerit bonum, & quid operetur hoc exemplum? *ibid.*
5 Quid ſi ſimus in caſu dubio, vel judicatum fuerit contra legem ad inducendam conſuetudinem? *& n. 6.* *ibid.*
7 Qualiter procedendum ſi latæ ſint ſententiæ, quæ conſuetudinem inducunt contra legem? *ib.*

§. IV.

Exemplum, & copia non probat, & quando ſecus?

1 An exemplum, & copia Iſtrumenti ſumptum ex alia copia in quodam proceſſu, probet? *ib.*
2 An exemplum, & copia regulariter probet, etiamſi producatur originale, a quo fuit ſumptum exemplum. *ibid.*
3 Quomodo procedat, ſi quis producat talem copiam & ſcripturam, ſeu proceſſum non authenticum? *pag.* 447.
4 Quid ſi exemplum ſit antiquum? *ibid.*
5 Quid ſi ſit authentica? *ibid.*
6 Quid ſi parte citata? *ibid.*
7 Undenam conſtare debeat licentia exemplandi, ſeu authenticandi aliena inſtrumenta? *ibid.*
8 Qualiter procedat, quando eſſet ab eodem qui fecit originale cum ſolemnibus requiſitis? *ibid.*
9 Item quando a Notario, cui imbreviaturæ defuncti notarii ſunt commiſſæ? *ibid.*
10 Item quando fieret tranſumptatio authoritate Judicis citata parte? *ibid.*
11 An recurratur ad originale, ſi tranſumptata plura eſſent diverſa? *ibid.*
12 An valeat inſtrumentum tranſumptatum ab alio notario, quam ab eo qui fuit rogatus? & de materia. *& n. 13.* *ibid.*
14 Non plus creditur copiæ, quam originali. *ibid.*
15 An plus poſſit probare teſtis de auditu a tertio, quam probat ille tertius a quo audivit? *ibid.*
16 An quod dicitur de primo exemplo, quod non probet, dicatur etiam de exemplo exempli? *ibid.*
17 Quid ſi exemplum mandati eſt in actis, & in ſententia dicitur, quod fuit productum inſtrumentum, vel Notarius atteſtatur hoc, an tale exemplum probet? *ibid.*
18 An in parte citata, & nihil opponente ſimplex copia probet? *ibid.*
19 Quando copia habet obſervantiam, an probet? *ib.*
20 Quid ſi ſit exemplatum parte citata, vel ſimus in antiquis ultra centum annos? *ibid.*
21 Uſque quo computetur tempus antiquum? *ibid.* ¶

EXEMPTIO.

§. I.

Quid & quotuplex ſit exemptio?

1 Quid ſit exemptio, & de illius diviſione. *ibid.*
2 In dubio exemptio an præſumatur realis, vel perſonalis, & quomodo ſit interpretanda. *& n. 3.* *ibid.*
4 An exemptio ſit favorabilis, vel odioſa. *ibid.*
5 Et qualis ſimpliciter reputetur. *p.* 448.

§. II.

Quis poſſit eximere?

6 An Imperator poſſit eximere Eccleſiaſticos, aut Laicos contra Eccleſiaſticos. *ibid.*
7 Epiſcopus an poſſit ſuos ſubditos in totum eximere. *ibid.*
8 An Archiepiſcopus in ſua Dięceſi, an in Dięceſi ſuorum ſuffraganeorum. *ibid.*
9 An legatus a latere eximere poſſit. *ibid.*
10 An Pontifex a ſua juriſdictione in totum eximere poſſit. *ibid.*

§. III.

Exemptio an poſſit acquiri præſcriptione?

11 An exemptio poſſit acquiri præſcriptione. *ibid.*
12 Et qualiter probanda hæc præſcriptio. *ibid.*
13 Exemptio a reverentia Epiſcopis debita, an in totum præſcribi poſſit. *ibid.*
14 An Epiſcopus contra exemptum ſuam juriſdictionem recuperare poſſit. *ibid.*
15 An ſcriptura ſit de ſubſtantia exemptionis. *ibid.*

§. VI.

Qualiter probetur exemptio?

16 Exemptio an præſumatur, cur non. *pag.* 449.
17 Quomodo probetur. *ibid.*
18 Exemptus an teneatur Ordinario edere ſcripturam exemptionis. *ibid.*
19 Ex quibus verbis probetur conceſſa exemptio. *ib.*
20 Quid ſi Pontifex aliquos recipiat in filios, eruntne tales exempti. *ibid.*
21 Quid ſi Eccleſia alicui fuit conceſſa pleno jure, & quando dicatur pleno jure ad aliquem ſpectare. *ibid.*
22 An verba enuntiativa Papæ vel Principis probent exemptionem, & cum qua diſtinctione. *ibid.*
23 An ſolutio cenſus ratione perceptæ libertatis probet exemptionem. *ibid.*

§. V.

Requiſita pro valore exemptionis.

24 An privilegium conceſſum non citato illo, cujus intereſt, valeat. Diverſæ ſententiæ. *ibid.*
25 An Papa non obſtante Conc. Lateran. ſub Leone X. poſſit aliquem eximere nemine citato. *p.* 450.

§. VI.

An & quæ Monaſteria ſint exempta?

26 Quæ Monaſteria ſint exempta a Lege Dięceſana, & non a Lege juriſdictionis. Et quid ſit Lex juriſdictionis. Quid Lex Dięceſana. *& num.* 27. *& 28.* *ibid.*
29 An Apoſtatæ retineant exemptionem. *ibid.*
30 An quando Canonici ſunt exempti, ſit etiam exemplum Capitulum, & e contra. *ibid.*
31 An exemptus habens jus ceſſum a non exempto utatur privilegio exemptionis, vel jure privato cedentis. *ibid.*
32 An exemptus a juriſdictione Legati ſit etiam exemptus a juriſdictione Ordinarii. *ibid.*
33 Uxor an gaudeat privilegiis mariti. Quid ſi eſt facta vidua. *ibid.*
34 An familiares exemptorum ſint exempti. *ibid.*
35 An exemptiones cedi poſſint. *pag.* 451.
36 An Eccleſiæ exemptæ gaudeant centenaria præſcriptione Romanæ Eccleſiæ. *ibid.*
37 Si exemptus ædificet in loco non exempto Eccleſiam, an Eccleſia ſit exempta. *ibid.*
38 An exemptio extendatur ad futura. *ibid.*

§. VII.

Quid poſſint exempti, vel non?

39 An exemptus poſſit eſſe arbiter, & ab Ordinario cogi ad ſuſcipiendum arbitrium, & ab arbitrio exempto ad quem appelletur. *ibid.*
40 An exempti poſſint eſſe Tutores. *ibid.*
41 An poſſint fidejubere de judicio ſiſti, cur non. *ib.*
42 An exemptio conceſſa ſimpliciter, eximat univerſaliter. Et an conceſſa exemptione capitis cenſeatur conceſſa exemptio membrorum. Et an exempta Eccleſia cenſeatur exemptus populus; & an exemptis Clericis Eccleſiæ cenſeantur etiam exempti Canonici. *ibid.*

§. VIII.

Quam habeat juriſdictionem Legatus in Exemptos, & Ordinarius?

43 An & quam poteſtatem habeat Legatus a latere in exemptos. *ibid.*
44 An Ordinarius habeat poteſtatem in Exemptos in Dięceſi delinquentes, ut illos punire poſſit juxta ſtatuta Dięceſana. *ibid.*
45 An habeat juriſdictionem in exemptos, ut illos poſſit condemnare in expenſis. *pag.* 452.
46 An exempti obtinentes Parochiales, ſi in illis delinquant, ſubſint juriſdictioni Epiſcopi. *ibid.*
47 An Monaſteria exempta a Lege Dięceſana ſint etiam exempta a Lege juriſdictionis. *ibid.*
48 An, ubi eſt fugæ periculum, poſſint exempti capi, & remitti ad Judicem competentem. *ibid.*
49 An Epiſcopus viſitet Eccleſias curatas exemptorum, aut exemptas. *ibid.*
50 Quis cogat Monaſteria exempta ſervare clauſuram. *ibid.*
51 In quibus exempti ſubſint Epiſcopis. *ibid.*
52 Inter exemptos in cauſa Decimarum quis cognoſcat. *ibid.*
53 Quis abſolvat Moniales exemptas ab excommunicatione. *ibid.*

54 Quis puniat eum, qui ex loco exempto læsit alium existentem in loco exempto. *ibid.*
55 An Prælati exempti ratione membrorum non exemptorum teneantur ire ad synodum, & coram Episcopo possint conveniri. *ibid.*
56 An Episcopi in locis exemptis possint facere solemnes benedictiones, & divina Officia celebrare. *ib.*
57 Monachus in loco non exempto excommunicatus, an maneat excommunicatus, postquam rediit ad Monasterium. *ibid.*
58 An Ordinarius exerceat jurisdictionem contra allegantem se exemptum ex præscriptione, donec probarit præscriptionem. *ibid.*
59 Quis exigat a Religiosis exemptis rationem, si fuerunt executores testamentorum. *ibid.*
60 An Ordinarius possit prohibere, ne excommunicati aut usurarii sepeliantur etiam in loco exempto, qui est in Diœcesi. *ibid.*
61 An ob negligentiam Exemptorum in conferendis Beneficiis devolutio fiat ad Episcopum. *pag.* 453.
62 Quid si exempti in loco exempto committunt delictum, cujus effectus porrigitur extra locum exemptionis. *ibid.*
63 Quid si exempti sunt negligentes in administranda justitia, & non est facilis recursus ad Papam, an Ordinarius possit adiri. *ibid.*
64 In causis mercedum & miserabilium personarum exempti coram quibus conveniantur. *ibid.*
65 Quoad confessiones audiendas an subjiciantur Episcopo. *ibid.*
66 Quis puniat exemptos excedentes in numero campanarum, aut exercentes negotiationem illicitam. *ib.*
67 An Ordinarius cogat exemptos præsentantes aliquem ad curam, ut ei assignent congruam. *ibid.*
68 Quis puniat exemptos tempore interdicti in casibus prohibitis admittentes ad sepulturam usurarios, interdictos, aut excommunicatos. Et alii casus, in quibus subsunt Ordinario. *& n.* 69. 70. 71. 72. *&* 73. *ibid.*

§. IX.

In Judicialibus quomodo procedendum contra exemptos.

74 An in impetratione rescripti contra exemptos sit facienda mentio exemptionis. *pag.* 454
75 An exemptus possit conveniri coram ordinario ex L. *diffamari*. *ibid.*
76 An exemptus a jurisdictione illam prorogare possit. *ibid.*
77 Quis cognoscat de exemptione, si hæc opponitur. *ibid.*
78 Si causa exempti fuit commissa Ordinario, censeturne illius jurisdictio excitata, aut delegata. *ibid.*
79 An instantia incepta contra aliquem transeat in illius hæredem. *ibid.*
80 Finita exemptione an conveniri quis possit coram Ordinario de gestis tempore exemptionis. *ibid.*

§. X.

Quæ observare debeant agentes coram Ordinario.

81 An exemptus possit reconveniri coram Ordinario. *ibid.*
82 An exempti possint cogi ad testificandum, & a quo. *ibid.*
83 Interveniens ad defendendum trahitne causam ad suum Judicem. *ibid.*
84 Sententia lata ab ordinario contra exemptum an valeat. *ibid.*

§. XI.

An exemptiones revocari possint?

85 An exemptio revocari possit, & an etiam Successor eximentis. *& n.* 86. *p.* 455.
87 An exemptio expiret morte eximentis. *ibid.*
88 An cessante causa exemptionis cesset ipsa exemptio. *ibid.*
89 An exemptio censeatur revocata per clausulam generalem *non obstant.* &c. *& n.* 90. *&* 91. *ibid.*

§. XII.

Quibus aliis modis Exemptio amittatur?

92 Quomodo exemptio amittatur, & quot modis. *& n.* 93. *ad* 98. *ibid.*

§. XIII.

Ad quid teneantur exempti, vel non?

99 Interdum an ab Ordinario contra exemptos ferri possit. Exempti an teneantur servare edicta, quæ servat Ecclesia Matrix, & an præscriptio aut consuetudo obstent in contrarium. *p.* 456.
100 An exempti, qui non parent interdicto lato ab Ordinariis, possint ab illo puniri. *ibid.*
101 An Privilegiati a Papa, ne possint excommunicari aut interdici sint exempti a sententiis Ordinariorum, qui non. *ibid.*
102 Exempti an teneantur præstare juramentum fidelitatis ratione populi non exempti. *ibid.*
103 Exempti an teneantur venire ad Synodum Diœcesanam, si habent populum non exemptum. *ib.*
104 Quam jurisdictionem habeant Prælati exempti in suos subditos. *ibid.*
105 Exempti an possint ab Episcopo visitari. *ibid.*
106 Exempti quomodo resignent, aut permutent, & in cujus manibus. *ibid.*
107 Exemptus delinquens intra Diœcesim Episcopi an possit ab illo puniri. Variæ sententiæ. *ibid.*
108 Quid dicendum de illis, qui in casibus permissis Episcopo non obtemperant. *ibid.*
109 An exempti Episcopo teneantur ad jus reverentiale. Diversæ sententiæ. *ibid.*
110 Regulares exempti, qui Ordinario fuerunt præsentati ad audiendas confessiones, si sine justa causa non fuerunt admissi, an possint perinde audire confessiones. *pag.* 457.
111 Si Episcopus celebret in loco exempto, cujus erunt oblationes in missa factæ. *ibid.*
112 An in dispositione generali comprehendantur exempti. *& n.* 113. *ibid.*

§. XIV.

Miscellanea ex prædictis.

114 An exceptio exemptionis aut privilegii impediat manutentionem. *ibid.*
115 An privilegium Pii IV. eximens a Decimis bona Calatravæ Religionis suffragetur pro bonis patrimonialibus. *ibid.*
116 Exemptio a solutione datiorum an suffragetur, si ab exempto 40. annis fuerunt soluta. *ibid.*
117 Exemptio a solutione Decimarum qualiter probari possit. *ibid.*
118 Exemptio a Decimis, quæ debentur jure divino, an veniat sub generali communicatione privilegiorum. *ibid.*
119 Exemptio a jurisdictione Episcopi quomodo resultet. *ibid.*
120 Exemptio concessa citra jurisdictionem in Parochum & populum an conservet Episcopo totum jus Episcopale. *pag.* 458.
121 Exemptio Monialium & Monasterii a jurisdictione quomodo probetur. *ibid.*
122 Exemptio Clericorum tam quoad personas, quam quoad bona, de quo jure sit. *ibid.*
123 Exemptio competens Episcopis, Clericis, & scholaribus, an competat etiam eorum familiaribus. *ibid.*
124 Exemptio contra Principem quanto tempore præscribatur. Et ab transeat ad quemcumque successorem seu possessorem singularem. Et quid in reali. *ibid.*
125 An exemptio ab Episcopo probetur ex sola solutione census Pontifici facta. *ibid.*
126 Exemptio a Decimis Divinis an veniat sub generali communicatione privilegiorum, & quando. *ibid.*
127 Exemptio concessa uni Monasterio propter paupertatem an possit communicari aliis Monasteriis non probata illorum paupertate. Et an paupertate cessante censeatur ipso facto revocatum. Et paupertas a quo sit probanda. *& n.* 128. *ibid.*
129 Exemptio a Decimis per Breve pontificium restricta ad certum locum an possit extendi ad alia loca. *ibid.*
130 Exemptio a Decimis an sit restringenda, vel amplianda. *ibid.*
131 Exemptioni a jure reverentiali Episcopi an possit ab Episcopo præscribi, & quanto tempore. Et hanc exemptionem, quam habet Societas, an suffragetur etiam in Ecclesiis accessorie unitis. *pag.* 459.
132 Quomodo exemptio a jurisdictione Episcopi resultet. *ibid.*
133 Exemptio concessa citra jurisdictionem in Parochum & Populum, an conservet Episcopo suam jurisdictionem. *ibid.*
134 Exemptio Monasterii a jurisdictione Episcopi quomodo probetur. *ibid.*

135 An locus exemptus conſtituat ſeparatum territorium, ſi eſt intra Diœceſim. *ib.*
136 An exemptus ab Epiſcopo poſſit ſuæ exemptioni renuntiare. Cur non. *ibid.*
137 Exemptus delinquens in loco non exempto a quo poſſit puniri. *ibid.*
138 Exemptus locus licet non ſit Diœceſis, vel de Diœceſi, an dicatur tamen de Diœceſi? *ibid.*
139 Exemptus a captura vel e carceribus pro debito civili an poſſit cogi ad cedendum bonis cum infamia. *ibid.*
140 Eximens detentum juſte in carceribus ex cauſa criminis, quam pœnam incurrat. Quid ſi fuit injuſte captus. *ibid.*

EXPENSÆ.

Vide in verbo *Impenſæ*, & in verbo *Lis*, & in verbo *Sumptus*.

EXPONENS INFANTES.

Vide *Infantes*.

¶ EXPECTANS.

§. I.

Expectantium diverſæ formulæ, & ſpecies, & quæ?

1 Ad quod conceditur expectativa? *& num. 6. ibid.*
2 Quid ſit expectativa ſecundum ſtylum hodiernum Curiæ? *ibid.*
3 Alia forma per quam quis creatur Canonicus ſub expectatione præbendæ. *ibid.*
4 Alia quæ confert unum, duo, tria, aut plura beneficia, uſque ad certam ſummam. *ibid.*
5 Quænam forma erat tempore Eugenii IV. *ibid.*
7 An Rex poſſit dare expectativam ad feudum certum vacaturum per mortem feudatarii? & de aliis formis. *ibid.*

§. II.

Expectans in forma pauperum, quæ beneficia capiat, vel non?

1 Quid operetur habens clauſulam, *etiam ſi animarum cura ſit annexa?* *pag.* 460
2 Quid in beneficio ſacerdotali, quando ſtatutum non diſponit, quod debeat eſſe actu ſacerdos, ſed quod intra tantum tempus debeat promoveri? *ibid.*
3 An gratia in forma pauperum capiat Hoſpitale? *ib.*
4 Expectativa in forma pauperum ad quam ſummam reſtringatur in Italia? *ibid.*

§. III.

Expectans in forma pauperum capit vacantia beneficia de jure tantum, non autem de facto.

1 An Expectans in forma pauperum teneatur acceptare & capiat beneficia, & quomodo? *ibid.*
2 Si vacatio juris eſſet notoria, poſt quod tempus non poteſt beneficium hujuſmodi acceptare? *ib.*
3 An expectans, ſeu habens mandatum de providendo in genere ad primum vacaturum poſſit capere vacantia, & quomodo? *ibid.*

§. IV.

Expectans in forma pauperum, quas qualitates habere debeat.

1 De quibus examinetur antequam admittatur ad obtinendam expectativam? *ibid.*

§. V.

Expectans in forma pauperum habet privilegia plura.

1 An habeat derogatoriam tacitam reſpectu ſequentium, & poſteriorum expectantium? *ibid.*
2 An ſola vacatio habeat effectum eundem, quem habet vacatio, & acceptatio pro expectante non in forma dignum? *ibid.*

§. VI.

Expectativa in forma pauperum qualiter extinguatur?

1 An ſi expectanti ante effectum gratiæ provideatur, & aliud beneficium adipiſcatur? *ibid.*
2 An per renuntiationem expectantis ipſi expectativæ in genere. *ibid.*

§. VII.

Expectativa in ſpecie quæ dicatur?

1 Quotuplices ſunt litteræ ſpeciales expectativarum? *ibid.*
2 Quænam dicantur ſtatim afficientes certum beneficium vacans, vacaturum pro certa perſona? *ibid.*
3 Quænam non afficiant pro certa perſona certum & determinatum beneficium? *ibid.*
4 Quid operentur illæ per quas eſt factus deſcenſus ad certam ſpeciem, vel non? *& n. 5. ibid.*
6 Quid operentur litteræ ſpeciales ad certum corpus & certam perſonam, &c. *ibid.*
7 Alia Expectativa ſpecialiter. *ibid.*

§. VIII.

Expectans in ſpecie quando præferatur expectanti in genere, vel non?

1 Habens expectativam in ſpecie ad certum beneficium, & concurrens cum expectante ad primum vacaturum, an præferatur in illo beneficio ſpeciali? *p.* 461.
2 Quid ſi habens expectativam in genere effectus fuerit poſt datam gratiæ familiaris Papæ? *ib.*
3 An expectans in ſpecie præferatur expectanti in genere & quando? *& num. 4. ib.*
5 Quid ſi habens expectativam in genere habeat clauſulam, *anteferri*, & alius non; & de materia, *& n. 6.* *ibid.*

§. IX.

Expectativa eſt gratia odioſa, & reſtringenda.

1 An expectativa ad beneficia cum cura, & ſine cura, capiat præſtimonium? *ibid.*
2 An Expectativa ad beneficium curatum, vel ad parochialem, capiat curatum, vel parochialem cum Capitulo? *ibid.*

§. X.

Expectans primum in genere vacaturum capit vacantia etiam de jure tantum.

1 An expectans, ſeu habens mandatum de providendo in genere de primo vacaturo, poſſit capere beneficium vacans, etiam de jure tantum? *ibid.*
2 Quandonam talis expectans acceptare teneatur? *ib.*
3 An idem ſit in expectativa generali in forma pauperum? *ibid.*
4 An expectans in forma pauperum capiat vacantia de jure tantum, vel de facto? *ibid.*

§. XI.

Expectans primum vacaturum, quæ beneficia non capiat?

1 Quandonam Papa concedens alicui gratiam de providendo de primo vacaturo ad collationem certi Prælati, capiat beneficia ejuſdem collatoris? *ibid.*
2 An idem ſit in gratia de providendo de aliqua dignitate in tali Eccleſia? *ibid.*
3 An capiat Hoſpitalia, & an non? *ib.*
4 An capiat reſervata, remiſſive. *ib.*
5 An capiat dignitatem, remiſſive. *ib.*
6 An habens gratiam ad primum ad collationem, capiat beneficia ad electionem? *ibid.*
7 An expectans capiat beneficia devoluta ad ſedem Apoſtolicam, ſi non eſt dictum? *ibid.*

§. XII.

Expectans non capit beneficia Juriſpatronatus.

1 Expectans beneficia vacatura cur non capiat beneficia juriſpatronatus, remiſſive? *ibid.*
2 Quid ſi Patronus laicus nondum præſentaſſet? *ibid.*
4 Quid ſi elapſum ſit tempus, quando præſentavit in tempore? *ibid.*

§. XIII.

§. XIII.

Expectans primum officium, ut Canonicatum de numero, capit etiam supra numerum, & quando secus?

1 An habens gratiam expectativam ad primum vacans vel vacaturum officium officialium descriptorum penitentiariæ, capiat officium vacans per obitum officialis supra numerum descriptorum, alias deputati? *ib.*
2 Quid in expectante Canonicatum, & præbendam? *ib.*
3 Si numerus certus esset redactus post excessum deputatorum, quandonam expectans possit capere? *ibid.*

§. XIV.

Expectans certam determinatam præbendam, non capit aliam, & quando secus?

1 Habens expectativam ad certam determinatam præbendam, potestne capere aliam? *ibid.*
2 Quid si prima esset alteri debita? & materia. *ibid.*

§. XV.

Expectans Canonicatus sine præbenda præbendam, præfertur alteri expectanti in præbenda, & quando secus?

1 An Canonicus creatus cum expectatione primæ præbendæ per Papam, si concurrat cum habente expectativam conditionalem in forma pauperum, præferri debeat; etiamsi alius habeat clausulam *anteferri*? *pag.* 432.
2 An & quando Canonicus habens gratiam specialem ad præbendam, præferatur habenti generalem gratiam etiam cum clausula *anteferri*? *ibid.*
3 An & quando Canonicus habens gratiam conditionalem cum clausula *anteferri*, præferatur habenti gratiam puram sub eadem data ad quodcunque beneficium? *ibid.*
4 An & quando Canonicus receptus habens gratiam ad primam præbendam, præferatur posteriori expectanti in genere habenti clausulam anteferri? *ibid.*
5 An Canonicus receptus, vel habens specialem ad Canonicatum, si habeat datam anteriorem cum clausula *anteferri*, præferatur posteriori habenti generalem cum clausula etiam *motu proprio*, & *ex certa scientia*. *ibid.*
6 Quando Canonicus habens gratiam specialem ad præbendam sine clausula *anteferri*, & alter habens gratiam specialem cum clausula *anteferri*, concurrunt, quis præfertur? *ibid.*
7 Quid operetur clausula *anteferri* ad decretum irritans? *ibid.*

§. XVI.

Expectantes inter plures, si sint ejusdem datæ, & gratis, quis præferatur?

1 An Expectans sub eadem data præferatur habenti similem gratiam, si primo acceptasset, vel primo sibi pro ideri fecisset? *ibid.*
2 Quid si litteras primo exequutori suo præsentasset? *ibid.*
3 An hoc procedat contra expectantem auditorem Rotæ? *ibid.*
4 An præferatur is qui habet clausulam *anteferri*, in pari data & gratia? *ibid.*
5 Quemnam effectum habere debent plures concurrentes ad eandem rem multiplicabilem ordinario successivo? *ibid.*
6 Si sint ejusdem datæ, sed gratiæ sint dispares, quis præferatur? *ibid.*
7 Si habens gratiam in forma pauperum, haberet clausulam *anteferri*, an præferatur habenti gratiam puram de Canonicatu & præbenda? *ibid.*
8 An habens gratiam specialem ad certum beneficium præferatur habenti generalem sub eadem data ad primum vacaturum? *ibid.*
9 An habens gratiam anteriorem præferatur habenti posteriorem? *ibid.*
10 Quomodo procedat diligentia anterior in beneficiis? *ibid.*

§. XVII.

Expectans prior in data præfertur posteriori, & quando secus.

1 An prior in data præferatur posteriori, cum fuerit etiam primo receptus ad dignitatem postea vacantem, ad quam expectabatur? *ibid.*
2 An is præferatur qui habet datam anteriorem, etiamsi habens posteriorem primo esset provisus, vel primo acceptasset? *ibid.*
3 Quid si secundus in data acceptavit intra mensem datum primo acceptanti, quatenus primus postea acceptet? *ibid.*
4 Quid de habente mandatum de providendo? *ibid.*
5 In gratia speciali de certo beneficio, an hæc præferatur gratiæ generali etiam primo loco concessæ; & de materia. *& n. 6. & 7. ib.*
8 Quid si habens prærogativam, passus sit labi mensem? *pag.* 463.
9 An habens datam anteriorem, habeat etiam clausulam præservantem graduatos in licita facultate, & alia. *ibid.*
10 Quando primus non servasset formam, an tunc posterior habens gratiam puram præferatur? *ibid.*
11 Quid si primus haberet gratiam præservativam? *ibid.*

§. XVIII.

Expectans ad collationem quorumcunque, capit ad collationem unius, non e converso.

1 An habens gratiam expectativam ad primum vacaturum ad collationem quorumcunque collatorum capiat beneficium vacans? *& num. 2. ib.*
3 An Expectativa ad collationem quorumcunque collatorum, & collatricum, quænam capiat beneficia? *ibid.*
4 Si expectativa esset de beneficio ad collationem cujuscunque, an caperet beneficium ad collationem plurium simul? *ibid.*
5 Si mandatur conferri beneficium spectans ad collationem capituli, an veniat beneficium ad collationem solius Prælati majoris, vel etiam inferioris, licet sit de capitulo? *ibid.*
6 An valeat expectativa concessa ad collationem certæ Ecclesiæ, si Ecclesia sit unita alteri Ecclesiæ accessorie? *ibid.*
7 An idem sit in duabus Ecclesiis æqualiter unitis? *ib.*
8 An expectans ad collationem Patriarchæ, & Capituli Aquilegiensis capiat beneficium ad electionem capituli inferioris Ecclesiæ Collegiatæ Aquilegiensis? *ibid.*
9 Ad mandatum Papæ de providendo de beneficio spectante ad vicissitudinariam collationem, censeatur gravare eum cui scribitur pro sua vice, vel pro vice socii? *ibid.*
10 Licet qui privetur sua collatione vicissitudinaria, an tamen mandatum gravare censeatur alium, ad quem similiter collatio vicissim spectaret? *ibid.*
11 An idem sit in mandato de providendo de beneficio ad præsentationem plurium patronorum per vicissitudinariam præsentationem? *ibid.*

§. XIX.

Expectans beneficia ad collationem, non capit ad electionem?

1 Expectans habens mandatum a Papa, quod sibi provideatur de beneficio spectante ad collationem Episcopi & Capituli, an & quando possit consequi beneficium spectans ad eorum electionem. *ibid.*
2 Quid si tale beneficium spectans ad electionem Capituli & Decani, de consuetudine, & non de jure sit electum, &c. *ibid.*
3 An habens mandatum ad collationem, provisionem, præsentationem, & Conventus certi loci, conjunctim, vel divisim, capiat beneficium ad electionem monasterii, & confirmationem Abbatis? *ibid.*
4 An habens expectativam simpliciter ad dignitatem, capiat electivam? *ibid.*
5 An habens expectativam ad collationem, provisionem; præsentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem Episcopi, capiat beneficia elec-

lectiva, in quibus Episcopus habet solam confirmationem? *ibid.*
6 An expectativa ad beneficia, & Canonicatus ad provisionem & collationem Episcopi, capiat Canonicatum ad electionem Capituli? *ibid.*
7 An hoc etiam procedat in minoribus beneficiis? *ib.*

§. XX.

Expectans ad certam summam quando capiat minorem, vel non?

1 An expectans beneficium, vel præbendam certi valoris, possit acceptare beneficium minoris valoris? *ibid.*
2 An ista qualitas quod quis habeat expectativam ad majorem summam, inducat aliquam prærogativam prælationis ad beneficium, quod cadit super gratia duorum expectantium sub eadem data? *ibid.*
3 Quid si adsit clausula, *vel minoris*, *ibid.*
4 Quid si expectativa esset usque ad certam summam? *ibid.*
5 Si adsint clausula, *nostra intentionis tamen est, quod de beneficio minoris valoris, quod intra mensem duxerit acceptandum, possit provideri*; an hujus clausulæ vigore possit acceptare intra mensem, vel post? *ibid.*

§. XXI.

Expectans plura beneficia usque ad certam summam, capit ultra duo, etiam si ad summam non ascendant. pag. 464.

§. XXII.

Expectans dignitatem non capiet in Cathedrali, & quando secus?

1 An expectans habens gratiam ad personatum, dignitatem, vel officium pertinentes ad collationem Episcopi & capituli communiter, vel divisim, capiat dignitatem in Cathedrali vacantem postea, & cur non? *ibid.*
2 An hoc procedat si expectans alias sit Canonicus in Cathedrali? *ibid.*
3 An hoc procedat in expectativa concessa alicui ad primum vacaturum in civitate, vel diœcesi? *ibid.*
4 An habens expectativam ad dignitatem in genere, capiat talem dignitatem, si esset principalis? *ibid.*
5 An expectativa ad dignitatem, videlicet præposituram, vel decanatum, capiat dignitatem collegiatam? *ibid.*
6 An habens expectativam ad dignitatem in Cathedrali, vel Collegiata, capiat electivam? *ibid.*
7 Quid si expectativa esset concessa in aliqua Ecclesiarum Provinciæ? *ibid.*

§. XXIII.

Expectans cum clausula, si repereris idoneum, ante purificationem non impedit ordinarium.

1 An habens gratiam conditionalem directam certis exequutoribus, cum clausula, *si eum vitæ laudabilis esse repereritis*, &c. cum decreto irritanti ad primum vacaturum, consequatur primum vacaturum antequam purificaverit gratiam suam? *ibid.*
2 Si non acceptet intra mensem expectans a die notæ vacationis, an impedit ordinarium, & mensis an habet ordinem successivum, etiamsi sint plures expectantes? *ibid.*
3 Expectans beneficium certi valoris, cum clausula, *quod possint intra mensem acceptare beneficium minoris valoris*, an impedit ordinarium? *ibid.*
4 An Litteræ dependentes ex generali facultate acceptandi, &c. impediant ordinarium collatorem? *ib.*
5 An id procedat tam in prima, quam secunda gratia conditionali? *ibid.*
6 Quandonam jus adquirat habens rescriptum conditionale ad beneficium? *ibid.*
7 An gratia expectativa conditionalis ante purificatam conditionem, liget ordinarios? *ibid.*

§. XXIV.

Expectans cum Clausula, dummodo pro alio non scripserimus, *quando consequatur beneficium vacans*, etiamsi fuerit scriptum pro alio?

1 Expectans in forma pauperum, cum clausula, *dummodo nonnisi pro quattuor aliis in simili forma scripserimus*, an debeat consequi collationem? *ibid.*
2 Quonam casu utraque expectativa concessa a duobus Papis habeat locum? *ibid.*

§. XXV.

Expectantes non capiunt beneficia permutata, & quando secus?

1 An capiant beneficia permutata? *ibid.*
2 Quid si permutatio fieret in fraudem expectantium? *ibid.*
3 Quando dicatur fraudulenta vel non permutatio? remissive. *ibid.*

§. XXVI.

Expectans beneficium quod duxerit acceptandum, non capit reservata, & quæ capiat.

1 An expectans primum beneficium, quod duxerit acceptandum, capiat reservatum, & cur non? *ib.*
2 An expectativa ad primum, quod duxerit acceptandum, includat unum beneficium determinatum? *ib.*
3 Quid si beneficia essent nulliter reservata? *p.* 465.
4 An habeat locum in beneficiis specialiter reservatis? *& n.* 5. *ib.*
6 An possit expectans acceptare, de jure communi, beneficia reservata? *ibid.*
7 An expectantes aliquo modo capiant beneficia reservata. *ibid.*

§. XXVII.

Expectantes non capiunt beneficia in turno ordinarii.

1 Cur non, remissive. *ibid.*
2 An Ordinarius possit conferre beneficia vacantia in suo turno? *ibid.*

§. XXVIII.

Expectantes habent mensem ad acceptandum, & quare?

1 Mensis datur de facto expectantibus in forma pauperum. *ibid.*
2 Hodie de stylo Curiæ mensis apponitur in omnibus expectativis. *ibid.*
3 Cur mensis apponatur? *ibid.*
4 An acceptare debeant intra mensem datum a die vacationis? *ibid.*
5 An currat mensis a die notæ vacationis in Ecclesia, etiamsi expectans ignoraverit, & alia. *& n.* 6. *&* 7. *ib.*
8 Quomodo præjudicet mensis acceptare debenti? *ib.*
9 Quid operetur clausula, *quod intra mensem duxeris acceptandum?* *ibid.*
10 Quid si acceptatio non sit intra mensem? *ibid.*
11 Quid si in executore post acceptationem non caderet notabilis negligentia? *ibid.*
12 Quænam sit Regula super acceptatione facienda intra mensem? *ibid.*
13 Quid operetur mensis appositio? *ibid.*

§. XXIX.

Expectanti primo currit mensis in primo mense secundo Expectanti, & aliis ordine successivo.

1 An expectantes plures habentes mensem ad acceptandum, teneantur acceptare intra mensem? *ibid.*
2 Quid operetur mensis appositio, intra quem expectans debet acceptare? *ibid.*
3 An mensis appositio habeat ordinem successivum inter plures expectantes diversarum datarum; & quando secus? *ibid.*
4 An idem, & unicus sit mensis omnium expectantium, sive sint ejusdem datæ, sive non? *ibid.*

§. XXX.

Expectans cum menſe ſi quis eſt, quid operetur appoſitio menſis?

1 Quid operetur expectans, habens menſem in ſua gratia, licet non acceptet? *& n. 2. ib.*
3 An acceptatio fieri etiam poſſit intra menſem aliorum expectantium? *p. 466*
4 Hodie de ſtylo in omnibus expectativis apponitur menſis. *ibid.*
5 Quid operetur menſis appoſitio cum decreto? *ib.*
6 An faciat gratiam conditionalem, & alia. *& n. 7. 8. & 9. ibid.*
10 Si acceptatio non ſit facta intra menſem, an poſſit amplius acceptari? *& n. 11. ib.*
12 An appoſitio menſis in gratia expectativa, operetur ut decretum afficiat etiam ignorantes? *ibid.*
13 Quid ſi ſit acceptatio quæ non ſit prohibita intra menſem appoſitum in gratiis priorum expectantium? *ibid.*
14 An habens priorem datam cum menſe, impediat ſecundum acceptantem, quando primus acceptavit, & obtinuit ſibi provideri, &c. *ibid.*
15 An menſis appoſitio in gratia generali in forma pauperum, licet liget ordinarium, liget etiam exequutorem alterius gratiæ ſpecialis de certa præbenda vel certo beneficio? *ibid.*
16 An hoc procedat, etiamſi in expectativa ſecundi habentis ſpecialem, adſit clauſula, *aut ſi aliqui*, &c. per quam reſervatur jus aliorum? *ibid.*
17 Si ordinarius haberet indultum conferendi etiam reſervata, an impediret Papam conferentem ante acceptationem expectantis, &c. *ibid.*
18 Quid ſi acceptatio expectantis præceſſiſſet collationem ordinarii habentis indultum conferendi reſervata? *ibid.*
19 An expectativa impediat collationem ordinarii quando non eſt facta purificatio gratiæ? *ibid.*

§. XXXI.

Expectans poſt acceptationem non conſumit gratiam, ſi beneficium acceptatum alteri datur, & quando ſecus.

1 Expectans an conſumet gratiam ſuam per acceptationem, ſi beneficium alteri debeatur? *ibid.*
2 Quid ſi ſcienter acceptaverit beneficium alteri debitum? *ibid.*
3 An teneatur expectare ſententiam ſuper hoc, quod alteri debeatur, quando erat notorium? *ibid.*
4 An acceptatio conſumat gratiam, quando acceptatio non valuit? & alia. *& n. 5. ibid.*
6 In expectante ad primum vacaturum in forma pauperum, ſi non valet de jure acceptatio, poteritne aliud beneficium acceptare, & an gratia conſumetur? *ibid.*
7 An idem ſit quando acceptatio pauperis valet de jure, ſed de facto exequutio eſt impoſſibilis? & de materia, *& n. 8. 9. 10. & 11. ibid.*
12 An acceptans ignoranter beneficium debituu alteri habenti gratiam expectativam cum clauſula, *anteferri*, poterit ſecundo loco acceptare, ſi expectans, cui debetur, acceptavit, & ante proviſionem mortuus eſt? *ibid.*
13 An expectans acceptando beneficium, quod poſtea apparet reſervatum, & ſibi non deberi, conſumat gratiam. *ib.*
14 Quibus nam caſibus expectans gratiam ſuam conſumat? Variæ ſententiæ. *& n. 15. 16. & 17. pag. 467*
18 Si juſto vel probabili errore acceptavit beneficium non cadens ſub ſua gratia, an privetur jure acceptandi aliud? *ibid.*
19 Quid ſi acceptet beneficium ſibi debitum an conſumatur gratia? *ibid.*
20 An idem ſit ſi concordaret, vel tranſigeret, aut cederet litiganti? *ibid.*

§. XXXII.

Expectans revertitur ad beneficia dimiſſa, & expectatum ab eo evincatur, & quando ſecus?

1 Quandonam expectans qui dimiſit beneficium primum, quod obtinebat, revertatur ad primum? *ibid.*
2 Quid ſi ut aſſequeretur ſecundum curatum promiſerit dimittere primum? *ibid.*

§. XXXIII.

Expectans tenetur ad multa & quæ.

1 Intra quod tempus teneatur publicare ſuam proviſionem? *ibid.*
2 An teneatur acceptare beneficium vacans, & ad quid teneatur poſt acceptationem? *ibid. ¶*

EXTENSIO.

1 An extenſio in odioſis ſit permiſſa, & quando. *ib.*
2 An extenſio de caſu expreſſo ad omiſſum fieri poſſit. *ibid.*
3 Extenſio teſtamenti ex veriſimili teſtatoris voluntate an fiat. *ibid.*
4 Extenſio in conditione voluntaria poſita in teſtamento an fiat de caſu in caſum. *ibid.*
5 Extenſio de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam an admittatur in ſtatutis. *pag. 468.*

EXTREMA UNCTIO.

1 An Epiſcopus teneatur hoc Sacramentum miniſtrare. An ſimplex Sacerdos illud miniſtrare poſſit. *ibid.*
2 Regularis Sacramentum hoc adminiſtrans Laicis vel Clericis ſæcularibus quam pœnam incurrat. Quid ſi proprius Parochus dedit licentiam, *ibid.*
3 An Oblatis, Donatis, & famulis Regulares hoc Sacramentum miniſtrare poſſint ſine Parochi licentia. Diverſæ ſententiæ. *ibid.*
4 Quid dicendum de caſu neceſſitatis. *ibid.*
5 Peſte infectis qualiter ſit miniſtrandum. An propter periculum infectionis poſſit omitti. *ibid.*
6 Quibus Extrema Unctio non ſit danda. *ibid.*
7 Collata non graviter ægrotanti an valeat. An bis in eodem morbo miniſtrari poſſit. *ibid.*

BIBLIOTHECA JURIS CANONICO-CIVILIS.

ABBAS.

§. I.

Abbatis Electio.

1 ABBATIS electio, cum regulariter non possit fieri per sortes. *cap. Ecclesia vestra de sortileg.* Theologi & Canonistæ apud *Binsfeld de contest. malef. lib. 9. fol. mihi* 501. quia verissimum est illud Taciti *lib. 4. annal.* sorte & urna mores non discerni, & ideo suffragia senatus inventa, ut in cujusque famam vitamque penetrarent. vide Passerin. *de cap. 1. q. 1. & 4.* & in verbo *Electio*. ideo

2 Debet fieri inspiratione Spiritus sancti, quæ regulariter adest in electione; quia de fide est illud Evangelii: *ubicumque duo vel tres fuerint in nomine meo congregati, sum in medio eorum.*

3 Limita, cum alia via non suppeteret dirimendi litem, & alias esset utrinque paritas meritorum; dummodo serventur illa, quæ fuerunt servata in electione sancti Matthiæ. Ita Turrecrem. *in cap. quod autem 26. q. 2.* Armilla *in verbis sors.*

4 Hodie tamen in electione debet servari forma *cap. quia propter de Elect.* aliter est nulla, non obstante quacumque consuetudine contraria. Riccius *in prax. elect. p. 4. resol. 29.* apud quem Rota. Abb. in dicto *cap. quia propter*. Suarez de Religio. *tract. 3. lib. 2. cap. 12.* Quia consuetudo, nisi concurrat scientia Pontificis, & expressus ejusdem consensus, etiamsi sit immemorabilis, contra sacros Canones vel leges Pontificias non valet. Archidiac. *in cap. cum de beneficio de præb. in 6.* ubi Franch. Salas *de Legib. d. 19.* S. Antoninus *in summæ p. 1. tit. 16.* Rot. apud Veral. *decis. 204.* Etenim lex inferioris non potest tollere legem superioris juxta DD. apud Sperel. *decis. 133.* & quod non sufficiat tacitus consensus, patet, quia multa tolerantur per patientiam & dissimulationem, quæ alias non tolerarentur, ad majus scandalum tollendum & vitandum. *cap. cum jam dudum de præb.* Cravet. *cons. 96.* Rot. apud Sperel. *loc. cit.* tum quia neque Imperator suis legibus potest præjudicare Juri Canonico. Abb. *in cap. inter alia de Immun. Eccles. cap. solitæ de major. & obedient. cap. 1. de constit.* Covar. pract. quæst. *cap. 31.* maxime post Concil. Trid. *sess. 25.* Sperel. *decis. 182.* Diana *p. 6. tract. 5. res. 16.* Lessius apud Sobat. *de impedim. matrim. cas. 1. n. 30.* de qua forma *cap. Quia propter*. vide etiam infra in verbo Electio litt. E.

5 Electionem ergo duo canonizant, subsistentia consensus, & formæ præscriptæ *in cap. quia propter*, non obstante consuetudine in contrarium: quia illud habet decretum irritans, vigore cujus irritatur omne factum in contrarium. Covar. *p. 4. cap. 6. §. 10.* & alii apud Sperel. *decis. 161. n. 10. seqq.* & tale decretum irritans, inducit formam substantialem, qua non servata, corruit totus actus, licet deficiat in minima parte. Unde unicum votum publicum irritaret totam electionem, nisi illud fuisset datum dolose, ad impediendum actum, ne fraus vel dolus alicui patrocinetur. Quod si Monialis alicui ostenderet suum votum, non vitiaretur per hoc electio, nisi tali modo esset causa, quod aliqua persona determinata eligeretur. Vide Sperel. *loc. cit.* vide etiam Garziam de benef. *part. 5. cap. 4.* ubi docet praxin electionis. Barbos. *de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 19.* Ricc. *in prax. elect. p. 4. res. 29.* ob non servatam tamen formam, Electores non sunt privati ipso jure, sed debent procedere ad aliam electionem. Tusc. *Litt. E. concl. 71.* Ric. *loc. c. res. 41.*

Ante electionem debent vocari omnes Capitulares 6
absentes, alias ad illorum instantiam & petitionem esset annullanda. Riccius in prax. elect. *resol. 45.* Nisi essent notorie inhabiles, taliter, ut nulla tergiversatione dicta inhabilitas celari posset. In dubio vero, an citandi sint inhabiles vel non, sunt citandi sub protestatione. Abb. & Butr. *in cap. Cumana de elect.* Riccius *l. c. resol. 46.* vide etiam Tusc. *litt. L. concl. 967.*

Præterea electio debet esse libera, ita ut non fuerit 7
restricta ad aliquam determinatam personam, aut exclusa certa persona: unde si præsidens electioni Abbatis &c. mandavit scrutatoribus, ne reciperent suffragia pro certa & determinata persona, talis electio erit nulla, quia non fuit libera. Riccius *l. c. resol. 30.* qui testatur ita fuisse declaratum a S. Congregat. vide etiam in verb. Electio. litt. E.

Præterea debet esse etiam libera ita, ut nullus in ea 8
intervenerit Laicus, nisi intervenerit pro bono pacis, & ad eligentium protectionem. *cap. ubi periculum.* & ibi DD. *de elect. in 6. cap. Messana & cap. quia propter de elect.* Rom. *cons. 66.* Garzias de benef. *p. 2. cap. 5. & p. 8. cap. 4.* Abb. *in d. cap. quia propter*. Sperel. *decis. 181.* Passerin. *de elect. cap. 4.*

Ideo electio facta per abusum Laicæ potestatis, est 9
nulla ipso jure; dicitur autem facta per abusum laicæ potestatis, cum vel requiruntur Laici ut Coelectores, vel super certa persona eligenda eorum requiritur consensus, aut minæ intervenere. Secus si intervenerunt, etiam armata manu, ad protegendum. Innoc. *in cap. quisquis de elect.* Joa. Andr. *in cap. Messana de elect.* & DD. apud Sperel. *decis. 181.* per totam quibus accedit Abb. *in d. cap. Messana*, de quibus plura videri poterunt apud DD. & Passerin. *de elect. cap. 8. n. 5.* Barb. *in d. cap. quisquis*. Et electus per abusum laicæ potestatis, electioni consentiens, cadit jure suo, & fit ineligibilis imposterum in pœnam criminis. *cap. quisquis de elect.*

Cavendum vero, ne electioni interveniat Simonia, 10
quia electio simoniaca est nulla ipso jure. Riccius in prax. elect. *resol. 54.* Maresc. *lib. 2. var. res. cap. 35.* Abb. *in cap. si alicujus de elect.* etiam ignorante electo, nec potest eligi alia vice, sine dispensatione Pontificis. Barb. *de Jur. Eccles. cap. 19.*

11 Limita, si electus se opposuit, & contradixit electioni simoniacæ, juxta Barb. *l. c.* Passerin. *l.c. cap.* 7. ubi qualiter probari possit, quare vitanda omnino sunt qualiacumque pacta in tali electione, sicut etiam tractatus ambitiosi, conventuales, pactionales, & conditionales, qui omnes ante electionem sunt irriti, & faciunt electionem vel irritam, vel irritandam. Basil. *in director. elect. part.* 3. *cap.* 3. Abb. *in cap. bonæ memoriæ de elect.* Miranda *in Manual. Prælat. p.* 2. *q.* 23. Diana *p.* 2. *tr.* 16. *resol.* 37. Tractatus tamen consultorius ante electionem non est prohibitus. *cap. si transitus dist.* 79. Cucchus. *Instit. Canon. lib.* 4. *tit.* 1. Gregor. *in Instit. Just. Canon. lib.* 1. *tit.* 29. *cap.* 4. Diana *loc. cit.* vide etiam Passerin. *de elect. cap.* 5. *q.* 4. *n.* 43. *& seqq.*

12 Præterea electio debet fieri de magis digno ad normam Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 1. *de reform.* Electio tamen facta de digno, omisso digniore, valet. S. Thom. 2. 2. *q.* 63. aliter omnis electio calumniam pateretur, & aperiretur janua infinitis controversiis.

13 Limita, si provisio est facienda per concursum. Barb. *Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 19. Certe debet fieri de digno, & non de indigno, aliter electio est nulla, uti si Abbas non habet ætatem 25. annorum, non sit professus, non sit sacerdos, non sit legitimus, sit corpore vitiatus; simoniacus, excommucatus, homicida, Apostata, perjurus, prodigus, Neophytus, vel alterius monasterii. Abbas. Barb. *Jur. Eccles. cap.* 17. Et eligens scienter indignum, privatur jure eligendi, secus si ignoranter. *cap. cum in cunctis de elect. cap. quando eodem.* Decius *cons.* 522. Abb. *in d. cap. cum in cunctis*, pro ea vice tantum. Riccius *in prax. elect. l. c. & p.* 2. *resol.* 441. In dubio tamen præsumitur ignoranter elegisse: quia in dubio ea interpretatio est facienda, quæ excludat delictum: delicta enim non præsumuntur. *L. ea quæ ff. de Reg. Jur.* Menoch. *de præsum. lib.* 5. *præs.* 2.

14 Debet autem electio fieri intra trimestre, alias jus eligendi devolvitur ad superiorem, propter eorum negligentiam: quia tunc verum est dicere, quod non providerunt tempore debito. *cap.* 2. *de concess. præb.* Abb. *in cap. cum Ecclesia de elect.* Barb. *de Off. Episc. p.* 3. *alleg.* 126.

15 Limita, si inter electores pendet lis super potestate eligendi: quia ex quo per illos non stat, non possunt dici negligentes. Abb. *in cap. quoniam de Jurepatr.* Plura quoad Theoricam videri possunt inferius. Litt. E. in verbo. *Electio.*

Nunc ad praxin ipsam accedendo, si Regulares eligunt sine interventu Episcopi, debent eligere tres scrutatores, qui recipiant vota singulorum (ut dicetur infra, cum agetur de electione Episcopi) & servare omnia, quæ fuerunt præscripta *in cap. quia propter*. Si vero eligunt cum interventu Episcopi, uti in plerisque conventibus, maxime Benedictinorum &c. laudabili & longa consuetudine, & in Bavaria. 16

Peractis exequiis Prælati defuncti, expediuntur cedulones affigendi ad valvas Ecclesiæ Monasterii vacantis, in quibus citantur Regulares absentes, habentes tamen vocem activam, ad comparendum die certa in monasterio, & interessendum electioni faciendæ de novo Prælato &c. ut ex formula infra tradenda perspicuum erit, & muniuntur sigillo solito ejusdem monsterii, seu illius Capituli, & subscribuntur a Decano ac aliis Regularibus, vel a Decano solo sub nomine dignitatis, ac aliorum Canonicorum, uti dicendo: DECANUS ac CAPITULUM, in quo attendenda vel maxime consuetudo Conventuum erit, quia non ubique idem servatur stylus. 17

Cedulones ejusmodi uti dicebamus, debent affigi valvis Ecclesiæ, in quibus debent manere usque ad tempus arbitrarium; sed quibusdam in locis relinquuntur affixa, usque ad actum electionis. Et ut talis affixio faciat fidem, debet fieri relatio cuidam notario, illi vel maxime, qui cedulones subscripserit, & dein peracto actu sunt producendi in actis, ut possint in Archivio Curiæ Episcopalis registrari. 18

Verum quidem est, quod alicubi ultra hoc edictum citatorium, solent citari personaliter Regulares ad effectum prædictum, dummodo non agant in remotis, sed, ut dicebamus, consuetudo locorum erit observanda, quæ in hac parte non est contraria Sacris Canonibus, vel iis, quæ præscribuntur in *cap. quia propter de elect.* & cum sit rationabilis, utique valet, & est observanda. 19

Ut ergo facilior evadat praxis, pro iis locis, in quibus viget consuetudo, quod Ordinarius interveniat Electioni Abbatis, uti viget in Diœcesi Tridentina, & Frisingensi, nec non aliis Germaniæ, sequens poterit servire praxis, quam ordinatam subjicimus, & primo quidem forma Edicti hæc erit.

Forma Edicti citatorii absentium.

N. N. Senior, seu Decanus N. N. ambo Administratores capitulariter constituti. N. N. &c. N. N. &c. (*sequuntur nomina Regularium præsentium constituentium Capitulum*) *vel brevius.*

Nos Decanus & Capitulares Monasterii S. N. &c. universis & singulis dilectis Personis ad infra scripta negotia, seu electionem, interesse habere prætendentibus salutem, synceræ charitatis affectum, & pacem in Domino. Cum Reverendissimus Pater N. N. Abbas, (*seu &c.*) mense &c. & die &c. divina permissione in Domino dormierit, & ideo vacet officium Abbatiæ &c. Nos, de capite, antequam tempus a sacr. Can. præstitutum exspiret opportune providere volentes, ne dictum Monasterium diutius viduatum, Pastorisque solatio destitutum remaneat, cum gravi, cum in spiritualibus, tum in temporalibus dispendio, ac divini cultus detrimento, deliberavimus, præmissis præmittendis, ac servatis de jure servandis, ad electionem Canonicam, seu postulationem devenire, & opportune providere de futuro successore, & Pastore nostro, pro die currentis mensis præfixa, & unanimi consensu assignata, cum intimatione dierum sequentium, quousque effectus electionis, vel postulationis sequatur. Ut igitur nullus interesse prætendens ignorantiam hujus electionis, vel postulationis allegare possit, aut valeat, præfixionem ejusmodi omnibus, & singulis legitime intimandam duximus, prout præsentium tenore intimamus, juridice citantes omnes, & singulos, ut supra, jus prætendentes, quatenus pro prædicta die, hora in mane ad prædictum conventum nostrum compareant, ad effectum præmissum electionis, sive postulationis fiendæ: Aliter nihilo minus ad hujusmodi electionem Canonicam, sive postulationem, iisdem non exspectatis, nec ulterius vocatis, etiamsi prædictus terminus per nos prorogari contigerit in ejusmodi electionis, seu postulationis negotio, omnino canonice procedemus (vel ad eandem electionem seu postulationem) absentia quorumcunque jus prætendentium non obstante &c. In quorum &c. Datum in Monasterio.

Decanus & Capitulares.

(*Vel eorum Nomina*)

(L. S.)

N. Actuarius publicus.

Dein fit relatio, uti supra monebamus, affixionis, coram eodem Notario, qui eidem se subscribit.

20 Ex qua formula vides, post mortem Prælati solere deputari unum administratorem, ac Vicarium, qui interim regat monasterium, donec de successore fuerit provisum; quod officium maxime temporalia respicit, & convocare vocales ad electionem in tempore legitimo peragendam.

Nunc ut in praxi ulterius procedamus, comparet unus ex Capitularibus, qui nomine Capitularium, & loco ulterioris instantiæ, præsentat eorundem Capitularium preces ipsi Ordinario, & instat, ut die præstituta velit, vel personaliter se ad dictum monasterium transferre, vel deputare ad hunc effectum Commissarium, & dein Ordinarius facit decretum tenoris sequentis.

Reverendiſſimus Dominus admiſit prædicta, ſi & in quantum obtulit, vel perſonaliter ſe eo transferre ad effectum, de quo in inſtantia, vel alium Commiſſarium opportune deputare, & ita omnibus.

21 Quod ſi Ordinarius deputet aliquem tanquam Commiſſarium, qui ſe ad monaſterium vacans transferat, & electioni præſit: tunc eidem debet litteras delegationis curare expediri ex officio. Et ſi ſedes Epiſcopalis fuerit vacans, id peraget Capitulum, quod, eadem ſede vacante, ſuccedit in omnem juriſdictionem Epiſcopi ordinariam, ut videre eſt apud Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 16. de Reform.* Barb. *de off. Epiſc. p. 3. alleg.* 132. Paſſerin. *de poteſt. Capituli ſede vacante &c.* aliter Commiſſarius vel delegatus veniret repellendus. Hinc

Inſtitutum noſtrum proſequi cupientes, non abs re futurum duximus, ſi ejuſdem delegationis, vel litterarum Commiſſorialium, quæ Commiſſario erunt in tali caſu & occurrentia tradendæ, formam exhibeamus. Ideo ſit

Forma litterarum Commiſſorialium.

N. N. Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia Epiſcopus &c. *(vel)* Nos Decanus & Canonici Capitulares &c. Perillustri & Reverendiſſimo Domino N. N. J. U. D. Vicario noſtro Generali in Spiritualibus *(vel)* Confratri & Vicario noſtro Capitulari Salutem in Domino, & ſingularis benevolentiæ noſtræ affectum: Cum R. R. D. D. Decanus, & Confratres Monaſterii S. N. Ordinis S. N. intendant ad electionem, ſeu poſtulationem novi Prælati devenire, ſeque pro alicujus Commiſſarii deputatione, qui eidem electioni, juxta ſolitum, aſſiſtat, inſinuaverint, & inſtiterint: Hinc eſt, quod de legalitate, diligentia, & experientia Reverendiſſimæ D. V. plurimum confiſi [*ſi eſt Capitulum: nam Epiſcopus alio utetur termino*] uti de tua prudentia, &c. plurimum confiſi, eandem propterea in Commiſſarium ad effectum præmiſſum, conſtituendam & deputandam duximus, prout præſentium tenore conſtituimus, & deputamus, eidem juriſdictionem &c.

Decanus, Canonici, & Capitulum Eccleſiæ Cathedralis.

[L. S.]

N. Cancellarius Capitularis. m. p.

Facta electione, vel poſtulatione, fit actus publicus, in quo regiſtrantur tam inſtantia, quam Cedulones, & litteræ Commiſſoriales, tenoris, qui mox infra ſequetur, & in Archivio Cancellariæ ſpiritualis eſt regiſtrandus. Prius tamen ad methodum, quæ venit ſervanda in ipſa electione, eſt accedendum.

Die ergo præfixo in Cedulonibus, & non antea coram Reverendiſſimo D. Commiſſario, conveniunt Capitulares, capitulariter congregati, prævia celebratione Miſſæ, poſt campanulæ ſonitum ad locum electioni deputatum, poſtquam coram eodem Reverendiſſimo D. Commiſſario prius tractarunt de modo eligendi, & Decanus tanquam os Capituli, alloquitur alios de Capitulo dicens: *Venerab. & Honorab. DD. ac Fratres in Chriſto; placetne Dominationibus veſtris, ut ad electionem, ſeu poſtulationem Abbatis, & Paſtoris noſtri deveniamus?* qui reſpondent, *Placet nobis:* & in unum convenientes ſuper via hujuſmodi electionis, vel modo; ſi placuerit ſcrutinium, fit electio per ſcrutinium, & Reverendiſſimus Commiſſarius ſcrutatoris munere fungens, ſe recipit ad locum ſuum, ubi paratus eſt calix, & ſic devenitur ad votorum dationem, quæ debet fieri juxta profeſſionis antiquitatem, eaque in ſcriptis dant, ſchedam in calice reponentes, & ſubinde ad priora ſua loca revertentes: quibus peractis R. D. Scrutator Commiſſarius vota recipit, eaque ſecreto legit, & confert, & tandem comburit, & dein accedendo locum, ubi Capitulares ſedent, dicit: *Omnes de Capitulo, unanimiter conſenſerunt in Adm. Rev. P. N.* deinde fiunt ſolitæ congratulationes, in templum Monaſterii ſe conferunt, ubi alta voce, & devota, Canticum, *Te Deum*, cantatur, &, ſi electus ſit abſens, delegatur aliquis, qui nomine Capitularium illi ſignificet, litteris a Reverendiſſimo Scrutatore confectis, electionem, & inſtet, ut illam acceptet, quam ſi acceptat, fit Abbas, & debet confirmari, juxta ea, quæ ſtatim infra dicemus, dum de praxi confirmationis Abbatis tractabimus: Si vero recuſet, ad novam electionem erit deveniendum.

Denique conficitur inſtrumentum publicum per Actuarium, ſeu Cancellarium Curiæ Epiſcopalis, qui tali actui eſt præſens; narrando totum tenorem electionis a capite uſque ad finem, prout nos modo expoſuimus, & publicatur coram duobus vel tribus teſtibus, rogatis ad hoc ſpecialiter, & adhibitis. Et quia ſupra promiſimus exhibere hujuſmodi inſtrumenti formam. Ideo ſequitur.

Forma Inſtrumenti actus Electionis.

IN Chriſti Nomine, Amen. Anno Nativitatis ejuſdem &c. Indictione &c. Pontificatus ſanctiſſimi D. N. N. Papæ Anno ejus &c. die vero &c. in loco &c. & in Sacriſtia Eccleſiæ S. N. ejuſdem loci &c. ad præſentiam teſtium infra ſcriptorum &c. Noverint univerſi, & ſinguli hoc præſens publicum inſtrumentum inſpecturi, quod cum a die &c. Menſis &c. proxime præteriti hoc Monaſterium S. N. Prælati ſolatio careret, & vacaret, & deſtitutum eſſet per obitum quondam Reverendiſſimi Domini N. N. dicti Monaſterii *(dum viveret in humanis)* Abbatis & Paſtoris, ſicut Domino placuit, vita functi, ejuſque corpore honeſtæ ac debitæ Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradito, ac exequiis factis, ut moris eſt, Admodum R. R. & circumſpecti viri N. N. Decanus, & N. N. &c. Capitulares ejuſdem Monaſterii, qui tum præſentes erant, uti alias pro agendis Eccleſiæ rebus capitulariter congregari ſolent, coram Perilluſtr. & Reverendiſſimo Domino N. N. Vicario Generali, & ſpecialiter ad hoc deputato ab Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Capitulo &c. ut ex litteris patentibus ibidem actualiter exhibitis, quas ſua Reverendiſſima Dominatio ad acta regiſtrari mandavit, congregati, & convocati, ut moris eſt, ad videndum inter ſe, per quem modum & viam ſanctius, & honeſtius ad electionem Prælati, & Paſtoris procedere poſſent, tandem ad hanc diem peremptoriam per Dominum Decanum & Capitulares, citatis per publicum edictum omnibus, & ſingulis intereſſe prætendentibus hujuſmodi electioni, ſeu poſtulationi, & prout ex eodem edicto ad acta pariter reproducto. Die itaque præmiſſa, utpote ad hunc actum ſtatuta, præfati D. D. Decanus, & Capitulares præfati Monaſterii, qui tunc præſentes erant, poterantque & debebant electioni, ſeu poſtulationi de futuro præpoſito, ſeu Abbate, & Paſtore ejuſmodi Monaſterii intereſſe, prævia celebratione Miſſæ ad ſonum campanulæ in Capitulo ejuſdem Eccleſiæ, ad electionem, ſeu poſtulationem prædictam faciendam capitulariter congregati in unum, convenerunt, Capitulum inter ſeſe facientes: Idem tunc D. Decanus ejuſdem Monaſterii, tanquam os ejuſdem Capituli, allocutus eſt alios Dominos de Capitulo in generali dicens: *Venerab. ac Honorab. Domini, ac Fratres in Chriſto, placetne Dominationibus veſtris, ut ad Electionem, ſeu Poſtulationem Abbatis, & Paſtoris noſtri deveniamus?* qui reſponderunt: „Placet„ ac ipſis in unum convenientibus ſuper via hujuſmodi electionis, viam ſcrutinii communiter elegerunt: Proindeque prælibatus Perilluſtr. & Reverendiſſimus Dominus Vicarius, & Commiſſarius Capitularis, ad hoc, ut ſupra, ſpecialiter deputatus, & ſcrutatoris nomine, juxta laudabilem dicti Monaſterii conſuetudinem, fungens, ſe recepit ad locum N. ubi ad hunc effectum paratus erat calix, & ſic deventum fuit ad actus ipſorum votorum, quæ ſinguli Canonici de Capitulo, juxta Profeſſionis antiquitatem in ſcriptis dederunt, ſchedam in calice reponentes, & ſubinde ad priora loca revertentes. Quibus quidem votis per d. Reverendiſſimum ſcrutatorem in ſcriptis receptis, ut ſupra, eiſque ſecreto viſis, & collatis, & tandem combuſtis, ſua Reverendiſſima Dominatio rediit ad locum, ubi con-

ſedebant d. DD. Capitulares, & retulit ea, quæ per dicta vota receperat, dicens: *Omnes unanimiter de Capitulo in Admodum Rev. P.N.N. conſentire, illumque poſtulare, a quo de Jure in Præpoſitum, & Paſtorem ſibi concedi*, quæ quidem relatio, toti Capitulo grata, & accepta fuit, & d. P. N.N. a quo de jure poſtulârunt in Abbatem & Paſtorem Monaſterii prælibati. Tunc præfati Perill. & Reverendiſſimus Dominus Vicarius & Commiſſarius deputatus, & Admodum Rev. DD. Decanus & alii Capitulares, & perſonæ poſtulantes, gaudentes, & exultantes, ſe in ædem ſacram ejuſdem Monaſterii contulerunt, ibique alta, devotaque voce canticum jucunditatis & lætitiæ *Te Deum laudamus &c.* cantarunt, Eccleſiæ organis, & campanis pulſantibus.

De quibus omnibus, & ſingulis præd. D. D. Poſtulantes petierunt fieri per me Notarium & Cancell. infra ſcriptum, unum, vel plura, publicum, ſeu publica inſtrumenta, & ita omni &c.

Acta, & publicata fuerunt omnia & ſingula ſupra ſcripta, in loco, ſub anno, die & menſe, & Pontificatu, quibus ſupra præſentibus ibidem DD. N. N. N. omnibus teſtibus notis, & ſpecialiter adhibitis.

Abbatis Confirmatio, & Benedictio.

§. II.

1 Non eo ipſo, quod aliquis fuerit in Abbatem electus, facultatem habet exercendi ea, quæ ſunt ordinis, ſed debet præceſſiſſe benedictio Epiſcopi; ſed quia benedictionem præcedere debet confirmatio, ideo de ea nunc agendum erit.

2 Confirmatio, alia eſt tacita, alia expreſſa. Tacita eſt, & ſufficit, quæ ſcilicet imbibitur in ipſa benedictione, ſcienter non confirmato data, vel in mandato a Pontifice dato de benedicendo, quem ſcit non fuiſſe confirmatum, quando tamen electio non impugnatur: nam ſi impugnatur, confirmatio expreſſa requiritur. *cap. 1. de ſupplem. neglig. prælat.*

3 Porro confirmatio Abbatum &c. qui debent confirmari in conſiſtorio, ut ſunt exempti &c. antequam fiat, debet præmitti inquiſitio per viciniorem Epiſcopum facienda, ſi Nuncius Apoſtolicus non poſſit, in qua veniunt eadem ſervanda, quæ ſervantur in inquiſitione, quæ fit pro confirmatione Epiſcopi, juxta formam præſcriptam a Gregor. XV. & Urbano VIII. apud Pyrr. Corrad. *in prax. benef. lib. 2. cap. 16.* Pacem Jordan. *de re Sacra lib. 1. tit. 1.* Pariſ. *de reſignat. lib. 8. q. 6.*

4 Proceſſus ergo inquiſitionis ejuſmodi eſt conficiendus a Nuncio Provinciali loci, vel Legato Sedis Apoſtolicæ, qui ſi non adſint, debet fieri ab Ordinario viciniore, & ſi aliquis ex prædictis ſit conſanguineus, vel affinis uſque ad tertium gradum incluſive cum promovendo, excluditur ab hoc munere, & defertur ad illum, qui proxime ſequitur, ſervato eodem ordine & gradu: ut ſcilicet primus ſit Legatus Pontificis, ſecundus, Nuncius Provinciæ &c. tertius, ordinarius vicinior; qui ſi ſit impeditus legitime, hoc officium eodem ordine transfertur ad alium Prælatum viciniorem illi, qui eſt impeditus. Et regulariter, illi, ad quos ſpectat facere proceſſum inquiſitionis ſuper qualitatibus promovendi, debent etiam facere proceſſum pro habenda informatione ſtatus Monaſteriorum. Quod ſi in alio loco, ſcilicet regione, eſſet Monaſterium, & in alio promovendus; tunc Prælatus inquirens ſuper qualitatibus perſonæ, poterit ſubdelegare Epiſcopo viciniori ipſi monaſterio, confectionem proceſſus, pro informatione ſtatus Monaſterii ejuſdem. vid. Pyrrhum Corrad. & Pac. Jord. *loc. cit.*

5 Teſtes vero ii erunt aſſumendi, qui ſint viri graves, pii, prudentes, docti, & qui de qualitatibus promovendorum rectum judicium ferre poſſint, & verum teſtimonium; & maxime qui ſint verſati in qualitatibus, quibus promovendus neceſſario debet eſse inſtructus. Non ergo erunt recipiendi cognati, nimium familiares, vel inimici, ſeu æmuli promovendi. Unde inquirens debebit eſſe oculatus in obſervando, an teſtes ejuſmodi exceptione laborent. Præterea, ſi videbitur expediens, debebit illis explicari vis juramenti, & perjurii, ac eorum pœnæ &c. Si vero inquirens non habeat notitiam promovendi, ut poſſit deligere, & vocare teſtes ex officio, poterit curare, ut ipſe promovendus, vel alius det ſchedam, in qua ſint ordine deſcripta, nomen promovendi, cognomen, patria, ætas, parentes, ordo, gradus, profeſſio, functio, loca in quibus Theologiæ operam dedit, vel longo tempore fuit verſatus, familiares, amici, aliæve perſonæ, quæ tam ipſum, quam parentes illius intime norint; quæ tamen ſcheda non erit inſerenda proceſſui, cum illa debeat ſervire tantum pro notitia eorum, quæ ab inquirente debent examinari. His ergo præmiſſis, inſtructionem ipſius proceſſus formandi, vel teſtium examinandorum ſubjungamus.

Notandum tamen prius eſt, eoſdem inquiſitores non 6
poſſe ejuſmodi proceſſum alii ſubdelegare, neque examen teſtium, niſi pro aliquo articulo particulari: uti videri poteſt apud Pyrrh. Corrad. & Pac. Jord. *lo. ſup. cit.*

Inſtructio Interrogatoriorum faciendorum, in Inquiſitione ſuper qualitate promovendi.

Delato teſti juramento (ſeorſim enim unus ab alio 7
eſt examinandus) & eorum dicta extendenda ſunt in ſpecie, uti dicendo: „ *Ego agnoſco eum &c.* „ non vero dicendo affirmative „ *Ita* „ vel negative „ *Non* „ interrogetur.

Primo, an cognoſcat promovendum, a quanto tempore, ex qua occaſione? an ſit ipſi Conſanguineus, cognatus, vel affinis? familiaris, æmulus, vel odioſus?

Secundo, an ſciat, in qua Civitate, loco, vel Diœceſi, promovendus ſit natus, & in cauſa ſcientiæ?

Tertio, an ſciat, eundem eſſe natum ex legitimo matrimonio, honeſtis, & Catholicis parentibus, & in cauſa ſcientiæ?

Quarto, an ſciat, cujus ætatis ſit ipſe promovendus, & in cauſa ſcientiæ?

Quinto, an ſciat, eundem eſse conſtitutum in ſacris ordinibus, quibus, a quo tempore citra, & an ante ſex menſes, & in cauſa ſcientiæ?

Sexto, an ſciat, eum in Eccleſiaſticis functionibus, & in exercitio ordinum ſuſceptorum dici verſatum, in ſuſceptione Sacramentorum frequentem, ac devotum, & in cauſa ſcientiæ?

Septimo, an ſciat, eum ſemper vixiſse Catholice, & in fidei puritate permanſiſse, & in cauſa ſcientiæ?

Octavo, an ſciat, eum eſse præditum vitæ innocentia, boniſque moribus, & an ſit converſationis honeſtæ, & bonæ famæ, & in cauſa ſcientiæ?

Nono, an ſciat, eum eſse virum gravem: & prudentem, & in cauſa ſcientiæ?

Decimo, an ſciat, eum eſse gradu, vel in Jure Canonico, vel in Theologia inſignitum, quibus in locis, quanto tempore, & quo fructu SS. Canonibus vel S. Theologiæ, operam dederit, & an vere ea polleat doctrina, quæ in Abbate requiritur, ad hoc ut poſſit alios docere, & in cauſa ſcientiæ?

Undecimo, an ſciat, eum aliquo munere functum 15
eſse, vel circa curam animarum, vel in regimine alterius Eccleſiæ, & quomodo in illis ſe geſserit, tam quoad doctrinam, quam quoad prudentiam, & integritatem, & mores, & in cauſa ſcientiæ?

Duodecimo, an ſciat, eundem eſſe profeſſum in Religione, a quanto tempore, & in cauſa ſcientiæ? 16

Decimo tertio, an ſciat, eum aliquando publicum ſcandalum dediſſe circa fidem, mores, doctrinam, vel aliquo corporis, aut animi vitio, aliove canonico impedimento teneri, quo minus poſſit ad dictam dignitatem promoveri, & in cauſa ſcientiæ?

Decimo quarto, an eundem exiſtimet eſſe idoneum ad regendum bene monaſterium in quo eſt promovendus, & an ſit dignus, quod ad illud promoveatur, & an ejus promotio ſit futura utilis & proficua, ipſius teſtis judicio, & quare id credat?

Si vero promovendus eſt ortus in Provincia, in qua 8
non ſunt Univerſitates, nec eſt conſuetum ſuſcipere gradum, tunc ſufficiet, ſi teſtimonio virorum gravium, & Theologiæ, vel Juris Canonici peritorum conſtet, promovendum ea ſcientia Theologiæ vel SS. Canonum pollere, ut idoneus ſit, ad ea docenda, quæ populum Chriſtianum ſcire oportet, ac muneris ſibi injuncti neceſſitati valeat ſatisfacere, & ad hunc ſenſum tunc erit formandum interrogatorium: juxta quod ſi teſtis depoſuerit, ſe de ſcientia promovendi certum redditum

eſſe

eſſe, ex eo, quod promovendus ſpecimen ſuæ doctrinæ publice dederit, vel ſe id privatim agnoviſſe; tunc plene probata diceretur ſcientia promovendi; aliter vero non, ad mentem Gregorii XIV.

Interrogatoria vero facienda in translatione Prælati a regimine unius Monaſterii, ad regimen alterius; vide ea, quæ dicemus in praxi confirmationis Epiſcopi *ſub Litt. E.*

Interrogatoria pro habenda Informatione ſtatus Monaſterii.

9 Primo, in qua provincia, & ſtatu, vel Diœceſi ſit monaſterium, & in cauſa ſcientiæ?

Secundo, cujus ordinis ſit? & in cauſa ſcientiæ.

Tertio, quis ſit numerus Monachorum, & quis eos, tanquam caput, regere conſueverit, & in cauſa ſcientiæ?

Quarto, ſub qua invocatione ſit Eccleſia Monaſterii, cujus ſtructuræ, & qualitatis, an egeat reparatione, & in cauſa ſcientiæ?

Quinto, qui ſint redditus menſæ conventualis, & in cauſa ſcientiæ?

Sexto, an Monaſterium habeat aliquam Juriſdictionem temporalem, vel ſpiritualem, quam, & in quos, & in cauſa ſcientiæ?

Septimo, an habeat curam animarum, per quem hæc exerceatur, & in cauſa ſcientiæ?

Octavo, an vacet, quomodo, & a quo tempore citra, & in cauſa ſcientiæ?

10 Examine de perſona promovendi, & ſtatu Monaſterii peracto, Notarius eas, una cum ſcripturis, ſcilicet fide Baptiſmi, & ordinationis in forma authentica producta, ac profeſſione fidei, in inſtrumentum publicum rediget, & Prælatus, qui illum confecit ad Pontificem, clauſum, & obſignatum tranſmittet, ſi Eccleſia vel Monaſterium non ſit ad nominationem, vel præſentationem Imperatoris vel Regis, tunc enim eſſet tranſmittendus ad Cardinalem protectorem Imperii, vel Regni.

11 Ipſe vero Prælatus, qui formavit proceſſum, per litteras ſeparatas, ſimul tamen cum proceſſu mittendas, vel per ſubſcriptionem hujuſmodi proceſſus, ſignificabit, quanta fides teſtibus examinatis, eorumque dictis, & ſcripturis productis, ſuo judicio habenda ſit, & ſimul, quid de promovendo ipſe ſentiat.

Et hæc eſt forma proceſſus præſcripta a Gregorio XIV. & renovata ab Urbano VIII. ut videri poteſt apud Pyrr. Corrad. *l. ſup. c.*

Sed quia a promovendo debet edi profeſſio fidei, & 12
præſtari ulterius etiam juramentum fidelitatis, ideo in profeſſione fidei, notanda ſunt ſequentia: quod ſcilicet iſta debet fieri in manibus Prælati, qui formaverit inquiſitionem, vel ſi promovendus longe diſtet, poterit Prælatus ſubdelegare ejuſmodi profeſſionis receptionem ordinario, cui promovendus vicinior erit.

Porro hæc profeſſio debebit recipi præſente Notario 13
publico, & teſtibus, & profeſſionem promovendus debebit edere flexis genibus, & in fine tanget ambabus manibus SS. Evangelia, eaque deoſculabitur. Et duobus in locis, in quibus nomen, & cognomen ejus venit exprimendum, ea ſua propria manu adſcribet. Ulterius Prælatus recipiens ſe in fine exemplaris dictæ profeſſionis, ſubſcribet propria manu, & teſtabitur eam a ſe receptam fuiſſe, ſub hac forma „ *Ego N. fidei* „ *profeſſionem juxta præſcriptam formam a R. P. D. N.* „ *in manibus meis ad verbum emiſſam, recepi, & ita* „ *teſtor manu propria.*

Tandem Notarius, qui præſens fuit publico inſtru- 14
mento in calce ejuſdem exemplaris, immediate poſt ſubſcriptionem Prælati Inquirentis, extenſe fidem faciet, de prædictæ profeſſionis emiſſione, ac receptione præſentibus teſtibus, quorum nomina & cognomina exprimet.

Eſſet hic inſerenda forma, tam profeſſionis fidei, quam juramenti fidelitatis, ſed quia hæ paſſim obviæ habentur, etiam apud Pyrrh. Corrad. *loc. cit.* ideo ultro omittuntur.

Emiſſa igitur profeſſione fidei, conficitur de ea (ut ſupra dictum eſt) publicum inſtrumentum a publico Notario, tenoris ſequentis.

Forma Inſtrumenti publici.

IN Dei Nomine Amen. Per hoc publicum inſtrumentum cunctis pateat evidenter, quod Anno a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti indictione &c. die vero &c. Menſis &c. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & D. N. D. N. N. divina Providentia Papæ *(ponitur numerus)* Anno ejus &c. in majori Eccleſia N. & in ejus loco Capitulari: Perilluſtr. & Admodum Rev. Dominus Canonicus dictæ Eccleſiæ, præſentibus cæteris DD. Canonicis, flexis genibus, fidei Orthodoxæ profeſſionem ad præſcriptum Decreti S. Conc. Trid. nec non Conſtitutionis fel. rec. Pii IV. emiſit: præſentibus NN. pro teſtibus ad prædicta vocatis, atque rogatis.

Poteſt etiam is modus ſervari, & ejuſmodi atteſtationibus, qui eſt conſuetus in inſtrumento poſſeſſionis, cui ſolet inſeri ejuſmodi fides. Quod tamen inſtrumentum aliis in locis extendi conſuevit in calce formæ juramenti impreſſæ.

15 Quæ ſupra dicta procedunt in iis Abbatibus, qui in conſiſtorio promovendi ſunt, vel confirmandi, quales potiſſimum eſſe ſolent Abbates, habentes jura quaſi Epiſcopalia. In aliis vero Abbatibus ſervantur quidem ferme eadem, ſed aliqua omitti ſolent, juxta cujuſque Diœceſis conſuetudinem.

16 Sed his omnibus peractis, & eo ipſo, quod quis fuerit in Abbatem electus, non tamen ſtatim, facultatem habet exercendi ea, quæ ſunt Ordinis (niſi quis habeat particulare indultum) ut ſupra meminimus. Sed debet præceſſiſſe Benedictio Epiſcopi. Bene verum eſt, quod ſi Epiſcopus tertio requiſitus, tenuit benedicere ſine cauſa, tunc in odium Epiſcopi negligentis, Summ. Pontifex, concedit iiſdem facultatem eadem præſtandi, ac ſi fuiſſent benedicti, & hæc uſque eo, quo Epiſcopi contumacia duraverit, qua ceſſante, & benedicere Epiſcopo parato, ceſſat conceſſio, & Abbas benedictionem ſuſcipere tenetur, & interim abſtinere ab exercitio, niſi (ut ſupra dictum eſt) habeat privilegium exercendi Pontificalia, etiam ſine benedictione: Ut declaravit S. Congr. apud Pac. Iord. *de re ſacra lib.* 5. *tit.* 3. *num.* 22. *ſeqq.* vide Suarez *de Religioſ. tom.* 4. *tr.* 8. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 2. Canoniſt. *in cap.* 1. ubi gloſſ. *& cap. omnes, de ſuppl. negl. Præl.* Gavant. *in manual. Præl.* 5. Barb. *de Off. Epiſc. alleg.* 27. *n.* 54. & alii apud Jord. *loc. cit.* Quod privilegium ſupponuntur habere Abbates Monachorum juxta Tamburin. *de jure Abb. tom.* 1. *diſp.* 11. *qu.* 23. apud Jord. *loc. cit. num.* 30.

Limita, ſi Epiſcopus benedictionem ex cauſa ratio- 17
nabili denegavit: quia rationabilis cauſa regulariter cenſetur excepta. *cap. cum dilecti de accuſat.* tunc enim Abbas electus non poterit uti ſupra dicta conceſſione, ſed debebit recurrere ad ſuperiores Epiſcopi, & coram ipſis, jus ſuum proſequi. Jord. *l. c. n.* 31.

Limita ſecundo, ſupra dictam conceſſionem, quæ 18
competit Abbati in contumaciam Epiſcopi, non procedere in Abbatiſſa. Jordan. *l. c. n.* 33. Si autem Epiſcopus, qui debuiſſet Abbatem benedicere, vel non fuerit conſecratus, vel legitime impeditus, aut Eccleſia Epiſcopalis omnino fuerit vacans, tunc concedendæ erunt Abbati dimiſſoriæ, ut benedici poſſit ab alio Epiſcopo, injuncto tamen Antiſtiti benedicenti, ut juxta formam Pontificalis, peracta benedictione, juramentum fidelitatis præſtari ſolitum, & debitum, nomine Ordinarii dimittentis, recipiat, illudque in litteras patentes redactum, & benedicti ſubſcriptione, ac ſigillo firmatum, ad dimittentem tranſmittat. Forma autem litterarum dimiſſorialium erit ſequens.

Forma Dimiſſorialium.

NOS &c. *(ſi fuerit ſedes plena, addatur)* ad infra ſcripta ſpeciali facultate ſuffultus. *(ſi fuerit vacans, omittatur.* Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo nobis in Chriſto dilecto D. N. in Abbatem loci N. Canonice a Monachis N. electo, & a nobis, ſervatis de jure ſervandis, confirmato *(ſi fuerit proviſus a ſede Apoſtolica, dicatur:* Qui de Abbatia, cujus proviſio pro hac vice) *(ſi jure devoluto pertineat ad Pontificem, addatur* pro hac vice duntaxat) ad ſanctam Sedem Apoſtolicam, ex cauſis, de quibus in Bullis, per eandem ſedem, ad tui favorem expeditis, devoluta fuerit, proviſus, & per nos, uti executorem Apoſtolicum, in illius corporalem poſſeſſionem immiſſus extiteris: Salutem in Domino. Attenta ſedis Epiſcopalis hujus vacantia *(ſi fuerit alia cauſa, exprimatur)* tuis precibus favorabiliter annuentes, ut a quocunque Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo D. Catholico Antiſtite gratiam & communionem ſedis Apoſtolicæ habente, tale benedictionis munus recipiendi, ipſique Domino Antiſtiti in propria Diœceſi, ſeu in aliena, de Reverendiſſimi Ordinarii loci conſenſu. Pontificalia exercenti, illud tibi impertiendi, facultatem, tenore præſentium concedimus, & elargimur. Qui quidem Reverendiſſimus Dominus Antiſtes juxta formam Pontificalis in benedictione facienda per Ordinarium, ipſa benedictione perata, a te, nomine Eccleſiæ hujus N. N. fidelitatis juramentum præſtari ſolitum, & debitum, recipiat, illudque in litteras patentes redactum, tuique ſubſcriptione, & ſigillo appenſo firmatum, ad nos tranſmittat, aliaque omnia faciat, & exequatur, quæ circa hujuſmodi benedictionis munus, neceſſaria erunt, & opportuna. In quorum, &c.

N. Vicarius, &c.

(L. S.)

N. Actuarius &c.

19 Porro, licet Abbatiſſæ ſit præfinitus annus ad petendam benedictionem, ita ut alias cadat jure ſuo, tamen tempus illud, non eſt præfinitum Abbatibus, cum nullum jus hoc determinet. Erubeſcimus autem ſine lege loqui. Pax. Jord. *de re ſacra lib. 5. tit. 3.*

20 Tandem notandum eſt: Abbatem ſemel benedictum, non poſſe amplius benedici, quia benedictio hæc, non eſt iterabilis, licet Abbas, ad majorem Abbatiam promoveretur, & in prima, habuiſſet tantum uſum Byrreti, in ſecunda vero mitræ, imo, licet litteras ſuæ benedictionis amiſiſſet, nec aliter poſſet probari; quo ultimo caſu tamen, poterit de novo benedici ſub conditione. Teſte Navar. apud Pac. Jord. *de re ſacra lib. 3. tit. 5.*

§. III.

Abbas quoad Jus exercendi Pontificalia.

1 Abbas igitur, ſi fuerit benedictus (ut ſupra dictum eſt) aut habeat privilegium illa exercendi etiam ſine benedictione, prout tale privilegium hodie apud Abbates exiſtere dicit Tambur. *de Jur. Abb. tom. 2. Diſp. 2. q. 3.* vid. etiam Zerola *in prax. p. 2. in verb. Abbas & in p. 1. eod. verb.* Jord. *l. ſup. cit.* habet jus utendi Mitra cum paſtorali, non tamen extra ſuam Eccleſiam per Diœceſin, etiam de ordinarii conſenſu, ſine Pontificis facultate, ut declaravit S. Congr. Concilii apud Pac. Jord. *de re ſacr. loc. cit.* qui tamen aliam declarationem priori contrariam allegat. Vide declarationes S. Congr. infra poſitas, *declar. 8.*

2 Limita quoad Eccleſias ſuæ unitas, in quibus poteſt cum mitra & paſtorali incedere, ſecus tamen extra illas, extra quas neque poſſunt mitram ante ſe facere deferri. Ita S. Congreg. apud eundem Pac. Jord. ſed vide infra *declar. S. Congr. 17.* Præterea non debet ſub mitra uti byrreto alterius coloris, quam nigri. Vide infra *d. declar. 8.*

3 ** In Provincialibus Conciliis, & Epiſcopalibus Synodis, ſi uſus Pontificalium ſit a Sede Apoſtolica conceſſus, uti poſſunt Mitris tantumodo aurificiatis, non tamen aureas, vel argenteas laminas habentibus. Clemens IV. in Decretali, *Ut Apoſtolice de Privile. in Sexto.*

4 Poteſt etiam Abbas tenere baldachinum, ſed ſine auro, & pompa, ter in anno ad ſummum, ſicut ter in anno poteſt Pontificaliter celebrare, cum uno tantum Diacono, Subdiacono, & alio in pluviali, licet non ſint damnandi, qui ad majorem Eccleſiæ decorem, majori utuntur pompa. Sex candelis uti poteſt, non ſeptem, qualiter poteſt Epiſcopus. Ita S. Rituum Congr. apud Pacem Jord. *de re ſacra loc. cit.* Vide declarationes infra *declar. 3. & 8.*

5 Ulterius Abbas benedictus, habet jus benedicendi paramenta, in quibus ſacra unctio non requiritur. S. Rit. Congr. ſup. cit. Tamb. *de jur. Abb. diſp. 23. q. 1. n. 5.* Suarez *de Religioſ. tom. 1. tr. 8. lib. 2. cap. 30.* ſed vide infra *declar. S. Congr. 19. & 18.* & Pacem Jord. *l. c. a n. 54.*

6 Pollutam Eccleſiam, aqua per Epiſcopum benedicta, reconciliare poteſt: imo ſi Epiſcopus diſtet per duas dietas, poterit ipſam aquam benedicere. Tambur. *l. c. diſp. 23. q. 10.* Pax Jord. *l. c. n. 59.* ubi Gavant.

Poteſt diſpenſare ſuper interſtitiis cum ſuis ſubditis, 7
quos ordinat ad minores. Riccius *in prax. tom. 2. p. 4. reſol. 584.* Tamburin. *de Jur. Abb. tom. 2. diſp. 2. q. 12. & 13.*

Non poteſt dare dimiſſorias non ſuis ſubditis. Idem 8
Ric. *reſol. 585. n. 2.* Pax Jordan. *l. c. num. 63.* ubi Sac. Cong. & alii.

Poteſt ordinare ad minores ſubditos Epiſcopi, cum 9
ejus dimiſſoriis. Zerola *in prax. p. 1. verb. Abbas.* Tambur. *de Jur. Abbat. tom. 2. diſp. 2. q. 7.* apud quem plurimi. Barb. *Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 17.* qui afferunt aliquas declarationes Sacr. Congr. Riccius tamen *l. ſup. cit. reſ. 585.* contrariam ſequitur opinionem, & fatetur ita fuiſſe declaratum a S. Congr. & Rot. quæ citatur, illiuſque totus tenor allegatur & ponitur a Tambur. *de Jur. Abbat. tom. 2. diſp. 2. q. 7.* & illius rationes hic adducere placuit, nempe quia Concil. Trid. *c. 10. ſeſſ. 23.* reſtringere voluit facultatem Abbatum, quam habebant de jure communi conferendi ordines minores, etiam non ſubditis juxta *gl. in cap. Abbates. verb. tonſuram de privileg. in 6.* dummodo in illos Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem obtinerent: voluit inquam Concil. Tr. reſtringere hanc facultatem ad ſolos Regulares ſubditos; & patet ex eo, quod Concil. *l. c.* prohibet, ne Abbates dimiſſorias clericis ſæcularibus, ut ab aliis ordinentur, concedere poſſint: cum enim ejuſdem ſit ordinare, & dimiſſorias dare *cap. 1. diſt. 72.* profecto adempta facultate dandi dimiſſorias, videtur etiam adempta facultas ordinandi: Neque refert, quod Epiſcopus det ejuſdem facultatem Abbati: nam ſicut Pontifex non poteſt dare licentiam ordinandi illi, qui ordinatus non eſt, ut tradit Innoc. *in cap. quanto de conſuet.* & fert communiſſima Theologorum; ita neque Epiſcopus per ſuas dimiſſorias poteſt dare facultatem Abbati, qui eadem ex diſpoſitione Concil. Trid. caret, & ideo conſecratio ſuffraganei, illi debet ab Epiſcopo delegari, qui alias fuerit capax. *cap. eadem de Offic. Ord.* Sic facultas audiendi confeſſiones committi non poteſt, niſi illi, qui habuerit capacitatem. Cum ergo Concil. Trid. hanc facultatem abſtulerit Abbatibus, ſequitur neceſſariò, etiam cum dimiſſoriis Epiſcopi hanc authoritatem fuiſſe ablatam: Quia hoc decretum Concilii eſt correctorium Juris communis (ut patet ex illis verbis „ *Non liceat impoſterum* „) ſed de Jure communi, ſicut Epiſcopi poterant delegare etiam Abbatibus, ut cum dimiſſoriis ordinarent ſuos ſubditos ſæculares, ergo ne Concilii decretum reddatur inutile, & ſuperfluum, concludendum eſt, illud aliquid ſuperaddere juri Communi, & ejuſdem juris diſpoſitionem immutare. Vide Pac. Jord. *de re ſacra lib. 5. tit. 3. n. 60.* (qui tamen utramque ſententiam probabilem judicat, in fin. cum Diana) qui ex eo maxime noſtram ſententiam confirmat, quod declarationibus ſacr. Congr. poſt decretum Urbani VIII. non ſit adhibenda fides, niſi in authentica forma, ſolito ſigillo, & ſubſcriptione Card. Præfecti, ac Secretarii ejuſdem, fuerint munitæ. Vide etiam Barb. *de Off. Epiſc.*

Epiſc. alleg. 3. *n.* 11. quamvis hodie in iſtis Germaniæ partibus aliter ſervetur.

§. IV.

Abbas quoad jura quaſi Epiſcopalia.

1 Cum quidam Abbates habeant jura quaſi Epiſcopalia, & territorium ſeparatum ab Epiſcopo, ideo de iſtis hæc pauca notare placuit.

2 Abbas non præſumitur habere jura Epiſcopalia, niſi probetur, & oſtendatur privilegium Apoſtolicum, cum ſolus Papa illa poſſit concedere. Abb. *in cap. cum conting. nu.* 18. *de for. comp.* poſt Joan. Andr. *in cap. cum Epiſcopus de Off. Ord. in* 6. apud Rot. *deciſ.* 655. *p.* 3. *rec.*

3 Ita, ut an Abbas habeat juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ſive plenariam in ſuos ſubditos, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus, reſpiciat petitorium, & interim dum ſuper hoc cognoſcitur, Epiſcopus manutenendus ſit in ſua Juriſdictione, quam habet ex aſſiſtentia juris, ſtante maxime poſſeſſione. Rot. *deciſ.* 310. *p.* 4. *rec. tom.* 2.

4 Imo, ſi loca, vel perſonæ, in, vel ſuper quibus Abbas prætendit ſe habere juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus v. g. in cauſis matrimonialibus, Confeſſariorum approbatione & aliis ſicut & in cauſis criminalibus, ſita ſint intra fines diœceſis Epiſcopi, hanc juriſdictionem Abbati contradicentis, tunc idem Epiſcopus habet pro ſe aſſiſtentiam juris. *cap. perſonæ* §. *fin. de privileg. in* 6. Caputq. *deciſ.* 306. *n.* 2. *p.* 1. & *deciſ.* 201. *p.* 2. Card. Mantic. *deciſ.* 322. *n.* 1. & 2. apud Rot. Rom. *deciſ.* 600. *p.* 4. *rec. tom.* 3. & *deciſ.* 340. *p.* 15. *rec.* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 5. *q.* 8. *n.* 1. Ita ut Epiſcopus veniat manutenendus, etiamſi non probaverit poſſeſſionem. Rot. *l. c.* Verall. *deciſ.* 306. *p.* 1. & alii apud aliam Rot. *deciſ.* 655. p. 3. *rec.* Tambur. *l. c. n.* 2. maxime in cauſis matrimonialibus, approbationis confeſſariorum, & etiam criminalibus, in quibus habet aſſiſtentiam juris contra quoſcunque Prælatos ſe inferiores, etiam ex diſpoſitione S. Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. §. *ad hæc de reform.* & in ſpecie quoad approbationem confeſſariorum *in ſeſs.* 23. *cap.* 15. *de reform.* & eſt textus *in Clement. dudum* §. *ac deinde* & ibi Vital. & alii *de ſepultur.* Rot. *deciſ.* 655. *p.* 3. *rec.* & *deciſ.* 600 *p.* 4. *rec. tom.* 3. ubi ſubditur, quod licet alias S. Congreg. Concil. Interpretum declaraverit, Concilium non tollere immemorabilem, quam forſan habet aliquis Abbas exercendi jura quaſi Epiſcopalia, tamen, dum cognoſcitur, an adſit hæc immemorabilis pro Prælato inferiori, idque per tres conformes, interim Epiſcopus ſit manutenendus. Et etiamſi adſint aliqui actus ad favorem Abbatis, per illos tamen non probatur poſſeſſio, aut quaſi juriſdictionis Abbatis in præjudicium Epiſcopi, non probata ſcientia, & patientia ejuſdem Epiſcopi, de cujus juriſdictione agitur. *L. ſi ego* §. 1. *ff. de public. L.* 2. & ibi Bald. *nu.* 1. *Cod. de Servitut. & acqu.* & alii apud Rotam *deciſ.* 560. & 655. *p.* 3. *rec.* Tambur. *l. c. num.* 17. qui *n.* 18. ſubdit hanc ſcientiam præſumi ex lapſu longi temporis. Et ad probandam poſſeſſionem in concurſu teſtium ſibi contrariorum, magis eſſet ſtandum teſtibus deponentibus pro Epiſcopo, ob aſſiſtentiam juris. Innoc. *in cap. auditis n.* 4. *verſ. hinc colligitur de præſer.* Felin. *in cap. licet cauſam nu.* 9. *verſ. & ibi etiam de probat.* Gabriel. *de teſtib. concluſ.* 4. *num.* 29. & alii apud cit. Rot. *deciſ.* 560. *p.* 3. *rec.* de his vid. infra *num.* 13.

5 Si tamen Abbas habeat revera juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & territorium ſeparatum ab Epiſcopo, tunc poteſt in Eccleſiis ſibi ſubditis ea exercere, quæ Epiſcopus in ſua Diœceſi, & Diœceſani nomen aſſumit, per ea quæ tradit Abb. *in cap. ſicut venire num.* 3. *de exceſs. Prælat. & in cap. Joannes* 3. *de teſtamentis.* Rot. *deciſ.* 346. *p.* 1. *rec.* diciturque eſſe in dignitate conſtitutus, & omnia propemodum poſſe in ſuo territorio (Niſi particulari lege prohibeatur) quæ Epiſcopus in ſua Diœceſi.

6 Sic poteſt diſpenſare juxta tradita per Concil. Trid. *ſeſs.* 24. *cap.* 6.

7 Poteſt dare licentiam Concionatoribus ad concionandum in ſuo diſtrictu. Riccius in *prax. var. reſol.* 290. *part.* 2.

8 Poteſt remittere denunciationes in matrimonio. Idem Ric. *loc. cit. reſol.* 291. conferre minores ordines ſuis ſubditis. Grelinz. *conſ.* 142. Gratian. *diſcept. for. l.* 2. *c.* 212. Seraphin. *deciſ.* 467. Ciarlin. *contr. for. c.* 67. *n.* 28.

Poteſt dare dimiſſorias ſuis ſubditis, & licentiam Epiſcopo exercendi Pontificalia in ſuo diſtrictu, viſitare, exequi ultimas voluntates &c. Diana *p.* 4. *tr.* 4. *reſ.* 211. Monet. *de commut. ult. volunt. c.* 5. Buard. *in Bullam Cœnæ l.* 3. §. 2. *q.* 8. Avila *de Cenſur. p.* 7. *diſp.* 10. *dub.* 10. 9

Limita, eundem non poſſe concedere licentiam extrahendi aliquem ex Eccleſia, etiam in delictis exceptis, & notoriis, ſed tunc recurrendum eſſe ad viciniorem Epiſcopum. Ambroſin. *de Immunit. c.* 11. Bonac. *de imm. q.* 7. Ciarlin. *l. cit. cap.* 10. *n.* 34. Rodriquez *quæſt. regular. tom.* 2. *q.* 50. Peregrin. *de immun. Eccleſ. c.* 14. Guazin. *ad defenſ. reor. def.* 1. *c.* 31. *n.* 4. 10

Neque poteſt habere oratorium privatum, niſi ſpeciale deſuper obtineat privilegium: ſecundum Dianam *p.* 9. *tr.* 1. *reſol.* 48. 11

Non poteſt diſpenſare ab irregularitatibus occultis. Suarez *de pœnit. diſp.* 30. *ſect.* 2. & *de Cenſur. diſp.* 41. *ſect.* 2. Riccius *in prax. irregul. reſ.* 465. *part.* 1. Garz. *de benef. p.* 7. *c.* 11. *n.* 13. *ubi DD.* 12

Et quia ſuperius diximus, Epiſcopum eſſe in ſua poſſeſſione Juriſdictionis manutenendum, donec oſtendatur privilegium, aut immemorabilis conſuetudo in contrarium, ideo notandum eſt primo, quod ad impediendam manutentionem Epiſcopo, non ſufficiat allegare privilegium jura quaſi Epiſcopalia, aut exemptionem Abbatibus concedens, ſed neceſſarium eſt illud exhibere, quod ſit in forma probanti, & ad præſcribendum ſufficiens: *d. cap. cum perſonæ* §. *nos volentes &* §. *fin. de privileg. in* 6. Tambur. *de jur. Abb. tom.* 1. *diſp.* 15. *q.* 8. *apud quem alii.* qui tamen Tambur. *n.* 3. *in fine* ſubdit & allegat unam Rot. Rom. in contrarium, & interim poterit Epiſcopus ordinarius in eoſdem libere juriſdictione ſua uti. Tambur. *l. c. q.* 6. 13

Notandum ſecundo, Epiſcopo non dari manutentionem ſupra dictam, quando Abbas reperitur in quaſi poſſeſſione exercendi juriſdictionem. Abb. *in cap.* 1. *n.* 4. & 8. *ut lit. pendent.* Mareſcott. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 21. Tambur. *l. c. n.* 6. quod maxime procedit, ſi una cum poſſeſſione concurrat privilegium exemptionis, ita tamen, ut hæc poſſeſſio abſque privilegio utpote habens reſiſtentiam juris, niſi eſſet longæva & conſiderabilis, non ſufficeret ad manutentionem obtinendam. Tambur. *l. c. n.* 9. *ſeqq.* quamvis illa poſſeſſio eſſet ſufficiens ad offuſcandam juris aſſiſtentiam Epiſcopi, ita ut tunc relicto judicio poſſeſſorio, deveniatur ſtatim, juxta ſtylum Rotæ, ad merita cauſæ, niſi etiam Epiſcopus doceret de aliquibus actibus poſſeſſoriis, quia tunc ipſe non Abbas eſſet manutenendus. Vid. Tambur. *l. c. an.* 14. nec Epiſcopus opus habebit probare illos actus fuiſſe factos cum ſcientia & patientia Abbatis, cum habeat pro ſe aſſiſtentiam juris, quæ relevat ab onere talis probationis. 14

Ut autem privilegia S. Pontificis Abbatibus ſuffragentur, ad effectum exercendi plenariam juriſdictionem in Populum & clericos ſæculares (quidquid ſit reſpectu ſuorum monaſteriorum, & degentium in eis) debet per Abbatem oſtendi, ſibi fuiſſe per Papam conceſſam juriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum ſeparatione territorii, a Diœceſi Ordinarii, & quod ipſe ſe gerat tanquam Epiſcopus. Ita Rot. *deciſ.* 340. *p.* 15. *rec.* quæ teſtatur ita fuiſſe pluries in illo S. Tribunali deciſum. 15

Ubi enim Abbates habent territorium ſeparatum, tunc illud territorium dicitur eſſe nullius diœceſis, ita ut nec in diœceſi nec de diœceſi alterius cenſeri poſſit, ſed eſt propria Abbatis Diœceſis, & per ſe, reſpectu cujus ipſi Abbates Diœceſani vocantur. *Gl. in clem.* 1. §. *volumus in verb. Diœceſani* & ibi Card. *in* 4. *quæſt. n.* 2. & alii apud Rot. *deciſ.* 324. *p.* 1. *rec.* nec ſubjacent amplius ordinariæ juriſdictioni Epiſcopi. Tambur. *de Jur. Abb.* p. 2. *diſp.* 2. *q.* 26. cum aliis relatis a Rota *deciſ.* 225. *p.* 13. *rec. n.* 5. Interim tamen, præſumptio ſemper generalis eſt, quod Eccleſiæ ſitæ ſint in aliqua diœceſi, donec probetur Abbatem habere territorium ſeparatum. *Cap. omnes* 16. *q.* 7. Rot. *deciſ.* 220. *p.* 9. *rec. tom.* 1. plurimi apud Tambur. *l. c. diſp.* 15. *q.* 9. *p.* 1. Hujuſmodi vero territorium ſeparatum ſolus Papa concedere poteſt ex privilegio ſpeciali, ad quem ſolum ſpectat, ut partem ſeparet a Diœceſi. Hoſtienſ. *in c. cum contingat n.* 1. *de for. comp.* & ibi Butr. *n.* 11. *verſ. de conſuetudine autem.* Panorm. *n.* 18. & alii apud Rot. *d. deciſ.* 324. & vide de his etiam ſtatim infra *in* §. *ſeq.* 16

An

17 An autem Abbas poſſit præſcribere certam partem Diœceſis cum territorio ſeparato, excludendo prorſus Epiſcopum in illo loco ab exercitio jurium Epiſcopalium? affirmativam cum Archidiac. *in c. cum Epiſcopus n. 2. verb. per alium de Off. Ord. in 6.* & ibi Joan. Andr. *ſub n. 1.* & aliis pluribus docet Tambur. *de Jur. Abb. p. diſp. 15. q. 9.* verum contrariam tuetur Rot. *in una Coſtantienſis Juriſdictionis Mercurii 18. Maii 1611.* quæ eſt in ordine *deciſ. 324. p. 1. rec. edit. Venet.* maxime quando agitur de territorio in genere, an præſcribi poſſit (quidquid ſit, quando ageretur ſolum ad effectum manutentionis, & negaretur territorium eſſe in Diœceſi Epiſcopi) ex quo eſſet monſtruoſum, quod duo capita inſurgant in eodem corpore, quod natura abhorret, & jus reſpuit, atque ideo præſcriptio fieret irrationabilis, & circa ea, quæ de ſui natura præſcribi non poſſunt, in quibus præſcriptio etiam immemorabilis locum non habet. Et poſt Hoſtienſ. Butr. Abbat. Bellam. citat etiam Gabr. *de præſcr. concl. 1. n. 8. & 36. & in una Salisburgenſis Juriſdictionis Mercurii 1. Julii 1643.* quæ ordine eſt *deciſ. 220. p. 9. rec. to. 1. edit. Vent. n. 29.* ubi dicitur, quod territorium ſeparatum & diſtinctum non valeat acquiri, niſi ex ſolo privilegio.

18 Epiſcopus autem non eſt judex competens, cum dubitatur an privilegia exemptionum a S. Pontifice conceſſa ſint valida, ſed ſolus S. Pontifex: ſed interim dum præfatus S. Pont. conſulitur, Epiſcopus Ordinarius utitur jure ſuo, niſi Abbas ſit in poſſeſſione, de quo vide Tambur. *de jure Abb. to. 1. diſp. 15. q. 6.* & ut ſupra.

§. V.

Abbas quoad exemptionem, & etiam quoad ſubjectionem Epiſcopo debitam.

1 Supra in paragrapho antecedenti aliqua notavimus de Abbatibus exemptis nullius diœceſis, utpote habentibus territorium ſeparatum, & propriam Diœceſim cum juribus quaſi Epiſcopalibus, qui etiam, ideo ipſi etiam Diœceſani appellantur. Juxta Card. *in clem. 1. §. volumus q. 4. n.* Tambur. *de Jur. Abbat. p. 2. diſp. 15. q. 9.* Nunc aliqua notanda ſunt de Abbatibus exemptis, qui territorium ſeparatum non habent, ſed ſunt in alterius Diœceſi: Ut *ex cap. cum Epiſcopi de off. ord. in 6.* Tambur. *l. c. n. 2.* quatenus nempe, & in quibus ipſi dependeant ab Epiſcopo, in cujus Diœceſi ſunt, tam quoad juriſdictionem, quam quoad legem Diœceſanam. Et quidem

2 Notandum eſt primo, quod privilegium exemptionis non facit, ut loca exempta ſint extra Diœceſin, & conſtituant territorium ſeparatum, niſi a S. Pont. exemptionem concedente, id expreſſe exprimatur: licet enim non ſint de Diœceſi, tamen remanent, & ſunt in Diœceſi, *cit. cap. cum Epiſcopus* & ibi Franc. *in 2. notab.* & Gemin. *n. 3. de Off. ord. in 6. c. 2.* & ibi DD. *de conſtit. eod. lib.* Gl. *in clem. frequens in verb. primi anni de privileg.* Anchar. *in cap. poſtulaſti. n. 45. de for. comp.* Felin. *in cap. grave n. 2. de off. Jud. ord.* & alii apud Rot. *deciſ. 324. p. 1. rec. per tot.* Tambur. *de Jur. Abbat. tom. 1. diſp. 15. q. 9.* apud quem alii; cum illud exemptionis privilegium, ſolum eximat a ſubjectione, non autem a ſituatione, & denominatione. Vital. *in clem. 2. n. 44. de privil.* Tambur. *l. c.* ita ut quælibet Eccleſia cenſeatur eſſe in aliqua diœceſi, ut ſupra §. *antec. n. 15.* notatum eſt: & cenſeatur eſſe in illa diœceſi, cujus finibus magis adjacet ad tex. *in §. inſulæ il. t. inſt. de rer. diviſ. L. adeo §. inſula ff. de acquir. rer. dom.* cum multis. Tambur. *l. c. n. 6.*

3 Et quod privilegium exemptionis non faciat, quod loca exempta ſint extra diœceſin, maxime procedit, ſi illud privilegium non eximat loca, & caſtra, ſeu populum alias ſpectantem, ſeu ſpectantia ad monaſterium exemptum: tunc enim exempti dicuntur habere tantum juriſdictionem in perſonis, & non in locis, cum remaneant in Diœceſi Epiſcopi, atque ita ſub illius juriſdictione. *cap. per exemptionem* ubi Gemin. *n. 5.* Franc. & Anchar. *de privileg. in 6.* & alii. Rot. *deciſ. 324. p. 1. rec. n. 6.* ubi docet, quommodo authores contrarii intelligendi ſint. Tambur. *l. c. n. 3. & 4.*

4 Notand. ſecundo, quod, ſi inveniretur exemptio facta monaſterii cum illius membris, tam ſæcularibus, quam ſpiritualibus, quæ Abbas pro tempore poſſidet, & impoſterum tam ipſe, quam ſucceſſores acquiſituri ſunt, non per hoc cenſerentur exemptæ etiam Eccleſiæ ſpectantes ad dictum monaſterium, ſi illi non fuerint unitæ pleno jure, cum alias Monaſterii membra dici non poſſent: & pars conſiderari non poteſt, niſi reſpectu totius, non obſtante quod in locis, ubi dictæ Eccleſiæ ſituatæ ſunt, Abbas habeat, & exerceat juriſdictionem temporalem, cum illa nihil habeat commune cum territorio, & juriſdictione ſpirituali: ut not. *in clem. 1. de exceſſ. Prælat. & clem. 1.* ubi Imol. *de reſcript.* Hoſtiens. *in cap. ſuper eo n. 3. de paroch. & in cap. querimonia de Jurepatr.* & alii apud Rot. ſæpe cit. *n. 9. & 10. & deciſ. 220. p. 9. tom. 1.* ubi etiam additur, quod quando donatur a laico aliquod territorium Eccleſiæ, non per hoc cenſeatur donata juridictio ſpiritualis, ob illius incapacitatem laicorum.

Notandum tertio, quod cum Epiſcopus habeat fun- 5
datam intentionem, exercendi juriſdictionem in omnes Eccleſias, & ſubditos exiſtentes intra fines ſuæ Diœceſis: *cap. cum perſonæ de privileg. in 6. cap. conquerente de off. ord.* Barboſ. *de Off. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 127. nu. 23.* & alii apud Rot. *dec. ſ. 340. nu. 1. p. 15. rec.* Mareſcott. *var. reſol. lib. 2. cap. 15.* Rot. *deciſ. 220. p. 9. rec. tom. 1.* Tambur. *de Jur. Abb. tom. 1. diſp. 15. q. 1. n. 2.* & alii; ita ut manuteneatur ob aſſiſtentiam juris, ut ſupra §. *antecedenti* notavimus: Ideo Abbas prætendens exemptionis privilegium, illud debet plene & concludenter probare: ita cum multis Rot. *deciſ. 340. p. 15. rec.* Tambur. *l. c. q. 5.* ubi tradit etiam modum probandi tale privilegium. Cum de jure communi omnes Monachi Epiſcopo ſubſint, ex quo tota poteſtas ordinaria eodem jure communi in propria diœceſi ſit penes Epiſcopum. *Cap. omnes Baſilicæ & cap. domus 16. q. 7. & 10. q. 1. per tot.* Tambur. *l. c. q. 2.*

Notand. quarto, quod, quando Eccleſia eſt in Diœ- 6
ceſi Epiſcopi, nec probatur habere territorium ſeparatum, generaliter omnia, quæ per privilegia exemptionis Epiſcopo expreſſe non adimuntur, illi cenſeantur reſervata, & remaneant ſub ejus juriſdictione. Ancharan. *cap. poſtulaſti nu. 45. ante medium verſic. quod probo de for. compet.* Rot. *deciſ. 324. p. 1. rec. n. 5.*

Sic ſub generali exemptione, non comprehenditur 7
exemptio a viſitatione. Mareſcott. *var. reſol. lib. 2. cap. 15. n. 2. & 3.* Gratian. *diſcept. for. diſcept. 870. n. 7.* Lorther. *de re benef. lib. 1. q. 25.* & alii apud Rot. *deciſ. 220. p. 9. rec. tom. 1.*

Notan. quinto Epiſcopum dupliciter Abbatem ſibi ſub- 8
ditum habere poſſe: nempe lege diœceſana, & lege juriſdictionis. *cap. dilectus de off. jud. ord.* Tambur. *de jur. Abbat. tom. 1. diſp. 15. q. 7. n. 1.* In lege Diœceſana continentur hæc: nempe convocatio ad ſynodum, & ad exequias ſolvendas clerico: exactio quartæ funeralis, ſicut & decimarum: charitativum ſubſidium, Cathedraticum, & alia, de quibus Tambur. *l. c.* In lege autem juriſdictionis, continentur commiſſio, deputatio, & approbatio ad curam animarum, punitio delictorum, conſecratio Eccleſiarum, altarium, veſtium &c. conſecratio Virginum, confectio chriſmatis, cæteraque ſpectantia ad Sacramenta: de quibus *in cap. conquerente §. præcedenti de off. ord.* & Tambur. *l. c.* his breviter prænotatis, Sit

Concluſio prima: de Jure communi Abbates, & cæ- 9
teri Regulares, ſunt exempti a lege Diœceſana. *cap. 1. 10. q. 1. cap. inter cætera, 10. q. 3. & cap. quam ſit; 12. q. 2. & cap. placuit, 17. q. 1.* Tamburin. *de jure Abb. tom. 1. diſp. 5. q. 7.*

Concluſio ſecunda, de jure communi Abbates non 10
ſunt exempti a lege Juriſdictionis. DD. in *cap. dilectus de off. Ord.* Abb. *in cap. 1. de ſtatu Monach.* Cockier *de Juriſd. ord. in exempt. p. 1. q. 16. n. 1.* Azor. *inſt. Moral. p. 2. lib. 3. cap. 32. q. 2.* Tambur. *l. c.*

* Concluſio tertia. Ubi Abbas, aut Superior Regu- 11
laris ſuam probat juriſdictionem Epiſcopalem, & Temporalem in Parochos, & Parochianos; & contra Epiſcopus probare nequit ampliorem in eoſdem juriſdictionem ex alio capite ſibi acquiſiam fuiſſe, abſtinere omnino debet Epiſcopus tam a viſitatione, quam ab alio quocunque juriſdictionis actu in hujuſmodi Parochos, & Parochianos. Bened. XIV. Conſtitut. *Firmandis*. §. 12.

Concluſio quarta. Abbates aliqui per ſpeciales ſum- 12
morum Pont. conceſſiones, ab utraque lege immunes exiſtunt. Ita Tamb. *l. c.*

Limitatur tamen primo hæc concluſio, in omnibus 13
concernentibus curam animarum, & adminiſtrationem

Sa-

Sacramentorum, quam Abbates in ſæculares exercent: tunc enim quomodolibet Abbates ſint exempti, ſubjiciuntur omnimodæ Juriſdictioni, viſitationi, & correctioni ordinariorum: Ut ex conſtit. Gregor. XV. *la.* 18. *Bullari tom.* 4. apud Rot. *deciſ.* 220. *pag.* 9. *rec. tom.* 1. Concil. Trident. *Seſſ.* 25. *de Regular. cap.* 11. atque ita ſubjiciuntur in curam animarum concernentibus etiam viſitationi, quæ comprehenditur ſub cura animarum. Felinus *in cap. ſuper litteris num.* 20. *de reſcript.* Lotther. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 25. *num.* 26. *ſeq.* & alii apud Rot. *deciſ.* 220. *p.* 9. *rec. tom.* 1. Tambur. *l. c. diſp.* 15. *q.* 7. imo ex verbis dictæ Conſtitutionis Gregor. 15. comprehendi etiam Abbates habentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, firmat Lotther. *l. c.* apud Rot. *cit. deciſ.* 220. qui Regulares, exercentes curam animarum perſonarum ſæcularium, etiamſi ſint per nutum amovibiles per ſuos Abbates, tamen ad illam deputari per eoſdem non poſſunt, niſi accedente Epiſcopi conſenſu, & prævio examine ex præcepto Concil. Trid. *d. ſeſſ.* 25. *de Regular.* Tambur. *l. c. q.* 7. *n.* 46. qui tamen *n.* 48. ſubdit, regulares curam animarum in perſonas ſæculares exercentes, ſi delinquentes repériantur, non eſſe ab Epiſcopo puniendos, ſed ſuis ſuperioribus Regularibus ad hunc effectum tradendos. Sed de hoc infra ſuo loco tractabimus.

14 Eccleſiæ ipſæ tamen Monaſteriorum exemptorum, ſicut & ipſa monaſteria exempta, viſitari ab Epiſcopo non poſſunt, nec Tabernaculum, aut alia hujuſmodi monaſteriorum exercentium curam animarum perſonarum ſæcularium, ſed ſolum huic poteſtati ſunt ſubjectæ aliæ Eccleſiæ, ſeu capellæ monaſterio exempto annexæ. Tambur. *l. c. num.* 50. ubi allegat Sac. Congr. Cardinalium ex Quaranta *in ſum. Bullar. verb. privilegia Regularium & alios.*

15 Sic etiam ſecundo limitatur prædicta concluſio quoad approbationem ad confeſſiones: Nam Regulares Sacramentum pœnitentiæ exercere non poſſunt, niſi ab Epiſcopo prævio examine approbentur. Ex Concil. Trid. *Seſſ.* 23. *cap.* 15. *de reform.* Tambur. *l. c. q.* 7. *n.* 15.

16 Tertio limitatur in cauſis matrimonialibus, in quibus etiam exempti, ſubduntur Epiſcopo. Concil. Trid. *Seſſ.* 24. *de reform. cap.* 20. §. *ad hæc:* niſi habeant juriſdictionem privative quoad Epiſcopos, vel ſaltem immemorabilem pro ſe: ita Tambur. *l. c. n.* 37. ut ſupra.

17 Quarto limitatur in cultu feſtorum: nam dies feſti, quos in ſua diœceſi Epiſcopus obſervandos mandaverit, tenentur obſervare etiam exempti. Concil. Trid. *Seſſ.* 25. *cap.* 12. *de Regular.* quod tamen quomodo intelligendum ſit, vide Tambur. *l. c. n.* 18.

18 Quinto limitatur in ſuſceptione ſacrorum ordinum (quidquid ſit de quatuor minoribus ordinibus, de quibus ſupra meminibus) quos Regulares etiam exempti ſuſcipere debent a proprio Epiſcopo. Tambur. *l. c. n.* 14.

19 Sexto limitatur in materia indulgentiarum, nam non poſſunt illas publicare, quas a S. Pontifice impetrarunt, ſine ordinarii licentia. Barb. *de off. & poteſt. Epiſc. alleg.* 105. *n.* 69. Tambur. *l. c.*

20 Septimo limitatur in cauſa hæreſis, nam in illa omnes exempti Epiſcopo ſubſunt: *cap. ad abolendam* §. *fin. de hæret. cap. ut officii* §. *denique de hæret. in* 6. Tambur. *l. c. n.* 25.

21 Plura de hac materia, an & quando Abbates ſeu Regulares etiam exempti Epiſcopo ſubſint, vid. cit. Tamb. *tom.* 1. *diſp.* 15. *q.* 7. *per totam* & paſſim tota *diſp.* 15. & plura etiam infra in verb. *Regulares.*

22 Et quia ſupra concluſione prima, & tertia, diximus, Abbates ſeu Prælatos immunes eſſe a lege diœceſana Epiſcopi, tamen limitatur prædicta concluſio, quando Monaſteria Regularium habent parochias, Eccleſias, ſeu capellas, in quibus Abbates, per ſe, vel per Vicarios exercent curam animarum: nam illo caſu, tenentur etiam ad ſubſidium Charitativum, & ad omnia quæ ſunt legis Diœceſanæ, cum Monaſteria Regularium in reſpicientibus curam animarum, neque a lege juriſdictionis, neque a lege Diœceſana ſint exempta. Innoc. in *cap.* 1. *n.* 4. Butr. *reg.* 2. & Abbas *n.* 5. *de ſtat. Monach.* Guilielmus de Monte Lauduno in *clem. frequens n.* 5. *in verb. ſubſidia de exceſſ. Prælat.* & alii apud Rot. coram Penia *deciſ.* 445. *edit. Venet. n.* 7. & 8. Barboſ. *de off. & poteſt. Epiſc. alleg.* 87. *n.* 46. etiamſi monaſteria ſint exempta, ſi enim habeant populum non exemptum, tunc ratione illius tenentur ad ſubſidium charitativum. Bellencin. *de ſubſ. charit. q.* 32. *n.* 5. *verſic. & pro talibus.* Cochier. *de juriſd. Ordinarii in exemptos q.* 2. *num.* 2. Barboſ. *l. c. n.* 47. niſi ſint exempta in capite & in membris. Gomezius in *tr. de ſubſid. charit. q.* 29. *n.* 22. & quamvis Tambur. *de jure Abb. tom.* 3. *diſp.* 10. *q.* 4. credat prædicta intelligenda eſſe de Eccleſiis, quæ non ſunt unitæ monaſteriis privilegiatis, & exemptis, non autem de Eccleſiis unitis monaſteriis privilegiatis, & exemptis, etiamſi habeant populum non exemptum, tamen, quia tantum putative loquitur, & neminem citat, non erit per hoc recedendum a prædictis. Cum enim ſubſidium charitativum perſolvi debeat, non ob Monaſteria, neque ob illorum Eccleſias, ſeu capellas directe, ſed ob curam animarum in populum non exemptum, ut conſtat *ex DD. cit.* & ratione curæ animarum, tam Monaſteria, quam illorum capellæ Epiſcopis tam quoad legem Juriſdictionis, quam quoad legem Diœceſanam ſubjecta ſint, ut ſupra notavimus, ſequitur, quod quæcunque illæ capellæ ſint, & quibuſvis Monaſteriis unitæ demum ſint, teneantur Abbates propter illas ad ſubſidium charitativum, & alia onera Epiſcopalia Epiſcopo perſolvenda; ſicut etiam comparere ad ſynodum, de quo infra in collectaneis.

Sic etiam, etiamſi, juxta ſententiam cit. Tambur. 23
tom. 1. *diſp.* 15. *q.* 16. contra Hoſtienſ. Monaſteria & Eccleſiæ, ac loca exempta, canonicam portionem, quæ alias Epiſcopo debetur de legatis factis piis locis, juxta *Can. de his*, 10. *q.* 1. *cap. decernimus & Can. conſtitutum*, 16. *q.* 1. ſolvere non debeant, tamen ſi Monaſterium, vel Eccleſia exempta, habet capellas NB. vel populum non exemptum, tunc tenetur Epiſcopo ad eam portionem ſolvendam de legatis relictis illis capellis non exemptis per tex. in *cap. ex ore de privileg.* Inn. & Joann. Andr. *in cap. in noſtro de ſepultur.* Lap. *tract. de Canonica Epiſc.* §. *quia n.* 6. *verſ. ſecundo quæritur.* Barb. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 86. & alii apud Tambur. *l. c. n.* 5.

Et vice verſa: ſi Monaſterium ab Epiſcopi juriſdictione exemptum, habet Parochos non exemptos, tenetur Epiſcopo dare canonicam portionem de legatis dicto Monaſterio factis ab aliquo de dicta parochia. Ubald. *p.* 2. *cap.* 4. *q.* 10. Tambur. *loc. cit.*

Etiam, quamvis Abbates & Regulares ſint immunes 24
de jure communi a lege Diœceſana, tamen tenentur Epiſcopo Ordinario, vel Parochis, ſolvere quartam funeralem, *clem. dudum* §. *verum de ſepult.* niſi ſpeciali privilegio exempti ſint. Tambur. *l. c. tom.* 1. *diſp.* 15. *q.* 16. *n.* 4. & 8. quem vide, & etiam infra in verbo *quarta funeralis.*

An autem, qualiter & quando Abbates ſeu Regulares teneantur ſolvere decimas? Vide Tambur. *l. c. q.* 18. *per totam*, & infra in verbo *Decimæ.*

ABBAS.

Collectanea aliqua:

Abbas: *Vide etiam in verbo Prælatus, Monaſterium, Regulares, Electio, Monachus.* 1

Abbas, venit etiam appellatione Monachorum & Regularium, quia per aſſumptionem ad Abbatiam, non deſinit eſſe Monachus, & Religioſus *cap. ult. extr. de Simon. cap. ex ore de privileg.* Tambur. *de Jure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 1. *q.* 7. & ideo privilegia favorabilia conceſſa religioſis, extenduntur etiam ad eorum Abbates. Tambur. *l. c. diſp.* 16. *q.* 3.

Limitatur tamen in materia odioſa, quia tunc appellatione Monachorum non venit. *cap. ſtatutum, cap. licet. can. de elect. in* 6. Tamb. *l. c. n.* 5.

Abbas, ſi Abbatiæ renunciare velit, debet renunciare in manibus ſuperioris, poteſtatem habentis confirmandi, vel deſtituendi, non autem Capituli, vel Conventus, alias renunciatio eſt nulla, nec poteſt Capitulum in vim illius venire ad novam electionem. Navar. *conſ.* 2. *de renunciat.* Tambur. *l. c. diſp.* 13. *q.* 1. Et renunciatio facta in manibus non habentis poteſtatem confirmandi &c. eſt nulla, nec ullum affert renuncianti præjudicium etiam quoad poſſeſſionem. Rebuff. *de pacif. poſſeſſ. n.* 311. Tambur. *l. c. n.* 9.

Promotus ad Abbatiam, non poteſt renunciare benefi- 3
cia, quæ ante promotionem poſſidebat, ad favorem alterius,

terius, cum illa, ſtatim poſt adeptam pacificam Abbatiæ poſſeſſionem, vacent ipſo Jure. Oldr. *conſ.* 14. Panorm. *in cap. quanto de off. Ord.* Gigas *de penſion. q.* 56. *n.* 50. & alii apud Tambur. *l. c. n.* 17.

4 Abbas, qui ſuo muneri ſponte ceſſit, vel ab eo ſine culpa depoſitus fuit, habet primum locum poſt Abbatem ſucceſſorem in choro, & conventu, in memoriam priſtinæ dignitatis. Joan. de Imola *in Clem. ne in agro de ſtat. Monach. verſ. in ultima quæſt.* Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum col.* 38. *n.* 81. *de reſer.* Tambur. *l. c. diſp.* 13. *q.* 4. *num.* 6. ſecus vero ſi fuit depoſitus propter aliquod delictum. *L. Judices Cod. de dignit.* Tambur. *l. c.*

5 Abbates, & Prælati Epiſcopo inferiores, non exempti, non poſſunt recipere reſignationes beneficiorum, niſi hanc facultatem præſcripſerint juxta Zabarel. *in clem.* 1. *ſub num.* 16. *verſ. aliquando de renunciationibus.* Butr. *in cap. quod in dubiis num.* 7. *de hæret.* Pariſ. *de Reſignat. benef. lib.* 7. *q.* 10. *num.* 9. Tambur. *l. c. diſp.* 13. *q.* 8. *num.* 3. & hoc procedit, etiamſi Abbas præſcripſerit jus conferendi beneficia, nam hæc præſcriptio non eſſet extendenda ad jus recipiendi reſignationes, ob regulam, tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum. *Gl. in cap. auditis de præſcr. in verb. interruptione.* Tambur. *l. c.* niſi tamen Abbates ſint exempti, & habeant juriſdictionem quaſi Epiſcopalem: tunc enim, ſicut habent jus inſtituendi, ſeu ex juſtis cauſis, etiam invitos deſtituendi in beneficio, ſicut poſſunt Epiſcopi, ita etiam jus habent recipiendi reſignationes: ita cum Butr. *in cap.* 2. *n.* 3. *de in integr. reſt. & in cap. ad audientiam n.* 6. *de his quæ vi met. cauſ. fiunt* & aliis docet Tambur. *l. c.* ſi tamen reſignatio fiat libere, non autem ad favorem, cum tunc fieri debeat coram Papa. Garz. *de benef. p.* 11. *cap.* 3. *num.* 152. apud Tambur. *l. c.* ubi docet, idem dicendum eſſe etiam de permutationis beneficiorum receptione. Dictum eſt autem, niſi Abbates habeant juriſdictionem quaſi Epiſcopalem: nam illa deficiente, Abbates, etiam alias exempti, non poſſunt reſignationes, aut permutationes beneficiorum recipere. Ut ex Leſſ. Azor. & aliis docet Tambur. *l. c.*

6 Ex privilegio Abbatibus conceſſo, uſus mitræ, annuli, ac baculi paſtoralis, non infertur, ad juriſdictionis conceſſionem, neque ad exemptionem: cum privilegium uſus mitræ, & annuli, ac baculi paſtoralis, detur in honorem Eccleſiæ, & non in amplitudinem officii. Rot. *deciſ.* 709. *n.* 4. *p.* 4. *diverſ.* apud Tambur. *l. c. diſp.* 15. *q.* 5.

7 Abbati non licet mitram, Baculum paſtoralem, & alia Pontificalia deferre, niſi in locis ſuæ Juriſdictionis. Tambur. *l. c. diſp.* 21. *q.* 3. ſicut neque dum adeſt Epiſcopus, nam tunc Abbas tanquam ejus inferior, mitram, & alia inſignia, ſibi ex privilegio competentia, dimittere debet. Joan. Andr. *in cap. cum contingat. de ætat. & qualit.* Tambur. *l. c.* Et in propria Eccleſia, præſente Epiſcopo ſedere debet in ſede inferiori, ſive a ſiniſtris Epiſcopi. Tambur. *l. c. q.* 8. *diſp.* 21.

8 Poſſunt tamen pontificalia exercere, in aliis monaſteriis aut locis ab ordinariorum juriſdictione exemptis, ſi ab eorum Prælatis invitentur: ita Tambur. *l. c. q.* 6. ſed contrarium ſtatuit Sacr. Congreg. ut infra *declar.* 10.

9 Abbas non poteſt de jure communi, præſente Epiſcopo, aut alio majore Prælato ſolemniter populo benedicere, poteſt tamen ex privilegio, de quo vide Tambur. *l. c. q.* 9.

10 Abbas non poteſt conſecrare Eccleſias, etiamſi ſint Abbatiales & Regulares, ſed hoc ſpectat ſolum ad Epiſcopum Ordinarium, etſi eſſent exemptæ, quod ſi ordinarius abſque juſta cauſa illas conſecrare recuſaret, quilibet alius Epiſcopus id facere poterit. ita Tambur. *l. c. diſp.* 23. *q.* 7. *&* 8. qui tamen *q.* 9. dicit, poſſe Abbatem, Eccleſias, cœmeteria, capitula, & oratoria propriæ congregationis ſolemniter benedicere, & hoc ex privilegiis eiſdem conceſſis.

11 Abbates exempti, de jure communi, ad ſynodum diœceſanam accedere non tenentur. *cap. ex ore & ibi.* Panorm. *n.* 1. *de privil. Gl. cap. ut Apoſtolicæ verb. videtur, & cap. exemptione, verb. curam, de privileg. in* 6. Tambur. *l. c. diſp.* 24. *q.* 4.

Limitatur tamen, niſi adſi conſuetudo, ut ad ſynodum vocentur. *can. fin.* 18. *q.* 2. vel niſi habeant capellas, aut Eccleſias parochiales, cum cura animarum, etiamſi ſint Monaſterio exempto annexæ, quia tunc etiam exempti tenentur ad ſynodum accedere per ſe, vel per Capellanos ſuos ad dictam curam animarum expoſitos. Per tex. *in cap. ex ore de privileg. & cap.* 1. juncta Gl. *in verb. inſt. eod. in* 6. Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 2. Tambur. *l. c. n.* 4. *ſeqq.*

Ita etiam ad ſynodum comparere tenentur, ſi citentur, vel adverſus illos opponantur querelæ in iis caſibus, in quibus Epiſcopus contra ipſos procedere poteſt, ordinaria, vel delegata juriſdictione. *can. propter. diſt.* 18. Tambur. *l. c.*

12 ** Abbates, aliique Prælati inferiores juriſdictionem Ordinariam habentes, Limina Apoſtolorum ſtatutis temporibus viſitare, & Eccleſiarum ſuarum ſtatum exponere debent. Benedic. XIV. Conſt. *Quod ſancta.* §. 5.

13 Abbas qui eſt vere talis, non autem tantum commendatarius, ut dicit Zerola *in prax. verb. Abbas*, habet poteſtatem conferendi minores ordines ſuis ſubditis: ut docet Rodericus a Cunha, & alii apud Tanbur. *l. c. tom.* 2. *diſp.* 2. *q.* 1. etiam ſine Epiſcopi examine. Navar. *conſ.* 14. *de privileg.* Zerol. *in praxi p.* 1. *verb. Abbas.* Cum iſtis tamen tribus conditionibus. Primo, quod ſit Sacerdos, cum hæc collatio ſit actus Ordinis, qui proinde exerceri non poteſt ab eo, qui caret ordine. Ex *L. ſi univerſæ Cod. de legat. cap. quod autem de Jure patr.* Secundo, ut propriis Monachis conferat, & tertio, quod ſit benedictus: quamvis hæc tertia conditio ob privilegia a SS. Pontificibus conceſſa, hodie non ſit neceſſaria; ut docet Tambur. *l. c. q.* 3. Zerola in praxi *p.* 1. *&* 2. *verb. Abbas.*

14 Abbas non poteſt poteſtatem, quam habet ordinandi ſuos Monachos, aliis delegare, ſed ſi ipſe ordinare aut nolit, aut non poſſit, debet eos mittere ad Ordinarium, qui alias poteſtatem ordinandi habet, nec per hoc cenſetur dicto Ordinario facultatem hanc ordinandi demandare, aut delegare, ſed tantum committere, aut licentiam dare ordinandi ſuos Monachos. *Cap. aqua de conſecr. Eccl. vel Altaris. can. presbyteri diſt.* 68. Tamburin. *l. c. q.* 4. dixi: ut debeant tunc mitti ad Epiſcopum ordinarium, quod tamen limitatur, ſi ſedes Epiſcopalis diœceſis vacaret, aut in illa ordinationes non haberentur, forſan ob abſentiam Ordinarii, quo caſu Monachi poſſent a quocunque Epiſcopo ordinari juxta Tambur. *l. c. q.* 18.

Hinc, etiamſi poſſint Abbates ordinare ad minores ordines ſuos ſubditos, non poſſunt tamen ordinare illos, qui ſubditi non ſunt, etiamſi ſint Regulares, niſi accedant litteræ dimiſſoriales ſuorum Prælatorum, & NB. conſenſus ſpecialis Epiſcopi, juxta cujus diœceſin Abbas ordinator commoratur: ut ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 22. *de reform. cap.* 10. docet Zerola *in prax. p.* 1. *in verb. Abbas.* Tambur. *l. c. q.* 7. ſed an poſſint Abbates ordinare non ſibi ſubditos cum dimiſſoriis Epiſcopi ordinarii? Vide ſupra §. 3. *n.* 9.

Quamvis poſſit Epiſcopus dare hos ordines minores & alios Clericis ſæcularibus, ſubjectis juriſdictioni ipſorum Abbatum, etiam ſine illorum dimiſſoriis, modo ſint intra limites ſuæ diœceſis. Zerol. *l. c.* imo ſi tales ſubditi Juriſdictioni ipſorum Abbatum ordinandi mittuntur ad alios Epiſcopos; debent habere dimiſſorias ab Epiſcopo Diœceſano, nec requiritur conſenſus ipſorum Abbatum: Ita Concil. Trid. *l. c.* Zerola *in praxi l. c.*

15 Etiamſi Abbas regulariter ordinare non poſſit, niſi Regulares ſibi ſubditos, ſi tamen ordinaret non ſubditos, etiam ſæculares ordinariis ſubjectos ſine dimiſſoriis, hujuſmodi ordinatio valeret, nec ordinati indigerent nova ordinatione, ſed tantum diſpenſatione ab incurſa ſuſpenſione. Ita Tambur. *l. c. q.* 8.

16 Abbas ordinando non ſubditos abſque dimiſſoriis, incurrit pœnam ſuſpenſionis a collatione ordinum. Conc. Trid. *cap. ult. ſeſſ.* 3. *de reformat.* Tambur. *l. c.*

17 Abbas, ſicut non poteſt ordinare non ſubditos, ita neque hodie Novitios ordinare poteſt (quidquid ſit de jure antiquo) ob Conc. Trid. *ſeſſ.* 23. *de reform. c.* 10. Ubi decretum eſt, ut Abbates poſſint tantum Regulares ſibi ſubditos ordinare, Novitii autem, ſicut adhuc non ſunt veri Religioſi, ita nec Abbatibus ſunt ſimpliciter ſubditi; Erunt ergo mittendi ad proprium Epiſcopum. Ita Henriquez *lib.* 10. *cap.* 23. §. 3. *commentar. lit. G. G.* Miranda *in manuali Prælat. tom.* 1. *q.* 38. *art.* 9. *concl.* 2. Barboſ. *de off. & poteſt. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 3. *n.* 8. *& alleg.* 4. *num.* 63. & alii apud Tambur. *l. c. q.* 10. qui *n.* 4. in fine, ſubdit, tutius eſſe, ſi Abbates, tales novitios

etiam

etiam cum dimiſsoriis ſui Epiſcopi omnino non ordinent, nec ordinandos Epiſcopis traderent, ex eo, quod poſtea e Religione exire poſsent, & ita fraudibus via aperiretur: quod præcavendum eſt. *cap. 1. de ſervis non ord.*

18 Quiſnam autem ſit Novitii Epiſcopus ordinarius, an ille, in cujus Diœceſi commorabatur Novitius, antequam Religionem ingrederetur? dubitatur inter DD. & pro Epiſcopo illius Diœceſis, in qua ſitum eſt Monaſterium, ſtat Cucchus *lib. 3. inſt. Mor. tit. 1. num. 94. de Regul.* Sanch. *in præcep. Decal. tom. 2. lib. 6. c. 10. nu. 21.* Riccius *in deciſ. Cur. Archi-Epiſc. Neapol. deciſ. 118. nu. 6. p. 4.* At contrariam, probabilem putat Barthol. de Vecchiis *in prax. ſerv. in admitt. ad Religion. Noviſ. diſp. 11. dub. 8. n. 2.* Verum primam ſententiam probabiliorem judicat Tamburin. *l. cit. q. 10. n. 7.*

19 Abbas non poteſt extra ſuum Monaſterium minores ordines etiam ſuis ſubditis conferre, exemplo Epiſcopi, cui non licet in aliena diœceſi etiam ſuos ſubditos ordinare. Arg. *can. Epiſcopum non & ſeqq. 9. q. 2. & can. placuit. 7. q. 1. & clem. un. de for. compet. & cap. quoniam diſt. 69.* Tambur. *l. c. q. 13. num. 1.* Quamvis Gloſſ. *in d. cap. quoniam verb. Monaſterio*, defendat, Abbates, ſi ab aliis Abbatibus invitentur, in eorum clauſtris, non ſolum proprios, verum etiam illorum Abbatum invitantium ſubditos, ordinare poſſe, hocque probat ex *can. ult. 9. q. 2.* & illam ſecuti ſunt Hoſtienſ. Joan. Andr. & alii apud Tambur. *l. c.* verum id, ego crederem, ad ſummum procedere poſſe, ſi ambo monaſteria tam invitantis, quam invitati, eſſent in una eademque diœceſi, ſecus ſi unum aut alterum eſſet in Diœceſi aliena: tunc enim, ſicut non poteſt hodie poſt Concil. Trid. Epiſcopus ab Abbate invitatus in ejuſdem Abbatis Eccleſia ordinare Religioſos, abſque licentia ordinarii, in cujus Diœceſi Monaſterium Abbatis invitantis exſtit. Ut *in ſeſſ. 6. de reform. cap. 5.* & ſequuntur Roderic. *quæſt. Regul. tom. 3. q. 14. ar. 1.* Mirand. *in manual. Prælat. tom. 1. q. 38. art. 3.* Riccius *in prax. for. Eccl. poſt. deciſ. 576. in notab. de materia Epiſcoporum*, ubi dicit ita fuiſſe deciſum a S. Congr. apud Tambur. *tom. 2. diſp. 2. q. 19.* Ita neque poterit Abbas ab alio Abbate alterius Diœceſis invitatus in ejuſdem Eccleſia ordines minores conferre abſque ſpeciali conſenſu Ordinarii illius Diœceſis, in qua ſitum eſt dictum Monaſterium Abbatis invitantis. Sed vide infra *declar. 9.* S. Congr. in qua prohibetur Abbatibus invitatis ab Eccleſiam exemptam, ne in illa Pontificalibus utantur.

20 Abbas poteſt cum ordinato, qui ſuſpenſus remanſit propter ordinum ſuſceptionem ante legitimam ætatem, cum ad eam pervenerit, & interim non celebraverit, diſpenſare, ipſumque a tali ſuſpenſione abſolvere, imo & ab irregularitate incurſa propter ſubſecutam celebrationem, quod dicitur de aliis. Ita aliqui apud Tambur. *l. c. q. 13.* qui tamen in fin. *n. 11.* cum Peyrino *tom. 1. privileg. ſui Ordinis* ſubdit, quod dictus Prælatus, non poterit dicta facultate uti in foro fori.

21 Abbas, quamvis poſſit diſpenſare in interſtitiis cum ſuis ſubditis, quos ad minores ordinandi poteſtatem habet, quoad eoſdem minores ordines, ut ſupra §. 3. vidimus, non poteſt tamen diſpenſare in dictis interſtitiis quoad ordines majores. Ex Concil. Trid. *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 11.* Tambur. *l. c. q. 24.*

22 Non poteſt litteras dimiſſorias dare clericis ſæcularibus ſibi ſubditis. Concil. Trid. *d. ſeſſ. 23. cap. 10.* ubi derogatur omnibus privilegiis aut conſuetudinibus etiam immemorabilibus. Sicut nec illas dare poteſt ſuis Novitiis, bene vero ſuis Religioſis profeſſis. Ita Tamburin. *l. c. q. 22. & 23.* qui etiam *q. 21.* aſſerit, dimiſſorias litteras dare Monachis ordinandis, ſpectare ad Abbatem, non vero ad Epiſcopum.

23 Non poteſt hodie (quidquid fuerit de jure antiquo) reducere miſſas Capellaniarum aut anniverſariorum ad minorem numerum, ſed quomodocunque capellaniæ aut anniverſariorum redditus tenues fiant, ita ut oneri miſſarum ſuppleri non poſſit, debebit fieri recurſus ad Sum. Pontificem. Ita Tamburin. *l. c. diſp. 5. q. 10. num. 2.* ubi allegat aliquod decretum S. Congregat. Cardinal. SS. Concil. interpret.

Non poteſt ſecularium confeſſiones audire, abſque 24
approbatione Ordinarii (quidquid ſit, an poſſit audire confeſſiones ſuorum Monachorum abſque dicta approbatione) niſi habeat ſpeciale Pontificis privilegium. Concil. Trid. *Seſſ. 23. de reform. cap. 15.* Tamburin. *l. c. q. 17.*

Abbas, aut Monachi, non poſſunt adminiſtrare ſecu- 25
laribus Sacramentum extremæ unctionis abſque Parochi licentia, & aliter facientes incurrunt excommunicationem, ut habetur in *clem. 1. de privileg.* niſi in caſu neceſſitatis; & hoc cum præſumpta dicti Parochi licentia: Sot. *in 4. diſt. 23. q. 2. art. 1.* Sylv. *in verb. unctio extrema q. 4.* Reginald. *in prax. for. pœnit. lib. 28. n. 61.* apud Tambur. *l. c. diſp. 7. q. 2.* qui excipit etiam Monaſterii familiares, etiam ſæculares, & Novitios, quibus proinde poterit Abbas hoc Sacramentum adminiſtrare.

Abbas poteſt ſuos Monachos excommunicare ex juſta 26
cauſa. Ut pluribus probat Tambur. *l. c. diſp. 14. q. 1.* & eſt textus *in cap. cum ab Eccleſiarum. de off. Ordin. cap. cum ex Eccleſ. de major. & obed.* cum ſimilibus: quod tamen procedit tantum reſpectu fori pœnitentialis, non autem contentioſi. Ut ex Butrio *in cap. cum contingat nu. 13. verſ. quidam ſunt habentes. de for. comp.* ubi etiam Abb. *n. 29. verſ. puto tamen. n. 33.* notavit. Rot. *deciſ. 15. p. 1. rec. n. 13.*

Ita etiam poteſt excommunicare moleſtiam inferentes 27
Eccleſiæ ſuæ, illiuſque juribus, ut illa tueatur, non quidem judicialiter, cum nemo in cauſa propria judex eſſe poſſit, quia eſt ſuſpectus. *can. 1. 4. quæſt. 4. L. penult. ff. de arbitr. & tot. tit. ne quis in cauſa propria.* Sed tantum extrajudicialiter, & nullo juris ordine ſervato; licitum eſt enim ei vim vi repellere, ſuaque jura gladio Eccleſiaſtico, nempe excommunicatione, tueri: ſicut taliter poteſt Epiſcopus, neque tunc taliter excommunicans poteſt allegari ſuſpectus, quia tunc, non tanquam Judex, ſed tanquam pars procedit. Butr. *cap. cum veniſſent n. 10. de judic.* nec in hoc caſu excommunicatus appellare poteſt. Panormit. *in cap. venerabilis. num. 3. ve ſ. primo caſu de ſent. excom.* & alii apud Tambur. *l. c. diſp. 14. q. 3. n. 3.* qui *n. 4.* ſubdit, quod in tali caſu non ſit neceſſarium præmittere monitionem.

Etiamſi Abbates, & Regulares exempti juxta Tambur. 28
loc. c. q. 4. non poſſint ab Epiſcopo excommunicari, ſi tamen incurrant aliquam excommunicationem ob aliquod crimen notorie commiſſum, cui erat annexa excommunicatio, ita aut tergiverſatione celari non poſſit, poterunt ab eodem Epiſcopo & Ordinario loci denunciari, ut evitentur. Ut defendunt Zerola *in praxi Epiſc. verb. excommunic.* Navar. *conſ. 2. de ſent. excomm.* Abbas *in cap. ſignificaſti de for. comp.* & alii multi apud Tambur. *l. c.* qui tamen *nu. 9. ſeqq.* ex Navar. *lib. 5. conſ. de ſent. excom. conſ. 2. n. 2.* ſubdit id procedere, ſi excommunicatio ſit delicto commiſſo ab ipſo jure annexa: ſecus ſi tantum ab Epiſcopo aliquid forſan prohibente ſub pœna excommunicationis.

** Extra actus Monaſticos, ubi conſuetudo viget, 29
Abbas ſimplex præcedere debet Proto-Archimandritam. Benedic. XIV. Conſt. *Inter plures. §. 16.*

De cætero Abbates in Concilio provinciali poſt Epi- 30
ſcopos, primum obtinent locum, quia in favorabilibus veniunt nomine Prælatorum. *Cap. decernimus de judic.* Tuſch. *litt. A. concluſ. 11.* Barboſ. *de Jur. Eccleſ. univerſ. cap. 17.*

Præcedit etiam Dignitates, & Canonicos Cathedra- 31
lis Eccleſiæ, dummodo iſti non incedant capitulariter, vel proceſſionaliter, quia tunc Eccleſiam repræſentant. *Pax Jord. de re ſacra lib. 5. tit. 3.*

DECRETUM

Circa uſum Pontificalium Prælatis Epiſcopo inferioribus conceſſorum.

A. S. R. Congregatione ordinaria habita coram Sanctiſſimo Domino Noſtro ALEXANDRO Papa VII. emanatum. Die xxvii. Septembris M.DC.LIX.

SAcrorum Rituum Congregatio tollendis, ac eliminandis circa Eccleſiaſticos Ritus, qui irrepſerunt, abuſibus ſedulo intenta, poſt Epiſcoporum Cæremoniale evulgatum (quod quidquid ad ipſos in Sacris Cæremoniis pertinet abunde præſcripſit) idem quoad inferiores Prælatos, qui Pontificalium uſu fruuntur præſtandum

cura-

curare neceſſarium exiſtimavit, ut exceſſus aboleantur uniformiſque inducatur Sacrorum Ritus in omnibus, eo præſertim tempore, quo privilegia ipſi perperam interpretantes, obtendenteſque, parum obſequi ſtudent decretis pluries ab eadem Sacra Congregatione hac in re met evulgatis, aut ipſa ignorare prætexunt. Quamobrem omnia ſimul, ut unico conſpiciantur obtutu, cogere, perque capita dirigere conſtituit, quo facilius obſerventur.

I. Super Altari, in quo Sacra erunt facturi, ſeptimum nequaquam apponant Candelabrum.

II. Cathedram, ſeu Sedem fixam, & permanentem in eorum Eccleſiis ne detineant, ſed tribus ipſis diebus, quibus ex antiquis Decretis tantummodo Pontificaliter celebrare eſt iis permiſſum, mobili Sede, ſeu Cathedra utantur, quam nihilo minus ſimplici ſerico panno coloris Feſtivitati congruentis obducere poterunt non auro contexto, aut phrygio, ſive baſilico opere exornato.

III. Baldachinum adhibere ſupra Sedem poterunt non pretioſum, aut aureum, ſed ſimplex, & eo, quod Altari ſuper imponitur, materia, & opere inferius. Ad ipſam autem per duos tantum gradus in Presbyterii ſuperficie ſtratos aſcendatur.

IV. Non abacum alium præter parvam menſam, & in cornu Epiſtolæ parare faciant, in qua duo candelabra cum candelis, nec non Mitra, Calix, Miſſale, Thuribulum, Navicula, & reliqua ad celebrationem neceſſaria collocentur. Prope vero menſam eandem parieti hærens Baculus Paſtoralis aptetur.

V. Dies vero, in quibus ſolemniter ipſis operari conceditur, ſint de præcepto feſtivi, vel alii, in quibus ipſis Pontificaliter celebrare, Feſtivitatis ratio exigat, nempe Patroni loci, Fundatoris Ordinis, Tituli, & Dedicationis Eccleſiæ. Abſtineant autem ab hujuſmodi Pontificalium uſu in Officiis, & Miſſis Defunctorum quocumque die etiam feſtivo, & de præcepto.

VI. Ad Eccleſiam accedentes licet Pontificaliter Divina peracturi, iiſdemque abſolutis ab Altari receſſuri a ſuis Canonicis, vel Monachis (ut mos eſt Epiſcoporum) ne aſſociari ſe ſinant.

VII. Præter duos Sacrificii Miniſtros Diaconum nempe Evangelii, & Subdiaconum Epiſtolæ, duo alii tantum Diaconi cum dalmaticis, & unicus Presbyter cum pluviali eis aſſiſtant. Duo inſuper Capellani, qui de mitra, & baculo ac totidem Acolythi pro candelabris inſerviant. Præterea ſex alii Canonici, vel Monachi, duo ſcilicet pluvialibus, duo planetis, totidemque tunicellis induti divinis hujuſmodi intereſſe valeant, qui tamen non in ſedibus, ſeu ſtallis choralibus, ſed in ſcamnis abſque poſtergalibus panno viridi laneo coopertis ſitu congruo accommodatis, moxque illinc removendis conſideant.

VIII. Mitram precioſam, niſi illis expreſſe a Sancta Sede indultam non adhibeant. Sub Mitra pileolum nigri tantum coloris induant. Baculum paſtoralem albo velo appenſo deferant, ab iiſque, & aliis Pontificalibus etiam de Ordinariorum licentia extra Eccleſias ſibi ſubjectas prorſus abſtineant, & neque in Proceſſionibus, quæ ab eorum Eccleſiis per vias extra ambitum, vel Parochiam ducuntur, inſigniis prædictis utantur, vel penes ſe perferri faciant.

IX. Regulares rochettum non deferant, niſi ex tali Ordine fuerint, cui indumentum hujuſmodi competat.

X. Invitati ad Eccleſiam exemptam, nec in illa Pontificalibus uti valeant, nec ii, qui non fuerint Abbates perpetui, vel benedicti in propriis Eccleſiis uti poſſint privilegio perpetuis Abbatibus, vel alias benedictis indulto.

XI. Sacras veſtes ex Altari non ſumant, niſi Pontificaliter Divinis vacaturi.

XII. Indulgentias impartiri, vel publicare non audeant abſque expreſſo S. Sedis indulto.

XIII. Pontificales benedictiones cum trina Crucis productione in Miſſis tantum Pontificalibus, nec non Veſperis, & Matutinis Pontificaliter itidem celebratis licere ſibi tantum meminerint. Privatim vero populis, quamvis pleno jure ſubjectis, niſi expreſſe ipſis permiſſum fuerit, etiam Pontificalibus induti per Eccleſiam incedentes benedicere non præſumant.

XIV. Præſente Epiſcopo ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ permiſſu etiam Pontificaliter celebrantes a benedictionibus ceſſent.

XV. Si Epiſcopus aderit, ipſius Sedes in cornu Evangelii uno ſaltem gradu eminentior Abbatiali eſt erigenda, hæcque altero gradu humilior, ut dictum eſt, in cornu Epiſtolæ collocetur. A latere Epiſcopi Canonici Cathedralis, prope Abbatem Canonici, vel Monachi Monaſterii, & Abbatialis Eccleſiæ conſideant. Confeſſionem cum Celebrante Epiſcopus faciat, iſque thus thuribulo imponat, Evangeliorum textum oſculetur, & populo ſolemniter (quamvis Abbas ipſe Pontificaliter celebret) benedicat. Epiſcopus præterea trino ductu, & immediate Canonici Cathedralis duplici, moxque Abbas (niſi celebret) pariter duplici, ac ſubinde Canonici, vel Monachi Abbatialis Eccleſiæ unico tantum ductu thurificentur.

XVI. Abſtineant tamen Epiſcopi, ubi conſuetudo contraria non viget, a frequenti hujuſmodi acceſſu ad Eccleſias exemptas in ſimilibus actibus, & liberius Abbates valeant ſuis uti privilegiis.

XVII. In Ordinationibus Canonicorum, Clericorum, Monachorum, nec non in veſtitionibus Monialium, & emiſſione profeſſionis earundem etiam pleno ſibi jure ſubjectarum, in benedictionibus ſacræ ſupellectilis, cæteriſque actibus (Miſſarum, Veſperarum, & Matutinarum ſolemniis ter tantum in anno, ut præfertur exceptis) neque in Eccleſiis, Oratoriis, aliiſque locis tam publicis, quam privatis quantumvis exemptis, eiſdemque Abbatibus pleno jure ſubjectis mitram, baculum, & quævis alia Pontificalia inſignia, niſi de expreſſa Sedis Apoſtolicæ conceſſione, abhibeant.

XVIII. Eccleſiaſticam ſupellectilem pro ſervitio duntaxat ſuarum Eccleſiarum, vel Monaſteriorum benedicant.

XIX. Reliqua Pontificalia extra loca ipſis Abbatibus ſubjecta, vel pro ſervitio alienæ Eccleſiæ, aut in ſubditos pariter alienos etiam de licentia Ordinariorum exercere non valeant, pura campanarum benedictiones, calicum, & ſimilium, in quibus ſacra adhibetur unctio, nec non Minorum Ordinum collationes.

XX. Concionatoribus, qui eorum ſubditis Verbum Dei prædicandi onus acceperint, benedictionem elargiri non præſumant, ſed Epiſcopis, quibus jus hujuſmodi privative competit, omnino dimittant.

XXI. In Miſſis privatis quoad indumenta, cæremonias, miniſtros, Altaris ornatum, & benedictionis largitionem a ſimplici Sacerdote non diſcrepent; ac proinde ſacras veſtes induant in Sacriſtia, neque utantur Cruce pectorali, unico ſint contenti miniſtro, aquam cum pelvi, & urceolo argenteo ſibi miniſtrari non ſinant, duaſque tantum candelas ſuper Altari adhibeant.

His autem Sanctiſſimo relatis, & in Congregatione Sacrorum Rituum ordinaria habita coram Sanctitate Sua per Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum, D. Cardinalem Brancaccium accurate perlectis, mature diſcuſſis, Sanctitas Sua ea approbavit, & pro omnimoda eorundem obſervatione mandavit typis imprimi, ad valvas affigi, & publicari, ut elapſo termino ſex menſium a die publicationis eorumdem omnes, & ſingulos uſu Pontificalium gaudentes tum Sæculares, tum Regulares quantumvis exemptos & ſpeciali expreſſione indigentes afficiant, & arctent, ac ſi omnibus, & ſingulis eadem exhibita vel perſonaliter præſentata, intimata, ſeu notificata fuiſſent. Indulſitque præterea locorum Ordinariis, ut auctoritate Sedis Apoſtolicæ poſſint, imo debeant præfatos etiam per Cenſuras compellere.

Cumque nonnulli ex dictis Abbatibus, & Prælatis proprium habere poſſint territorium, juraque Epiſcopalia, nulliſque ſubdantur Epiſcopis, qui eos coercere, ſi exceſſerint, valeant: eo caſu a Sedis Apoſtolicæ Nunciis, ſi aderint, ſin minus ab Archiepiſcopis in quorum Provinciis, vel ab Epiſcopis Romano tantum Pontificis ſubjectis, intra, vel prope quorum Diœceſis limites eorum Eccleſiæ, vel Monaſteria ſita fuerint, tanquam a

San-

Sancta Sede delegati ad hujuſmodi Decretorum obſervationem prædicti omnino cogantur. Die xxvii. Septembris M. DC. LIX.

I. Epiſcopus Sabinen. Card. Sacchettus,
Loco † Sigilli.

Franciſcus Maria Phœbeus Sac. Rit. Congreg. Secret.

Anno a Nativitate D. N. JESU Chriſt. 1660. *Indictione* 13. *die vero* 3. *Februarii, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. ALEXANDRI Divina Providentia Papæ Septimi anno ejus quinto, ſupra dictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, ut moris eſt, per me Andream Caſtruccium Apoſt. Curſ.*

Laurentius Barbigionus Curſorum Magiſter.

Praxis Electionis Abbatiſſæ.

1 Abbatiſſa debet eligi per ſcrutinium, votis Secretis, vocatis omnibus, per ſonum campanulæ, quæ vocem habent, aliter, ſi non fiat per ſcrutinium, electio erit nulla. *Cap. quia propter, de elect.* Concil. Trid. *Seſſ.* 25. *cap.* 6. *de regular.* & de hoc vide, quæ ſupra diximus in praxi electionis Abbatis.

2 Poteſt tamen Epiſcopus, qui tali electioni, vel per ſe, vel per alium debet eſſe præſens, per ſe, vel per alium, vota ſingularum percipere oretenus. Garz. *de benef. p.* 5. *c.* 4. *n.* 190. Riccius *in prax. reſol.* 637. Zerol. *in prax. Epiſc. p.* 1. *in verb. Abbatiſſa. num.* 6. ubi ſacra Congr. apud Sperel. *deciſ.* 161. *n.* 2.

3 Et ſi in ea intervenerit Novitia, electio laborat eadem nullitate. *cap. ex eo de elect. in* 6. Lapus, Abb. Archidiac. Gemin. Joan. Andr. Anchar. & Franc. apud Sperel. *l. c. n.* 38. Roman. *conſ.* 64. & probatur etiam ex *cap. Meſſana de elect.* niſi tacite fuerit profeſſa: quia tunc, licet non habeat vocem paſſivam, habet tamen activam, dummodo habitus Novitiarum, & profeſſarum, ſit omnino indiſtinctus; ſecus ſi eſſet diſtinctus. Sperel. *l. c.*

4 Porro ut poſſit eligi monialis in Abbatiſſam, debet habere 40. annos, & poſt expreſſam profeſſionem, octo annos, & ſi talis non inveniatur in Monaſterio, ex alio ejuſdem ordinis Monaſterio poteſt aſſumi: & ſi hoc quoque videbitur incommodum, una, ex iis, quæ in Monaſterio ſunt, & 30. annos exceſſerint, & quinque annos profeſſionis habuerint, & poſt profeſſionem in Monaſterio laudabiliter vixerint, poterit eligi. Neque Epiſcopus poteſt in dicta ætate diſpenſare, ſecundum plurimos apud Barboſ. *de Jur. Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 45. *n.* 19. ſufficit tamen, quod dictos annos attingat. Diana *p.* 7. *tract.* 12. *reſol.* 9.

5 Neque poteſt eligi in Abbatiſſam, illegitima, ſine diſpenſatione Pontificis, ſecluſis privilegiis Pontificis: neque bigama, vel ſi poſt votum caſtitatis fuiſſet prævaricata: DD. apud Barboſ. *l. c. n.* 22. qui tamen eſt contrarius, circa bigamam, cum illa tantum impediat ſuſceptionem ſacrorum ordinum. Jam, vel talis Abbatiſſa eſt tantum triennalis, vel perpetua; ſi triennalis, elapſo triennio debet renunciare officio, ſub pœna excommunicationis, neque in Italia poteſt confirmari, licet ſecus ſit extra Italiam. Barboſ. *l. c.* neque talis Abbatiſſa triennalis eſt benedicenda. Si vero eſt perpetua, & conſuetudo eſt, ut benedicatur, debet infra annum ſuæ electionis confirmatæ inſtare pro benedictione, aliter anno elapſo, niſi juſta cauſa, vel impedimentum excuſet, ipſo facto cadit jure ſuo, & alia eſt eligenda, & benedicenda per eos, ad quos pertinet. Quod tamen tempus non eſt præfinitum Abbatibus. Juſta cauſa, eſt infirmitas vel Epiſcopi, vel Abbatiſſæ, negligentia Epiſcopi, ſedes vacans &c. Propter negligentiam tamen Epiſcopi, non poteſt uti privilegio a Pontificibus conceſſo Abbatibus, exercendi ſuum Officium, uti ſupra dicebamus de Abbate. Pax Jord. *de Re Sacra l.* 5. *tit.* 3.

6 Et quia Abbatiſſa benedicenda, debet habere velamen, ideo debet eſſe Virgo, vel ſaltem talis debet reputari, quia ſi occulte fuiſſet corrupta, non teneretur ſe infamare. Pax Jord. *l. c. tit.* 4. vide etiam Barboſ. *l. c. n.* 24.

7 Porro hæc benedictio debet fieri ab Epiſcopo in Miſſa Pontificaliter celebrata. Limita, ſi iſta nondum habuit velum, ſed ſimul cum benedictione debet illud recipere: tunc enim benedictio debet tantum fieri illis diebus, quibus Virginum conſecratio permittitur. Vid. Pac. Jord. *l. c. tit.* 5.

8 Abbatiſſa, benedicta ſemel, non poteſt amplius benedici, quia hæc non poteſt reiterari, licet non imprimat characterem, ſicut nec ſolemnis pœnitentia imprimit characterem, & tamen iterari non ſolet.

9 Abbatiſſa ergo benedicta, acquirit uſum ſuæ juriſdictionis, quæ tamen juriſdictio eſt exigua. Nam inprimis nullam habet juriſdictionem Ordinis, neque habet Juriſdictionem ſpiritualem, uti excommunicandi, ſuſpendendi, vel interdicendi: nam Chriſtus tradidit claves Petro, non ſuæ Matri Sanctiſſimæ. Hinc nihil poteſt ſuis Monialibus præcipere ſub pœna excommunicationis. *cap. nova de pœnit.* Diana *part.* 5. *tr.* 9. *reſol.* 16. ubi S. Thom.

10 Et licet habeat idem officium, quod Abbas in ſuo Monaſterio. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *c.* 45. tamen non poteſt cum Monialibus diſpenſare circa jejunia regulæ proprie, vel circa eſum carnium &c. ſed tantum improprie, & declarative, & hoc non authoritate propria, ſed Pontificia ſibi delegata.

11 Imo neque poteſt imponere velum puellæ novitiæ, nec ejus profeſſionem recipere. Ciarlin. *contr. forenſ. cap.* 194. *n.* 31. ubi D. D. *in cap. ſtatuimus.* 20. *q.* 2. Pax Jord. *l. c. tit.* 4.

12 Hæc in ſenſu proprio: nam in ſenſu improprio, poteſt ſuſpendere ab officio, & interdicere ab ingreſſu Eccleſiæ, in quantum poteſt præcipere, & Monialis ex voto tenetur obedire. Licet vero nullam habeat in Moniales Juriſdictionem ſpiritualem, habet tamen domeſticam, ſicut Mater in filias, & ideo, licet non poſſit diſpenſare in voto, poteſt tamen illud irritare, quia vororum obligatio pendet ex approbatione Abbatiſſæ.

13 Sed, poteſtne Abbatiſſa exire de Monaſterio ex cauſa, uti ad jurandam fidelitatem Domino feudi, quam tenetur per ſe ipſam jurare? Reſpondetur, ſine licentia petita ab Epiſcopo, non poſſe, ſi tamen petiit, & injuſte ſibi fuit denegata, poteſt, ita tamen, ut præſtito juramento teneatur redire ſtatim, & exire debeat cum honeſta ſocietate, & hoc ob privilegium, quod tali caſu habet a Bonifacio VIII. *in cap. cum periculoſo de ſtat. Regul. in* 6. quod non fuit adhuc revocatum. Bonac. *de clauſ. q.* 1. *punct.* 9.

14 Tandem, circa dotem Monialium notandum, poſſe illam paciſci de intereſſe dotis non ſolutæ, ſine periculo uſuræ. Dian. *p.* 3. *tr.* 2. *reſol.* 97. ubi Mirand. *in Man. Prælat.* Rodriquez *de dub. regul.* & alii.

15 Quoad formam ſervandam in benedictione ab Epiſcopo, habetur in Pontificali Romano, ad quod te remitto. Quod ſi Abbatiſſa benedicenda ſit extra territorium Epiſcopi, non poterit Epiſcopus illam dimittere ad hunc effectum, uti dicebamus de Abbate, ſed erit neceſſarium mandatum Apoſtolicum ad hunc effectum. Pax Jord. *de Re Sac. lib.* 5. *tit.* 4.

16 Inſtrumentum vero publicum, ſi ſit conficiendum ſuper actu electionis, poterit fieri juxta formam, quam tradidimus in praxi electionis Abbatis.

ABORTUS.

1 Abortum procurans per alium, vel conſulens, incurrit excommunicationem reſervatam S. Pontifici, juxta conſtitutionem Sixti V. Diana *p.* 3. *tr.* 5. *reſol.* 4. Idem diſponit conſtitutio Gregorii XIII. ſi fœtus erat animatus, De Jure Civili vero, ſive fœtus fuerit animatus, ſive non, eſt arbitraria pœna. Menoch. *de arbitr. caſ.* 357. Theſaur. *d.* 12. Ubi late & ſignanter *nu.* 9. quod ubi pœna Judicis arbitrio imponenda relinquitur, non poſſit Judex reum morti condemnare. Fachin. *lib.* 9.

cont. Jur. cap. 100. Quod in fœtu animato sit Capitalis, volunt Gomez. *var. resol. lib.* 2. *c.* 3. Clar. *in §. fin. q.* 68. Osasch. *decis.* 60. Ubi late in decisione casus, de muliere, quæ ventris doloribus impulsa latrinam accesserat, & partum in cloacam effuderat, asserens se nescivisse, quod fuerit prægnans. Bart. & alii *in L. divus ff. de extraord. cognit.* Diana *p.* 7. *tr.* 5. *resol.* 5. apud quem in *lot. cit. tr.* 5. plura de hac materia videre poteris, & maxime de facultate absolvendi a pœnis in foro interno.

Abortum in se procurans fœmina fœtus non animati, punitur exilio; animati vero, pœna mortis. Si vero procurat abortum pecunia accepta, indistincte tenetur pœna mortis. Thes. *d.* 12. Menoch. *loc. cit* Farin. *q.* 122. *p.* 6. *n.* 155. Boss. *de homic. n.* 6.

3 Sed quod abortum fœtus animati procurans, non puniatur pœna mortis, videtur communior: quia talis non est proprie homicida, cum ante nativitatem aliquis homo dici non possit. Menoch. *l. c.* Thes. uti supra Fachin. *d. c.* 100. cui favet Farin. *de diverf. & var. crim. q.* 122. *p.* 6. Qui tamen dicit contrariam esse communiorem. *n.* 145. Gomez. *de delict. cap.* 3. Clar. *in §. fin. q.* 68. Quæ tamen sententia a plurimis declaratur, quod procedat, cum fœtus non erat maturus, qualis est primum post octavum mensem: Si vero fuisset mortuus post octavum mensem, volunt intrare pœnam mortis, & sic discordantes sententiæ concordari possunt. Animatur vero fœtus solum post mensem octavum, juxta Gisland. sed verum est, quod animetur post 30. vel 40. dies, si est masculus; si vero est fœmina, post 60. dies. Vide Farinac. *n.* 149. qui indistincte vult, pœnam procurantis abortum, esse mortis. Vide etiam Menoch. *de arbitr. cas.* 257. *n.* 3. Et cum fœtus præsumatur animatus, ideo delinquens tenetur probare negativam, addend. ad Clar. *in §. fin. quæs.* 68. *n.* 9. *vers. item adde*. contra Gomez. *de delict. cap.* 3. *n.* 32.

4 Et poculum abortus præbens, sive detur ad impediendam conceptionem, sive ne conceptus nascatur, punitur ut homicida. Juxta *cap. si aliquis, de homic.* ubi Hostiens. Abb. Joan. Andr. Butr. & alii. Farin. *de homic. quæs.* 122. *part.* 5. *n.* 9. & 131. Sed addend. ad Clar. *n.* 7. dicit: Quod mulier medelas accipiens, ut non efficeretur prægnans, non debeat puniri pœna homicidii, sed mitiori, eademque pœna puniatur, qui dedit medelas. Ex Marsil. in *L. si mulierem. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* Follet. *in pract. crim. in verb. pœnis debitis n.* 66. Quod extenditur etiam ad conficientem poculum abortionis, si mors fuerit secuta: si vero non fuerit secuta, plebei damnantur ad triremes, & honestiores puniuntur exilio. Farin. *l. c.* Thesaur. *decis.* 12. Menoch. *de arbitr. cas.* 356. & 358. de Jure vero Canonico excommunicantur. Juxta *cit. cap. si aliquis*.

5 Abortum non dicitur procurasse, qui mulierem, ignorans prægnantem percussit, & abortire fecit, vel sciens quidem percussit, sed non animo, ut sequatur abortus; qui animus debet conjecturari ex qualitate percussionis. Thesaur. *decis.* 12. *num.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 358. *n.* 1. Ubi de præbente poculum amatorium, ex quo, præter animi propositum, mors secuta fuit. In addit. Farin. *quæs.* 122. *part.* 6. *de homicid. n.* 152.

6 Abortus fœtus nondum animati non potest licite procurari, etiam ad salvandam ab infamia puellam. Ita contra Pontium *de matrim. lib.* 10. *cap.* 3. Torreblanc. *de magia lib.* 2. *quæs.* 45. docet Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 11. Sanch. *de matrim. lib.* 9. *disp.* 9. *disp.* 20. ubi alii, & contraria sententia, quod nempe liceat procurare abortum ante animationem fœtus, ne puella deprehensa gravida occidatur, aut infametur, est damnata a p. m. Innocentio XI. Imo, quod etiam abortum procurans ad salvandam a morte matrem ægrotam, non solum peccet quoad Deum, sed etiam quod in foro externo aliqua pœna puniri possit, tenet Menoch. *de arbitr. cas.* 357. *numer.* 18. & 19. Quia debuit potius in omnipotentis Dei voluntate relinquere, quam fœtum directe occidere, quoniam misericordia Divina potuisset vel matrem salvare, vel illa per voluntatem suam ad se vocata, fœtum incolumem servare, ut sæpius accidit. Et filia, si est minor, & suasionibus matris abortum fecit, ut honorem salvaret, tunc excusatur quidem quoad forum externum. Decius *cons.* 535. non vitaret tamen pœnam arbitrariam. Bajard. ad Clar. *in §. fin. quæs.* 68. *n.* 6. *vers. item adde*. Apud quem Menoch. *d. cas.* 357. *in fin.*

Abortus est crimen mixti fori. Dian. *part.* 3. *tr.* 5. 7
resol. 34. Antonel. *de regim. Eccl. lib.* 6. *cap.* 32. Vide Constitutionem Sixti V. quæ incipit *effrenatam*. Apud Quarant. *in verb. abortus:* in qua videbis pœnas maxime Clericorum abortum procurantium, aut consilium, opem &c. præstantium, apud Antonel. *l. c.* ubi etiam, quod quis non teneatur ad illas pœnas ante sententiam Judicis declaratoriam.

Abortum fœtus animati si quis procuraverit, non di- 8
citur commisisse delictum proditorium, ad effectum, ut gaudere non possit immunitate Ecclesiastica, etiam effectu secuto. Secundum Bonacin. *de censur. in pratic. disp.* 2. *quæs.* 3. *pun.* 16. §. 8. cum quo Antonel. *l. c. lib.* 1. *cap.* 9. §. 3. *n.* 83. & Dian. *part.* 7. *tr.* 5. *resol. ult.* Quia talis fœtus, ob rationis defectum, non potest decipi; nam deceptio committitur contra illum, qui præcavere potest. Sed contrarium tenet Lezzana *in sum. tom.* 3. *verb. immunitas* Peregr. *de immun. Eccl. c.* 8. Farin. *in append. cap.* 8. & Pignatellus, contra id quod docuerat *tom.* 2. *cons.* 38. *num.* 33. citat declarationem S. Cong. *tom.* 6. *cons.* 4. *num.* 104. & 105. quæ si vera est, utique a secunda non erit recedendum, pro qua stant etiam Del Bene *de Immun. cap.* 16. *dub.* 20. *sect.* 2. *n.* 3. Idem Pignatellus etiam post allegatam declarationem S. Cong. *tom.* 9. *cons.* 18. *n.* 24. censet Medicum procurantem abortum fœtus animati ad præservandam matrem a morte certo imminente non privari immunitate, quia talis actio ex sui natura est curativa, & mors intentioni illius est accidentalis.

Iisdem abortus pœnis subjiciuntur, qui sunt in cau- 9
sa, ut partus tam immature prodeat, ut diu vivere non possit. DD. apud Antonel. *l. c.*

ABSENTIA.

(Vide etiam Canonicus)

Praxis Absentiæ.

Absens, pro quo Notarius fuit stipulatus, acquirit jus 1
& actionem, etiam sine cessione, seu ante ratificationem, vel acceptationem: Secus, si extraneus pro eo fuit stipulatus. Sperel. *dec.* 168. *n.* 9. Gabr. *de V. O. concl.* 1. *a n.* 95. *ex L. absenti. ff. de Donat.* Cyriac. *contr.* 322. Ante acceptationem tamen, vel ratificationem, non acquirit jus in re, sed tantum jus ad rem. Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 8. Sperel. *l. c.* Bichius *decis.* 33. *an.* 12. ubi DD.

Absens non potest acquirere possessionem etiam cum 2
clausula *Constituti*; quia possessio sicut non amittitur, sic quoque non acquiritur sine animo; absens autem non potest habere animum possidendi, quia ignorat. Sperel. *dec.* 171. *a n.* 28. Postius *de manuten. observ.* 20. Tusc. *litt. P. concl.* 406. Eccles. *observ. for.* 184. Gratian. *disc. for. cap.* 365. Mart. *de clausul. part.* 1. *claus.* 20. nisi secuta ratificatione: ideo, si antequam constitutarius ratificet, constituens expellatur possessione, non competit constitutario remedium recuperandæ. Eccles. *l. c.* D. D. apud Gratian. *l. c. num.* 18. ubi: quod non admittatur ratificatio post expulsionem e possessione ad effectum manutentionis in dicta possessione, etiamsi constituens sit pater pro filio minore 25. annis.

Absens ex justa causa dicitur præsens, sicuti etiam 3
ille, qui mox est reversurus. Riccius *in praxi residentiæ. part.* 3. *resol.* 392. dummodo concurrat licentia superiorum. Idem *l. c. res.* 393.

Absens non potest præsentari ad juspatronatus, seu Be- 4
neficium. Riccius *in prax. Jurispatr. p.* 1. *resol.* 150. Franc. *in cap. fin. de Jurepatr.* Rochus de Curte *de Jurepatr. quæs.* 41. Abb. *in cap. ea noscitur, de his quæ fiunt a Prælat.* aliter præsentatio est nulla, & patrono curret tempus. Limita, si præsentatus aliunde esset notus, & examine non egens. Lambertin. *de Jurepatr. part.* 1. *lib.* 2. *quæs.* 11. Abb. *in cap. pastoralis, de Jurepatr.* Cittadin. *de Jurepatr. part.* 6. *art.* 9. *quæs.* 32. Rot. apud Riccium *l. c. res.* 152. Limita secundo, si præsentatio intra tempus legitimum fuit ratificata. DD. *sup. cit.* & Maresc. *lib.* 1. *var. resol. cap.* 83. apud quem Rot.

Absens causa studiorum non lucratur distributiones quo- 5
tidianas (intellige de illis, quæ dietim distribuuntur.) Gratian *disc. for. cap.* 166. *num.* 17. Quarant. *in summ. Bullar. verb. residentia.* Sacr. Congr. apud Riccium *in prax. distrib.*

distrib. resol. 396. & part. 2. in prax. var. resol. 70. nisi distributiones succederent loco fructuum, qui dantur ex massa grossa in fine anni.

6 Absens Canonicus sine causa a choro, animo amittendi distributiones tempori absentiæ correspondentes, peccat mortaliter. Suarez *de relig. lib. 4. cap. 10.* Garz. *de Benef. part. 3. cap. 2. n. 319.* Squillante *de oblig. Cler. part. 1. dub. 28.* & tres declarationes Sacr. Congr. apud Dian. *part. 2. tract. 12. resol. 31.* & Garz. *l. c.* contra Bon. *de hor. Canon. Disp. 2. q. 1. pun. 2.* & alios.

7 Absens causa Reipub. habetur pro præsente, & residente. Rot. apud Bichium *decis. 257. n. 22.* & probatur *ex cap. ex parte, de Cler. non resid. & cap. cum non deceat, 30. de elect. in 6.* Seraphin. *decis. 162. n. 2.*

8 Absentiæ licentia data non incipit currere a die data licentiæ, sed a die ipsius absentiæ, nisi in litteris fuerit dictum *a die datæ*. Castrens. *cons. 217. n. 1. & 2. vers. breviter his non obstat.* apud Rot. *decis. 434. n. 5. seqq. part. 4. recent. tom. 2.*

9 Absentia ob morbum excusatur, imo, etiamsi absens in illum incidisset in absentia, non teneretur redire ad residentiam. Fagnan. *in cap. Clericos, de Cler. non resid. n. 9.* ad tex. *in cap. præsentim 17. q. 1.* Rot. *dec. 117. part. 15. rec. n. 17.*

10 Absentia ob prosecutionem litis in Beneficio, illiusque juribus, non requirit licentiam Episcopi, cum illa detur a Jure. Juxta Garz. *de Benef. cap. 2. n. 10. part. 3.* apud Rot. *dec. 117. part. 15. rec. n. 19.* vide in verbo *Canonicus n. 10. circa fin.*

11 Absentis ratificatio, in præjudicium promissoris retrotrahitur ad diem contractus, ac si ab initio emanasset. Rot. apud Bichium *decis. 33. n. 10.* Gratian. *disc. for. cap. 667. n. 13.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glos. 10. n. 61. & 66.* & alii apud cit. Gratian.

¶ §. I.

Absentia quotuplex.

1 Absentia generaliter sumpta est duplex; altera scilicet ordinaria, localis, sive naturalis, quæ ratione diversi domicilii, sive patriæ diversæ causatur altera vero extraordinaria, personalis, sive accidentalis, quæ causatur ratione discessus, & absentationis accidentalis a patria, sive domicilio proprio, ut bene explicat Odd. *de restit. in integr. p. 1. q. 5. art. 7. n. 46. & 47.* Bald. in l. 1. *C. Quod non objic. long. temp. præscript.*

2 Absentia magis in specie sumpta quoad personas, quæ, ut supra extraordinaria dicitur, est multiplex; nempe, necessaria & probabilis simul; necessaria tantum; probabilis tantum; & voluntaria, quæ singulæ qualiter excusent citatum in criminalibus, vide Clar. §. fin. *q. 34. per tot.* ubi Bajard. *remissive n. 1.*

3 Absens non dicitur ille, qui remansit in fundo per cognationem, & familiam stante animo revertendi, cum quis dicatur magis esse ubi amat, quam ubi animat. Vide Gratia. *discept. forens. cap. 484. n. 16. & 944. n. 31.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 136. vol. 1.* Gonzalez *ad regul. 8. gloss. 34. a n. 1.*

Et quod non dicatur exire qui exit animo redeundi, *l. quid si fugitivus ff. De ædilit. edict.* Bald. *in l. 1. n. 27. Cod. De ser. fug.* Gregor. *decis. 70. n. 5.* Urceol. *Consul. forens. c. 50. n. 39. ubi Rot.* Faciunt tradita per Gratian. *discept. 644. n. 32.*

§. II.

De Condemnatione in absentem.

4 Absens regulariter de jure condemnari non potest, quia videtur solis præsumptionibus, & ex causa quodammodo incerta damnari, *l. absentem, ff. de pœn. l. absentem, Cod. de accusat. l. 1. C. de requi. reis & cap. afferte. De præsumpt.* Bellamer. *dec. 716. de accusat.* Boer. *decis. 63.* Fallit tamen in multis casibus, etiam de jure, & generaliter de consuetudine, secundum quam legitime citatus, si sit contumax, habetur pro confesso, & convicto, & pœnis etiam capitalibus pro qualitate delicti condemnatur, Menoch. *de arbitr. lib. 1 quæst. 80. n. 138.* Bajard. *ad Clar. fin. q. 44. n. 2.* &c. Card. Tusch. *litt. A. concl. 37. per tot.* & *litt. C. concl. 1017.* Cabal. *resol. crimin. cas. 181. num. 1. & seqq.* & est notissimum in Practica. Adde Paul. Christin. *decis. 88. vol. 4.* & *ad leg. Municip. tit. 2. artic. 25. per tot.* Arisimin. Tepat. *var. sent. tit. 298. per tot.* & *tit. 132.* ubi plura de absentia, & absentibus. Late Farinac. *q. 11. per tot.* Sanfelic. *dec. 71. per tot.* Carpan. *ad novas Constitut. Mediol.* cap. *Omnium n. 48.*

§. III.

De absente habendo pro mortuo.

Absentia longa æquiparatur morti, *l. multa, ff. de condit. & demonstr.* Montan. *de tut. c. 37. n. 21. fol. 181.* ita ut si minor, vel alius diu abfuerit, & ignoretur an vivat, ejus propinquiores admittantur ad capienda bona cum cautione de illis restituendis, & reddenda ratione si reverti contingat; nisi absens ipse procuratorem, vel administratorem dimisisset, tunc enim vere mors esset probanda antequam admittantur propinquiores ad bona, Menoch. *de arbitr. cas. 150. n. 16.* Munoz *de ratiocin. cap. 6. n. 47. & seqq.* Boer. *decis. 88. n. 1.* Borgn. *de tut. n. 331.* Cravett. *cons. 127. in fine*, quos refert, & sequitur Balthas Thomas *tract. 1. de Curat. tit. 13. n. 24. fol. 1163.* Montan. ubi supra, Joseph Mele *in Addit. ad Gizzarel. decis. 4. n. 91.* Fontan. *de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. gl. 3. p. 1. n. 30. & seqq.* Gutierrez *pract. quæst. lib. 2. q. 7. per tot.* Salgad. *Labyr. credit. par. 1. cap. 9. n. 49.* Magon. *dec. Luc. 44. n. 11. &c.* Paris. *cons. 38. vol. 2.* 5

Qualiter absentia æquiparetur morti, ita, ut subrogatus in casu absentiæ censeatur etiam subrogatus in casu mortis, Ricc. *Collect. 1056. 3888. 3049.* Sebast. Medic. *tract. mors omnia solvit. p. 1. n. 95.* &c. De Franch. *dec. 255. n. 4.* ¶ 6

ABSOLUTIO.

§. I.

De absolutione pœnitentiali.

** In casu necessitatis Præsbyteri Græci Catholici possunt Latinos absolvere, adhibita tamen forma absolutionis in Concilio Generali Florentino præscripta: postea dicere possunt orationem illam deprecativam, quam forma hujusmodi absolutionis dicere tantum consueverunt. Benedict. XIV. Const. *Etsi Pastoralis* §. 5. 1

Absolutio imposita a Sacerdote non approbato ab ordinario loci nulla est. Benedict. XIV. Const. *Apostolica indulta* §. 2. 2

Absolutio a Sacerdote impertita personæ complici in peccato turpi, extra casum necessitatis extremæ non tenet. Benedict. XIV. Constit. *Sacramentum Pœnitentiæ* §. 4. In mortis tamen articulo etiam absque necessitate, aut infamie, vel scandali periculo valida est. Idem Constit. *Apostolici muneris* §. 4. Verum Sacerdos ita absolvens incurrit pœnas, & censuras Summo Pontifici reservatas. Ibidem. 3

Absolutio Sacramentalis deneganda est ignorantibus mysteria Fidei, tenenda necessitate *medii* Benedict. XIV. Constit. *Etsi minime*. Ignorantibus autem necessaria necessitate *præcepti* differenda est absolutio. Sed si Pœnitens hujus ignorantiæ vincibilem reum te agnoscat, & accuset, ac intime dolens serio promittat operam impense daturum adiscendi etiam necessaria necessitate *præcepti*, absolvi potest. Ibidem. 4

Vide *Confessarius*. **

§. II.

De absolutione quæ spectat ad forum externum.

Hæc multiplex est. Primo est absolutio a censuris, quæ potest dari tam de præterito, quam de futuro sub conditio; quia eodem modo potest ferri etiam censura. Ita Covarruv. *in cap. alma mater. part. 1. §. 11. a n. 6.* Suarez *de censur. disp. 7. sect. 8.* Bonac. *de censur. disp. 1. quæs. 2. punc. 7.* Neque refert, quod absolutio in foro pœnitentiali non possit dari sub conditione, quia hoc ideo procedit, quia non est in potestate Confessarii suspendere gratiam. 1

Potest autem hæc dari etiam absenti per procurato- 2

rem, litteras, vel nuncium, Sanch. Avilla, & Layman, apud P. Pirring. *lib. 5. tit. 39. §. 4. n. 164.* Pignatel. *tom. 1. conſ. 20.* Theſaur. *de pœn. Eccleſ. part. 1. cap. 22. verſ. tertia differentia.*

3 Datur hæc abſolutio quandoque ad cautelam cum reincidentia, & quandoque abſolute. Ad cautelam eſt licita, & valida, etiam quoad forum externum, ut patet ex praxi univerſali. Ugolin. *de cenſur. tab. 1. cap. 22.* Bonac. *l. c.* Suarez. *ut ſupra.* Covar. *in d. cap. alma. part. 1. §. 2.* Duard. *in Bull. Cœnæ lib. 3. §. 2. quæſ. 13.* Et petens abſolutionem ad cautelam, non dicitur fateri cenſuram, niſi agatur de modico præjudicio; nam, cum agitur de gravi præjudicio, probationes debent eſſe claræ, & non præſumptivæ. *L. faciant. C. de probat.* Abb. *in cap. prudentiam, de offic. Deleg.* Maſcard. *de probat. tom. 1. concl. 13.* Rot. apud Bichium *deciſ. 195.* Covar. tamen *l. c. n. 7.* notandum dicit, quod allegans ſe injuſte fuiſſe excommunicatum, plene fatetur excommunicationem eum ligaſſe, & ideo ſimpliciter abſolvendus erit; at qui allegat excommunicationem nullam fuiſſe, tanquam latam v. g. poſt appellationem, abſolvendus erit ad cautelam. Cum reincidentia datur ob periculum communionis, aut læſionis juſtitiæ. *cap. ſolet, de ſent. excom. in 6.* Rot. *dec. 9. in nov.* apud Merlin. *dec. 166.* a ſuſpenſione quando detur, vide *cap. 9. de except. ubi* Gonzal. & Fagnan.

4 Porro cum reincidentia poteſt dari dupliciter: primo, ad tempus, vel effectum limitatum, uti ad ferendum teſtimonium juxta *cap. veniens, de teſtib.* & uti practicatur in Bullis, & gratiis *cap. Apoſtolicæ §. quo circa, de except.* & hæc abſolutio datur duntaxat ad effectum reddendi capaces gratiæ factæ, puta teſtimonii ferendi &c. ita ut ad hunc effectum tantum ſuſpendatur excommunicatio. Pyrrh. Corrad. *de re Benef. lib. 2. cap. 16. num. 1.* Pariſ. *de reſign. Benef. lib. 8. cap. 7.* Unde ſi excommunicatus poſt hujuſmodi abſolutionem ſe ingerat in divinis, eſſet irregularis. *cap is cui, de ſentent. excom. in 6.* nec poteſt habere Beneficium ab Ordinario abſque alia abſolutione. Vide Pariſ. *l. c. n. 127.* ubi etiam *a n. 120.* quibuſnam ſuffragetur hæc abſolutio, ubi quod non ſuffragetur inſordeſcentibus, hæreticis, irregularibus ob notoriam fornicationem, & aliis. Ut etiam infra in verbo *Cenſuræ.* Secundo, in perpetuum, cum, vel ſub conditione ſatisfaciendi, qua non impleta, reinciditur in excommunicationem. Paſſerin. *de pollut. Eccleſ. diſp. 8. cap. 15.*

5 Abſolutio abſolute data ab excommunicatione, & aliis cenſuris, ſed per dolum, vel errorem, qui verſatur circa cauſam finalem, non valet, ex defectu intentionis in abſolvente, & quia errantis nullus eſt conſenſus. Suarez *de cenſur. diſp. 7. ſect. 6.* Bonacin. *l. c. num. 2. punc. 8.* Idem dic, ſi fuit obtenta per vim, vel metum cadentem in conſtantem virum, *cap. un. de iis, quæ vi, metuſque cauſa fiunt; in 6.* Navar. *in man. cap. 27.* Ugolin. *de cenſur. tab. 1. cap. 4.* Bonac. & Suarez *l. c.* modo metus fuerit injuſtus.

6 Abſolutio valide etiam datur, licet non fuerit ſatisfactum parti læſæ, neque data ſatisdatio: abſolvens tamen peccat graviter contra juſtitiam. Navar. & Bonac. *l. c.* & probatur ex *cap. venerabilem, de ſent. excom. in 6.* Limita, ſi abſolvens abſolvat jure delegato, & excedat fines mandati; tunc enim abſolutio eſſet nulla. Vide etiam infra in verbo *Cenſura.*

7 ** Abſolutio Calumniatorem quoad ſollicitationem in Confeſſione, Summo Pontifici reſervatur. Benedict. XIV. Conſt. *Sacramentum Pœnitentiæ §. 3.* Quemadmodum etiam abſolutio Sacerdotis excipientis Confeſſionem complicis in peccato turpi. Ibid. §. 4. Sic etiam abſolutio a Cenſuris incurſis ob mercimonia ſuper eleemoſynis Miſſarum. Idem Conſt. *Quanta cura. §. 5.*

8 Abſolutio a ſententia excommunicationis latæ in Bulla Cœnæ, vel Greg. XIV. juxta communiorem, eſt reſervata Summo Pontifici. Sperel. *dec. 105. n. 43.* ubi de veriori. Duard. *in Bull. Cœnæ lib. 2. cap. 15. quæſ. 16.* Mar. Ital. *de immun. Eccleſ. cap. 6. §. 2.* Farin. *de immun. Eccleſ. cap. 20.* apud quem S. Congr. contra Riccium, Barboſ. Genuenſ. & Bellet. apud Sperel. *l. c.* Et quando excommunicatio fuit lata ob violatam immunitatem Eccleſiaſticam, non eſt danda abſolutio, niſi parti ſatisfacto, & reintegrata immunitate. Rot. apud Merlin. *deciſ. 588. n. 1.* Ubi tamen creditum non eſt liquidum, ſufficit oblatio etiam verbalis. Idem Merlin. *n. 4.*

Quær. Abſolutus a crimine, poteſtne amplius pro eodem moleſtari, ab eodem, vel alio Judice? Reſp. negative, ſive fuerit proceſſum per viam accuſationis, ſive per viam inquiſitionis, ſi tamen reus fuit abſolutus definitive tanquam innocens, licet fuerit abſolutus ob defectum probationum. Covar. *lib. 1. ver. reſ. cap. 1. num. 8.* Clar. *in §. fin. quæſ. 57.* ubi late plura. Farin. *quæſ. crim. lib. 1. quæſ. 1.* Limita, ſi fuit abſolutus non definitive, ſed per interlocutoriam; uti cum clauſula „ *Stantibus actis prout ſtant, & aliis de novo non* „ *ſupervenientibus.* „ modo proceſſus non eſſet inſtructus. Covar. *var. reſ. lib. 2. cap. 10.* Antonel. *de regim. Eccleſ. lib. 6. cap. 42.* Cabal. *reſ. crim. caſ. 93. a n. 30.* Ubi de tempore, quo moleſtari poſſit. Concluſio ampliatur, licet fuiſſet abſolutio data ob compoſitionem cum fiſco, quia hæc ſuccedit loco pœnæ: vel a Principe gratiam obtinuiſſet. Theſaur. *deciſ. 1.* Capon. *diſc. for. cap. 1450.* Limitatur ſecundo concluſio, cum diverſa pœna venit irroganda: uti ſi Laicus Judex infligit pœnam temporalem, & Eccleſiaſticus vult ſpiritualem infligere, uti excommunicationem, vel econtra; quia hoc modo poteſt ab utroque puniri. Vide Antonel. *l. c.* & Clar. *ubi ſupra.* 9

Abſolutio a cenſuris, ob recurſum ad Judices Laicos, non prodeſt, ſi poſt eam obtentam, iterum ad Laicos fiat recurſus. Rot. apud Bichium *deciſ. 455.* 10

Quær. an abſolutio, ſeu diſpenſatio conceſſa pro foro conſcientiæ tantum, ſuffragetur etiam pro foro externo? & pro negativa ſtant gloſ. *in cap. de his, in fin. de accuſ.* Nav. *conſ. 23. n. 4. de pœnit. & remiſſ. & conſ. 51. de ſent. excom.* Covar. *lib. 2. cap. 10. n. 3. & in cap. alma p. 1. §. 11. n. 16.* Menoch. *de arbitr. caſ. 539. n. 31.* Genuenſ. *in prax. cap. 25.* apud Carol. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. cap. 22.* ubi alii. Qui dicunt, quod non obſtante tali diſpenſatione, vel abſolutione, Judex nihilominus procedere poſſit contra reum, ac ſi abſolutus, vel diſpenſatus fuiſſet: & ideo, ſi taliter abſolutus v. g. ab excommunicatione, celebravit poſtea, pro foro externo declarari poſſe irregularitatem incurriſſe &c. Genuenſ. *l. c.* Layman. *lib. 1. tr. de cenſur. in commun. cap. 7. n. 7.* quamvis coram Deo non ſit irregularis. Navar. *conſ. 82. num. 2. de Simon.* Alii affirmativam tenent, ita, ut ſi conſtet de tali abſolutione, non poſſit amplius Judex in foro externo procedere. Ita Dian. *tract. 11. reſol. 26. tom. 1.* & alii apud Menoch. *l. c. caſ. 539.* In hoc tamen ferme conveniunt, Ordinarium poſſe cum tali abſoluto, benigne agendo, illam abſolutionem etiam pro foro externo acceptare. Vide Theſaur. *l. c. verſ. prima differentia.* 11

Abſolutio a Juramento, vide *Habilitatio.*

ACCUSATIO.

Praxis Accuſationis, ubi quid ſit Accuſatio, quid debeat continere, quinam accuſare queant, quandonam accuſator habeatur pro calumniatore, quandonam ſuccumbat, quandonam in expenſas damnetur de præſcriptione accuſationis, &c.

Accuſatio eſt delatio alicujus criminis ad vindictam publicam, legitima interveniente ſubſcriptione; tamen ſubſcriptio ad pœnam talionis eſt hodie ſublata. Clar. *§. fin. quæſt. 12.* Guazz. *ad deff. 3. cap. 2.* Card. Tuſch. *litt. A. concluſ. 156.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 194. per tot. vol. 4.* 1

Datur tamen etiam accuſator civilis ad privatam utilitatem principaliter, juxta Rot. *par. 2. diverſ. deciſ. 138. n. 5. &c.* Plura de accuſatione Conciol. & Romag. *ad Stat.* Eugub. *lib. 4. rub. 1. & ſeqq.* Gonzalez *in c. 1. n. 5. de Accuſat.* 2

Accuſatio continere debet annum, menſem, locum delicti, nomen accuſatoris, & accuſati, Judicis, & ſpeciem criminis *l. libellorum ff. de accuſat.* Dies autem, & hora non eſt neceſſaria, niſi factum eſſet punibile tantum in tali die vel hora, vel niſi petatur a parte pro ſua defenſione facienda, Clar. *§. fin. quæſt. 12.* Guazz. *ad deff. 3. cap. 3. per tot.* Tuſch. *lit. A, concl. 157. & ſeqq.* Ricc. *collect. 1219.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit. 284.* & 285. Vide plura de accuſatione, & accuſatoribus, Conciol. *reſol. crimin.* verb. *Accuſatio. reſol. 6. &c.* Gomez *var. reſolut. 3. cap. 11. num. 4.* 3

Accuſare poſſunt omnes qui non ſunt expreſſe prohibiti, & tales admittuntur ſi ſuam, vel ſuorum injuriam 4

pro-

prosequantur, nec hodie attenduntur similes exceptiones, cum Judex simul ex officio procedens in casibus permissis suppleat omnem defectum ex persona accusationis resultantem, Clar. §. *fin. quæst.* 12. *per tot.* late Farinac. *quæst.* 12. Menoch. *de arbitr. cas.* 198. Tusch. *lit. A. concl.* 160. *& seqq.* Arismin. Tepat. *loc. sup. cit.* Guaz. *deff.* 3. *cap.* 1. *& seqq.* Gomez. *var. resol. tom.* 3. *c.* 1. *n.* 31.

5 Accusator de jure communi tenetur fidejussores præstare de accusatione prosequenda, & solvendis expensis in casum succumbentiæ; quod tamen hodie non est in usu, Clar. §. *fin. quæst.* 18. Maur. *de fidejuss. p.* 1. *sect.* 3. *c.* 30. Gratian. *discept. forens. cap.* 706. *n.* 42. Paul. Christin. *dec.* 194. *per tot. vol.* 4. ubi plura de hac materia, Menoch. *de Arbitr. cas.* 79. *n.* 5.

6 Accusator, sive instigator, non probans delictum, in dubio præsumitur calumniator; nisi aliqua justa causa possit excusari, ut si semiplene probavit, dummodo non sit solitus calumniari, vel si fuit deceptus a testibus, vel si probet audivisse à personis fide dignis, vel si necessitate officii accusaverit, vel si dolor immensus illum coegerit, vel si delictum sit atrox, & immane, vel si præcesserit diffamatio, vel si occisus ante mortem nominaverit accusatum, vel propter infirmitatem sexus, & similes; quæ licet excusent a calumnia, non excusant ab expensis, nec ab actione injuriarum, ut late declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 321. *per tot. &c.* Vide Clar. §. *fin. quæst.* 62. Gratian. *discept. forens. c.* 33. *num.* 37. *& cap.* 706. *n.* 42. Guazz. *deff.* 3. *cap.* 13. ubi docet viginti quinque modos excusandi ab hujusmodi calumnia, Petr. Cobal. *resolut. crim. cas.* 166. *per tot.* ubi quod pœna accusatoris per calumniam est triremium in perpetuum, vel ad longum tempus, & prius mittitur super asino cum mitra per Civitatem; & alia de pœnis calumniatorum, vide late *per eum d. cas.* 166. *per tot. & cas.* 295. *per tot.* Farinac. & Vulpin. *in succes. quæst.* 16. *per tot.* ubi quod dictæ causæ non solum excusant a calumnia præsumpta, sed etiam ab actione injuriarum, & ab expensis, juxta veriorem, & in praxi receptam opinionem, Sanfelic. *decis.* 54. & latius *decis.* 346. *cum plena Addit.* ubi quod accusator non tenetur ad expensas ex eo, quod non probaverit, nisi constet de vera calumnia, exceptis causis Syndicatus, in quibus non probans tenetur ad expensas vigore Pragmaticæ Regni, & idem Sanfelic. *dec.* 347. *cum Addit.* & Sabelli *in sua pract.* §. *denuntiatori*. Mascard. *de probat. conclus.* 24. & 25. *& conclus.* 254. Tusch. *litt. E. conclus.* 634. *per tit.* Paul. Christin. *decis.* 205. *volum.* 4. *& ad l. municip. tit.* 1. *art.* 9. Ricc. *collect.* 1218. ubi præcipue de instigatore, Beninten. *decis. Bononiens.* 46. Conciol. *verb. Accusatio. resolut.* 1. *cum addit.* ubi refert duos morte mulctatos. Petrus Benint. *concl.* 46. *n.* 2. qui citat Speculator. *in tit. de Accusator.*

7 Accusatore non probante, reus, etiamsi nihil de sua innocentia docuerit, est absolvendus; cum dicatur præsumptive de illa constare, imo accusator tenetur actione injuriarum; intelligendo ubi accusator nihil probavit; nam si indicia ad torturam submini strraverit, tenetur reus, vel probationibus, vel per torturam illa purgare, Barbos. *de Axiomat. jur. Axiom.* 7. *per tot.* ubi idem est in civilibus, ut actore non probante reus absolvatur, & vide Sabelli *in* §. *Actor. n.* 1.

8 Quid autem si delator probavit crimen, & reus habuit justas defensiones, an adhuc delator sit condemnandus? Paul. Christin. *decis.* 125. *num.* 11. *&c. vol.* 5. ubi quod sic quando defensiones erant notæ ipsi delatori, & idem ego dicerem si per eas constaret de innocentia accusati, & de calumnia, vel falsitate accusationis.

9 Quod denuncians crimen, si detecta innocentia inquisiti fuerit absolutus, teneatur ad expensas, Thoro *Compend. decis. Neapolit. par.* 1. *verb. Denuncians.* ubi allegat Grammat. *decis.* 39. Farinac. *quæst.* 16. *num.* 12. *& seqq.* Cornazan. *decis. Luc.* 193. Ricc. *collect.* 1218. & 1219. idem Thoro *d. p.* 1. *verb. Querela*, ubi quod querelantes, si nil probaverint, possunt ab accusato de injuriis reaccusari, etiamsi a Superiore obtinuerint ne molestentur, quia tale rescriptum uti injustum non valet. Quas pœnas incurrat accusans per calumniam, Carol. Ant. Thesaur. *tract. de pœn. Eccl. par.* 2. *verb. Accusator. cap.* 1. ubi de restitutione, de infamia, irregularitate, & suspensione, & *cap.* 2. & 3. ubi etiam quid si efficiatur prævaricator, vel tergiversator. Accusator, absoluto accusato, quando in expensis condemnari debeat, vel non, cum distinctione veræ, aut præsumptæ calumniæ, quæ sint causæ excusantes, & plura pro excusatione, Mans. *consult.* 279. *per tot. lib.* 3.

Quod ad excusandum accusatorem a præsumpta ca- 10
lumnia, & ab expensis sufficiant indicia non solum ad torturam, de quibus non est dubium, sed etiam ad inquirendum simpliciter (intelligendo de speciali inquisitione contra aliquem) non autem leviora, Farinac. *quæst.* 16. *num.* 62. *& seqq.* & ita servatum Florentiæ se sæpius observasse testatur Sabellus, ut quando fuit formata inquisitio legitimis præcedentibus indiciis, nunquam fuerit accusator condemnatus in expensis, vel alia pœna; nisi de vera constiterit calumnia, & falsitate accusationis, etiam per defensiones post inquisitionem factas; nam tunc detecta calumnia, & falsitate, esset accusator non solum in expensis condemnandus, sed etiam severe puniendus; judex autem, qui ex necessitate officii procedit facilius excusatur, ut inquit Farinac. *loc. cit. n.* 63.

Prædicta doctrina, circa accusatorem, vel instigato- 11
rem non probantem in expensis condemnandum, vel arbitrarie puniendum pro calumnia, licet sit verissima, tamen in praxi raro admittitur a quibusdam Judicibus, eo sub prætextu quod retraherentur homines ab accusando, sed quam levis sit excusatio, vel potius gravis contra illos increpatio, ut ipsis, & calumniatoribus latior pateat aditus vexandi sæpe innocentes, miseri semel forte absque remedio experientur, si hac intentione egerint, secus si zelo justitiæ, ut est præsumendum, &c. Late videantur Farinac. *dict. quæst.* 16. *per tot.* Francisc. de Magistr. *in silv. Eccles. par.* 2. *lib.* 2. *tit.* 1. *c.* 17. *num.* 14. *fol. mihi* 105. ubi quod hodie raro, aut nunquam ad expensas condemnantur accusatores, ne terreantur, & ab accusando desistant; quod tamen debet intelligi, nisi constet de vera calumnia, quo casu ultra refectionem expensarum essent etiam graviter puniendi juxta qualitatem facti, & personarum.

Accusator falsus tenetur etiam cum periculo propriæ 12
vitæ, & famæ manifestare falsam accusationem, si adsit spes, ut indebite accusatus liberetur, quia melior est conditio innocentis; secus autem si manifestatio non liberaret innocentem, Bonac. *disput.* 1. *quæst. ultim. num.* 21. P. Stephan. de Neapol. *de restit. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 41.

Accusator secretus habetur pro inimico, & non po- 13
test esse testis, Ludovis. *decis.* 517. *n.* 11. *&* 12. vide Sabelli *in* §. *Testis. n.* 55.

Accusatio omnis tollitur regulariter spatio 20. anno- 14
rum *l. querelam*, *C. de fals.* ita ut nec per Judicem possit ex officio procedi transacto dicto tempore, Clar. §. *fin. quæst.* 51. alios vide apud Sabelli *in* §. *Delictum*, & in ejus pract. §. *Malefici*, & §. *Prescrizione*, Barb. *de Præscript. ad l. sicut. n.* 222.

Actio tamen civilis descendens ex delicto durat 30. 15
annis, sicut aliæ civiles personales, Clar. *loc. cit.* Boer. *dec.* 26. *par.* 1. Guazz. *deff.* 2. *cap.* 2. *per tot.*

Accusatio pro crimine adulterii durat tantum quin- 16
quennio, Boer. *dec.* 26. Clar. §. *Adulterium*, *vers. Unum tamen*, vide Sabelli *in* §. *Adulterium n.* 18. Competit solum quibusdam personis, nempe sponso, marito, patri, fratri, avunculo, & patruo, *l. quamvis*, *C. de adult. & l. si uxor. ff. ad leg. Jul. de adul.* Ricc. *collect.* 236. Montan. *de tut. cap.* 17. *num.* 7. *fol.* 58. Caball. *resol. crim. cas.* 114. *per tot.* ubi intelligit tam de patre, fratre, & patruo mulieris, quam mariti, Franch. *decis.* 94. *&* 240. ubi quod quando adulterium esset notorium per confessionem, posset etiam Judex procedere ex officio, vide Paul. Christin. *decis.* 218. *n.* 1. *& seqq. volum.* 5. Bajard. *ad Clar.* §. *Adulterium n.* 14. ubi etiam quod ex dispositione Concilii Trident. *Sess.* 24. *cap.* 8. *de reform. matrim.* potest Ordinarius ex officio procedere quando est publicum, & præcessit trina monitio, Ciarlin. *contrver.* 15.

Accusator, neque accusatus possunt sibi invicem fa- 17
cere positiones, & si fecerint non tenetur alter respondere, quia in judiciis criminalibus, vel etiam mixtis, in quibus possit aliqua criminalitas consideratis veluti in causis turbatæ possessionis, vel damni dati, & similibus non admittuntur positiones; nam respectu accusatoris non potest facere positiones, quibus teneatur ac-

cusatus respondere, quia positionibus criminosis, vel crimen continentibus non est respondendum, ut dicit Sabelli *in* §. *Positio num.* 9. *&* 10. licet enim accusatus possit interrogari a Judice, & ex sua confessione puniri, non inde sequitur, ut positionibus criminosis ab accusatore datis respondere teneatur; respectu vero accusati, nec ipse potest facere positiones accusatoris, & illum cogere ad respondendum, imo nec Judex debet permittere, etiam si accusator vellet illi respondere, quia posset adesse collusio, & accusator aliquid fateri contra veritatem, & fisci intentionem ad liberandum accusatum a pœna, & faciendum delictum impunitum, licet enim etiam desistente accusatore possit fiscus, & Judex prosequi, non inde sequitur quod accusator non possit magnum facere præjudicium in probationibus, quæ est potissima prohibitionis ratio, ut bene explicat Michalor. *de posit. cap.* 30. *per tot.*

18 Quod accusator non teneatur se repetere ad instantiam accusati super suis interrogatoriis, nec Judex permittere debeat ob timorem collusionis, Clar. § *fin. quæst.* 45. *versic. sed hic incidenter*, Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 251. Conciol. *resol. crim. verb. Accusatio. resolut.* 12. Zuff. *de legit. proces. crimin. lib.* 3. *quæst.* 180. vide Sabellum *in* §. *Socius*, *n.* 57. *& in* §. *Repetitio*.

ACQUISITA.

Ubi quatenus acquisitio filii prosit patri.

1 Acquisita per filium si constet ex industria sua fuisse quæsita dicuntur adventitia, nec aliis fratribus sunt communicanda, *leg. Cum oportet*, Cod. *De bon. quælib.* Menoch. *de arbitr. cas.* 126. Michalor. *de fratr. par.* 1. *cap.* 6. *n.* 3. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 26. *n.* 10. licet Alciat. *consil.* 334. *n.* 6. teneat esse profectitia per quamdam fallacem consequentiam. Vide Sabelli in §. *Peculium*; late Arisminn. Tepat. *var. sent. tit.* 435. ubi plura de bonis acquisitis per filium, & eorum administratione. De Luc. *de Credit. disc.* 80. *n.* 16.

2 Acquisita partim ex pecunia patris, & partim ministerio, & industria filii, in dubio pro medietate dicuntur profectitia, & illorum naturam sequuntur; pro alia vero medietate adventitia, & secundum illa regulantur; secus si appareret plus tribuendum esse industriæ filii, vel e contra, nam secundum id esset facienda distributio, Bart. *tract. de fratr. n.* 2. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 26. *num.* 10. Michalor. *cap.* 6. *num.* 13. Gratian. *discept. forens. cap.* 543. *n.* 16. *&c.* Bos. *de patr. potest. cap.* 4. *n.* 64. *& seq.*

3 Acquisita per filium proprio nomine negotiantem in dubio præsumuntur adventitia, & tanto magis si filius habitaret seorsum a patre; nisi adessent conjecturæ in contrarium, ut quia non sit industriosus, sed pauper, pater vero, cujus bona administravit dives, vel nisi nomine patris negotiatus fuerit, vel eo vivente communicaverit acquisita in usum familiæ, Menoch. *de arbitr. cas.* 126. Michalor. *de fratr. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 16. *& seqq.* Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 420. *n.* 6. *&c. & par.* 12. *decis.* 335. *n.* 4. *& seqq.* De Luc. *de Regal. disc.* 150. *n.* 5.

4 Acquisita a filio habitante cum patre, & illius bona administrante dicuntur profectitia, nisi aliter appareat; si vero seorsum habitet, & negotietur, dicuntur adventitia, & in dubio præsumitur pro possessore, Menoch. *de præsumpt. l.* 3. *præsumpt.* 50. *per tot.* Vide Paschal. *de virib. patr. potest. c.* 3. *n.* 10. *& seqq.* Rot. *par.* 9. *recent. dec.* 420. *n.* 6. *& seqq. & p.* 12. *decis.* 335. *n.* 4. *& seqq.* ubi quando spectent ad filium, & cadant sub hypotheca, Boss. *de pater. potest. cap.* 4. *n.* 77.

5 Acquisita per uxorem constante matrimonio præsumuntur ex bonis viri, ad effugiendum turpem quæstum; quod procedit etiam in uxore putativa, in concubina, in vidua intra annum luctus, etiamsi negaret se acquisivisse ex bonis viri, vel etiamsi commisisset adulterium; quæ præsumptio precedit etiam contra singularem successorem mulieris, & ad commodum hæredis, & singularis successoris mariti, etiamsi mulier diceret habuisse pecuniam ante contractum matrimonium. Cessaret autem quando maritus confessus esset pecuniam esse mulieris, in muliere industriosa, vel si constaret habuisse a consanguineis, vel ab Amasio, sive ex turpi quæstu, vel mulierem fuisse divitem, virum vero pauperem, sive bona alterius administrasse; sicut & quando mulier traduxit virum ad domum suam, & quoad bona ipsa, quæ sunt mulieris, & hæredum illius, cum maritus, & ejus hæredes possint solummodo repetere pretium; & quoad possessorium; nam in eo obtinebit mulier si sola possideat, ut late omnia declarat Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 51. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 137. *num.* 9. *&c. vol.* 3. Joseph. Ludov. *decis. Perus*, 28. Mascard. *de probat. concl.* 30. *per tot. vol.* 1. *concluf.* 212. ubi de vidua administrante bona pupilli, ut præsumatur ex illis acquisivisse, nisi aliter doceat, & *concl.* 204. ubi de bonis repertis penes uxorem, ut præsumantur quæsita ex substantia viri, & quando secus, Neviz. *in sylva nupt. fol.* 68. *&c.* Joan. Lup. *in repet. rubr. de donat. inter vir. & uxor.* Diaz *reg.* 9. *per tot.* Gabr. *comm. concl. tit. de præsumpt. concluf.* 15. *per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 21. *n.* 37. *& seqq. ad* 57. *fol.* 426. ubi novem modis dictam præsumptionem ampliat, & quatuordecim limitat, quo ad limitationem supra positam quando bona alterius administravit, contrarium probat cum honestius possit præsumi ditata ex bonis viri sine delicto, quam alterius cum delicto, vide Sabelli *resol. cap.* 8. *n.* 42. *&c. & cap.* 10. *nu.* 36. *&c. & in* §. *Uxor.* Scopp. ad Gratian. *observat.* 190. *n.* 2.

ACTIONES.

Praxis Actionum.

Actiones regulariter cumulari non possunt, cum sen- 1
tentia in una, pariat exceptionem rei judicatæ in alia. Fachin. *lib.* 12. *controv. jur. cap.* 1. Limita in actione personali, & hypothecaria, quæ cumulari possunt. Merlin. *de pignor. lib.* 5. *tit.* 2. *quæs.* 61. quando nempe debitor possidet. Et probat ex *L. pro caution.* 24. *C. de pignor.*

Actiones petitorii, & possessorii, cumulari possunt, 2
cum unius cognitio dependet ab alia, maxime si possessio est dubia. Rot. *decis.* 524. *part.* 5. *rec. tom.* 2. nisi possessorium summariissimum fuisset ab utraque parte intentatum. Postius *dem manuten. obs.* 7. *nu.* 41. & DD. apud Ciarlin. *contr. for. cap.* 119. vel nisi uterque petat manuteneri. Menoch. *de retin. romed. ult.* Mascard. *de prob. concl.* 1205. Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 36. *n.* 23. Postius *d. obs.* 7. Et cumulato petitorio, ac possessorio, prius de possessorio cognoscendum est. DD. *cit.* & Postius *n.* 52. *d. obs.* 7.

Actio civilis, & criminalis ex eodem facto descen- 3
dens, contra eandem personam, æque principaliter cumulari non possunt, sed prius criminalis, dein civilis cognosci debet. Fachin. *lib.* 9. *c.* 2. ubi late, pluresque casus ponit. Thesaur. *decis.* 18. nisi una alteri sit præjudicialis; quia tunc præjudicialis præmittitur. Farin. *quæs.* 100. *cap.* 2. dicitur autem præjudicialis, quando sententia in una parit exceptionem in alia. Farinac. *l. c.* Ecclesia *observ. for.* 14. *n.* 16.

Actio Personalis, licet transeat in successorem uni- 4
versalem, secundum Noal. *de transmiss. cap.* 25. tamen non transit in successorem singularem. Idem Noal. *l. c.* nisi sit in rem scripta, vel cum hypotheca. Neque pœnalis, vel criminalis transit, quia delicta morte delinquentis extinguuntur. Limita quoad actionem pœnalem ad damna, & non ad vindictam publicam. Noal. *cas.* 27. *n.* 7. ubi pluribus comprobat textibus.

Actio criminalis regulariter spacio 20. annorum præ- 5
scribitur. *L. in omni ff. de diverf. & tempor. præscr.* Clar. *in* §. *fin. quæs.* 51. Cabal. *resol. crim. cas.* 239. qui plures habent ampliationes, & limitationes. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 45. De Jure tamen Canonico nunquam præscribitur, Antonel. *l. c.* Civilis præscribitur 30. vel 40. annis. Riccius *in prax. part.* 2. *resol.* 91. Descendens ex crimine durat 30. annis. Antonel. *l. c.* & dicitur civilis, cum agitur ad vindictam privatam. Farin. *quæs.* 100.

ACTA.

Praxis Actorum.

Conclusio quasi certa est, quod acta coram Judice 1
Laico super immunitate Ecclesiastica, uti, an extractus ab Ecclesia gaudeat immunitate, non valeat, quia ad Judicem Ecclesiasticum spectat formare super hac re pro-

proceſsum. Ciarlin. *contr. for. cap.* 10. *nu.* 44. Farin. *in append. c.* 22. Tuſc. *litt. E. concl.* 10. Guazzin. *ad defenſ. reor. defenſ.* 1. *cap.* 31. Sper l. *dec.* 104. Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 38. Neque Judex Eccleſiaſticus tenetur ſtare ejuſmodi actis, & proceſsui. Gratian. *diſc. for. lib.* 3. *cap.* 596. Giurb. *conſ.* 56. Guazzin. *loc. cit. nu.* 7. & probari poteſt ex *cap. at ſi Clerici, de Judic.* Clar. *in* §. *fin. quæſ.* 36. *n.* 46. & ibi addend. *n.* 53. quæ dicit, opus eſse novo proceſsu etiam ad inquiſitionem formandam, & quod Judex Eccleſiaſticus debeat formare novum proceſsum, vide apud Sperel. *dec.* 18. *n.* 10. & apud Ciarlin. *diſc. for. cap.* 162. *num.* 16. contra alios aliter ſentientes ante Bullam Gregorianam, poſt quam omnino Judex Eccleſiaſticus debet formare novum proceſſum. Limita, ſi a Judice Laico eſſet formatus proceſſus contra reum, antequam confugerit ad Eccleſiam in contumaciam; tunc enim faceret aliquam fidem etiam in foro Eccleſiaſtico, Ciarlin. *d. cap.* 162. Mart. *de juriſd. p.* 4. *cauſ.* 102. Sbroz. *de offic. Vicar. cap.* 192. Sperel. *d. deciſ.* 18. Pignatel. *conſ.* 128. *tom.* 1. Pax Jordan. *tom.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *n.* 293. 298. *& ſeqq.* Giurba *conſ.* 50. Vide Genuenſ. *in prax. c.* 6. *n.* 3. Thom. del Bene *tom.* 2. *c.* 16. *dub.* 43. *ſect.* 1. *n.* 1. *de Immun.* Sic.

2 Quær. an acta unius Judicii probent in altero Judicio? Reſp. Si alterum judicium tendat ad diverſum finem, & effectum, adeoque varietur modus agendi, non probare. Juxta Abb. *in cap. at ſi Clerici n.* 12. *de Judic.* ubi Decius, & alii. Hinc ſi in primo judicio coram Judice Laico actum ſit contra criminoſum ad pœnam legalem, poſtea vero agatur ſuper eodem crimine coram Judice Eccleſiaſtico ad pœnam Canonicam, & Eccleſiaſticam, acta in Judicio Laicali, non probant coram Judice Eccleſiaſtico, ob variatum modum agendi, & quia ad aliam pœnam agitur. P. Pirrhing *lib.* 2. *decret. tit.* 1. *ſect.* 3. *de Judic. a n.* 96. Decius *in c. at ſi Clerici eod.* Clar. *in* §. *fin. lib.* 5. *quæſt.* 36. *verſ. ulterius quæro.* Maſcard. *de prob. vol.* 1. *concl.* 35. *a n.* 1.

3 Quomodo probentur acta, ſi illa fuerint deperdita? Reſp. non probari teſtibus, niſi probetur etiam eorum deperditio. Ciarlin. *contr. for. cap.* 27. *n.* 27. apud quem Menoch. *conſ.* 207. *n.* 37. Maſcard. *de probat. concl.* 603. Neque præſumuntur, niſi probentur. *L. fin. C. de Jur. & fact. ignor.* Innoc. *in c. ex inſinuatione, de probat. & in cap. per tuas, de teſtib.* Abbas, & Felin. *in cap.* 1. *& cap. inter cæteras, de fide inſtrum. & in cap. dudum de converſ. conjug.* Maſcard. *de probat. vol.* 1. *concl.* 35. *a n.* 1. Neque probantur aſſertione Judicis, licet idem Judex dicat in ſententia, illis verbis „*Viſo libello, viſis aliis &c.*„ Felin. *in c. quoniam contra, de probat. num.* 57. Barboſ. *in cap. cum ſit in Jure, de offic. deleg.* quia Judex non habet officium atteſtandi, ſed judicandi. Maſcard. *l. c.* Limita, ſi duo judices de talibus actis teſtentur, quia tunc plene probant. Specular. *in tit. de ſententt.* §. *juxta, verſ. ſed pone.* Limita præterea in ſententia antiqua enunciante acta. DD. apud Maſcard. *l. c. n.* 21.

4 Acta, quando ſunt judicialia, faciunt notorium, & manifeſtum, ut ignorantia allegari minime poſſit. Rot. apud Bichium *deciſ.* 254. *n.* 16. *&* *deciſ.* 308. *n.* 4. Urſill. de Afflict. *deciſ.* 50. *ſub num.* 1. & probatur ex *cap. cum olim*, ubi Abb. *de V. S.* Innoc. *in cap. ex inſinuatione n.* 1. *de appellat.*

5 Acta primi judicii ſunt tranſportanda, quamvis coram ſecundo judice cauſa pendeat per viam avocationis, & non appellationis. Guidopap. *deciſ.* 440. *n.* 2. Rot. apud Bichium *deciſ.* 290. *n.* 6.

6 Ita etiam acta primæ inſtantiæ ſunt ab appellante integre tranſportanda. *cap. cordi, de appellat. in* 6. Gratian. *diſc. for. cap.* 121. *n.* 9. Rot. apud Bichium *deciſ.* 529. *n.* 1. ubi plures deciſiones citat. Limitat quoad acta realiter non producta, quæ proinde non ſunt tranſportanda. Bichius *l. c.* ſicut nec coram diverſo Judice. Gratian. *diſc. for.* 968. Bich. *loc. cit.* neque in cauſis diverſis. Mareſcot. *var. reſ. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 25. Neque illa, quæ non relevant in cauſa prophana. Gratian. *l. c.* Rot. apud Bichium *ut ſupra*. Hinc eſt,

7 Quod acta in proceſſu criminali, cum non probent in civili, non ſunt tranſportanda. Bichius *l. c. n.* 6. niſi fuerint repetita in judicio civili. Bich. *l. c. n.* 18.

8 Acta, an ſint tranſportanda integre, non attenditur, an fuerint ex adverſo impugnata, ſed an fuerint realiter producta; & ad Judicem appellationis ſpectat cognoſcere de eorum revelantia. Bich. *cit. n.* 20.

9 Acta vero tranſportata eſſe integra, probatur ex atteſtatione actuarii, cui in hoc fides adhibetur. Rot. apud Bich. *deciſ.* 466. *num.* 7. niſi revera appareret non eſſe integra. Rot. *cit. & deciſ.* 529. *n.* 22. Et in dubio præſumuntur integre tranſportata. Bichius *dec.* 169. *n.* 27. & Rot. apud Coccin. *dec.* 115. *n.* 2.

10 Acta judicialia, ſi fuerunt lacerata, præſumuntur lacerata ab eo, contra quem dicta acta faciebant. Ex *L. ſumma* §. 1. *ff. de pecul.* Fulgoſ. *conſ.* 173. Bal. *conſ.* 150. Rot. apud Coccin. *deciſ.* 2302. *n.* 5.

11 Acta producta probant contra producentem. *L. ſi filius ff. de interrog. act.* Abb. & Felin. *in cap. ſi venerabilis, de except.* Rot. apud Coccin. *deciſ.* 248. Gozzadin. *conſ.* 42. *n.* 9. Roman. *conſ.* 65. *in fin.* Bal. *in L. cum precum. C. de liber. cauſ. num.* 3. Rot. apud Coccin. *deciſ.* 127. *num.* 4.

12 Acta ſunt tranſportanda expenſis appellantis in cauſis Eccleſiaſticis, non vero in prophanis, etiam coram Eccleſiaſtico intentatis. Et ita intelligitur Conc. Trid. *Seſſ.* 24. *cap.* 2. *de reform.* ut declaravit Sacr. Congr. & tenuit Rot. apud Coccin. *deciſ.* 1483. *n.* 11.

Adminiſtratio, Adminiſtrator.

1 Adminiſtratores bonorum Eccleſiæ, & locorum piorum, tenentur reddere rationem Ordinario ſingulis annis, licet ſint Laici, non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium, niſi aliter fuerit cautum a fundatore, & ſi ex conſuetudine, vel privilegio ratio eſt reddenda certis perſonis, tunc cum illis debet adeſſe Ordinarius, aliter factæ liberationes non valent. Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *cap.* 9. *de reform.* Rot. apud Merlin. *dec.* 473. *a n.* 4. Gratian. *diſc. for.* 395. *&* *deciſ.* 188. *num.* 15. ubi citat *can. judicatum diſt.* 89. ubi gloſſ. *in verſ. inter eos cap. ei qui appellat.* §. *nulli quoque officialium.* 2. *q.* 6. Soc. *de for. comp. in præfat. in princ. verſ. primo ratione adminiſtrationis ad fin. & in cap. licet eod. & in cap.* 2. *de judic.* Et probatur etiam ex *L. omnes Cod. de Epiſc. & Cler. & cap. qualiter & quando de accuſ. & c.* 1. *de obligat. ad ratioc.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 75. n. 57. Anſald. *de jur. ſd. p.* 2. *tit.* 11. *cap.* 14. Fagnan. *in p.* 2. *tertii decretal. in cap. ad hæc de Relig. domib.* Et ex hæreticis, Raiger *de Regim. ſæcul. l b.* 3. *claſ.* 1. *c.* 2. *n.* 23. Carpzov. *in ſua Juriſprudentia cap.* 2. *tit.* 19. *&* 6. *lib.* 1. *tit.* 1. *de Jurib. Epiſcop.* Et ſi loca pia ſint exempta, tenentur reddere rationes Epiſcopo, tanquam Delegato Apoſtolico. Valenzuola *tom.* 2. *conſ.* 122. *n.* 38. ubi declarat. S. Congreg. Graſſ. *de effect. Cleric. effect.* 1. *n.* 606. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 7. *n.* 50. *&* 35.

2 Adminiſtratores omnes tenentur reddere rationem adminiſtrationis de eo, quod habuerunt, cum reliquorum conſignatione. *L. cum ſervus ff. de cond. & demonſtr. L. ſi ita fuerit* §. *ſi vero & L. qui filium impuberem* §. *item quæſitum ff. de manumiſſ. teſtam.* Bald. *conſ.* 152. *vol.* 3. apud Cyriac. *contr.* 647. *n.* 1. excepto patre Mynſing. *cent.* 93. Paſchal. *de patr. pot. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 82. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 5. *n.* 28. qui tamen diſtinguit, quod pater non teneatur reddere rationem, quando adminiſtravit bona filii tanquam legitimus ejus adminiſtrator, cum tunc uſumfructum habeat, & ſolam proprietatem filio reſtituere tenetur, & ita intelligendum eſſe dicit tex. *in L. cum oportet* §. *non autem Cod. de bon. quæ liber.* ibi. *neque ratiocinia ei ſuper adminiſtratione inferre.* Et citat Bart. *in L. litis* §. *pater ff. de neg. geſt.* Barbat. *in rubr. de peculio Cler.* & alios. Secus ſi adminiſtravit tanquam tutor, vel curator: tunc enim rationem reddere filio tenebitur, quia tunc nullum habet uſumfructum. Ad tex. *ex auth. idem eſt* §. *cum autem Cod. de bon. quæ liber.*

3 Adminiſtrator præſumitur ſibi ſatisfeciſſe in bonis quæ adminiſtravit. Tuſc. *litt. C. concluſ.* 493. Capon. *diſcept. for.* 152.

4 Adminiſtrator obligatus ad ratiocinia, eſt irregularis. De facto tamen ordinatus poteſt miniſtrare. *cap. un. de oblig. ad ratiocin. cap.* 1. *&* 2. *ne Cler. vel Monac.* quæ irregularitas durat, durante obligatione: Quia talis præſumitur confugere ad Eccleſiam in fraudem creditorum. Limita, quoad adminiſtratores Eccleſiarum, miſerabilium &c. Suarez *de cenſur. d.* 51. *ſect.* 3. Bonacin. de *cenſur. d.* 7. *q.* 2. *punct.* 4. Datis vero ratiociniis ſeu rationibus, ceſſat eſſe irregularis, licet manſerit debitor in ratiociniis, maxime præſtita cautione. Bonacin. *l. c.* Adminiſtra-

niſtrator piorum locorum poteſt conveniri coram Epiſcopo ut ſolvat: *Clem. quia contingit de Relig. domib.* Conc. Trid. *ſeſſ.* 22. *c.* 8. & S. Congreg. Antonel. *de Regim. Eccleſ. lib.* 1. *c.* 3. §. 6. Riccius *in prax. p.* 4. *reſ.* 579. apud quem declarationes S. Congr. & Conc. Trid.

5 Adminiſtrator convertens in proprios uſus pecuniam publicam, vel alienam tenetur ad duplum, & punitur extraordinarie. Paſqual. *de patr. poteſt. p.* 3. *cap.* 9. apud quem alii.

6 Adminiſtrator Reipublicæ poteſt ejus bona hypothecare, dummodo pecunia fuerit verſa in utilitatem Reipublice, Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 73. Librum debet conficere, qui contineat, quid in ſingulos annos, menſes, & dies, perceptum fuerit, & expenſum, qua de cauſa, cui datum, & a quo fundo fructus ſint collecti. Menoch. *de arbitr. caſ.* 208. Rot. apud Merlin. *dec.* 189.

7 Adminiſtrator, ſi alimenta præſtitit, præſumitur ex bonis adminiſtratis præſtitiſſe. Rot. apud Bichium *deciſ.* 67. *n.* 11. & 12.

ADULTERIUM.

§. I.

Praxis Adulterii.

1 Adulterium eſt, alieni thori violatio. Canoniſtæ *in cap. non mœchaberis* 32. *quæſt.* 6. Hoſtiens. in ſumma *de adulter.* §. *quid ſit adulterium*. Farin. *in prax. q.* 141. *delict. carn. n.* 1. & 2. Clar. *in* §. *adulterium n.* 2. Eſt vitium uſura gravius, & quovis alio delicto, excepto crimine læſæ Majeſtatis. Menoch. *de arbitr. caſ.* 419. Farin. *de delict. carn. quæſt.* 140. & plurimi apud Sperel. *deciſ.* 116. *n.* 34.

2 Adulterium de Jure Canonico punitur pœna excommunicationis in Laicis. Farin. *l. c.* Clarus *in* §. *adulterium. n.* 7. De Jure Divino, punitur pœna lapidationis. Exod. 20. De Jure vero Cæſareo, pœna mortis. §. *Lex. Julia inſtit. de publ. Judic. B. quamvis Cod. ad L. Juliam. de adulter.* Clarus *l. c.* Menoch. Farinac. Sperel. ut ſupra. In Clerico vero de Jure Canonico infertur pœna depoſitionis, & in Monaſterium detruſionis. *cap. ſi quis Clericus. diſt.* 81. Covar. *de Sponſal. p.* 2. *cap.* 7. Clar. & Menoch. *l. c.* Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 6. *cap.* 33. Sed hodie punitur mitius. Leo *in Theſ. for. Eccleſ. p.* 3. *cap.* 4. *n.* 13.

3 Sed quomodo probatur adulterium? Reſp. cum diſtinctione: in ordine ad pœnam, ſeu criminaliter non probatur teſtibus ſingularibus. Gomez *var. reſol. tom.* 3. *cap.* 12. Clar. *in* §. *fin. quæſ.* 53. *n.* 19. Farin. *de teſtib. quæſ.* 64. *nom.* 57. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 293. probatur tamen conjecturis, dummodo ſint violentæ. Maſcard. *de prob. concl.* 57. Sanch. *de matrim. lib.* 10. *diſp.* 12. *n.* 40. Cyriac. *contr.* 605. apud quem plura indicia videre poteris. Farin. *quæſ.* 136. *num.* 3. quia copula carnalis eſt difficilis probationis. Menoch. *de arbitr. caſ.* 116. *num.* 11. Debent tamen conjecturæ eſſe plures, & una non ſufficit. DD. *ſup. cit.* & Menoch. *de præſump. lib.* 5. *præſ.* 41. & conjecturæ debent in ſuo genere eſſe plene probatæ. Gabr. *de prob. lib.* 1. *concl.* 1. *a num.* 61. Menoch. *de præſ. lib.* 1. *quæſ.* 91. Clar. *in* §. *fin. quæſ.* 63. Maſcard. *de prob. concl.* 1223. Theſaur. *dec.* 24. Farin. *quæſ.* 86. *n.* 95. Quando vero agitur civiliter in ordine ad thori ſeparationem, ſufficiunt etiam teſtes ſingulares. Sanch. *de matr. diſp.* 12. & fuſius infra in verb. *Divortium*. Antonel. *l. c.* P. Pirhing *lib.* 4. *tit.* 19. §. 1. Genuenſ. *in prax. cap.* 21. *n.* 17. Sperel. *dec.* 140. & probatur *in cap. ex litteris & cap. ſignificaſti, de Divort.* Imo, cum hoc delictum in abſcondito patrari ſoleat, ad effectum ſeparationis thori probatur etiam levioribus probationibus, & per conjecturas, ac præſumptiones. Farin. *de teſtib. quæſ.* 64. *n.* 229. Cyriac. *contr.* 281. *n.* 26. Menoch. *conſ.* 31. *num.* 18. & alii apud Rot. *recent. deciſ.* 818. *part.* 18. *tom.* 2. *num.* 3. & creditur etiam teſti, etiamſi ſit perſona vilis, & infamis, ac mediator adulterii, cum agatur de facto proprio probando, quod in occulto patratur, nec ſolent in illo adhiberi perſonæ nobiles, ſic etiam admittuntur familiares, & impuberes. Farin. *de teſt. quæſ.* 62. Gabr. *de teſtib. lib.* 1. *concl.* 7. *n.* 1. Socin. jun. *conſ.* 32. *n.* 10. & *ſeqq. lib.* 2. apud Rot. *cit. num.* 21. & *deciſ.* 337. *part.* 12. *rec. n.* 15. Et ſufficit ſolum probare adulterium in genere cum diverſis mulieribus commiſſum in variis locis, ac reiteratis vicibus, & teſtibus ſingularibus; ita ut, etiamſi alias in probatione cujuslibet actus, & adminiculi, requirantur ſaltem duo teſtes conteſtes, hoc tamen ſolum locum habeat, quando probandum eſt adulterium in ſpecie unica vice commiſſum, aut certo loco &c. non vero quando probandum eſt adulterium in genere, pluries, in diverſis locis, ac diverſis temporibus commiſſum: tunc enim ſatis eſt, quod unus teſtis deponat de uno actu, & adminiculo, alter vero de altero &c. modo omnes ad eundem finem tendant. Pont. *de matrim. lib.* 9. *cap.* 23. *n.* 6. Surd. *conſ.* 94. *n.* 14. apud Rot. *cit. a n.* 23. ubi alii. Et tandem, cum ſoleat fieri clam, & in occulto, & per neceſſe vix probari poſſit, ideo ad illius probationem ſufficit, animum Judicis moraliter eſſe certum. Menoch. *conſ.* 31. *n.* 18. & *ſeq.* apud Rot. *part.* 12. *rec. dec.* 337. *n.* 14. Non tamen remanet probatum ab unico teſte, imo nec a pluribus de auditu alieno deponentibus, bene vero de auditu proprio alicujus actus copulæ &c. Rot. *dec.* 99. *part.* 16. *rec. n.* 2. Nec probatur per teſtes de mala fama deponentes, ſi adſint alii teſtes, quamvis pauciores, qui de bona fama deponant, cum in concurſu credatur potius teſtibus de bona, quam de mala fama deponentibus. Corn. *conſ.* 176. *ad fin.* Mantic. *dec.* 274. *n.* 12. Farin. *quæſ.* 136. apud Rot. *cit. a n.* 5.

Adulterium eſt crimen mixti fori. DD. apud Ciarlin. 4
cap. 50. *contr. for. n.* 52. quando tamen agitur criminaliter, non vero cum agitur civiliter ad thori ſeparationem: tunc enim pertinet ad judicem Eccleſiaſticum. Sperel. *dec.* 9. *n.* 29. Covar. *de ſponſal. & matr. part.* 2. *cap.* 7. §. 6. *n.* 8. Sanchez *de matr. lib.* 10. *diſp.* 8. Dian. *part.* 1. *tr.* 2. *reſol.* 86. & *p.* 4. *tr.* 1. *reſ.* 16. Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 6. *cap.* 33. Riccius *in prax. part.* 4. *reſol.* 275.

Quær. an adulteria mutua compenſentur? Reſp. quod 5
quoad pœnas civiles, non compenſentur, ſecus vero quoad divortium, & amiſſionem dotis. Sanch. *de matrim. lib.* 10. *diſp.* 8. *n.* 29.

§. II.

Cui competat jus accuſandi adulterium, & quæ pœna de Jure Civili hodie ſtatuatur.

Pœna hæc regulatur a conſuetudine Regionum, quæ 6
admodum varia eſt. Certe de Jure, uti diximus, pœna adulterii eſt, ultra amiſſionem dotis, omniumque aliorum bonorum, quæ tempore accuſationis ad adulterium ſpectant, ultimum ſupplicium. *L. quamvis ff. de adulter.* Covarruv. *in epitom. de ſponſal. p.* 2. *cap.* 7. *num.* 16. Clarus *in* §. *adulterium n.* 7. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. & *caſ.* 419. Farinac. *de delict. carn. q.* 141. *num.* 44. Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 200. in Gallia, & Italia, pœna gladii contra adulteros exolevit. Etiam in majori parte Germaniæ, mitior pœna ſucceſſit. Ut teſtatur Pratus ad Paſqual. *de patr. poteſt. p.* 1. *cap.* 5. *fol. mihi* 73. & 74.

Accuſatio vero adulterii competit mulieri per vim 7
compreſſæ contra adulterum. Imo Patri, & Fratri viri. De Franch. *deciſ.* 94. Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 7. Pratus *l. c. fol. mihi* 75. ſed, tranſitne hoc jus querellandi etiam ad hæredes viri innocentis? R. cum diſtinctione: ſi vir jam querelam propoſuerat, vel in vita fuerat conqueſtus, tranſit ad hæredes; quia tunc ceſſat præſumptio remiſſæ injuriæ ex taciturnitate, ſic etiam ſi vir tacuit, quia ignoravit: nam tunc habetur querela pro propoſita. *L. ſi quis filius. ff. de inoff. teſtam.* quia injuria ignorata, pro remiſſa non habetur. *L. mater ff. de inoff. teſtam.* Farinac. *l. c. num.* 115. Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſſ.* 3. *p.* 12. *n.* 4. Noal. *de tranſmiſſion. caſ.* 47. qui materiam exacte tractat. Quod dictum fuit de querela, intellige de querela judiciali. Vid. DD. apud Noal. *l. c.*

Sed quid ſi vir ſcivit injuriam, ſed repente deceſſit, 8
vel alia legitima cauſa fuit impeditus ne accuſaret? R. tunc tranſmitti hoc jus ad hæredes. Farinac. & Noal. *l. c.* apud quos communis. Porro in caſibus, in quibus accuſatio competit contra adulteram, competit etiam contra hæredes illius. DD. *cit.* & Noal. *ubi ſupra n.* 19.

Quid vero dicendum eſt, ſi uxor ſpectante, & per- 9
mittente Marito cum gancis laſcivivit? poteritne vir tunc querelare uxorem? R. negative. Ratio eſt: quia volenti non fit injuria. *L. in diem ff. de acqu. pluv. arcen.*

arcen. & Batt. *in L. marito in fin. ff. ad L. Jul. de adulter.* Pratus ad Paſqual. *de patr. poteſt. fol. mihi* 73. quod probat ex *L. nam alias ff. de jurejuran.* ſuam enim allegans turpitudinem non auditur. Licet contrarium teneat Sanfelic. *deciſ.* 264. apud eundem Pratum.

10 Sed ſicut Maritus poteſt adulteram querelare, poteſtne licite ſeu impune illam in adulterio deprehenſam occidere? Idem dic de Patre filiam deprehendente in adulterio. Quæſtio eſt duntaxat in ordine ad forum externum. Et reſolutio eſt affirmativa, ſi occidat in continenti. Ita probatur ex *L. Patre & L. nec ea ff. ad L. Jul. de adulter.* dummodo quinque concurrant: Primo quod fiat in continenti, quo adulteram invenit. Secundo quod adultera ſit in poteſtate mariti vel patris. Tertio, quod occidat in domo propria. Quarto, quod ſit nupta filia, quinto, quod illam in flagranti adulterio deprehendat. Clar. *in §. homicidium num.* 48. Paſqual. *de part. poteſt. p.* 1. *cap.* 5. pœnam tamen extraordinariam non evitat. Paſqual. *l. c.* Farinac. *q.* 120. Imo poteſt impune occidere etiam adulterum, dummodo eodem impetu occidat filiam. Ut in cit. *L. patre.* Clar. *l. c.*

11 An nullo exiſtente accuſatore, vel nemine querelante poſſit contra hoc crimen ex officio inquiri? major eſt difficultas. Et quidquid ſit de jure Civili, de Jure Canonico vix eſt dubitandum. Ita videtur deciſum a Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 8. *de reform.* videri poteſt Farinac. *de Inquiſit. q.* 14. *n.* 45. Bajard. ad Clar. *in §. adulterium n.* 31.

12 Quæſtio eſt an vir conjugatus ſit adulter, qui habet copulam cum ſoluta. R. negative de Jure Civili. *L.* 1. *Cod. ad L.* 1. *Cod. ad L. Juliam de adulter.* Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 32. Clarus *in §. adulterium* & alii apud eoſdem. Ubi, quod talis teneatur tantum de pœna ſtupri, & hanc concluſionem indubitatam vocant.

§. III.

De Effectibus Adulterii.

13 Plures ſunt hujus criminis effectus. Primo tribuit cauſam ſeparationi thori. Sed quomodo, & quando, dicetur infra in praxi divortii.

14 Secundo, inducit impedimentum criminis, & quidem dirimens matrimonium inter adulteros, dummodo cum adulterio concurrat occiſio conjugis poſt adulterium, vel conſpiratio facta ab uxore cum occidente animo ineundi cum illo matrimonium, vel econtra a ſecundo marito cum uxore occidente, & dummodo adulterium ſit formale, id eſt, quod utraque pars ſciverit ſe committere adulterium. Præterea, dummodo conſpiratio non fuerit ficta, ſed ſincera. Sufficit tamen, quod promiſſio fuerit ab alia parte acceptata, licet ab eadem non fuerit facta repromiſſio. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 79. Gobat *de imped. matrim. caſ.* 10. *n.* 197. Inſuper debet promiſſio eſſe abſoluta, vel purificata conditio ante mortem conjugis, ſive præceſſerit, ſive fuerit ſubſecuta adulterio. Gobat. *l. c. n.* 199. Ignorantia etiam craſſa mortis prioris mariti excuſat ab incurrendo hoc impedimento. Gobat *uti ſupra nn.* 201. non ſufficit tamen ignorantia juris, quod nimirum ex adulterio ſequatur tale impedimentum, quia lex ſtatuens hoc impedimentum, non eſt tantum pœnalis, ſed irritativa contractus ad tollendum votum captandæ mortis. Gobat *l. c.* Diana *Moral. p.* 10. *tr.* 13. *reſol.* 51. apud quem tamen aliqui tuentur contrarium.

15 Quæritur, an adulter, ſi maritus occidat adulteram uxorem in adulterio deprehenſam, fiat irregularis? Negativam tenent Navarra *de reſtitut. lib.* 2. *cap. num.* 363. Covar. *p.* 4. *n.* 10. Caſtr. *lib.* 2. *de leg. pœn. cap.* 14. Aragon. *in* 2. 2. *q.* 64. *art.* 8. quia adulterium non ordinatur ad homicidium, quantum eſt de ſe ex parte adulteri. Diana *Moral. p.* 4. *tr.* 2. *reſol.* 1. Imo licet adulter ſe defendendi cauſa occidat maritum: adhuc non fiet irregularis, uti contra Ugolin. *de irregul. cap.* 29. Molinam & alios docet Diana *l. c.* ubi Sotus *de Juſt. lib.* 5. *quæſ.* 1. *art.* 9. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 15. *num.* 106. Hurtad. *diſp.* 2. *de irregul. difficul.* 10. *nu.* 36. Sayr. *de cenſur. lib.* 6. *cap.* 17. *num.* 18. & alii plurimi. Quos vide *in cit. l. reſ.* 2. niſi occidens prævideriſ, vel potuerit prævidere occiſionem adulteræ. Suarez *de cenſur. diſp.* 46. *ſect.* 1 Laym. *tr.* 3. *l.* 3. *part.* 3. *de Juſt. & Jur. cap.* 10. *num.* 2.

Vel quia adulter temere ſe gerendo, mortis periculo 16
ſe, vel aggreſſorem expoſuerit: quia nempe non ſine periculo excitandæ rixæ ad peccandum cum aliena uxore acceſſit, & ſe defendendo maritum, vel patrem aggreſſorem occidit, ſecus vero ſi præter opinionem maritus, aut pater facinus intelligendo illum aggeſſus fuerit, & adulter illum, ob ſui defenſionem occiderit. Et citat Suarez *diſp.* 46. *ſect.* 1. *num.* 12. Coninch. *de Sacram. diſp.* 8. *dub.* 9. *n.* 64. Dian. *d. reſ.* 2.

ÆSTIMATIO,

(vide etiam *Peritus*.)

Praxis Æſtimationis.

Æſtimatio bonorum fieri nequit a perito, niſi illa 1
videat, etiamſi viderit ante æſtimationem. Celſus *dec.* 160. *num.* 7. hinc æſtimari non poſſunt bona jam conſumpta, & quæ peritorum oculis ſubjici non poſſunt. Angel. *in L. pretia rerum* 63. *ſub nu.* 3. *in fin. ff. ad L. Falcid. & in L.* 2. *num.* 7. *C. de reſcind. vend.* Ciriac. *contr.* 61. *nu.* 4. & alii apud Otthobon. *dec.* 199. *nu.* 11. etiamſi agatur de re Eccleſiaſtica, vel inter Eccleſiaſticas perſonas. *cap. ad aures.* ubi gloſ. *in verb. tunc de reb. Eccleſ. non alien.* Rot. *deciſ.* 203. *p.* 12. *rec. num.* 3. Quamvis, quod æſtimatio bonorum mobilium fieri poſſit, & ſubſiſtat, etiamſi non extent, quando illorum qualitas fuit deſcripta in inventario; tenet cit. Celſus *deciſ.* 356. *n.* 3. modo ſint deſcripta cum ſuis quantitate, & qualitate clare, & expreſſe, ut periti fundatum judicium deſuper formare potuerint: ſecus vero, ſi fuerunt tantum deſcripta in confuſo, & ſine dictis qualitatibus. Angel. *in L.* 2. *nu.* 7. *C. de reſcin. vend. & in d. L. pretia rerum, n.* 3. *in fin.* apud Rot. *dec.* 83. *p.* 16. *rec. a n.* 6. & eſt tex. *in L. fin. §. ſin autem dubius:* ibi. *quantitatem rerum. C. de Jur. deliber.* Et prædicta quod res non extantes æſtimari non poſſint, procedunt in tantum, ut quis non poſſit ſuper illorum æſtimatione deponere tanquam peritus; ſecus tanquam teſtis DD. *cit.*

Æſtimatio concepta per dictionem *tunc*, vel, *eo caſu*, intelligitur de tempore contractus, & ad illud refertur. *L. ſi voluntate. C. de reſcind. vend. cap.* 1. *& can. cum dilecti, de empt. & vend.* Curt. *in L.* 2. *n.* 16. *eod. tit.* apud Rot. *dec.* 197. *p.* 15. *rec. nu.* 6. *tom.* 1. Et regulariter æſtimatio rei fieri debet ſecundum valorem currentem tempore contractus, non autem de præſenti. *L. bonitas L. ex mille ff. de evict.* Rot. *deciſ.* 26. *part.* 10. *rec.* Sic etiam æſtimatio rei in ſolutum acceptæ debet fieri ſecundum tempus, quo creditor eam accepit, *L. pretia rerum. §. ult. ff. ad L. Falcid. L.* 3. *§. divi. ff. de Jur. feud.* Rot. *deciſ.* 46. *p.* 6. *rec.* Item æſtimatio damni venit facienda reſpectu valoris de tempore, quo damnum infertur. *L. omnis hæreditas. §. nunquam creſcit. ff. de R. J.* Mareſc. *var. reſ. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 7. apud Rot. *dec.* 229. *p.* 9. *rec. tom.* 1. *n.* 7.

Æſtimatio facta a Magiſtratu, & peritis publice elec- 3
tis, & poſita in cataſtro, ſeu libro æſtimi, habet præſumptionem pro ſe, ut res tanti valeat, quanti ibi fuit æſtimata. Genua *de ſcriptur. priv. lib.* 5. *tit. de libr. æſtimi quæſ.* 4. *a n.* 1. *&* 13. apud Rot. *dec.* 703. *part.* 18. *rec. tom.* 2.

Sic etiam facta citatis creditoribus, & ſervatis ſer- 4
vandis, probat valorem, ſaltem donec de errore doceatur. Rot. poſt Salgad. *labyr. cred. dec.* 32. *num.* 15. Rot. *dec.* 16. *p.* 19. *rec.* Imo etiam æſtimationi extrajudicialiter factæ ſtandum eſt, donec contrarium probetur. Pariſ. *conſ.* 96. *n.* 32. *lib.* 1. Gregor. XV. *dec.* 220. *num.* 4. apud Rot. *dec.* 47. *p.* 7. *rec. num.* 7. *& dec.* 35. *p. rec. n.* 13.

In æſtimatione mobilium ſtylus attendi debet text. 5
in cap. ex litteris 10. *de conſtit.* Bart. *in L. Juriſperitos* 33. *num.* 4. *ff. de excuſat. tutor. & in L.* 3. *§. fin. ff. de teſtib.* Celſus *dec.* 356. *n.* 4.

In æſtimandis ædificiis non ſufficiunt murorum arti- 6
fices, ſed ſunt eligendi architecti. Anchar. *quæſ. familiar. lib.* 1. *quæſ.* 46. *n.* 10. *& ſeqq.* Caroc. *de locat. & cond. part.* 4. *tit. de melioram. quæſ.* 2. *num.* 33. *fol.* 223. apud Celſum *dec.* 246. *n.* 9.

Æſtimatio domus ruſticæ non debet fieri principali- 7
ter, ſed acceſſorie, & in quantum reddit utilius, vel

dete-

deterius prædium . Rot. *dec.* 457. *p.* 2. *rec.* & *in una Anconitana terrarum* 28. *Novembris coram Platto*. Et in bonis ſtabilibus debet fieri ex quantitate reddituum. Decian. *de commun. reſponſ.* 2. 274. apud Dunozet. *dec.* 345. *num.* 3.

8 Æſtimationem qui ſemel approbavit, impugnare amplius non valet. Rot. *dec.* 323. *p.* 17. *rec.* Et æſtimationem, licèt faciendam, approbare dicitur, qui ad illam ſe retulit, puta dicendo „ *ut apparebit ex tali libro &c.* „ Bald. & Imol. *in L. ſi prior. ff. ſolut. matr.* Socin. ſen. *conſ.* 62. *n.* 9. *lib.* 4. & alii apud Rot. *deciſ.* 484. *p.* 18. *rec. tom.* 2. Sic etiam æſtimationem impugnare, non valet, qui habet facultatem bona ipſa pro eodem pretio redimendi. *Rot. dec.* 115. *part.* 16. *rec.*

9 Æſtimatio dotis in dubio facit emptionem, & venditionem, & ideo eſt reſtituenda in pecunia, ſeu illius pretium, nec ſufficit reſtituere in natura. *L. plerumque ff. de Jur. dot.* gloſ. *in L. ſi inter virum, in verb. æſtimata. C. eod.* quam communiter receptam dicunt Socin. *conſ.* 57. *n.* 6. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 137. *n.* 13. *lib.* 1. Boer. *dec.* 327. *n.* 11. apud Rot. *dec.* 113. *p.* 3. *rec. num.* 1. *L. quoties, L. cum dotem. C. de jur. dot.* Rot. *dec.* 101. *d. part.* 3. *n.* 1. Menoch. *de præſ. lib.* 3. *præſ.* 74. *num.* 3. *ſeqq.*

10 Limit. primo ſi æſtimatio facta fuit ad alium finem, quam ut faceret emptionem, ſed ſolum ad cognoſcendum valorem rei. Jaſ. *in L. ex conventione. num.* 3. *C. de pact.* Socin. ſen. *conſ.* 57. *num.* 2. *verſ. quartus caſus. & in conſ.* 93. *num.* 7. *verſ. tertio. lib.* 1. Covar. *pract. quæſ. cap.* 28. *num.* 3. & alii apud Menoch. *l. c. num.* 15. Rot. *dec.* 406. *p.* 3. *rec. num.* 2. Et ſi in conſtitutione dotis ipſum prædium fuerit comprehenſum, non autem quantitas, vel nulla præcedente promiſſione dotis in quantitate, æſtimatio potius facta cenſetur ad probandum valorem prædii, quam ad conſtituendam emptionem. Grat. *diſc. for. cap.* 489. *n.* 4. Rot. *dec.* 144. *part.* 17. *rec. n.* 6.

11 Limit. ſecundo, quando æſtimatio facta fuit non ad favorem viri, nec illi bona æſtimata dantur, ſed ad favorem uxoris, illique data ſunt: quæ bona, ſi ab uxore viro tradantur in dotem, niſi de alio contractu appareat, non cenſentur viro vendita, Corn. *conſ.* 172. *num.* 2. *verſ. circa quartum. lib.* 1. quem ſequitur Menoch. *de præſ. d. lib.* 3. *præſ.* 6. *n.* 35. & alii.

Limit. tertio quando æſtimatio non eſt facta condigno pretio. Bald. *in L. ex conventione. n.* 1. *verſ. quod eſt verum. C. de pact.* Rot. *dec.* 131. *num.* 8. *p.* 2. *rec.* Covar. *pract. quæſt. cap.* 28. *num.* 9. & Rot. *deciſ.* 167. *part.* 17. *rec. n.* 2. pretium tamen præſumitur juſtum, & contrarium alleganti incumbit probatio. Bald. *in L. per diverſas. in* 4. *quæſ. C. mandati.* Rot. *l. c. part.* 2.

ÆTAS.

Praxis Ætatis.

1 Sex ſunt hominis ætates. Infantia, quæ durat uſque ad ſeptem annos. Pueritia, quæ durat uſque ad quatuordecim in maſculis, in fœminis uſque ad duodecim. Adoleſcentia uſque ad viginti quinque. Juventus, & virilitas, uſque ad quinquaginta. Senectus, uſque ad ſeptuaginta. Decrepitus &c.

2 Proximus infantiæ, poteſt alium ſibi obligare, etiam ſine tutore, at ſe ipſum non poteſt, niſi ſit proximus pubertati, cum Tutoris authoritate. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 1. dicitur proximus infantiæ ab anno ſeptimo completo, uſque ad decimum pubertatis, ab anno decimo & dimidio completo, in maſculo; in fœmina, ab anno nono, cum dimidio completo; Niſi malitia ſuppleat ætatem, quod quando fiat, remittitur arbitrio Judicis. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 57. Antonell. *de temp. legal. lib.* 2. *c.* 1.

3 Senex, ad excuſationem tutelæ, & corutelæ, dicitur ab anno ſeptuageſimo completo. *Lib.* 1. *ff. de jure immunit.* Ad excuſationem munerum publicorum perſonalium, a quinquaginta quinque annis. *L. ultima Cod. qui ætate vel profeſ. ſe excuſare &c. lib.* 10. Antonel. *l. c. cap.* 2. *num.* 2. contra Narbonam *de ætate q.* 14. In reliquis caſibus, in jure non deciſis, relinquitur Judicis arbitrio. Menoch. *loc. cit. caſ.* 59. Scaccia *de Judic. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 249.

4 Ad teſtificandum puberes tantum admittuntur, qui decimum quartum annum expleverunt, ſi ſunt maſculi, fœminæ vero poſt duodecimum in civilibus, in criminalibus autem, requiritur ætas 20. annorum expleta in maſculis. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1313. Antonel. *l. c. cap.* 3. *n.* 3.

Ad matrimonium contrahendum in maſculis, requiruntur quatuordecim anni, in fœmina duodecim. *c.* 2. *de deſponſ. impuberum.* P. Pirhing. *lib.* 4. *tit.* 2. §. 7. *n.* 33. *verſ. notandum ſecundo* de Juſtis, *de diſpenſ. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 74. Pax Jord. *lib.* 9. *tit.* 1. *n.* 164. Antonel. *de tem. legal. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 3. & 4. Barb. *de pot. Epiſc. alleg.* 35. *num. ult.* Sanch. *de matr. lib.* 7. *diſp.* 104. *num.* 12. Ad ſponſalia de futuro, requiruntur ſeptem anni, tam in maſculo, quam in fœmina. *cap.* 1. *de deſponſ. impub. in* 6. limita, ut *n.* 7. 5

Sed, valentne ſponſalia, vel matrimonium, ultimo die ſeptennii, vel decimi quarti anni, aut paululum ante contracta? Affirmativam tenent DD. apud Gratian. *diſcept. for. cap.* 413. *num.* 23. Bonacin. *de matrim. qu.* 1. *p.* 4. *num.* 3. *& ſeq.* Diana *moral. p.* 3. *reſol.* 274. *tract.* 4. Et quidem in utroque foro, juxta citatos & Antonel. *de tempore legali lib.* 2. *cap.* 4. 6

Limitatur, quod ſupra *num.* 5. dictum eſt, circa ætatem ad ſponſalia, ſeu matrimonium requiſitam, ſi malitia ſuppleat ætatem: tunc enim minor ætas ſufficeret. Juxta *cap. continebatur de deſponſ. impub. & cap. ult. de eo, qui cognovit conſanguineam &c.* Sanch. *lib.* 1. *de matrim. diſp.* 16. *a num.* 8. Bonacin. *de matrim. loc. cit.* Barboſ. *de off. Epiſc. alleg.* 35. *num.* 20. Pax Jord. *lib.* 9. *tit.* 1. *num.* 264. *de re Benef.* Et quando dubitatur, an malitia ſuppleat ætatem, Epiſcopus poteſt diſpenſare. Barboſ. *loc. cit. n.* 7. & 8. quem ſequitur Antonel & Pax Jord. *loc. cit.* & alii, dommodo tales ſint prope ætatem. 7

** Tamen pro majori actus ſolemnitate, & ne de validitate contractus matrimonii propter minorem ætatem hæſitari contingat, Apoſtolicæ diſpenſationis litteræ impetrari ſolent. Benedic. XIV. Conſt. *Magnæ nobis.* **

Ad condendum teſtamentum requiruntur quatuordecim anni in maſculo, in fœmina duodecim completi. *L. qua ætate ff. de teſtam.* & dies cœpta, habetur pro completa. Idem dic de codicillis, & quacumque ultima voluntate. Pax Jord. *lib.* 10. *tit.* 20. *n.* 100. Antonel. *loc. cit. cap.* 5. *n.* 3. *& ſeq.* Idem dic de eligenda ſepultura. Narbon. *de ætat. verſ. annus decimus quartus q.* 47. Quia talis electio eſt pars ultimæ voluntatis. Antonel. *loc. cit.* Limita ante pubertatem, niſi malitia ſuppleret ætatem. Riccius *in prax. for. Eccleſ. p.* 4. *reſol.* 294. *n.* 36. Antonel. *loc. cit. cap.* 6. *n.* 5. 8

Ad ingreſſum in Religionem, vel habitus ſuſceptionem, in fœmina requiruntur duodecim, in maſculo, quatuordecim anni completi. *cap. ad noſtram de Regular.* Concil. Trid. *de Regular. Seſſ.* 25. *cap.* 17. Limita quoad converſos, qui ante viginti annos non debent ſuſcipi, ut decrevit Clemens VIII. in Bulla quæ incipit „ *Cum ad regularem* „ apud Quarantam *in verbo Monaſteria.* Ad profeſſionem verò tam maſculi, quam fœminæ, requiruntur ſexdecim anni completi. Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *de Regular.* & Converſi, non niſi expleto vigeſimo. vide Riccium *in prax. for. Eccleſ. reſol.* 60. *part.* 4. 9

Ad beneficia obtinenda, ſimplicia, & Juriſpatronatus, requiruntur quatuordecim anni ſaltem inchoati, licet nec poſſeſſio, nec fructus tunc haberi poſſent. Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. S. Congreg. teſte Jord. *lib.* 10. *tit.* 20. *num.* 8. Antonel. *loc. cit. cap.* 8. Ciarlin. *contr. for. cap.* 211. *num.* 39. ubi quod nec Epiſcopus poſſit diſpenſare, ut aliquis obtineat Beneficium ante cœptum 14. annum. Gratian. *diſcept. for. cap.* 397. *n.* 17. niſi in fundatione, aliter eſſet cautum: tunc enim ſufficeret etiam minor ætas. S. Congreg. apud Ciarlin. *loc. cit.* 10

Ad Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis, de Jure antiquo, requirebantur quatuordecim anni inchoati. Juxta P. Pirrhing. *lib.* 1. *tit.* 14. *num.* 12. uti etiam ad Canonicatum Collegiatæ. Poſt Concil. verò Trid. ad Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis requiritur talis ætas, ut infra annum ad ordinem, Canonicatui, aut dignitati annexum, promoveri poſſit. Ita Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 12. *& ſeſſ.* 22. *cap.* 4. *& ſeſſ.* 23. *cap.* 12. *de reform.* Garzias *de benef. p.* 7. *cap.* 4. *num.* 19. ubi S. Congreg. Jordan. *lib.* 10. *tit.* 20. *num.* 14. Antonel. *de temp. legal. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 8. quod tamen Concilium 11

cilium in Germania uſu non eſt receptum, ſed ad Canonicatus paſſim admittuntur, qui habent quatuordecim annos inchoatos, qui tamen ad Capitulum non admittuntur ſine ætate requiſita ad Subdiaconatum. Ad Collegiatas vero, ubi Conc. Trid. uſu non fuit receptum, ſufficiunt quatuordecim anni. Garz. *loc. cit.* Piaſecus *in prax. Epiſc. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 21. Antonel. *loc. cit. n.* 3. *cap. indecorum, de ætat. & qual.* Limita, ſi Canonicatui eſſet annexa cura animarum, quoad exercitium, tunc enim requiritur ætas debita curæ animarum. Jord. *l.* 10. *tit.* 20. *num.* 12. Barboſ. *de off. Epiſc. alleg.* 60. *num.* 71. Antonel. *loc. cit. num.* 11. Et ſi eſt Pœnitentiarius, debet habere quadraginta annos. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 8. Jord. Garz. & Antonel. *l. c.*

12 Ad Curatum requiruntur viginti quinque anni ſaltem inchoati. *cap. cum in cunctis.* §. *inferiora de elect.* uti etiam ad Abbatiam. Garz. *l. c.* & Antonel. *l. c.*

13 Ad penſiones requiruntur ſeptem anni: quia Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *c.* 6. nil innovavit quoad penſiones. Gigas *de penſ. q.* 13.

14 Ad Epiſcopatum requiruntur 30. anni completi *cap. cum in cunctis de electione.* Garz. *de benef. p.* 7. *cap.* 4. *num.* 76. Barboſ. & alii apud Dianam *moral. p.* 10. *t.* 16. *reſol.* 66. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 11.

25 Ad beneficia regularia, requiritur ætas viginti annorum. Juxta *Clem. ne in agro de ſtat. Monac.* §. *caterum* Antonel. *l. c. lib.* 2. *c.* 8. *num.* 22. Garz. *de benef. p.* 7. *c.* 4. *num.* 81.

16 Ad Ordines, & quidem ad primam Tonſuram, requiruntur ſeptem anni completi. *cap. nullus de tempor. ordin. in* 6. Trid. *ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 4. Tambur. *lib.* 7. *cap.* 6. *de ordine* §. 2. *num.* 3. Idem de quatuor minoribus ſecundum Tambur. ſed quatuordecim requirit Narbona *de ætate ad annum ſeptimum. q.* 9. *num.* 3. *& ad annum duodecimum. qu.* 1. *num.* 6. cum aliis. Ad Subdiaconatum ſufficiunt viginti & unus inchoati. Ad Diaconatum, viginti tres. Ad Presbyteratum viginti quinque inchoati. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 12. *de reform.* Narbon. *de ætate ad annum vigeſimum ſecundum.* Tambur. *loc. citat. numero* 7. *vide* Antonel. *loc. cit. c.* 12.

Ætas pro ſuſcipiendis Ordinibus quoad Græcos eadem quæ pro Latinis requiritur. Bened. XIV. Conſti. *Etſi Paſtoralis.* §. 7.

17 Vicarius Epiſcopi debet habere viginti quinque annos, ſaltem inchoatos. Barb. *lib.* 3. *de Off. Epiſc. alleg.* 54. *num.* 3. Antonel. *loc. cit. cap.* 11. Jordan. *lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 95. Neque in ea poteſt diſpenſare Epiſcopus. DD. *cit.* In inquiſitione debent eſſe quadraginta anni ſaltem inchoati. *Clem. nolentes. de hæreticis.* Scaccia *de Judic. lib.* 1. *cap.* 87. *n.* 8. Jordan. *lib.* 10. *tit.* 20. Antonel. *l. c. c.* 11.

18 Ætas computatur a die nativitatis, non conceptionis. Covar. *par.* 2. *cap.* 8. §. 2. *num.* 3. *in epitom. lib.* 4. *decret.*

19 Ad obligationem jejunii requiritur, quod ſit completus vigeſimus primus annus, quæ obligatio jejunii ceſſat, poſtquam quis ſexageſimum annum attigit. S. Thom. 2. 2. *qu.* 147. *art.* 4. *ad* 2. Tambur. *in Decalog. lib.* 4. *cap.* 5. §. 7.

20 Judex, uti nec arbiter, etiam de partium conſenſu, minor viginti annis, eſſe non debet. Riccius *in prax. for. Eccleſ. p.* 4. *reſol. Eccleſ. p.* 4. *reſol.* 117. uti nec Delegatus. *cap. cum vigeſimum de offic. deleg.* Jordan. *lib.* 10. *tit.* 20. *a num.* 65. *& lib.* 13. *tit.* 7. *de arbitr. num.* 31. Speculat. *in tit. de arbitr.* §. 2. *num.* 4. Antonel. *de tempor. leg. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 1. *& ſeq.* Qui tamen *n.* 6. dicit, quod de partium conſenſu poſſit dari delegatus minor 20. ann. dummodo ſit major 18. Procurator vero ad judicia, debet eſſe major viginti quinque annis. *cap. qui generaliter de procurat. in* 6. Antonel. *loc. cit.*

21 Ætas probatur primo teſtimonio parentum, conſanguineorum, & aliorum domeſticorum. Maſcard. *de probat. concl.* 668. *vol.* 2. & probatur ex *L. conſenſu.* §. *plagis. Cod. de repud.* & teſtimonium patris, vel matris, facit ſemiplenam probationem. Barboſ. *in cap. ſuper eo.* 2. *de teſtib.* Rot. coram Caval. *dec.* 375. *n.* 1. Cyriac. *contr.* 371. Innoc. *in cap. in litteris de teſtib.* Antonel. *l. c. cap.* 13. imo, ſi cum teſtimonio parentum concurrat aliud adminiculum, ætas erit plene probata. Socin. ſen. *conſ.* 19. *num.* 17. *lib.* 1. Socin. jun. *conſ.* 3. *lib.* 2. *num.* 10. Maſcard. *de prob. concl.* 668. *num.* 15. apud Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 51. *num.* 28. quod tamen limitatur, ſi pater litigaret adverſus filium: nam tunc non creditur teſtimonio patris de ætate filii, ad ipſius filii detrimentum. Bald. *conſ.* 19. *lib.* 5. Cravet. *in tract. de antiquit. temp. in* 8. *part. primæ partis princip. n.* 36. *in fin.* Maſcard. *d. conſ.* 668. *n.* 16. apud Menoch. *loc. c. num.* 26. *&* 27. Limit. ſecundo, quando agitur de gravi præjudicio tertii. Bal. *in L. un. col.* 3. *in ſecunda oppoſit. C. de confeſſis.* Abb. *in cap.* 2. ubi Felin. *col.* 3. *verſ. fallit tertio, de fid. inſtrum.* & idem Felin. *in cap. litteras. col.* 3. *verſ. primus eſt. de præſumpt.* ſecus ſi non ageretur de præjudicio tertii, vel certe ageretur tantum de levi præjudicio. vide Menoch. *loc. cit. a num.* 21. *ad* 25. *verſ. conciliari forte.* Probatur etiam ex libro Parochi. Maſchard. *de prob. concl.* 672. *num.* 18. Gratian. *diſcept. for. cap.* 155. *num.* 14. Antonel. *loc. cit. num.* 9. non tamen hora nativitatis, niſi & illa fuerit in libro ſcripta, cum Baptiſmus ſoleat ſubinde ad aliquot dies differri. Menoch. & Antonel. *l. l. cit.* Ita etiam ex fide Parochi, dummodo formiter extracta fuerit ex partita libri prout jacet. Beltramin. ad Gregor. *deciſ.* 359. *num.* 9. Antonel. *loc. cit. num.* 11. Ita etiam ex libro parentis, ſed non niſi pluſquam ſemiplene. Rot. coram Mantic. *dec.* 58. quod vero plene probet, docet Barboſ. *in d. cap. ſuper eo.* Cravet. *de antiquit. temporis. p.* 1. §. *vidimus n.* 36. Maſcard. *de probat. concluſ.* 669. *n.* 15. *vol.* 2. Antonel. *loc. cit. num.* 12. Tertio probatur ex indiciis, & conjecturis, cum ſit difficilis probationis, & per teſtes de auditu. Maſcard. *de probat. concluſ.* 675. Cyriac. *contr. for. controv.* 371. Antonel. *loc. cit.* pluta vide apud Conciol. *alleg.* 6.

ÆDIFICIUM.

Vide *Fabrica.*

¶ AFFINITAS.

Praxis Affinitatis; ubi quid ſit, & quotuplex, quandonam ceſſet, an compellatur affinis ad teſtificandum, & an detur ſucceſſio affinium.

Affinitas, ſecundum Canones, dicitur perſonarum proximitas ex quocumque coitu proveniens; ſecundum vero Jus Civile eſt perſonarum proximitas ex juſtis nuptiis proveniens, ſeu diverſarum cognationum per nuptias copulatio. Et appellatur affinitas, quaſi finium unitas; nam duæ cognationes diverſæ per nuptias copulantur, ut altera ad alterius finem accedat, *l. non facile,* §. *affines, ff. de grad.* Oinot. *Inſtit. de nupt.* cap. *de arbor. affinit. num.* 5. &c. Card. Tuſch. *litt. A, concluſ.* 239. Nicoli *in Elucubr. utriuſque Jur. de nuptiis num.* 18. 1

Affinitas eſt duplex; nempe legitima, quæ mediante matrimonio contrahitur; & illegitima, quæ per coitum illegitimum, & fornicarium oritur; prima, ſcilicet legitima, impedit matrimonium (ſicut & conſanguinitas) uſque ad quartum gradum incluſive, & operatur alios effectus civiles repellendi a teſtimonio; Secunda vero nempe illegitima (quicquid erronee dicat Oinot. *ubi ſup. num.* 11.) impedit matrimonium uſque ad ſecundum gradum incluſive tantum, & non ultra, juxta diſpoſitionem Concil. Trident. *Seſſ.* 24. *cap.* 4. *De reformat.* Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 44. *num.* 3. & *caſ.* 200. *num.* 46. & *ſeqq.* Ric. *Collect.* 3098. Et in reliquis, pura ad effectum repellendi teſtes, compromittendi, & ſimilibus provenientibus a Jure Civili non habetur in aliqua conſideratione, tanquam illi incognita, & non ſecundum illius regulas contracta, Farinac. *de teſt. quæſt.* 54. *num.* 74. & 75. Pac. Jordan. *Lucubr. volum.* 1. *lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 269. *fol.* 255. Tuſch. *d. concl.* 239. Nicoli *loc. cit. num.* 20. 2

Affinitatis Jure Canonico tria ſunt genera, primum eſt, quod contrahitur per copulam carnalem mediante una perſona; nam perſona addita perſonæ per matrimonialem conjunctionem de Jure Civili, vel per aliam copulam de Jure Canonico, primum genus affinitatis conſtituit in eodem gradu attinentiæ. Secundum genus affinitatis eſt illud quod conſtituitur per aliam perſonam primo generi additam, copula carnali mediante. Tertium genus eſt, cum alia perſona perſonæ ſecundi generis additur per copulam carnalem. 3

Circa primum genus dic quod quoto gradu conſanguini-

guinitatis quis est conjunctus uxori meæ, eodem gradu affinitatis efficitur mihi conjunctus, & e contra:

4 Affinitas vero Jure Civili contrahitur tantum inter maritum, & consanguineos uxoris, & e contra inter uxorem, & consanguineos mariti; inter consanguineos autem mariti, & consanguineos uxoris nulla contrahitur affinitas; ex quo fit quod pater, & filius possunt ducere in uxores sibi matrem, & filiam, duo fratres matrem, & filiam, vel duas sorores.

5 Hodie secundum, & tertium genus affinitatis quoad lineas collaterales est sublatum, ita quod non sit impedimento matrimonii, sed tantum primum genus usque ad quartum gradum inclusive, sicut & consanguinitas; in linea autem ascendente, & descendente, sicut consanguinitas prohibet matrimonium in infinitum, ita & affinitas; nam qui affinitatis causa inter se parentum, & liberorum loco habentur, in matrimonio copulari nefas est; quapropter noverca non potest nubere privigno, nepoti, vel pronepoti ex privigno, & sic de aliis, ut bene omnia prædicta probat Oinot. *Institut. de nup. cap. de Arbor. affinit. num. 7. & seqq.* Seac. *in v. affinitas Institut. de nup. fol. mihi* 308. &c. aliique Interpretes, Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 1. quæst.* 119. *per tot.* ubi tamen qualiter possit dari casus, in quo gener possit accipere in uxorem eam, quæ fuit uxor soceri sui. Nicoli *in Elucubrat. utriusque juris de nupt. & sponsal.*

6 Affinitatis causa cessante, cessat affinitas, & omnis effectus ab ea resultans; & ideo mortua persona, quæ affinitatis causa fuit, licet remaneat vinculum quoad matrimonia, poterit affinis pro affine testificari, & faciet fidem saltem arbitrio judicis; nec erit amplius locus statuto de compromissis, nec aliis similibus privilegiis, vel beneficiis, causa & intuitu affinitatis concessis, matrimonio ut supra excepto. Late Tiraquell. *tract. Cessante caus.* verb. *Affinitatis. num. 27. & seqq. inter regulas divers. fol. mihi* 139. vide Sabelli *in §. statutum. de compromissis*, Card. Tusch. *litt. A. conclus. 239. num. 8. & seqq.* Ricc. *Collect.* 423. Ciarlin. *contr. 170. n. 1. & seqq.* ubi in terminis compromissi, Sebast. Medic. *tract. mors omnia solvit, p. 2. n. 22.* &c. *Addit. ad Sanfelic. dec. 343. vers. circa hunc effectum.*

Affinis non admittitur ad testificandum pro affine in criminalibus ad offensam, sed bene ad defensam, etiam si sit intra quartum gradum, Cravett. *consil. 2. nu. 10.* Boss. *de favor. def. num. 9.* Clar. *§. final. quæst. 24.* Guaz. *def. 29. cap. 3.* Farinaccius *quæst. 54. per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 179.* &c. *fol. 314.* Mascard. *de probat. conclus. 68.* ubi plura an, & quando affinis probet pro affine, vel non. Honded. *cons. 102. nu. 13. vol. 1.*

7 Affinis non potest compelli ad testificandum contra affinem intra quartum gradum, nisi quando aliter veritas haberi non potest, Guaz. *def. 14. cap. 11. nu. 9.* Petr. Cabal. *resol. crim. cas. 289. num. 11.* Tusch. *litt. F, concl. 225. num. 9. & seqq.* Clar. *d. q. 24. num. 22.* Quid in consanguineo, vide Sabelli *in §. Consanguineus. nu. 5. §. Monitorium num. 1.* Giurb. *decis. 94. num. 5.* &c. ubi quod omnes testificari tenentur, si alii desunt testes, vel alios testes informatos nominare. Gomez *in tit. de delict. cap. 12. num. 24.*

8 Affinis sponte, & non coactus deponens contra affinem probat, dummodo appareat in actis voluntarie deposuisse; & quando dicatur aliunde veritatem haberi non posse, vide Guazzin. *defen. 14. cap. 11. num. 21.* ubi quod non sufficit si actu alii testes non interfuerint, sed requiritur quod habitu & potentia intervenire non potuerint; & docet Advocatum, ne sinat se decipere, Clar. *quæst. 24. versic. sciendum aliter dicentem, cum reprobetur* a Riminald. *jun. cons. 360. num. 92. lib. 6.* Farinac. *consil. 39. num. 3.* vide Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 50. num. 26.* Farinac. *quæst. 62. limitat. 3. num. 50. & seqq.* ubi late quando dicatur veritas aliunde haberi non posse; vide Decian. *resp. 48. n. 21. vol. 3.*

9 Quod tamen affinis non allegans exceptionem sibi de jure competentem dicatur voluntarie deposuisse, Gratian. *discept. forens. cap. 227. num. 22.* vide De Luc. ad Gratian. *cit. discept. cap. 227.*

10 Affinitatis jure nulla successio datur *l. Affinitas C. Comm. de success.* præterquam inter virum, & uxorem quando non extant consanguinei intra decimum gradum, vel etiam illis extantibus in quarta parte, si conjux decedens sit dives, superstes vero inops, licet alia ratione, quam affinitatis, cum vir, & uxor non dicantur inter se affines, sed principium, & causa affinitatis, prout declarat Oinot. & alii, *Instit. de hæred. quæ ab instit. defer. cap. de succes. inter vir. & uxor. num. 8. & seqq.* & Sabelli in §. *Uxor.*

Ita ut affines non possint excludere fiscum, *l. vitrico, & l. affinitatis C. Commun. de succes.* Oinot. ubi sup. *cap. de succes. fisc. in Addit. num. 22. litt. 6.* Peregrin. *de jure fisci lib. 4. tit. 3. num. 5.* Ex comm. Doct. sent. *in lib. 1. C. unde vir.* ¶

¶ AGGRESSIO.

Aggressor inter plures rixantes si non appareat, præsumitur ille, qui aliqua injuria, vel vulneribus jam erat affectus; vel qui armatus accessit ad locum, ubi alium expectavit; vel qui fortior, & validior dignoscitur, respectu personæ, vel armorum, vel sociorum; vel qui sui natura rixosus est; vel qui fugientem, & & retrahentem insequitur; vel qui deinde gravius vulneratus reperitur; vel qui in rixa mortuus remansit; nam cum incertum sit quis fuerit aggressor, vel aggressus, superstes absolvendus est, non quidem in totum, sed tanquam aggressus puniendus pro excessu defensionis, si non probet periculum aliter se evadere non potuisse quam adversarium occidendo, cum in dubio sanctius sit nocentem absolvere, quam innocentem condemnare, Menoch. *de arbitr. cas. 363. per tot. & de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 39.* Cabal. *resol. crim. cas. 231. per tot.* Pac. Jordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 21. num. 236.* &c. *fol. 437.* Sabelli *resolut. cap. 20. nu. 3. & in Pract. crim. §. Diffesa. num. 6.* Farinac. *de homicid. quæst. 125. part. 7. §. 3. n. 484. & seq.* ubi etiam Vulpin. in *Suco nu. 33. & seqq.* Mascard. *de probation. conclus. 72. per totum*, Tusch. *litt. A. conclus. 246.* Peguer. *decis. 14.* Ricc. *Collect. 296. & 691.* Boer. *decis. 237. per tot.* ubi plura & quando aggressor præsumatur ille, qui interfectus remansit, Sanfelic. *dec. 410. cum Addit. per tot.* Basilic. *dec. 16. num. 30.* 1

Aggrediens aliquem animo vulnerandi tantum, si ex aliqua causa mutato proposito occidat, tenetur de rigore juris de vulnerato, & de occiso; quamvis de consuetudine ratione unitatis rixæ, vulnera tamquam minus delictum confundantur cum homicidio majore delicto, & sic punitur tantum de occiso; Intelligendo quando est eadem persona quæ vulneratur, & occiditur; secus si diversæ personæ, quarum una vulneretur, & alia occidatur; nam ratione diversitatis personarum imponi debet pœna vulnerum, & homicidii, Petr. Cabal. *resol. crim. 158. num. 17. & seqq. per. tot.* 2

Aggressus ab alio cum armis, vel alio instrumento ad offendendum apto, non tenetur expectare se percuti, sed potest præveniendo se defendere, ita ut probata aggressione, etiam quod non dicatur aggressum fuisse in periculo vitæ, præsumatur usum fuisse moderamine inculpatæ tutelæ, *l. si quis percussorem C. ad l. Corn. de Sicar.* Angel. *de malef. verb. Et dicto Titio se defendente, num. 13.* &c. Clar. *§. Homicidium. versic. sed quomodo*, Cab. *resol. crim. cas. 88. num. 4. & in tract. de omn. gener. homicid. num. 231.* Guazzin. *def. 29. cap. 4. num. 20.* Stephan. de Neapol. *tract. de restitit. lib. 1. cap. 8. per tot.* vide plures relato per Berlich. *concl. 13. num. 7. & 8. vol. 4.* 3

Aggressus ab alio (etiam sine armis) volente alapam præbere manu vacua, potest eum licite offendere, si sibi dedecus erat per aliam viam evadere, & potest etiam solum minantem offendere si sit solitus, & potens minas exequi; non enim tenetur expectare, ut minas exequi incipiat, sicut & causa honoris sui tuendi percutere, & vulnerare injuriante, nec tenetur aufugere, vide Clar. *§. fin. q. 60. n. 14.* Guazz. *de def. 29. cap. 4. num. 25.* &c. Gratian. *discept. forens. cap. 837. num. 5.* &c. 4

Aggressus potest se defendere diverso genere armorum, & fortiori, imo contra arma non deferentem, quando aliter injuriam evadere non potest, Bart. *in l. 1. num. 7. C. Unde vi*, Cabal. *resol. crim. cas. 428. num. 30.* Guazz. *d. def. 26. cap. 4. num. 28.* Gratian. *discept. 837. nu. 4.* Sanfelic. *decis. 410.* latius Sabelli *in O. resol. 20. n. 10. & seqq.* ubi ampliatur etiam si sequatur mors insultantis, ac etiam si aggressus exoneret sclopum contra 5

tra insultantem, Thom. Trivis. *decis.* 58. ubi de Sacerdote occidente aggressorem filii, Conciol. *verb. defensio. resol.* 4. ubi an teneatur fugere aggressus. Berlich. *concl.* 13. *num.* 54. *& seqq.*

6 Quamvis autem aggressus possit licite se ipsum defendere, tamen ad id non tenetur, sed potest potius mortem pati, quam invasorem occidere, si prudenter credat se mori in statu gratiæ, & idem in incarcerato, qui licet possit non tenetur fugere ad vitandam mortem, Dian. *p.* 11. *tract.* 6. *resol.* 46. *in fine*, facit quod dicit Sabellus *in* §. *Homicidium nu.* 18. Vid. Molin. *in tract.* 3. *de just. disp.* 15.

7 Aggressus a furioso, amente, vel ebrio, an possit illum occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ, maxime si sciat incidisse in amentiam, furorem, vel ebrietatem cum peccato mortali? Et videretur dicendum quod non, cum in tali statu non possint dici injusti aggressores, ex quo carent intellectu; sed contrarium nihilominus est verius, quia aggressus habet jus servandi vitam suam, etiam ab istis, ut late probat Dian. *part.* 11. *tract.* 6. *resolut.* 52. *per tot.* Baiard. *ad* Clar. §. *Homicidium num.* 78. ubi limitat nisi potuisset fugere, & non fugisset, quia tunc esset extraordinarie puniendus, cum tali casu fuga non sit ignominiosa, sed potius laudabilis, Conciol. *verb. Defensio resolut.* 4. 6. *& per tot.*

8 Si aggressus aggressorem suum vulneret, vel occidat legitime se defendendo, ad nullam restitutionem tenetur damni illati; secus autem si modum excesserit; nam tunc tenetur ad hujusmodi restitutionem integram, etiam si fuerit a Judice punitus, juxta tradita per Paul. Christin. *decis. Belgic.* 178. *num.* 8. *& seqq. volum.* 2. Vel saltem secundum alios pro rata culpæ, juxta tradita per Dian. *resol. moral. part.* 5. *tract.* 4. *resol.* 44. Et quando non fuit a Judice punitus, idem Dian. *loc. cit. resol.* 60. Vide quæ latius dicit Sabellus *in* §. *Homicidium num.* 10. *&* §. *Vulnus. num.* 14. Berlich. *concl.* 12. *num.* 3. *&* 6. *vol.* 4.

9 Quod occidens aggressorem justius agat, quam Judex vel Magistratus hominem ex lege vita privans, & quare, Petr. Royz. Maur. *decis. Lithuan.* 3. *num.* 475. *&c.* ubi quod ideo ille aliqua censura non notatur, Judex vero, vel Magistratus sic facit, late P. Steph. de Neapol. *tract. de restit. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 5. *& seqq.*

10 Aggressus ponens alium, vel alios tanquam clypeum ante se, vel se post alios recondens ne offendatur, & ad evitandos ictus, si aliquis alius ex hac causa occidatur, vel offendatur, non tenetur ipse, nisi dolose id egerit, ut alius offendatur, sed aggressor pro modo culpæ, licet non desint etiam volentes istum aggressum teneri aliqua pœna pro excessu defensionis, ponendo innocentem in periculo, ut colligitur ex traditis per Boer. *dec.* 84. *per tot.* vide Sabell. *in* §. *Homicidium. nu.* 17. ubi plura ad hoc propositum. Less. *de just. & jure lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 9. *per tot.* Vide Clar. §. *homicidium, num.* 31.

ALIENATIO.

§. I.

Praxis Alienationis bonorum Ecclesiæ.

1 In Jure prohibetur, & irritatur alienatio bonorum Ecclesiæ facta sine causa. Ut patet *ex cap. nullus de reb. Eccles. non alien. & tot. illo tit.* & facta sine solemnitatibus Juris, cum hac differentia, quod facta sine solemnitatibus sit nulla ipso jure, & facta sine causa, sit irritanda. Seraphin. *decis.* 278. ubi Rota, quæ sequitur Abbatem *in cap. si quis Presbyt. de reb. Eccles. non alien.* Rot. *decis.* 2. *de reb. Eccles. non alien. in antiquis*. Neque in contrarium quidquam facit alia Rota *decis.* 94. ubi dicitur: sine utilitate contractum, esse nullum ipso jure, non obstante Beneplacito Apostolico: quia id intelligitur ad normam doctrinæ Seraphini *decis.* 508. ubi dicitur: Beneplacitum Apostolicum non supplere defectum causæ, sed imo, defectum causæ reddere nullam interpositionem Decreti, quod etiam confirmatur ex Rot. apud Cocein. *decis.* 445. *num.* 2.

2 Alienationem ergo bonorum Ecclesiæ, duo canonizant: causa, & solemnitas Juris, ita, ut unum sine altero non sufficiat. *cap.* 1. *de reb. Eccles. non alien.* Tusc. *litt. A. concl.* 271. Quarant. *in sum. Bullar. verb. alienatio. num.* 15. Farinac. *decis.* 300. Ciarlin. *contr. for. cap.* 39. Sperel. *decis.* 154. Riccius *in prax. alienationis tom.* 1. *resol.* 1. Bonacin. *de alienat. bon. Eccles. d.* 1. Rot. coram Coccin. *d. dec.* 445. *num.* 1.

Ampliatur conclusio primo: in tantum esse veram, 3
ut aliter alienans, ultra excommunicationem majorem, quam ipso jure incurrit, juxta Extravag. Ambitiosæ *de reb. Eccles. non alien.* (ubi tamen illa fuit recepta) & ultra privationem beneficii ipso jure, cujus bona fuerunt alienata, ad normam dictæ Extravag. & aliarum, ut in eadem, etiam illa circumscripta, peccet mortaliter, & alienatione revocata, teneatur ad restitutionem pretii, in quantum illud fuit versum in rem alienantis, vel factus fuit locupletior. Ita ut sicut minor non potest cum aliena jactura locupletari, ita nec Ecclesia, quæ justitiæ cultrix existit. Riccius *loc. cit. resol.* 99. quia Ecclesia utitur jure minorum. Juxta *cap. auditis de restit. in integrum*. Marches. *de commis. p.* 1. *cap.* 2. Guttierez *pract. quæst. lib.* 3. *cap.* 8. Riccius *loc. cit.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 183. *lib.* 2. Sperel. *decis.* 154. Secus si pretium non fuerat versum in utilitatem Ecclesiæ. Et quandoquidem hæc versio in utilitatem non præsumitur, debet ab emptore probari. Speril. *decis.* 154. *num.* 54. *seq.* Decius *cons.* 236. Molin. *de primogen. Hispan. lib.* 4. *cap.* 4. Gratian. *discept. for. cap.* 45. Rot. apud Cencium *de Censib. decis.* 287. & apud Seraphin. *decis.* 336. Riccius *in prax. alien p.* 1. *resol.* 2. sicut etiam tenetur probare utilitatem Ecclesiæ, quæ in dubio non præsumitur. Juxta Turricel. *de alien. bonor. Eccles.* 30. *num.* 17. *seqq.* Burat. *decis.* 814. ubi concordat Rotam, quæ sibi videtur contraria. Alex. *cons.* 160. Rot. *decis.* 463. Durand. *decis.* 250. Turricel. *loc. cit. cap.* 21. quæ procedunt, quando non fuerunt servata de jure servanda, & cum hoc temperamento, ut in ordine ad restitutionem in integrum petendam, sufficiat semiplena probatio: in ordine vero ad rescissionem, vel irritationem contractus, sit necessaria plena probatio. Juxta Turricel. *loc. cit. cap.* 29. *num.* 40. vel, ut in ordine ad introducendam causam in judicio restitutionis, & obtinendi audientiam, ac commissionis, sufficiat semiplena probatio, etiam summaria, imo sufficit docere de fumo læsionis. Causa vero jam introducta in ordine ad restitutionem obtinendam, vel rescissionem contractus, requiritur plena probatio. Bellam, *decis.* 395. Burat. *decis.* 323. Turricel. *loc. cit.*

Ampliatur secundo, ut talis alienatio possit ab om- 4
nibus impugnari, eo quod ejusmodi judicium sit publicum, & populare, & ad res male alienatas in Ecclesiæ perniciem, competat actio popularis: omnium enim interest bona Ecclesiæ conservari, & eandem Ecclesiam esse locupletem. Seraphin. *decis.* 278. *&* 431. *lib.* 2. Turricel. *de reb. Eccles. non alien. cap.* 24. etiam sine mandato, ut patet. Ciarlin. *contr. for. lib.* 1. *cap.* 105. *num.* 36. si tamen nullitas sit talis, quæ per consensum partis non possit sanari. Licet Riccius *in prax. alienationis*, *p.* 1. *resol.* 9. teneat contrarium, qui citat Abb. *in cap. diverf.. fallac. de Cleric. conjug.* Felin. *in cap. ad nostram de jurejurand.* Ruin. *cons.* 33. Redoan. *de reb. Eccles. non alien. q.* 47. *&* 58. & Rotam Rom. coram Mantic. & Seraphin. *decis.* 374. cum ea tamen limitatione, quod actus fuerit consummatus: nam si non fuerit consummatus, concordat cum sententia affirmativa.

Ampliatur tertio, ut bona Ecclesiæ alienans nulli- 5
ter ob non servata solemnitates Juris possit venire contra factum proprium. Per ea, quæ tradit Postius *de manuten. observ.* 57. *num.* 102. *&* 103. Ciarlin. *controv. for. lib.* 1. *cap.* 105. Sperel. *decis.* 154. licet jurasset, non contravenire. Abb. & DD. *in d. cap. si quis Presbyter. de reb. Eccles. non alie.* ubi Hostiensis & Calder. Menoch. *de recuper. posses. remed.* 15. *num.* 101. Leo *in thes. for. Eccles. part.* 4. *cap.* 1. *num.* 72. & est tex. *in cap. intellecto de jurejur.* Ciarlin. *loc. cit. & cap.* 183. *num.* 67. & licet non teneatur restituere pretium, nisi fuerit versum in rem Ecclesiæ, vel illa fuerit facta locupletior, juxta Sperel. *decis.* 74. *a num.* 37. tenetur tamen de proprio evictionis. Rot. apud Cæsar. de Grassis *decis.* 2. *de Jurep utr.* Veral. *decis.* 182. Sperel. *loc. cit. res.* 17. Turricel. *loc. cit. cap.* 26. dummodo agat nomine

Eccleſiæ, & non proprio. DD. cit. quia tunc non poteſt venire contra factum proprium.

6 Ampliatur quarto, ut bona Eccleſiæ ſic alienata, ſint reſtituenda una cum fructibus. Butr. Immol. Berous, & alii *in cit. cap. ſi quis Presbyt. de reb. Eccleſ. non. alien.* Bald. & DD. *in L. jubemus Cod. de ſacros. Eccleſ.* Felin. *in cap. cum. de re Judic.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 15. Rodoan. *de reb. Eccleſ. p.* 1. *reſol.* 18. Rot. apud Ciarlin. *c.* 105. Bonac. *de contr. d.* 3. *q.* 2. a die tamen conteſtatæ litis, quia tunc ceſſat bona fides. Ciarlin. *c.* 183. *n.* 99. quamvis aliqui apud eundem teneant, eſſe fructus reſtituendos a die alienationis. Turricel. *cap.* 27. Neque excuſat error juris, ſed tantum facti in foro externo. DD. *cit.* Pinel. *in L.* 1. *Cod. de reſcind. vend.* Sperel. *deciſ.* 154. *nu.* 116. ut quia emptor putavit venditionem fuiſſe factam cum debitis ſolennitatibus &c. & tunc fructus non debebuntur niſi a die motæ litis. Idem dic, ſi erravit quidem in Jure ſed valde dubio, quia tunc æquiparatur errori facti. Turricel. *loc. cit. c.* 27. *n.* 15. *ſeqq.*

7 Ampliatur quinto, ut Eccleſia ſit reintegranda in poſſeſſione bonorum male alienatorum, quia ſemper dicitur poſſidere, non obſtante traditione: nam per Prælatum non poteſt interverti ejus poſſeſſio. Poſt. *de manuten. deciſ.* 305. & *obſerv.* 57. *num.* 102. Mareſc. *var. reſol. l.* 2. *c.* 25. Bonac. *de contr. d.* 4. *q.* 8. Ciarlin. *lib.* 2. *controv. for. c.* 183. *nu.* 22. & ſic quoad poſſeſſionem civilem, debet manuteri, quoad naturalem vero, reintegrari. Turricel. *de alien. rer. Eccleſ. cap.* 27.

8 Porro alienatione prohibita, in noſtra materia cenſeſetur etiam prohibita illa pignoratio, vel hypotheca, cujus difficilis ſit reluitio. Covar. *l.* 2. *var. reſol. c.* 16. Neguiſ. *de pignor. p.* 2. *membr.* 2. Sperel. *deciſ.* 120. Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 28. *n.* 53. & 54. quia talis prohibitio eſt favorabilis Eccleſiæ (ſermo eſt de hypotheca ſpeciali) & colligitur *ex cap. nulli de reb. Eccleſ. non alienan.* Redoan. *de reb. Eccleſ. non. alien. q.* 2. *c.* 6. Ciarlin. *l. c. nu.* 106. & 111. Limita in hypotheca generali. Covar. *l.* 2. *var. reſol. c.* 16. Molin. *de Juſt. & Jur. d.* 466. Bonac. *de contr. d.* 3. *q.* 8. S. Congreg. apud Ciarlin. *loc.* quia hypotheca generalis, per ſe nihil ſapit alienationis, cum per eam non transferatur jus in re §. *item Seuciana. inſt. de act. L. ſi rem* §. *proprie ff. de pignor. act.* Rot. apud Merlin. *de pignor. dec.* 97. *n.* 3.

9 Concluſio tamen principalis, ſuas habet limitationes. Et prima quidem limitatio eſt in alienatione neceſſaria, uti ſi debuit fieri ratione juris congrui, vel pacti de redimendo, vel Juris retractus. Rot. *deciſ.* 223. Turricel. *de reb. Eccleſ. non alien. cap.* 16. vel illa, quæ fit authore Judice pro ſolvendo ære alieno, contracto ſub hypotheca generali bonorum Eccleſiæ. Rot. *deciſ.* 97. apud Merlin. *in tract. de pignor.* Turricel. *loc. cit. c.* 15. *l.* 1. *n.* 72. Dummodo æs alienum, vel obligatio ab Eccleſia fuerit contracta cum ſolennitatibus, alias ſecus; quia tunc eatenus, & in tantum Judex poteſt devenire ad alienationem, in quantum ſolennitas in ipſa obligatione interpoſita porrigit ſuum effectum ad tempus alienationis, ita ut ſolennitas dicatur ineſſe contractui alienationis. Seraph. *deciſ.* 1080. Idem dic de pacto de affrancando. Limita tamen, ſi res venit ad Eccleſiam, poſtquam jam erat affecta hoc pacto, vel obligatione prædicta; quia tunc æs alienum fuit rite conceptum, ſicut etiam pactum licite appoſitum, quia author Eccleſiæ, nullas tenebatur adimplere ſolennitates; & ſic dicitur alienatio eſſe neceſſaria cauſa authoris, non ipſius Eccleſiæ. R. *d. deciſ.* 97. apud Merlin. *loc. cit.* Porro alienatio ex cauſa neceſſaria in tantum valet, quanta eſt neceſſitas, aliter eſt nulla in totum. Ciarlin. *c.* 105. *n.* 95. & *c.* 183. *n.* 52. Natta *conſ.* 162. Menoch. *de arbitr. caſ.* 182. *n.* 32. Maſcard. *de probat. concl.* 75. Turricel. *loc. cit.*

10 Secunda limitatio eſt, in alienatione quæ fit a Papa, vel de ejus mandato, quia etiam omiſſis quibuſcumque ſolennitatibus valet; multo magis ſi fuit facta in ipſum Papam. Turricel. *loc. cit. c.* 5. & 6. & 15. nam ſumm. Pont. in ejuſmodi bonis, liberam, & plenariam habet poteſtatem. Turricel. *loc. cap.* 9. Mantic. *deciſ.* 76. & 322. quia non eſt tantum ſimplex adminiſtrator, veluti alii inferiores, ſed plenus Dominus, quod ampliatur, licet contrahat ut perſona privata: ſed quoad hoc Domini de Rota non fuerunt concordes. Tiraquel. *d. L. Connubii gl.* 7. Capyc. *deciſ.* 203. ubi Rot. Felin. *in cap. ex litteris de probat.* Riccius *in prax. alien. p.* 1. *reſol.* 34. *n.* 4. Joan. Andr. *in cap. qui tacet de Reg. Jur. in* 6. Item cum alienatio prædicta fuit facta cum Beneplacito Apoſtolico, dummodo illud non ſit ſubreptitium, & adſit cauſa; quia ubi major, minor ceſſat. Rebuff. *de alienat. rer. Eccleſ. n.* 15. Rol. *conſ.* 15. & 96. Oldrad. *conſ.* 131. Abb. *in cap.* 1. *de confirm. util. vel inutil. & conſ.* 47. Pariſ. *conſ.* 24. Decius *conſ.* 341. Capyc. *dec.* 16. Riccius *in prax. alienat. p.* 1. *reſol.* 34. ubi Rota.

Tertia limitatio eſt, in illa alienatione, quæ fit ur- 11
gente neceſſitate, propter quam, periculum ſit in mora, ne, dum Romæ conſulitur, Saguntum expugnetur, quæ tamen poſtea debet ſolennizari, aliter non valet. *L. Pomponius ff. de Negot. geſt.* Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. q.* 19. Ugolin. *de off. Epiſc. capit.* 14. Ciarlin. *d. cap.* 105. & 83.

Et quod ſupra dicebamus, alienationem, non ſer- 12
vatis ſolennitatibus, factam ex cauſa neceſſaria, puta æris alieni &c. valere, cum hoc temperamento intelligi debet, ut non ſufficiat omnis neceſſitas, ſcilicet voluptuaria, in quam quis ſponte ſe conjecit, uti cuncta dilapidando in fraudem Eccleſiæ. Seraphin. *deciſ.* 653. Rot. poſt Merlin. *in tract. de pignor. deciſ.* 97. Et neceſſitas debet eſſe talis, ut aliter obviari non poſſit. Merlin. *dec.* 775. Et ſi fit propter æs alienum, debet probari pretium fuiſſe verſum in illam cauſam. Seraphin. *dec.* 338. & Rot. poſt Cencium *deciſ.* 36. Turricel. *de reb. Eccleſ. non alien. cap.* 16. Imo nec dicitur neceſſaria alienatio pro ære alieno &c. niſi creditores urgere poſſint, & in effectu urgeant pro ſolutione, *L. magis puto.* ubi Bart. *ff. de reb. cred.* Rol. *conſ.* 33. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 6. & 8. Sperel. *dec.* 154. *n.* 109. Poſth. *de ſubhaſtat. inſpect.* 2.

Quarta limitatio eſt in iis bonis Eccleſiæ, quæ ſe- 13
mel fuerunt alienata ſervatis ſolennitatibus prædictis; quia talia fiunt perpetuo alienabilia, etiam ſine ſolennitatibus. Garz. *deciſ.* 99. dummodo tamen ſemper concurrat evidens utilitas & eadem alienationis cauſa. Leo *in theſ. for. Eccleſ. p.* 1. *cap.* 15. ubi exemplificat *num.* 3. Riccius *in prax. alienat. p.* 1. *reſol.* 5. & dummodo cum dicta alienatione concurrant quadraginta anni, vel duæ alienationes fuerint ſecutæ cum ſolennitatibus. Idem Riccius *loc. cit. reſol.* 26. Covar, *lib.* 2. *var. reſol. cap.* 17. Decius *conſ.* 142. Cæſ. de Graſſ. *deciſ.* 3. *de reb. Eccleſ. non alien.* Rot. apud Riccium *loc. cit.* quia ſolitum, non dicitur, nec inducitur, niſi per duas alienationes, vel unam, cum ſpacio quadraginta annorum. Curt. *de feud. p.* 2. *q.* 8. Alex. *conſ.* 9. *lib.* 3. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. q.* 65. Clarus *in* §. *feudum q.* 13. licet non ſint uniformes; quæ etiam procedunt in emphyteuſi, & feudis. Decius *conſ.* 88. Alex. *conſ.* 189. Rol. *conſ.* 1. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. gl.* 6. Barboſ. *de offic. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 95. Riccius *in prax. alienat. p.* 1. *reſol.* 26. Modo duret prima cauſa alienationis, vel utilitas; ſecus ſi ceſſavit: uti quia res emphyteutica fuit facta melior. Abb. *in cap. ut ſuper eo de reb. Eccleſ. non alien.* Quarant. *in ſum. Bullar. verb. alienatio num.* 39. Ciarlin. *cap.* 8. Leo *in theſ. for. Eccleſ. loc. cit.* Et ſemel tranſiens ad extraneos, ſemper tranſit. Ciarlin. *loc. cit.* apud quem alii.

Quinta limitatio eſt in iis bonis, quæ ſunt modici 14
valoris. *cap. terrulas.* 12. *qu.* 3. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. q.* 2. Maſcard. *de probat. concl* 75. Tuſc. *litt. A. concl.* 275. Quarant. *in ſum. Bullar. verb. alienatio num.* 41. Leo *in theſ. for. Eccl. d. cap.* 15. Barboſ. *de offic. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 95. Ugol. *de poteſt. Epiſc. cap.* 14. Ciarlin. *contr. for. cap.* 18. Riccius *in prax. var. reſol. p.* 2. *ref.* 383. Genuenſ. *in prax. Archiepiſc. cap.* 75. *num.* 3. qui tamen notat, aliud eſſe alienare terrulas, & aliud alienare modicam partem magni prædii Eccleſiæ: & hoc ſecundum fieri non poſſe, quia alias hoc modo paulatim poſſent alienari omnia prædia Eccleſiæ in fraudem legis, contra *L. non dubium. C. de LL.* Idem ampliatur ad illas terras quæ ſunt inutiles, ſteriles, & incultæ. Turric. *de reb. Eccl. non alien. c.* 15. §. 3. Seraphin. *dec.* 401. ubi S. Congr. quod tamen procedit, quatenus concurrat præciſa neceſſitas, prædii exiguitas, quod ſit inutilis, & longè diſtans. Rot. *deciſ.* 264. ſecus, ſi aliquam afferat utilitatem; tunc enim teſte Turricel. *loc. cit. num.* 55. ſecundùm omnes, erunt neceſſariæ ſolennitates. Juxta Rot. *dec.* 644. &

ſic

sic etiam dic de bonis incertis, quæ sine solemnitatibus alienari non possunt, quando incertitudo est reducibilis ad certitudinem per specificationem bonorum. Et in dubio, terrulæ quæ dicantur, relinquitur arbitrio Judicis. Quarant. *in sum. Bullar. verb. alienatio.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. q.* 10. Riccius *in prax. alien. p.* 1. *d. resol.* 383. ratio est: in generali prohibitione, modica non veniunt. Abb. *in cap. ut super de reb. Eccles. non alien.* Felin. *in capit. fin. de sponsal.* Bald. *in cap. si proponente*, de refer. *cap.* vero *terrulas*, intelligitur de valore viginti quinque scutorum auri. Ut declaravit S. Congr. apud Pyrh. Corrad. *de dispens. lib. 9. cap. 4. n.* 45.

15 Sexta limitatio est in illa alienatione, qua Episcopus bona suæ mensæ, vel illorum aliquam partem donat Capitulo; tunc enim non dicuntur bona Ecclesiæ alienari, cum perseverent in Ecclesia, & penes illam. Turricel. *loc. cit. cap.* 15. *n.* 17. ubi Rot. Mantic. *de tacit. lib. 4. tit. 7. n.* 58. Item in cessatione pensionis, & repudiatione hæreditatis. Turricel. *loc. cit.* Item si alienatio fuit facta ab una Ecclesia alteri Ecclesiæ: ut tenet Ciarlin. *contr. for. cap.* 18. *n.* 31. Riccius *in prax. alien. part.* 1. *res.* 35. Barbos. *de offic. Episc. alleg.* 95. *p.* 3. *num.* 55. cum multis aliis: nam omnes Ecclesiæ sunt sorores, & Ecclesiæ universalis, quæ est mater, parum interest, unam rem esse potius penes unam, quam aliam Ecclesiam. Bonac. *de reb. Eccles. non alien. & de contract. disp.* 3. *quæs.* 8. quamvis contrarium doceant Joan. Andr. Butr. Abb. & Imol. *in cap.* 1. *de reb. Eccles. non alien.* Redoan. *d. tit. quæs.* 2. *cap.* 20. *n.* 2. & 3. Bero. *cons.* 179. *n.* 3. & 4. *lib.* 1. Quarant. *in sum. Bullar. verb. alienatio. n.* 15. Gratian. *disc. for. tom.* 4. *cap.* 674. *n.* 4. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 25. *tit.* 6. *n.* 66. & *lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 58. & alii. Et quod, ubi est recepta Extravagans &c. requiratur etiam in hoc casu Beneplacitum Apostolicum, tenet Turricel. *loc. cit. cap.* 8. *n.* 11. & 12. ne una Ecclesia aliam spoliare possit cum diminutione cultus divini &c. & citat diversas Rotas. Hac contrarietate DD. stante, mihi prima arridet, quando versamur in alienatione ex titulo oneroso. Secunda vero Turricelli, & aliorum, ac Rot. apud Bichium *dec.* 442. *n.* 11. quod non liceat spoliare unum altare, ut aliud vestiatur, militat in alienatione ex titulo lucrativo: nam ex titulo oneroso non potest dici spoliari unum altare, cum loco rei recipiat pretium &c.

16 Ultima limitatio est in concessione puri usus. Quarant. *loc. cit.* Franch. *decis.* 10. Riccius *loc. cit. res.* 39. Ciarlin. *cap.* 18. Barbos. *loc. cit. alleg.* 95.

17 Porro alienatio in casibus a Jure permissis debet fieri ordine servato, ut prius mobilia viliora, dein pretiosiora vendantur *authent. hoc jus porrectum.* ubi DD. *C. de sacros. Eccles. L. magis puto. ff. de reb. eor.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæs.* 19. Mascard. *de probat. concl.* 75. Quarant. *in verb. alienatio in sum. Bullar. n.* 36. Ciarlin. *contr. cap.* 105. *n.* 63. Et tali casu venduntur plus offerenti; licet in rigore Juris contrarium videatur dicendum, cum Ecclesia debeat esse cultrix Justitiæ: quia tamen pretium subhastationis est justum, & utilitas licita Ecclesiæ est quærenda, & procuranda, ideo non est damnanda praxis fere universalis. Riccius *in prax. alien. resol.* 57. ubi late.

18 Sed quæres: bona Ecclesiæ nulliter alienata, sine solennitatibus Ecclesiæ & juris, possuntne præscribi? R. cum distinctione: vel præscriptio incipit in vita illius qui male alienavit, & non valet præscriptio. Si vero post mortem ejusdem incipiat, valet præscriptio. Rot. quam refert Riccius *in prax. alienationis resol.* 32. Debet autem præscriptio esse quadragenaria. Burat. *decis.* 704. Cavaler. *decis.* 91. Turricel. *l. sup. c. cap.* 28. etiam quoad privilegia & jura, modo adsit bona fides, & non sit evidens tituli nullitas. Quod tamen hodie fuit sublatum ab Urbano VIII. qui prohibuit omnem præscriptionem contra Ecclesiam, excepta centenaria. Rot. *decis.* 47. & immemorabili. Turricel. *loc. cit. n.* 45.

§. II.

Solennitates requisitæ a Jure in alienatione bonorum Ecclesiæ.

19 Cap. *sine exceptione.* 12. *q.* 2. & *cap. dudum de reb. Eccles. non alien.* præscripsit hanc formam in hac alienatione observandam. Scilicet causam, tractatum, Consensum Capituli, & subscriptionem; & quidem si alienatio fit ab Episcopo, requiritur consensus Capituli Cathedralis, sin vero a Prælato Regularium, requiritur consensus Capituli Regularium. *cap.* 1. *de reb. non alien. in* 6. dummodo alienatio fiat de rebus Mensæ Episcopalis, vel Regularis. Si vero alienantur bona Ecclesiarum Parochialium, sufficit consensus Rectoris, & Episcopi. Tractatus vero debet fieri scriptura separata. Rot. *decis.* 716. *p.* 1. *divers.* Seraphin. *decis.* 1080. Turricel. *de reb. Eccles. non alien. cap.* 4. Qui quidem tractatus non præsumitur ex regula generali; quia ea, quæ sunt facti, non præsumuntur. Debet ergo probari: non probatur autem ex verbis enunciativis instrumenti alienantis, sed debet constare per instrumentum ad hoc specialiter tendens. Alex. *cons.* 17. *lib.* 4. Redoan. *loc. sup. cit. q.* 28. Anchar. jun. *cons.* 52. Ciarlin. *contr. for. lib.* 1. *cap.* 105. *num.* 64.

Secunda solennitas requisita, est consensus ejusdem 20
Capituli, ut tenent DD. *sup. cit.* quibus adde Turricel. *l. c. cap.* 5. apud quem Veral. *decis.* 106. *p.* 1. Cavaler. *decis.* 439. Qui quidem consensus debet collegialiter, & capitulariter præstari, & non singulariter a singulis de capitulo. Rot. *decis.* 201. & 382. & 204. Turricel. *l. c.* qui consensus non requiritur tanquam personæ interesse habentis, sed tantum tanquam solennitas, ita, ut illius defectus non sit magnæ considerationis, si aliunde alienatio sit utilis. Ita tenet Seraphin. *decis.* 338. & 443. apud Turricel. *loc. cit. num.* 15. sed inhærendo communi, requiritur ad validitatem. Ut tenuit Turicel. *l. c. n.* 1. & 2. Declara tamen sufficere consensum Capituli supervenientem. Seraphin. *decis.* 1338. & Rot. *decis.* 118. quam citat Turricel. *l. c. n.* 18. & Rot. *decis.* 318. *p.* 5. *rec.* quamvis eadem Rota *in dec.* 294. *d. p. rec. tom.* 1. teneat contrarium, quod nempe consensus Capituli debeat intervenire tempore contractus ad illius validitatem, ne sufficere, si superveniat, quam sententiam verissimam appellat, ex quo receptissimum sit, consensum pro forma, & solennitate requisitum, in ipso actu interponendum esse. Ad tex. *in L. obligari* §. *tutor. ff. de auctor. tut. & alios.* Et citat Inn. Bald. & alios *in cap. cum consuetudinis, de consuet.* Batt. *num.* 3. Castr. *num.* 4. Jason. *num.* 44. *in L. si quis mihi bona* §. *jussum ff. de acquir. hæred.* & alios. Quamvis secus dicat tenendum, quando consensus non requiritur pro forma: subjungens, pro forma & solennitate consensum desiderari, & requiri, quando interponendus est ab eo, de cujus præjudicio non agitur, sed propter actus solennitatem a Jure requiritur: e contra, quod, quando agitur, seu tractatur de præjudicio illius, cujus consensus exigitur, cognoscatur, dictum consensum pro forma, & solennitate non desiderari. Adhærendo primæ sententiæ, sub distinctione data, illa declaratur, dummodo consensus prædictus supervenerit ante intentatum judicium nullitatis: aliter nihil operaretur. Rot. *decis.* 294. *p.* 5. *rec.* Turricel. *l. c. num.* 19. *vers. intellige.* Bene tamen verum est: quod quando consensus supervenit, alienatio incipiat valere ex nunc, hoc est a die præstiti consensus, & non ex tunc, hoc est a die celebrati contractus! Turricel. *l. c. vers. item intellige.* Abb. *in cap. cum nos de his quæ fiunt a Prel. gl. in cap.* 1. *de reb. Eccles. non alien. in* 6. Rot. *decis.* 318. *p.* 5. *rec.* Debet autem talis consensus esse expressus, & tacitus non sufficit. Rot. *decis.* 204. *p.* 4. *diversor.* apud Turricel. *loc. cit. num.* 19. *in fin.* quæ procedunt in alienationibus perpetuis, non in temporalibus. Abb. *in cap. ea noscitur de his quæ fiunt a Prælat.* Alienatio tamen valebit etiam sine consensu, & tractatu, quando sit confirmata a Sum. Pontif. ut patet ex dictis supra in secunda limit. Quæ ampliantur procedere etiam in alienatione facta ab uno tantum Capitulari de sua præbenda, vel, ut melius loquamur, de bonis suæ præbendæ, ad quam etiam necessarius est tractatus, & consensus. Sicut etiam requiritur in alienatione bonorum Monasterii, quæ fit ab Abbate. Veral. *decis.* 106. Cavaler. *decis.* 439. ita ut sit necessarius consensus Monachorum, præstitus vel ab omni, vel a majori illorum parte. Merlin. *decis.* 887. Turricel. *loc. cit.* & si non sunt præsentes duæ ex tribus partibus Capituli, debent vocari absentes, & expectari; sicut etiam in Capitulo Cathedralis. Burat. *decis.* 573.

Seraphin. *dec.* 1080. & conſentientes debent ſe hujuſmodi alienationi ſubſcribere, ex qua ſuſcriptione, conſenſus præſumitur collegialiter præſtitus. Rot. *deciſ.* 302. Et quia ex Seraphin. ſupra fuit dictum, conſenſum non eſſe tantæ importantiæ, ut conſtito de evidente utilitate, poſſit annullare alienationem, notandum eſt, in illa alienatione, de qua ſermo eſt Seraphin. adfuiſſe confirmationem Pontificis, unde mirum non eſt, ſi parum ipſe Seraphin. curavit de ejuſmodi conſenſu; & ita etiam teſtatur Turricel. *l. c. verſ. ult.* ſed quando conſenſus præſumatur collegialiter præſtitus, vide latius infra verbo *Capitulum*.

21 Tertia ſolennitas eſt, authoritas ſuperioris, qui, quoad non exemptos, eſt Epiſcopus, quoad illos vero qui ſunt exempti, uti ſunt plerique Regulares, Summus Pont. qui quoad illos eſt, & dicitur Diœceſanus. Durand. *dec.* 458. Veral. *dec.* 165. Rot. *dec.* 625. & 755. & *dec.* 270. Turricel. *de reb. Eccleſ. non alien. lib.* 1. *c.* 6. Et hæc quoque ſolennitas eſt ſupplebilis confirmatione Pontificis, juxta dicta in limitatione ſecunda. Notandum tamen eſt, quod quando alienantur bona Eccleſiæ, v. g. Parochialis, quæ habet Parochum, vel Rectorem, illa debeat fieri nomine ipſius Rectoris, non Epiſcopi; quia ad Rectorem pertinet adminiſtratio bonorum ſuæ Eccleſiæ, ad Epiſcopum vero tantum ſpectat protectio. Ancharan. *in cap.* 1. *de reb. Eccleſ. non alien. in* 6. Rot. *dec.* 355. Turricel. *l. c. n.* 6.

22 Quarta ſolennitas eſt cauſa, quæ quadruplex eſſe poteſt: ſcilicet neceſſitatis, utilitatis, pietatis, incommoditatis. Abb. *in cap. nullus de reb. Eccleſ. non alien.* Covar. *lib.* 2. *var. reſol. c.* 17. & *c.* 16. *n.* 8. & 9. Ubi de alendis pauperibus, qui etiam propria culpa in paupertatem inciderunt. Quarant. *in ſum. Bullar. verb. alienatio n.* 3. Ciarlin. *controv. for. lib.* 1. *cap.* 105. *n.* 46. Bonac. *de alien. rer. Eccleſ. d.* 1. *q. un. punct.* 1. Porro utilitas, vel neceſſitas in dicta alienatione, debet eſſe ita evidens, ut de ea dubitari non poſſit. Bellamer. *in cap. ſine exceptione* 12. *q.* 2. Rol. *conſ.* 15. *vol.* 1. Menoch. *in addit. ad lib.* 2. *de arbitr. caſ.* 172. Riccius *in prax. alien. in prin.* ubi *de cauſis* uti, ſi bona ſunt aquoſa, ſylvoſa, ſterilia, inundata, & infructuoſa. Cavaler. *deciſ.* 45. Seraphin. *dec.* 29. Præterea majus pretium requiritur, quam res fuerit æſtimata, & de evidente utilitate debet aliter conſtare, quam per publicam ſcripturam.

23 In dubio vero, an alienatio bonorum Eccleſiæ fuerit utilis, ſi fuit facta ſervatis ſolennitatibus, præſumitur, quod fuerit utilis. Sicuti etiam, ſi fuit facta a Pontifice, vel ejus executore confirmata. Rot. *dec.* 625. Seraphin. *dec.* 443. Coccin. *dec.* 370. Durand. *deciſ.* 250. & alii apud Turricel. *de reb. Eccleſ. non alien. cap.* 20. Item talis præſumitur ex lapſu triginta annorum cum obſervantia. Seraph. *dec.* 1073. Coccin. *dec.* 370. Mantic. *dec.* 101. dummodo dictum tempus fuerit lapſum uſque ad ultimam horam, & momentum. Rot. *dec.* 103. Hoc autem tempus tantum incipit poſt mortem alienantis, niſi appareat alienationem fuiſſe factam bona fide; & dummodo obſervantia fuerit continua, nec interrupta actu contrario, & de illa conſtet certitudinarie. Rot. *deciſ.* 107. addit. ad Gregor. XV. *deciſ.* 354. Seraphin. *dec.* 1042. Poſt conſtitutionem tamen Urbani VIII. in locis, in quibus illa fuit recepta, non ſufficit obſervantia trigenalis, ſed debet eſſe centenaria. Juxta Rot. coram Eminentiſſimo Corrado 13. Junii 1646. *dec.* 219. Turricel. *l. c. cap.* 14. & 20. Neque concluſioni principali contrarius eſt. Mantic. *deciſ.* 340. Ubi dicitur ſolennitatem extremam præſumi, ex lapſu decenii: quia non loquitur in terminis noſtris, ſcilicet alienationis bonorum Eccleſiæ, ſed quando agitur principaliter ad acquirendum. Juxta Felin. *in cap. ſicut de ſent. & re judic.* Seraphin. *dec.* 1027. Et concluſio prædicta, quod utilitas alienationis, ſicut etiam interventus ſolennitatum etiam Beneplaciti Apoſtolici, præſumantur ex lapſu triginta annorum, & obſervantia, ut ſupra; ubi Bulla Urbani non fuit recepta, vel ubi talis præſcriptio fuit completa, antequam iſta conſtitutio Urbani fuit edita; confirmatur per ea, quæ habentur apud Alexand. *conſ.* 12. Gozzadin. *conſ.* 73. Curt. jun. *conſ.* 100. Mareſcot. *l.* 1. *var. reſol. cap.* 13. Rot. apud Merlin. *dec.* 701. *n.* 9. & 10. ubi alii. Modo non conſtet de titulo infecto. Ciarlin. *contr. for. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 55. Crav. *conſ.* 184. Honded. *conſ.* 31. & 72. Farin. *deciſ.* 430. Ciarlin. *c.* 39. dummodo de titulo, cui adhæret ſolennitas, conſtet, ne concurrant duæ præſumptiones. Deducitur etiam ex gl. *in cap. pervenit*, ubi Imol. & DD. *de empt. & vend.* Anchar. *conſ.* 136. Tuſc. *litt. S. concl.* 326. Put. *dec.* 365. Seraphin. *dec.* 792. Farinac. *deciſ.* 694. Garz. *de benef. p.* 12. *cap.* 2. *a num.* 179. Turricel. *l. c. cap.* 14. & 20. & eo caſu, obſervantia debet eſſe clara, ne, ut ſupra notatum eſt, concurrant duæ præſumptiones. Vide etiam Tuſc. *litt. D. concl.* 309. ſive adſit contradictor, ſive non; ſive Pontifex alienationem ſciverit, ſive ignoraverit. Limita, ſi jus reſiſtit præſcriptioni, & præſumptioni, & prohibet etiam præſcriptionem triginta annorum, ut revera prohibet Urbanus VIII. Limita ulterius, ſi ante lapſum triginta annorum, lis fuit cœpta.

Porro, an alienatio ſit utilis, vel nociva, totus con- 24
tractus eſt conſiderandus, & non tantum ejuſmodi partes, ut ſingulæ, & de per ſe ſumptæ. Coccin. *dec.* 370. & 445. Sicut etiam valor rei, non fructuum, debet attendi. Seraphin. *dec.* 480. bene tamen eſt verum, quod res, quæ eſt minus utilis, poſſit vendi pro ea, quæ eſt utilior, vel majores reddit fructus, & emolumenta. Seraphin. *loc. cit.* Inſuper debent obſervari proventus: & ſi ſimus in caſu emphyteuſis, vel locationis perpetuæ, debet haberi ratio ſextæ partis diminutionis, quæ in tali contractu ſolet fieri, vel ſit pro compenſatione periculi, ſterilitatis, & caſus fortuiti, qui ad conductorem ſpectat. Et ſi Eccleſia non habet dominium directum, ejuſdem æſtimatio eſt deducenda. Seraphin. *deciſ.* 792. Præterea debent etiam librari illa, quæ probabiliter poſſunt accidere in valoris, vel rei diminutionem. Rot. *deciſ.* 720. apud Turricel. *de reb. Eccleſ. non alien. cap.* 17. ſicuti etiam pactorum de meliorando factorum, item laudemii, vel pecuniæ, quæ ſolvitur pro ingreſſu. Item periculi ſuſcepti forte a Conductore; & penes quem ſint futura melioramenta. Neque eſt attendendus ſtatus calamitoſus, ſed communis curſus. Seraphin. *l. c.* Mant. *deciſ.* 101. & utilitas, vel dannum conſiderantur de tempore alienationis. Seraph. *dec.* 366. Cavaler. *deciſ.* 288. Turricel. *l. c.* apud quem plures.

E converſo, alienatio non dicitur utilis, ſi fit tem- 25
pore ſterilitatis, vel belli; quia tempore calamitoſo, nulla habetur utilitas. Mantic. *dec.* 101. Item tempore peſtis. Merlin. *deciſ.* 887. Et ſufficit, quod tempore quo celebratur contractus alienationis, perſeveret calamitas in ſuo effectu, vel ceſſaſſet in ſe, & ſecundum ſe. Rot. *deciſ.* 78. Turricel. *loc. cit. capit.* 18. *num.* 32. & 33. Præterea non dicitur utilis alienatio, ſi in illa adſint pacta præjudicialia Eccleſiæ. Item ſi alienatio fuit facta in perpetuum pro tertia parte minus, quam ad tempus, vel ſi adeſt pactum affrancandi & tempore affrancationis non detur tantum Eccleſiæ, quod aſcendat ad ſextam partem. Rot. apud Merlin. *deciſ.* 887. *num.* 16. Item ſi bona fuerunt Laico conceſſa libere, & in perpetuum, pro hæredibus, & ſucceſſoribus, nulla præſtatione in favorem Eccleſiæ reſervata, quia tunc nulla ſubeſt ſpes caducitatis. Rot. *deciſ.* 47. Item ſi alteretur ſolitum in præjudicium Eccleſiæ. Plura vid. apud Turricel. *loc. cit.*

Præterea, ſi alienatio bonorum Eccleſiæ fuit facta in 26
Conſanguineos, præſumitur damnoſa. Rot. *deciſ.* 270. & 360. Merlin. *deciſ.* 702. Cæſ. de Graſſ. *de reb. Eccleſ. non alien. deciſ.* 4. Rot. poſt Cencium *deciſ.* 36. Seraphin. *deciſ.* 1125. Greg. XV. *deciſ.* 356. Niſi longi temporis curſus, purget hanc ſuſpicionem, vel niſi in vim Beneplaciti Apoſtolici fuerit facta. Quod etiam tenet Curt. jun. *de feud. p.* 2. *qu.* 7. Alciat. *de præſum. reg.* 1. *præſ.* 29. *n.* 1. & alii, quos refert, & ſequitur Riccius *in prax. alien. p.* 1. *reſol.* 16. Limita: ſi adeſt clauſula „ ſine præjudicio Eccleſiæ „ vel fuit facta cum debitis ſolennitatibus, conſanguineis bonæ famæ. Nam eſt regulare, quod alienatio Eccleſiaſticorum bonorum, non præſumitur facta in fraudem, quia dolus, & fraus non præſumitur. *L. dolum Cod. de dolo.* niſi alienans poſt alienationem poſſideret bona alienata; quia non præſumitur quis alienaſſe ea, quæ poſſidet. *L. ſicut. ff. quibus modis pign. ſolv.* Bald. *in L. omnes ff. de his quæ in fraud. cred.* Maſcard. *de prob. concl.* 815. Cravet. *conſ.* 100.

Sed quia hucuſque diximus alienationem factam ſine 27
ſolennitatibus de bonis Eccleſiæ, eſſe nullam: reſtat videre, an ita ſit nulla, ut, ſi Eccleſia non reclamaverit,

ſed

ſed ratificavit potius, non valeat? Conclude; quod alienatio ut ſupra facta ſine ſolemnitatibus, eſt nulla, etiam non reclamante Eccleſia. Uti dictum ſupra. Licet ſecus ſit, ſi fuit facta ſine Beneplacito Apoſtolico, in iis locis, in quibus fuit recepta extravagans Ambitioſæ, *de reb. Eccleſ. non alien.* ſervatis tamen alias de Jure ſervandis, & cauſa legitima concurrente, ut infra videbimus; cum ſumus tractaturi de alienatione facienda cum Beneplacito Apoſtolico. Verum, quod alienatio facta ſine ſolemnitatibus in tantum ſit nulla, in quantum Eccleſia velit illam eſſe nullam, ita ut, ſi voluerit illam ratam habere, ſuſtineatur, neque is, qui cum ea contraxit, poſſit objicere de nullitate alienationis, Eccleſia renuente, tenet Card. Mant. *de tacit. & ambig. vol. 1. lib. 4. tit. 7. num.* 53. ob rationem, quia, quod favore Eccleſiæ conſtitutum eſt, ad ejus læſionem, & odium non debet retorqueri. *L. quod favore. Cod. de LL. L. nulla. ff. eod. L. non eo minus. C. de procur.* & citat. Innoc. & Abb. & alios *in cap. 1. de iis, quæ fiunt a Præl. ſine conſ. Capit.* Butr. *in cap. ſi quis Presbyterorum. num.* 9. & ibid. Imol. *num.* 21. *verſ. nec obſtat. de reb. Eccleſ. non alien.* & alios. Idem videtur tenere Turricel. *cap.* 22. *num.* 4. Sperel. *dec.* 154. *num.* 115. *& dec.* 155. *a num.* 11. dummodo alienatio ſit Eccleſiæ utilis. Quarant. *in ſum. Bullar. verb. alienatio. n.* 34.

28 Quæres? Alienatio rerum Eccleſiæ facta ab Eccleſia, habita fide de pretio, dicitur ne utilis? Reſp. talem alienationem dici damnoſam Eccleſiæ, nec per illam transferri dominium. Rot. *deciſ.* 96. *&* 430. *p. 2. rec.* Cavaler. *deciſ.* 288. licet intervenerit Beneplacitum Apoſtolicum. Eſt quidem verum: quod tunc valeat in ſubſtantia contractus, ita ut ex eo competat efficax actio. Gregor. XV. *deciſ.* 113. quamvis non transferatur dominium, de quo loquuntur D. D. Dummodo Beneplacitum Apoſtolicum, non eſſet cum clauſula: *ſi in evidentem.* Turricel. *de reb. Eccleſ. non alien. c.* 18.

Hactenus egimus de alienatione facta, vel facienda, ad normam juris, pro iis locis, in quibus non fuit recepta Paulina ſecundum theoricam. Nunc deſcendendum eſt ad ipſam praxim ſervandam, ad normam juris Communis. Et quia de praxi ſervanda in alienatione bonorum menſæ Epiſcopalis, ſupra ſufficienter locuti fuimus, cum ageremus de tractatu, & conſenſu Capituli, ideo, iis omiſſis, ne ſæpius eadem recolamus, ad praxim alienationis bonorum, Eccleſiarum inferiorum, uti ad Parochiales ſpectantium, deſcendamus. 29

Comparet ergo Parochus, vel Syndici, aut Maſſarii Eccleſiæ, de cujus bonis alienandis agitur, coram Ordinario, & ſupplicat, ut ſuum conſenſum ejuſmodi alienationi, & authoritatem interponere velit, ex quo ſit futura, cum evidente illius utilitate. Tunc Ordinarius facit reſcriptum, tenoris ſequentis; in quo deputatur Rector alius vicinus, ad effectum de quo ſequitur. 30

NObil. & Admodum Rev. Dominus N. N. Parochus &c. ſumptis teſtium juratorum informationibus, tam ſuper valore bonorum alienandorum, nec non redituum, qui ex illis percipiuntur, & ſuper bonis, in quibus pretium ſolvendum erit inveſtiendum fundorum venditorum, ac ſervatis alias de jure ſervandis, ut utilitati Eccleſiæ ſufficienter caveatur, proceſſum ad officium tranſmittat, quo viſo, ſuper petita facultate deliberabitur &c.

Et ſi ſupplicantes, eſſent Maſſarii tantum, qui talem alienationem affectarent, forte inſcio Rectore, uti non raro fit, cum Laici hodie, (in eam temporum infelicitatem incidimus) adminiſtrationem Eccleſiæ affectent, & prætendant, etiam privative quoad Parochos, ideo ſolet reſcriptum concipi, ſub his verbis. „ Communi„ centur preces Nob. & Admodum Rev. D. Parocho „ Eccleſiæ, a qua debet fieri alienatio, qui reſpondeat „ ad primam juris, vel ſecundam, vel intra terminum „ dierum tot &c.

Suppoſito vero, quod preces ſint conceptæ ſub nomine ipſius Parochi, etiam ſine Maſſariis, fit reſcriptum ſupra notatum, vel ſi magis placet, expeditur delegatio in eundem, juxta formam, quam trademus paulo infra, in eundem, vel bene viſum. In qua quidem delegatione exponitur deſiderium ſupplicantium, & delegatur quis ad ſuſceptionem depoſitionis teſtium, prævio eorum juramento coram Notario legali, vel alio ſacerdote, ſuper interrogatoriis ſequentibus, poſtquam a peritis fuerit facta æſtimatio, & a juratis, illorum bonorum.

Primo debent interrogari, ſeorſim, unus ab alio: „ An bona talia, in tali loco, & in talibus confini„ bus, pluris valeant, quam fuerunt æſtimata, (& ſi „ affirment) quanti, & in cauſa ſcientiæ, (ſi negent) „ interrogentur pariter in cauſa ſcientiæ.

„ Secundo: qui redditus ex iiſdem annuatim per„ cipi poſſint, & percipiantur, & in cauſa ſcientiæ. „ (& ſi allegent menſuras, quæ ſint diverſæ ab illis, quæ ſunt in loco Ordinarii Delegantis, taliter ſpecificentur, ut Ordinarius clare eaſdem menſuras dignoſcere poſſit.)

„ Tertio: an æſtimatio dictorum bonorum impoſterum „ poſſit creſcere, vel decreſcere, & in cauſa ſcientiæ.

Ad generalia in forma.

Eadem interrogatoria fiunt teſtibus, qui examinantur pro emptione, & ſubrogatione aliorum fundorum, ex pretio priorum alienatorum. Ulterius interrogari debent. „ An dicti fundi ſint aquoſi, arenoſi, inundationibus „ ſubjecti, ſteriles &c. & an remoti, vel propinqui &c. Si vero alienatio fiat ex cauſa neceſſitatis, debebunt eadem obſervari quoad examen teſtium: & inſuper, ſi neceſſitas oriatur ab ære alieno, quando, & quomodo dictum æs alienum fuerit contractum, & an ſervatis ſolemnitatibus, juxta ſupra notata.

Imo cauti Ordinarii non contenti depoſitionibus, ſolent committere uni Parocho per ſuas litteras, ut ſe extrajudicialiter apud fide dignos informet, an talis alienatio ſit futura utilis, & informationem habitam Officio ſpirituali communicet; Non obſtante etiam edicto citatorio, debent examinari teſtes ſuper emptione fundorum aliorum pecunia habita ex alienatione. Nec facile permitti inveſtiri dictam pecuniam, niſi in cenſibus, vel fundis, præmiſſis tamen edictis citatoriis, ut ſupra, & examine teſtium ſuper fundorum valore. Reſponſiones vero ſunt deſcribendæ per extenſum, prout ſunt datæ, iiſdem verbis.

Forma Delegationis.

NOs &c. Nob. & Admodum Rev. nobis in Chriſto dilecto Domino Paroclio, loci N. ſalutem in Domino. Cum Nob. & admodum Rev. N. Parochus loci N. intendat alienare certa bona ſtabilia, cum cauſa evidentis utilitatis, vel neceſſitatis, & pro verificatione dictæ utilitatis evidentis, uti præfertur, opus ſit jurata depoſitione teſtium duorum, vel plurium, Nos, aliis negotiis intenti, cupientes ſumptibus ſuperfluis parcere, tibi, de cujus ſufficientia, & integritate, multum confidimus, hujuſmodi examen demandandum duximus, prout tenore præſentium, demandamus. Committentes, quatenus aſſumpto Notario idoneo, & legali, teſtes inducendos, & verifimiliter informatos, ſervatis ſervandis, ſuper retro ſcriptis Capitibus inſtructionis, ac aliis, pro opportunitate diligenter examines, quæ omnia in publicam formam redacta, & nemini pandita, nec non præſentes, vel earum copiam, ad nos, tuo ſub ſigillo, tranſmittas, in hoc &c. ad hoc &c. In quorum &c. Datum &c.

Capita vero inſtructionis, erunt eadem ipſa interrogatoria, quæ ſupra tradidimus, quibus poterit etiam pro opportunitate addi aliud interrogatorium, ſcilicet.

„ An ipſi teſtes judicent, talem alienationem, fore evidenter utilem, & quare?

Hactenus egimus de alienatione bonorum Eccleſiæ ad normam juris communis: nunc reliquum eſt, ut aliqua etiam tangamus de eadem alienatione juxta Extravag. Pauli II. quæ incipit: „ Ambitioſæ „ *de reb. Eccleſ. non alien.* apud Quarant. *in ſum. Bullar. verbo*

alienatio, pro iis locis, in quibus fuit recepta dicta Extravagans, & maxime pro Regularibus exemptis, a quibus perquam sæpe contingit fieri ejusmodi alienationes. Ideo sit

§. III.

Praxis alienationis bonorum Ecclesiæ post Extravagantem Ambitiosæ.

30 De hac late discurrunt Riccius *in prax. alien. p.* 1. *per tot. a resol.* 1. & Turricel. *in suo doctissimo tract. de reb. Eccles. non alien. a cap.* 8. & Redoan. ac Quarant. *loc. sup. cit.* nos brevitati studentes, & ad praxin properantes, magis practicata ex illis delibabimus, sicut etiam ex aliis D. D. ut cuncta sub oculis habere possint, unico velut intuitu, quæ in variis sparsa authoribus reperiuntur. Uti apud Pyrr. Corrad. *in prax. dispens. lib.* 4. *per tot.* & alios.

31 In extravagante ergo *Ambitiosæ*, prælegata prohibetur alienatio bonorum Ecclesiæ, sine Beneplacito Apostolico, sub pœna nullitatis, & excommunicationis incurrendæ, tam ab eo, qui sic alienavit, quam ab illo, qui bona sic alienata receperit, & præterea, sub pœna interdicti contra alienantem, & si per sex menses, in eodem interdicto, animo indurato perseveraverit, sub pœna suspensionis, si Pontificali, seu Abbatiali dignitate præfulgeat: & contra alios, sub pœna privationis beneficiorum quorumcumque, quorum res, seu bona alienarunt, ipso facto incurrendæ, ita ut illa beneficia tanquam vacantia, possint ab Ordinariis conferri, nisi alias Sedi Apostolicæ essent reservata.

32 Ut vides ergo, Beneplacitum Apostolicum requiritur, in alienatione bonorum Ecclesiæ, virtute dictæ Extravag. *Ambitiosæ*, ubi illa fuit recepta. Quod ampliatur, licet alienatio fiat ab una Ecclesia, in aliam Ecclesiam. Juxta *cap.* 1. ubi Joan. Andr. Butr. Imol. & Abb. *de reb. Eccles. non alien.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. q.* 2. Berous. *cons.* 179. Quarant. *in sum. Bullar. verb. Alienatio. num.* 15. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 25. *tit.* 6. Gratian. *disc. for. cap.* 674. Riccius *in prax. alien. p.* 1. *resol.* 35. Barbos. *de offic. Episc. p.* 3. *allegat.* 95. qui tamen duo, supra dictam opinionem non firmant, sed tantum testantur, ita practicari in Curia, ob recursum, qui solet haberi ad sacros. Sedem, pro ejusmodi alienationibus; interim tamen adhærent opinioni contrariæ, ea ducti ratione, quod mens Pontificis fuit consulere indemnitati Ecclesiæ, secundum Monald. *cons.* 91. & Ecclesiæ nomine, tunc accipitur Ecclesia universalis, non particularis, & sic universalis Ecclesia ex tali alienatione nullum patitur damnum, licet damnum forte subeat particularis, & parum revera interfit Ecclesiæ universali, quæ est mater, unam Ecclesiam filiam ditari cum detrimento alterius filiæ ita volentis, & ita tenuit Trivisan. *decis.* 56. *p.* 2. sed de hoc vide, quæ supra diximus *num.* 15. Præterea, Extravag. prædicta loquitur de alienatione, quæ fit in personas Laicas, ut patet ex ejusdem verbis NB. „ Pro„ phanis usibus applicare, & cum maximo divini cul„ tus detrimento „ quæ sane cessant, cum alienatio fit ab una Ecclesia, in aliam Ecclesiam. Et ita hanc posteriorem sententiam sequitur Barbos. *loc. cit.* Ciarlin. *contr. for. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 31. qui hanc opinionem vocat tutam etiam in praxi, ita ut Judex illam inoffenso pedo possit sequi in judicando sine timore syndicatus, quia in dubiis, Judex non obligatur in syndicatu, ubi sunt diversæ opiniones, teste Clar. *in §. fin. q.* 38. Neque refert, quod habeatur recursus communiter etiam in ejusmodi alienationibus ad Sedem Apostolicam: quia id non infert, talem recursum haberi ex necessitate, sed ad abundantem cautelam, ab illo persæpe trepidante, ubi non est timor, & multa impetrantur a Pontifice, quæ possunt etiam concedi ab Ordinariis, vide etiam Bonac. *de contr. d.* 3. *q.* 8. *& de alien. rer. Eccles.* quamvis prior opinio revera videatur communior, & a Rot. canonizata *in recent. p.* 4. *tom.* 2. *decis.* 277. *& p.* 8. *decis.* 229. Ottobon. *decis.* 220. teste Turricel. *de reb. Eccles. non alien. cap.* 8. *n.* 11.

33 Limit. I. conclusionem prædictam, non requiri in alienatione terrularum, & rerum modicarum, ut in priori praxi abunde diximus. Limit. II. dictum Beneplacitum Apostolicum non requiri in transactione super bonis Ecclesiæ propter dubium litis eventum. Ursel. *leg. concl.* 85. *cap.* 19. Turricel. *loc. cit. cap.* 8. *num.* 24. Limit. III. in alienatione rerum mobilium non pretiosarum. Riccius *in prax. alienat. p.* 1. *resol.* 58. sicut nec in promissione de alienando, in qua non est necessarium Beneplacitum Apostolicum, quia promissio de alienando, & alienatio differunt, & cum simus in correctoriis, verba in proprio significatu, & stricte sunt accipienda. Riccius *loc. cit. resol.* 62. ubi aliud est donare, aliud promittere de donando, aliud vendere, & aliud promittere de vendendo. Ut habetur in *L. bonæ fidei. ff. de eo quod certo loco & in cap. pen. de elect. in* 6. Alex. *cons.* 173. *vol.* 2. Tiraquel. *de retr. fol.* 981. Limit. IV. in alienatione bonorum relictorum personis, vel Religiosis inhabilibus, sicut & in alienatione rerum, quæ servando servari non possunt. Riccius *loc. cit. a resol.* 64. *usque ad* 65. *& res.* 70. Barbos. *de Offi. p.* 2. *alleg.* 95. Turricel. *loc. cit. & cap. seqq.* Limit. V. In concessione emphyteusis bonorum Ecclesiæ, quando sunt solita in Emphyteusin concedi. Clarus *in §. emphy. q.* 43. Riccius *l. c. resol.* 79. Limit. VI. in repudiatione legati facti Ecclesiæ; quia hæc non est proprie alienatio. Riccius *loc. cit. resol.* 92. *usque ad* 95. *inclusive*. Limit. VII. in illa alienatione, quæ fit urgente causa pietatis. *cap. gloriæ Episcopi.* 12. *q.* 2. Abb. *in cap. fin. de Eccles. ædific.* Tabiena *in verb. alienatio.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. q.* 19. Quarant. *in summ. Bullar. verb. alienatio. n.* 42. Ugol. *de Offic. Episc. cap.* 14. Barbos. *de Offic. Episc. p.* 3. *alleg.* 95. Navar. *in manual. cap.* 27. ubi tamen Pontifex facile adiri non potest, & periculum est in mora. Ciarlin. *controv. for. lib.* 2. *cap.* 18. Limit. VIII. in alienatione bonorum Confraternitatum, vel Hospitalium Laicorum, quæ fuerunt erecta sine authoritate Episcopi, sed sunt sub Regimine sæcularium. Gabr. *lib.* 1. *var. concl. de pia causa conclus.* 1. *n.* 11. Menoch. *de recuper. remed.* 15. *n.* 35. Redoan. *loc. cit.* Abb. *in cap. nulli de reb. Eccles. non alien.* Franch. *in cap.* 1. *eod. in* 6. Ciarlin. *loc. cit. num.* 40. Castr. *cons.* 270. Tusch. *litt. A. conclus.* 273. Quarant. *loc. cit. num.* 28. Bonac. *de contract. d.* 3. *q.* 8. Alex. *lib.* 3. *cons.* 4. Limit. IX. in concessione usus tantum rei Ecclesiasticæ, in qua nullum transfertur dominum, nec utile, nec directum. *Clem. fin. ubi* Hostiens. *de reb. Eccles. non alien.* Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum de constit.* Franch. *decis.* 10. Quarant. *l. c.* Bonac. *loc. cit.* Riccius *l. c. resol.* 39. 61. *&* 65. Ciarlin. *loc. cit. n.* 25. Barbos. *de Offic. Episc. p.* 2. *alleg.* 95.

Nunc positis limitationibus conclusionis præcedentis, 34
reliquum est, ut ejusdem quoque ampliationes subnectamus. Prima ergo ampliatio est, requiri dictum Beneplacitum etiam in arborum, fundorum, Ecclesiæ incisione. Thesaur. *dec.* 142. & alii apud Riccium *l. c. resol.* 50. quia, cui est interdicta alienatio, est etiam interdicta deterioratio, quæ est species alienationis, & certe etiam in hoc casu militat ratio Extravag. *Ambitiosæ*, scilicet Eccsiæ indemnitas. Ampl. II. procedere etiam in concessione fundi Ecclesiastici ad Emphyteusin, vel in feudum. Ut docent DD. & Clarus *in §. feudum q.* 13. Riccius *in prax. alien. p.* 1. *resol.* 76. nisi sint solita infeudari, vel emphyteuticari: non dicuntur vero solita, si mensæ post præteritas infeudationes &c. fuerunt denuo incorporata. Et talis concessio reperitur interdicta ab utroque jure. *§. si emphyt. auth. de reb. Eccl. non alien. cap.* 2. *extra. eod.* DD. *in L. etiam ff. solut. matrim.* Ciarlin. *contr. for. lib.* 1. *cap.* 8. Tusc. *litt. E. concl.* 162. Riccius *in prax. resol.* 109. Bald. *in L.* 2. *Cod. de Jur. Emphyt.* Decius *in cap. præsenti de prob.* Alex. *cons.* 120. Gozzadin. *cons.* 39. Ampl. III. in locatione bonorum Ecclesiæ ultra triennium. Plot. *cons.* 19. Riccius *in prax. locat. p.* 1. *resol.* 109. Covar. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 16. Barbos. *de Off. Episc. p.* 2. *alleg.* 95. quod triennium debet computari ex tribus annuis fructuum perceptionibus. Ita ut, si singulo triennio una tantum fiat perceptio, vel collectio, locatio habeat locum ad novennium. Barb. & DD. *mox cit.* Ita ut locatio facta ultra triennium sine Beneplacito Apostolico, sicut etiam emphyteusis ultra licentiam &c. sint nulla in totum, etiam quoad triennium. Riccius *in prax. locat. resol.* 115. Barbos. *loc. cit.* quia locatio talis interdicitur in ipsa Extravag. quod multo magis procedit in locatione ad longum tempus, quæ venit nomine alienationis. *L. codicillis ff. de leg.* 2. *Clem.* 1. *de reb. Eccles. non alien.* Boer.

decis.

decis. 224. Afflict. *decis.* 107. Covar. *l. c.* Carocius *de locat. p.* 2. *de locat. ad longum tempus q.* 1. Ric. *l. c. resol.* 116. qui tamen *num.* 3. limitat id tantum procedere ad effectum invaliditatis locationis, non autem ut pœna incurratur, a qua tales locatores excusantur, nec incidunt in censuras. Et citat Calderin. *in cap. cum contingat. de jurejur.* Covar. *loc. cit.* & Rotas, idem tenet Turricel. *lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 7. apud quem Rot. *dec.* 26. *p.* 2. *divers. n.* 3. ubi etiam, quod talis locator non fiat perjurus, etiamsi juraſſet non alienare. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 16. *n.* 2. Idem dic, ſi fuit facta de novennio in novennium, quia habet vim perpetuæ locationis, quæ eſt prohibita. *cap. nulli de reb. Eccleſ. non alien.* Butr. *in cap. Apoſtolicæ de donat.* ſicut etiam ſi fuiſſent factæ plures locationes ad quinquennium eodem tempore, etiam ſtando in terminis juris, quia cenſetur una locatio ad longum tempus facta in fraudem legis. Lapus *alleg.* 12. Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit.* Alex. *conſ.* 104. *lib.* 3. Tiraquel. *de retr. in præf. n.* 11. Covar. *lib.* 2. *var. reſol. cap.* 16. Roman. *conſ.* 66. Turricel. *l. c. lib.* 1. *cap.* 1. & *cap.* 27. §. 2. ubi Rot. apud Mantic. *deciſ.* 26. Cavaler. *deciſ.* 288. Caroc. *part.* 3. *de locat. & conduct. concl.* 5. *de reb. Eccleſ. locand.* Et quod alienatio ſeu emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa pro tempore illicito, corruat etiam quoad licitum, tenet Mant. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 5. qui rationes, & authoritates pro & contra adducit in hac quæſtione valde controverſa, ita ut DD. valde diſſentiant, & in fine diverſis diſtinctionibus conciliare conatur. Ciarlin. *contr. for. lib.* 1. *cap.* 105. ubi DD. Carocius *de locat. l. c. concl.* 6. Garz. *de benef. p.* 2. *cap.* 1. *n.* 48. *ſeq.* Mareſc. *lib.* 2. *var. reſol. cap.* 25. Idem Ciarlin. *lib.* 2. *cap.* 183. *n.* 79. contra Clarum *in* §. *emphyt. q.* 6. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 4. Dianam *p.* 8. *reſol.* 3. ubi DD.

35 Quæres: an Beneplacitum Apoſtolicum conceſſum, ut bona Eccleſiæ poſſint dari in emphyteuſin, ſuffragetur, ut eadem bona poſſint dari in cenſum perpetuum? Concluſio eſt negativa juxta communem apud Riccium *in prax. alienat. p.* 1. *reſ.* 55. quia a diſparatis non fit illatio, & unus contractus multum differt ab alio. Capyc. *deciſ.* 96. Creſcent. *deciſ.* 1. *de cenſib.* Imol. *in cap. ad audient. de reb. Eccleſ. non alien.* Abb. *in cap. conſtitutus de Relig. domib.* Gozzadin. *conſ.* 73. Farinac. *deciſ.* 224. Barboſ. *de Offic. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 95.

36 Quæres II. An, quod dictum fuit, ſcilicet Beneplacitum Apoſtolicum requiri in locatione bonorum Eccleſiæ, quæ fit ultra triennium, procedat etiam in locatione fructuum, qui percipiuntur ex beneficio, ultra
34 triennium, vel ad longum tempus? & reſolve quod non. Quia ſicut poteſt Beneficiatus, ſecundum omnes, dictos fructus alienare, ita etiam locare: Nam Paulus II. nullam fecit mentionem alienationis, vel locationis fructuum Beneficii, ſed tantum bonorum Eccleſiæ. Covar. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 16. Redoan. *de reb. Eccl. non alien. q.* 6. Caroc. *de locat. p.* 3. *tit. de reb. Eccleſ. non alien. num.* 15. Zerola *in prax. Epiſc. p.* 1. *verb. alienatio n.* 3. *verſ. decima concluſio.* Mantic. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 3. & alii apud Garz. *de benef. p.* 2. *cap.* 1. *a num.* 22. qui contrarium cum multis tenet, nixus authoritate Rotæ, quam ipſe refert, ex fundamento contrario; quia in Extravag. Pauli II. conceditur fieri alienatio de fructibus, & bonis, qui ſervando ſervari non poſſunt, ergo cum caſus exceptus firmet regulam in contrarium, & quod non excipitur, remaneat ſub diſpoſitione juris communis, conſentaneum eſt, fructus qui ſervando non ſervari poſſunt, alienari, vel locari poſſe, alias ſuperfluum, & fruſtraneum fuiſſet ſumm. Pontificem dicere, & concedere, ut fructus, ac bona, quæ ſervando ſervari non poſſunt, alienari poſſint, ſi etiam illi, qui ſervari poſſunt, alienari potuiſſent. Quis de hoc dubitare potuiſſet? Garziæ conſonat Riccius *in prax. alien. p.* 1. *reſol.* 110. loquendo in terminis Paulinæ: licet in terminis juris contrarium forte eſſet dicendum. Juxta Abb. *in cap. fin. ne Prælati vices ſuas.* Sylveſt. *in ſum. verſ. ſimonia* §. 14. & *DD. cit.* Præterea, cum Extravag. interdicat alienationem omnium rerum, & bonorum Eccleſiæ, quis dubitare poteſt, fructus beneficiorum eſſe inter res, & inter bona Eccleſiaſtica connumerandos? Rebuff. *in cap. extirpandæ de præb.* Mandoſ. *de ſignat. tit. de indult. locandi redditus.* Guttierrez *lib.* 1. *canon. quæſt. cap.* 8. Quintanadv. *lib.* 2. *n.* 69. & Rot. apud Riccium *l. c. n.* 4.

37 Redeundo ad concluſionem principalem, illa ampliatur IV. procedere etiam in actione ad rem, quæ competit Eccleſiæ; nam illa non poteſt alienari ſine Beneplacito Apoſtolico, vel cedi, ſi eſt ad rem immobilem, vel mobilem ſed pretioſam, & quæ ſervando ſervari poteſt. Riccius *in prax. emphyt. p.* 3. *reſol.* 163. & quia habens actionem ad rem, ipſam rem habere videtur. *L. qui actionem ff. de Reg. Jur.* Riccius *in prax. Juriſpatr. reſol.* 204. juxta quem actio ad Juriſpatronatus, non poteſt vendi; nam actio judicatur juxta naturam rei, ad quam datur. Tiraquel. *de retract. gloſ.* 7. Theſaur. *deciſ.* 16. Bar. *in L. poteſt ff. de author. tutor.* Ampl. V. ut Beneplacitum Apoſtolicum, etiam in conſtitutione Juriſpatronatus requiratur, quando ſcilicet de Eccleſia libera, fit Juriſpatronatus, quia hæc etiam eſt quædam ſpecies alienationis, dum ſervitus imponitur Eccleſiæ. *L. ult. Cod. de reb. alien. cap. nulli* ubi Abb. *de reb. Eccleſ. non alien.* Redoan. *eod. tit. q.* 23. Lambert. *de Jurepatr. lib.* 1. *q.* 1. *a.* 4. Turicel. *de reb. Eccleſ. non alien. cap.* 8. ubi Rot. *deciſ.* 137. juxta quam, idem Beneplacitum requiritur etiam, & multo magis in diſtractione Juriſpatronatus, etiam de conſenſu Patroni. Ut tenuit Rot. *deciſ.* 191. *p.* 5. & 129. *p.* 7. *rec.* apud eundem *l. c. n.* 13.

Ampliatur VI. idem Beneplacitum requiri etiam in alienatione Capellæ. Boſſ. *de alien. rer. Eccleſ. num.* 389. Turricel. *loc. cit.* ubi Rot. ſecus quoad purum uſum, uti etiam dicitur de ſepultura, cujus nudus uſus poteſt dari ſine Beneplacito Apoſtolico. Gratian. *diſcep. for. cap.* 210. qui ita teſtatur fuiſſe deciſum a Rota. Ampl. VII. ut requiratur etiam in conſtitutione Procuratoris ad alienanda bona Eccleſiæ. Socin. *conſ.* 87. Bald. *in L. præſes Cod. de tranſact. & in L.* 2. *Cod. ſi adverſus tranſact.* nam qui non poteſt alienare, non poteſt etiam facere actum, per quem ſequi, & fieri poſſit alienatio *gl. in L. item quia ff. de pact.* Bar. *in L. codicil. ff. de leg.* 2. & *conſ.* 282. Covar. *lib.* 2. *var. reſol. cap.* 16. Put. *lib.* 3. *deciſ.* 55. Riccius *in prax. alien. p.* 1. *reſol.* 89. Item in compromiſſis; quia compromiſſum eſt ſpecies alienationis. Ricc. *in prax. p.* 3. *reſol.* 165. Item in tranſactione ſuper rebus Eccleſiæ, quæ etiam eſt ſpecies alienationis. Turricel. *loc. cit. cap.* 8. *n.* 19. Addit ad Burat. *deciſ.* 690. & Rot. apud eoſdem Riccius *in prax. alien. Eccleſ. p.* 1. *reſ.* 43. Farinac. *de inquiſit. q.* 15. ſicut etiam in diſmembratione fructuum Eccleſiæ. Caſſad. *deciſ.* 19. *de præb.* Riccius *loc. cit. reſolut.* 44. Item in alienatione bonorum, Confraternitatum erectarum authoritate Epiſcopi. Idem *reſol.* 45. ſecus in inveſtienda pecunia, cum illa ſit de genere illorum. quæ ſervando ſervari non poſſunt: pecunia enim rotunda eſt, & ideo ad alienas manus facile rotatur. Turricel. *l. c. cap.* 1. & 2. ubi Rot. Rom. apud Verall. *deciſ.* 106. Bur. *deciſ.* 590. Item in quolibet pacto, per quod bonorum Eccleſiæ dominium transfertur. Turricel. *loc. cit. cap.* 8. *n.* 38. Ampl. VIII. etiam in alienatione cenſus activi, quem habet Eccleſia; quia etiam cenſus venit inter bona immobilia, & ideo eodem modo regulatur, & iiſdem prohibitionibus ſubjacet. Cencius *in tr. de cenſib. p.* 1. *cap.* 3. *q.* 1. *a.* 2. Gratian. *diſcept. for. cap.* 981. *num.* 37. & 38. Turricel. *loc. cit. num.* 43. Seraph. *deciſ.* 224. Mant. *deciſ.* 14. Burat. *deciſ.* 580. Idem dic in alienatione annuorum reddituum: quia etiam iſti veniunt inter immobilia. Tiraquel. *de retr. lignag.* §. 1. *gl.* 6. *num.* 6. *circa med.* Item in affrancatione niſi in præcedenti contractu celebrato cum Beneplacito Apoſtolico interveniſſet pactum de affrancando. Seraphin. *deciſ.* 1080. Item in permutatione rerum Eccleſiæ. Ampl. IX. in hypotheca, quæ licet non veniat ſub nomine venditionis, permutationis, vel donationis, tamen venit ſub nomine alienationis. Cenc. *de cenſib. q.* 22. de qua plura vide in praxi ſuperiori. Hic enim, cum ſimus in terminis *Ambitioſæ*, non eſt dubitandum: cum in illa etiam hypotheca expreſſe prohibita reperiatur, ut ex ejuſdem liquet lectura. Saraphin. *deciſ.* 757. Rot. apud Cencium *l. c. deciſ.* 76. & poſt Merlin. *de pignor. deciſ.* 55. quæ procedunt in ſpeciali hypotheca tantum, ſecus in generali. Turricel. *loc. cit. cap.* 8. Ampl. X. ut Beneplacitum requiratur etiam, quando pecunia conſtituta in proprietate, & non in uſu, convertitur in emptionem bonorum pro Eccleſia. Rot. *deciſ.* 97. poſt Merlin. *de pignor.* Turricel. *loc. cit.* quia pecunia deſtinata ad emenda immobilia cenſetur res immobilis, ad affectum ut requiratur dictum Beneplacitum, vel ſolemnitates in ejuſdem alienatione.

Et licet, ſecundum Riccium, Beneplacitum Apoſto- 38
licum debeat præcedere alienationi, ut valeat, tamen

id

id limitatur, quando idem subsequitur facta mentione alienationis jam factæ; ita Riccius *in prax. alienat. p. 1. resol. 24.* Bossius *de alien. bon. Eccles. num. 206.* Turricel. *loc. cit. cap. 8. num. 63.* Bene verum est: quod si dictum Beneplacitum fuit expeditum eodem die, quo fuit facta alienatio, præsumitur præcessisse; quia id præcedere præsumitur, & censetur. quod de Jure præcedere debet. Bal. *in L. cum in testam. ff. de hæred. instit.* Cassad. *decis. 20. de præb.* Crescent. *decis. 4. de præsumpt.* Riccius *in prax. alien. p. 1. resol. 27.*

39 Et quidem conclusio principalis adeo est vera, ut licèt fuerit facta cum evidente utilitate, nullius sit valoris Monach. *lib. 9. cons. 872.* Maccrat. *lib. 1. var. resol. 1. & 50.* Riccius *in prax. alienat. p. 1. resol. 7.* quod etiam docuit Suarez *de LL. in ordine ad for. consc. lib. 5. cap. 14.* Vasquez *Opusc. de redditibus cap. 2.* Bonac. *de contr. d. 3. q. 8.* Quamquam in sententiam contrariam iverit Quarant. *in sum. Bullar. verb. alienatio;* qui citat Decium, Rebuff. Navar. Capyc. *decis. 16.* Beret. *cons. 92.* Gabr. *de rerum alien. concl. 1.* Diana *p. 1. tr. 8. resol. 77.* qui tenet ita fuisse decisum a Rota, quia forma requiritur ad fraudes vitandas, vel ad impediendum Ecclesiæ detrimentum. Cum ergo habetur finis, propter quem fuit introducta forma, non est curandum de ipsa forma. Priori tamen opinioni Menochii, accedit Turricel. *loc. cit. lib. 1. cap. 8.* ubi Rot. *decis. 300.* Grass. *decis. 4.* Merlin. *decis. 764.* Sarmient. *de reddit. Eccles. p. 1. cap. 2.* Ciarlin. *contr. Jur. lib. 1. cap. 8.* Covar. *in cap. cum ejus de testamen.* Scaccia *de commer. & Camb. §. 1. p. 2. q. 7. ampl. 19. num. 4.* & multi ex DD. contrariis potius loquuntur in ordine ad forum internum, quam externum. Imo etsi fuerit impetratum Beneplacitum Apostolicum, tamen, si alienatio est facta ultra illud, totaliter est nulla. *cap. 1. de feud.* Bal. *in L. 1. ff. de rer. divis.* Riccius *loc. cit. resol. 117.* Clarus *in §. emphyt. q. 9.* Roman. *in L. etiam. ff. solut. matr.* Calderin. *de jure emphyt. lib. 2. q. 23.* quia cum forma sit indivisibilis, & contractus quoque individuus, subintrat illa regula, quod utile per inutile vitietur. *Clem. 1. de reb. Eccles. non alien.* Lap. *alleg. 80.* Covar. *lib. 2. var. resol. cap. 16.* Afflict. *decis. 107.* Garz. *de benef. p. 2. cap. 1.* Ciarlin. *contr. for. cap. 8. lib. 1.* qui testatur ita fuisse decisum a Rot. Marescot. *var. resol. lib. 2. cap. 25.* Bonac. *de contr. d. 3. q. 8.* Gratian. *discep. for. cap. 715.* ratio est: quia videtur deficere consensus etiam quoad terminos validos. Turricel. *de reb. Eccles. non alien. q. 10. n. 3. & 24.* ubi Rot. *decis. 202.*

40 Sed quæres: an hoc Beneplacitum præsumatur interveniisse? pro responsione, vide quæ supra diximus de praxi solennitatum a *n. 23.*

41 Dubium majus est: an alienatio facta sine Beneplacito Apostolico sit nulla absolute, vel Ecclesia tantum volente? R. quod si fuit facta cum solennitatibus, sed sine Beneplacito Apostolico, habet implicitum statum validitatis, Ecclesia non reclamante. Coccin. *decis. 174.* Merlin. *decis. 255. & 219.* Non obstante decreto irritante in Extravagante. Rot. *decis. 107.* quia Beneplacitum Apostolicum quod præcedat, non est de substantia actus, sed sufficit, quod ex post interveniat, quia Beneplacitum subsequens retrotrahitur. Durand. *decis. 397.* Mantic. *decis. 201.* talis enim alienatio sine Beneplacito Apostolico est nulla in favorem Ecclesiæ, cum ergo illa, quæ fuerunt inducta in favorem, non sint retorquenda in odium, ideo dicendum, quod talis alienatio in tantum laboret nullitate, in quantum Ecclesia vult, & non aliter. Crescent. *de locat. decis. 1.* Put. *decis. 302. & 343.* Seraphin. *decis. 256.* Mant. *decis. 201.* Merlin, *loc. cit.* Turricel. *de reb. Eccles. non alien. cap. 22.* & vide etiam supra *num. 34.* Neque est novum, quod contractus in favorem Ecclesiæ possit claudicare. Ut tenent communiter DD. apud Sperel. *decis. 11.* Mant. *loc. cit. & de tacit. lib. 3. tit. 16.* Grat. *discep. for. cap. 202.* Ciarl. *contr. for. lib. 1. cap. 39. num. 46.* Sperel. *decis. 155.* Riccius *in prax. alien. cap. 7.* qui citat Innoc. *in cap. 1. de iis quæ fiunt a Prel.* ubi Hostiens. & Zabarel. Panorm. *in cap. diversis fallaciis de Cler. conjug.* Dec. *in cap. quæ in Ecclesiarum de constit.* Put. *decis. 310.* & Rot. quam allegat Riccius *l. sup. cit.* Et sicut Ecclesia potest stare contractui nullo, obtento tamen Beneplacito, ita si alienavit salvo Beneplacito Apostolico, potest ante illius impetrationem pœnitere. Ciarl. *loc. cit. cap. 39. num. 47.* Rot. apud Mant. *decis. 201.* Mant. *de tac. lib. 4. tit. 7.* Gratian. *disc. for. lib. 2. cap. 202.* Molin. *de primog. Hispan. lib. 4. cap. 3.* Cephal. *cons. 91.* Turricel. *loc. cit. cap. 12.* vide Marescot. *lib. 1. var. resol. cap. 14.* Quæ quidem non procedent quoad emptorem vel contrahentem cum Ecclesia, licet alienatio, vel contractus fuerit factus cum clausula „ salvo Beneplacito Apostolico „ & sic videatur conditionalis, in quo videtur esse locus pœnitentiæ, cum conditio nil ponat in esse *L. substituti. ff. de acquir. rer. dom. cap. 1. de sponsi. in 6. L. si quis sub conditione. ff. si quis omis. caus.* Cassad. *decis. 24.* Riccius *in prax. alien. p. 1. cap. 81.* tamen adhuc non potest pœnitere. Mantic. *decis. 201. & de tacit. lib. 4. tit. 7.* Gratian. *discep. for. lib. 2. cap. 202.* Ratio est: quia quod contractus possit claudicare cum Ecclesia initus, fuit dispositum in favorem ipsius Ecclesiæ; ergo non debet operari effectum contrarium hoc privilegium competens Ecclesiæ, ita ut in ejus odium detorqueatur. Locus ergo pœnitentiæ non est; nisi alienans sit Ecclesia, vel alienatio sit ipsi Ecclesiæ. Marescot. & Turricel. *l. c.* & Ecclesia pœniteat.

Sed quid dicendum de alienatione reliquiarum sine 42
Beneplacito Apostolico, eritne valida? R. affirmative. Quia hæc non est prohibita in constitutione Paulina Ambitiosæ &c. in qua tantum fit sermo de bonis temporalibus pretio æstimabilibus. Diana *p. 10. tr. 14. resol. 21.* ubi Riccius, Palaus, Antonel. Barbos. *de potest. Episcopi p. 3. alleg. 95.* Pellizzar. *in manual. Regular. tom. 2. tr. 6. cap. 8.* contra Pasqualigum, & nonnullos alios.

Hactenus dicta de alienatione bonorum Ecclesiæ, 43
procedunt etiam in locatione, permutatione, transactione, censibus, emphyteusi, unionibus, dismembrationibus, compromissis &c. Turricel. *l. c. lib. 1. & seq.* uti per totam hanc materiam sparsim tetigimus.

§. IV.

Praxis Executionis Beneplaciti Apostolici.

Quia Beneplacitum Apostolicum, di. simode solet 44
concedi, & sub diversis clausulis, & diversæ clausulæ pariunt diversum exequendi modum; ideo ordine procedendo, singuli pertractari debent,

Et primo quidem Beneplacitum, semper solet conce- 45
di cum clausula; *si in evidentem &c.* & ideo quædam pro delegato cum tali clausula veniunt adnotanda, quæ ab eodem observari debeant, ad vitandas nullitates: cum enim certum sit, Delegatum, si fines mandati excedat, nihil agere, & ejusdem acta subjacere nullitati- *cap. per tuas de arbitr. cap. cum dilecto de rescr. cap. 1. de Off. Deleg.* Ferret. *cons. 248.* Riccius *in prax. resol. 109. & in praxi alien. p. 1. res. 102.* Farinac. *decis. 430.* Ciarlin. *contr. for. lib. 1. cap. 8.* Seraphin. *decis 1307.* Durand. *decis. 205. & 250. & 397.* Merlin. *decis. 710. & 624. & 676.* Turricel. *de reb. Eccles. non alien. cap. 9.* Ciarlin. *contr. for. lib. 1. cap. 41.* Ideo in primis debet cavere, ne litteras Apostolicas, seu Beneplacitum exequatur, antequam litteræ sibi fuerint præsentatæ; quia Executor Apostolicus non potest exequi litteras Apostolicas, ante earum præsentationem, & receptionem. Gabr. *de execut. rei jud. concl. 3.* Molin. *de Justit. tr. 3. d. 599.* Garz. *de Benef. p. 6. cap. 2.* apud quem Rot. in una Tridentina. Debent autem litteræ præsentari authentice, originales, vel earum Copia authentica. Ulterius debet observare, ne illas exequatur, postquam jam noverit mortem Pontificis re integra: quia tunc non est gratia facta, sed faciendæ. Uti ultra Gabr. *in suis communib. concl.* & DD. apud eundem, tenet Riccius *in prax. alien. p. 1. resol. 105.* qui citat Peguer. *decis. Cathal. decis. 128.* & Rot. *de Off. Deleg. decis. 12. in nov.* Jas. *in L. morte ff. de jurisd. omn. Jud.* Felin. *in cap. relatum de Offic. Deleg.* Cardin. *in cap. petitisti 7. q. 1.* Sperel. *decis. 166.* Ugol. *de Irregul. lib. 4. cap. 62.* Gig. *de pens. q. 91.* Sayr. *lib. 7. cap. 14.* Guttier. *lib. 1. canon. quæst. cap. 15.* Fontanel. *de pact. nuptial tr. 1. claus. 4. gl. 13. p. 1.* Bonac. *de LL. q. 3. punct. 1. & 7.* & probatur *ex cap. si cui, de præb. in 6.* Gabr. *de præb. concl. 1.* ubi late. Turricel. *l. c. cap. 9.* ubi Rot. Mant. *decis. 41.* Vide etiam Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 28. a n. 30. & 87.* Ubi distinguit inter gratiam factam, & faciendam: ubi etiam quando censeatur gratia facta. Sed contraria quoque opinio non caret suis, & magni nominis patronis. Nam eam defendunt Garz. *de benef. p. 6. cap. 2. a n. 296.* Dian. *Moral. p. 8. tr. 3. resol. 98.* ubi Theolog. Noal. *de transmis. cas. 53.* ubi Rot. qui tamen videtur distinguere cum Sanch. *l. c.* plurescque ponit casus; quæ distinc-

tio

ctio inſervire poteſt pro concordatione textuum, & Doctorum, quod gratia facta non expiret morte concedentis, ſecus facienda. Mantic. *deciſ.* 41. Præterea eſt attendendum, quod delegatus, cui fit commiſſio „ ſi in evidentem &c. debet eſſe conſtitutus in Dignitate Eccleſiaſtica. *Cap. ſtatutum de reſcr. in* 6. Riccius *in prax. alien. p.* 1. *reſol.* 100. Bellon. *conſ.* 8. & Rota apud eundem Riccium, qui id extendunt ad quemcumque executorem litterarum Apoſtolicarum. Sperel. *deciſ.* 167. Sicut etiam, an Beneplacitum fuerit obtentum pro alienatione rerum Eccleſiæ, non facta mentione litis pendentis, vel appellationis interpoſitæ, nam tunc Beneplacitum eſt ſubreptitium. Riccius *in prax. alienat. p.* 1. *reſol.* 74. & apud illum Felin. *in cap. ſuper litteris de reſcript.* Abb. *conſ.* 98. *p.* 1. Roman. *conſ.* 230. Gabr. *de Judic. concl.* 4. Afflict. *deciſ.* 220. Bellam. *deciſ.* 102. & alii. Sicut eſt ſubreptiptium, ſi fuit obtentum pro facienda alienatione in aliquas perſonas, non facta mentione, quod illæ ſint conſanguineæ. Riccius *in prax. emphyt. p.* 3. *reſol.* 160. Quia Delegatur „ Si in evidentem &c. „ poteſt cognoſcere de ſubreptione. *Clem.* 1. *de reſcript. cap. cæterum eod.* Abb. *in cap. ſuper lite etiam eod.* Riccius *in prax. alien. p.* 1. *reſol.* 100.

46 Sed quia ſupra diximus, Delegatum Apoſtolicum „ Si in evidentem &c. „ debere eſſe conſtitutum in dignitate, neceſſarium eſt inveſtigare, an ejuſmodi Delegatus in Dignitate conſtitutus poſſit ſubdelegare perſonis non conſtitutis in Dignitate Eccleſiaſtica? & eſt reſpondendum quod non. Juxta Rotam *de præb. in antiq. deciſ.* 58. Aufrer. *ad Capell. Toloſ. deciſ.* 12. quia eadem ratio viget in utroque caſu; ergo etiam idem Juſ. *L. illud ff. ad L. Aquil.* tum quia ſubdelegatio eſt vera delegatio, & ab illa non differt, niſi, quod ſubdelegatio eſt ſecunda delegatio: ergo quod fuit diſpoſitum in *d. cap. ſtatutum*, convenit omni delegationi, tam primæ, quam ſecundæ, ergo etiam ſubdelegationi. Riccius in *prax. cauſ. deleg. p.* 1. *reſol.* 430. vide infra in verb. *Delegatus & Executor.*

47 Delegatus ergo cum clauſula „ Si in evidentem „ debet, & tenetur dictam clauſulam examinare, & probare, ſeu verificare, aliter excederet fines mandati, & ſic nulla foret alienatio exinde ſecuta. Quia vero diverſimode poteſt illa clauſula probari, judicialiter ſcilicet, & extrajudicialiter: ideo qua via Delegato ſit incedendum, remanet inquirendum. Cum ergo hoc dependeat a verbis reſcripti, quod ſtricte eſt interpretandum, & non extendendum ultra expreſſa. Riccius *in prax. alien. reſol.* 120. ſed ad unguem ſunt reſervanda reſcripta. Rot. *de procur. in noviſ. deciſ.* 13. *& diverſor. deciſ.* 8. *p.* 1. Bald. *in cap.* 1. *an agnat.* Decius *conſ.* 142. & Gaſp. Theſaur. *deciſ.* 3. ideo diverſas formas reſcriptorum ſubjungemus, & modum procedendi, vel exequendi juxta illas.

48 Si ergo in Beneplacito Apoſtolico fuit injunctum Executori, ut proceſſum formaret, & legitime inquireret ſuper evidente utilitate, ante executionem alienationis neceſſario eſt præmittenda cognitio cauſæ, aliter alienatio laboraret vitio nullitatis. Merlin. *deciſ.* 702. *a num.* 42. Turricel. *de reb. Eccleſ. non alien. cap.* 10. *num.* 12. quia tenor litterarum Apoſtolicarum ad unguem eſt ſervandus. Rot. *p.* 1. *recen. deciſ.* 624. *& diverſ. p.* 4. *deciſ.* 189. Merlin. *loc. cit.* Boſſ. *de alienat. rer. Eccleſ. n.* 223. Cavaler. *deciſ.* 215. Turricel. *loc. cit. num.* 1. *& 2.* apud quem Rot. Idem dic: ſi in litteris adeſt clauſula „ Vocatis vocandis „ vel „ ſi tibi conſtiterit „ quæ clauſulæ important, & requirunt cauſæ cognitionem, & proceſſum. Rot. *deciſ.* 624. *p.* 1. *rec.* & poſt Cencium de cenſib. *deciſ.* 36. Rubeus *in ſuis ſingul. de alien. rer Eccleſ. obſ.* 3. §. 1. *& deciſ.* 275. Riccius *in prax. reſol.* 510. *p.* 3. Et quod clauſula „ Si tibi conſtiterit „ ſicut „ Vocatis vocandis „ importet proceſſum, & cauſæ cognitionem, habet Merlin. *loc. cit.* Riccius *in prax. clauſ. p.* 3. *reſ.* 98. Mareſcot. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 1. *num.* 80. ubi Rota, quod etiam procedit in clauſula „ Servatis ſervandis „ quia hæc clauſula æquipollet clauſulæ „ Vocatis „ vocandis „ Rot. *deciſ.* 209. *&* 350. Durand. *deciſ.* 238. Idem dic de clauſula „ Super quo conſcientiam „ tuam oneramus „ nam licet hæc clauſula de per ſe ſumpta non obliget niſi ad extrajudicialem cognitionem, ſeu informationem, juxta Put. *deciſ.* 140. Merlin. *deciſ.* 702. qui ex Bal. admonet conſcientiam, non ex capite tantum Judicis, ſed ex utero legis regulandam. Cavaler. *deciſ.* 10. Quod etiam dicitur de clauſula „ *Arbitrio tuo* „ & „ *prout tibi videtur* „ quæ priori æquipollet, tamen ſi iſtæ clauſulæ ſunt junctæ cum clauſula „ Vocatis vocandis „ ab illa regulantur: ſufficit tamen, vi clauſulæ „ Vocatis vocandis „ per citationem generalem vocari intereſſe prætendentes, niſi intereſſe prætendentes eſſent certi. Turricel. *l. ſup. c. cap.* 10. uti Rector &c. qui tamen non eſſet citandus, ſi Summ. Pontifici ſupplicavit. Quando vero in Beneplacito nulla ex ſupra ſcriptis clauſulis adeſt, poteſt executor ſe informare extrajudicialiter ſuper veritate narratorum, ſi nullus adeſt contradictor, quæ tamen extrajudicialis informatio non tollit citationem partis, licet unica tunc citatio ſufficiat. Creſcen. *de privileg. deciſ.* 12. & alii apud Turricel. *d. cap.* 10. *num.* 21.

Sed quid ſi in executione appareat evidenter de uti- 49
litate, licet non fuerint ſervatæ clauſulæ reſcripti, valebitne executio? R. affirmative. Rot. *deciſ.* 651. *p.* 1. *& dec.* 178. *p.* 2. *diverſ. & dec.* 577. *p.* 1. *rec. num.* 10. apud Turricel. *loc. cit.* Duran. *deciſ.* 225. quia finis talis reſcripti eſt utilitas Eccleſiæ evidens, quam unice Papa intendit, nec aliud curat. Seraphin. *deciſ.* 480. *&* 1125. *&* 1338. quod tamen non nude eſt accipiendum, ſed cum temperamento, ſcilicet: ut prædicta procedant, ut a principio gratia non fuerit nulla, vel ſubreptitia, uti ſi utilitas Eccleſiæ non proveniat ex cauſa narrata, ſed ex alia æquipollenti, non vero in ordine ad hoc, ut forma præſcripta in reſcripto non ſit ſervanda. Duran. *deciſ.* 225. Idem dic: ſi forma fuit præſcripta, ut conſtet de utilitate; tunc enim per æquipollens ſervari poteſt. Put. *deciſ.* 252 *&* 246. Unde ſi de Eccleſiæ evidenti utilitate aliunde conſtet, eſt ſuperflua formæ preſcriptæ executio, cum ſufficienter menti Pontificis fuerit ſatisfactum. Rot. apud Rub. *in ſuis ſingul. de alien. rer. Eccleſ. obſ.* 4. §. 5. Turricel. *de reb. Eccleſ. non alien. cap.* 10. *a n.* 29. *verſ. Item.*

Extra hos caſus, & regulariter loquendo, alienatio 50
facta, non ſervata forma præſcripta in Beneplacito Apoſtolico, nullius eſſet valoris. Verall. *deciſ.* 250. Ottobon. *deciſ.* 153. Merlin. *ſæpe cit. deciſ.* 702. *&* 887. Hinc ſi Pontifex dedit licentiam alienandi pro centum ſcutis, & fuit exceſſum, alienatio non valet. Rot. *deciſ.* 430. *p.* 2. *rec.* ſecus ſi minus fuit alienatum, quia dans facultatem ad id, quod eſt plus, cenſetur etiam dediſſe ad id, quod eſt minus. Seraphin. *deciſ.* 401. Hinc nulla etiam foret alienatio, ſi Pontifex mandaſſet bona exprimi, & ab executore non fuerunt expreſſa. Riccius *in prax. reſol.* 519. Merlin. 887. Turricel. *n.* 4. ſic nulla quoque evadit illa alienatio, cujus pretium Pontifex mandavit inveſtiri, & fuit habita fides de pretio. Durand. *deciſ.* 205. Turricel. *l. c. cap.* 10. Et ſic ſi tempus in litteris fuit adjectum, temporis expreſſio, ſeu adjectio, ſtat taxative.

Porro cum Beneplacitum, uti ſupra dicebamus, ſo- 51
leat expediri cum clauſula „ Si in evidentem „ & teſtium receptio deſuper committatur. Rot. *deciſ.* 716. *p.* 1. *& deciſ.* 160. Durand. *deciſ.* 150. Turricel. *l. c. cap.* 7. de ejuſmodi teſtium, ac probationum receptione, debet aliunde conſtare, quam ex Prælati aſſertione. *L. minorum Cod. de præd. min.* Rot. *deciſ.* 160. Cavaler. *deciſ.* 215. Merlin. *deciſ.* 887. Durand. *deciſ.* 250. & de tali obſervatione debet conſtare apud acta, & receptio teſtium, ac probationum requirit proceſſum, & telam judiciariam: niſi in reſcripto „ Si in evidentem „ derogetur Paulinæ, & Commiſſariis detur facultas extrajudicialiter ſe informandi. Abb. *conſ.* 41. *lib.* 1. vel niſi Papa alicui ſimpliciter committat, ut ſe informet, ſecus ſi addat „ per receptionem teſtium vel probatio- „ num „ aut „ Juris Ordine ſervato, vel „ ſecundum „ formam Paulinæ. „ Turricel. *l. c. cap.* 7. *per tot.* apud quem Rota *deciſ.* 716. *p.* 1. *& deciſ.* 160. *diverſ.* Durand. *deciſ.* 150. Merlin. *deciſ.* 887. & alii ſup. cit. Rot. poſt Cencium *de Cenſib. deciſ.* 336. *&* 36. Cavaler. *deciſ.* 439.

Et quia Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione ſup- 52
plet omnes, & quaſcumque ſolennitates requiſitas a Jure, (non tamen cauſæ) uti ſupra dicebamus. Seraphin. *deciſ.* 338. *&* 1080. *&* 1307. Turricel. *loc. cit. cap.* 9. Abb. *conſ.* 41. *lib.* 1. Rot. apud Coccin. *deciſ.* 391. *&* 374. Merlin. *deciſ.* 775. dummodo concurrant poteſtas alienandi, & veritas cauſæ expreſſæ. Rot. *deciſ.* 2. *de confirm. util.*

vel

vel inutil. in novis. & decis. 430. *p.* 1. *rec.* & Beneplacitum non sit subreptitium. Rot. *p.* 2. *diverf. decis.* 65. *& p.* 7. *recen. decis.* 94. apud Merlin. *decis.* 702. nisi adesset evidens utilitas Ecclesiæ, quia tunc subreptio non vitiaret. Seraphin. *decis.* 1174. Merlin. *decis.* 710. Turricel. *loc. cit. cap.* 9. vide etiam quæ supra diximus. Ideo eadem alienatio facta cum Beneplacito, etiam præsumpto tantum, contra prohibitionem fundatoris valet, non obstante quacumque prohibitione. Turricel. *loc. cit.* ubi Rot. *decis.* 114. Dummodo Pontifici fuerit narrata prohibitio alienationis facta a fundatore; quia alias hoc Beneplacitum, esset sub- vel obreptitium. Bene tamen verum est, uti mox supra, & alias diximus, quod, si ex actis constet de evidente ejusmodi alienationis utilitate, valet alienatio, non obstante subreptione Beneplaciti resultante ex taciturnitate prohibitionis factæ a testatore, seu fundatore. Cassad. *de præb. decis.* 12. Turricel. *l. c.* nisi tamen fundator prohibuisset alienationem etiam in melius, uti potuisset: cum hæc conditio non sit iniqua, vel inhonesta, aut turpis, & fundator possit apponere quascumque conditiones a Jure non reprobatas. Rot. *d. decis.* 114.

53 Utilitas vero debet considerari tantum de tempore factæ & perfectæ alienationis, seu de tempore præsenti: quia quando alienatio fit ex causa utilitatis, non sufficit illam fuisse utiliter cœptam, sed insuper est necessarium Ecclesiam alienantem fieri locupletiorem. Rot. *decis.* 65. & 178. & apud Rubeum *in suis singul. de reb. Eccles. non alien. obs.* 8. §. 10. Turricel. *l. c. cap.* 16. *num.* 18. aliter, licet contractus factus cum utilitate putativa valeat, tamen constito de læsione, Ecclesia restituetur in integrum. Coccin. *decis.* 445. Turricel. *l. c. & cap.* 29. apud quem Burat. *decis.* 774. Ciarlin. *contr. for. cap.* 135. Sperel *decis.* 154. Barb. *de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 30. *n.* 15. Limita, si alienatio fuit facta ex causa necessitatis; tunc enim sufficit, quod fuerit utiliter cœpta; qualemcumque deinde sortiatur effectum. ita Rot. apud Turricel. *l. c. cap.* 16. & DD. cit.

54 Quod vero ab initio hujus praxis ultimæ, ex ipsa Paulina diximus, alienantem sine Beneplacito Apostolico, incurrere in censuras, venit ampliandum, illas ab alienante non evitari pœnas dictæ Paulinæ, licet alienaverit reservato Beneplacito Apostolico, & non aliter, secuta tamen traditione ante dictum Beneplacitum: Riccius *in prax. alien. p.* 1. *resol.* 53. nisi eadem protestatio fuerit repetita etiam in ipsa traditione. Turricel. *l. c. cap.* 12. ubi Rota *decis.* 275. quia alias protestatio esset contraria facto. Franch. *decis.* 267. Curt. *de feud. p.* 4. *q.* 20. *num.* 112. Grammat. *decis.* 49. uti etiam declaravit Clem. VIII. teste Riccio *loc. cit.*

Claudamus hunc tractatum ipsa praxi, vel methodo exequendi ejusmodi Beneplacitum Apostolicum „ si in „ evidentem „ 55

Primo ergo solet porrigi supplex libellus S. Congregationi Cardinal. Concil. Trid. in quo narratur desiderium alienandi aliquem fundum pro evidente ejusdem utilitate, & specificatur, in quo consistat dicta utilitas; cui libello supplici, solet subnecti signatura ejusdem Sac. Congr. juxta quam committitur Ordinario, quatenus existentibus veris narratis, licentiam concedat &c. 56

Præsentatis litteris, Ordinarius, quamvis possit se extrajudicialiter informare de veritate utilitatis, & illa comperta, dare consensum nomine Sedis Apostolicæ, tamen ad majorem cautelam, facit examinari testes super veritate narratorum, & conficit processum, nullo alio vocato, vel citato, quia non adest ulla clausula, ut supponitur, id requirens. 57

Comparet ergo principalis, vel procurator pro ipso, munitus legitimo mandato, & instat, ut Ordinarius velit aperire litteras, & agere juxta sibi commissa, qui facit Decretum offerens easdem litteras exequi juxta sibi mandata, & propterea, mandat expediri delegationem in personam Domini N. (si testes sunt in remotis) ad recipiendum testes, & eosdem examinandos pro verificanda juxta Decretum Sac. Congr. utilitate evidente Ecclesiæ. Litterarum vero delegatorialium formam, habes supra, una cum instructione, ad quam te remitto. Vel melius poterit concipi aliter dicta delegatio, ut practicatur, cum insertione litterarum Sac. Congregationis, & in illis etiam addi instructio Interrogatorium, super quibus debeant examinari testes, & formatum processum ad executorem transmittere oportebit. Propterea ejusdem delegationis, & instructionis formulam si subjunxerim, non inutile erit ad faciliorem, & expeditiorem praxin eorum, quæ præmisimus. 58

Forma Delegationis.

NOS &c. Executor ad infra scripta specialiter deputatus. Nob. & Admodum Rev. nobis in Christo dilecte: Pro parte admodum Rev. D. N. N. de loco N. præsentatus nobis fuit supplex libellus Sac. Congr. Eminentiss. Card. Concil. Trid. Interp. porrectus, una cum Decreto ad illum, tenoris subsequentis. (hic inseritur tenor libelli, & post illum tenor Decreti) Nos itaque cupientes præfatum Decretum exequi, D. V. de cujus sufficientia, experientia, & dexteritate plurimum confidimus, subdelegandam duximus, prout harum tenore subdelegamus, eandem requirendo, ut super expressis in dicto libello, servatis servandis se informet testium examine coram Notario legali recepto, & eorum depositionem suo sub sigillo nobis transmittat, ad effectum opportune deliberandi super ejusdem Decreti executione. In quorum &c. Datum &c.

Interogatoria vero regulariter sunt eadem, quæ supra tradidimus; quia tamen debent regulari secundum narrativam precum, quæ est verificanda, ideo ex illa debebunt desumi. Uti si fuit narratum, fundos, propter inundationem, vel propter torrentem vicinum, esse destructos, & egere reparatione tali, cui Ecclesia par esse non possit, debebit verificari per testes, quod destructio sit talis, & egeat tali reparatione, & quod Ecclesia par non sit, illi faciendæ; & ejusmodi.

Executor, acceptis testium depositionibus, si invenerit preces veritate niti, devenit ad executionem, & dat licentiam alienandi &c. ad normam Decreti Sac. Congr. in eum ferme, qui sequitur, modum.

N. N. tanquam specialiter delegatus, & Executor deputatus ab Eminentiss. DD. Cardinalibus S. Congr. Concil. Trid. Interpret. reverenter accepta, & visa delegatione prædicta, una cum testium, jussu suæ Illustrissimæ & Reverendissimæ Dominationis examinatorum servatis servandis, legitima depositione, eaque mature considerata & ponderata, quandoquidem ex eadem in supplici libello eidem S. Congregat. &c. pro parte N. N. porrecto contenta, veritate niti compererit, ac propterea per eos prætensum contractum, in ejusdem Ecclesiæ evidentem utilitatem vergere, ideo prædicto N. N. petitam facultatem concessit, & concedit &c. Actum, & publicatum die &c. Mensis &c. Indictione &c. Pontificatus &c. S. D. N. D. N. Papæ &c. anno ejusdem &c. in loco N. præsentibus in testes specialiter adhibitis. N. N.

ALIMENTA.

Praxis alimentorum.

§. I.

Quis alere teneatur?

1 Pater tenetur alere filios, jure naturali, quia alimenta denegans, dicitur necare. *L. necare ff. de liber. agnosc. cap. jus naturale dist.* 1. & non valet statutum in contrarium, neque pactum, neque consuetudo, neque lex Principis, neque juramentum, quia esset vinculum iniquitatis, & jus naturale, ac gentium, est fortius potestate Principis. Pasqual. *de patr. pot. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 4. apud quem alii. Ampliatur etiam ad filium emancipatum; licet enim habeatur pro mortuo, & non sit sub patria potestate, secundum *L. Gallus ff. de liber. & posthum.* quia hæc obligatio oritur ex jure naturali sanguinis, non patriæ potestatis, & emancipatio non tollit jus naturale & sanguinis. *L. jure sanguinis ff. de Reg. Jur.* Ampliatur, licet filius invito patre, matrimonium contraxisset, quia pœnam non meretur, quod fit lege permittente, non obstante statuto, vel pacto in contrarium, quia sunt contra bonos mores. Dec. *cons.* 231. *& in L. nuptias ff. de Reg. Jur.* Alex. *cons.* 1. *num.* 44. Surd. *de alim. q.* 6. *tit.* 1. Abb. *cons.* 12. Ampliatur etiam ad filium, qui fuit factus Monachus, sed postmodum exivit quacumque ex causa. Surd. *loc. cit. q.* 7. etiam ad legitimatum. Surd. *loc. cit. q.* 8. Ampliatur quarto, ut etiam filium bannitum alere teneatur, nisi hic esset hostis patriæ. Surd. *l. c. q.* 3. Pasqual. *de patr. potes. p.* 2. *cap.* 3. *a num.* 8. ubi Pratus Capon. *disc. for. cap.* 26. Ampl. quinto ad filios naturales, imo & spurios. Surd. *l. c. q.* 9. *&* 10. *cap. cum haberet in fin. de eo qui duxit in uxor. quam polluit per adult.* ubi Abbas. Covar. *de sponsal. p.* 2. *cap.* 8. § 6. *a n.* 1. Mant. *de conjectur. lib.* 8. *tit.* 5. *n.* 2. Menoch. *de præsum. lib.* 1. *q.* 35. *n.* 13. & quidem de jure Canonico in utroque foro; neque valet dispositio patris in contrarium. Gabriel. *l. inf. cit.* ubi quod hæc æquitas Canonica sit servanda etiam in terris Imperii. Ut per plures apud illum. Quidquid sit de Jure Civili. Sexto, ad filiam etiam spuriam, quam tenetur dotare, quia dos succedit loco alimentorum. DD. mox citati. & Paleot. *de noth. & spur. cap.* 49. Gab. *aliment. concl.* 1. Ampliatur ulterius ad Patrem spiritualem. Surd. *de alimen. q.* 11. quia fortius est vinculum cognationis spiritualis, quam carnalis.

2 Limit. I. quoad patrem adoptantem, qui, secundum communiorem, non tenetur alere adoptivum. Fachin. *lib.* 12. *contr. Jur. cap.* 60. *L. pen. Cod. de adopt.* Specul. *tit. qui filii sint legit. tit.* 19. Lambertin. *de jurepatr. lib.* 3. *q.* 3. *art.* 6. *n.* 15. Contrarium tamen tenet Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 2.

3 Limit. II. quod filio denegantur alimenta ex omnibus causis, ob quas potest exhæredari *gloss. in L. si quis ff. de liber. agnos.* Bart. *in L. divus ff. ad L. Pompejam de parricid. & in tit. de aliment. num.* 11. Abb. *in cap. cum haberet, de eo qui duxit in uxor. quam pol. per adult.* Bald. novel. *in L.* 1. *n.* 149. *ff. solut. matr.* Covar. *de spons. p.* 2. *cap.* 8. §. 6. *num.* 17. Qui tamen limitat, quod non possint negari illa alimenta, quæ sunt præcise necessaria in subsidium vitæ, excepta causa ingratitudinis, in quo ultimo casu omnimoda denegatio non esset iniqua. Gomez *de testam. cap.* 11. *n.* 13. causæ vero exhæredandi possunt videri apud Covar. *in cap. Rainutius n.* 9. *de testam.* Gomez *l. c.* Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 1. Hinc filio hæretico, possunt denegari alimenta. DD. *in cap. quintavallis de jurejur.* ubi Abb. Sic etiam filiæ hæreticæ, potest denegari dos. *L. cognovimus Cod. de hæret.* Bal. novel. *de dote p.* 6. *special.* 16. Surd. *l. c. q.* 2. *nu.* 6. nam si ingratitudo tollit, quod naturali jure debetur. Bald. *in L. fin. Cod. de dot. promis.* Surd. *l. c.* multo magis hæresis. Sic excommunicato denegantur alimenta, ne causa alimentorum differat redire ad pœnitentiam. Limita tamen quoad alimenta hæretico deneganda, si etiam ipse alere debens, esset hæreticus, vel infidelis. Sic etiam filio, qui est hostis patriæ, denegantur alimenta. Surd. *l. c. q.* 3. quia hostis patriæ, potest a Patre impune occidi. *L. minime ff. de relig. & sumpt. fun.* Nell. *de Bannit. p.* 1. *q.* 48. *n.* 48. sicut & reus læsæ Majestatis in Principem.

Limit. III. quod filiæ, quæ peccavit in corpus, denegantur alimenta, quia potest exhæredari. Specul. *in tit. qui fil. sint legit.* §. 1. *n.* 16. Campegius *de dot. p.* 1. *q.* 13. Bal. *in L. fin. Cod. de dot. prom.* apud Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 4. Licet etiam pater esset luxuriosus, & meretricator, quia major exigitur castitas in fœminis, quam in maribus. Surd. *loc. cit.* Fulgos. *in auth. sed si post Cod. de inoff. test.* Covar. *de sponsal. p.* 2. *cap.* 7. §. 6. *num.* 5. quod tamen non procedit in matre meretrice, quæ non potest privare filiam alimentis, ob impudicos mores: quia nihil Judæus Judæo. *L. in arenam Cod. de inoff. test.* ubi Bart. nisi mater esset correcta. Surd. *loc. cit. num.* 12. Idem dic, si filia egit pœnitentiam: quia hæc abstergit omnem maculam. *Cap. ferrum dist.* 50. Abb. & Butr. *in cap. quintaval. de jurejur. cap. inter opera de sponsal.* imo sufficit, quod velit redire ad meliorem frugem: quia tunc debet dotari, ut nubendo, retrahatur a meretricio. Juxta *d. cap. inter opera.* Campeg. *de dot. p.* 1. *q.* 13. *in fin.* Surd. *loc. cit* Neque amittit dotem, vel alimenta filia, si tantum uni se subjecit, & non pluribus. Et probatur *ex L. si filiam Cod. de inoff. testam.* Abb. *in cap. cum decorum de vit. & honest. cler. & in cap. inter opera de sponsal.* Idem intellige, si peccavit in corpus suum post viginti quinque annos suæ ætatis. Quod tamen uni se subjiciens, non dicatur privanda dote, juxta mox dicta, habet suos contradictores. Vide Surd. *loc. cit. post num.* 34. *vers. hæc opinio:* quia licet talis non sit infamis, est tamen turpis persona. 4

Sed quid si filius portionem suam, propria culpa dissipavit, teneturne pater illum alere? R. affirmative secundum communiorem DD. apud Surd. *loc. cit. tit.* 7. *q.* 5. *n.* 8. & Specul. *in tit. qui fil. sint legit.* §. *fin. n.* 12. *&* 16. Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 3. *q.* 3. *principal.* 6. *n.* 13. Licet Surd. teneat, quod tantum titulo eleemosynæ teneatur. *n.* 11. Dec. *in cap. quæ in Eccles. de constit. n.* 36. Covar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 9. 5

Quid si filius potest se ipsum alere? R. juste tali denegari a Patre alimenta: non tantum si potest vivere ex suis bonis, sed etiam ex suis operis: neque dotat filiam, quæ potest se ipsam dotare. Abb. & Butr. *in cap. cum haberet de eo, qui dux. in matr. quam pol. per adult.* Abb. *in cap. suam de Simon. n.* 10. & alii apud Surd. *loc. cit. cap.* 6. *n.* 1. *& seqq.* quamvis, quoad filiam dotandam, contrarium teneat *num.* 11. Limita si esset filio indecorum operari, vel artem exercere. Limita secundo, si ex bonis, vel arte, non posset habere alimenta sufficientia. DD. apud Surd. *loc. cit. a num.* 12. Quando vero filius dicatur posse se ipsum alere, relinquitur Judicis arbitrio. Surd. *loc. cit. d. cap.* 6. 6

Sed, ubi sunt præstanda alimenta? R. in domo alere debentis, non extra: nam extra nemo tenetur, neque Pater, neque Maritus. *gloss. in cap. significasti de divort.* Surd. *loc. cit. q.* 7. *& tit.* 4. *q.* 16. nisi subsit legitima causa illa petendi extra domum. Vide etiam d. Surd. *in quæst.* 14. *&* 15. *tit.* 4. 7

Quid si Pater ipse egeat? R. non teneri. *L. pen. ff. de liber. agnosc.* quia ordinata charitas, incipit a se ipso. *L. præses Cod. de serv.* & tantum tenetur alere secundum suas vires. 8

Secundo, & principaliter, tenetur Avus paternus alere nepotem ex filio, & dotare neptem ex eodem: quia pater non tantum tenetur alere filium, sed etiam onera filii sustinere. Paleot. *de not. & spur. cap.* 47. *num.* 6. sive pater vivat, sive sit mortuus. DD. apud Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 12. Lupus *in cap. per vestras de don. inter vir. & uxor.* §. 24. Cravet. *cons.* 219. *n.* 1. Natta *cons.* 363. *n.* 5. Ampl. etiam ad nepotem spurium ex filio legitimo. Covar. *de sponsal. p.* 2. *cap.* 8. §. 6. *n.* 16. Surd. *loc. cit. q.* 12. Ampl. II. etiam ad nepotes legitimos & naturales ex filio spurio, & illegitimo. *cap. cum haberent, de eo, qui dux. in uxor. quam pol. per adult.* quia nomine liberorum, veniunt etiam nepotes. *L. liberorum ff. de Verb. sign.* Rol. *cons.* 54. *n.* 62. Paleot. *de not. & spur. cap.* 47. *n.* 6. Surd. *l. c. q.* 13. quidquid sit in fideicommissis, & aliis dispositionibus, de quibus vide Cyriacum *contr.* 8. Limita in nepote legitimo ex filio incestuoso, cui nihil relinqui potest, exceptis alimentis. Vid. DD. mox cit. Limita etiam in avo materno. Surd. *loc. c. q.* 16. 9

Tertio alere tenetur mater intra triennium, lactando filium, *L. pen. Cod. de patr. potes.* Glos. *in L. alimenta vers.* 10

vers. materna Cod. de neg. gest. Glos. *in d. cap. cum haberet.* Paleot. *de not. & spur. cap.* 48. Surd. *l. c. q.* 14. Ampliatur etiam ad filium spurium. Abb. *in d. cap. cum haberet. n.* 9. quia spurii de Jur. Canon. quoad alimenta redacti sunt ad instar legitimorum. Ampl. insuper etiam post triennium in subsidium patris. Surd. *l. c. q.* 14. *num.* 9. Campeg. *de dot. p.* 1. *q.* 22. Covar. *de sponsal. p.* 2. *cap.* 8. §. 6. *num.* 13. Ampl. tertio, ut mater infidelis teneatur alere filium fidelem. DD. cit. & Surd. *loc. cit. num.* 18. Ampl. quarto ad filios naturales, cum pater sit incertus, mater vero certa. Abb. *in d. cap. cum haberet.* Specul. *in tit. qui fil. sint legit.* §. 1. *n.* 17. Covar. *loc. cit. cap.* 8. §. *n.* 13. Surd. *loc. cit. n.* 11.

11 Quarto, filius alit patrem, etiam infidelem, & Judæum, non quidem ratione patriæ potestatis, a qua est liber, sed ratione naturalis charitatis. *cap. si qui, dist.* 30. Surd. *de alim. q.* 18. *tit.* 1. Ampl. I. quoad excommunicatum: nam licet pater non teneatur alere filium excommunicatum, id tamen non habet locum in filio, licet alias correlativorum eadem sit ratio. *L. non tantum ff. de re jud.* Surd. *l. c. q.* 19. qui tamen *num.* 14. credit id demum procedere dum pater est in extrema necessitate, cum sit in sua facultate se liberare ab excommunicatione. Et ratio est: quia magis obligatur filius erga patrem, quam pater erga filium, & alimenta sunt magis debita patri, quam filio, qui habet esse a Patre. *cap. Moyses* 32. *q.* 2. *cap. nasci* 55. *dist. cap. mulier dist.* 86. Surd. *l. c. n.* 9. Ampl. II. ad filium spurium; item ad spiritualem: nam sicut pater spiritualis debet alere filium spiritualem, ita econtra, & hic militat regula correlativorum. Apl. III. ad matrem, quam filius alere tenetur. Surd. *l. c. q.* 22. Specul. *in §. qui fil. sint legit. n.* 35. Campeg. *de dot. p.* 1. *q.* 21. Idem dic de filiis naturalibus. DD. mox cit.

12 Porro obligatio alendi filios juxta dicta, transit ad hæredes patris, & respective etiam ad hæredes filiorum. *L. si quis a liberis §. item rescriptum ff. de liber. agnosc.* Menoch. *de præs. lib.* 1. *q.* 35. *n.* 14. sermo est de hæredibus extraneis apud Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 23. & 24. ratio vero est: quia hæres repræsentat defunctum. *L. si hæreditatem ff. mandati. L. quoties Cod. de hæred. instit.* & non debet esse melioris conditionis. *L. in his, §. non debet. ff. de Reg. Jur.* DD. apud Bonac. *in Decalog. d.* 6. *q. un. punct.* 5. *n.* 7. Covar. *p.* 2. *cap.* 8. §. 6. *a n.* 14.

13 Quinto, tenetur frater alere fratrem, vel sororem in subsidium, & potest a Judice cogi. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 25. Rot. apud Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 83. *n.* 40. Pasqual. *de patr. potest. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 55. Imo tenetur subministrare litis expensas, pro consecutione suæ partis, si est pauper, & non constat de malo jure petentis. Eccles. *obser. for. obs.* 10. Rot. apud Merlin. *decis.* 497. Tenetur autem alere sororem in domo testatoris, donec nubat, nisi subsit causa in contrarium arbitrio Judicis; ut si adsit turpitudinis suspicio, vel sævitia hæredis &c. Menoch. *de arbitr. cas.* 170. *n.* 12. & 14. Surd. *l. c. tit.* 4. *q.* 15. *n.* 44. Paiatel. *expedit. & annot.* 73. Ampliatur etiam ad Sororem uterinam. Campeg. *de dote p.* 1. *q.* 23. Item ad fratrem Clericum de Bonis Ecclesiæ. Juxta *cap.* 1. *de empt. & vend.* Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 25. quia magis quam alii tenetur ad opera charitatis, licet soror esset dotata, si nondum nupsit. Sut *ut sup. q.* 26.

14 Sexto, Consanguinei tenentur invicem se alere. *cap. cum quidam de jurejur.* ubi Bal. & Felin. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 28.

Hactenus egimus de iis, qui Jure sanguinis alere tenentur: jam videndum, quinam ex contractu, vel quasi, teneantur. Et

15 Primo: Monasterium tenetur alere filios egenos patris ingressi Monasterium: quia onus alendi, transit ad hæredes. Abb. *in cap. transmissæ n.* 6. *qui fil. sint legit.* Felin. *in cap. in præsentia de prob.* Idem si filius fuit ingressus, & reliquit patrem egenum. Surd. *l. c. q.* 29. quod ampliatur etiam ad filios spurios.

16 Secundo Usufructuarius omnium bonorum hæreditatis, eos alit, quos pater alere tenebatur. *L. Imper. in ff. ad Trebel.* Surd. *l. c. q.* 30. *n.* 3.

17 Tertio, Fiscus de bonis confiscatis, alit filios condemnati etiam in vim læsæ Majestatis, & hæresis. Quia bona patris, sunt pro alimentis filiorum obligata. Decius *cons.* 376. Lupus *in cap. per vestras num.* 15. *de donat. inter vir. & uxor.* Tum quia habetur pro hærede tam in oneribus, quam in honoribus. *L.* 2. *Cod. de vi publ. L. inter ff. de fidejus.* §. *fin.* Clar. *in* §. *fin. q.* 78. *num.* 23. & *seqq.* Ampliatur, quod teneatur etiam ad dotandum. Bald. *in L. fin. Cod. de dot. promiss.* Gigas *de crim. læs. lib.* 3. *cap.* 15. quamvis in contrarium inclinet Surd. *l. c. q.* 31. cui adhæret Farinac. *in prax. tit.* 1. *p.* 1. *de delict. & pæn. q.* 24. Peregrin. *de Jur. Fis. lib.* 5. *tit.* 1. cum agitur de crimine læsæ Majestatis humanæ, & divinæ.

Quarto: Maritus alit uxorem. *L. si quis per uxor. ff. de donat. inter vir. & uxor. L. si cum dotem ff. solut. matr.* Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 32. sive habet aliunde, sive non: dummodo sit sana, & inserviat marito. Vide DD. apud Surd. *l. c.* Ampl. I. quod tenetur alere uxorem, quam duxit sine dote, vel sine illius promissione. Innoc. *in cap. per vestras de donat. inter vir. & uxor.* Specul. *in tit. qui fil. sint legit.* §. 1. *num.* 28. Surd. *l. c. n.* 11. Ampl. II. si dos illius periit casu fortuito, & sine culpa uxoris *d. L. si cum dotem.* 23. §. *si maritus.* ibi. *quid enim tam humanum est, quam fortuitis casibus mulieris, maritum, vel uxorem viri participem esse?* Sanch. *de matr. lib.* 9. *disp.* 5. *n.* 10. Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 19. & 21. Bonac. *in Decalog. d.* 6. *q. un. punct.* 7. Ampl. III. licet fructus dotis non sufficerent, si uxor est sana. Gl. *in d. L. si cum dotem.* Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 32. *num.* 16. Ampl. IV. licet uxor non sit in obsequio mariti, & hoc culpa ipsius mariti: quia tunc per uxorem non stat, quo minus inserviat marito; uti si ob sævitiem, vel adulterium mariti non est in obsequio. Thesaur. *decis.* 130. Surd. *loc. cit. q.* 32. Sperel. *decis.* 138. *n.* 38. Pasqual. *de patr. potest. p.* 3. *cap.* 4. *n.* 24. Limita, si maritus re integra bene tractat uxorem, vel repetit, & culpa mariti fuit purgata, uxor vero non vult redire; tunc enim ultima mulieris culpa attenditur. Sanch. *de matrim. lib.* 9. *disp.* 5. Sperel. *l. c.* Farin. *de delict. carn. quæst.* 143. Surd. *l. c. quæst.* 32. *n.* 32. Sic etiam uxori seorsim habitanti a marito non debentur alimenta a viro etiam ex fructibus dotis ipsius, quamvis lis pendeat super sævitia viri, seu super separatione thori, aut dissolutione matrimonii, si recessit propria auctoritate; secus, si auctore Judice. Ita Afflict. *dec.* 10. *n.* 1, Marsil. *in L.* 1. §. *cum quis latrones. nu.* 8. *ff. de quæst.* apud Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 83. *n.* 66. & 67. ubi Rot. Ampl. V. quando uxor discessit a domo mariti absque propria, vel mariti culpa: tunc enim maritus, si habet dotem, tenetur alere secundum dotis fructus, & quantitatem. Surd. *l. c. tit.* 1. *quæst.* 32. *n.* 33. Et sic 18

Limita, si uxor est infirma, ita ut non possit servire marito; quia tunc discedens a domo est alenda a marito, quatenus suppetunt dotis fructus. *L. cum unusquisque. ff. de aliment.* & melius *in L. si cum dotem.* §. *si autem in fin. ff. solut. matr.* Surd. *l. c. quæst.* 33. *n.* 7. & 13. ubi DD. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 16. *gloss.* 2. *p.* 3. *n.* 65. Si vero fructus dotis non sufficiunt, an teneatur integre alere, vide Surd. *l. c. an.* 14. Pasqual. *de patr. pot. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 80. Si autem infirmitas non retrahat uxorem ab obsequiis mariti, debet eam integre alere, si tamen maneat in obsequio mariti. Surd. *d. quæs.* 33. *a num.* 1. Sed si uxor infirma habet aliunde bona, quidquid, consumptis fructibus dotalibus, supereat, debet de suo supplere. De quo vide Surd. *l. c. a num.* 14. ubi etiam quando uxor habet patrem, vel fratres divites. 19

Præterea maritus, qui longa uxoris infirmitate fecit expensas ultra exiguam dotem uxoris, si est inops, potest ea retinere tempore restitutionis dotis. Gasp. Thesaur. *quæst. for.* 52. *p.* 1. Pasqual. *de patr. potest. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 78. 20

Econtra, etiam uxor præstat alimenta marito inopi, si illa est dives. *L. si cum dotem. ff. sol. matr.* Surd. *l. c. q.* 35. Sanch. *de matr. lib.* 9. *disp.* 4. Bonac. *in Decalog. d.* 6. *q. un. punct.* 7. *num.* 11. nisi maritus sit hostis patriæ, licet esse bannitus, vel excommunicatus. Surd. *loc. cit. num.* 15. 21

Hinc etiam Monasterium alit maritum ejus, quæ de consensu est ingressa monasterium, si maritus sit pauper. Licet Surd. *loc. cit.* teneat contrarium, quasi sibi debeat imputare, quod dederit consensum. Quem vide *quæst.* 37. 22

Quæ dicta sunt de marito alere debente uxorem, limitantur, si dotem promissam maritus consequi non potest, nisi indotatam duxisset, quia tunc personam pro dote accepisse præsumitur. Innoc. *in cap. per vestras de donat. inter vir. & uxor.* & alii apud Sperel. *decis.* 138. 23

num.

n. 80. Imo poteſt illam expellere, non tamen propria authoritate, ſed Judicis; quia non poteſt eſſe Judex in propria cauſa. *L. ne quis in ſua cauſa & cap. cum veniſſent de Judic.* Covar. *de matrim. cap. 7. p. 2. in pr.* Surd. *de alim. tit. 7. q. 17. n. 11.* Gratian. *diſcept. for. c. 65.* Sperel. *d. deciſ. 138.* Bal. novel. *de dote p. 6. privileg. 43.* aliter debet cogi ad recipiendum, ut ſuæ poſſeſſioni reſtituatur. *cap. ex tranſmiſſa de reſtit. ſpol. & cap. porro ubi DD. de divort.* Quod tamen in tali caſu non poſſit uxor expelli e domo, etiam Judicis auctoritate, ſed tantum Judicem curare debere, ut dos promiſſa ſolvatur, defendit Covarruvias *d. part. 2. de ſponſ. cap. 7. n. 2. verſ. unde id verum*; ex quo maritus, & uxor teneantur jure naturali, & divino ſimul cohabitare; ibique contraria reſolvit.

24 Concluſio, quod maritus teneatur alere uxorem, tranſit etiam ad ejus hæredes, intra annum luctus, quia non debent eſſe melioris conditionis, quam maritus. *L. maritum ff. ſol. matr. L. mortuo reo ff. fidejuſſor.* Tum quia dos infra annum lucius eſt apud hæredes. *L. 2. ff. de alim. & cibar.* Surd. *l. c. q. 44.* niſi vidua aliunde habeat alimenta. Covar. *de ſponſal. p. 2. c. 3. §. 9. n. 9.* Lupus *de uſur. comment. 1. §. 4. n. 86.* Surd. *de alim. titul. 1. q. 44.* Ampliatur, ut etiam poſt annum hæredes teneantur alere viduam, quando eſt indotata, & non habet alimenta. DD. apud Surd. *l. c. q. 45. n. 27.*

25 Quinto: ſocer præſtat alimenta nurui, & econtra, ſi aliunde non habent; quia pater tenetur non tantum filium alere, ſed etiam ejus onera portare. Covar. *de ſponſal. part. 2. cap. 8. §. 6. verſ. tertio n. 5.* & nurus eſt habenda loco filiæ. Menoch. *de arbitr. caſ. 348. n. 14.* licet dos fuerit amiſſa a filio. Surd. *de alim. tit. 1. q. 38. & 39.*

26 Sexto. Privignus alit novercam, ſi eſt hæres mariti, vel ſi non eſt hæres, eſt tamen dives, ne cum opprobrio mariti teneatur mendicare; quia alimenta debentur, quibus debetur reverentia. Covar. *de ſponſ. p. 2. cap. 6. §. 10. num. 6.* ubi dicit: quod ea loco matris ſit, ita ut cum illa matrimonium contrahere nequeat. Surd. *l. c. q. 40.* Vitricus tamen privignum non alit. Surd. *l. c. q. 41.*

27 Septimo: Tutori debentur a pupillo alimenta, dum conficit inventarium, vel facit iter, ſi eſt pauper. Surd. *de alim. tit. 1. q. 47.*

28 Octavo. Donatarius omnium bonorum alit donatorem pauperem, vide Clar. *in §. donatio q. 21. n. 3.* Surd. *l. c. q. 48.* juxta quos ob negata alimenta poſſet donatio revocari.

29 Nono: Diſcipulus alit Magiſtrum pauperem; quia eidem reverentia debetur, & habetur loco patris. *Cap. nonnullis de Magiſtr.* Innoc. *in cap. 1. eod.* Surd. *l. c. q. 53.* Rol. *conſ. 5.*

30 Decimo: Eccleſia alit patronum pauperem, & dote perempta, dummodo probetur ſumma paupertas, hoc eſt, in ſenſu morali. Riccius *in prax. p. 3. reſ. 277.* Licet eſſet excommunicatus, etiam lite pendente ſuper jurepatronatus. Item *reſol. 284.* Tuſc. *litt. P. concl. 137.* Ciar. *cap. 209.* Antonell. *de Regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 6. §. 12.* dummodo Juſpatronatus deſcendat a fundatione, & non aliter. Ventrigl. *de Jurepatr. annot. 1. §. 4.* Surd. *de alim. tit. 1. q. 54. & 161. n. 17.* Lambertin. *de Jurepatr. lib. 3. q. 3. art. 6.* debentur hæc alimenta deductis expenſis. Limit. in Univerſitate patrona, cui non debentur alimenta. DD. *ſup. cit.*

31 Undecimo. Dominus Vaſallo, & econtra, ſub ditis & econtra, alimenta præſtant. DD. apud Surdum. *l. c. q. 56. & 57.*

32 Duodecimo: Concionatori debentur alimenta a populo. Sed contrarium in Praxi Concionatoris.

33 Decimotertio. Teſtes aluntur a producente, & Inquiſitores ex officio, a fiſco. Surd. *loc. cit. tit. 1. qu. 62.* Sicut etiam Judex, & Notarius, ubi accedunt ad examinandos teſtes. Surd. *l. c. q. 63.* ſicut etiam Epiſcopo Viſitanti, vel Viſitatori. Surd. *q. 64.* & Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 3. de reform.* Ricc. *in prax. procurationis p. 4. reſol. 148.* Pax Jord. *de re Benef. lib. 7. tit. 18.* ubi late de hac materia.

34 Decimoquarto: Obſides, & Carcerati, ſi ſunt inopes, ab illis alantur, qui illos dederunt, & reſpective incarcerari fecerunt. Surd. *l. cit. tit. 1. qu. 69.*

35 Decimoquinto animal depoſitum alitur a deponente, & pignoratum a Domino. Surd. *qu. 70.*

Decimoſexto: Confugientes ad Eccleſiam aluntur ab Eccleſia, ſi propriis bonis, aut laboribus ſe ſuſtentare non poſſint. Covar. *lib. 2. var. reſ. cap. 20. n. 17. verſ. trigeſimoprimo.* Clar. *in §. fin. quæſt. 30. num. 21.* apud Surd. *quæſt. 73.* & ſi propria bona habeant, impediri non poteſt, ne alimenta in Eccleſiam afferantur. Covar. *l. c.* 36

Decimoſeptimo: milites aluntur a Republica. Surd. *quæſt. 76.* Et infantes expoſiti a populo, vel ab Eccleſia. Idem *quæſt. 81.* Et pauperes alendi ſunt a divitibus, ſaltem in foro animæ. Surd. *quæſt. 90.* Abb. *in cap. cum cauſam, de elect.* 37

§. II.

Alimenta an debeantur pendente lite?

Pro primo Reſp. affirmative, ſi filius ſit in quaſi poſſeſſione filiationis. Paſqual. *de patr. poteſt. part. 2. cap. 2. n. 7.* Sylvat. *lib. 1. conſ. 27.* Surd. *l. c. quæſt. 112. num. 3.* Menoch. *de præſ. lib. 1. quæſt. 35. num. 3.* apud quem, & apud Covar. vide, qualiter probetur filiationis quaſi poſſeſſio. *part. 2. de ſponſ. cap. 8. §. 3. n. 1.* Alciat. *de præſump. reg. 3. præſ. 38.* Gabr. *lib. 1. de præſump. concl. 14.* Maſcard. *de prob. concl. 789.* vide Surd. *de alim. tit. 1. quæſt. 112. ad 117.* 38

Ita maritus tenetur alere uxorem, & ſubminiſtrare litis expenſas pendente lite ſuper divortio (modo non diſceſſerit propria auctoritate, ut ſup. *n. 18.*) vel alia ex cauſa ſecum litigantem. Surd. *quæſt. 118.* Sperel. *dec. 138. poſt n. 46.* ubi etiam *n. 109.* quod Judex Eccleſiaſticus, coram quo hæc lis pendet, ſit etiam Judex alimentorum ratione incidentiæ &c. ſicut etiam ratione expenſarum. 39

Ita Monaſterium debet alere Monachum ſecum litigantem. Surd. *l. c. quæſt. 121.* Sperel. *l. c. num. 54.* Paſqual. *l. c.* ubi Pratus *part. 3. cap. 4.* Menoch. *de præſ. l. 1. quæſt. 35.* 40

Ita etiam Dominus ſervum ſecum litigantem, uti etiam Vaſallum. Menoch. *loc. cit.* Surd. *ut ſup. quæſt. 122.* 41

Sed quid ſi alens pendente lite, per modum proviſionis cauſam vincat, repetitne alimenta præſtita? Reſp. negative. Surd. *loc. cit. quæſt. 124.* Covar. *pract. quæſt. capit. 6.* Menoch. *loc. cit.* Lancellot. *de attent. part. 2. cap. 4. limit. 11. num. 27.* quamvis Covar. *l. c.* verius judicet *num. 7.* hæc alimenta actori non aliter decerni, niſi data ab eodem idonea cautione de eis reſtituendis in caſum ſuccumbentiæ, ne pauperes invitentur ad temere litigandum. 42

§. III.

Alimenta qualiter petantur?

Quæ debentur ex diſpoſitione Juris, petuntur officio Judicis: quia pro talibus alimentis non datur obligatio: qua deficiente, deficit actio. Surd. *de alim. tit. 3. q. 1.* datur enim tantum naturalis ratio præſcribens alimenta. 43

Quando vero alimenta ſuccedunt loco legitimæ, vel dotis, tunc datur actio, & jure actionis petuntur: quia ſubrogatum induit naturam ejus, cui ſubrogatur. vide Surd. *loc. cit. q. 1. & 2.* Uxor tamen a marito petit alimenta Judicis officio: quia judicium alimentorum eſt ſeparatum a Judicio dotis. Surd. *l. c. q. 2. n. 7.* contra Neguſant. & alios. 44

Alimenta vero, quæ debentur vel ex contractu, aut quaſi, vel ex ſtatuto, petuntur jure actionis. Surd. *tit. 3. a q. 1.* 45

§. IV.

Quæ veniant nomine alimentorum, & quanto tempore debeantur?

Alimentorum nomine veniunt ea, ſine quibus corpus humanum ſuſtentari non poteſt. Surd. *de aliment. tit. 4. q. 1.* ubi communiter DD. uti cibaria, veſtes, habitatio &c. Surd. *l. c.* Menoch. *de arbitr. caſ. 170. num. 28. & 29.* Simon de Præt. *de interp. ult. vol. lib. 4. diſp. 11.* Sicut etiam medicinæ, expenſæ pro magiſtris, lectus equi pro ſtatus conditione. 46

47 Porro obligatio alendi durat usque ad mortem alimentarii, nisi ante se indignum reddidisset. Abb. *in cap. litteras de restit. spol.* Surd. *tit.* 4. *q.* 29. uti si filius, vel &c. nollet operari, dum sine dedecore potest. Surd. & Abb. *l. c.* vel alimenta relicta fuissent in testamento ad majus, vel minus tempus. Surd. *loc. cit. q.* 1. *tit.* 5.

48 Alimenta præteriti temporis possunt peti, quando debentur jure actionis, uti ex contractu, vel ultima voluntate. *L. libertis.* ubi Bart. *ff. de aliment.* Felin. *in cap. ex parte de accusat.* Surd. *l. c. tit.* 5. *q.* 1. *num.* 43. & alii apud Sperel. *decis.* 138. *num.* 40. secus, si uti a lege debita Judicis Officio petuntur: tunc enim alimentarius, si aliunde vixit, nec contraxit debita, alimenta præterita non petit. Surd. apud Sperel. *loc. cit.* quia alimenta, quæ debentur ex Judicis Officio ob legis dispositionem, non debentur, nisi in subsidium *L. si quis a liber. ff. de liber. agnosc.* Surd. & alii cit. Maresc. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 83. *n.* 6. & 7.

49 Alimenta præstita ab eo, qui alere non tenetur, repeti possunt; quia animus donandi non præsumitur, sed potius fatuitas, etiam inter consanguineos. Quod tamen limitatur, si fuerunt præstita pauperi: tunc enim præsumitur animus donandi. *L. alimenta. Cod. de alim.* & si sunt modica. Abb. *in cap. si quæstiones num.* 3. *de simin.* Monach. *de præs. lib.* 3. *præs.* 30. & 33. Surd. *de aliment. tit.* 6. *q.* 1. qui tamen *n.* 21. verius judicat, quod in dubio alimenta videantur donata etiam non pauperi, vide etiam Menoch. *l. c. præs.* 31. Sic alimenta præstita a matre, cum non tenebatur, censentur præstita pietatis officio, non animo repetendi. DD. apud Tranched. *cons.* 38. Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 31. *num.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 12. nisi contraria adesset conjectura, uti si sunt diuturna, licet data pauperi. Menoch. *de arbitr. cas.* 88. Mascard. *de probat. concl.* 76. Mant. *l. c.* Cyriac. *contr. for. cap.* 480. Tusc. *litt. A. concl.* 301. Surd. *de alim. tit.* 6. *q.* 1. & plura in casibus particularibus, uti mariti, uxoris, patris, filii, fratris, & consanguineorum, vid. Surd. *l. c. tot. tit.* 6.

§. V.

Alimenta, a quo Judice petenda?

50 Causa alimentorum est pia, & potest tractari coram Judice Ecclesiastico, & Laico. Bart. *in L. solent. ff. de aliment.* Lupus *in cap. per vestras de donat. inter vir. & uxor.* Gratian. *discep. for. cap.* 60. & 154. *num.* 11. Barb. *de Offic. Epis. p.* 3. *alleg.* 82. Ciarlin. *contr. for. cap.* 56. & suspendit causam principalem. Maresc. *var. resol. lib.* 2. *caq.* 83. *num.* 8. etiamsi opponatur quod alimenta sint illiquida: nam tunc deberet saltem fieri depositum pro illorum cautione. Maresc. *l. c.* ubi Rot. & ita est mixti fori, & datur locus præventioni; modo petantur pro paupere, secus si pro divite. *cap. significantibus de Offic. Deleg.* Barb. *l. c.* & DD. sup. *cit.* Covar. *de sponsal. p.* 2. *cap.* 8. §. 8. *num.* 6. Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 1. & 2. Diana *Moral. p.* 1. *tr.* 2. *resol.* 85.

ALTARE.

Praxis Altaris, ejusdem erectionis, & Consecrationis.

Altare, est locus sacer, vel ara, super qua sacrificium Deo offertur. Aliud est firmum, aliud portatile. 1
Altare debet esse lapideum, & quidem portatile debet esse ex unico lapide, non ex pluribus simul unitis. Altare vero firmum non consecratum, potest esse ligneum, eo quod superponatur Altare portatile. Pax Jord. *de re sacr. lib.* 5. *tit.* 10. a num. 1. seqq. apud quem Azor. *p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 7.

Altare, non debet construi super sepulchra hominum, 2
& si fuerit super illa, seu unum illorum erectum, non debet consecrari, nec in eo debet Missa celebrari. *cap. non oportet de consecr.* Pax Jord. *loc. cit. num.* 27. ubi Sacr. Congr. Episcoporum. Neque est consecrandum, si in Ecclesia fuit sepultum corpus Pagani.

Altare, ad hoc ut possit erigi, vel consecrari, debet habere competentem dotem arbitrio Episcopi, aliter 3
est destruendum, quæ dos debet inservire pro ornamentis altari, & dotatio debet esse instrumentata, & instrumentum est præsentandum, ac producendum apud Officium spirituale vel in originali, vel alias in authentica forma. Jord. *l. c. an.* 33.

Præterea Ordinarius, in erectione altaris debet obser- 4
vare, ne ejusdem exstructione ullum damnum inferatur Ecclesiæ, uti per rupturam murorum Magistrorum &c.

Quod diximus de dote Altaris assignanda, videtur 5
limitare Pax Jord. *de re sacr. lib.* 5. *tit.* 10. in eo casu, quo erigitur in Ecclesia sufficienter ad hoc dotata, & diviti: In praxi tamen, hoc non obstante, Ordinarii non solent ejusmodi licentias concedere, nisi vel dos fuerit ipsi altari constituta, vel ejus loco aliquid competenter arbitrio Episcopi ipsi Ecclesiæ donatum.

Altare vero dotatum, accedente consensu Episcopi, 6
censetur Beneficium Ecclesiasticum simplex: sine consensu vero, censetur legatum pium. *cap. quæsitum.* 1. *q.* 3. & *cap. recolentes.* apud Pac. Jord. *l. c. an.* 36.

Et quia Altare aliud dicitur majus, aliud laterale; 7
in structura majoris debet observari, quantum fieri potest, ut in orientem respiciat, servata tamen locorum consuetudine. Quoad reliqua vero altaria, ut lateralia, non adest certa regula, sed pro Ecclesiæ commoditate, vel opportunitate, veniunt exstruenda. Plura vide apud Pac. Jordan. *de re sacr. loc. cit.* Et quia altare non potest erigi sine Episcopi consensu; & non ab alio etiam ex ejusdem Episcopi delegatione, non obstante quacumque præscriptione &c. Pax Jord. *loc. cit. a num.* 15. ideo praxin ejusdem consensus trademus, in forma, quæ sequitur.

Forma licentiæ pro Erectione Altaris.

1 NOs &c. Universis, & singulis præsentes visuris, & quibus expedit, notum facimus, quod precibus dilecti nobis in Christo N. N. loci N. Diœcesis N. favorabiliter annuentes, eidem facultatem, & licentiam concessimus, prout per præsentes concedimus, in Ecclesia Sancti N. erigendi novum altare sub invocatione Sancti N. dummodo tamen in eadem erectione facienda nullum damnum inferatur eidem Ecclesiæ quoad ædificium, & non aliter, alias, nec alio modo; ad quem finem deputamus Dominum Parochum N. qui locum invisere habeat, & considerare, ac omnibus diligenter perpensis, quatenus damnum aliquod prævideret, authoritate nostra, vobis inhibere debeat, prout & nos, nunc pro tunc, vobis eo, & tali casu inhibemus, ne ad ulteriora procedere præsumatis, sub pœna excommunicationis &c. usque ad aliam nostram deliberationem. Attenta tamen ejusdem antecedenti dotatione facta, ut ex publico instrumento per N. Notarium rogato, & nobis in forma probante exhibito, tum hac tamen conditione, quod dictum altare in bonam formam, & statum redigatur, & decenter ornetur, ac cum debito decore manuteneatur: prohibentes, ne antequam fuerit consecratum, & absque alia nostra prævia licentia, aliquis in eodem celebrare, vel celebrari facere præsumat, sub pœna excommunicationis &c. & suspensionis a Divinis, respective &c. Committentes propterea omnibus, & singulis, & præcipue D. Parocho, ne supra dictum N. in ejusdem operis perfectione molestent, aut impediant, vel ab aliquo molestari, aut impediri sinant. In quorum &c.

9 Altare, licet fuerit erectum, & decenter ornatum, non eo ipso est tale, ut in ipso possit celebrari, sed debet prius esse consecratum, adeo, ut licet Episcopus possit dispensare, ut celebretur in Ecclesia non consecrata, non potest tamen dispensare, ut celebretur in altari non consecrato. Archid. *in cap. sicut de consecr. dist.* 1. Riecius *in prax. missarum p.* 4. *resol.* 101. Sotus *in* 4. *dist.* 13. *q.* 2. *art.* 3. & patet *ex cap. Presbyter. & cap. concedimus, & cap. altaria de consecr. dist.* 1. Abb. *in rubr. de consecrat. Eccles. vel Altar.*

Si tamen sacerdos ex incuria, vel etiam malitia, in 10
illo celebrasset, remaneret consecratum: ut tenet Diana *p.* 9. *tr.* 7. *resol.* 18. ubi DD. ad eum modum, quo Ecclesia polluta remanet reconciliata, si in illa sacerdos

dos celebravit, ut tenet Riccius *in prax. pollut. resol.* 262. *p.* 3. Diana *p.* 6. *tr.* 6. *resol.* 28. licet contrarium videatur sentire Pax Jord. *de re sacra. lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 69. qui DD. citati etiam tenent, quod talis celebrans non fieret irregularis.

11 Quæ autem cæremoniæ, aut solennitates sint servande in altaris consecratione, vide Pontificale Romanum: Inter cætera vero substantialia est inclusio reliquiarum, ita ut alias consecratio sit nulla judicanda. *cap. placuit, cap. de fabrica de consecrat. dist.* 1. quod procedit tam in altari portatili, quam in firmo; quia ubi Jura non distinguunt, neque nos debemus distinguere. Reliquiæ vero debent esse Sanctorum ab Ecclesia canonizatorum. ita S. Congr. & vide Riccium *loc. cit.* & Pacem Jord. *de re sacra lib.* 5. *tit.* 10. quam sententiam probabiliorem judicat *n.* 21. ex Azor. *p.* 1, *lib.* 10. *cap.* 27. *q.* 5. Fusch. *de visit. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 3. ubi quod contraria non practicetur, contra nonnullos volentes reliquias non esse de necessitate &c. & secundum probabiliorem, debent esse Martyris, neque loco illarum, licet haberi nullatenus possint, est ponendum unquam Corpus Christi. Porro istæ reliquæ debent includi in sepulchro altaris consecrandi ab Episcopo cum chartula, in qua sit descriptus dies, mensis, & annus &c.

12 Qualiter vero altare execretur, tractat pluribus Pax Jordan. *de re sacra. lib.* 5. *tit.* 11. quem vide. *& tit.* 12.

13 Sequitur modo, ut, postquam Episcopus altare consecraverit, vel alius de ejusdem Episcopi licentia, Episcopus consecrans faciat fidem, vel curet expediri litteras patentes, in quibus narret, & testetur, se tali anno, die, & mense &c. consecrasse altare tale, situm in Ecclesia N. loci N. sub invocatione S. N. & quatenus Consecrans non esset Episcopus Diœcesanus, debebit in iisdem litteris inserere „ Ad requisitionem „ seu „ De „ licentia Ordinarii loci attentis ejusdem impedimen„ tis &c. „ ac in eo inclusisse reliquias S. Martyris recognitas, & approbatas in chartula in qua est descriptus dies, mensis, & annus. Quæ litteræ patentes debent dari Rectori Ecclesiæ, vel illi, qui eandem præsentat, seu Patrono altaris, ad perpetuam rei memoriam, & probationem, earumque copia authentica exhiberi Ordinario loci, in cujus Diœcesi situm est altare, vel Ecclesia, in qua illud fuit erectum, ut eadem possit poni facere ad Registrum suæ Cancellariæ spiritualis, vel in Archivium, ut observatur in Episcopatibus bene regulatis: licet sciamus alicubi id etiam negligi, sed parum convenienter.

* Altaris *Portatilis*, seu *Viatici* privilegio gaudent 14
Episcopi, super quo Missam celebrare, vel celebrari facere possunt, etiam extra propriam Diœcesim in Ædibus suæ habitationis, vel in quibus hospitio recipiuntur. Benedict. XIV. Const. *Magno*. §. 5. *

Hic præmissis, sequitur, ut pro praxis complemen- 15
to litterarum patentium formam tradamus, quæ poterunt extendi, vel restringi pro contingentiarum opportunitate.

Forma litterarum de quibus supra.

N Episcopus N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus. Universis, & singulis præsentes visuris, salutem in Domino. Notum facimus, quod nos die, & loco infra scriptis, in Pontificalibus existentes, consecravimus altare, in Ecclesia N. loci N. authoritate nostra Ordinaria erectum, dotatum, & sufficienter ornatum, ad gloriam Omnipotentis Dei, B. Virg. Mariæ. S. S. N. N. in memoriam &c. & in eo inclusimus Reliquias S. S. Martyrum N. N. recognitas, & approbatas in chartula inclusas, in qua diem, mensem, & annum descripsimus &c. ac singulis Christi fidelibus hodie unum annum, & in die anniversario consecrationis hujusmodi ipsum visitantibus, quadraginta dies indulgentiarum, in forma Ecclesiæ consueta, concessimus. In quorum fidem, has fieri jussimus, & sigillo nostro muniri mandavimus. Datum &c.

Quod si anniversarius dies sit impeditus, ita ut commode festum dedicationis, seu consecrationis celebrari non possit, recurritur ad Ordinarium, ut dispensare desuper velit, & concedere, ut alia die possit anniversarium festi dedicationis celebrari, qui mandat eandem licentiam expediri sub forma, quam dabimus in praxi consecrationis Ecclesiæ infra sub Littera E.

ANIMALIA.

Praxis Animalium.

1 Animal vel fera a me vulnerata lethaliter, quam insequor cum spe, & morali certitudine capiendi mea est, non capientis, quia propter vulnus a me inflictum amisit libertatem naturalem, si vero adhuc fugere potest, fit primo capientis, quia tunc ex vulnere a me illato non amisit libertatem. Molina *de Just. & Jur. disp.* 42. quo tamen casu, si meum vulnus fuit causa saltem partialis quod caperetur, debet saltem de æquitate dividi. Lessius *de just. lib.* 1. *dub.* 10. *cap.* 5. Covar. *in reg. peccatum. par.* 2. §. 8. Reginald. & alii apud Bonac. *de restit. disp.* 1. *quæst.* 3. *p.* 7.

2 Animal captum in laqueo meo aut instrumento a me structo, fermo est de feris, aut volucribus, si exinde non potest se eximere, est meum non capientis, vel eximentis, secus si potest se eximere. Molina *d. disp.* 42. Less. *loc. cit. dub.* 11. Bonac. *loc. cit.* Rebbell. *part.* 1. *quæst.* 14. *in prælud. just.* contra Navar. *in man. cap.* 17. Covar. & alios.

3 Animalia, vel feræ, quæ naturalem habent libertatem, fiunt primo occupantis, licet prius fuerunt mansueta, si consuetudinem redeundi amiserunt: secus quæ libertatem naturalem amiserunt. Hinc peccant, qui ad sua columbaria esca traducunt alienas columbas. Lim. quoad eos, qui ponunt bonos cibos pro nutriendis suis columbis, quamvis per accidens attrahantur etiam aliæ columbæ. §. *gallinarum. Instit. de rer. divis.* ubi Oinot. Navar. *in man. cap.* 17. Molina *de Just. disp.* 48. Vasquez *de restit. cap.* 5. Bonac. *de restit. disp.* 1. *quæst.* 3. *p.* 7. Quando vero dicantur amisisse consuetudinem redeundi, aliqui volunt, quod tunc quando ad horas consuetas bis, vel ter non redierunt. Sylvest. *in verb. Inventum. quæst.* 2. Roderiquez *part.* 1. *cap.* 132. Alii si per triduum emanserunt. Azor. *par.* 3. *lib.* 1. *cap.* 13. Alii volunt esse relinquendum arbitrio boni viri. Bonac. *loc. cit.* ubi Molina, Turrianus, & alii. Secundum quos sufficiunt quindecim dies in locis, qui sunt vicini multis domibus.

Animal ad socidam retentum, si pereat, perit rusti- 4
co, nisi sit mortuum naturali morte, vel casu fortuito, & tunc debet ostendi Domino, ut constet de morte & illi pereat. Pajatell. *exped. & annot.* 23. & 48. vide Cyriac. *controv.* 357. & infra *n.* 9.

Animal, si post emptionem infra triduum moriatur, 5
moritur Venditori, quia præsumitur mortem habuisse originem a morbo præcedente contractum. Cabal. *cons.* 179. *lib.* 1. *per totum*. Boer. *dec.* 123. *num.* 12. circa medium. Jos. Ludov. *dec. Perus.* 118. *per totum*. Petrus Pacionus *alleg. civil. & can.* 162. *n.* 6.

Animalium mortem allegans debet illam probare, 6
& quod evenerit absque culpa & dolo. *L. si quis fundum.* 10. §. *Imperator. ff. locati*. Adden. *ad decis. Lucen.* 26. *in* 1. addit. Pacion. *loc. cit. alleg.* 166. *num.* 2. & infra *num.* 10.

Animalium mors tanquam casus fortuitus spectat ad 7
Dominum, non autem ad administratorem. *L. contractus. ff. de reg. Jur.* Rot. *decis.* 540. *p.* 1. *rec. num.* 8.

Animalia subrogata in locum demortuorum non faciunt novum armentum, seu gregem, seu remanent sub antiqua hypotheca, nam dicuntur idem armentum, & ejusdem naturæ, *L. grege*. 13. *juncta glos. in verb. tenebitur*, quæ allegat jura similia. *ff. de pignor.* ubi Odofr. *post med. vers. quia idem grex* & Ang. *in summario, & sub num.* 1. *in* 3. *notab.* Bart. *in L. cum tabernam.* 34. *ante fin. vers. tu dic. ff. de pignor.* apud Rot. *decis.* 566. *num.* 8. *p.* 4. *rec. tom.* 1.

9 Animalium mors, de jure, (ac multo magis ubi adeſt pactum, denunciari debet in tempore eorum Dominio etiam in caſibus fortuitis, ut Dominus dignoſcere poſſit, an ſint mortua ex culpa, vel caſu fortuito. ad tex. *in L. item quæritur. §. exercitu*, & ibi gloſ. *in verb. non denunciavit. ff. locati.* Socin. jun. *conſ. 85. num.* 3. Burſat. *conſ. 11. num. 29. lib. 1. & conſ.* 309. *num.* 11. *lib.* 3. Gratian. *diſc. for. cap.* 354. *num.* 23. Theſaur. *deciſ.* 108. *n.* 1. apud Rot. *deciſ.* 403. *n.* 18. *& 19. p.* 16. *rec.*

10 Animalium mors, quod fuerit ſecuta ſine culpa conductoris, probari debet ab ipſo conductore, quando in judicio eſt actor. Rot. *deciſ.* 359. *p.* 16. *rec.* ita tamen, ut ſi animalia ſint de illis, quæ gregatim paſcuntur, ut ſunt oves, in quibus de facili mortalitas intrat, illorum mors probari poſſit per conjecturas, ſecus vero ſi animalia non ſint de illis, quæ gregatim paſcuntur, ut ſunt equi, boves &c. nam tunc illorum mors concludenter probari debet. Ut diſtinguit Bart. *in L. quod ad præſens. num.* 1. *C. de muri regul. lib.* 11. Caroc. *de loc. & conduct. p.* 4. *tit. de imperitia Caprarii num.* 21. *&* 22. Urſil. ad Afflict. *deciſ.* 160. *n.* 26. & alii apud Rot. *d. deciſ.* 403. *p.* 16. ubi etiam traduntur plures caſus, in quibus mortua dicuntur ob culpam conductoris, ſeu Cuſtodis, aut famuli ipſius conductoris: ubi etiam quod dicti cuſtodes, ſeu famuli ſuper dictorum animalium morte deponentes ex certo morbo, v. g. jecoris infectione, non credatur. Ut reſpondit Rot. *deciſ.* 8. *num.* 12. *& deciſ.* 12. *num.* 11. poſt Pajatel. *expedit. cauſ. civil.* relata a Rot. *in d. deciſ.* 359. *n.* 6. *&* 10. & de materia ubi vide.

ANNATÆ.

Praxis Annatarum.

1 Annata, eſt onus extraordinarium. Tranched. *conſ.* 103. *num.* 22. & eſt media pars fructuum ſolvenda Sedi Apoſtolicæ ab impetrante Beneficium. Gig. *de penſ. q.* 26. Pariſ. *de reſign. Benef. lib.* 10. *q.* 2. ſolvitur etiam ex diſtributionibus, quæ ſubrogatæ ſunt fructibus Beneficii, vel ex quibus ſolvuntur fructus. Bonac. *de hor. Canon. d.* 2. *q.* 7. *punct.* 1. & quidem ſingulis quindecim annis.

2 Qualiter ſolvantur in Germania, vide *Germaniæ Concordata.*

3 Non poſſunt præſcribi, quia ſolvuntur in recognitionem ſupremi dominii. Sylvat. *lib.* 1. *conſ.* 50. Non poſſunt prohiberi a Principibus ſæcularibus, etiam prætextu præſcriptionis, niſi habeant Privilegium, quia debentur de jure Divino. DD. apud Dianam *p.* 7. *tr.* 1. *reſol.* 22.

APPELLATIO.

Praxis Appellationis.

1 Appellatio debet in ſcriptis interponi, ſive ſit a definitiva, vel habente vim definitivæ, etiam extrajudiciali, ſive interlocutoria, aliter non valet, licet Judex illi detulerit; ſive appelletur ex intervallo, ſive in continenti, ſive Judice ſedente pro Tribunali, (ſi loquamur de appellatione ab interlocutoria) ſive non ſedente; niſi ſtatutum adſit, quod in appellatione procedatur ſolennitatibus Juris non ſervatis. Limita in definitivâ, vel quaſi, in qua, Judice ſedente pro Tribunali poteſt viva voce appellari. Dummodo fiat in continenti. Scacc. *de appell. q.* 4. *art.* 1. & ita etiam interpoſita ab interlocutoria ſuſtinetur, ſi Judex a quo, illi detulit. Scaccia *loc. cit.* quem vide.

2 * Appellatio in ſuſpenſivo non admittitur in cauſis, quarum executiõ a Concilio Tridentino demandata eſt Ordinariis, appellatione remota. Benedic. XIV. Conſt. *Ad militantis Eccleſiæ. §.* 5. In his permittitur ſolum recurſus, & appellatio in devolutivo. Ibid. §. 38. Excipe caſus particulares a Judice ſuperiore expendendos in quibus præſcribitur forma concedendi Inhibitiones, nempe in calce literarum cum Inhibitione Canonicam executionem impediente, aut ſuſpendente, ſequens clauſula adjicienda eſt: *Nos enim, attentis Juribus, & ſupplici libello Nobis præſentatis, atque in actis exhibitis, ſic, ut præfertur, inhibendum eſſe, ſpeciali Reſcripto mandavimus:* Alias litteræ ejuſmodi ſine tali clauſula nullam vim inhibendi habent in caſibus prædictis. Ibid. §. 39. Et Notarii non ſervantes prædictam formam infamiam, & inhabilitatem in cauſis Eccleſiaſticis incurrunt, cum pœna pecuniaria quinquaginta ducatorum auri de Camera. Ibid. §. 40. Similiter appellatio a gravamine admitti nequit, niſi probato gravamine non reparabili per definitivam. Ibid. §. 43.

Appellatio ſuſpenſiva, ubi locum non habet, non intelligitur induta per ea, quæ diſpoſita ſunt circa valorem Citationum Cameralium, in Cauſis, potiſſimum, quæ ad Eccleſiaſticam Diſciplinam pertinent. Idem. Conſtit. *Romanæ Curiæ. §.* 14. * 3

4 Quando plures ſunt ſententiæ, non ſufficit unica appellario, ſed tot debent eſſe appellationes, quot ſunt ſententiæ. Scacc. *loc. cit. a.* 3. *num.* 23. & quia appellationis fundamentum eſt gravamen, illud exprimi debet. P. Pirring. *de appellat. tit.* 8. *ſect.* 2. Eccleſia *obſ.* 10. *de appell.* Scacc. *loc. cit. a.* 4. Ciarlin. *cap.* 179. quod procedit in appellatione ab interlocutoria, ſecus a definitiva, Scacc. *loc. cit.* Specul. *tit. de appell. §. qualiter, num.* 2. Abb. *in cap. cum in Eccleſiæ* 38. *de appell. num.* 6. ſic etiam ab interlocutoria habente vim definitivæ, in qua non eſt neceſſaria expreſſio gravaminis. Scacc. *loc. cit. n.* 28. *&* 37. ubi tamen limitat in quatuor cauſis.

5 Appellare poſſunt omnes, qui non prohibentur. Scaccia *loc. cit. q.* 5. prohibentur vero Primo, qui non detulit appellationi ſui adverſarii. Scac. *l. c. num.* 75. dummodo illa appellatio eſſet legitima. Secundo qui renunciavit appellationi. Scac. *num.* 81. *& q.* 17. *limit.* 2. Tertio, cum Judex a quo gravamen revocavit. *cap. ceſſante appell.* ubi DD. Scac. *num.* 117. Quarto Excommunicatus. Idem *l. c. num.* 83. Lancellot. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *limit.* 50. *num.* 15. Quinto Bannitus, tam judicialiter, quam extrajudicialiter. Sexto, contumax verus. Scac. *l. c. q.* 17. *limit.* 3. in ſingulis quidem actis, in quibus eſt contumax: item contumax in citatione ad ſententiam, etiam in ſententiis, quæ non tranſeunt in judicatum. Limita in contumacia procuratoris, quæ principali non nocet: ſicut in muliere, ruſtico, & minore, item in eo, qui non eſt contumax in comparendo, ſed tantum in agendo, nam hic appellare poteſt. Idem dicitur de obſervantia Rotæ, ſecundum quam appellat etiam verus contumax. Item in eo, qui appellavit, & fuit contumax in proſequenda appellatione; quia talis poteſt purgare ſuam contumaciam coram Judice a quo. Scaccia *l. c. q.* 17. *limit.* 3. vide plura infra in verbo *contumacia.*

6 Appellatio debet interponi coram Judice a quo. Lancellor. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *ampl.* 15. *num.* 1. niſi ſubſit juſta cauſa: de qua ibidem. Scaccia *de appell. q.* 6. quia illa appellatio debet eſſe nota, ut ulterius non procedat, & ſi plures Judices tulerunt ſententiam, coram omnibus eſt appellandum. Neque ſufficit appellare in tribunali Judicii, niſi adſit Judex; & ampliatur etiam ad appellationem extrajudicialem, aliter non valet, & nullum operatur effectum, nec ſuſpenſivum, nec devolutivum. vide etiam Eccleſ. *obſ. for.* 1. *de appellat.* Limit. I. ſi non audet appellare ob juſtum, & probabilem metum Judicis: quia tunc poterit appellare coram honeſtis perſonis, præmiſſa proteſtatione, quod non audet appellare coram Judice a quo; dummodo hæc appellatio fiat intra decem dies coram perſona publica, & contineat cauſas metus. Et licet appellans fuerit cauſa metus, adhuc valet talis appellatio, & ſive metus incutiatur a Judice, ſive a partibus, vel earum conſanguineis. II. cum non poteſt haberi copia Judicis a quo. Neque ſufficit appellare coram Judice ad quem, quando poteſt haberi Judex a quo, neque coram honeſtis perſonis, quando poteſt appellari coram judice ad quem. Lancel. ubi ſupra, & Scaccia *l. c. n.* 28. Et quando fuit appellatum coram Judice ad quem, vel honeſtis perſonis, non operatur effectum ſuſpenſivum, niſi appellatio fuerit intimata Judici a quo. Lancell. *loc. cit. ampliat.* 15. Scaccia *n.* 31.

7 Appellatio debet fieri gradatim, non omiſſo medio. Marant. in Specul. *p.* 6. *q.* 5. *n.* 368. Specul. *p.* 3. *de appell. verſ. nunc. a num.* 1. Lancellot. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *ampl.* 21. Eccleſ. *obſ. for.* 5. *de appellat.* Gail. *lib.* 1. *obſ.* 119. Scaccia *l. c. q.* 7. & in dubio præſumitur interpoſita ad Judi-

cem

eem immediate ſuperiorem, vel quando fuit dictum *ad judicem competentem*, vel quando „ *melius de Jure* „ & hoc procedit de utroque jure, aliter appellatio non valet. Limita primo, ſi fuit appellatum ad Papam. Item ſi per errorem, aut ſi pars non opponit, licet error non intervenerit. Bene verum eſt, quod qui ſcienter etiam, appellavit omiſſo medio, tamen poteſt variare, & intra legitima tempora redire ad Judicem competentem proximum, & ad eum appellare; quia alia appellatio fuit nulla, & quod nullum eſt, nullum præſtat impedimentum. Scaccia *loc. cit. num.* 27. Limitatur præterea concluſio principalis, ſi proximus, ad quem erat appellandum, erat excommunicatus, ſuſpenſus, vel hæreticus, aut ſuſpectus. Scaccia *num.* 37. Marant. *loc. cit.* Limit. inſuper in pupillis, & viduis, qui poſſunt appellare omiſſo medio, uti etiam miſerabiles perſonæ. Scaccia *q.* 8. *num.* 113. quo privilegio gaudet etiam mulier nupta, ſed viro inutili. Covar. *pract. quæſt. cap.* 7. *num.* 2. *verſ. eſt & in hoc.* uti ſi vir eſt exul, captus ab hoſtibus &c. vel per divortium ſeparatus; imo hoc privilegio gaudet etiam vidua dives. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 1. *fallent.* 28. *num.* 40. Marchef. *de commiſ. p.* 2. *cap.* 4. etiam pupillus, licet fiat major poſt litem cœptam, gaudet hoc privilegio, ſicut & vidua, licet poſt litem cœptam nuberet. Scaccia *loc. cit. num.* 118. Imo licet vidua, vel alia miſerabilis perſona cœperit Judicium coram Ordinario, adhuc poteſt petere ſe remitti ad Principem. Natt. *conſ.* 590. Scaccia *num.* 120. Et hoc privilegium extenditur ad litis conſortes, licet non ſint miſerabiles. Covar. Marchef. Scaccia *loc. cit.* Dummodo lis non ſit inter ipſas miſerabiles perſonas, quia privilegiatus non utitur privilegio contra ſimiliter privilegiatum. DD. cit. & Scaccia *n.* 128. quo tamen privilegio non gaudet Eccleſia, Univerſitas vel communitas, neque vidua inhoneſta. Scaccia *n.* 130. & 131. Covar. & Marchef. *l. c.* vel quæ occidit maritum, iidem. Scaccia tamen quod dicitur de Eccleſia, limitat in Monaſteriis Monialium.

8 Appellatio a delegato, fit ad delegantem, ſive ſit delegatus a Principe, vel ab alio inferiore. Guidop. *de appell. q.* 32. Scac. *q.* 8. *num.* 15. vide etiam Covar. *pract. quæſt. cap.* 4. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 121. Fachin. *lib.* 1. *q.* 78. Eccleſ. *obſ.* 6. *de appell.* Antonel. *de Regim. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 11. Ab Ordinario, appellatur ad immediate ſuperiorem, non tamen a Vicario Generali ad Epiſcopum. *cap. Romana de appell.* Morant. in Specul. *p.* 6. *art.* 2. *num.* 380. Marchef. *l. c. cap.* 6. *n.* 19. Scaccia *num.* 53. quia habet idem tribunal cum Epiſcopo, non obſtante conſuetudine in contrarium. *cap. non putamus.* 2. *de conſuet. in* 6. etiam in extrajudiciali. Scaccia *num.* 58. quæ tamen intelligenda ſunt, quando Vicarius Generalis procedit uti Judex Ordinarius, ſcilicet in illis cauſis, quæ jure communi, & generali ei conceduntur, ob rationem allegatam, ſecus vero in aliis, quæ in hac generali conceſſione non veniunt, puta Beneficia conferre, ſi ſpecialiter per Epiſcopum Vicario concedantur. ita diſtinguit Antonel. *l. c.* ex Marant. *part.* 4. *diſt.* 5. *num.* 16. Sbrozz. *lib.* 3. *quæſ.* 2. *num.* 20. *& ſeqq.* & ideo a Papa ad Deum appellari non poteſt, quia habet idem cum illo tribunal. DD. apud Scacc. *num.* 62. Neque ad Concilium, quia Eccleſia non poteſt habere duo capita: bene vero a Concilio ad Papam, quia eſt caput Concilii. idem *num.* 64. Diana *p.* 9. *tr.* 7. *reſol.* 96. Bene poteſt appellari a Papa male informato, ad melius informandum. Gabr. *lib.* 2. *concl.* 1. *limit.* 3. *n.* 6. *de appellat.*

9 * Appellatio ab irrationabili judicio Epiſcopi a S. Pio V. permiſſa in devolutivo. Benedic. XIV. Conſt. *Cum illud.* §. 2. Quemadmodum etiam tacite a Concilio Tridentino. Ibid. §. 15. Idem ſervari debet in judicio Epiſcopi ſuper Parochiali liberæ collationis, nempe admitti poteſt appellatio in devolutivo tantum; ſi judicium Epiſcopi inſtituentis ſit conforme judicio Patroni præſentantis. Si vero Epiſcopus poſtponendum cenſuerit eum, quem Patronus Eccleſiaſticus tamquam digniorem præelegerat, hujus appellatio admittitur etiam in ſuſpenſivo. Idem Conſtitu. *Reddita nobis.* Hæc autem appellatio propriis dirigitur regulis, quæ non applicantur appellationi a mala relatione Examinatorum. Ibid. In hujuſmodi vero appellationis judicio, Judex *ad quem* non pronunciet, niſi comperto gravamine, & ſecundum *acta*, tam quoad doctrinam, quam quoad reliqua. Idem Conſti. *Cum illud.* §. 16. In iis autem, quæ Epiſcopus a quo ex informata conſcientia, ipſi revelaverit, omnimodam fidem ei habebit, & ſecreti legem cuſtodiet. Ibid. In hujuſmodi judicio duæ conformes faciunt rem judicatam. Ibid. §. 17.

Appellatio a ſententia lata ſuper nullitate in quacunque inſtantia ſemper ſuſpendit executionem. Bened. XIV. Conſtitu. *Dei miſeratione.* §. 11. Appellatio ab Judicis ſententia jam lata ſuper Matrimonii nullitate non eſt impedienda ullo pacto inter Conjuges; atque hujuſmodi pacta quomodolibet conventa, etiam interpoſito jure jurando approbata, & confirmata, nulla, invalida, nullius roboris, & momenti ſunt; ita ut neque in foro interno, neque externo ſunt obligatoria; & qui ea celebraverint, excommunicationis pœnam ipſo facto incurrunt, a qua non niſi a Romano Pontifice abſolutionem obtinere poteſt. Idem. Conſti. *Nimiam licentiam.* §. 7. 10

Appellatio a ſententia pro nullitate Profeſſionis Regularis prolata, a Defenſore Profeſſionum ad hoc deputando in ſingulis Diœceſibus eſt interponenda, & proſequenda. Benedic. XIV. §. Conſti. *Si datam.* Appellatio ab unica ſententia lata pro nullitate Profeſſionis ſemper ſuſpendit executionem. Et licet non interpoſita fuerit, res non dicitur judicata; nec Profeſſus exire poteſt e Clauſtris. Ibidem. 11

Appellatio in cauſa de damno dato ad eos Judices deferenda, ad quos pertinet aliarum cauſarum criminalium cognitio in ſecunda, & ulterioribus inſtantiis. Benedic. XIV. Conſti. *Inveterata Reipublicæ.* §. 17. 12

Appellantes ad futurum Concilium excomunicantur, & reſpective Interdicto ſubjiciuntur Benedic. XIV. Conſtit. *Paſtoralis Romani Pontificis.* §. 2. Item appellantes a gravamine, vel futura executione Litterarum Apoſtolicarum ad poteſtatem ſæcularem. Ibid. §. 13. * 13

An deferendum ſit appellationi, cognoſcit Judex a quo. Scaccia *q.* 11. *art.* 1. In dubio vero, an appellatio ſit legitima, tenetur Judex a quo illi deferre. Scaccia *loc. cit. num.* 6. & ſufficit, quod ſummarie, parte etiam non citata, cognoſcat. Licet autem non deferat Judex a quo, tamen interim nihil eſt innovandum, niſi eſſet notorium appellationem eſſe nullam, vel injuſtam. D. D. apud Scacciam *loc. cit. num.* 11. ubi Rota. Et an ſpectet ad Judicem ad quem cognoſcere, an appellatio ſit admittenda. vid. Scacciam *loc. cit. art.* 2. diſtinguentem, uti etiam modum procedendi in appellatione *tot. art.* 4. 14

Deſertio appellationis a quo ſit cognoſcenda, & judicanda, controvertitur. R. tres eſſe deſertionis ſpecies. Prima eſt: cum nulla appellatio fuit interpoſita, & ita ſententia tranſivit in judicatum, & in hoc nulla eſt neceſſaria pronunciatio, & ſi eſſet neceſſaria, ſpectaret ad Judicem a quo. Scacc. *loc. cit. art.* 5. *num.* 149. Secunda eſt: quando appellatio fuit interpoſita, ſed intra legitimum tempus non fuit introducta coram Judice ad quem, & ita nec in termino aſſignato a Judice a quo, nec in termino aſſignato a Jure fuit facta proſecutio, & tunc Judex a quo poteſt pronunciare deſertam, poteſt etiam Judex ad quem adiri, ut pronunciet deſertionem, partem in expenſis condemnando. ita Scaccia *d. art.* 5. Ciarl. *contr. for. cap.* 133. Faber. *in Cod. defin.* 14. *tit. de tempor. & repar. appell.* Oſaſc. *deciſ.* 28. Abb. & Franc. *in cap. ex ratione de appell.* ſed quod hæc cognitio ſpectet ad Judicem ad quem, maxime ſi hic inhibuit Judici a quo, tenent Marant. *p.* 6. *de appell.* Gratian. *diſcep. for. cap.* 40. Franch. *in d. cap. ex ratione de appell. in* 6. Eccleſ. *obſ. for.* 7. *de appell.* qui citat Ciarl. propter inhibitionem, & manus appoſitionem. Et ſic reſolvitur tertius caſus, ſive tertia ſpecies deſertionis, quando nempe appellatio fuit quidem introducta coram Judice ad quem, ſed non proſecuta: tunc enim cognitio, & pronuntiatio ſpectat ad Judicem ad quem. ita Scacc. *num.* 151. ſecus, ſi appellatio non fuit introducta, ut eſt ſecundus caſus *DD. citat.* 15

Dicitur autem appellatio deſerta, ſi appellans ſumma vi non fuit niſus, ut cauſa in primo anno terminaretur, niſi evidentiſſimis rationibus oſtendatur legitimum impedimentum; tunc enim datur ei alius annus; debet vero etiam probari impedimentum, non potuiſſe removeri. Vant. *de nullit. ſent. ex defect. juriſd. ord. n.* 166. Menoch. *de arbitr. caſ.* 118. Scacc. *loc. cit. quæſt.* 15. *num.* 34. & 16

34. & 35. Sperel. *dec.* 85. Ciarl. *loc. cit. num.* 24. Mareſc. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 74. Eccleſ. *obſ. for.* 8. *de appell. n.* 8. Pajatel. *exped. & annot.* 98. De æquitate Canonica habet etiam tertium annum. Fachin. *lib.* 1. *cap.* 78. Eccleſ. *obſ. for.* 8. *de appell.* dummodo ſubſit cauſa. Scacc. *l. c. n.* 27. *ſeqq.* Ciarlin. *loc. cit. n.* 4.

17 Deſertio verò cauſæ appellationis in dubio non præſumitur. Ciarlin. *cap.* 133. *n.* 19. & quando dicatur, vide Rot. apud Merlin. *deciſ.* 275. Imo, ut evitetur deſertio, omnis interpretatio capitur. Melin. *deciſ.* 56.

18 Sed quid ſi cum appellatione etiam nullitas principaliter intentata fuit; appellatione deſerta eritne deſerta etiam nullitas? Reſp. negative. Lancellot. *de attent. nullit. pend. p.* 2. *cap.* 17. *num.* 75. Sperel. *deciſ.* 85. *num.* 41. Ciarl. *l. c. n.* 98. & 102. Dummodo de nullitate aperte conſtet: alias ſecus. vide etiam Gail. *lib.* 1. *obſ.* 135. ubi etiam, quod ſublata appellatione, non cenſeatur ſublata nullitas: adeoque reſcriptum Principis cum clauſula *remota appellatione* non tollere nullitatis quæſtionem. ad tex. *in cap. inter cæteras, de ſent. & re jud.* DD. in *cap. paſtoralis, de appellat.* cum hæc ſint duo ſeparata remedia, quorum uno ceſſante, remanet aliud. *de cap. inter cæteras.*

19 Appellatione deſerta, fit executio ſententiæ, nec revocantur attentata; quia perinde eſt, ac ſi nunquam fuiſſet appellatum, & talis deſertio confirmat ſententiam, & auffert juriſdictionem a Judice ad quem. Tuſc. *litt. D. concl.* 223. licet ſuper deſertione nil fuerit pronunciatum, & Judex ad quem nullam habet juriſdictionem in meritis. Eccleſ. *obſ. for.* 9. *de appell.* Gail. *lib.* 1. *obſ.* 137. Ciarlin. *loc. cit.* Et Judex a quo poteſt exequi ſententiam etiam appellante non citato. Lancellot. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *ampl.* 1. *num.* 39. Ciarlin. tamen *loc. cit. num.* 66. cum Marant. contrarium tenet, cui adſtipulatur Scacc. *quæſ.* 11. *n.* 167. niſi deſerta fuiſſet ob non interpoſitam appellationem.

20 Appellatio debet interponi intra decem dies a die intimatæ ſententiæ. *auth. hodie. C. de appell.* Eccleſ. *obſ. for.* 1. *de appell. cap. præterea eod. cap. quod ad conſultationem, de re jud.* vide etiam Lancellot. *d. cap.* 12. *limit.* 50. *a n.* 46. ubi ampliat, & limitat.

21 Tempus vero appellandi currit de momento in momentum. Scacc. *quæſt.* 12. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 139. Si vero pars fuit perſonaliter citata ad ſententiam, tunc tempus currit a die latæ ſententiæ, ſi hæc fuit lata in termino citationis. Rot. apud Scacc. *l. c. num.* 9. ſecus, ſi tantum fuit citata ad domum. DD. apud Scacc. *l. c. n.* 13. tunc enim currit a die habitæ notitiæ non tantum ſententiæ, ſed etiam gravaminis, ita ut notitia ſententiæ ſola non ſufficiat. Scacc. & Eccleſ. *l. c.* Et ſufficit ſcientia procuratoris, qui ſi non ſit ſolvendo, principalis reſtituitur in integrum. Gail. & Scacc. *loc. cit.* apud quos alii. Lim. primo in gravamine ſucceſſivo, ut & in carceratione. Lancel. *lim.* 50. *num.* 147. *ſeq.* ubi ampliat, & limitat. Scacc. *loc. cit.* Limit. ſecundo in comminatione, & præceptis factis abſque cauſæ cognitione. DD. *cit.* & individualiter Scaccia *num.* 159. *ſeq.* Uti etiam in interlocutoria lata abſque cauſæ cognitione, cum non tranſeant in rem judicatam. Lim. tertio, in tertio intervenient ad cauſam pro ſuo intereſſe, qui poteſt appellare intra decem dies a die habitæ notitiæ. Lancellot. *l. c. d. limit.* 50. *n.* 185. Scacc. *ut ſup. num.* 154. *quæſt.* 12. Limita quarto in paupere, qui ob paupertatem non potuit appellare intra decendium. Guidopap. *de appell. quæſt.* 15. Scacc. *n.* 163. Lancellot. *l. c. n.* 60. qui tamen declarat id procedere in appellatione in ſcriptis, cum requiratur aliqua impenſa, ſecus in appellatione, quæ fit viva voce, *& limit.* 50. *n.* 132. *ſeq.* Caſſad. *dec.* 6. *de appell.* Limita quinto in criminalibus; quia, ne innocens puniatur, tertius poteſt appellare quandocumque, Scacc. *n.* 171. qui tamen *n.* 172. tenet contrarium.

22 Tempus interponendæ appellationis non poteſt a Judice minui, nec augeri, ſicut nec a partibus. Lancel. *l. c. limit.* 50. *n.* 85. ubi quod appellatio poſt. 10. dies non valeat etiam de conſenſu partium. Scacc. *quæſt.* 14. *n.* 216. & 219. Tempus vero introducendæ, poſt a Judice ad quem prorogari ex cauſa, dummodo prorogatio fuerit petita ante lapſum fatalium: ſicut etiam minui. Scacc. *q.* 15. *art.* 10. *num.* 188. *ſeqq.* Gail. *obſ.* 140. Oſaſc. *dec.* 28.

23 Appellans debet petere Apoſtolos. *cap. ab eo.* 6. *de appel. in* 6. quia ſunt pars appellationis. Marant. in ſpecul. *p.* 6. *act.* 2. *n.* 417. Caſſad. *dec.* 8. *de appell.* Lancellot. *l. c. limit.* 50. *n.* 214. *ſeqq.* Scacc. *quæſt.* 13. *art.* 3. Et ſi intra terminos juris illos non petit, videtur renunciaſſe appellationi. DD. *mox cit.* & eſt præſumptio juris, & de jure. Et non tantum ſemel, ſed ſæpius debet petere inſtantiſſime. *d. cap. ab eo.* Lancell. & Scacc. *l. c.* ut Judici debitus deferatur honor; ſufficit tamen, quod unico contextu plures fiant inſtantiæ. Rot. & Caſſad. apud Scacc. *l. c.* Limita, ſi Judex a quo ſtatim detulit appellationi, & aſſignavit terminum ad proſequendum: tunc enim non eſt neceſſe petere tot inſtantiis Apoſtolos. Porro dicti Apoſtoli ſunt etiam petendi in appellatione ab interlocutoria. Scacc. *n.* 31. ſicut etiam in appellatione extrajudiciali, ſcilicet a Judice procedente extrajudicialiter. Debent peti intra 30. dies. DD. apud Scacc. *art.* 4.

Porro appellans debet proſequi ſuam appellationem in- 24
tra tempus a Jure præfixum, aliter fit deſerta: quod quidem tempus a Judice non poteſt prorogari. Scacc. *quæſt.* 15. *n.* 214. declara, ut *nu.* 19. *ſeqq.* Eccleſia tamen *obſervat.* 4. *de appellat.* id fieri poſſe affirmat a Judice ad quem: imo quod etiam Judex a quo illud abbreviare poſſit ex magna cauſa, ſaltem ad inchoandam proſecutionem. A partibus tamen prorogari poteſt. DD. *in cap. ex ratione, de appellat.* Marant. in Specul. *part.* 6. *de appellat. n.* 236. Oſaſc. *deciſ.* 28. Theſaur. *deciſ.* 244. Faber. *in Cod. tit. de tempor. appellat. def.* 2. Gail. *obſ.* 141. Tiraquel. *de tretract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 10. *num.* 32. In qua tamen prorogatione non ſufficit tacitus partium conſenſus: nec poteſt procurator prorogare ſine mandato ſpeciali. Scaccia *n.* 212. Eccleſ. *l. c. n.* 11. *ſeq.*

Et licet impedito non currant fatalia, tamen impe- 25
dimentum probari debet ab appellante. vid. Scacc. *l. c.* 29
art. 4. qualiter vero debeat probari, vide apud Abb. *in d. cap. ex ratione q.* 4. *de appell. in* 6. Maſcard. *de prob. concl.* 885. imo etiam proteſtari, per ſe non ſtare. Sperel. *deciſ.* 85. *num.* 21. *ſeqq.* Ciarlin. *cap.* 133. *n.* 92. Gail. *obſ.* 143. Theſ. *deciſ.* 10. Et quod impedimentum probari poſſit per juramentum appellantis inſpecta cauſa, & perſonæ qualitate, tenet Eccleſ. *obſ.* 3. *de appell. n.* 7.

Fatalia incipiunt currere a die interpoſitæ appellatio- 26
nis. *cap ex parte* 12. *de reſcr. Clem. ſicut de appellat.* Marant. in Specul. *p.* 6. *actu* 2. *n.* 228. Lancellot. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. apud Scacciam *l. c. cap.* 15. *art.* 7. *n.* 162. & lapſo primo fatali ſcilicet primi anni, ſi appellans fecit omnem diligentiam, ut cauſa terminaretur, non tranſit ſententia in judicatam, ſed requiritur etiam lapſus ſecundi fatalis, ſecundi nimirum anni. Felin. *in cap. ex parte de reſcript.* Oſaſch. *deciſ.* 28. Marant. *loc. cit.* Scaccia *art.* 8. ſi vero non fecit diligentiam, ſed ſolum appellavit, præſentavit commiſſionem, & nil aliud per annum fecit, tranſit in judicatam poſt lapſum primi fatalis; ſicque concordat opiniones alias contrarias.

Quæritur, an impeditus debeat proteſtari, alias illi 27
currant fatalia? R. ſi impedimentum eſt ex facto Judicis, adverſarii, vel Legis municipalis, requiri proteſtationem: ſi vero impedimentum eſt ex parte appellantis, uti infirmitas, vel juſta abſentia, niſi poſſit ſuppleri per procuratorem, tunc excuſat abſque proteſtatione: idem dic, ſi impedimentum oritur ob aeris intemperiem, periculum maris, vel itineris, non eſt neceſſaria proteſtatio, quamvis quando ſtat per Judicem, non eſſe neceſſariam proteſtationem, ſi hoc eſt notorium, teneant DD. & Rot. quam ſequitur Scaccia *art.* 9. ubi late. & DD. ſup. *cit. in num.* 18. & ſignanter Sperel. *d. deciſ.* 85. *a num.* 33. *ſeqq.* ubi limitat.

Appellari poteſt a quolibet Judice. Scacc. *q.* 16. *num.* 28
1. Excipe. I. quia a Principe ſuperiorem non cognoſcente, non datur appellatio, uti nec a Pontifice, nec ab Imperatore, niſi ſententia contineret manifeſtam iniquitatem, quia tunc ab Imperatore appellaretur ad Papam, qui ratione peccati eſſet Judex competens. Guidop. *de appell. concl.* 7. Scacc. *loc. cit. limit.* 1. *num.* 126. Neque a Concilio generali. Scacc. *limit.* 2. *q.* 16. Neque a ſortis Judicio; quia fortuna, quæ eſt Deus, non habet ſuperiorem. Marant. in Specul. *p.* 6. *act.* 2. *n.* 257. Scaccia *l. c. limit.* 6. Capon. *d. for.* 112. Faber. *in Codicem tit. commun. divid. defin.* 4. & ita a diviſione per ſortes facta, non datur appellatio. Scaccia *l. c. num.* 2. Rebuff. *de appel. art.* 3. *gl. un. num.* 6. Marant. *l. c.* Limita, niſi contineret magnam læſionem, & quidem enormem,

mem, vel ultra dimidium, quia tunc potest revocari per restitutionem in integrum. Ubald. *de duob. fratr. p.* 11. Oddo & alii apud Ciarlin. *contr. for. cap.* 118. *num.* 25. *seqq.* ubi ampliat, & limitat Tusc. *litt. D. concl.* 530. Fachin. *lib.* 8. *contr. Jur. cap.* 36. Rot. apud Pajatel. *decis.* 5. Neque a Consiliariis Principum. Scaccia *limit.* 21. Neque ab executore, nisi modum excedat. *L. ab executore ff. de appell. cap. novit. eod. cap. quoad consultationem de re jud.* ubi Abb. & Marant. *de ord. jud. p.* 6. *actu* 2. Capyc. *dec.* 34. Gallesi. *de form. Camer. oblig.* Costa *de port. ratæ. q.* 138. Salgad. *de protect. reg. p.* 4. *cap.* 3. quæ procedunt tam in executore mero, quam mixto. DD. *cit.* quia si aliquod adest gravamen, non executor illud infert, sed Judex & ejus sententia. Rebuff. *l. c.* Scaccia *loc. cit. limit.* 24. Excessus vero est potestatis demandatæ transgressio. Salgad. *l. c.* & excessus potest fieri de re ad rem, de quantitate ad quantitatem, de persona ad personam, de tempore ad tempus, vel rejiciendo exceptiones admittendas, vel admittendo rejiciendas. Ut vero appellatio ab executore admittatur, debet specificari causa gravaminis. Salgad. *l. c. num.* 144. Pajatel. *exped. & annot.* 25. Ita non datur appellatio ab executore, quando executio continet purum factum. Salgad. *l. c. cap.* 5. *n.* 41. Ab excedente fines, semel tantum admittitur. Felin. *in d. cap. quoad consultationem*. Deci. *in cap. novit. de appellat.* Scaccia *l. c.* Porro appellatio ab executore mero, vel mixto non suspendit executionem in totum, sed tantum in ea parte, in qua est excessus. Marches. *de commiss. p.* 1. *cap.* 23. Salg. *l. c. p.* 4. *cap.* 3. *num.* 154. Scaccia *de appell. q.* 17. *limit.* 10. & 11. Excessus vero potest probari ex iisdem actis, & commissione. Menoch. *de arbitr. q.* 72. Salg. *loc. cit.*

29 Appellatio datur ab omnibus sententiis. Scaccia *q.* 17. apud quem Marant. *l. c.* Osasch. *decis.* 61. Surd. *de alien. tit.* 8. *privil.* 6. *num.* 1. Lancell. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *ampl.* 5. *num.* 8. Excipe I. quia a tribus conformibus non datur. Marant. *l. c.* Scaccia uti supra. *num.* 1. *limit.* 1. quod procedit etiam in sententiis, quæ non transeunt in judicatum; quia neque in illis tunc datur appellatio. Gabr. *lib.* 2. *de execut. rei jud. concl.* 1. *ampl.* 6. etiam in causa matrimoniali. Scaccia *l. c. n.* 6. & si datur, non operatur effectum suspensivum. Et in matrimoniali, licet non detur appellatio, potest tamen supplicari. Dicuntur vero sententiæ conformes, quæ conveniunt in qualitate & substantia. Scaccia *num.* 21. Excipe II. quod renuncians appellationi non potest appellare. DD. apud Scacciam. *q.* 17. *limit.* 2. potest vero renunciari etiam in Beneficialibus: & procedit tam in renunciatione expressa, quam tacita; ut redeundo ad Judicem a quo. Marant. in Specul. *p.* 6. *actu* 2. *limit.* 20. *num.* 342. Gabr. *de appellat. concl.* 2. *num.* 1. Scaccia *num.* 14. Lancellot. *de attent. p.* 2. *c.* 12. *ampl.* 2. *num.* 3. *seqq.* & *in præfat. num.* 15. *seqq.* Excip. III. in contumace, qui non appellat. Sermo est de vero contumace, & quidem in singulis actibus, in quibus est contumax, etiam in illo, qui est contumax in citatione ad sententiam, etiam in sententiis, quæ non transeunt in judicatum, imo talis nec supplicat. DD. apud Scacciam *limit.* 3. quia talis contumax dicitur rebellis, appellatio vero conceditur oppresso, non rebelli. Dicitur autem verus contumax, qui personaliter fuit citatus. Marant. & Scacc. *l. c. argumento L.* 1. *quand. appell. non recip. L. ex consensu ff. de appell.* Ciarl. *contr. for. c.* 164. Sperel. *decis.* 48. *num.* 3. ubi de excommunicatione hujus contumacis, si fuit personaliter citatus. Merlin. *dec.* 745. *num.* 10. Eccles. *obser. for.* 40. *de appellat.* Seraphin. *decis.* 792. qualis etiam dicitur, qui bis ad domum fuit citatus, sed personaliter inveniri non potuit. Limit. in contumacia procuratoris, quæ non nocet principali, quo minus possit appellare, nisi Dominus sciverit contumaciam procuratoris, & neglexerit. DD. apud Scacciam *limit.* 3. *num.* 8. & 9. Limit. secundo, in minore, muliere, & rustico. Ursill. ad Aflict. *dec.* 344. Scacc. *num.* 11. vide etiam infra in verb. *contumacia*. Limit. tertio de observantia Rotæ, quæ appellationem veri contumacis admittit. Limit. quarto, si contumax comparet Judice adhuc sedente pro Tribunali, seu in continenti, mox ac Judex recessit; quia reaudiretur. Limit. quinto quoad verum contumacem in agendo, ut in Judicio Legis *Diffamari*. qui potest appellare. Scaccia *loc. cit.*

Excipe IV. in notoriis, in quibus non datur appellatio: quare confessus & convictus, non appellat de utroque jure, etiam in criminalibus gravissimis, & qualibet simili causa. Limit. I. in confesso metu tormentorum. Limit. II. in appellatione, in qua exprimitur causa probabilis. Limit. III. ut quamvis non possit appellari, ita, ut Judex a quo non teneatur illi deferre; sed possit exequi, tamen appellatio tenet, ad effectum, ut Judex ad quem possit inhibere. Limit. IV. in ficte confesso, vel post sententiam. Licet in notorio confessionis non detur appellatio, tamen datur in notorio probationis, hoc est in convicto testibus. DD. apud Scacc. *limit.* 4. *num.* 73. idem dic in notorio per famam. Lancellot. *l. c.* & Scacc. *n.* 74. non tamen in delictis gravissimis, in quibus non datur appellatio, uti est hæresis. Farin. *quæst. crim.* 101. *lim.* 2. Scaccia *num.* 76. raptus virginis. Marant. Farin. & Scacc. *l. c.* crimen læsæ Majestatis. Guidop. *de appell. qu.* 120. & DD. *mox cit.* latrocinium insigne, barrataria, seditionis comminatio, simonia, falsa moneta; nisi appellans allegaret rationabilem causam; nam tunc audiretur; sicut non datur in condemnato ex præsumptione juris, & de jure. Farin. *l. c. n.* 124. *ampl.* 4. Scacc. *n.* 87. neque in capto in flagranti crimine. Scacc. *n.* 88. vide etiam P. Pirrhing. *lib.* 2. *tit.* 28. *sect.* 3. *n.* 4. 30

Excipe V. in possessorio, in quo non datur appellatio. Scaccia *l. c. lim.* 6. *memb.* 2. saltem ad effectum suspensivum. Sperel. *dec.* 85. *num.* 2. & *dec.* 96. *a num.* 1. Lancellot. *de attent. appell. pend. p.* 2. *cap.* 12. *lim.* 25. *a num.* 1. Gratian. *disc. for. cap.* 74. *num.* 5. Fachin. *lib.* 1. *contr. jur. cap.* 75. Maresc. *lib.* 2. *var. res. cap.* 75. imo in summariissimo non datur non tantum ad effectum suspensivum, sed nec ad devolutivum. Gratian. *disc. for. cap.* 310. *num.* 69. Seraph. *dec.* 1071. & 1295. Post. *de manut. obs.* 106. *num.* 33. ubi DD. Ciarlin. *contr. for. cap.* 190. *a num.* 1. Scaccia *quæst.* 17. *lim.* 6. *membr.* 2. *num.* 40. Sperel. *dec.* 96. *num.* 1. Fachin. & Maresc. *l. c.* Eccles. *obs. for.* 194. *a num.* 3. Menoch. *retin. remed. ult. num.* 48. & *seqq.* & alii: quæ quidem procedunt de Jure Civili, secus de Jure Canonico, quod admittit appellationem etiam in summariissimo ad effectum devolutivum tamen tantum. DD. *cit.* & signanter Eccles. *l. c. num.* 6. Gratian. *disc. for. d. cap.* 74. *a num.* 16. imo quod de Jure Canonico in omni plenario possessorio appellatio detur ad utrumque effectum, tam devolutivum, quam suspensivum, ex *Clem.* 1. *de sequestr. possess. & fruct.* tenet cit. Eccles. *l. c. num.* 6. & citat Bart. *in L.* 2. *n.* 10. *ff. de appell. recip.* Papiens. *in libel. in caus. spol. possess. gl. per vestram. num.* 3. Rebuff. *de sent. exec. art.* 5. *gl.* 3. *num.* 5. Afflict. *dec.* 269. *numer.* 1. Covar. *pract. quæst. cap.* 23. *num.* 8. & alios. Idem tenet Lancel. *l. c. d. limit.* 25. *cap.* 12. *num.* 19. sic etiam, quod super spolio detur appellatio de Jure Canonico, tenet Menoch. *recuper. remed.* 15. *num.* 641. Pontan. *de spol. lib.* 4. *c.* 3. *num.* 41. apud Merlin. *dec.* 111. *num.* 3. notandum tamen est, quod in possessoriis causis potest tolli appellatio tam consuetudine, quam a statuto. Scacc. Lancel. & Sperel. *l. c. n.* 4. Extenditur præterea hæc quinta exceptio, quod appellatio a Decreto manutentionis utroque Jure sit prohibita. *L. un.* ubi DD. *C. de manut. possess.* Menoch. *retin. d. remed. ult. num.* 48. *seq.* Post. *d. obs.* 106. Sperel. *dec.* 96. Lancel. *l. c. num.* 28. Tusch. *litt. M. concl.* 79. Ciarlin. *contr. for. cap.* 128. tam quoad effectum suspensivum, quam devolutivum. Rot. post Cenc. *de cens. dec.* 242. *num.* 13. Cyriac. *contr.* 366. Declara: quod quando Judex in scriptis pronunciavit per modum sententiæ definitivæ, in prima persona, dicens: *condemnamus*, vel *absolvimus*, nam tunc Judex est functus jure & officio suo, & de jure Canonico datur appellatio ad utrumque effectum. DD. *mox cit.* secus si pronunciavit in tertia persona per viam Decreti, & interlocutoriæ. Maresc. *l. c.* vide etiam Eccles. *d. obs.* 194. *num.* 6. *in fin.* Et generaliter appellatio a Decreto manutentionis datur, quando illud est notorie injustum, & nullum, ut nullam dubietatem, obfuscationem, vel disputationem recipiat. Post. & Ciarlin. *l. c.* plura videri possunt apud Scacciam *loc. cit. usque ad membrum* 7. maxime cum sententia in possessorio, potest in petitorio juvari, vel reparari, vel possessorium habet mixturam petitorii. Scacc. *memb.* 8. & 9. A sequestro tamen datur appellatio. Grat. *discept. for. cap.* 232. Post. *de manutent. obs.* 75. Eccles. *obs.* 200. qui tamen citat 31

alle-

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

allegationes pro, & contra, quod intellige, si constaret de possessione unius, & Judex nihilo minus apponeret sequestrum loco tuendi possessorem: & certe, si non est servata forma ipsius sequestri. Secus vero est, si de possessione litigantium non constabat, & Judex sequestrum decrevit, ne partes venirent ad arma, quia tunc nemo gravatur. De quibus vide Post. *loc. cit. n.* 51. *seqq.*

32 Excipe VI. in causis alimentorum, in quibus ad effectum suspensivum non datur appellatio, licet sit super parte alimentorum, maxime in alimentis ad sustinendam litem: item in pensione, & subsidio charitativo. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 60. *n.* 5. Fachin. *lib.* 1. *contr. juris cap.* 77. Eccles. *obser. for.* 166. Limit. cum sententia est lata super alimentis præteritis. Rot. apud Scacciam *l. c. limit.* 7. *num.* 14. Lancellot. *loc. cit. limit.* 24. Surd. *l. c.* Limit. secundo, si petuntur jure actionis, nisi petens laboret inopia. sed Eccles. *loc. cit.* tenet id procedere, sive alimenta petantur jure actionis, sive officio Judicis, ut in nullo casu appellatio detur a sententia in causa alimentorum quoad effectum suspensivum, quando agitur de alimentis futuris. Et citat Angel. *in L. penult. num.* 4. *ff. de bis, qui sunt sui, vel alien. jur.* ne interim alimentandus fame pereat stante inopia. Limit. præterea, quia petens alimenta, si sententia fuit contra se lata, semper potest appellare, & alimenta petere. DD. *mox cit.* Limit. denique quoad effectum devolutivum. Et quoad subsidium charitativum docetur a Bellenc. *de subsid. charit.* quando sententia fuit lata ad favorem Episcopi, quia succedit loco alimentorum. *q.* 55. sicut de mercedibus, pensionibus, salariis &c. dicit Gig. *de pens. q.* 96. Grat. *dec.* 53. Peregrin. *de fideicom. art.* 46. Bal. *de dote p.* 9. *privil.* 7. Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 5. §. 4. *n.* 570.

33 Excipe VII. in pia causa, in qua non datur appellatio, quia requirit celerem expeditionem. *L. fin. ff. de appellat.* Neque datur appellatio a sententia, in qua quis condemnatur ad reddendas rationes loci pii. Ita neque in causa dotis, quæ dicitur pia. Afflict. *dec.* 261. Osasch. *dec.* 25. *num.* 20. Scaccia *l. c. limit.* 8. Ita neque in causa mercedum, si hæ debentur pauperi, qui non habet, unde se alat. Rot. apud Scacciam *loc. cit. n.* 8. licet non constaret de paupertate famuli. idem *num.* 9. Ita neque a sententia, qua quis datur Tutor, vel Curator, appellari potest. *L.* 1. §. *si quis ff. quand. appel. sit.* Scaccia *l. c. n.* 11. tenet contrarium, *n.* 12.

34 Excipe VIII. in sententia arbitri, quæ non est appellabilis. Limita in arbitrio electo ex necessitate statuti; Item ex dispositione juris. Item limita de Jure Canonico. Item in arbitrio assumpto cum clausula, ut possit pronunciare simul prout de Jure. Item in reductione ad arbitrium boni viri. Item cum compromissum fuit factum sine pœna. Scaccia *loc. cit. limit.* 13. ubi DD. vide Fachin. *lib.* 8. *contr. Jur. cap.* 96. Pasqual. *de patr. potest. p.* 1. *cap.* 8. *num.* 46.

35 Excipe IX. In arbitratoris sententia, etiam de Jure Canonico. Scaccia *l. c. limit.* 14. Limit. in reductione ad arbitrium boni viri, licet tali reductioni fuisset renunciatum, & licet compromittens juraverit stare laudo arbitratoris. Rot. apud Scacciam *l. c. n.* 2. *vers. extende secundo.*

36 Excipe X. In sententia lata a Judice habente liberum arbitrium. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 70. Farinac. *qu. crimin. lib.* 1. *q.* 17. *num.* 13. apud Scacciam *l. c. limit.* 15. Limit. in habente tantum simplex arbitrium. Covar. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 12. *num.* 5. Felin. *in cap. super his de accusat.* Porro non tantum a Judicis habentis liberum arbitrium sententia, sed etiam illius, cui causa fuit commissa, cum clausula „*tuam conscientiam oneramus*„ non datur appellatio saltem quoad effectum suspensivum; quia conscientia non habet alium superiorem quam Deum. Lancellot. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *limit.* 10. Scaccia *l. c. num.* 3. Tiraquel. *de retr. lignag.* §. 4. *gl.* 1. *num.* 11. & istis in casibus, debet appellari, si est appellandum, ad superiorem arbitri. Pirrhing. *l.* 2. *tit.* 43. *sect.* 1. Ciarlin. *c.* 68. ubi quando adest enormissima læsio.

37 Excipe XI. In sententia lata ad favorem Fisci super tributis, vel debito fiscali. *L.* 4. *L. ult. Cod. quor. appell. non recip.* gl. *in cap. tua nobis de decim.* Marant. in Specul. *p.* 6. *actu* 2. *limit.* 11. *num.* 300. Farin. *quæst. crim. qu.* 101. *limit.* 15. *num.* 70. Scaccia *l. c. limit.* 17. & procedit exceptio etiam in collectis, quia in illis proceditur executive, etiam in contributionibus publicis, ob publicum Reipubl. bonum, scilicet damnum vitandum. Secus, si agatur de collectis præteritis, vel impositis ratione onerum præteritorum, in quibus non imminet damnum publicum. Osasch. *dec.* 86. *num.* 3. Lancellot. & Scaccia *loc. cit.* Limita, cum sententia fuit facta contra debitorem Fiscalem, ratione pœnæ, in qua agitur de lucro captando. Item limita, cum is, contra quem exigitur, allegat exemptionem. vide Scacciam *loc. cit.*

Excipe XII. In sententia lata, pro solvendis decimis. *cap. tua nobis de decim.* Marant. in Specul. *p.* 6. *actu* 2. *limit.* 15. *num.* 304. Riccius *in prax. p.* 4. *resol.* 506. Barbos. *in d. cap. tua nobis.* Antonel. *de Regim. Eccles. lib.* 5. *cap. ult.* §. 7. Limit. I. si lis est cum persona Ecclesiastica prætendente potiora jura in decimis. Præpos. & Gemin. *in cap. fin. de appell.* Barb. & Anton. *l. c.* Limit. II. si fuit appellatum a non admissione exceptionum. Riccius *loc. cit.* Limit. III. si controversia est inter duas Ecclesias prætendentes jus decimandi. Rot. apud Barb. *l. c.* Limit. IV. si fuit allegatum privilegium Pontificium, vel compositio. Scaccia *limit.* 18. *num.* 2. Joan. Andr. *in cap. tua nobis.* Limit. V. quoad effectum devolutivum. Si vero allegatur consuetudo, vel præscriptio, non datur appellatio. Riccius *l. c.* Monet. *de decim. cap.* 8. *n.* 56. Barbos. & Antonel. *l. c.* si allegatur alia similis injusta causa, quam rejicit cit. *cap. tua nobis* 26. *de decim.*

Excipe XIII. quod licet pœna a jure imposita non sit 39
appellabilis, quia jus neminem gravat. *L. si qua pœna ff. de verb. signif.* Felin. *in cap. cum non ab homine num.* 12. *de Judic.* Farinac. *quæst. crim. q.* 101. *limit.* 12. *num.* 65. Scaccia *limit.* 23. tamen ab illa parte sententiæ, quæ respicit factum, processum, & declarationem Judicis, datur appellatio, Capyc. *dec.* 1. *n.* 19. Scaccia *l. c.* vid. P. Pirrhing. *lib.* 2. *tit.* 28. *sect.* 3. §. 4.

Excipe XIV. quia a futuro gravamine non datur ap- 40
pellatio. Scaccia *l. c. q.* 5. *a num.* 101. quidquid aliqui contrarium senserint, quod procedit etiam de jure Canonico. Guidopap. *de appellat. q.* 26. *n.* 26. *tom.* 5. *fol.* 58. apud Scacciam *l. c. n.* 102. quem vide.

Excipe XV. in sententia, a qua victus appellavit, 41
quia licet Judex omiserit victum condemnare in expensis, tamen victor non potest appellare *l. fin.* ubi DD. *Cod. quando provoc. non est necessar.* Specul. *de appell.* §. *in quibus sub n.* 23. quem sequitur Rot. allegata a Scaccia *q.* 17. *limit.* 21. Felin. *in cap. significaverunt de except. limit.* 3. Marches. *de Commiss. p.* 2. *cap.* 3. *a n.* 63. Quia frustranea est talis appellatio, cum in causa appellationis victi, possit obtinere condemnationem. Limit. I. si Judex absolvisset victum expresse ab expensis. Limit. II. quando victus non appellat, & non fuit absolutus, neque condemnatus in expensis. vide Scacciam *d. limit.* 21. & DD. apud illum *n.* 33. *& seqq.* ubi videre poteris alias ampliationes, & limitationes.

Excipe XVI. ut a Decretis Visitationis. neque a sy- 42
nodalibus ad effectum suspensivum, detur appellatio, sed tantum ad devolutivum. Riccius *in prax. var. resol. part.* 2, *resol.* 7. Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 10. *de reformat.* Scaccia *l. c. limit.* 26. Lancellot. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *limit.* 18. licet is qui appellat, allegaret exemptionem; quamvis postquam apparuerit de exemptione &c. illa gesta revocentur. DD. *cit.* nisi tamen de gravamine per definitivam irreparabili agatur, vel cum visitator citata parte, & adhibita causæ cognitione, judicialiter procedit: tunc enim appellationi locus erit, etiam quoad effectum suspensivum. S. Congr. apud Ciarlin. *contr. for. c.* 125. *n.* 105.

Excipe XVII. Ut ab eo, quod fecit major pars Ca- 43
pituli, non detur appellatio. juxta *capit.* 1. *de his quæ fiunt a major. part. Capit.* Scaccia *l. c. limit.* 27. nisi appelletur ex rationabili causa.

Excipe XVIII. in sententia de demoliendo post nun- 44
ciationem novi operis. *L.* 1. §. *sed si is ff. de nov. oper. nunciat.* Lancellot. *de attent. p.* 3. *cap.* 28. *n.* 78. Scaccia *limit.* 31. quia qui ædificat post nunciatum novum opus, contempsit judicem, & ideo ei denegatur audientia.

Excipe XIX. in sententia lata virtute juramenti præ- 45
stiti a reo, vel actore de mutuo eorum consensu, uno illud deferente. *L. non erit ff. de jurejur.* Marant. in Specul. *p.* 6. *actu* 2. *limit.* 26. *num.* 332. Seraph. *de privil.*

juram.

juram. privil. 102. Oſaſch. *dec.* 61. Scaccia *limit.* 34. licet condemnatus vellet per rei evidentiam, oſtendere contrarium. Et concluſio procedit etiam in juramento relato, quamvis Oſaſch. *loc. cit.* teneat a juramento relato appellari poſſe a referente, qui plures citat *num.* 6. *ſeqq.* Seraph. *l. c. num.* 14. imo etiam in ſententia lata contra nolentem jurare non appellatur. Limit. I. ſi Judex rejicit legitimas exceptiones nolentis jurare, quia a tali rejectione datur appellatio. Limit. II. in cauſa matrimoniali; quia talis ſententia nunquam tranſit in judicatum. Limit. III. in juramento ſuppletorio a Judice delato, quando agitur de admiſſione probationis faciendæ per juramentum. Seraph. *de privil. juram. privileg.* 102. *num.* 7. Item limita, quando defertur a parte parti authoritate Legis, vel ſtatuti, uti juramentum in litem, tunc enim poteſt appellari. Seraphin. *privil.* 102. *n.* 15. *limit.* 4. Scaccia *l. cit. a num.* 7. Licet vero poſſit appellari ab illa interlocutoria, qua Judex mandat, admitti probationem juratoriam, non tamen poteſt appellari a delatione ipſa juramenti, quia eſt executio admittendæ probationis juratoriæ; & ab executione non datur appellatio. Seraph. & Scacc. *l. c.*

46 Excipe XX. quod a ſententia Epiſcopi, Reum non gaudere immunitate Eccleſiaſtica, non datur appellatio, ſicut nec fiſcus poteſt appellare a ſententia Epiſcopi, Reum gaudere dicta immunitate; quia reus, & fiſcus non debent ad impatia judicari, nec melior debet eſſe conditio Fiſci, ac rei. Farin. *conſ.* 168. *& de immunit. Eccleſ. cap.* 22. Guazzin. *ad defenſ. reor. lib.* 1. *defenſ.* 1. *cap.* 31. *num.* 6. *&* 11. Diana Moral. *p.* 4. *tr.* 1. *reſol.* 97. Ciarlin. *contr. for. c.* 116. *num.* 63. *ſeqq.* vide etiam cit. Guazz. *defenſ.* 36. *c.* 14.

47 Excipe XXI. in appellatione frivola, adeo, ut Judex deferens appellationi frivolæ peccet. Guidop. *de appell. q.* 120. *num.* 19. Rol. *conſ.* 73. Lancellot. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *ampl.* 4. *num.* 12. ubi de appellatione confeſſi, & convicti. Scaccia *de appell. q.* 17. *limit.* 36. *n.* 3. Dicitur vero frivola, quæ eſt vana, & inanis, vel in qua nulla exprimitur cauſa, vel minus legitima. Sperel. *deciſ.* 48. Tuſc. *litt. A. concl.* 360. Scaccia *de appell. q.* 2. *num.* 48. & in qua, cauſa non ſpecificata, ſi ſumus in interlocutoria, ut ſupra diximus. DD. *cit.* & Gail. *obſ.* 130. Eccleſ. *obſ.* 10. *de appell.* Item, cum nullum adeſt gravamen. Marant. in Specul. *p.* 6. *actu* 2. *n.* 347. vel in qua exprimitur cauſa manifeſte falſa, vel calumnioſa. Scaccia *d. n.* 48.

48 Excipe XXII. cum periculum eſt in mora. Lancell. *l. c. lim.* 43. Scaccia *l. c. limit.* 38. quia ubi periculum eſt in mora, recedimus a Regulis Juris. Uti in abſolutione excommunicati in periculo mortis, qui, non obſtante appellatione, poteſt abſolvi. Item, cum imminet bellum, vel peſtis. Item, cum debent reparari ædificia. Imo ob moræ periculum poteſt Judex procedere etiam non formato proceſſu. Lancellot. *l. c. ampl.* 4. *n.* 17. Scaccia *d. limit.* 38.

49 Excipe XXIII. in facto proprio, in quo non datur appellatio DD. apud Scacc. *limit.* 39. Item in cauſis parvis, ſeu brevibus vel minimis de Jure Civili, quia non expedit utilitati publicæ; quænam autem cauſæ dicantur minimæ, relinquitur Judicis arbitrio. Menoch. *de arbitr. caſ.* 72. *lib.* 2. *cent.* 1. *n.* 10. Scaccia *limit.* 40. Limita primo, quoad effectum devolutivum. Limit. ſecundo de Jure Canonico, ſecundum quod poteſt appellari tam in minimis, quam in magnis. *c.* 11. *de appell.* ubi gl. & Abb. quia appellatio fundatur principaliter ſuper injuſtitia, quæ poteſt accidere tam in minimis, quam in magnis.

50 Excipe XXIV. in funeralibus expenſis, quia expedit Reipublicæ, ne cadavera maneant inſepulta. Scaccia *limit.* 45.

51 Excipe XXV. in ſententia interlocutoria, a qua non datur appellatio de Jure Civili. *L. apertiſſimi Cod. de Judic.* etiam in criminalibus, quia tale gravamen, poteſt reparari per definitivam. Limit. de Jure Canonico, ſecundum quod appellatio ab interlocutoria datur. Differentia eſt: quia de Jure Civili inſtantia durat triennio, & ita, ſi appellatio valeret, cauſæ fierent immortales. De Jure vero Canonico, inſtantia eſt perpetua. Scacc. *de Jud. limit.* 47. *membr.* 1. Imo etiam de Jure Canonico poſt Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. *de reform.* non poteſt ab interlocutoria appellari, niſi contineat vim definitivæ, vel gravamen per definitivam non reparabile. Riccius *p.* 1. *reſ.* 413. Scacc. *limit.* 47. *membr.* 1. *num.* 90.

Porro ab interlocutoria appellatur, ſi Judex, reo, vel actori petenti denegat copiam actorum. Scaccia *de Judic. q.* 101. juxta *L.* 2. *Cod. ut lit. pend. cap. perpetuus, de fid. inſtrum.* Item ab interlocutoria Judicis ſe declarantis competentem. idem *loc. cit. num.* 17. Item ab interlocutoria Judicis declarantis partem teneri ad jurandum de calumnia, ubi non tenetur. Scaccia *lib.* 2. *cap.* 1. *q.* 13.

Secus ab interlocutoria Epiſcopi declarantis, eum, qui fuit captus per Curiam ſæcularem, eſſe clericum, a deoque remittendum &c. in qua non datur appellatio ad effectum ſuſpenſivum. *cap. fin. de ſent. excom. in* 6. Guazzin. *ad defenſ. reor. defenſ.* 1. *cap.* 3. *n.* 7. Sperel. *deciſ.* 132. *num.* 70. & probatur *ex cap. ſi Judex Laicus de ſent. excom. in* 6.

Prætera neque a definitiva inquiſitionis in cauſa hæreſis datur appellatio. *cap. ut inquiſitionis de hæret. in* 6. 52
Simanca *de Cathol. inſt. tit.* 6. Farin. *de hæreſ. q.* 185. Diana *part.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 20.

Neque in concurſu ad Parochiales datur appellatio 53
a relatione examinatorum, bene tamen a proviſione Epiſcopi, ob conſtitutionem Pii V. apud Garz. *de Benef. p.* 9. *cap.* 2. *num.* 240. *tom.* 2. Idem dicendum in examine ad ſimplex Beneficium, non quidem ad effectum ſuſpenſivum, ſed devolutivum a proviſione Epiſcopi. DD. apud Garz. *loc. cit.* §. 1. Riccius *in prax. concurſ. reſol.* 374. *in p.* 1. Et tunc appellans poteſt provocare ad ſecundum examen in ſecunda inſtantia, etiam non docto prius de fumo gravaminis, licet electus a quo, vel contra quem fuit appellatum, receſſiſſet a lite, vel fuiſſet mortuus. Garz. *loc. cit.* Mareſc. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 52. *num.* 22. Antonel. *de Regim. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 5. §. 6. Rota apud Merlin. *dec.* 612. quæ tamen procedunt in proviſione Epiſcopi aperte irrationabili, & doloſa. vide Mareſc. *loc. cit. a num.* 22. *ſeqq.*

Et licet appellatio ab una ſententia non faciat de- 54
volvere cauſam quoad aliam, juxta Rot. apud Merlin. *dec.* 30. tamen appellatio lata ab interlocutoria ſuper actu, cum quo eſt connexa tota cauſa, ſuſpendit in totum juriſdictionem Judicis a quo. Lancellot. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *limit.* 2. *n.* 25. Scaccia *de appell. q.* 17. *lim.* 47. *membr.* 2.

Et quando Judex ad quem pronunciavit *bene appel-* 55
latum, in appellatione ab interlocutoria, tota cauſa eſt cognoſcenda a Judice ad quem, quia gravans in una cauſa poteſt allegari ſuſpectus in aliis, ſi vero pronunciavit *male appellatum*, tota cauſa redit ad Judicem a quo. Scaccia *loc. cit. membr.* 3. Covar. *pract. quæſt. cap.* 9. *n.* 5.

A ſententia excommunicationis ad effectum ſuſpenſi- 56
vum appellatio non datur; quia trahit ſecum executionem. *cap. cum contingat.* ubi Abb. *de offic. delez.* Covar. *in cap. alma mater. p.* 1. §. 7. *num.* 5. *&* §. 10. *num.* 4. & alii apud Riccium *in praxi reſ.* 447. *p.* 1. plurimi apud Scacciam *de appell. quæſ.* 17. *limit.* 22. *num.* 1. bene vero datur ad effectum devolutivum, & interim appellans habendus eſt pro excommunicato, donec a Judice ad quem pronuncietur ſuper appellatione. Pax Jord. *de re judic. lib.* 4. *tit.* 26. *de appell. num.* 438. Scaccia *loc. cit.* qui ad contraria reſpondet: niſi tamen hæc excommunicatio contineret intolerabilem, & patentem errorem; tunc enim appellari ab illa poſſet etiam quoad effectum ſuſpenſivum. Jord. *l. cit. num.* 439. ubi citat Farinac. *quæſ.* 101. *n.* 69. *d. cap. cum contigat.* §. *in eo vero caſu.* Ampliatur prædicta concluſio, ut non obſtante appellatione hac poſſit is, contra quem lata fuit excommunicationis ſententia, denunciari excommunicatus. Scaccia *l. c. nu.* 4. apud quem alii. imo & aggravari abſque pœna attentatorum. Rot. *deci.* 59. *de appellat. in nov.* Scacc. *n.* 7. ſed quod tamen contrarium æquius, & tutius videtur Lancelloto *de attent. part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 21. *&* 22. *ſeqq.* Item privari interim fructibus ſui Beneficii etiam non expectato exitu cauſæ. Scaccia *loc. cit. num.* 8. Limita, in ſententia declaratoria aliquem incurriſſe in excommunicationem, tam a Jure, quam ab homine latam, a qua conceditur appellatio, quæ ſuſpendit declaratoriam. Felin. *in cap. Rodulphus. num.* 41. *&* 42. *de reſcript.* Achiles *deciſ.* 4. *de ſent. & re jud.* Pax Jord. *loc. cit. num.* 345. Rot. *diverſ. deciſ.* 100. loquens generaliter in qualibet declaratoria,

Lan-

Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 12. *lim.* 21. & alii apud Scacciam *l.c. num.* 36. & plures authoritates vide infra *in prax. cenſurarum.* niſi hæc declaratoria fieret ad executionem mandati executorialis rei judicatæ, quia hæc non poſſet per appellationem impediri, ut ſit litium finis. Rot. *dec.* 478. *in noviſ. p.* 2. *num.* 2. apud Jordanum *num.* 436. Scaccia *num.* 44. Limita ſecundo in præcepto facto ſub pœna excommunicationis, a quo poteſt appellari, tam judicialiter, quam extrajudicialiter, etiam quo ad effectum ſuſpenſivum; ita ut ſi Judex nihilo minus excommunicaret, excommunicatio foret nulla. *cap. dilecti.* 52. *de appell.* Scaccia *num.* 47. quod dicitur de quacumque comminatione. Pax Jord. *num.* 440. ſic etiam quando appellatur ante ſententiam excommunicationis, appellatio juvat quoad utrumque effectum. Idem. *loc. cit.* Et ideo excommunicatio lata poſt interpoſitam legitimam appellationem nullum operatur effectum. Scaccia *num.* 54. ſubdens: quod Clericus excommunicatus poſt interpoſitam legitimam appellationem poſſit, pendente appellatione, abſque alicujus irregularitatis incurſu celebrare &c. neque vitari debeat. Debet tamen probari, quod excommunicatio ſit lata poſt appellationem: & in dubio præſumitur, quod excommunicatio præceſſerit, Scaccia *num.* 57. *ſeq.* & infra in verb. *Cenſura a num.* 21.

57 Quær. I. An appellationes tuitivæ a Judice Laico in cauſis Eccleſiaſticis concedi poſſint? Reſp. negative. Et contraria ſententia fuit ſuſpenſa. vide Dian. *p.* 1. *tr.* 2. *reſol.* 102. Gonzalez *in ſecundum librum Decretal. tit.* 1. *à num.* 7.

58 Quær. II. An appellatio a ſententia ſecundum probabilem, vel etiam probabiliorem lata, ſit licita? Reſp. affirmative. Dian. *part.* 3. *tr.* 5. *reſ.* 104. ubi communis DD. quia tueri ſe via honeſta licitum eſt, & quia poteſt eſſe, quod Judex ad quem amplectatur ſententiam appellantis tanquam probabiliorem; ſi alias eſt probabilis; quia uni poteſt una ſententia probabilior videri, alii vero alia.

59 Quær. III. An appellatio valeat, ſi acta non fuerunt integre tranſportata ab appellante? Reſp. negative, Riccius *in prax. tranſport. actor. reſol.* 8. *part.* 4. In dubio præſumuntur tamen transportata: non ſufficit autem tranſportatio verbalis, ſed requiritur realis. Riccius *l.c. reſ.* 12. *part.* 4. Mareſc. *lib.* 2. *var. reſol. cap.* 43. Eccleſ. *obſ. for.* 13. *de appellat.* Gratian. *diſc. for. cap.* 121. Ciarlin. *contr. for.* 148. Et ſi poſt binam monitionem non producuntur acta, pronunciatur contra illum etiam in expenſis. Eccleſ. *obſ. for.* 16. *de appell.*

60 Quær. IV. An appellatio extrajudicialis, ſeu provocatio ad cauſam incipiendam ad Archi-Epiſcopum; cauſa coram Epiſcopo nondum cœpta, ſi gravamen non fuit illatum extrajudicialiter ab Epiſcopo, ſed a parte, valeat, vel querela, ſeu abreptio itineris? Reſp. negative. Riccius *in prax. p.* 3. *reſ.* 27. niſi adeſſet gravamen, vel probabiliter timeretur. Eccleſ. *obſ. for.* 19. *de appell. argum. cap. bonæ memoriæ*, 51. *de appell.* Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 120. Ciarlin. *contr. for. cap.* 145. Imo quod detur a quocumque gravamine extrajudiciali, tenet Rota apud Pignatel. *tom.* 1. *conſ.* 3. ſed in cit. Pignatel. gravamen erat illatum ab ipſo Epiſcopo, quo caſu procedit concluſio, quod appellare liceat extrajudicialiter, ſeu provocare ad Archi-Epiſcopum: ſecus, ſi gravamen eſt illatum a parte; nam tunc provocatio debet fieri ad primam inſtantiam, ſeu Epiſcopum, cui præjudicari non poteſt. vide Gail. *loc. cit.* an autem decernatur inhibitio Epiſcopo, ſeu Judici inferiori, vide Eccleſ. *l.c.* & DD. *ut ſupra.* ubi de materia hujus appellationis, & quando talis appellans ſit remittendus ad Judicem ordinarium.

61 Quær. V. An appellatio detur a Decreto carcerationis, vel ab injuſta carceratione? Reſp. affirmative quoad devolutivum, & interim reus manet in carceribus: quæ appellatio tamen non debet a Judice ad quem admitti, niſi viſis actis, & iis non viſis, inhibitio non erit concedenda. Ciarlin. *contr. for. cap.* 125. *a num.* 65. Scaccia *quæſt.* 17. *limit.* 47. *membr.* 1. *n.* 156. Tranchedin. *conſ.* 32. Lancellot. *de attent. p.* 2. *quæſt.* 12. *ampl.* 4. *a n.* 21. juxta quos appellans dum ad carcerem ducitur, nihilo minus incarceratur.

62 Quær. VI. An appellatio ad tribunal Dei ſit licita? affirmat Del Rio, Caren. & alii apud Dianam *p.* 10. *tr.* 15. *reſol.* 9. negat Menoch. *de arbitr. caſ.* 388. Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 83. certe periculoſa eſt: & quod talis puniatur arbitrarie, dicit Menoch. *l.c.* & Clar. *verſ. puniuntur.*

Quær. VII. An detur appellatio in cauſa præcedentiarum? Reſp. quod non Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 13. etiam quoad Confraternitates Laicorum. Barb. *de Offic. Epiſc. alleg.* 78. *num.* 42. Riccius *in prax. p.* 3. *reſ.* 144. apud Antonel. *de Regim. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 18. quia in illis proceditur ſine figura judicii: quamvis admittatur quoad effectum devolutivum. Antonel. *loc. cit.* 63

Quær. VIII. An appellatio a citatione legitima tranſmiſſa a Judice Eccleſiaſtico, ad quem ſpectat cognoſcere, an quis ſit excommunicandus, valeat? Reſp. negative: nam eſt frivola. Concil. Trid. *l. c. ſeſſ.* 25. *cap.* 3. utpote interpoſita, vel ad denegandam, vel ad protrahendam obedientiam. *cap. cum appellationibus, de appell. in* 6. Veral. *deciſ.* 328. Sperel. *dec.* 49. *n.* 30. *verſ. frivola &c.* 64

Quær. IX. An a comminatione pœnali detur appellatio? Reſp. affirmative, etiam poſt decem dies, quia gravamen eſt ſucceſſivum. Scaccia *de appell. quæſt.* 12. *n.* 159. Tuſc. *litt. A. concl.* 355. Maſcard. *de probat. concl.* 1235. Eccleſ. *obſ. for.* 102. ſicut a Decreto Judicis facto ſine cauſæ cognitione poteſt quandocumque appellari. Gratian. *diſcept. for. c.* 239. *n.* 16. Limita, ſi comminatio fuit facta a Judice in termino aſſignato ad aliquid faciendum; quia tunc contumax ſuccumbit. Maſcard. *loc. cit.* Cyriac. *contr. for.* 348. *n.* 12. & alii apud Eccleſ. *loc. cit.* Idem dic, ſi terminus fuit aſſignatus cum comminatione æquipollente, uti peremptorie, vel ſub pœna perpetui ſilentii. Ab ipſa tamen pronunciatione contumaciæ poteſt appellari. DD. *cit.* & Dec. *in cap. ex parte, de appell.* Marcheſ. *de commiſ. particul. part.* 1. *c.* 3. *n.* 180. 65

Appellans poteſt in appellatione non deducta deducere, & non probata probare, & in illa poteſt purgare omnes errores, qui concernunt merita cauſæ. DD. apud Ciarlin. *contr. for. cap.* 94. *num.* 15. Fachin. *lib.* 1. *contr. jur. cap.* 79. Eccleſ. *obſ.* 20. *de appell.* Et appellationis inſtantia ſequitur cauſam principalem. Scacc. *de appell. quæſt.* 11. Graſſ. *de effect. Cleric. eff.* 1. *num.* 1247. *ſeqq.* Tuſc. *litt. A. concl.* 395. Ciarl. *contr. for. cap.* 188. *n.* 25. hinc Judex qui fuit competens in cauſa principali Eccleſiaſticus v. g. vel Laicus, erit etiam competens in cauſa appellationis. 66

Appellans non poteſt revocare appellationem in præjudicium appellati. Mareſc. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 5. *num.* 8. Scaccia *quæſt.* 17. *de appell. limit.* 2. *n.* 95. & renuncians appellationi tenetur ad expenſas. Pajatel. *exped. & annot.* 32. *num.* 14. ubi citat Innoc. *in cap. ex parte, de reſcr.* Guid. Pap. *quæſt.* 436. *num.* 36. & alios. Et appellans redeundo ad Judicem a quo dicitur renunciaſſe appellationi. *cap. gratum. de off. & pot. Jud. deleg. cap. ſolicitudinem, de appell.* ubi & DD. & Pajatel. *l.c.* 67

Appellans frivole, non eſt ulterius citandus, etiam pro examinandis teſtibus contra ipſum. *cap. eum qui, de dol. & contum. in* 6. Vantius *de nullit. tit. quib. mod. ſent. null. repar. poſſ. num.* 112. Gabr. *de citat. concl.* 1. *num.* 425. Sperel. *dec.* 48. *n.* 50. & condemnatur in expenſas. Eccleſ. *obſ. for.* 17. *de appell.* 68

Appellationi delatio facta per conceſſionem reverentialium, non ſtatim operatur effectum ſuſpenſivum, maxime in caſibus, in quibus ad hunc effectum appellatio non datur, ſed ſolum devolutivum. Mareſc. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 75. *n.* 25. cum reverentiales conceſſi intelligantur ſub conditione, quatenus ſententia appellationem admittat, & quoad illam tantum partem, quæ admittitur. Socin. jun. *conſ.* 18. *lib.* 1. apud Mareſc. *l. c. n.* 26. ubi etiam, quod licet Judex a quo per admiſſionem talis appellationis a ſe abdicaverit juriſdictionem, non tamen effecit, quo minus Judex ad quem ad executionem ſententiæ procedere poſſit. 69

APOCHA.

Praxis Apochæ.

Apocha, ut probet, debet eſſe ſubſcripta a tribus teſtibus integræ famæ. *L. ut ſcripturæ. C. qui potior. in pign.* & hæc qualitas eſt articulanda vel probanda. Neguſan. *de pignor. p.* 5. *membr.* 2. & illi teſtes debent re- B

cogno-

cognoscere characterem suum. Negusan. *loc. cit.* Covar. *pract. quæst. cap.* 22. cum agitur de præjudicio tertii. Gabr. *de probat. concl.* 10. *num.* 22. Pajarel. *exped.* 81. *num.* 39. *seqq.* & tunc æquiparatur instrumento. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 15. *num.* 9. si tamen testes fuerint mortui, sufficiet comparatio litterarum, saltem pro semiplena probatione. Gabr. *loc. cit. n.* 25. *seq.*

2 Apocha recognita, habet vim confessionis, & executionem paratam. Magon. *decis. flor.* 122. *num.* 4. contra ipsum debitorem, non vero contra alios. Gratian. *decis. for. cap.* 183. Bart. *in L. admonendi. ff. de jurejur.* Mascard. *de probat. concl.* 109. Eccles. *obs. for.* 108. & 244. *n.* 4. *seqq.* dummodo recognitio fiat in judicio. vide Gratian. *l. c. n.* 11. & 12.

3 Apocha ex lege Principis potest facere probationem plenam. Menoch. *de arbitr. quæst.* 25. Genua *de script. privat. lib.* 1. *quæst.* 4. *num.* 22. Grat. *dec.* 203. apud Eccles. *d. obs.* 108. Et sic habere executionem paratam. Imo etiam ex pacto partium. Genua *l. c.* Rot. apud Zacch. *de oblig. camer. dec.* 91. & 104. licet ratione partium conventionis multi teneant contrarium. Innoc. *in cap. cum P. de fid. instrum.* apud Eccles. *l. c. n.* 14. Galles. *de oblig. camer. part.* 3. *quæst.* 2.

4 Apocha scripta a tertio de mandato alterius, qui nescit scribere, non tantum debet verificari, & probari per manus recognitionem a testibus, qui dicant, se fuisse præsentes, quando tertius scripsit, & se habere notam manum, sed insuper debet probari mandatum. Post. *de manuten. obs.* 98. *num.* 10. ubi Gratian. *disc. for.* 767. *an.* 56. Scacc. *de Judic. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 937.

5 Apocha recognita per testes, etiam plures, non probat, etiam semiplene, licet habeant notam manum scribentis. Covar. *pract. quæst. cap.* 22. *num.* 6. Menoch. *de arbitr. cas.* 114. *num.* 22. Eccles. *obs. for.* 49. *de appell. num.* 5. nisi aliter observet stylus Curiæ. Rot. apud Farinac. *decis.* 303. & 566. Eccles. *loc. cit.* nisi concurrant alia indicia arbitrio Judicis. Maresc. *lib.* 1. *var. resol. cap.* 79. *n.* 6.

6 Apocha recognita, vel pronunciata pro recognita, non præjudicat tertio habenti instrumentum posterius. Covar. *pract. quæst. cap.* 22. *n.* 5. Mascard. *de prob. concl.* 109. Gratian. *disc. for. cap.* 287. *num.* 3. & 28. Genua *de script. privat. lib.* 2. *n.* 219. Eccles. *obs.* 50. *de appell. n.* 1. & *seq.* quia recognitio non præjudicat tertio. Felin. *in cap.* 2. *de fide instrum.* apud Eccles. *l. c. obs.* 50. *n.* 4. & ibi Covar. *var. res. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 4.

7 Apocha testibus non subscripta, licet ex comparatione litterarum probetur, tamen non facit fidem. *L. Comparationes, de fide instrum.* Sylvat. *lib.* 1. *conf.* 42.

8 Apocha, vel scriptura privata, probat contra scribentem, si fuit recognita, vel ab ipso scribente, vel a duobus testibus, qui dicant, se fuisse præsentes, & vidisse scribere, vel concurrentibus adminiculis, dicantque se habere notam manum. Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 79. *num.* 10. Fachin. *lib.* 11. *cap.* 33. Cyriac. *contr.* 35. *num.* 13.

APOSTASIA.

Praxis Apostasiæ.

1 Apostasiæ tres sunt species, a fide, ab Ordine, & a Religione. Zerol. *in prax. verb. Apostata.*

2 Apostatæ a fide Catholica, qui v. g. Turcicam, vel Hebræam amplectuntur, iisdem pœnis sunt obnoxii, quibus Hæretici: quia sunt vere hæretici, deficiendo a fide Catholica, quam sunt professi. Abb. *in cap.* 1. *n.* 3. *de apost. & reiter. Baptis.* Hostiens. *in sum. eod. num.* 3. Sylvestr. *verb. Apostasia. n.* 11. *quæst.* 8. Azor. *p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 21. *quæst.* 7. P. Pirhing. *in lib.* 5. *Decretal. tit.* 9. *n.* 2. *in fin.* & revertentes ad fidem, quomodo sint puniendi, vide Antonel. *de Regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 6. Genuens. *in prax. Apostatæ. p.* 3. *resol.* 11.

3 Apostatæ a fide, etiam occulti, sunt irregulares, sicut hæretici, & ut tales debent denunciari, de quo infra in verb. *Hæretici.*

4 Apostata ab Ordine est, qui a statu Clericali, quem edito continentiæ voto, susceperit in manu Episcopi, ad statum conjugalem, vel ad Laicalem conversationem, dimisso habitu Clericali, propria temeritate transit. Hostiens. *in sum. de Apost. num.* 2. Sylvester *verb. Apostasia. quæst.* 2. *n.* 5. Farin. *tract. de hæres. quæst.* 183. §. 9. *n.* 115. apud Pirrhing. *l. sup. c.* §. 2. ubi *n.* 5. videre potes illius pœnas.

Apostata a Religione dicitur, qui ab illa discedit, animo dictam Religionem deserendi temere, & absque superiorum licentia. vide Riccium *in prax. Apostatæ. p.* 3. *res.* 10. Mascard. *de probat. concl.* 12. Menoch. *de arbitr. Jud. lib.* 2. *centur.* 6. *cas.* 546. & alios apud cit. Riccium. Pirrhing. *l. c. n.* 8. apud quem Sylvest. Rodriquez & Laym. Qui animus tamen deserendi Religionem non præsumitur, quando recedens statim revertitur. *cap. divortium, de pœnit. dist.* 1. *L.* 1. *ff. de V. O.* Mascard. *de probat. p.* 2. *concl.* 834. 5

Conclusionem limita quoad Novitios, qui, cum non fuerint professi, non dicuntur vere recedere a statu religioso. Bonac. *de claus. quæst.* 2. *part.* 11. §. 1. Sic etiam non omnis fugitivus a Religione dicitur Apostata, si habuerit animum revertendi, licet fugerit sine habitu. Sanctarel. *de Apost. cap.* 3. *dub.* 1. Suarez *de Relig. tom.* 4. *lib.* 3. *cap.* 2. Lessius *lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 15. Bonacin. *l. c.* 6

Porro nihil refert, an, qui temere, & sine superiorum licentia, Religionem deserit, quam professus est, cum proposito ad illam nunquam amplius revertendi, habitum religiosum retineat, an vero etiam illum abjiciat: nam nihilo minus verus Apostata censendus est. Sanch. *lib.* 2. *mor. cap.* 8. *num.* 4. Azor. *p.* 1. *lib.* 14. *c.* 17. *quæst.* 6. Farin. *de hæres. quæst.* 183. §. 1. *num.* 62. apud Pirrhing. *l. c. num.* 8. modo tamen Religionem omnino deserat, nec ad aliam, etiam laxiorem transeat, quo casu talis non esset Apostata. Imol. *in c. intelleximus, de ætat. & qual. in fin.* Capel. Tholos. *quæst.* 16. quamvis hodie secus dicendum sit ob Bullam Pauli IV. apud Zerol. *in prax. Episc. p.* 2. *verb. Apostata.* 7

Apostata non gaudet privilegio Religionis, a qua apostatavit. Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 19. *de Regul.* fermo tamen quoad hoc de iis est, qui reclamarunt contra professionem, & post Judicis sententiam. Bonac. *loc. cit.* 8

Apostata non potest petere alimenta a sua Religione, nec potest eligi in Abbatem, etiam post reditum, nisi fecerit pœnitentiam. Sanchez apud Pirrhing. *loc. cit. num.* 11. qui tamen contrarium probabilius dicit, ex quo hæc pœna nullibi in Jure inveniatur expressa. 9

Apostatæ a Religione non gaudent immunitate in Monasteriis, & Ecclesiis ejusdem Religionis, a qua apostatarunt; secus in aliis. Duard. Bobadil. Rebuff. Decian. apud. Farin. *de immun. cap.* 13. Ital. *lib.* 1. *cap.* 3. Diana *part.* 1. *tr.* 1. *res.* 23. 10

Apostatæ a fide, & a Religione incidunt in excommunicationem. An vero latæ, vel ferendæ sententiæ, vide Pirhing. *loc. cit. num.* 9. Zerol. *in prax. p.* 1. *verb. Apostata.* alias pœnas vide apud Bonacin. & Pirhing. *loc. cit.* 11

Apostata ubique capi potest a superiore, ut servus a domino, etiam extra illius territorium: quia possessor potest capere rem possessam, ubi illam invenit. *L. si quis ff. de acquir. possess. L.* 1. *C. ubi causa stat. L.* 1. *C. ubi curialis. cap. a nobis, de apost.* Sanctarel. *loc. cit.* 12

Apostata, an, & quando amittat Beneficia? vide Rebuff. *in prax. Benef. p.* 3. *de mod. amitt. Benef. n.* 47. Azor. *in sum. cap. de Apostata.* 13

Apostata non potest condemnari in contumaciam, ne fiat magis contumax. *cap. fin. de Regul.* ubi statuitur, ut Prælati fugitivos suos annuatim requirant, & ad Religionem revocent &c. cui accedit constitutio Urbani VIII. *edita* 21. *Septembris anno* 1624. quæ innovat Constitutionem *fel. rec.* Gregor. IX. relatam in *d. cap. fin.* apud Gonzal. *lib.* 3. *Decret. tit. de Regul. d. cap. fin.* 14

¶ AQUA.

Aqua, ubi potissimum de aqua e fundo superiori in inferiorem fluente.

Aqua fundi superioris est recipienda in fundo inferiore secundum naturalem loci situm, vel secundum consuetum, seu prout conventum fuerit inter dominos prædiorum *l.* 1. & 2. *ff. de aqua pluv. arcend.* Pract. Papp. *for. act. confess.* gloss. *servitus. num.* 19. Boer. *dec.* 352. & *conf.* 24. Ant. Gob. *tract. de aquis quæst.* 11. *per tot.* cum aliis sequentibus. Card. Tusch. *litt. F. concl.* 407. *num.* 22. 1

num. 22. *& ſeqq. & litt. S. concluſ.* 221. *num.* 9. *& ſeqq.* ubi vide, & Cæpol. *plene de ſervit. aquæduct. num.* 71. *& ſeqq.* Rot. *in Bonon. Aquarum*, 9. Aprilis 1666. inter *Conſult. Urceol. cap.* 76. *num.* 35. *vol.* 2. Thomat. *deciſ.* 147. *per tot.* ubi bene declarat, & de ſulcis aquariis cum fovea in fine terrarum, Bich. *dec.* 291. *&* 314. ubi de diminutione, & deficientia aquæ promiſſæ, Rot. *par.* 15. *recent. deciſ.* 9. Franciſc. de Angelis *in Aſtræal. patrocin. poſt tract. de confeſſion. opuſc.* 2. *num.* 228. ubi quod ſi nulla ſervitus ſit debita, non facit vim, nec dolo tenetur, qui in agro ſuo fodiens aquæ venas incidit, & vicino fontem avertit, ſi id faciat non animo nocendi, ſed ut agrum ſuum meliorem reddat, *per text. in l.* 1. §. *Denique, & l. ſi in meo fundo.* 21. *ff. de aqu. pluv. arcend.* ad Sperel. *deciſ.* 55. *num.* 12. *& deciſ.* 213. *num.* 4. *& ſeqq.* & alios, Conciol. & Romaguer. *ad ſtat. Eugub. lib.* 6. *rub.* 24. *per tot.* ubi redditur ratio, quia fundus inferior recipit etiam pinguedinem defluentem a fundo ſuperiore, & ideo etiam aqua eſt recipienda, licet damnum afferat, dummodo tamen ſervetur volitum, vel pactum, nihil doloſe agatur, & ex nimio fluxu, nimia fundo inferiori læſio non afferatur, ad tradita per Pacichel. *tract. de diſtant. cap.* 8. *num.* 19. & alios citatos per Romaguer ubi ſupra, qui etiam ſe remittit ad Sabelli *in* §. *Aqua.* Bortal. Gatt. *conſ.* 29. *per tot.* Ant. Gob. *conſult.* 56. *per tot.*

Plura de aquarum diverſione, an & quando ſit licita, vel non, Franciſc. Ant. Tranchedin. *conſult.* 83. *per tot.* Coſta *de facti ſcient. & ignorant. diſt.* 1. *cent.* 2.

2 Poteſt tamen dominus fundi ſuperioris illam avertere, ne in fundum vicini inferioris excurrat, etſi ipſi vicino noceat. Martha *vot. Piſ.* 174. *num.* 2. *&c.* Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 29. *num.* 13. Thomat. *deciſ.* 147. *num.* 11. vide Ant. Gob. *d. tract. quæſt.* 12. *per tot.* Cyriac. *controv.* 310. *n.* 140.

Et aqua mea ſitientibus agris meis non debet ad aliorum uſum converti, *leg. Præſes* 6. *Cod. de ſervit. & aqua*, Leoncil. *deciſ. Ferr.* 102. *n.* 7. De Luc. *de ſervit. diſ.* 29. *n.* 9. *& diſc.* 25. *n.* 5.

Plura de aquariolo, ſeu canali, quo mediante colligitur aqua, & an quis poſſit cogi illam in ſuo retinere, & alia, Cæpol. *de ſervit. urb. præd. capit.* 67. *per tot.*

3 An aqua poſſit projici, vel immitti in fundum alienum, vel ſtratam publicam? quid ſi ſit lavatura, vel aliud putridum, & tranſeuntes, vel ſtantes percutiat, & maculet veſtes, an dominus teneatur pro famulis, idem Cæpol. *d. tract. cap.* 68. *per tot.* Sabelli *in* §. *Via. num.* 3. ubi plura, & plures allegati. Pecch. *de ſervit. tom.* 2. *c.* 8. *quæſt.* 31. *n.* 4. *quæſt.* 36 *ſub n.* 22.

4 Aqua pluvia ſi opere manu facto alicui noceat, qualiter iſte poſſit agere, ut arceatur ne ſibi noceat, opus factum deſtruatur, & damnum emendetur, quæ requirantur, & alia, *toto tit. ff. de aqua pluv. arcen.* late declarat Cæpol. *de ſervit. ruſtic. præd. c.* 5. *per tot.*

5 Aqua ſcaturiens in fundo ſuperiori, licet per mille annos fluxerit in fundum inferiorem, poteſt averti, & impediri a domino fundi ſuperioris, ne amplius decurrat in fundum inferiorem, cum talis curſus in mera ejus facultate conſiſtat, nec dicatur aliquod jus quæſitum domino fundi inferioris, niſi intervenerit aliquod opus manu factum, & hominis miniſterium in fundo ſuperiore ad faciendum ſic aquam excurrere, quia tunc non jure facultatis, ſed ſervitutis diceretur decurrere, & quæſita ſervitus negativa non divertendi aquam a fundo inferiore, concurrente tamen ſcientia, & patientia domini fundi ſuperioris, Cæpol *de ſervit. aquæduct. num.* 51. *& ſeqq.* cum aliis *per Rot. p.* 2. *diverſ. dec.* 164. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 160. *n.* 7. plene Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 119. *per tot.* ubi pluribus citatis probat non potuiſſe aquam a ſolito curſu diverti, ſtante opere manu facto in fundo ſuperiore, pro illa derivanda in fundum inferiorem, & ſic inducta ſervitute juxta prædictam diſtinctionem: quæ deciſio eſt duplicata *in d. part.* 12. *dec.* 208. & rurſus in alia cauſa *d. part.* 12. *dec.* 270. ubi de manutentione concedenda in quaſi poſſeſſione juris percipiendi aquas, etiam ex unico actu acquiſita, qualiter præſumatur ſcientia, vel non ſit neceſſaria ad effectum manutentionis, ſed tantum præſcriptionis, adde Merlin. *deciſ.* 742. late Franciſc. Maria Pecch. *tract. de aquæduct. lib.* 1. *cap.* 7. *quæſt.* 4. *& ſeqq.* Ant. Gob. *tract. de aquis quæſt.* 11. 12. *&c.* Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 9. *per tot.* ubi ceſſante opere manu facto, & ſic ſervitute non probata, poteſt aqua a domino fundi ſuperioris diverti in præjudicium domini fundi inferioris, etiam ſi per mille annos fluxerit juxta prædicta. *& part.* 16. *dec.* 415. *per tot.* ubi plura, an & quando dominus fundi inferioris ſit manutenendus in poſſeſſione aquæ, & denegatur manutentio, quia opus manu factum ad ducendum aquam proceſſerat inſcio domino fundi ſuperioris, &c.

Aqua dicitur eſſe in dominio illius, in cujus bonis 6
oritur, & poſtea illius, cujus bona ingreditur, cum ſolo cedat, & ideo tales domini bonorum dicuntur ea uti jure proprio, poſſuntque illam divertere ad libitum, & quo velint ducere donec in eorum reſpective fundis reperitur, niſi hujuſmodi diverſio fieret in præjudicium alterius, qui opere manu facto illam ad propria bona duceret. Intelligendo quando hoc jure ſervitutis faceret, quæ ſervitus non præſumitur, ſecus autem ſi jure familiaritatis, vel facultatis ſibi conceſſæ; nam tunc non poſſet diverſionem domino aquæ impedire, non obſtante longiſſimo uſu, imo etiam ſtante dicta ſervitute ſi ſcienter permiſerit eam diverti a domino ſibi præjudicat, Marth. *vot. Piſ.* 174. *per totum*, Cæpol. *de ſervit. ruſtic. præd. cap.* 4. *num.* 51. *& ſeqq.* late Franciſc. Maria Pecch. *loc. ſup. cit.* Sanfelic. *dec.* 135. *num.* 1. *& ſeqq.* Novar. *collect.* 18. Altograd. *conſ.* 97. *num.* 23. *& ſeqq. per tot. lib.* 2. Rot. in Ferrarien. *aquarum* 14. Novembris 1622. coram Pirovano, & in Bonnon. Molendini 1. Martii 1627. coram Merlino, inter impreſſas ejuſdem *dec.* 261. ubi quod licet poſſit novum molendinum fieri, tamen poteſt aqua ab illo diverti per eum in cujus bonis decurrit, cum ſit aquæ dominus, ut ſupra, Novar. in Prag. Regni *Collect.* 18. *per totum.* Ant. Gob. *tract. de aquis quæſt.* 12. *& ſeqq.* ubi plura de aquarum retentione, & diverſione, Bardellon. *conſ.* 143. *num.* 35. *& ſeqq.* & optime probat Pax Jordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *num.* 308. *&* 309. *fol.* 186. Ricc. *Collect.* 3091. *&* 3430. Gizzarel. *dec.* 34. *n.* 25. *&c.* Boer. *dec.* 352. *num.* 5. *& conſ.* 24. *num.* 18. Ludov. *deciſ.* 133. Tuſch. *litt. A. concluſ.* 435. *&* 636. ubi plura quando aquæductus, vel jus irrigandi competat, qualiter probetur, conſervetur, vel amittatur. Pech. *de ſervit. Aquæduct. q.* 4. *n.* 61.

Aqua, vel aquæductus pluribus conceſſus non ex- 7
preſſis cujuſque partibus, debet inter eos arbitrio judicis dividi pro menſura cujuſque fundi, & non pro neceſſitate partis fundi, niſi alia ſubſit diſtributionis cauſa, ut bene exemplificat in duodecim unciis aquæ conceſſis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 128. *per tot.* Cæpol. *de ſervit. ruſt. præd. cap.* 4. *num.* 13. *&c.* Bellon. *conſ.* 27. *n.* 1. Gravet. *conſ.* 60. *num.* 3. Gratian. *diſcept.* 160. *num.* 28. facit idem Menoch. *de arbitr. caſ.* 245. *per tot.* ubi de paſcuorum communium diviſione, & late Franc. Maria Pecch. *tractat. de aquæduct. lib.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 17. *& ſeqq.* Ant. Gob. *de aquis quæſt.* 8. *&c.*

Aqua ſi fuerit promiſſa in aliqua quantitate, alias 8
quod promittens teneatur ad damna, & intereſſe, non poteſt promittens excuſari ſi aqua defecerit, ex eo quod defectus proveniat ex naturali curſu, juxta quem modo fluere, modo deficere ſolet, quicquid ſit quando ſimpliciter promiſſa fuerit aquæ defenſio, vel manutentio juxta ſolitum, ad tradita per Bimium *conſil.* 97. *num.* 46. Franciſc. Maria Pecch. *tract. de aquæduct. lib.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 16. Rot. *par.* 10. *recent. dec.* 26. *per tot.* quæ eſt in Romana permutationis 20. Februarii 1647. coram Bichio, ubi fuit reſolutum promittentem teneri ad damna, & intereſſe ob defectum aquæ juxta conventa, quibus ſtandum eſt, Menoch. *conſ.* 226. *num.* 125. Burſat. *conſil.* 156. *num.* 45. Theſ. *dec.* 245. *num.* 6. & & alii ibidem citati, Anc. Gob. *de aquis q.* 20. Bich. *dec.* 291. 314. *&* 464. ubi an & quando tota aqua ſit comprehenſa in venditione, primus emptor ſit præferendus, & jus derivandi aquam per modum facultatis ſit imperſcriptibile, & alia ad rem.

Aquam jus hauriendi habens ex puteo vicini non po- 9
teſt uti de nocte, & ſi utatur perdit illud, *leg. iter*, ubi Bart. *ff. com. præd. l. ſi communem*, §. *ſi is*, *ff. quib. mod. ſer. amitt.* Rom. *ſing.* 819. & eſt ratio, quia de nocte non licet ire per civitatem, vel domos alienas, Cæpol. *de ſervit. urb. præd. cap.* 38. *de itit. ſeu actu*, ubi quod idem eſt in ſimilibus ſervitutibus, cum poſſit debens ſervitutem illa non obſtante, claudere januam

ſuam

ſuam de nocte, & ſic non permittere uſum talium ſervitutum de nocte.

10 Aqua quando eſt omnibus ſufficiens, primus qui habet Molendinum in flumine, non poteſt prohibere ſecundo ne aliud ædificet, quia hoc illi non nocet, Jaſ. *in leg. quominus. num.* 56. *&* 57. *ff. de flum.* Franch. *deciſ.* 183. *num.* 8. *&* 9. quos refert & ſequitur (licet per tranſennam) Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 286. *num.* 6. *&* 7. vide alios citatos apud Sabellum *in verbo, aqua, num.* 3. *& in §. Molendinum.* Cæpol. *de ſervit. ruſtic. præd. cap.* 4. *num.* 41. *& ſeqq.* ubi facit plures diſtinctiones ad hoc propoſitum.

Poſſet tamen aqua diverti, & denegari, molendino inferius poſito, licet deducatur ex flumine publico, niſi ſervitus debeatur ſecundum Bald. *in l. aquam, ff. de ſervit.* quem refert, & ſequitur Bertachin. *in Repert. verb. Aqua.*

Sed vide eundem Bald. *conſ.* 241. *vol.* 2. ubi diſtinguit, & late Franciſc. Mar. Pecch. *tract. de aquæduct. lib.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 12. *&c.* Ant. Gob. *tract. de aquis, q.* 9. *&c.* Cabed. *deciſ.* 119. *part.* 1. ubi quod aqua ex flumine publico ita demum duci permittitur, ſi ſine injuria, & damno alterius fiat; ſecus autem ſi deductio, vel derivatio aliis noceat, ut quia exiguior fiat, ac ad molendum, vel navigandum minus ſufficiens, per plura jura ibidem adducta. Vide Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 11. *& ſeqq. per tot.* Gratian. *c.* 89. *n.* 2. *& ſeqq.*

AQUÆDUCTUS.

Praxis Aquæductus.

1 Aqua pluvialis ſuperioris agri per inferiorem accipi debet. Pajatel. *exped. & annot.* 83. *num.* 1. Ex ſuperioribus vero agris opere manu facto, non poteſt dirigi in agros inferiores invitis Dominis. *L.* 1. *&* 2. ubi gloſ. & DD. *ff. de aqua, & aqua pluv. arcen.* Antonel. *conſ.* 88. apud Tranchedin. *conſ.* 83. *n.* 1. ſi pervertatur curſus naturalis aquæ: ſi vero non pervertatur, poteſt; quia in re ſua quilibet facere poteſt, quod ſibi prodeſt, licet alteri noceat. Pajatel. *l. c.* Cyriac. *contr.* 576. *n.* 9. *& contr.* 688. *an.* 61. *ſeqq.*

2 Aqua, quæ eſt in fundo alieno, acquiritur Domino fundi illius. *L.* 1. *ff. de aqua quotid.* Cancer. *var. reſ. capit.* 3. Capyc. Latro *conſ.* 8. Theſaur. *deciſ.* 245. *num.* 2. Tranchedin. *conſ.* 83. *num.* 13. ubi DD. Antonel. *loc. cit.*

3 Aquæ ducendæ per ſuum fundum facultatem concedens, ſi eum aqua immoderate lædit, non tenetur eam pati. Menoch. *de retin. remed.* 6. *num.* 107. Cyriac. *contr.* 576. *num.* 9. Pechius *de aquæduct. c.* 9. *q.* 17. Gobius *de aquis q.* 18. Tranchedin. *conſ.* 83. *numer.* 12. plura apud Cyriac. *contr.* 688. per totam.

4 Aqua, poſtquam fundum alicujus eſt ingreſſa, ille poteſt uti, quomodo vult, etiam invito Domino inferioris loci. Rot. apud Merlin. *dec.* 261. *n.* 6.

5 Aqua, quæ oritur in meo fundo, & derivatur in alium fundum meum, ſi hunc fundum vendo, videtur etiam venditum jus derivandi aquam in eundem fundum. Bart. *in L.* 1. *ff. de ſervit.* Tranchedin. *conſ.* 83. *n.* 13. Capyc. *dec.* 187. Jure tamen ſervitutis, non dominii. Cæpol. *de ſervit. ruſt. præd. c.* 4.

6 Aqua debetur pro quantitate prædiorum ad ratam, dietim, & horatim. *L. cum conſtat. ff. de aqua quotid.* Coſta *de portione rata quæſt.*

ARBITER.

Praxis Arbitrorum.

1 Arbiter eſt perſona idonea, ſive ex Legis præſcripto ſive ex conventione partium, electa, ut circa controverſiam exortam, ſuum judicium pronunciet. P. Pirhing. *lib.* 1. *tit.* 43. *num.* 1. Anacletus Reiffenſtuel *in l.* 1. *tit.* 43. §. 1. *n.* 5. Alius eſt juris, & neceſſarius, alius eſt voluntarius, vel Compromiſſarius. Juris dicitur, qui ex præſcripto juris eſt conſtituendus. ut *in cap. ſuſpicionis de Offic. Deleg. & cap. arbitr. eod. in* 6. Voluntarius dicitur, qui ex partium conventione fuit electus per Compromiſſum.

2 Ab arbitro Juris datur appellatio. *cit. cap. ab arbitris.* ſecus a Compromiſſario. *L.* 1. *Cod. de arbitr. cap. a judicibus* 2. *q.* 6.

Arbitri Juris habent quamdam Juriſdictionem, & coercitionem; quia habent poteſtatem, quæ eſt neceſſaria, ad expediendam cauſam: uti citare partes &c. at Compromiſſarii, carent juriſdictione, & habent tantum notionem: quia privati juriſdictionem conferre non poſſunt. Arbitri Juris poſſunt cogi ad ſuſcipiendum munus, non ita compromiſſarii, qui arbitratores vocari ſolent. 3

Arbiter electus in diſcordia ab aliis arbitris, non dicitur arbiter, ſed conſultor, ita ut non poſſit dici in tres factum compromiſſum fuiſſe, nec ejus requiritur præſentia in laudo ferendo; ſecus, ſi tertius fuit electus ab ipſa parte. Bar. *in L. ſi dominium ff. de furt.* Tuſc. *litt. A. concl.* 462. & alii apud Ciarlin. *contr. for. cap.* 27. *n.* 6. 4

Arbitri in cauſa ſuſpicionis ipſius Judicis ſunt eligendi ab ipſis recuſantibus. *L. apertiſſimi*, ubi Bal. & DD. *ff. de jud.* Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 33. Scaccia *de Judic. lib.* 1. *cap.* 101. *num.* 23. & debent eligere intra tres dies, aliter recuſatio non valet. Et iſti arbitri poſſunt etiam a Judice recuſato cogi ad ſuſcipiendum Officium compromiſſum: Et ſi arbitri diſcordant, Judex recuſatus, cogit ad eligendum tertium; & ſi recuſantes in electione diſcordent, recuſatus ipſe eliget, Scaccia & Gail. *loc. cit.* Sperel. *deciſ.* 93. *num.* 16. Antonel. *de Regim. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 8. Et ſi pronunciant, cauſam eſſe legitimam recuſandi, cauſa devolvitur ad ſuperiorem Recuſati. Scaccia *loc. cit. capit.* 101. 5

Arbitri poſſunt procedere ſummarie, ſine Juris poſitivi ſolennitatibus. Scacc. *de Judic. lib.* 1. *cap.* 53. *n.* 25. ubi Clar. *lib.* 5. *q.* 31. *num.* 9. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 18. *n.* 2. 6

Porro compromiſſum fieri non poteſt in Judicem Ordinarium. *L. ſed ſi ſervum ff. de recept. arbitr.* §. *ſi quis Judex. cap. infames.* §. *ſi quis vero Judex* 4. *diſt.* 7. Menoc. *conſ.* 573. *num.* 11. Guidop. *deciſ.* 370. Blanc. *de comprom. q.* 2. *num.* 41. Tranched. *conſ.* 33. *num.* 1. Limit. de Jure Canonico, ſecundum quod poteſt in Judicem Ordinarium compromitti. *cap. cum tempore*, ubi gloſ. & Abb. *de arbitr. cap. ex parte eod.* P. Pirhing. *lib.* 1. *tit.* 43. §. 2. *num.* 13. 7

Neque in quæſtionibus Juris habet locum compromiſum; quia in jure omnia ſunt clara, & certa. Marant. in Specul. *p.* 6. *art.* 2. Scaccia *de jud. lib.* 2. *cap.* 2. *q.* 3. Niſi tamen quæſtio Juris eſset admodum dubia, uti ſi lex habet varias interpretationes, vel variæ ſunt Doctorum opiniones. Neque habet locum in cauſis criminalibus, ne fiant colluſiones, neque in mixtis. Pax Jord. *lib.* 13. *tit.* 7. *num.* 47. *de re Judic.* in quibus magis dignum, quale eſt criminale, trahit ad ſe minus dignum, quale eſt civile. Neque in cauſis mixti Imperii, nec cum petitur calumnioſe. Scaccia, & Marant. *l. c.* & Lancellot. *de attent. p.* 3. *cap.* 24. *quæſt.* 25. *per tot.* Pajatel. *exped. & annot.* 43. Neque in cauſis liquidis, vel brevi terminandis, & quæ habent executionem paratam, uti in inſtrumentis publicis, vel alia ſcriptura publica, ſententia, vel obligatione guarantigiæ, niſi inſtrumentum eſſet quodammodo dubium. Neque habet locum in promiſſione jurata, etiam quoad hæredem jurantis. Sed contrarium vide apud Scacciam *loc. cit.* vide etiam Pajatel. *expedit. & annot.* 43. uti neque in ſecunda inſtantia. 8

Compromiſſum voluntarium poteſt fieri in quacumque parte Judicii, etiam poſt ſententiam, quia quilibet eſt rei ſuæ moderator, & arbiter. Scaccia *de Jud. lib.* 2. *cap.* 2. *q.* 2. Neceſſarium vero ex Juris, vel ſtatuti diſpoſitione, ſi arbitri ſunt eligendi circa unum articulum cauſæ, uti ſuſpicionis, debet fieri in occurrentia ipſius articuli. Si vero ſunt eligendi ad totam cauſam de Mandato Papæ, vel Imperatoris, debet fieri, quando placuerit eidem Papæ, vel Imperatori. Si vero debet fieri ex ſtatuti diſpoſitione, fieri debet ante litem conteſtatam, ſecundum communiorem. Caſtr. *conſ.* 320. Scaccia *de Jud. loc. cit.* ubi DD. de reliquo, qualiter differat voluntarium a neceſſario, vide Rot. apud Merlin. *deciſ.* 205. *num.* 11. Pajatel. *annotat.* 94. *num.* 10. 9

Compromiſſi petitio, ſupendit Judicis Ordinarii Juriſdictionem. Blancus *de compromiſ. p.* 3. Lancellot. *de attent.* 10

attent. part. 2. cap. 15. num. 384. apud Conciol. *alleg.* 71. *num.* 1.

11 Compromiſſum vigore ſtatuti inter affines, faciendum in lite non habet locum, mortua perſona, qua mediante, fuerat contracta affinitas; quia tunc expiravit quoque affinitas. Blanc. *de comprom. quæſt.* 3. Bonell. *de comprom.* §. 1. *gloſſ.* 3. Ciarlin. *contr. for. cap.* 170. *num.* 1. apud quem plures. Neque locum habet in hæretico, qui non debet gaudere favore ſtatuti. Neque in Clerico, qui non poteſt ſtatuto Laicorum ligari, niſi Clericus vellet cogere Laicum ad compromittendum. Neque in ſpurio. Scaccia *de Judic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 200. Neque habet locum in poſſeſſoriis, niſi ſtatutum ſpecificet. Poſt. *de manut. obſ.* 6. Ciarlin. *loc. cit. num.* 8. ſicut nec in manutentione; quia manutentio non eſt lis, ſed litis præparatio. Neque in cauſis matrimonialibus de jure, cum agitur vinculo matrimonii. *cap. ult. de tranſact.* Neque in cauſis, in quibus agitur de libertate hominis. Pirhing. *lib.* 1. *tit.* 4. §. 3. Neque in re liquida, non obſtante ſtatuto de compromittendo in litibus inter affines. Tuſc. *litt. G. concl.* 486. *& litt. C. concl.* 498. Farinac. *dec.* 452. Ciarlin. *l. c. num.* 16. Cyriac. *contr.* 350. *n.* 13. *lib.* 2. Pajatel. *annot.* 94.

12 Neque poteſt fieri in rebus prohibitis alienari, uti in bonis Eccleſiæ, vel Fideicommiſſo ſubjectis; quia compromittens dicitur alienare. Alder. Maſcard. *de ſtatut. interpret. concl.* 8. Ciarlin. *l. c. n.* 31. Riccius *in prax. p.* 3. *reſol.* 165. per totam.

13 Neque in bonis ſitis extra territorium ſtatuentis. Factum tamen ſuper bonis Eccleſiæ a Prælato valet in præjudicium Prælati. *cap. ex multiplici de decim. cap. veniens, cap. de cætero. de tranſact.* Noal. *de tranſmiſ. caſ.* 35. *num.* 2.

14 Porro licet compromiſſum inter affines vigore ſtatuti faciendum non procedat in ſpurio, habet tamen locum in filio naturali, item in legitimato, tam per ſubſequens matrimonium, quam per oblationem Curiæ, vel reſcriptum. Scaccia *de Judic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 233. ubi communior ſententia. Marant. & Caſtr. Item in minore: regulariter, ſcilicet, cum Judicis Decreto, & auctoritate curatoris. Scaccia *loc. cit. num.* 275. Afflict. *dec.* 285. Blanc. *de comprom. inter conjunctos, q.* 3. Limit. in rebus mobilibus, quæ ſervando ſervari non poſſunt: nam, ſicut poteſt illas alienare, ita etiam poteſt compromittere; quia compromiſſum eſt ſpecies alienationis. Surd. *de alim. tit.* 8. *privileg.* 56. DD. apud Scacciam *loc. cit.*

15 Pupillo eſt damnoſum, & læſivum, quia metu pœnæ non poteſt appellare a ſententia arbitri. Marant. in Specul. *p.* 6. *act.* 2. Oddo *de reſt. in integr. q.* 32. Blanc. *de comprom. q.* 10. apud Scacciam *de Judic. l. c. n.* 326. Secus de Jure Canonico, quod admittit appellationem ob æquitatem naturalem, ſecundum aliquos: contra quos tamen tenet Scaccia *n.* 340. Idem dic de compromiſſo facto in arbitratorem, a quo ſimiliter non poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri, niſi ob magnam læſionem. Scaccia *l. c. n.* 341.

16 Compromiſſum non obligat ſucceſſores ſicut nec laudum; vel alios poſteriores vocatos, non tantum quoad ſubſtantiam, ſed nec quoad effectum. Noal. *de tranſmiſ. caſ.* 35. *per totum arg. L. proferre ff. de arbitr.* neque tranſit ad hæredes compromittentium, ſed illorum morte finitur; quia arbitria ſunt ſtricti juris. *L. non diſtinguimus ff. de arbitr.* licet ex una parte eſſent plures compromittentes, ſi cauſa tamen erat individua. Si vero ſit dividua, tunc tot ſunt compromiſſa, quot compromittentes. *L. ad officium Cod. commun. divid.* Limita, ſi non compromittunt principales pro ſe ipſis, ſed unus v. g. pro ſe, alter pro alio, cum promiſſione de rato: tunc enim ſi moritur ille, pro quo fuit promiſſum de rato, non finitur compromiſſum; quia executio non fit contra illum, ſed contra compromittentem. Porro concluſio procedit, licet mors compromittentis ſequatur, poſt concluſionem in cauſa vel citationem ad ſententiam. Limit. primo concluſio, cum in compromiſſo fuit facta mentio hæredum: tunc enim ad illos tranſit. *L. diem proferre ff. de arbitr. cap. fin. eod.* Limit. ſecundo, cum compromiſſum fuit factum in arbitratorem; quia morte compromittentis non expirat; quia arbitramentum non eſt verum compromiſſum, ſed quoddam pactum, quod tranſit in hæredes. Noal. *d. caſ.* 35. Limit. tertio in univerſitate, vel Collegio, vide Tranched. *conſ.* 110. Et ſicut compromiſſum non tranſit in ſucceſſores, vel hæredes, ita nec arbitrandi jus; quia eſt electa induſtria perſonæ. *L. apertiſſimi de Jud.* Noal. *l. c. caſ.* 35.

Compromittere qui non cogitur ſuper principali, 17
neque tenetur ſuper incidente. Ciarlin. *d. cap.* 170. *numer.* 59. & DD. apud eundem. uti Tuſc. *litt. S. concl.* 487. *n.* 99.

Quæres, an Compromiſſum factum a Canonicis 18
de eligenda certa perſona valeat? Reſp. negative. *L. item ſi unus ff. de arbitr.* Abb. *in cap. quia propter. de elect.*

Redeundo, ad arbitros: Arbitratoribus diſcordanti- 19
bus, ſicut ipſi arbitri non tenentur eligere tertium, ita nec ipſi principales. Sperel. *deciſ.* 54. *num.* 44. ubi ubi DD. & quando Arbitri tres fuerunt electi, duo non poſſunt judicare, vel laudare, tertio irrequiſito; quia præſentia illius potuiſſet alios duos in ſuam ſententiam trahere, *L. ſi in tres ff. de recept. arbitr. L. duo ex tribus*, ubi Bart. & DD. *ff. de re judic.* Canoniſtæ *in cap. 2. de arbitr. in 6.* Blancus *de comprom. q.* 9. Tuſc. *litt. A. concl.* 464. Ciarlin. *contr. for. cap.* 27. *a numer.* 1. Neque ſufficit tertium fuiſſe citatum, ſed requiritur illius præſentia de jure Civili; quamvis ſecus de Jure Canonico. DD. *mox cit.* Neque tertius poteſt laudare ſine duobus, aliter laudum eſt nullum. Pajatel. *exped. & annot.* 55. *per totam.*

Et quamvis Arbiter poſſit declarare, & interpretari 20
ſuum laudum, juxta Gabr. *de Reg. Jur. concl.* 3. *numer.* 17. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gl.* 18. *num.* 77. Ciarlin. *contr. for. cap.* 75. *num.* 10. ſententiam tamen invalidam, quam tulit, mutare non poteſt. *L. qualem* 19. *ff. de arbitr.* Neque laudum executioni mandare poteſt, quia caret Jutiſdictione. *L. pen. Cod. de arbitr.* Abb. *in cap. per tuas* 9. *eod.* Et poſtquam publicavit ſuum laudum, in quo juſſit unum ex collitigatoribus jurare ſuper quibuſdam articulis, infra certum tempus, ita ut illo elapſo, amplius non admitteretur, eo tranſacto, non poteſt aliam dilationem dare. Cyriac. *contr.* 358. Vant. *de nullit. ex def. Juriſd. n.* 114.

Quid ſi vero Arbitrator per imperitiam male judi- 21
cat? Reſp. quod facit litem ſuam, ſicut Judex, & punitur arbitrio Judicis. Put. *de ſyndicat. verſ. negligentia cap.* 1. *numer.* 20. Menoch. *de arbitr. caſ.* 339. *per tot.* Farinac. *de var. & diverſ. quæſt.* 111. *art.* 16. *num.* 155. Tenetur de dolo, lata culpa. *Inſtit. de Oblig. quæ ex quaſi delict. naſc.* Abb. *in cap. paſtoralis de Off. Deleg.* §. *quia vero.* Ubi etiam Felin. Farinac. *loc. cit.* Limita, ſi arbitrator modice læſit, quia videtur habuiſſe poteſtatem ſic faciendi. DD. *cit.* vel ſi Arbitrator a partibus habuiſſet ampliſſimam poteſtatem. Bal. *in L. ſi filius ff. de jud.* In læſione vero enormi præſumeretur dolus. Butr. & Abb. *in capit. quintavallis de Jurejur.* Bar. *i. L. fin. ff. de Prætor. ſtipul.* Gabr. *lib.* 2. *de arbitr. concl.* 3. *num.* 49. *verſ. declara*, & alii apud Ciarlin. *contr. for. cap.* 68. *num.* 21. quando autem in hoc laudo poſſit fieri reductio ad arbitrium boni viri &c. vide Gabr. *l. c. per tot.*

Arbitrator tamen in declarando pretium, non tene- 22
tur citare partem. Mareſcot. *lib.* 2. *var. reſol. cap.* 70. *num.* 2. Sed laudum, vel arbitramentum, ſine compromiſſo, eſt nullum: uti etiam latum, parte non citata, vel ſine cognitione cauſæ. Cyriac. *contr. for.* 395. *numero* 21. *ſeqq.* (qui tamen tantum loquitur de electione peritorum &c. quod debeant fieri vel de conſenſu partium, vel a Judice partibus diſcrepantibus citatis.) apud Rot. poſt Pajatel. *deciſ.* 26. *num.* 6. Idem dic: ſi fuit latum ſuper non contentis in compromiſſo. Quod licet ratificari non poſſit, tamen ratificatum valet in vim pacti. DD. apud Pajatel. *annot.* 77. *a num.* 1. Exceſſivum eſt nullum in totum. Conciol. *alleg.* 72. *num.* 9. ubi Gratian. & alii, quando ſit revocandum, vide Merlin. *deciſ.* 70. ubi ſi contineat notoriam injuſtitiam. Acceptatum ex capite enormiſſimæ læſionis, poteſt impugnari per reſtitutionem in integrum. Paſqual. *de patr. poteſt. part.* 1. *cap.* 8. Pajatel. *l. c. num.* 42. Non poteſt exequi, ſi fuit acceptatum tantum ab una parte. Pajatel. *l. c. num.* 25. Et latum poſt tempus a Jure ſtatutum eſt nullum. Conciol. *alleg.* 72. *n.* 1. Eſt etiam nullum, ſi fuit latum a Judice Ordinario; quia in illum compromitti non poteſt. Item

ſi com-

si compromissum est nullum; Item si non dirimit omnes controversias compromissas. Item si fuit latum ab uno tantum arbitrio, vel latum mortuo uno ex compromittentibus. fuse Pajatel. *l. c.*

23 Laudum potest etiam reduci ob læsionem enormem, vel enormissimam. Ciarlin. *contr. for. c. 68. ex L. societatem. ff. pro socio. cap. quintavallis*, ubi Abb. & Butr. ac alii, *de Jurejur.* Cyriac. *contr. 525. per totam.*

24 Licet supra dixerimus, laudum super non contentis in compromisso non valere, tamen ob præsentiam partium sustinetur, si consentiant, quasi ex tacito compromisso. Pajatel. *l. c. n. 11. & seq.*

25 Laudum inter compulsos dicitur sententia. Blancus *de comprom. q. 9.* Borel. *de comprom. §. 3. gl. 4. n. 11.* Tranched. *cons. 87. n. 18.*

26 Laudum voluntarium, est individuum, secus necessarium. Vide Scacc. *de sent. gl. 14. quæst. 13. n. 7.* Eccles. *obs. for. 22. n. 26.* Gratian. *discept. for. cap. 162.* plura, in verbo *Laudum.*

ARBORES.

Praxis Arborum.

1 Arbores non sunt in fructu, sed pars proprietatis & fundi reputantur. Ciarlin. *controv. for. cap. 51. n. 1. ex L. æquissimum. §. fructuarius.* ubi Ang. *n. 1. ff. de usufr. L. in fraudem. §. Conductor. & ibi* Bart. *de Jure fisci.* Alex. *consil. 118. n. 4. lib. 5.*

2 Arbores recentes, quæ solo non coaluerunt, sunt plantantis; si vero coaluerunt, cedunt fundo. Beccius *cons. 33. numer. 7.* Corbul. *de caus. privan. emphyteutam caus. 13. num. 2.* Petr. de Anguss. *cons. 23. num. 9. lib. 2.* Caval. *decis. 44. num. 72. vers. quod non admitto.* Surd. *dec. 78. num. 25. & dec. 300. num. 23.* Gratian. *disc. for. cap. 21. num. 33. & 34. lib. 1.* Ciarlin. *controv. for. cap. 2. n. 69. & 70.*

3 Arbores a vento dejectæ spectant ad proprietarium, si tamen proprietarius eas non tollit, tanquam derelictæ sunt usufructuarii. *L. arbores. & L. Proculus. ff. de usufr.* Ciarlin. *controv. for. cap. 51. num. 38.* Borgnin. *de usufruct. mul. relict. num. 157. vers. quod secus.* Gratian. *loc. cit. cap. 21. num. 5. & 7.* & Bald. *in auth. multo magis. C. de SS. Eccles. cap. cum in cunctis.* ubi gl. Jo. And. Abb. Imola & alii *de elect. cap. quamquam.* ubi Francus *de censib. in 6.*

4 Arbores infructuosæ, uti populus, salix, fraxinus, ulmus, platanus, quercus, & habentes umbram nocivam, possunt incidi ab emphyteuta, usufructuario, aut colono, etiam sine licentia, sine periculo incurrendi ullam pœnam. Redoan. *de reb. Ecclesiast. non alien. quæst. 79. cap. 7. numer. 26.* Bertazzol. *in addit. ad cons. criminalia cons. 433. litt. A.* quia arbor, quæ inutiliter terram occupat, succidenda est. *cap. quamvis circa finem de decimis.* Lucas de Penna *in L. 1. C. de cypress. lib. 12.* Cyriac. *controv. 632. num. 23.* Ciarlin. *contrav. for. cap. 2.* ubi Natta *cons. 477. num. 9.* Gratian. *disc. for. cap. 21. num. 21. lib. 1.* quia per talem incisionem non deterioratur fundus, & quia ususfructus istarum consistit in earum succisione pro tabulis, trabibus &c. Seraphin. *decis. 1356. num. 3.* Giurba *ad consuet. Messanæ par. 1. cap. 15. gl. 4. num. 19.* Ciarlin. *loc. cit.* secus dicendum est quoad incisionem arborum frugiferarum, uti vitium, pomorum &c. dummodo hæc sint virides, & utiles & frugiferæ. Claud. ad Bertazzol. *cons. 423. litt. a.* Pacian. *cons. 32. num. 2. ad fin. & cons. 33. n. 9.* Ciarlin. *l. c. num. 32.* Ut vero arbores sint, & dicantur frugiferæ requiritur, quod producant fructus usui humano aptos; alias nulla arbor esset, quæ frugifera non esset, cum nulla sit, quæ foliis, vel ramis prodesse non possit. Bec. *cons. 33. num. 11. vers. non obstat.* Claud. ad Bertazzol, *loc. cit. litt. D.* Ciarlin. *l. cit. num. 38.* Ita vetustæ, inutiles, corruptæ, & in parte exsiccatæ exscindi possunt sine incursu ullius pœnæ. Angel. *in L. si colonus. §. si fundum. ff. de arb. fruct. cæsis.* Natta *cons. 482. numer. 3.* Rol. *cons. 49. num. 20. lib. 2.* Corbul. *l. c. caus. 13. num. 28.* Menoch. *cons. 460. num. 16.* Carpan. *ad statut. Mediol. cap. 379. n. 373.* alii apud Ciarlin. *l. c. n. 39.* maxime si vetustarum loco novæ supplantentur. DD. *cit.*

5 Arborum frugiferarum, & utilium incisio æquiparatur Domorum demolitioni. *L. & eleganter. ff. de dolo.* Crot. *cons. 115.* Curt. sen. *cons. 70.* Natta *cons. 477.* Surd. *dec. 300.* Ciarlin. *d. cap. 2. n. 5.* Jos. Ludov. *dec. 22. num. 23.* Et ideo in rebus Ecclesiæ non est licita sine Beneplacito Apostolico. Riccius *in prax. for. Eccl. p. 1. ref. 50.* Thes. *dec. 142.*

6 Arbor in confinio duorum fundorum posita, si est annosa, est illius, in cujus fundo habet originem, quamvis radices etiam in alio fundo habeat. *L. si plures. ff. de arb. fruct. cess.* Borgnin. *dec. 32.* Cæpolla *de servit. urb. præd. cap. 85.* si vero est recens, & pascat radices in alieno fundo, plus habebit Dominus illius fundi, in quo plus alit radices, & minus ille, in cujus fundo minus pascunt radices, & pro rata dictarum radicum erit dividenda. *L. arbor. ff. com. divid. §. si Titius. Instit. de rer. divis.* Caval. *dec. 32.* & alii quos citat, & sequitur. Costa *de post. ratæ. quæst. 46.*

Arborem communem non licet propria authoritate invito socio succidere etiam pro rata. Costa *l. c.* Plot. *in L. si quando. C. unde vi*, nec radices succidere etiam in proprio fundo; sed tantum actione negatoria potest convenire vicinum.

ARCHI-EPISCOPUS.

Praxis Archi-Episcopi.

1 Archi-Episcopus, licet fuerit rite consecratus, & possessionem acceperit, tamen, antequam pallium a Superiore acceperit, se Archi-Episcopum nominare non potest, nec ea munera obire, quæ sunt ordinis, potestatis, vel Jurisdictionis. *cap. nisi specialis, de author. & usu pall.* aliter facta circa potestatem Ordinis sunt quidem valida, sed illicita. Facta vero, quæ sunt circa usum Jurisdictionis, sunt nulla. Barb. *de Jur. Eccles. ast. lib. 1. cap. 7. num. 112.* & pallio uti non potest, nisi in Missa. Idem, *d. cap. 7.* Factus Episcopus, non potest uti pallio; quia hoc est signum Dignitatis Archi-Episcopalis. Zerol. *in prax. p. 2. verb. Archi-Episcopus.* Genuens. *cap. 88. n. 23.*

2 Archi-Episcopus confirmat electos Episcopos, & intervenit eorum consecrationi, ita ut alii Episcopi sine ejus mandato intervenire non possint. Injungit suffraganeis, quæ de jure servanda sunt. Convocat eos singulis trienniis, ad Concilium Provinciale; Inquirit de Residentia suffraganeorum; Compellit eos ad Justitiam subditis ministrandam. Ad convocandam synodum quotannis: Ad constituendum Œconomum; Archipresbyterum Ruralem; cogit erigere seminarium, eos suspendit, interdicit, excommunicat. Excommunicat Vicarium suffraganei, si impedit causam appellationis delatam ad suum Tribunal, vel si delinquit circa suum Officium, si non servat S. Sedis privilegia. Barbos. *loc. cit.*

3 Archi-Episcopus est Judex in causa Ordinariorum suffraganeorum, nisi sit de majoribus, quod est verum, cum causa intentatur a subdito contra Episcopum: secus si ab Episcopo contra subditum: tunc enim eliguntur Arbitri Juris, a quorum sententia appellatur ad Papam, emisso medio. Sed hodie Sac. Congr. declaravit, Episcopos non posse conveniri, neque civiliter, neque criminaliter, nisi coram Pontifice. Conc. Trid. *sess. 13. cap. 6. de Reform. gl. in cap. pastoralis de Offic. Jud. Ordin.*

4 Archi-Episcopus potest dispensare in votis, & juramentis Suffraganeorum. Item illos in perceptione Jurium Episcopalium discordantes cogere ad concordandum. Barbos. *loc. cit.* non potest tamen cum suis Suffraganeis in Canonico, vel Pontificio dispensare, neque cum Suffraganeorum subditis. Diana *p. 8. tr. 3. resol. 13.* Pontius *de matrim. lib. 8. cap. 5.* dispensat tamen in legibus Concilii Provincialis. Diana *part. 9. tract. 6. res. 40.* Quarant. *in sum. Bullar. verb. Concilium.* In subditos Suffraganeorum, nullam habet Jurisdictionem, nisi in casu appellationis, vel Visitationis. Barbos. *loc. cit.* Punit crimina notoria subditorum Suffragancorum, si illi sunt negligentes. Potest mittere edicta per totam Provinciam in casibus ad suam Jurisdictionem spectantibus. *cap. 1. §. notoria, de censib. in 6.* Quarant. *in sum. Bullar. verb. Archi-Episcopus. num. 24.* Barb. *loc. cit.* Post Concil. Trid. *sess. 24. cap. 3. de reform.* non potest visitare Diœceses Suffraganeorum, nisi causa cognita, & probata in Concilio Provinciali.

Barbos. *l.c.* & tunc potest audire confessiones. P. Pirhing. *lib. 1. tit. 31. sect. 2. §. 2. n. 25.* Benedicit populo, ubi transit: facit sibi præferri crucem per totam Provinciam, etiam in locis exemptis. Barbos. *l.c.*

5 Archi-Episcopus, sede Episcopali vacante, scilicet suffraganei, potest, & debet, administrationi sedis vacantis incumbere; duobus tamen casibus: primo: si Ecclesia non habet idoneos Ministros; ut si non habet Capitulum actu, sed tantum habitu; vel Canonici non sunt in Sactis. Secundo: si qui existunt, fuerint negligentes. *c. ult. de suppl. neglig. Prael. in 6.*

6 Archi-Episcopus, non potest eximere quemquam a Jurisdictione sui Ordinarii, aliter nihil facit. *cap. duo simul. de Offic. Ord.* Abb. *in cap. cum inter de re jud.* Ciarl. *cap. 125. n. 76.* & solus Papa hoc potest. Erasmus Cochier. *de Jurisdict. ordin. in exempt. par. 1. quæst. 3. n. 10. vers. distinguendum.*

7 Archi-Episcopus non potest exercere Pontificalia in sua Provincia absque suffraganei consensu, extra suam Diœcesin. Riccius *in præx. var. resol. part. 2. resol. 234.* Est Judex omnium Episcoporum suæ Provinciæ. *cap. qui cognovimus. 10. quæst. 3. cap. pastoralis*, ubi Abb. *de Offic. Ordin.* Riccius *in prax. Archi-Episc. p. 3. resol. 22.* tenetur ad reparationem Ecclesiæ: non potest formare processum contra Episcopum, etiam animo illum transmittendi ad S. Pontificem. Riccius *part. 4. resol. 492.* ubi S. Concil. Trid. *sess. 24. cap. 1.* Potest cognoscere causas civiles Episcoporum, saltem leviores. Riccius *l.c.* ubi Abb. Scaccia *de appell.* & S. Congr. *q. 19.* non potest adiri per viam querelæ. Scaccia *l.c.* In prima instantia non habet Jurisdictionem cujuscumque negligentiæ prætextu, circa causas concernentes subditos Suffraganeorum. *cap. pastoralis de Offic. Ordin.* Hinc nullum est edictum, sententia, statutum, vel quodlibet aliud præceptum Archi-Episcopi, vocans subditos suorum Suffraganeorum ad suam Curiam, licet suffraganeus esset excommunicatus; quia causæ non devolvuntur, nisi in casibus a Jure expressis. Barb. *de Offic. Episcop. alleg. 126. n. 6. & de Jur. Eccles. lib. 1. c. 7.* Quarant. *in sum. Bullar. verb. Archi-Episcopus.* Ciarlin. *cap. 125. n. 76. & seq.*

8 Archi-Episcopus non denuncians Pontifici absentiam suorum Suffraganeorum, est interdictus. vide Dianam *p. 10. tr. 13. resol. 2.* ubi Constitutionem Urbani VIII. Concil. Trid. *sess. 6. c. 1. §. crescente de reform.*

9 Archi-Episcopus potest condere statuta Provincialia, cum consilio, & consensu Episcoporum Suffraganeorum: hinc Concilium Provinciale convocare cogitur, in quo Archi-Episcopus præsidet tanquam caput, non tanquam superior. P. Pirhing. *lib. 1. tit. 31. sect. 2. §. 1.* Non confirmat Episcopos Germaniæ, ob illius concordata. Pirhing. *l.c.*

10 Archi-Episcopns, ad quem fuit appellatum, debet relaxare inhibitionem, nisi cum insertione tenoris sententiæ, vel Decreti aggravantis: aliter inhibitio, & processus est ipso jure nullus. Ciarlin. *cap. 125. l. c.* Non potest inhibere Judici appellato carcerationem, non servatis de jure servandis, uti non visis actis. Ciarl. *l. c. n. 52. & seq.* ubi DD. Lancellot. *de attent. par. 2. cap. 20. ampl. 11. n. 5. & lim. 1. n. 5.*

11 Archi-Episcopus ad instantiam patroni, qui bis interpellavit Episcopum pro institutione præsentati, præfigit terminum, ad præsentandum; quo elapso, ipse instituit. Barbos. *de Offic. Episc. p. 3. alleg. 126. num. 51. & 52.* Zerola *in prax. verb. Benef. §. 3. & 8.* Garz. *de Benef. par. 10. c. 4.*

12 Archi-Episcopus, & Metropolita, idem sunt, cum habet suffraganeos. Barb. *de Jur. Eccl. lib. 1. c. 7.*

ARGUMENTUM.

¶ *A contrario ductum.*

1 Argumentum a contrario sensu legis, vel Canonis, sive alterius dispositionis fortissimum est, ac utile valde, cum dicatur mens legis, ac lata quædam expressio; habet locum præcipue in legibus, statutis, pactis, sive contractibus, feudis, rescriptis, sententiis, laudis, seu arbitramentis, mandatis, ac ultimis voluntatibus; non autem procedit in dictis, & depositionibus testium, nec in privilegiis, nec etiam in dictis aliis casibus, quando ex eo resultaret pravus, & absonus, vel absurdus intellectus, vel contra rationem naturalem, nec quando sequeretur aliqua juris correctio, vel sensus contrarius rationi alterius legis, nec quando adesset dictio implicativa, ut est dictio maxime, præsertim, etiam, & similes, nec quando sumeretur a verbis narrativis, cum procedat solum in dispositivis, nec in verbis modalibus, si arguatur ex defectu, seu cessatione modi, nec in verbis causativis, hoc est per modum causæ prolatis, quando causa non est finalis, sed impulsiva tantum, nec etiam si causa esset finalis, si non sit unica, cum possit una deficiente alia subesse, nec quando sumeretur non a contrario sensu rationis, vel mentis, sed tantum a contrario sensu litteræ, prout late omnia explicat, & probat Everard. *topic. Legal. loc. a contrario sensu. per tot. fol. mihi 501, &c.* Socin. *reg. 46. per tot.* & optime Barbos. *in loc. com. argum. loc. 27. per tot.* ubi dictam regulam duodecim modis ampliat, & 17. modis limitat; in quibus non procedit dictum argumentum, late etiam Tusch. *litt. A, conclus. 498. per tot.* Ricc. *Collect. 2605.* Rot. *part. 12. recent. dec. 192. num. 2. & c. part. 1. decis. 185. num. 7. part. 5. dec. 455. num. 16.* Buratt. *dec. 116. num. 7.* vide Sabelli *in §. Statutum de lucro dotis. num. 4. & 8.* Berlich. *concl. 12. num. 19. tom. 2. & conclus. 52. n. 8. dict. tom. 2.*

Argumentum a contrario sensu licet procedat in statutis, est tamen stricte eliciendum ad limites verborum in sensu directo positorum, & ideo in dispositione negative concepta, deduci non potest affirmative, quia verba negativa semper negant, & nunquam affirmant; unde facta prohibitione in aliquo casu, non potest ex illa a contario sensu argui ad permissionem in aliis, ut bene exemplificando declarat Altograd. *consil. 20. numer. 13. & sequentib. lib. 2.* Galvan. *consil. 31. num. 72.* Sabelli *Pract. §. Licenze numer. 42.* pulchre Rot. *part. 10. recent. decis. 40. num. 14.* &c. ubi in terminis statutorum Bononiæ de obligationibus, & contractibus minorum, Bellon. *tractat. de mand. jurisd. cap. 8. quæst. 19. numer. 34. & seqq.* ubi in materia jurisdictionis. 2

ARMA.

Praxis Armorum.

Armorum delatio de Jure est etiam prohibita nobilibus, Divitibus, & militibus, præterquam in expeditione bellica. Item rusticis &c. aliter puniri possunt, maxime si illa ferant in judicio coram Judice vel Consistorio etiam quoad privilegiatos, dum jus dicitur. Lim. si hæc feruntur pro defensione sui. sed Farin. *de var. & diverf. crim. quæst. 108.* tales non excusat, nisi obtinuerint, cum possent, licentiam, qui citat Surd. *cons. 152. lib. 2.* Rol. *cons. 3. num. 1.* Decian. *crim. cap. 3.* Et quod ferantur ad defensionem, cum non præsumatur, probari debet, nisi contrarium suadeat qualitas personæ. Ita Menoch. *de arbitr. cas. 394.* Decian. & Farin. *loc. cit.* Lim. 2. si ferantur arma defensiva tantum puta loricæ, scuta, galeæ &c. Lim. 3. in ferente cultellum parvum pro scindendo pane, vel ferente arma ligata, saxa, fustes. Lim. 4. in Doctoribus, nisi contraria vigeat consuetudo. Item in Officialibus, & familia. Item in ferente extra Civitatem causa itineris. DD. cit. & Farin. *loc. cit. num. 105.* vide Conciol. *resol. crim. verb. arma res. 1. & seq.* 1

Multo magis est prohibita Clericis. *cap. 2. de vita & honest. Cleric.* nisi causa justa excuset: uti periculum vitæ. *cap. olim. de restit. spol.* Riccius *in prax. par. 1. res. 325.* Antonell. *de regim. Eccles. lib. 6. cap. 5.* & contravenientes possunt puniri pœna pecuniaria, & aliis pœnis. Secus dolo cessante. Farin. *quæst. 108. num. 144.* Bursat. *cons. 77.* dummodo sit convictus. *cap. si quis contumax. & cap. qui subditorum. 15. q. 4.* Riccius *in prax. par. 4. res. 118.* Antonell. *loc. cit.* Farin. *d. quæst. 108. num. 21.* qui tamen non puniuntur a Judice Laico, sed Ecclesiastico. Farin. *l.c.* Covar. *lib. 2. var. res. cap. 20.* Menoch. *de arbitr. cas. 394.* Clar. *in §. fin. quæst. 36. n. 22.* vide *Clericus & Judex.* 2

Arma prohibita, si fuerunt inventa sub pedibus pluriun, ita ut ignoretur, cujus sint, nemo potest condemnari secundum unam sententiam, quia melius est nocentem absolvere, quam innocentem condemnare. *L.* 3

favo-

favorabiliores. ff. de R. I. & in criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores. *L. sciant. C. de probat.* videri potest Caball. *resol. crim. cas.* 230. Farin. *d. quæst.* 108. *num.* 158. Alia vero sententia tenet esse omnes condemnandos, ne delicta maneant impunita, & aperiatur via fraudibus. Tertia sententia vult esse locum gratificationi Judicis. Menoch. *de arbitr. cas.* 384.

4 Arma faciunt indicium contra Reum. Bart. *in L. fin. ff. de quæst.* Boss. *de indic. num.* 51. Mascard. *de prob. conclus.* 131. Farin. *quæst.* 52. Ciarlin. *controv. for. cap.* 12. & deferens arma, illa amittit, & de jure fisco applicantur, sed de consuetudine Italiæ spectant ad Barisellum. Decian. *crim. lib.* 8. *c.* 4. Bajard. ad Clar. *in* §. *fin. q.* 82. Farin. *q.* 108. *n.* 11. an in præjudicium Domini, ac commodantis, vel ferentis tantum vide Ludov. *dec.* 31. *n.* 1. *Perus.* Conciol. *res.* 23. qui in præjudicium etiam accommodantis concludunt. Armorum appellatione non veniunt dentes, ungues, vasa vitrea vel terrea, liber, aut sacculus. Carpz. *in pract. crim.* §. *in textu.* Afflict. *in constit. Regni. libr.* 1. *rub.* 12. Decian. *tract. crim. lib.* 8. *c.* 2. Bajard. ad Clar. *in* §. *fin. quæst.* 82. *circa fin.* & ejusmodi instrumentis aliquem offendens non punitur pœna ordinata contra percutientem vel vulnerantem cum armis. Cabal. *res. crim. cas.* 63. Conciol. *res.* 10. *in verb. arma.*

5 Armatus stans in propria domo non incurrit pœnam delationis armorum, licet stet armatus in ostio domus. Bursat. *cons.* 141. *n.* 35. Farin. *de var. & diverf. crimin. quæst.* 108. *num.* 40. declarando ut per Gabr. *de malef. conclus.* 10. *num.* 24. Ripa *de noct. temp. cap.* 8. *n.* 59. quod ampliatur, ut etiam procedat in eo, qui inventus a birruariis cum armis, fugit in propriam domum juxta Bajard. ad Clar. *in* §. *fin. quæst.* 82. *n.* 62. quam tamen ampliationem rejicit Farin. *l. c. n.* 40. ubi dicit quod non servetur in practica.

ARTICULI.

Praxis Articulorum.

1 Articuli alii sunt positionales, alii probatoriales, primi sunt, & dicuntur illæ positiones, quæ dantur ad probandum per confessionem partis adversæ, & secundi sunt illi articuli, seu illa capitula, quæ fiunt, & dantur ad probandum per testes. *cap. præsentium, de testib. & attestat. in* 6. prius aliqua dicemus de articulis positionalibus; postea vero de probatorialibus.

§. I.

Articuli positionales.

2 Positiones ergo in specie sic sumptæ sunt pars intentionis actoris, continentes id, super quo quis petit sibi ab adversario responderi. Bal. *in L. generaliter.* §. *sed juramento. C. de reb. cred.* ideo adinventæ, sive de jure, sive de consuetudine, ut petens scire possit, quid ipsius adversarius fateatur, vel neget ad effectum, ut scire possit petens, quid eidem suo adversario probare necesse habeat, atque ita ut ponens relevetur, quantum fieri potest, ab onere probandi. Bart. *in L.* 2. §. *quod observari. num.* 18. *Cod. de jur. propt. calum. & in L. ubicumque. num.* 14. *& 17. ff. de interrog. act.* Bal. *in cap. dudum. lib.* 2. *num.* 5. *vers. tandem, de elect.* & DD. apud Michalor. *in suo tract. de position. cap.* 1. *num.* 8. *& cap.* 2. *num.* 1.

3 Actor ergo, reo citato in judicio, ad normam ut infra trademus *in verbo Citatio*, deducit suum factum per articulos, qui vocantur positiones, dicendo v. gr. *pro primo pono, verum esse, quod NN. reo convento tali, & tali die &c. centum mutuaverim* &c. & sic de reliquis, narrando suas, prætensiones, & sua jura &c. super quibus positionibus, præstito juramento veritatis dicendæ, quatenus ponens id expresse petierit, reus conventus a Judice examinatur, illisque reus respondere tenetur per verbum *credo, vel non credo, ut ponitur* &c. vel alio modo juxta consuetudinem loci, & quidem sine temporis intervallo, ac sine præsentia advocati. Gravat. ad Vestr. *in prax. lib.* 5. *c.* 14. *num.* 34. Salust. Tiber. *in prax. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 23. *vers. quæ respon-*

sio, apud Pellegrin. *in sua pract. civil. de termin. probat. p.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 4. *a n.* 1.

Positiones facere possunt litigantes, tam actor, quam 4
reus. *cap. un. de litis contest. cap. dudum, lib.* 1. *de elect.* Bart. *in L. ubicumque. num.* 21. *ff. de interrog. act.* Michalor. *loc. cit. cap.* 5. Et quamvis Michalor. *loc. cit. cap.* 5. *num.* 11. *seqq.* dicat, quod, quando tam actor, quam reus positiones ponit, dictæ positiones sint promiscue admittendæ, nos tamen contrarium in pluribus tribunalibus practicari vidimus, quod nempe prius reus super positionibus actoris examinatus fuerit, postea vero actor, ante publicationem responsionum rei; ad ipsiusmet rei positiones coactus fuerit respondere, ad normam doctrinæ, quam tradit ipsemet Michalor. *loc. cit. a numer.* 7. quod qui prior ad judicium provocat, prior agere, & petere debeat. *L. qui prior. ff. de Judic.* & regulariter quod prius respondendum sit positionibus actoris, quam rei. Bald. *in addend. ad Specul. in rubr. de dilat. vers.* 1. *respond.* Ita tamen, ut si positiones rei sint totaliter, & a diametro contrariæ positionibus actoris, ut puta si actor poneret se mutuasse reo centum, & reus poneret actorem sibi nunquam illa centum mutuasse &c. non sint admittendæ, secus vero si illæ se invicem compatiantur, ut si actor poneret, se mutuasse reo centum, & reus poneret se solvisse, compensasse &c. vide Michalor. *loc. cit. cap.* 5. *num.* 7. *& pluribus seqq. & cap.* 17. *numer.* 9. *seqq. ubi num.* 17. ampliat, conclusionem procedere, etiamsi positiones essent sibi solum indirecte contrariæ, ut si actor posuit, tali die Titium fuisse Frisingæ, reus ponere non poterit, dictum Titium tali die fuisse Monachii. Abb. *in cap. Fraternitatis. num.* 11. *de testib.* ubi etiam Merlin. *num.* 17. *&* 18. Paris. *num.* 70. Albert. *de test. cap.* 17. *num.* 120. quibus proinde actor respondere non tenetur. Michalor. *loc. cit.* quamvis reus posset alia via probare falsitatem petitionis actoris.

Articuli positionales debent fieri in scriptis, & co- 5
ram Judice. *cap. quoniam contra, de probat.* tum ut reus sit certus, super quo respondere debeat. *L. certum. ff. de confess.* tum ut Judex videre possit, an sint relevantes, atque ita an sint admittendi, vel rejiciendi. Item ne ponens possit variare. ad text. *in L. acta. ff. de re judic.* & tandem ne aliqua oriri possit contentio, inter partes aliter fuisse propositos. *cap. cum inter de elect.* Specul. *in tit. de positionibus. numer.* 12. Mascard. *de probat. concl.* 1136. *num.* 12. & alii apud Michalor. *loc. cit. cap.* 21. *num.* 1. & ex eisdem rationes responsionis ad illos articulos positionales debent etiam in scriptis adnotari, & ne ut reus cogatur bis, vel pluries ad illos respondere, quod fieri posset, si responsiones in scriptis redactæ ostendi non possent. Specul. *tit. de position.* §. 6. *num.* 2. & quidem separatim de una in unam ad singulos articulos. Socin. *cons.* 97. *n.* 8. *&* 11. *in fin. lib.* 4. Tusc. *litt. P. concl.* 399. *n.* 1. Michalor. *loc. cit. n.* 2.

Ponens dicitur fateri omnia in dictis articulis posi- 6
tionalibus contenta, habetque talis Confessio vim confessionis judicialis. Greg. *decis.* 385. *num.* 3. & ibi Addend. *num.* 5. *& dec.* 408. *num.* 1. Michalor. *post tract. de position. decis.* 1. *& in tr. de position. cap.* 25. *numer.* 1. Specul. *in tit. de posit.* §. 8. *in princ. &* §. 10. *numer.* 8. Marant. *in* Specul. *tit. de posit. num.* 3. vide etiam Scacc. *de Judic. lib.* 1. *cap.* 60. *num.* 7. *& lib.* 2. *capit.* 7. *num.* 466. ubi alii. Pellegrin. *l. sup. c. num.* 3. & non potest amplius hujusmodi confessio revocari. Gravat. ad Vestr. *in prax. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 16. *& seq.* Pellegrin. *loc. cit.* Michalor. *cap.* 22. *num.* 29. *& num.* 1. ubi quod non solum revocari, sed nec mutari aut emendari possint in præjudicium adversarii. Bald. *in L. generaliter*, §. *sed juramento. C. de reb. cred.* Marant. in Specul. *part.* 6. *tit. de position. num.* 6. Speculat. *de position.* §. 10. *numer.* 7. Limita primo, si positiones nondum sint factæ de actis; tunc enim corrigi, & mutari possunt. Bald. *in d. L. generaliter. cap. cum contingat, de Offic. deleg.* Marant. *l. c. num.* 8. Specul. *d.* §. 10. *sub num.* 8. Mascard. *de probat. conclus.* 1176. *num.* 2. Michalor. *d. cap.* 22. *numer.* 6. *&* 7. ubi quando dicantur factæ de actis. Limita secundo, si mutatio, seu correctio fiat in continenti, etiamsi sint effectæ de actis. Alexand. *cons.* 71. *num.* 6. *libr.* 3. qui allegat Butr. *in cap. fin. de confess.* Tiraq. *de retract. convent.* §. 1. *gloss.* 5. *n.* 5. Gabr.

in tit. de confeſſ. concl. 6. num. 8. Scacc. *de Judic. cap. 7. num. 669.* apud Michalor. *l. c. num. 8. ſeqq.* ubi quando cenſeatur mutatio facta in continenti. Limit. tertio ſi ponens erraverit, doceatque de tali errore. ut ex *L. error. C. de jur. & fact. ignor.* Michalor. *loc. cit.* ubi DD. *num. 17. ſeqq.* Limita quarto, ut licet poſitiones non poſſint revocari, aut mutari, poſſint tamen declarari, etiam elapſo termino ad probandum. Specul. *in tit. de teſte, §. nunc dicendum: verſ. hoc nota.* Aſin. *in prax. §. 19. cap. 23.* & alii apud Michalor. *l. c. num. 25. ſeqq.* ubi vide.

7 De contumace in reſpondendo articulis poſitionalibus, vide, quæ diximus infra in verbo *Contumacia*. De modo vero eiſdem reſpondendi, & quod fieri reſponſio debeat dari pure, & ſimpliciter, & an & quando admittatur reſponſio qualificata, vide late Michal. *l. c. a cap. 39. ad 46.* ubi etiam de mendaciis, & perjurio in reſpondendo, & an, & quando puniri poſſint. Pluta vide infra *litt. P. verbo Poſitiones.*

§. II.

Articuli probatoriales.

8 Poſtquam adverſarius poſitionibus, ſeu articulis poſitionalibus reſpondit, tenetur ponens ab adverſario negata probare vel per inſtrumenta, vel per teſtes, in quem finem debet formare, & Judici exhibere ſuos articulos probatoriales, & ſubinde, ſi adverſarius omnia in poſitionibus contenta negavit, poteſt ponens eaſdem poſitiones producere in vim articulorum, ſuper quibus teſtes examinari debent, citata tamen parte ad videndum teſtes præfatos jurare, alias examen eſſet nullum. *cap. 2.* ubi Abb. *de teſtib. L. ſi quando.* ubi gloſ. Bal. & Caſtr. *C. eod.* DD. apud Pelegr. *in ſua pract. civil. de poſition. p. 2. ſect. 2. ſubſect. 5. num. 1.* & hodie in pluribus Tribunalibus obſervatur, & ut teſtatur Gail. *lib. 1. pract. obſ. 79. num. 3.* ex conſtit. Imper. in Comitiis Spirenſ. *anno* 70. promulgata, quod ſtatim in ingreſſu litis, puta ante litis conteſtationem, libellus articulatus in cauſa principali exhibeatur, cui reus, ſi non habet exceptiones dilatorias, puta fori &c. cogitur reſpondere, & litem conteſtari, poſtea devenitur ad probationes per exhibitionem articulorum probatorialium, ut ſupra &c.

9 Differunt a poſitionibus, quia illæ, ut ſupra dictum eſt, tendunt ad probandum ex confeſſione, & reſponſionibus partis, iſti vero ad probandum intentionem ſuam, inſtrumentis, aut teſtibus; ideoque poſitiones præcedere, articuli probatoriales vero ſequi debent. Marant. in Specul. *part. 6. tit. de poſit. num. 1.* Gail. *lib. 1. pract. obſerv. 79. n. 3.* Secundo differunt, quod ponens cenſeatur fateri omnia in poſitionibus contenta, ut ſupra diximus, niſi de errore ſuo legitime doceat. Gail. *l. c. num. 6.* ubi DD. per text. *in L. cum precum. C. de liberal. cauſa. L. 2. C. de inſtit. & ſubſtit.* non vero qui articulos exhibet. Panorm. *in cap. cum venerabilis. num. 58. de except.* Bart. *in d. L. 2. §. quod obſervari. num. 18.* Marant. *l. c. num. 7.* Gail. *l. c. n. 7.* quamvis ibi contrarium teneat. Ferrar. *in forma capitulorum act. in verbo coram. num. 4.* ſed quamvis articulans non fateatur, tamen confeſſio ibi emanata magnum adminiculum facit, cum non ſoleant dari articuli abſque magna conſideratione. Rot. *dec. 320. n. 2. in fin. poſt conſil. Farin. lib. 2.* Beltram. ad Ludov. *deciſ. 143. n. 5.* imo ſi articuli ſint dati medio juramento, plene probant contra articulantem. Caputaq. *dec. 145. lib. 1.* Beltramin. *l. c.* quem ſequitur Pellegrin. *l. c. n. 17.* niſi doceatur de errore. Alias limitationes vide apud Michalor. *l. c. cap. 4.*

10 Qui quidem articuli probatoriales præſentari debent intra terminum datum ad probandum, partique communicari, ut poſſit videre, an ſint relevantes, & formare deſuper ſua interrogatoria, ad quem finem præfigitur ipſi terminus Judici arbitrarius pro qualitate cauſæ, locorum, ac perſonarum &c. & una ſimul citatur ad videndum tali, & tali die, & hora &c. jurare teſtes, ac danda ſua interrogatoria, prout practicatur in Tribunalibus.

11 Porro articuli debent eſſe clari, & non captioſi, ut teſtes ſcire poſſint, & valeant reſpondere; de quo gloſ. *in cap. 2. de confeſſ. in 6.* nec debent continere jus, ſed purum factum. Pellegr. *loc. cit. n. 2. & 4.* nam certe ad teſtes non ſpectat reſpondere, quid juris ſit, ſed ſolum quid factum ſit.

Secundo debent eſſe pertinentes ad probandam peti- 12
tionem in libello poſitam, ad probandum enim non admittitur, quod probatum non relevat. *L. ad probationem, 1. C. de probat.* ita ut articulos irrelevantes Judex ex officio rejicere debeat. Specul. *tit. de poſit. §. decimo. num. 1.* Gail. *l. c. num. 15.* ubi teſtatur ſe pluries factum in Camera meminiſſe, quod duobus aut tribus articulis relevantibus admiſſis, reliqui tanquam impertinentes rejecti fuerint, quod ampliatur, ut quando evidenter conſtat de illorum irrelevantia abſolute rejici debeant, etiam ſine ſolita clauſula *ſalvo jure impertinentium* &c. Gail. *l. c. num. 2.* In dubio tamen relevantiæ, & irrelevantiæ, eſſent admittendi potius, quam rejiciendi. Veſtr. *in prax. lib. 5. cap. 15. num. 7.* & ad eundem Gravat. *d. lib. 5. capit. 14. num. 27.* Rot. *dec. 503. num. 2. p. 2. rec.* Burat. *dec. 28. num. 3.* apud Pellegrin. *loc. cit. num. 16. verſ. caſu verb.* ſaltem cum clauſula *ſalvo jure impertinentium, & non admittendorum.* Gail. *l. c. n. 9.* ubi Specul. *d. tit. de poſit. §. ſeptimo. n. 8.* quæ ampliantur, ut Judex poſſit articulos qua relevantes admittere, & qua irrelevantes rejicere etiam ſine partis citatione. Panorm. *in cap. 2. numer. 16. de teſtib.* Hippol. *in repetit. L. de unoquoque. num. 108. ff. de re judic.* Port. *lib. 1. com. opin. concl. 43. limit. 37.* apud Gail. *l. c. num. 17.* ubi etiam *num. 2. & ſeqq.* an & quando articuli dicantur relevantes, vel non; & apud Pellegrin. *loc. cit. num. 16.* Et ſi articuli ſint omnino impertinentes, ab illorum admiſſione datur appellatio, etiamſi fuerint admiſſi cum clauſula *ſalvo jure impertinentium &c.* ut per Maſcard. *de probat. concl. 132. a n. 1.* tradit Michalor. *de poſit. c. 4. n. 9.*

Et quamvis ponens ad partis inſtantiam jurare debeat 13
de veritate poſitionum &c. id tamen fallit in articulante. DD. *in L. 2. §. obſervari. C. de juram. calum.* Michalor. *l. c. n. 29.* contrarium tenet Rudolphin. *in prax. judic. p. 1. cap. 11. n. 80.*

Tertio articuli formari debent verbis affirmativis, 14
non vero negativis, niſi coarctentur loco, ac tempore, ſcilicet ut actus fieri non potuiſſet, quin teſtes vidiſſent· cum enim negativa loco & tempore non coarctata ſit improbabilis, ideo admitti non debet. Specul. *in tit. de teſte §. nunc videndum. num. 18.* Alex. *in L. interſtipulantem. num. 3. ff. de V. O.* Bart. *in L. de etate. in 2. quæſt. ff. de minor. & in L. nec codicillos. C. de Codicil.* quos refert Michalor. *de poſition. cap. 4. num. 28. & cap. 15. numer. 32.* exceptis illis caſibus, in quibus etiam negativa per teſtes probari poteſt; de quo ſuo loco dicemus.

Poſtquam vero teſtes fuerunt examinati, & publica- 15
tæ illorum atteſtationes, alii articuli produci non poſſunt. Gail. *lib. 1. obſ. 105.* quod intellige, ſi ſint directo contrarii primis. Pellegrin. *l. c. p. 2. ſect. 2. ſubſect. 8. n. 9.* ubi quod poſt teſtium publicationem, teſtes ſuper eiſdem articulis, aut directo contrariis examinari amplius non poſſint. Bald. *conſ. 152. in princ. verſ. alia eſt inſinuatio. lib. 1.* & hoc non tantum in prima inſtantia, ſed nec in ſecunda appellationis. *auth. qui ſemel. C. de probat. cap. fraternitatis, de teſtib. Clem. 2. eod.* de quo plura infra *in verb. teſtes.* Et aliquas limitationes vide apud Pellegrin. *l. c. a n. 10. ſeqq.* vide etiam Afflict. *dec. 216. n. 4.*

§. III.

Miſcellanea aliqua de articulis.

Articulus tendens ad probandum contrarium ejus, 16
quod eſt conventum in tranſactionibus, tanquam irrelevans, eſt rejiciendus. Put. *dec. 331. & 389. libr. 2.* Seraphin. *dec. 1460. num. 3.* apud Rot. *dec. 772. p. 3. rec. n. 5.*

Monitorium quod articuli habebuntur pro confeſſis, 17
debet continere comminationem, nempe reſpondendi *ſub pœna confeſſi &c.* ut infra diximus in verbo *contumacia.* & Surd. *conſ. 360. n. 26. lib. 3.* & quamvis non ſufficiat ſola ſcientia monitorii, niſi etiam probetur, quod quis ſciverit qualitatem dictæ comminationis in eo contentæ. gloſ. *in cap. concertationi. in verbo ſciverit, de appell.* tamen ſtatim ac probatur monitorium execu-

tum,

tum, insurgit probatio scientiæ omnium contentorum in monitorio. ita Gratian. *disc. for. cap. 639. n. 22. seqq. tom. 4.* & citat Anchar. *cons. 170. n. 6.* Castr. *cons. 311. in fin. lib. 1.* Aret. *cons. 15. in fin.* Aym. *cons. 73. n. 39.* Natt. *cons. 162. n. 44. ad med.* Surd. *cons. 335. n. 54. lib. 3.*

18 Articuli cum clausula *non se astringendo &c.* nihil certi continere dicuntur. Rot. *decis. 774. num. 8. p. 1. rec.* apud Ridophin. *in sua prax. judic. p. 1. cap. 11. num. 79.* Rot. *decis. 202. p. 5. rec. tom. 1. num. 19*

19 Articuli in dubio præsumuntur pertinentes, quando aliquid adminiculantur ad causam. *L. ad probationem, la. 1.* & ibi Salyc. & Paul. de Castr. *C. de probat.* Specul. *in tit. de posit. §. 7. col. 2. vers. & nota, & in tit. de test. §. nunc videndum, vers. sicut igitur.* Michalor. *post tract. de posit. decis. 67. num. 2.*

¶ ASSECURATIO.

Praxis Assecurationis, ubi quid sit, an licita, & quænam sint jura & obligationes tum Assecurantis cum Assecurati.

1 Assecuratio est quædam conventio, qua mediante unus infortunium alterius in se suscipit, pretio periculi accepto, & dicitur contractus inominatus regulandus secundum naturam illius contractus nominati, de quo magis participat, vel cui magis assimilatur. Frequens est inter mercatores maritimos, ac in Civitatibus maritimis, & licita stante susceptione periculi, & pretio, *l. cum proponas. C. De naut. fœnor. l. si periculi ff. eod.* Alex. *in l. a Titio num. 3. ff. de ver. oblig. & l. decem ff. eodem*, cum aliis per Petr. Santer. Lusitan. *tract. de assecur. & spons. mercat. part. 1. n. 5. &c.* Gratian. *discept. 679. num. 29.* facit quod Sabelli dicit in §. *Contractus*, Tusch. *litt. A, conclus. 537. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 93. vol. 2.* ubi quod valet pactum de solvenda certa summa, si ludo fortunæ succubuerit, & latius *decis. 47. per tot. vol. 3.* ubi de assecuratione inter mercatores, Fontanel. *decis. 243. & 244. &c.* Less. *de just. & jur. lib. 2. cap. 28. dubit. 4. per tot.* Vide De Luc. *de Credit. disc. 107.*

2 Assecuratio est contractus licitus in foro conscientiæ si habeat suas debitas conditiones; nempe, sit de re exposita periculo, & casibus fortuitis, cum receptione justi pretii ratione periculi suscepti. Fit quatuor modis; nam vel est 1° circa merces, vel 2° circa pecunias de loco ad locum transferendas, vel 3° circa transitum personæ per loca periculosa, vei 4° circa vitam: Debet habere quinque conditiones; prima est, ut detur æqualitas inter pretium, & periculum; secunda, ut quærens assecurationem non obliget assecurantem ad alium contractum versa vice secum faciendum; tertia, ut petens assecurationem moneat assecurantem de omnibus periculis illi incognitis; quarta, ut res assecuranda vere existat prout asseritur, & non mutetur; quinta, ut res non sit certa, sed periculo exposita; de quibus late Azor. *Instit. moral. part. 3. lib. 11. cap. 18.* Mol. *disput. 507.* Sot. *de just. lib. 6. quæst. 7. art. 1.* Bonac. *disput. 3. quæst. 9. punct. 3.* Solon. *de contract. assecurat. art. 2. concl. 2. &c.* & alii relati per P. Stephan. de Neapol. *tract. de restit. lib. 2. cap. 69. per tot.* ubi resolvit plures dubitationes & fraudes in hac materia ad forum conscientiæ spectantes, Rot. post Urceol. *de transact. decis. 53. & 66. per tot.* ubi alia plura spectantia ad forum exterius, & de modo probandi casum. De Luc. *de Usuris disc. 1. n. 16. disc. 3. n. 11.*

3 Assecurationis contractus, & illius justitia in totum, & per totum sita est in incertitudine, & alea fortunæ; ac ideo si detur casus, quod illi qui petunt assecurationem, & ad quorum favorem facta fuit, potuerint habere notitiam interitus mercium de tempore stipulatæ assecurationis, minime sustinetur, etiam non probata dicta notitia, sed tantum data illius possibilitate, quæ arguitur ex qualitate itineris, & locorum distantia. Et quamvis possit fieri assecuratio, & valeat etiam super mercibus jam peremptis, debet intelligi dummodo interitus tempore assecurationis sit omnino ignotus actu, & potentia, vel stante pacto expresso. Nec tenentur assecuratores positive probare scientiam assecurati de statu mercium tempore assecurationis, sed sufficit sola possibilitas scientiæ, ut supra, & tenetur assecuratus agens probare incolumitatem mercium de tempore assecurationis, vel alio tam assecurationi proximo, ut in actu dictæ assecurationis de ipsis mercibus notitia haberi non potuerit ad tollendam omnem suspicionem fraudis, & doli; prout hæc, & alia ad rem facientia latius explicant Stracc. *de assecurat. glos. 27.* Gamm. *decis. Lusit. 181.* Ludovis. sive Gregor. *dec. 126.* Ricc. *Collect. 838. in fine part. 4.* Vallasch. *decis. Lusit. 64.* Scacc. *de commerc. part. 2. quæst. 7. ampliat. 10.* Merlin. in Romana assecurationis 1. Junii 1633. inter suas *decis. 597. per tot. & part. 6. recent. decis. 229.* Rot. post Urceol. *de transact. decis. 53. num. 34. & part. 19. recent. decis. 369. & decis. 373.*

4 Assecurationis contractus non est vetustus, nisi quatenus convenit cum nautico fœnore, & a conventione partium legem accipit; assecurator igitur assumens in se pretio recepto omne periculum, uno excepto, illo dempto, in reliquis omnibus tenetur supplere damnum contingens in mercibus assecuratis, & ubi solam quantitatem mercium, non autem æstimationem earum in se suscepit, non est necessaria liquidatio, vel probatio valoris, cum satis dicatur constare ex apocha onerationis vulgo *poliza di carico*, sed tenetur solvere summam, pro qua assecuravit; sive valor rei assecuratæ major, sive minor existat; non tamen tenetur emendare damnum ex culpa Navarchi obventum, quando ipse Navarchus erat dominus mercium assecuratarum, Rot. *part. 16. recent. decis. 420. per tot. part. 17. decis. 400.*

5 Assecuratio fieri potest etiam inter alios præter mercatores, non solum a tertio, qui nullum habeat interesse in contractu principali, sed etiam inter ipsosmet socios, & contrahentes principales, & non tantum in diversis contractibus, verum etiam in eodem contractu, tam expresse, quam tacite, implicite, & æquivalenter, stante periculo in se suscepto cum aliqua justa recompensatione. Et mediante ista tacita assecuratione sustinentur plures contractus, qui alias prima facie videntur injusti, usurarii, & illiciti; cum assecurationis causa aliquid recipere etiam in mutuo non sit usura, intelligendo prout dicit Sabelli in suis *resol. cap. 17. n. 5. & seqq. & cap. 110. num. 43.* Leotard. *de usur. quæst. 31. per tot.* late Garz. Card. Millin. *decis. 186. & decis. 201. per tot.* Rot. *part. 14. recent. decis. 74. num. 16. & seqq.* Bonacin. *de contract. & restit. disp. 3. quæst. 3. punct. 11.* Navar. in Manual. *cap. 17. num. 255.* Michalor. *de frat. part. 3. cap. 59. num. 43. &c.* cum aliis citatis, & Sabelli in §. *Mutuum num. 10. &c.* Dian. *part. 1. tractat. 8. resolut. 30. & part. 11. tract. 7. resol. 24.* ubi qualiter etiam in mutuo pro incerto lucro, sed tamen probabili possit aliqua certa minor summa recipi, vide Sabelli §. *Usura n. 7. &c.* P. Stephan. de Neapol. *tractat. de restit. lib. 2. cap. 32. num. 2. & cap. 68. num. 17.* ubi quod dicta assecuratio facta ab ipso creditore pretio recepto, in praxi non transit sine magno scrupulo, & suspicione usuræ, Card. Delug. *de Just. disp. 30. n. 40. & seqq.*

6 Assecurans navem, vel merces de uno loco ad alium, mercibus deperditis, vel deterioratis tenetur resarcire damnum secundum æstimationem loci ad quem erant deferendæ, & non simpliciter loci, a quo fuerunt levatæ; & sic habita etiam ratione lucri, quod assecuratus percepisset salvis rebus in loco, ad quem deferebantur, Rot. in Romana, seu Januen. *assecurationis 23.* Januarii 1634. coram Panzirolo in *Noviss. part. 6. decis. 258. per tot.* & in eadem causa coram eodem 30. Maii 1635. *part. & decis. 47. per tot.* ubi plura, *&c.* Vide Deluc. *de Credit. disc. 106. nam. 10. & 107. n. 9.*

7 Assecurans navem in ampla forma tenetur ad omne risicum, & periculum, per quod impediatur transportatio ad locum conventum; tanto magis si casus infortunii specialiter expressus evenerit, & si aliquis casus fuerit exceptus, quia tunc reliqui omnes comprehenduntur, ita ut non possit excusari licet merces non fuerint deperditæ, sed alio ex facto Principis asportata, vide Rot. *in Noviss. part. 6. decis. 24. per tot.* Card. Tusch. *litt. A, conclus. 537. per tot.*

8 Dicitur factus locus assecurationi, probata deperditione, & tunc statim dicatur commissa stipulatio, ut ex illa agi possit, etiam si navis recuperata fuerit. Si tamen fuerit facta assecuratio super una, & certa navi, & merces deferantur super diversa sine nova conventione, si fuerint deperditæ non tenetur assecurator, Rot. *part. 6. recent. decis. 54. per tot.* Mastril. *decis. 182. per tot.* facit. Rot. *part. 14. recent. decis. 120.* ubi quando te-

neatur fidejusor, vel non promittens in causa barattariæ. Deluc. *de cred. disc.* 108. *n.* 6. & 110. *n.* 7. ubi si vehantur fragata, vel barca.

9 Assecurans merces, quas mendaciter quis dixit habere in tali nave, si hujusmodi navis fuerit deperdita, cum vere stipulatoris nihil, vel tanti non interfit quantum dixit, ad nihilum tenetur, vel tantum ad illud quod fuerit vere deperditum de rebus stipulatoris, & nihilominus poterit retinere, vel petere totum pretium, quia licet emptio periculi non teneat in totum quoad præjudicium assecurantis, tamen in ejus favorem, & in præjudicium falsa asserentis, bene tenet, ut probat Petr. Senter. Lusit. *tract. de assecur. & spons. part.* 3. *num.* 10. *seqq.*

10 Potest etiam fieri assecuratio navis vacuæ, dummodo assecurans sciat illam esse vacuam; & tunc dicitur potius sponsio, quæ idem est cum assecuratione, nec opus habet assecuratus probare operationem mercium, & pecuniarum super navi, de cujus naufragio agitur; licet alias non sit valida assecuratio, quando quis non habet merces in navi, sed fingit habere. Bonac. *de contract. disput.* 3. *quæst.* 9. *punct.* 3. *n.* 3. Rot. in Rom. *Assecurationis* 13. Junii 1674. coram Taya post Urceol. *de transact. decis.* 66. *n.* 4. & *seqq.* ¶

ASSESSOR.

Praxis Assessorum.

1 Assessor nullam habet jurisdictionem, sed tantum debet dare consilium. glos. *in cap. assessorem verb. præsupponendum de resc. in* 6. Scaccia *de Jud. cap.* 14. & *de sentent. gl.* 13. *an.* 37. nisi sit particeps Officii, vel Collega. DD. *cit.* & Eccles. *obse.* 17. *per totam*. Ejus consilium Judex non tenetur sequi: imo, si est injustum, non potest. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 4. *gl.* 10. *p.* 1. Tusc. *litt. C. concl.* 771. Ecc. *l. c.* Limita, si Judex est imperitus: quia tunc tenetur sequi. Scaccia, & Eccles. *l. c.*

2 Assessor suspectus potest recusari, etiam sine causæ expressione. *cap. assessorem*. §. *si autem. de resc. in* 6. Tusc. *litt. S. concl.* 907. aliter fit suspectus etiam Judex, si non removet Assessorem. Abb. *in cap.* 1. *de Jud.* Menoch. *de arbitr. cas.* 458. *an.* 12. *ad* 16. *inclusive*. Eccles. *obs.* 203. *per totam*; tunc tamen sufficit, quod eligat Judex non suspectum Assessorem, licet non fit confidens.

3 Assessor, cujus consilium Judex sequi debet, si dedit per imperitiam malum consilium, facit litem suam. *Instit. de Oblig. quæ ex quasi delic. nasc.* Put. *de syndicatu verb. lis sua n.* 4. Farin. *de var. & diverf. crim. q.* 111. *art.* 16. *n.* 459.

ASSOCIATIO.

Praxis Associationis.

1 Associatio competit virtute Clausulæ „ *Constituti* „ etiam contra tertium possessorem. Rot. *decis.* 338. *p.* 1. post Cencium *d.* 150. *de censib.* Idem Cenc. *q.* 94. Ridolfin. *in prax. p.* 2. *cap.* 5. *per totum* Merlin. *de pignor. lib.* 4. *cap.* 120. Licet decesserit constituens, & constitutarius post ejus mortem tacuerit, nisi constitutarius sciverit mortem constituentis, & per decennium neglexerit possessionem apprehendere, non obstante, quod sciverit tertium possidere. Saminiatus *cons.* 3. post controversias Altogradi jun. Cenc. & Merlin. *l. c.* vide Rot. apud Merlin. *decis.* 322.

2 Associatio debetur etiam creditori, decocto debitore, si fuerit probata decoctio. Rot. apud Merlin. *decis.* 387.

3 Associatio, virtute Clausulæ Constituti, conceditur, licet clausula fuerit apposita super re incerta, nisi fuisset apposita super re particulari incerta: secus, si super omnibus bonis: quia tunc videtur adesse certitudo, ratione universi. Rot. quam citat alia Rot. post Pajatel, *decis.* 33. *num.* 2.

ASTROLOGIA.

Praxis Astrologiæ.

Astrologia Judiciaria, de Jure Divino est prohibita, 1
& utroque etiam Jure Canonico, & Civili. *cap.* 1. 26. *q.* 1. *L. auspicem. Cod. de malef.* Quaranta *in verb. Astrologia*.

De Jure Civili punitur pœna mortis. De Jure Cano- 2
nico vero, arbitraria. Antonel. *de Regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 22. Et si de statu Reipublicæ Ecclesiasticæ, Sedis Apostolicæ, vel vita Rom. Pontificis, vel ejus consanguineorum, indicia facit, vel facta apud se retinet, vel aliis ostendit, vel verbis tractat, ultra excommunicationem latæ sententiæ, etiam ut Reus læsæ Majestatis, ultimo supplicio, confiscatione omnium bonorum, & Officiorum privatione, vel Beneficiorum, si fuerit Clericus, punitur ex Constitut. Urbani VIII. apud Barbos. *de potest. Epis. p.* 3. *alleg.* 51. *n.* 134. Antonel. *l. c.* qui citat Constitutionem Sixti V. quæ incipit *cæli & terræ Creator.* quam refert Quarant. *in verb. Astrologia*.

Astrologia vero Judiciaria, ad effectum incurrendi 3
pœnas præmissas dicitur, quæ ex astris tantum facit indicia, circa nativitates hominum, futuros contingentes effectus, ab humana voluntate pendentes. Bonac. *de censur. in partic. d. q.* 2. *punct.* 38. Diana *p.* 4. *tr.* 7. *resol.* 17. Barbos. & Antonel. *ll. cc.*

ATTENTATA.

Praxis Attentatorum.

Attentatum hic sumitur pro eo, quod fit, lite vel 1
appellatione pendente, in contemptum Judicis, vel præjudicium partis. Subinde attentatur a parte, subinde a Judice, subinde a tertio. A parte potest attentari immediate per se, vel per procuratorem, quo casu non sufficit generale mandatum: quia attentatio est delictum, & sonat in malam partem. *argum. cap.* 1. *ut lit. pend. in* 6. Lancellot. *p.* 1. *cap.* 1. *num.* 10. quod utique in mandato non præsumitur. DD. & Rot. apud Lancell. *l. c. n.* 12. *L. si procurator. ff. de condict.* sed requiritur speciale. Dicitur attentatum a parte, quod fit ab illa, sine rationabili causa lite vel appellatione pendente. Lancellot. *in præfat. n.* 20. Judex vero attentat regulariter post appellationem procedens, etiam extrajudicialiter: quod quidem attentatum extrajudiale non est ipso jure nullum, sed annullandum. Si autem attentet judicialiter, attentatum est ipso jure nullum. Lancellot. *p.* 1. *cap.* 2. *n.* 5. A tertio etiam attentatur, uti *in cap. cum teneamur*. ubi DD. *de appell.* sed remedium attentatorum regulariter non datur contra tertium; quia litis pendentia afficit litigantes, non tertium. Rot. apud Lancell. *loc. cit. n.* 4. Et tertius, qui non fuit in lite, capiens possessionem vacantem, non dicitur attentare, licet a Judice illi tertio fuisset inhibitum. Rot. apud Lancellot. *loc. cit. n.* 5 & *seq.* Nisi tertius habeat causam a Judice, vel a litigante, vel nisi tertius, non de per se, sed una cum Judice, cum parte, attentasset. Lancellot. *l. c. cap.* 3. *n.* 41. vel nisi tertius per actum, quem gerit. impediret Judicis jurisdictionem. *ad notata in cap.* 1. & *cap. pastoralis de Offic. Deleg.* Rot. apud Lancell. *n.* 47. ubi alii.

Actum ergo lite pendente dicitur attentatum. Lan- 2
cellot. *p.* 1. *cap.* 4. Dicitur vero lis pendere, & introducta, per solam citationem. DD. *in Clem.* 2. *ut lit. pend. in* 6. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 64. *num.* 11. Pirhing. *lib.* 2. *tit.* 16. §. 1. *num.* 1. *argum. cap. cum lite, ut lit. pend.* Ita de Jure Canonico. Sed de Jure Civili incipit pendere libelli oblationem. vide Lancell. *p.* 1. *cap.* 4. *num.* 10. & 28. Limit. si actus fiat per modum continuationis; quia nemo prætextu litis motæ debet desistere a sua possessione, & continuans non dicitur spoliare. Rot. apud Lancell. *loc. cit. limit.* 1. *num.* 7. imo, inhibitio ne quis continuaret suam possessionem, diceretur attentata. Menoch. *de recuper. remed.* 17. *n.* 50. *q.* 50. licet esemus in continuatione possessionis realis, imo etiam juridicæ per clausulam *constituti*. Lancell. *num.* 14. Merlin. *decis.* 10. *n.* 6. Limit. II. si lis est invalida de Jure; quia stante litis nullitate non habet locum remedium attentatorum. Afflict. *decis.* 166. *num.* 12. Lancell. *limit.* 3.

num.

num. 1. ubi enim lis eſt nulla, non conſideratur Judicis contemptus. Limit. III. cum lis doloſe, & calumnioſe fuit introducta. DD. apud Lancell. *limit.* 4. Caſſador. *dec.* 7. *num.* 1. *de dolo & cont.* Menoc. *conſ.* 79. *num.* 27. *lib.* 1. Limit. IV. in actu acceſſorio illius, qui fuit geſtus ante litem. v. g. ſi ante litem motam eras in poſſeſſione civili, ſi poſt litem motam acquiras naturalem, non diceris attentare. *cap. cum veniſſent.* ubi Abb. *de reſt. ſpol.* Rot. apud Lancell. *l. c. limit.* 5. ſic denuntiatio excommunicati facta pendente appellatione non dicitur attentata. Limit. V. poſt litem finitam per ſententiam, quæ tranſiit in judicatum. Lancellot. *l. c.* Limit. VI. in actu neceſſario, uti cum reus eſt ſuſpectus de fuga, idem *limit.* 9. item quando immineret ſcandalum, dummodo illud probetur. Limit. VII. cum remedio attentatorum fuit renunciatum, idem *limit.* 15. vel ſi actus fuit factus de conſenſu adverſarii. Limit. VIII. in contumace, qui non poteſt allegare litis pendentiam, quam per contumaciam ſprevit. Felin. *in cap. ex tenore de reſcr. num.* 26. Lancell. *limit.* 18. Item in Principe, qui non dicitur attentare. Lancell. *limit.* 21. Limit. IX. in ignorante litis pendentiam: qui tunc abeſt dolus. idem *limit.* 27. Limit. X. cum lite pendente ſuper illiquidis fit executio ſuper liquidis.

3 Geſta a Judice recuſato per recuſationem ſunt ipſo jure nulla; non tantum de Jure Civili, ſed etiam Canonico, Rot. apud Lancellot. *p.* 2. *cap.* 6. *de attent. num.* 18. *& ſeq.* qui teſtatur de communiori. Gabr. *de Judic. lib.* 2. *concl.* 5. & procedit, tam in Judice Ordinario, quam delegato, etiam in executoribus mixtis. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 33. *num.* 7. Rot. apud Lancell. *l. c. num.* 12. Limit. I. niſi recuſationis cauſa ſit notorie falſa, & ideo a Judice recuſato rejecta. Franch. Innoc. & Abb. *in cap. cum ſpeciali de appell.* Limit. II. cum expreſſe, vel tacite, recuſationi fuit renunciatum, vel cum cauſa fuit commiſſa cum clauſula „ *recuſatione remota* „ vel cum ſumus in Judice, qui non poteſt recuſari, uti Papa &c. vel in executore mero, a quo ſicut non poteſt appellari; ita nec recuſari poteſt. Lancel. *l. c.* Ita etiam geſta, dilatione pendente, ſunt nulla ipſo jure, ſive dilatio ſit data a jure, ſive ab homine, uti Judice. Lancell. *l. c. cap.* 7. *n.* 2. Item pendente relatione faciendæ Principi. idem *cap.* 8. Item poſt avocationem cauſæ: & avocatio facta cum clauſula irritante afficit etiam ignorantes. Limita: ſi pars noluit uti reſcripto avocatorio. Lancell. *cap.* 10. *n.* 40.

4 Ita geſta, pendente termino ad appellandum, ſunt attentata. Lancellot. *cap.* 11. *n.* 11. ubi Rota. *cap. non ſolum, de appell. in* 6.

Et quia appellatione pendente nihil eſt innovandum. *cap. Eccleſ. S. Mariæ. ut lit. pend. cap. ad diſſolvendum.* 11. *q.* 1. ideo talia innovata dicuntur attentata. Ciarl. *contr. for. cap.* 133. Ricc. *in prax. attent. p.* 4. *reſ.* 1. quæ non tolluntur per appellationis deſertionem; quia geſta poſt appellationem ante illius deſertionem ſunt attentata, etiam deſerta poſtmodum appellatione, & poſt deſertionem etiam poterit peti attentatorum, ante deſertionem commiſſorum, revocatio. *cap. cum veniſſent; de eo qui mittit. in poſſeſ.* Rot. apud Lancell. *p.* 2. *cap.* 12. *de attent. ampl.* 1. *n.* 3. Et excommunicatio lata poſt appellationem illa deſerta non convaleſcit. Lancell. *l. c. ampl.* 1. *n.* 7. *& ampl.* 8. *n.* 1. quæ tamen non procedunt in appellatione ab interlocutoria, quia geſta illa pendente, & poſtmodum deſerta, non revocantur. DD. apud Lancell. *l. c. n.* 12.

5 Et geſta poſt appellationem ab interlocutoria non revocantur, niſi prius conſtiterit de juſtitia, vel injuſtitia appellationis, & niſi poſt inhibitionem debito modo factam fuiſſent geſta. *cap. non ſolum de appell. in* 6. Covar. *pract. quæſt. cap.* 24. *num.* 3. Theſaur. *deciſ.* 49. *n.* 1. *&* 2. quamvis *num.* 3. contrariæ ſententiæ adhæreat. Rot. apud Farinac. *deciſ.* 420. Maſcard. *de prob. concl.* 148. *num.* 28. Lancellot. *de attent. p.* 2. *cap.* 11. *limit.* 1. *n.* 3. Eccleſ. *obſ. for.* 34. *n.* 6. Tuſc. *litt. A. concl.* 547. quia jus abhorret appellationem ab interlocutoria; quia poteſt reparari per definitivam. *deciſ.* 10. Secus geſta poſt appellationem a definitiva, quæ dicuntur attentata etiam ante Judicis inhibitionem: quia talis appellatio abſque alia inhibitione habet virtutem ſuſpendendi, & jus per ſe ſufficienter inhibet, ne quid fiat pendente appellatione, etiam ſine facto hominis. DD. *ad tit. ff. nihil innovandum pendente appellatione.* Covar. Lancell. & Eccl. *l. c. cap. ſuper eo, & cap. ut debitus de appell.* Item ſi non defert appellationi, nec ſpecificat cauſam rationabilem, ſed procedit ad ulteriora. Et talia attentata ante omnia revocari debent. *cap. cum non ſolum de appell. in* 6. Rot. apud Farinac. *deciſ.* 124. Tuſc. *litt. A. concl.* 543. ſive fiant a Judice, ſive a parte. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 146. Lancell. *p.* 1. *in præf. num.* 23. *& p.* 2. *cap.* 12. *ampl.* 6.

Non dicitur tamen Judex attentare, ſi intra terminum ad appellandum ab interlocutoria, etiam vim definitivæ habente, procedat ad ulteriora, imo nec poſt appellationem, ſi Judici non fuit inhibitum. *gl. in cap. licet, de appell. in* 6. Eccleſ. *obſ. for.* 34. *num.* 5. Lancell. *de attent. p.* 2. *cap.* 11. *n.* 30. Niſi Judex detulerit appellationi; quia deferendo ſibimet inhibuit. *cap. cum appell. de appell. in* 6. Lancell. *p.* 2. *cap.* 12. *limit.* 1. Eccleſ. *l. c. num.* 13. ſecus, ſi detulit cum clauſula „ *ſi & in quantum de jure* „ DD. *cit.* 6

Geſta vero pendente termino ad appellandum a definitiva attentata dicuntur, & veniunt revocanda, ac ſi pendente appellatione fuiſſent geſta. *d. cap. non ſolum de appell. in* 6. Capyc. *deciſ.* 167. Tuſc. *litt. A. concl.* 542. Rot. apud Farin. *deciſ.* 595. Lancell. *de attent. p.* 2. *cap.* 11. *n.* 17. Eccleſ. *obſ. for.* 36. Et in revocatione attentatorum ſunt refundendæ expenſæ judiciales, ſicut etiam damna, & intereſſe. Mynſing. *cent.* 1. *obſ.* 26. Lancellot. *p.* 3. *cap.* 31. *n.* 65. Eccleſ. *loc. cit.* & donec attentata non fuerint purgata, non proceditur ad ulteriora. DD. *cit.* ſi vero expenſæ ſunt extrajudiciales, & illiquidæ, ſufficit, quod fiat oblatio illas ſolvendi, cum fuerint liquidatæ. Rot. *deciſ.* 329. apud Eccleſ. *l. c. n.* 10. 7

Porro attentata ſunt revocanda, non tantum parte inſtante, ſed etiam ex Officio Judicis. Rot. apud Lodoviſ. *deciſ.* 91. *num.* 8. Gail. *obſ.* 146. *n.* 7. Vantius & alii, quos citat, & ſequitur Eccleſ. *obſ.* 36. non obſtante, quod appellationi a parte fuerit renunciatum. Lancell. *p.* 2. *cap.* 12. *ampl.* 2. *a n.* 3. quia in materia attentatorum magis conſideratur contemptus Judicis ad quem, quam intereſſe partis. Rot. apud Farin. *l. c.* Eccleſ. *ut ſupra.* DD. apud Ciarlin. *cap.* 133. *n.* 2. 8

Attentata uti non committuntur ante motam litem. *Clem. ult. ut lit. pend.* Rot apud Merlin. *deciſ.* 10. *num.* 5. Ita non committuntur poſt appellationem nulliter, & indebite interpoſitam. Rot. apud Merlin. *deciſ.* 42. *n.* 2. Lancell. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *limit.* 6. *& limit.* 53. *n.* 1. uti ſi eſt frivola, vel manifeſte injuſta, & invalida. Quando autem talis dicatur, remittitur arbitrio Judicis. Menoch. *de arbitr. caſ.* 197. *n.* 7. Lancell. *l. c. num.* 1. *& ſeq. & limit.* 6. *&* 53. 9

Imo attentata non dicuntur geſta in una cauſa, licet pendeat appellatio in alia, & diverſa, inter eaſdem perſonas. Lancellot. *l. c. limit.* 2. *n.* 1. Neque appellatio extrajudicialis cauſat attentata. Lancell. *loc. cit. lim.* 3. *num.* 7. neque retardat immiſſionem in poſſeſſionem; cum non inducat litis pendentiam. Lancell. *l. c. num.* 9. *& cap.* 4. *in præfat. n.* 219. Hinc eſt, quod poſſeſſio Beneficii capta appellatione pendente non eſt attentata; quia proviſiones Beneficiorum ſunt actus extrajudiciales, & appellatio non ſuſpendit collationem Beneficiorum, vel eorum poſſeſſionem. Riccius *in prax. attent. p.* 4. *reſol.* 3. Lambertin. *de Jurepat. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 11. Lancellot. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *limit.* 3. *num.* 4. Covar. *pract. quæſt. cap.* 24. *n.* 5. Rot. apud Merlin. *deciſ.* 691. quæ procedunt, antequam Superior inhibeat. Lancell. *limit.* 4. *num.* 11. Rot. coram Coccino *deciſ.* 2097. *num.* 1. Si vero appellatio fuit acceptata a ſignatura juſtitiæ ſimpliciter, tunc retrotrahitur, & inducit attentata geſta, poſt acceptationem prædictam, & ante illam, vi retrotractionis. Rot. *deciſ.* 172. *num.* 16. *& dec.* 214. *&* 269. coram Cerro. Dummodo appellatio fuerit Judici, & parti intimata. Lancell. *loc. cit. num.* 15. *& limit.* 5. 10

Attentata etiam non dicuntur geſta poſt appellationem, quæ tendunt ad faciliorem exitum appellationis, & ideo Judex a quo, appellatione pendente, poteſt inhibendo prohibere, ne quis in ſua poſſeſſione turbetur. Et in cauſa matrimoniali poteſt partibus inhibere, ne pendente appellatione alii nubant. Imo poteſt etiam revocare gravamen, excommunicatum a ſe abſolvere &c. Rot. apud Lancellot. *limit.* 4. *n.* 8. *& ſeq. & limit.* 23. *num.* 2. 11

Sequeſtratio fructuum Beneficii, appellatione penden- 12

te, non dicitur attentata, maxime cum subest timor dilapidationis. Lancell. *limit.* 12. *per tot.*

13 Appellatio facta, in causa commissa cum clausula, *appellatione remota* „ non inducit attentata. Lancellot. *limit.* 8. apud quem Rot. *n.* 2. *&* 3. & universim, quando appellatio est prohibita, uti in notoriis, executivis, vel cum fuit gravata conscientia Judicis: ut dictum fuit in praxi appellationis. Lancell. *limit.* 9. *&* 10.

14 Attentatorum revocatio petenda est ante litis contestationem in causa appellationis; quia post litem, tacite, vel expresse contestatam Judex debet tractare de confirmatione, vel revocatione sententiæ. Bar. *in L.* 1. *ff. nihil innov. appell. pend.* Afflict. *decis.* 352. qui hoc admittit, si petatur revocatio post conclusionem in causa & non ante. *n.* 3. Eccles. *obs. for.* 36. *num.* 15. Felin. *in cap. inter Monasterium de re jud. n.* 19. Covar. *pract. quæst. cap.* 23. *num.* 3. & ita causa attentatorum non suspendit causam principalem, sed simul cognoscuntur, & terminantur. Mynsing. *cent.* 3. *obser.* 33. Gail. *obs.* 146. *n.* 10. Eccles. *loc. cit.* vide Merlin. *decis.* 863. Lancellot. *p.* 3. *cap.* 23. *n.* 23. ubi etiam post conclus. in causa revocari possunt juxta communiorem. ubi Rot. & DD.

15 Sed quod possit attentatorum revocatio fieri, etiam post conclusionem in causa, tenet Riccius *in prax. attent. res.* 5. Vant. *de null. tit. quib. mod. n.* 23. Merl. *decis.* 91. Ex quibus vero casus cessare dicantur attentata, vide Merlin. *decis.* 51.

16 Attentatorum Judicium non procedit in iis casus, in quibus, ut supra dictum, appellatio in Jure prohibetur. Vant. *de nullit. quando, & intra quod tempus. a n.* 12. Mascard. *de prob. concl.* 148. Lancellot. *limit.* 53. *&* 50. *n.* 1. Tusc. *litt. A. concl.* 142. & cum constat de nullitate appellationis, attentata non revocantur, etiam post inhibitionem. Eccles. *loc. cit. num.* 22. Lancellot. 50. *&* 53. *n.* 1.

17 Neque revocantur, cum aperte constat de non jure petentis in Beneficialibus. Mascard. *de probat. concl.* 146. *n.* 6. Afflict. *decis.* 98. *n.* 6. Eccles. *obs. for.* 36. *n.* 24. Covar. *pract. quæst. cap.* 23. *n.* 4. quo tamen casu Judex ad quem ob contemptum potest attentata ex officio revocare, licet de agentis injustitia constet. Et si fuit possessio attentata, illa sequestratur penes tertium. Cassad. *d.* 3. *de restit. spol. num.* 6. Rot. apud Farin. *loc. cit. n.* 24. Lancell. *limit.* 42. *&* *p.* 3. *cap.* 24. *n.* 48. ubi plures. Neque revocantur, quando appellatio est frivola. *cap. cum appellationibus de appell. in* 6. Lancell. *p.* 2. *cap.* 12. *limit.* 6. *n.* 1. Eccles. *l. c.*

18 Attentatorum Judicium est summarium, in quo sufficiunt leviores probationes. Mynsing. Eccles. & Mascard. *loc cit.* qualiter probanda? vide Lancellot. *p.* 3. *cap.* 26. *de attent. n.* 1. *&* 20.

19 Attentata non dicuntur purgata, nisi refusis prius expensis. Rot. post Pajatel. *decis.* 37. *n.* 2. & pro purgatione attentatorum fructus percepti non restituuntur, sed deponuntur, cum dubitatur, an petenti purgationem competat manutentio. Rot. *loc. cit.* Dicuntur purgata per renunciationem, reducendo omnia ad statum, in quo erant ante inhibitionem, & per oblationem solvendi expensas, ubi fuerint liquidatæ, nisi essent liquidæ. Rot. *cit.* plura de purgatione attentatorum vid. Lancell. *p.* 3. *cap.* 29. *per totum.*

20 Attentata di cuntur, etiam gesta post inhibitionem Rotalem. Rot. apud Pajatel. *loc. cit.* Lancell. *p.* 2. *cap.* 20. *ampl.* 11.

21 Attentata, an committantur coram Arbitro pendente compromisso? Lancellot. affirmat in arbitro necessario, & juris, non vero in voluntario; quia hic nullam habet Jurisdictionem, quæ lædi possit a partibus. ita *p.* 2. *cap.* 15. *num.* 114. sicut in reductione ad arbitrium boni viri pendente. Idem *cap.* 16. Item nullitate pendente, si hæc principaliter intentetur. Idem *cap.* 17. *n.* 42. ubi tamen ipse tenet, hanc attentata non causare. Bene vero pendente restitutione in integrum. Lancell. *cap.* 18. *n.* 16. sicut pendente recursu, & supplicatione. Idem *cap.* 19. *n.* 26.

22 Judex ad quem ad effectum attentatorum non potest inhibitionem Judici a quo relaxare, nisi prævia causæ cognitione, quod scilicet fuerit appellatum, & quidem tempore debito, aliter ab eo potest appellari. Lancellot. *p.* 2. *cap.* 20. *præfat. num.* 137.

23 Hæc autem inhibitio litigat manus Judicis a quo, etiam in casibus, in quibus alias appellatione pendente posset procedere. Lancell. *loc. cit. ampl.* 1. *per totam.* Et sufficit inhibitio tacita ad causanda attentata: quæ inhibitio resultat ex avocatione actorum vel causæ, quam Princeps ex certa scientia facit. Et quando appellatur a definitiva; quia tunc Jus inhibet. Idem *ampl.* 4. *n.* 1. Et executio facta, etiam vigore litterarum executorialium, etiam trium conformium post inhibitionem est attentata. Idem *ampl.* 6. *n.* 3. licet hæc fuerit decreta, sine partis citatione. Idem *ampl.* 8. semno est de inhibitione Rotæ.

Inhibitio est invalida, si emanavit vigore appellatio- 24
nis interpositæ in casu inappellabili: gesta tamen, etiam post inhibitionem invalidam, tanquam attentata sunt revocanda. Lancellot. *loc. cit. ampl.* 11. *an.* 9. Item nulla est, si emanavit appellatione non justificata, vel fuit facta contra stylum, vel a Judice carente Jurisdictione, & tamen gesta post illam sunt attentata, juxta Rot. apud Lancellot. *l. c. num.* 17. nisi sit evidens, illum carere jurisdictione: ita loquendo de inhibitione Rotæ. Cujus tamen Rotæ stylus non attenditur extra Curiam in lite vertente in partibus: sicut nec Regulæ Cancellariæ: adeo, ut etiam inhibitio Rotæ extra Curiam, quando est injusta, non causet attentata, maxime si non est canonica. *cap. non solum de appell. in* 6. Lancell. *l. c. lim.* 1. *a num.* 1. sicut non dicuntur attentata gesta post inhibitionem revocatam. Idem *limit.* 2. vel si fuit processus, vel actus factus, in causa diversa. Plures limitationes videri possunt apud Lancell. *l. c. usque ad limit.* 29. *inclusive*. apud quem vide processum formandum pro revocatione attentatorum, & exceptiones allegabiles contra peritam revocationem attentatorum, *toto cap.* 24.

Attentatorum diversæ sunt pœnæ. Prima est nullita- 25
tis; & attentans tenetur rem in pristinum reponere statum, in quo erat ante attentationem, & condemnatur in fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, & non admittitur ad Beneficium *cap. Odoardus:* quia attentans dicitur in dolo. Tenetur ad damna, & interesse. Lancellot. *p.* 3. *cap.* 31. *de attent.*

¶ AUDITORES ROTÆ.

Auditores Rotæ habent jurisdictionem ordinariam in 1
cognoscendo, & audiendo. Rota *in nov. decis.* 61. *Fuit dubitatum*, alias 430. *ultra med. de appellat.* Amplia; quia habent jurisdictionem, seu jurisdictionis exercitium, habitu, sed non actu; Ideo commissiones, quæ fiunt eis, sunt potius distributiones, per quas datur exercitium. Rota *in nov. decis.* 60. *Si in causa, in fin.* alias 429. *& d. decis.* 61. *Fuit dubitatum, circa med. vers. fuit determinatum, de appellat. & decis.* 13. *de offic. delegat. si causa committatur, in nov. circa princ.* alias 362. Contrarium tenet Ægid. *decis.* 55. *de jud.* alias 747. *si Auditor, circa princ. vers. secundo suppono.* ubi quod extra causas sibi commissas nullam habent jurisdictionem, & in causis sibi commissis sunt Judices delegati. Declara; quia prima opinio est vera in procedendo, & audiendo, seu cognoscendo, & hoc etiam tenet *Gloss. in clemen. auditis. de rescript.* secus quoad decisionem causarum; quia habent vere delegatam jurisdictionem. Rot. *in nov. decis.* 16. *de re jud. Dubitatur utrum, in fin.* alias 341. sequuntur hanc declarationem Gemin. *cons.* 95. *in pr. & in c.* 1. *de rescript. lib.* 6. ubi etiam *Franch. n.* 20. *ver. decimo quæritur*. Amplia, quod valet processus coram eis factus vigore rescripti impetrati per excommunicatum, sicut coram Ordinario; Ideo *Cap.* 1. *de rescript. in* 6. non habet locum in eis. Rota *d. decis.* 13. *de offic. deleg. in prin.* alias 362. *in nov. & decis.* 6. *de jud. Commissio impetrata in pr.* alias 375. *in nov.* quæ duplicatur per Ægid. *decis.* 370. *Commissio impetrata*, alias 51. *de rescript.* Felin. *in c. fi n.* 7. *in* 5. *Fallent. de except.* Non tamen valet sententia lata vigore talis rescripti; quia in decidendo sunt vere delegati. Gemin. *d. cons.* 95. *in pr.* Franc. *d. c.* 1. *de rescript. in* 6. *num.* 6. Amplia; quia etiam valet processus factus coram ipso Auditore excommunicato publice; quia valeret coram Ordinario, ex quo in procedendo habet ordinariam. Rota *in antiq. decis.* 2. *de judic. Nota quod processus*, alias 24. Limita; quia Auditores Rotæ non possunt pronunciare, nisi de consilio aliorum Auditorum, & de hoc habent juramentum, alias es-

sent

sent perjuri; ideo sententia præsumitur lata de consilio omnium, maxime, quando hoc narratur in sententia; quia non præsumuntur delinquere. Castr. *cons.* 282. *col.* 2. *lib.* 1. Extende maxime, quando in sententia hoc narratur, quod fuit lata de consilio aliorum; quia licet non credatur verbis narrativis in his, quæ non potuerunt intervenire tempore actus; tamen fallit, quando partes fuerunt præsentes, & contradixerunt. Castr. *de cons.* 282. *col.* 1. *ver. præterea licet*, *lib.* 1.

2 Auditores Rotæ, & Capellani Papæ habent privilegium ab Alexand. V. expeditum, sub Joanne Papa XXII. quod ipsi præferantur in concursu expectantium omnium, etiamsi alii fuerint magis diligentes, dummodo non sint majoris, vel æqualis dignitatis; quod privilegium est insertum per Gemin. *cons.* 113. & respicit gratias concessas, & concedendas. Amplia; quia dictum privilegium extenditur etiam ad habentem expectativam, qui postea Auditor Rotæ fuit effectus. Gem. *d. cons.* 113. *super dubio præmisso. per tot.* Castr. *cons.* 241. Dominus noster Papa, ubi consuluit super ipso privilegio, & dicit, quod sunt familiares Papæ, sed per fictionem. Amplia; quia dicto privilegio Auditorum Rotæ non censetur derogatum per clausulas generales derogatorias in privilegio concesso privatæ personæ; eo quia privilegium Auditorum est eis concessum ob publicam utilitatem; & quia contrarium privilegium loquitur de personis, & privilegium Auditorum est concessum Collegio, quod non venit appellatione personæ; & quia privilegium Rotæ est confirmatum pluries; & quia transivit in contractum; & quia favore alimentorum est concessum; & quia habet clausulam derogatoriam, plenissime Rom. *cons.* 436. *Quod indultum*, *per tot.* ubi plurima cumulat, & apost. 1. in ver. *non deroget*, dat concordantes, & sequitur Sarnen. *super regulis*, *dec.* 2.

3 Auditores Rotæ faciunt Collegium; quia habent omnia requisita Collegii; sunt tres, & ultra habent sigillum proprium Collegii, arcam communem, Thesaurarium, & locum, ubi se congregant, & Decanum, licet Decanus non sit de requisitis, ita Rom. *d. cons.* 436. *Quod indultum*, *n.* 6. *& seq.* Et dicuntur Decuriones, & Consiliarii Reipublicæ, ita ut privilegia eis concessa dicantur respicere favorem publicum, ut dicit Rom. *d. cons.* 436. *num.* 9. *& seq.* Etiam dicuntur Auditores Papæ, ut per Ægid. Bella. *cons.* 40. *num.* 42. *in fin. quod est votum D. Joannis de Varenis Auditoris Rotæ*. Et possunt spernentes, & turbantes suam jurisdictionem pœnis mulctare, excommunicare, & ad prædicta omnia procedere jure suo ordinario. Ægid. *d. cons.* 40. *num.* 42. *in fin. & n.* 43. Limita; quia Auditores Rotæ dicuntur ficti familiares Papæ; ideo privilegia eorum familiaritatis non tollunt jus quæsitum alteri, quia istud est de natura taciti, seu ficti privilegii. Cast. *d. cons.* 341. *lib.* 1. quod est plurium Doctorum, & saltem secundum tempora illa, licet hodie habeant multa privilegia majora. ¶

AUXILIUM.

Praxis Auxilii.

1 Auxilium præstare dicitur ante delictum, qui sicariorum sarcinas custodit. *cap. sicut dignum. §. hi quoque de homicid.* qui loquitur in foro animæ. Bajard. *ad Clar. q.* 90. *n.* 26. si sciat homicidium perpetratum iri: bene verum est, quod *dict. cap.* non videatur requirere scientiam machinationis, si tamen custodiens sciebat illos esse sicarios: nam certe cum similibus personis commercium haberi non debet. Item dans litteras de homicidio tractantes, vel transmittens scienter. *L.* 1. *ff. ad L. Jul. Majestatis.* Salycet. & Cyn. *in L. non ideo. Cod. de accus.* Decian. *lib.* 9. *crim. cap.* 37. Schrœder *de feud. p.* 9. *cap.* 2. *n.* 70. Farin. *q.* 130. *num.* 41. Et punitur eadem pœna, quando suo auxilio dedit causam delicto: si vero non dedit causam, mitius punitur. Felin. *in cap.* 1. *num.* 13. *de offic. Deleg. & in cap. sicut dignum §. de homicid. num.* 2. Papiens. *in form. Inquis. verb. Opem & auxilium.* Clar. & Boer. cum DD. *cit.* apud Farin. *loc. cit. numer.* 42. Neque sufficit dare causam delicto ad pœnam ordinariam, nisi etiam detur per actum proximum, & non tantum remotum. Abb. *in cap.* 1. *de Offic. Deleg. num.* 5. ubi Felin. Dec. & alii. Cæpol. *cons.* 2. Schrœder & Farin. *loc. cit.* dicitur vero dari per actum proximum, cum propter auxilium secutum fuit delictum: si vero delictum non fuit secutum propter auxilium, dicitur data causa per actum remotum. Vel: si sine auxilio non potuisset sequi delictum, & tunc dicitur per actum proximum, si vero potuisset sequi, dicitur per actum remotum, Farinac. *loc. cit.*

Auxilium præstans ante delictum, non punitur pœna ordinaria, effectu non secuto, nisi simus in atrocibus, juxta ea, quæ scribit Farin. *q.* 126. & DD. mox supra *cit.* 2

Auxilium tale non dicitur præstare, qui non obviat delicto committendo; saltem ad effectum pœnæ ordinariæ, de Jure Civili, neque Canonico. gl. Hostiens. Joan. Andr. Abb. Butr. & alii *in cap.* 1. *de Offic. Deleg.* Farin. *l. c. n.* 64. secus in foro conscientiæ ad peccatum contrahendum, & ejusdem pœnam. Limit. in Prælato, Superiore Domino, Patre, qui tenentur ex officio obviare delictis suorum subditorum, uti etiam Gubernatores & Officiales &c. Pract. Conrad. *rubr. de conscii's. n.* 4. Farin. *q.* 225. *&* 130. 3

Auxilium præstans post delictum, uti ad fugiendum, punitur non eadem pœna, sed mitiori; licet in continenti præstiterit, communior apud Farin. *q.* 132. *n.* 12. Imo si eundem defendit, ne offendatur ab inimicis, nullam pœnam incurrit. Farin. *l. c. n.* 19. intellige si defendat post patratum delictum, nam si defendat ante patratum delictum, ne forte per aliorum violentiam a patratione impediatur, talis utique puniretur, saltem pœna paulo minori. ita *in cit. capit. sicut dignum §. illi etiam*, *de homicid.* Limit. in crimine hæresis, & occultatione latronum, in quibus intrat eadem pœna. Dec. *in c.* 1. *de Offic. Deleg.* Farin. *n.* 22. Limit. 2. si præcessit tractatus, juxta communem contra communem apud Farin. *n.* 29. qui tractatus præsumitur præcessisse. Farin. *n.* 34. 4

Auxilii pœna non tenetur, qui fuit longe distans, ut a rixantibus non videretur: multo minus, si principalis est absens, & contumax. DD. apud Ciarlin. *c.* 85. *n.* 13. Cyriac. *contr.* 132. *n.* 45. *lib.* 1. 5

Auxilium præstans in delicto cooperativum punitur eadem pœna. omnes DD. *sup. cit.* licet præstet auxilium non factis, sed verbis, licet delinquens esset alias facturus, uti socii &c. dummodo præstet auxilium dolo, & scienter. Aym. *cons.* 224. Mascard. *de prob. concl.* 1139. Schrœder *loc. cit.* In dubio vero præsumitur auxilium potius casuale, quam dolosum, quod Judex arbitrabitur juxta qualitates, & circumstantias: dummodo auxilium dederit causam delicto, aliter mitius punitur; & quidem si dederit causam delicto per actum proximum, & non tantum remotum, nisi a statuto esset taxata pœna auxiliatori &c. & debet in sententia nominari; aliter sententia lata contra principalem ad illum non extenditur. Felin. *in cap.* 1. *de Offic. Deleg. & & in cap. sicut dignum de homicid.* Menoch. *de arbitr. cas.* 349. *n.* 4. Mascard. & Schrœder *l. c.* Farin. *q.* 131. *num.* 61. licet sit absolutoria. 6

Auxilium dans non potest puniri, nisi constet prius de principali delicto illius, cui dicitur præstitum auxilium. Farin. *q.* 131. *num.* 54. Dec. *in cap.* 1. *de Offic. Deleg.* Mascard. *de prob. concl.* 1139. Surd. *cons.* 40. Schrœder *de feud. p.* 9. *c.* 2. 7

Auxilium dans morti Principis non tenetur crimine Læsæ Majestatis, si ignorabat qualitatem Principis. Sperel. *dec.* 64. Neque refert, quod daret operam rei illicitæ, adeoque tenetur de pœna: quia id procedit in pœna extraordinaria. Gig. *de crim. læs. Majest.* apud Sperel. *loc. cit. n.* 37. quia voluntas, non exitus, in maleficiis est spectanda; vel quando auxilians scire debuit, vel cogitare potuit. Idemque non privatur immunitate Ecclesiastica. Sperel. *loc. cit.* 8

Auxilium ergo cooperativum præstans delinquenti eadem pœna punitur cum delinquente. Ita Canonistæ, & Legistæ apud Cravet. Farin. Clar. Guazzin. & alios, quos vide apud Sperel. *dec.* 108. *n.* 3. *vers. verissima*. Bald. *cons.* 250. Farin. *de consultor. q.* 129. *& de furt. q.* 168. quando tamen auxilio suo dedit causam delicto, & non aliter, Honded. *cons.* 98. Menoch. *de arbitr. cas.* 349. Gomez *var. resol. tom.* 3. *cap.* 3. *n.* 49. *& seq.* Clar. *q.* 90. sicut etiam si sine illo fuisset factum delictum, quando nempe quis auxilium dedit sola applicatione scalæ. Di- 9

citur

citur tamen tale auxilium præstare, qui adstat armata manu, licet nihil agat, si scienter adstat, & dolose, quod tamen in dubio non præsumitur. Mascard. *de prob. concl.* 159. Farin. *q.* 131. *num.* 80. Menoc. *de arbitr. cas.* 350. & alii.

10 Et quod auxilium præstans ante delictum, ut illud perpetretur, puniatur eadem pœna, docent Bart. *in L. furt. ff. de furt.* Ghrilan *de pœn. q.* 10. *n.* 16. Bero. *cons.* 192. Clar. *in §. fin. q.* 90. Menoch. *de arbitr. cas.* 349. Mascard. *de prob. concl.* 159. Farin. *q.* 130. qui hanc sententiam vocat communiorem. Sic accommodans arma ad aliquem occidendum, vel alia instrumenta: Communior apud Farin. *loc. cit.* Gomez *de delict. cap.* 3. *de homicid. num.* 48. *&* 49. Cæpol. *cons.* 76. quia tales dicuntur dare causam proximam homicidio: dummodo scienter accommodarint: in dubio vero præsumitur ignoranter, quæ tamen præsumptio venit regulanda arbitrio boni Judicis; habita consideratione qualitatis personarum. Boer. *decis.* 167. Menoch. *loc. cit.* Farinac. *uti supra. num.* 8. Sic accommodans domum, in qua commorantur delinquentes, ut ibi fiant tractatus, consilia &c. equum, & quodcumque aliud instrumentum ad delinquendum, scienter: ultra DD. *cit.* Natta *concl.* 151. Sic associans delinquentes ante delictum, ne a delinquendo impediti possint. Abb. *in cap.* 1. *de Offic. Deleg. num.* 5. ubi Dec. & Bero. Correr. *in pract. de Homicid. §. circa secundum num.* 11. Natta *concl.* 458. Surd. *cons.* 40. Guidop. *decis.* 423. Farin. *l. c. n.* 27. Dummodo præcesserit ante associationem consilium, vel associans non præcedente consilio delicto astiterit; juxta Farin. *l. c.* aliter tantum pœna extraordinaria intraret. Sic ostendens occisori locum, in quo latebat occisus, seu occidendus, si sine tali ostensione, vel non fuisset occisus, vel non tam commode. Farinac. ita distinguens. *l. c. n.* 35. concordat sententias contrarias.

Sic auxilium præstans frangenti pacem eadem pœna 11
fractæ pacis tenetur. Corn. *cons.* 8. Vulpel. *de pace q.* 42. Bajard. ad Clar. *q.* 90. *n.* 2. Herculan. *de caut. de non offend. cap.* 26. Sperel. *l. c. n.* 39. si tamen auxilians hanc qualitatem fractæ pacis sciebat, secus si ignorabat. *L. utrum, & L. sciebat ff. ad L. Pomponiam.* Cabal. *resc. crim.* 198. *n.* 23. Guaz. *def. Revr.* 33. *n.* 18. *cap.* 10.

Auxilians assassinii, an gaudeat immunitate? vide in- 12
fra *in prax. immunitatis.*

Auxilium præstans delicto ob gravitatem delicti cre- 13
scentem gravius punitur, si illam sciebat, secus si ignorabat. Sperel. *decis.* 64. *n.* 38.

BANNITUS.

Praxis Bannitorum.

1 BANNITUS captus extra territorium banni non potest a Judice banni puniri, sed debet relaxari. Gomez *tom.* 3. *var. res. cap.* 9. *num.* 4. *&* 5. Farin. *de Inquis. q.* 3. *limit.* 9. Clar. *in §. fin. q.* 96. *num.* 6. Cartar. *de execut. sent. contum. cap. fin. num.* 263. Put. *de syndic. verb. captura cap.* 4. Cabal. *res. crim. cas.* 291. *num.* 2.

2 Non comprehenditur in cautione de non offendendo, neque active, neque passive. Hercul. *de caut. de non offend. cap.* 23. Moronus *de fide, treuga, & pace q.* 108. Farin. *de var. & divers. quæst. q.* 103. Clar. *in §. homicidium. num.* 60. Cabal. *l. c. cas.* 274. *n.* 2. etiam juramento interveniente, quamvis Clarus id demum admittat, si tempore cautionis nondum erat bannitus, secus si jam erat bannitus, vel certe si fuit postea bannitus ex eadem causa, propter quam fuerit cautio promissa: nam neque tunc posset offendi. idem dicit Cabal. *l. c. n.* 5.

3 Bannitus a Judice Laico, si steterit in Ecclesia suæ patriæ, non dicitur fregisse bannum, vel exilium; secus si fuit bannitus ab Episcopo, nisi steterit in Ecclesia exempta. Anton. de Marin. *resol. quotid. cap.* 116. quia licet Ecclesiæ ratione situs sit in territorio Civitatis, in qua sita est, tamen quoad Juris effectus non dicitur in territorio, sed loco exempto. Barbos. *de potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 107. *&* *de Jur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 130. Dian. *p.* 4. *tr.* 1. *resol.* 92. Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 38. Clar. *in §. fin. q.* 30. *n.* 22. Cochier. *de jurisd. p.* 4. *q.* 65. Grass. *de effect. Cler. eff.* 1. *num.* 617. Del Bene *de immunit. cap.* 16. *dub.* 24. *sect.* 17. Ciarl. *contr. for. cap.* 15. Sperel. *dec.* 127. *n.* 18. contra Capon. *discep. for.* 265. Pasqualem, & alios.

4 Bannitus captus debet recognosci, maxime si negat, se esse illum, qui fuit bannitus. Boss. *in pract. crim. de reis requirend. num.* 2. *&* *de bannitis num.* 18. Clar. *in §. fin. q.* 96. *num.* 3. Cartar. *de execut. sent. contra bannitum c.* 2. Farin. *de inquisit. quæst.* 11. Cabal. *res. crim. cas.* 270. probatur per testes, & quomodo? vide Cabal. *loc. cit. per tot.*

5 Banniti, quando infestant Provinciam, & timorem incolis incutiunt, possunt eorum Consanguinei cogi ad præstandam pro illis fidejussionem ob publicam utilitatem. *L. Barbarius. ff. de Offic. Præt.* Bar. *in L.* 1. *ff. solut. matr.* nam pro favore publico jura transgredi licet. Cabal. *l. c. cas.* 149. *n.* 1. *seqq.*

6 Sed quæres: an Bannitus habens salvumconductum, si in loco salviconductus delinquat, frangat salvumconductum? affirmat Nellus *de Bannit. p.* 2. *q.* 16. Blancus *in pract. crim. §. defensionibus datis*; alii negant frangere, imo nec perdere privilegium salviconductus, sed tantum pro eo delicto puniri posse, & non pro aliis; ita Dec. *in cap. constitutus de appell.* alii distinguunt inter delictum ex proposito, & casuale. Et in primo casu tenent sententiam primam, in secundo vero, secundam, vide Cabal. *l. c. cas.* 118. *per tot.*

Bannitus non est incapax successionis, quæ ei defer- 7
tur a Jure communi. Bar. & Castr. *in L.* 1. *Cod. de hæred. inst.* Farin. *de var. & divers. quæst. q.* 102. Peregr. *de Jur. Fisc. lib.* 3. *tit.* 7. Clar. *in §. testamentum. q.* 20. Gratian. *discep. for. c.* 309. *n.* 12. Marta *de succes. leg. p.* 3. *q.* 14. *art.* 1. *per totum.* contra Ciarlin. *contr. for. c.* 161. nisi statutum illos excluderet: præsertim si bona sunt extra territorium banni. Gail. *de pace publ. lib.* 2. *c.* 12. Tusch. *litt. B. concl.* 10. Menoch. *de præsum. lib.* 5. *præs.* 45. Guazzin. *de pac. & treug. §.* 3. *c.* 56. Andreol. *contr. for.* 57. Farin. *q.* 102. Seraph. *dec.* 354.

Bannitus capitaliter amittit omnia Beneficia Juris com- 8
munis, si est bannum Pontificium, vel Imperiale. DD. *cit.* Secus bannitus in contumaciam, vel propter contumaciam, nisi contumacia fuerit causata a delicto, de quo constat per testes. Mart. *de Jurisd. p.* 4. *cas.* 140. Farin. *d. q.* 102. *inspect.* 1. Ciarl. *l. c.* Perdit beneficia, tam municipalia, quam communia. Put. *dec.* 418. Farin. *dec.* 175. *& d. q.* 102. Ciarlin. *ubi supra.*

Bannitus non prohibetur testari; quia habet testa- 9
menti factionem, tam activam, quam passivam quoad bona existentia extra territorium banni, imo etiam quoad bona existentia in territorio banni, nisi statutum contrarium extet. Clar. *in §. testamentum quæst.* 20. Prat. ad Pasqual. *d. patr. potest. part.* 2. *cap.* 8. *ad num.* 27. modo non sit condemnatus ad mortem, vel in contumaciam. Farin. *quæst.* 102. quia tunc esset effectus servus pœnæ.

Bannitus in contumaciam punitur pœna ordinaria. 10
Osasch. *dec.* 105. *num.* 12. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 93. *&* 97. si est punitus propter delictum in contumaciam, & non ob solam contumaciam. Clar. & DD. apud Scacciam *l. c.*

Bannitus capitaliter, & cum publicatione bonorum, 11
ita ut possit impune offendi in persona, & rebus, est incapax hæreditatis, & habetur pro mortuo. Farinac. *cons.* 135. Mastril. *dec.* 283. Cabal. *resol. crim. cas.* 61. Farin. *d. q.* 102.

Ban-

12 Bannitus mortuus non potest sepeliri in territorio, in quo fuit bannitus tempore mortis. Nellus *de bannit. p. 2. q. 2.* ille tamen, qui sepelit, non incurrit pœnas fautorum; quia homo mortuus non est homo: & sic bannitus mortuus non est bannitus. Tusch. *litt. M. concl. 832.* Cabal. *l. c. cas. 83. & 265.*

13 Bannitus potest ubique citari; si non constat, quod habeat certum domicilium. Sylvat. *lib. 1. cons. 54.* Clar. *in §. fin. q. 39. vers. fui interrogatus.* Istis tamen potest dari aliquis favor, aut auxilium cibi, vel potus, secundum aliqua statuta. Ciarlin. *contr. for. cap. 161.* ubi qualiter illos receptans puniatur, & quinam excusentur a pœna. Vide Capon. *discep. for. 322.* Farin. *cons. 37.*

14 Bannitus restitutus non recuperat bona per substitutum apprehensa, vel alteri ex fideicommisso quæsita. Ciarl. *loc. cit.* Guazzin. *de confisc. bonor. concl. 28.* Giurb. *cons. 44.* sicut nec bona in alium translata ratione contractus, vel transactionis cum Fisco, nec emphyteutica ad Ecclesiam devoluta. Cyriac. *contr. 310. num. 119.* Farin. *in prax. q. 6.* Ciarlin. *contr. for. cap. 168.* neque aliud recuperat, nisi quod in gratia est expressum, & tunc si recuperat bona, debet solvere debita; quia obligatio per mortem civilem non fuit extincta, & esset impium, bannitum recuperare bona sine onere solvendi debita. *L. 3. L. si deportationis. Cod. de sent. poss.* Giurb. *cons. 45.* Ciarlin. *loc. cit.* tenetur autem pro rata bonorum recuperatorum. Costa *de portione ratæ. q. 120.*

15 Banniti gaudent immunitate Ecclesiastica, dummodo delictum, pro quo sunt banniti, non sit de exceptis. Barbos. *de Jur. Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 130.* Clar. *in §. fin. q. 30. n. 21.* Farin. *de immunit. q. 28.* Guazzin. *def. 1. cap. 38.* Diana *p. 6. tr. 1. resol. 21.* tamen post Bullam Clem. VIII. talis non debet recipi, vel detineri diu in Ecclesiis ab Episcopis. Diana *p. 3. tr. 1. resol. 40.*

16 * Bannitus propter homicidium præmeditatum non gaudet immunitate Ecclesiastica in Statu Ecclesiæ. Clem. XII. Const. *In supremo Justitiæ Solio. §. 4.*, Neque in Republica Lucana. Benedict. XIV. Constit. Alias §. 7. *

BAPTISMUS.

Praxis Baptismi.

§. I.

Ordo servandus in collatione Baptismi.

1 * Ritus in baptizando ille servandus, qui traditur in Rituali Romano, cujus præscriptæ ceremoniæ si tantum ex inanibus, ac levibus timendi causis negligantur grave inducunt peccatum. Et si ex veris, gravibusque causis prætermitti contingat, primo quoque tempore suppleri debent. Benedict. XIV. Constit. *Inter omnigenas.* §. 19. Neque extra casum necessitatis, justique timoris ab Infidelibus incussi, communis, & naturalis Aqua, vel etiam ea, quæ pro lustrationibus benedicitur, in Baptismi administratione adhibenda est; sed tantum Aquæ ad hunc præcise effectum benedictæ juxta præscriptum Ritualis Romani usus faciendus est Ibid. §. 20. *

2 Ordo in baptizando ille servetur, ut præsente Episcopo Presbyter, vel alius inferior baptizare non debeat, nisi eodem Episcopo annuente. *cap. pen. & fin. dist. 95. cap. omni tempore de consecr. dist. 4. cap. mulier eod. & cap. diaconus, dist. 93.* Pax Jord. *de re sacra. lib. 3. tit. 1. num. 8.* Nec ante ipsum Episcopum debet sacerdos baptisterium intrare: nam eidem primus locus, & honor debetur. Ita nec Diaconus præsente Presbytero, nec Subdiaconus præsente Diacono, nec Laicus præsente Clerico, aut mulier præsente viro baptizare debent extra necessitatem. Extra quam etiam solus Parochus, vel ab eo delegatus baptizat. Vide Jord. *loc. cit.*

§. II.

In quo loco ministrandus Baptismus.

Extra necessitatem, secluſa Episcopi licentia, Baptis- 3
mus non est ministrandus in privatis domibus, sed in Ecclesia Parochiali, sub pœna arbitraria non tantum contra baptizantes, sed etiam contra assistentes. *cap. Clericos dist. 1. de consecr. Clem. un. de baptis.* Menoch. *de arbitr. cas. 431.* Pax Jord. *de re sacr. lib. 3. tit. 1. num. 10.* Nec Episcopus potest pro libitu dare talem licentiam; quia jura id permittentia hodie per *d. Clem.* restricta sunt ad duos casus: primus est pro filiis Regum & Principum: secundus ob morbum infantis cum mortis periculo, vel tempore hostilitatis. Quod si periculum sit in mora, nec possit tuto exspectari licentia Episcopi: ea non attenta poterit ministrari baptismus. Nomine vero Principum, qui veniant, remittitur arbitrio Episcopi, quod licet in favorabilibus sit ampliandum, hoc tamen non potest extendi ad simplices Comites carentes comitatu, & jurisdictione. Concessa autem tali licentia sacerdos potest ministrare baptismum cum omnibus ritibus prout in Ecclesia: quia Canones concedentes hanc locorum mutationem, loquuntur de baptismo, quod verbum integre debet sumi cum omnibus suis ritibus; quia verba intelliguntur cum effectu. Pax Jord. *loc. cit.* Amplia, ut neque ipse Episcopus extra casus prædictos possit domi baptizare; nam præcitata *Clem.* habet verba generalia, scilicet *ne quis de cætero:* quæ verba sunt generalia, utpote indefinita, & negatio est malignæ naturæ, & destruit, quidquid post se reperit. Sanch. *de matr. lib. 9. disp. 43. num. 10.* Nomine autem periculi vitæ venit etiam honor, vel periculum famæ puellæ parientis, aut aliud grave damnum, ut propterea Episcopus dispensare possit. Pax Jord. *loc. cit.* de quibus plura vide apud Palaum *tom. 4. tr. 19. disp. un. punct. 12. ubi gl.* Sa, Vasquez, Layman, & alii. Item Granad. apud Dianam *p. 9. tr. 6. resol. 38.* Secundum quos nomine filiorum Principum veniunt tantum illi, qui superiorem non recognoscunt, vel æquiparantur Regibus, contra Quintanaduenas.

§. III.

Quomodo ministrandus Baptismus.

Sermo nobis est de baptismo parvulorum: nam de 4
baptismo adultorum, dicemus mox infra. Primo ergo in baptismo parvulorum requiritur forma certa, materia certa, intentio Ministri, si sumus extra casum necessitatis: & puniendus est pœna arbitraria, quisquis sub forma, aut materia dubia extra casum necessitatis baptizare præsumpserit: quia exponit periculo infantem nullitatis baptismi. Ita Summistæ omnes. Vide Dian. *p. 5. tr. 3. resol. 1. usque ad 7.* Qui tamen, sub materia, vel forma dubia baptizantes, vel sub conditione non incurrunt Irregularitatem. Diana *p. 3. tr. 4. resol. 9.* quia irregularitas non incurritur, nisi in casibus a Jure expressis. *cap. 15. de sent. excom.* sed in jure exprimitur tantus casus rebaptizantium. Possevin. *de Offic. Curat. cap. 16.* Suarez *p. 3. tom. 3. disp. 31. sect. 6.* & plures apud Dianam *loc. cit.* contra Sayr. *de censur. lib. 7. cap. 8.*

Materia Baptismi duplex est, remota, & proxima. 5
Remota certo sufficiens ad valorem baptismi est aqua maris, fluminis, fontis, stagni, putei, cisternæ, pluviæ, roris, pruinæ non concretæ, item aqua, quæ ex vaporibus conflatur, uti quæ in hyeme ex parietibus exsudat, vel quæ reperitur in ollarum tegumento, quando illis aqua plenis subjicitur ignis. Item aqua ex nive, glacie, grandine liquefactis. Item aqua decurrens ex balneo, licet odoris sulphurei: tandem aqua expressa ex luto; quia hæ omnes, sunt aquæ elementares. Ampl. sive illæ sint calidæ, sive frigidæ, etiam odoratæ, vel aliquo luto immixtæ, dummodo abluere possint: quia hæ qualitates non mutant intrinsece aquam, sed tantum extrinsece, & accidentaliter. Vid. Tambur. *de sacram. lib. 2. cap. 1. §. 1.* hæc quoad valorem baptismi: cæterum quoad licitum usum ejusdem

debet servari consuetudo Ecclesiæ, atque ideo semper adhiberi aqua sacri fontis rite benedicti.

6 Materia proxima est ablutio, & illa est certo sufficiens, quæ fit per immersionem, vel notabilem aspersionem, vel denique notabilem effusionem aquæ in corpus, ut ipsum corpus contingat. Hodie effusio aquæ in capite, vel in pectore, vel in scapulis, vel in brachio, aut alia notabili parte est sufficiens. Tambur. *l. c.* §. 3. apud quem vide plures casus: uti etiam apud Castro Palaum *de Baptis. disp. un. p. 2. num. 2.*

7 Forma vero sufficiens, & servanda ad baptismum, illa dicitur, quæ exprimitur in Evangelio apud Matth. „ *Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filii, & Spi-* „ *ritus Sancti.* „ in quacumque lingua proferatur: Et quidem quoad licitam baptismi administrationem in lingua latina est proferenda apud latinos, juxta Rituale Romanum, & Catechismum Pii V. & hæc forma est adhibenda, & non varianda pro licita hujus sacramenti administratione, & contra faciens poterit arbitrarie puniri, nisi ignorantia reddere illum quodammodo excusabilem. Cæterum quoad validam administrationem hujus Sacramenti sufficerent quæcumque alia verba, sensum formæ a nobis mox supra allatæ substantialiter, vel essentialiter non mutantia. Uti: *Ego te baptizo, in nomine Patris, Dei Filii, & Dei Spiritus Sancti.* Item *Ego te baptizo in nomine Patris, nomine Filii, & nomine Spiritus Sancti.* Sed nota: quod istæ duæ ultimæ formæ a nobis adductæ, vocentur certo sufficientes a Suarez, Dicastillo, Henriquez, Coninch. Bannez Diana *p. 2. tr. 17. res.* 15. Tambur. *loc. cit.* §. 5. *num.* 7. tamen quia isti habent multos contradictores apud eundem Dianam: ideo inter formas dubias erunt reponendæ, & baptismus sub istis formis collatus erit repetendus sub conditione. Forma certo sufficiens est etiam illa, qua dicis. *Baptizo hunc in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Item *Ego te abluo, sive lavo, in nomine &c.* Item *Ego Sacerdos N. te baptizo &c.* Item *baptizetur servus Christi*, aut *baptizeris*, vel *baptizetur hic &c.* dummodo modus iste sit indicativus, aut imperativus, & non deprecativus. Item: *in nomine Patris &c. baptizo te.* Item: *baptizo vos, aut dominationem vestram &c.* Hæc pro valore Baptismi: modo transeamus ad ejusdem solennitates: & quidem, cæteris omissis videndis in Rituali, aliqua de patrinis ad praxin facientia, trademus.

§. IV.

Qui sint adhibendi Patrini?

8 Patrinus, vel Matrina dicitur, qui, vel quæ promittit, se habiturum paternam spiritualem curam baptizati in instructione rerum fidei, quæ quidem promissio non est expressa, sed venit tacite in ipsa susceptione ratione Officii.

9 Patrinus, vel Matrina debet necessario intervenire in baptismo solenni sub pœna peccati mortalis secundum Leandrum. *cap. 7. de baptismo q. 2.* licet Possevinus apud eundem teneat contrarium. Sufficit autem illum intervenire per procuratorem: quo casu nullus contrahet cognationem. Vide Tambur. *l. c. cap. 4. §. 4.* qui tamen cum Pontio videtur sentire contrarium.

10 Ut quis autem Patrinus esse possit, plura requiruntur. Primo rationis usus, quia aliter non posset habere intentionem faciendi, quod vult Ecclesia. Secundo quod sit baptizatus, quia hæc lex de patrinis, maxime in ordine ad cognationem spiritualem, quæ inter illos contrahitur, est Ecclesiastica, cui non subjacet Gentilis, vel Catechumenus; nec sufficit, quod postea baptizentur, quia quod ab initio est nullum, tractu temporis non convalescit. Sanch. *lib. 7. de matr. disp. 60. n.* 11. contra Toletum *in sum. lib. 2. cap.* 23. Tertio, secundum multos, quod sit confirmatus, aliter non contrahit cognationem, quia ita habetur in Pontificali, his verbis: *ut non confirmatus non possit alium suscipere.* & probatur *in cap. baptismate dist. 4. de consecrat.* ita Suarez, Coninch. Sanch. & alii, apud Tambur. *l. c. cap. 4. 72.* Quarto, ne sit hæreticus; cum talis non possit instruere baptizatum in recta fide, imo potius erit omittendus patrinus, etiam in baptismo solenni, quam hæreticus adhibendus [illegible] nisi timor esset, ne filius esset adducendus ad Sacerdotem hæreticum: tunc enim, ex duobus malis minus esset eligendum. Quinto, unus vel unus, & una juxta Concil. Trid. *sess. 24. cap. 2. de reform.* in quo dispensare non potest Episcopus. Palaus *de Baptis. disp. un. p.* 11. §. 2. Sexto requiritur, ut sit designatus a parentibus, vel ab illis, ad quos pertinet curare, ut baptizetur infans, & his deficientibus ad Parochum; aliter isti, post Concil. Trid. *loc. cit.* non contraherent cognationem spiritualem, quidquid sit de jure veteri; quia nullus esset patrinus; Et plures admittens est puniendus, & peccat mortaliter secundum Leandr. *l. c.* venialiter vero tantum secundum Sanch. *lib. 7. de matr. disp.* 57. & licet omnes isti fuissent designati, nullus eorum contraheret cognationem secundum Suarez *de sacram. q. 67. art. 8. vers. 2.* quia deficeret conditio Trid. cujus intentio fuit diminuere cognationes spirituales. Et hæc procedunt, siquidem omnes fuerunt designati, secus si successive; tunc enim primus unus, vel una essent patrini, & non sequentes. Septimo, ne sit pater, vel mater, extra casum necessitatis: tales enim si susciperent proprium filium, peccarent mortaliter, secundum Suarez *l. c.* & DD. apud eundem, & secundum Laym. *lib. 5. tr. 50. p. 4. cap.* 8. Hurtad. & Auvers. ac alios contraherent cognationem spiritualem, si scienter id facerent, licet contrarium sentiat Suarez *p. 3. q. 67. art.* 8. Ultimo, ne sit Religiosus, sive ex Ordine Mendicantium, sive non mendicantium. *cap. licet dist. 1. cap. Monachi de consecr. dist. 4. cap. pervenit. 18. q. 2.* Dian. *p. 9. tr. 6. resol.* 32. Limit. in Canonicis Regularibus, qui in odiosis non veniunt nomine Monachorum. Ut tenet Lessius, Coninch. & alii apud Palaum *tom. 4. tr. 19. disp. un. punct.* 11. contra Laym. & alios. Imo Quintanaduenas putat, indistincte omnes Regulares posse esse patrinos, eo quod nullo Jure prohibeantur, & Canones in contrarium fuerint conditi in Concil. Provinciali Altisiodorensi, quod cum non fuerit confirmatum a Pontifice, non obligat extra dictam Provinciam. Item ratio dictorum Canonum fuit, ne Regulares oscularentur mulieres patrinas, seu melius, matrinas, prout consuetudo illorum temporum ferebat, qui tamen usus hodie recessit ab aula. Quidquid sit, dicti Regulares non erunt admittendi ad hoc munus sine licentia suorum Superiorum, & Ordinarii, qui illam non concedet suscipiendi cum Matrina ob dedecentiam, & familiaritatem Religioni valde noxiam, quæ inter illos oriri posset: & ita practicatur passim in foro Ecclesiastico.

§. V.

Quomodo ministrandus Baptismus adultis.

11 Eadem servanda sunt in baptismo adultorum, ac parvulorum, his exceptis, quod adulto non sit administrandus, nisi fuerit sufficienter instructus in mysteriis fidei, maxime in iis, quorum cognitio est necessaria, scilicet in mysterio Trinitatis, Incarnationis, Passionis, Resurrectionis &c. item in symbolo Apostolorum, & præceptis Decalogi, Secundo, nisi adultus habeat intentionem suscipiendi hoc Sacramentum actualem, vel virtualem. Tertio debet elicere saltem actum contritionis aut saltem attritionis. Limit. in casu necessitatis, ut in mortis periculo, in quo sine tali scientia, cum generica tamen, quatenus possit, voluntate credendi, quæ credit Ecclesia, baptizari potest; quia tunc concurrente intentione, & attritione, adulti ut supra dictum, poterit licite baptizari. Joan. Sancius *in select. disp.* 44. Leand. *de Baptis. disp.* 5. *q.* 24. Plura vide in Rituali.

§. VI.

Quando possit, vel debeat iterari Baptismus sub conditione?

12 Baptismus nunquam est reiterandus, nisi quando fuit collatus sub materia, vel forma dubia, vel quando adest dubium probabile, sive juris, sive facti, aliquem non fuisse baptizatum, & rebaptizans extra istos casus absolute incurrit irregularitatem, sicut etiam rebaptizatus, dummodo concurrat peccatum mortale, & hoc toties, quoties. *cap. litterarum de Apostat. & reit. bapt. cap. confirmandum dist.* 50. Covar. *in Clem. si furiosus p.* 1. Navar. *in Manuali cap.* 27. Suarez *de censur. disp.* 41. *sect.* 2. & alii apud Bonacin. *de censur. disp. 7. q. 3. punct.*

punct. 3. neque obstat *cap. quivis de consecr. dist.* 4. quia ille fuit textus Episcopi Cantuarienſis, qui non potuit condere legem universalem.

13 Dixi rebaptizantem absolute incurrere irregularitatem cum rebaptizato, ut excluderem rebaptizantem sub conditione, etiam extra necessitatem, juxta Dianam *p.* 3. *tr.* 4. *resol.* 9. *& in addit. resol.* 10. cum Tanner. & Homob. *in consult. cas. conscient. vol.* 1. *p.* 4. quia irregularitas non incurritur, nisi in casibus a jure expressis *cap.* 15. *de sent. excomm.* Suarez *p.* 3. *to.* 3. *disp.* 31. *sect.* 6. Possevin. *de Off. Cur. cap.* 16. & alii apud Dianam *loc. cit.* contra Sayr. *de censur. lib.* 7. *cap.* 8.

14 Dicitur autem baptismus collatus sub materia dubia. Primo si fuit adhibita aqua rosacea, vel alia aqua distillata. Secundo, si fuit collatus aqua extracta artificio quodam a vino, cui antea fuerat admixta. Tertio, brodio, sive jusculo, etiam non admodum spisso, vel lixivio, etiam levi. Item aqua resoluta a sale marino, vel montano: Item aqua existente in linteo, vel digito, nisi exprimatur: item si ablutio non fuit facta per aspersionem, immersionem, vel effusionem, uti supra dicebamus. Præterea si fuit collatus baptismus in umbilico, item in secundina, vel extremitate capillorum. Item si fuit ministratus a duobus, quorum unus lavit, & alter pronunciavit formam: quod in extrema necessitate fieri posse, tenent Hurtad. Cajetan. Marsil. & Dian. *p.* 5. *tr.* 3. *resol.* 26. saltem sub conditione. Ubi vide tandem si arte Obstetricis fuit collatus infanti adhuc existenti in utero matris, & nondum nato, aut si fuit ministratus in digitis, imo in sola manu, aut pede, aut si ad immersionem non fuit secuta emersio, vel etiam collatus si fuit una alterave aquæ gutta. Vide Marcant. *in candelabr. sacrament. de resol. quæst. pastor. tr.* 2. *de Bapt. cap.* 1. *q.* 1. *cas.* 2. Dian. *l. c. resol.* 15. *& p.* 10. *tr.* 16. *res.* 18. Palaus *tom.* 4. *tr.* 19.

15 Baptismus ministratus sub forma dubia dicitur. Primo: si fuit collatus in nomine SS. Trinitatis, non expressis personis. Item sub illis verbis. *Ego te baptizo in nomine Genitoris, & geniti &c. In nomine Ungentis, uncti &c. In nomine Patris & Jesu Christi. In nomine Patris, & Filii & Spiritus, Amen. In nomine Patris, & Verbi &c. Cum*, vel *sub nomine Patris &c. cum Patre &c. Per nomen Patris &c. In Deo Patre &c. In Patre, & Filio &c. In Essentia Patris &c. In uno Deo Patre &c. In virtute, authoritate, & fide Patris. In nomine Spiritus Sancti, Filii &c. In nomine Patris &c.* Item, cum formæ fuit aliquid additum, ut *in nomine B. Virginis*. Item: cum fuit omissa particula *in* vel *&*. Tandem cum fuit dictum: *In nominibus Patris &c. Ego te tingo, mergo, aspergo &c. Baptizetur, ver baptizeri &c.* de quibus vide Valent. Victor. Coninch. & plures apud Bonac. *de sacram. disp.* 2. *q.* 2. *punct.* 4. *num.* 7. & de Baptismo cui fuit additum nomen B. Virg. Graff. qui citat Archid. *in cap. significatur de Arianis*. Diana *p.* 2. *tr.* 15. *lib.* 1. *ref.* 48. cum Bonac. *loc. cit.* Suarez *tom.* 2. *disp.* 2. *sect.* 5. *in* 3. *p.* & alios distinguentes, an illud nomen sit additum SS. Trinit. vel tantum pronunciatum pro intercessione.

16 Sed quid si primus baptismus fuit collatus sub materia, vel forma certo insufficiente, vel sine intentione? R. tunc baptismum esse iterandum absolute, juxta Summistas. Dicitur autem materia remota certo non sufficiens quicumque liquor ab aquæ specie distinctus. Uti aqua vitis, sudor, aquæ stillantes ex incisione vitium, expressæ ex fructibus, lachrymæ, urina, saliva, & hujusmodi. Item sucus herbarum &c. materia vero proxima certo non sufficiens est, si abluas vestes tantum baptizandi, vel utero maternum. Limita quoad illas vestes, per quas facile penetrant aquæ in corpus: item si quis ex se ceciderit in flumen.

17 Forma vero certo insufficiens dicitur illa, in qua non exprimitur mysterium Sanctissimæ Trinitatis.

18 Secundum caput propter quod diximus, Baptismum sub conditione repeti posse, est dubium probabile, juris vel facti, aliquem baptizatum non fuisse: & licet laborans tali dubio non teneatur se subjicere denuo baptismo, eo quod possit sequi tuto quamcumque dubii partem probabilem, juxta Hurtadum de Baptis. contra Ochagaviam apud Tambur. *lib.* 2. *cap.* 1. §. 6. consultum tamen eidem erit, si in sacramento adeo necessario, abundaverit in cautela.

19 Sed, quid dicendum circa expositos cum schedula ad collum faciente fidem Baptismi collati, eritne tunc repetendus baptismus sub conditione? R. multos tenere partem negativam, plures tamen affirmare. Uti Quintanaduenas, Frances, Torreblanca, Marcantius, Henriquez, & Opatovius apud Dianam *p.* 10. *tr.* 16. *resol.* 87. & ita ego practicandum censeo, ne salus infantis committatur fidei alicujus vetulæ, a quibus, ut plurimum, appenduntur infantibus expositis tales schedulæ, quibus propterea non multum credendum: & vero non video, quomodo vetulæ testimonium, quod in aliis judiciis regulariter excluditur, ab Ordinariis sit admittendum in negotio tantæ importantiæ, in quo vertitur cardo salutis animæ.

Hactenus de baptismo extra necessitatem collato: nunc procedendum ad praxin baptismi conferendi in necessitate, seu sub conditione,

§. VII.

Quomodo conferendus Baptismus in necessitate, & sub conditione?

Ad collationem baptismi, in necessitate illa veniunt 20
considerandа, & adhibenda, quæ sunt necessaria ad valorem Sacramenti, de quibus sufficienter a nobis supra dictum est. Unicum remanet adnotandum, quod in necessitate, in defectum materiæ certo sufficientis, sit admittenda materia dubia; melius enim est, infantem mori cum baptismo dubio, quam sine ullo baptismo: & si eo redacta esset infantis, vel adulti ægritudo, ut certo forma præscripta a Christo absolvi non posset ante illius mortem, qui tamen casus, potius metaphysicus est, ministrandus esset baptismus sub forma breviori, ob rationis identitatem.

In eadem necessitate quilibet est minister Baptismi, 21
servata tamen regula in primo §. a nobis allata: & omnibus deficientibus erunt Obstetricis partes talem infantem baptizare, maxime, si sine decentia sacerdos eo munere fungi non posset, uti quia partus non esset totaliter editus. Quare invigilare debent Ordinarii, ne ad hoc Officium admittantur mulieres, quæ non sint instructæ in omnibus iis, quæ ad valorem istius Sacramenti requiruntur, & aliunde earum vita, & mores sint commendati.

Sed notandum: quod in casu, in quo baptismus mi- 22
nistratur sub materia, vel forma dubia, debebit ministrari sub conditione, & cessante causa necessitatis erit repetendus iterum sub conditione: quo casu, si rebaptizandus sit adultus, debebit se disponere per contritionem, vel attritionem, quatenus peccati mortalis sit sibi conscius. Præterea baptismus sub conditione poterit conferri domi, & in quocumque loco, etiam privato, a quolibet etiam Sacerdote, etiam sine patrino, qui, licet adhiberetur, tali casu non contraheret cognationem spiritualem: & tandem sine omnibus solemnitatibus, & cæremoniis Ecclesiasticis, tam loci, quam ministri, quæ fuerunt tantum institutæ pro baptismo absoluto. Quintanaduenas *l. sup. cit.* Tambur. *loc. cit. cap.* 1. §. 8.

§. VIII.

Quomodo probandus sit Baptismus?

Parochus debet habere librum, in quo describuntur 23
nomina, & cognomina baptizatorum, & eorum parentum, quo die sint baptizati, & nati, quinam fuerint patrini; ut suis temporibus fides baptismi ab ipsis edi possit, qui quidem plene probat; ut videri potest apud Mascard. *de probat. concl.* 672. *num.* 18. *& seq.* Gratian. *disc. for. capit.* 115. apud Antonel. *de temp. leg. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 9. & supra in *verb. ætas*, hora tamen nativitatis ex libro Baptismi non probaretur, nisi illa in eodem libro forsan scripta fuisset. Vide Antonel. *loc. cit. num.* 10.

Sed quia non raro ex negligentia Parochorum ea 24
omittuntur, quæ tam salubriter fuerunt a SS. Canonibus, & maxime a Concil. Trid. constituta, in magnum fidelium detrimentum, & pluries recurratur ad Ordinarios pro fide baptismi, uti etiam ætatis, tam causa Beneficiorum, quam matrimonii, ac aliorum &c. Ideo Ordinarii, antequam fidem baptismi expediant, testes examinare, vel facere examinari,

ac eorum depositiones, servatis servandis, a Notario publico, & legali, in scriptis redigi facere debent, & ad fidem, ac perpetuam rei memoriam, in actis cancellariæ Spiritualis registrari.

25 Interogatoria vero, super quibus erunt examinandi testes, seorsim, & separatim unus ab alio, esse poterunt sequentia, vel alia, pro opportunitate.

Primo ergo poterunt interrogari, An cognoscant N. & N. a quanto tempore, & qua occasione?

Secundo: An sciant, ex quibus parentibus fuerit natus, & quomodo id sciant?

Tertio: An sciant, quod præfatus N. & N. fuerit baptizatus, a quo Sacerdote, in qua Ecclesia, vel loco, & in causa scientiæ?

Quarto: Quinam fuerint patrini, & an isti vivant, & in causa scientiæ?

Quinto: Quo anno, mense, & die fuerit baptizatus, & in causa scientiæ?

Sexto; An sit solitum in tali loco infantes mox natos baptizari, & in causa scientiæ?

26 Testes poterunt esse patrini, vel alii seniores, verisimiliter informati, & eorum dicta debebunt describi per extensum, prout ab ipsis proferuntur, & non dicendo: Affirmative, vel: Negative respondit. sed: Respondit, dicendo: v. g. Ego novi illum, quia simul cum eodem fui educatus a tantis annis &c.

27 De cætero baptismus probatur etiam per unum testem, quia est favorabilis materia, nemini præjudicans. *cap. parvulos, cap. cum itaque de consecr. dist.* 4. maxime cum testis deponit de facto proprio. DD. apud Ciarlin. *cap.* 199. *per tot. n.* 17. licet esset infidelis.

§. IX.

Corollaria aliqua circa Baptismum.

28 Baptismus potest conferri surdo, & mutuo a nativitate, miscenti se infidelibus baptizandis: quia licet non videatur instructus, ut requiritur in adulto, tamen potest fuisse illuminatus a Deo, qui nulli deest in necessariis, & non debet ulli præcludi via salutis. Diana *p.* 5. *tr.* 6. *resol.* 1. ubi Lopez.

29 Baptismus propter periculum mortis potest differri ab adulto, imo & omitti; quia non est necessarius necessitate medii in re, sed in voto sufficit, quando non potest haberi in re: non tenetur tamen adultus tunc illum ommittere. ita Diana *p.* 5. *tr.* 3. *resol.* 9. ubi Suarez *dis.* 31. *sect.* 3. est ergo ab adulto suscipiendus, quamprimum commode potest, & hoc præcepto divino, ut vult Diana *p.* 8. *tr.* 1. *res.* 2. apud quem alii, qui volunt, quod Ecclesia non possit aliud tempus determinare, contra Sot. & Cajetan. ductos ex *cap. non ratione de consecr. dist.* 4.

30 Baptismus potest conferri etiam puero in utero matris, & nondum nato, si arte obstetricis, ad illum aqua potest pertingere; quia infans in eo statu est homo distinctus a matre, & sufficienter natus ex nihilo, contraxitque peccatum Adami, ergo potest baptizari. Diana *p.* 5. *tr.* 5. *resol.* 12. ubi Præpos. & Marcant. contra Villalob. qui contrarium tenet ob rationem *cap. qui in maternis de consecr. dist.* 4. ubi non potest nasci secundum Deum, qui non est natus secundum Adam. sed R. jam tunc esse natum secundum Adam ex nihilo, qui ejus contraxit peccatum. Pignatel. *cons.* 153. *tom.* 1. ubi late contra nonnullos; Intellige tamen in extrema necessitate, & desperato partu naturali.

31 Baptismus est ministrandus alicui infanti, si alias esset moriturus sine baptismo, licet ex illo mors accelleretur, dummodo actio non sit talis, quæ de se dirigatur ad mortem, ut projicere in flumen &c. Diana *part.* 5. *tr.* 3. *ref.* 8. quia tunc non licet occidere infantem, ut eveniant bona: ubi Granad. & DD. contra Scot. Gabriel. Major. &c.

32 Baptismus collatus dormienti, qui illum petierat ante somnum, valet; uti decrevit Innoc. III. *in cap. majores. §. dormientes autem. de baptis.* Barbos. *in collect. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 4 *cap.* 3. quia, propter præcedentem petitionem, est susceptio sufficienter voluntaria.

33 Baptizantes extra casum necessitatis scienter non subditum sine licentia Episcopi, vel Parochi, licet peccent mortaliter, nullam tamen incurrunt excommunicationem, vel irregularitatem; quia hæc nullibi in jure reperitur expressa. Bonac. *de Sacram. disp.* 2. *q.* 2. *punct.* 5. *n.* 10. ubi Suarez, Sa, Reginald. Armil. *verb. Baptismus.* Sylvest. *pariter verb. Baptismus.*

Baptizatus baptismo sanguinis, vel flaminis, potest 34
sepeliri in loco sacro. Passerin. *de pollut. Eccles. d.* 8. *cap.* 23. & 24. Barbos. *alleg.* 28. Jord. *tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 12. Thesaur. *de pœn. Eccles. part.* 2. *verb. Sepultura, capit.* 6.

Baptizatus baptismo dubio, uti in secundina &c. 35
aliis, de quibus supra, debet sepeliri in loco sacro; quia in dubio valoris baptismi non debet quis privari Ecclesiastica sepultura; quia alias quis sine culpa sua pateretur pœnam illatam ab Ecclesia contra paganos; tum quia in dubio præsumendum est pro valore actus, ut potius sustineatur, quam pereat. S. Anton. *p.* 3. *tit.* 10. *cap.* 5. §. 9. Lavorius *var. lucubrat. tit.* 2. *cap.* 12. sed contrariam sententiam Valent. putat probabiliorem. Bonac. *loc. cit.* In dubio tamen Ordinarius est consulendus.

Baptismus infantibus est conferendus ante usum ra- 36
tionis, non quidem ex præcepto divino, sed Ecclesiastico, & hoc non scripto, sed consuetudinario Dian. *p.* 9. *tr.* 6. *resol.* 1. & 2. ubi Suarez, & alii contra alios, maxime Granad. qui vult esse præceptum Divinum, ut baptizentur ante usum rationis.

Supereset praxis erectionis fontis batismalis hic tradenda: sed quia de hac erit sermo infra, cum tradetur praxis erectionis curæ animarum, ideo illam ibidem videre poteris.

BARRATARIA.

Praxis Barrataria.

Barrataria est crimen, quod committitur a Judice, 1
quando pecunia corruptus injustam fert sententiam. Put. *de syndic. verb. Barrataria numer.* 8. Anchar. *cons.* 271. Decian. *lib.* 8. *crim. cap.* 33. *num.* 9. Mascard. *de prob. conclus.* 164. Farin. *de delict. quæst.* 111. Illius pœna est *L. Jul. repet. L.* 1. Hostien. *in cap. cum ab omni. de vita & honest. Cleric.* quæ hodie est extraordinaria veluti exilii aut mitior, aut durior arbitrio Judicis usque ad deportationem inclusive. Clar. *in §. fin. qu.* 73. *num.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 342. Farin. *loc. cit. n.* 16. & tenetur de falso, ac pœna falsi. DD. *cit.* Dignitate privatur. Put. *loc. cit. num.* 2. & DD. *cit.* & si per barrataria Judex tulit falsam sententiam criminalem, & quidem capitalem, punitur pœna mortis; si vero non fuit capitalis, punitur pœna relegationis. Redditur etiam inhabilis ad amplius judicandum, postquam fuit condemnatus de barrataria, sicut nec testis esse potest, nec postulare tanquam infamis, & si causa est civilis, tenetur ad duplum, & ad triplum promissi ad expensas, & damna, & facit litem suam, & ad restitutionem quadrupli ejus, quod recepit, quod applicatur totum fisco, quando turpiter a parte fuit datum, secus si ex parte dantis non adfuit turpitudo; tunc enim medium daretur fisco, & medium parti læsæ. Porro hæc actio ad quadruplum competit infra annum, post annum vero Judex tantum tenetur ad simplum. Pœna tamen quadrupli fuit sublata, & successerunt pœnæ supra memoratæ. De Jure Canonico, si est Judex Ecclesiasticus, qui committit Barratariam, suspenditur ab executione Officii per annum *cap.* 1. *de sent. & re Judic. in* 6. & quidem ipso Jure. DD. *cit.* Imo etiam a Divinis, a qua suspensione Episcopus non potest absolvere, & ulterius punitur pœna arbitraria. Suspensio vero prædicta non est a Beneficio secundum communiorem Archidiaconi, & aliorum apud Farin. *loc. cit.* Porro quamvis de Jure Civili plures sint pœnæ inflictæ, istæ non confunduntur una cum alia, sed omnes cumulantur. Farin. *loc. cit. art.* 6. Boss. *de official. corrup. a n.* 7.

Barrataria non præsumitur, sed concludenter est pro- 2
banda per testes legitime examinatos, & omni exceptione majores. DD. *cit.* & Mascard. *de prob. conclus.* 165. & alii quos citat, & sequitur Farin. *loc. cit. art.* 11. *n.* 268. Et si agitur civiliter, mediator est idoneus testis, si vero criminaliter, secus. Neque probatur per juramentum actoris secundum communiorem; bene vero per omnes domesticos, & familiares Judicis. Mascard. *l. c. conclus.* 166. Ad torturam vero non sunt necessariæ plenæ probationes, sed sufficiunt leviores, uti conjecturæ, & indicia. Farin. *loc. cit. n.* 277.

Et

3 Et quamvis Judex nihil promittat, male tamen accipit; licet illi tantum promiſſum aliquid fuerit; quia promittere, & dare paria ſunt; Imo accipiendo punitur, licet pœniteat, niſi reſtituerit, quod accepit. Grammat. *conſ.* 35. *n.* 5. Put. *de ſyndic. in verb. Corruptio.* Boſſ. *in tit. de official. corrupt. nu.* 2. *verſ. quoniam etiam.* Boer. *quæſt.* 153. *n.* 34. Menoch. *l. c. num.* 28.

4 Dicitur etiam Judex fuiſſe corruptus, licet nihil illi fuerit datum vel promiſſum, ſed aliquod illi debitum remiſſum. Grammat. *conſ.* 35. *num.* 8. Item ſi eidem fuit aliquid mutuo datum. Gram. *l. c.* & Bald. *in L.* 1. *C. calumn.* Item ſi eſculenta, vel poculenta magni valoris illi data fuerunt. Boſſ. *loc. cit.* Boer. *quæſt.* 153. *num.* 24. ſecus quoad eſculenta, & poculenta exigui valoris, quæ nimirum modico tempore conſumi poſſunt, quod modicum, quando dicatur, remittitur Jud. arbitrio. gl. *in cap. ſtatutum. §. inſuper. de reſcript. in* 6. Menoch. *loc. cit. num.* 38.

5 Ceſſat vero hæc corruptio, cum poſt ſententiam latam aliquid illi datum fuit; quia tunc licite accipit. Anchar. *conſ.* 271. Felin. *in cap. tua nos de ſimon.* Boſſ. *loc. cit. num.* 4. Menoch. *n.* 39. Item in ſportulis, aut in mercede propter laborem.

¶ BEGHINÆ.

1 Beghinæ ſunt Eccleſiaſticæ perſonæ, ut conſuluit Joann. de Lignan. quem refert Bald. *conſ.* 60. *Quædam ſoror, num.* 2. *lib.* 5. licet Bald. ibi aliter teneat. Et ſunt conveniendæ coram Judice Eccleſiaſtico. Rota *in antiq. deciſ.* 8. *de jure patr.* quam ſequitur Felin. *in c. dilecta, n.* 2. *de major. & obed.* Et ſunt ab Eccleſia approbatæ, ſaltem per modum tolerantiæ. Fed. de Sen. *conſ.* 273. *col. fin. in princ. verſ. pro hoc dicto facit.*

2 Contrarium, quod non ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, tenet gloſſ. *in clem. cum ex eo. De ſent. excom.*

3 Declara; quia licet non ſint Ordinatæ, ſed Laicæ perſonæ; tamen ſunt Eccleſiaſticæ, quando ſunt in habitu, & in Divinis; ideo ſi verberarentur, quando ſunt in Divinis, incideret verberans in Can. *Si quis ſuadente.* 17. *q.* 4. ita Rota *deciſ.* 1. *de reg. in antiq. in fin.* Felin. *d. c. dilecta, n.* 2. *De major. & obed.* & idem dicit Rot. *deciſ.* 2. *De ſent. excom. in nov.* Declara ſecundum Bald. *d. conſ.* 60. *n.* 2. *lib.* 5. quia non ſunt omnino perſonæ Eccleſiaſticæ, nec omnino Seculares, ſed quoad quædam ſunt Eccleſiaſticæ, quoad quædam vero ſunt Seculares. Declara; quia Jus Patronatus Beghinarum eſt Eccleſiaſticum; quia ſaltem tanquam miſerabiles perſonæ debent coram Eccleſiaſtico conveniri. Rota *in antiq. deciſ.* 8. *de jur. patr. alias* 332. Declara; quia cum ſint perſonæ mixtæ, ſequitur, quod magis dignum trahit ad ſe minus dignum; & quia ſunt opiniones, ſaltem ratione mixturæ erit locus prævention. Vid. Tuſch. *verb. Mixti fori. Concl.* 293. Vid. *Idem. Eccleſiaſticæ perſonæ quæ dicantur, & quando gaudeant privilegio fori. Concl.* 27. *& Concl. ibi prox. ſeq.* Vid. Idem. *Fratres tertii ordinis an ſint Eccleſiaſtici. Concl.* 468. *& Concl. ibi prox. ſeq.* Vid. *Idem. Heremita gaudet privilegio fori, & quando, Concl.* 90.

4 Amplia; quia privilegium habent Beghinæ, & Beghini Lodonenſ. ut tempore interdicti admitti debeant ad Sacramenta clauſis januis, & non pulſatis campanis. Fed. de Sen. ponit verba privilegii *conſ.* 186. Extende; quia tale privilegium extenditur etiam ad ipſos mortuos, ut poſſint officia celebrari, & Miſſæ ſuper funere; quia cui communicavimus vivo, communicamus etiam mortuo. Fed. de Sen. *d. conſ.* 186. *Caſus talis eſt; Quidam, in pr. & verſ. factum tale eſt.* Contrarium tenet idem Fed. *d. conſ.* 186. *in fin.* quia privilegium audiendi Divina non convenit, nec applicatur mortuo. Extende; quia poſſunt etiam ſepeliri; licet in privilegio nihil de ſepultura dicatur; quia ſi eis communicantur Sacramenta, quod plus eſt; ergo quod minus eſt etiam communicatur. Fed. *d. conſ.* 186. *v. ſequitur de ſepultura & per tot.* Contrarium tamen tenet Fed. *in ultima reſponſione d. conſ.* 186. *in verſ. caſus talis eſt. & credo male.* Extende; quia privilegium religionis etiam dicitur conceſſum nedum Beghinis, ſed etiam aliis honeſtis mulieribus oblatis alicui Monaſterio, & viventibus extra Monaſterium. Fed. de Sen. *conſ.* 273. *per tot.* qui loquitur in oblatis mulieribus religioni S. Auguſtini Heremitarum, dummodo etiam bona obtulerint; quia tunc non ſubſunt Parochiæ, non ſervant interdictum, ſepeliuntur in monaſterio, & ab eo Sacramenta recipiunt, ut ibi. Vide Tuſch. verb. *Oblati alicui religioni multiplices, & qui dicantur. Concl.* 16. ¶

¶ BENEDICTIO SUPER POPULUM.

Benedictio ſuper populum eſt de Jure Divino, præ- 1
cepta Sacerdotibus, ut invocent nomen Domini, & benedicant populum, ut in *lib. Num. Cap. ult. in fin.* ibi; Locuutus eſt Dominus ad Moyſen, Loquere ad Aaron, ſic benedicetis filiis Iſrael, & dicetis eis. Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te, & *in lib. Levit. c.* 9. *in fin.* ubi ingreſſi ſunt Moyſes & Aaron in tabernaculum teſtimonii, & deinceps benedixerunt populo. Oldr. *plene conſ.* 246. *Quæſtio eſt. per tot. maxime n.* 3. *verſ. ſecunda ratio.*

Olim tamen ſimplicibus Sacerdotibus benedictionem 2
impertiri non licebat. *Can. Miniſtrare* 26. *quæſ.* 6. Neque id Presbytero licitum olim fuiſſe demonſtrat Benedictus XIV. *in ſuo Tract. de Sacrificio Miſſæ Sect.* 1. *num.* 282. Quamvis in uſu ſemper fuerit, ut, re Divina peracta, populus ab Eccleſia Benedictione dimitteretur, quemadmodum *in Can. Miſſas, de Conſecratione diſ.* 4. continetur: id tamen, non a Sacerdote celebrante, ſed vel ab Epiſcopo, ſi præſens aderat; vel, ſi aberat, ab Archipresbytero ejus juſſu præſtabatur: quo ſenſu explicatur Decretalis *in Cap. de Officio Archipresbyteri*, ubi inter Archipresbyterblia munera recenſetur *Benedictiones Presbyterales in Eccleſia dare*, prout animadvertit Gonzalez *in idem Cap. Officium, mem.* 2., idemque antea comprobaverat Sauſſay *in Panoplia Sacerdotali pag.* 558.

Duplex eſt benedictio; alia ſolemnis, alia vero non ſolemnis. Et ſolemnis dicitur benedictio, quando incipitur ab Epiſcopo, vel alio, per verba: Sit nomen Domini benedictum, &c. *Cap. miniſtrare* 26. *q.* 7. Oldr. *d. conſ.* 246. *n.* 4. *verſ. tertia ratio.* Et ſi alicui conceſſa eſt facultas benedicendi, non venit benedictio ſolemnis ſuper populum, quæ competit Epiſcopo. Ant. de Butr. *conſ.* 19. *n.* 10.

Non ſolemnis benedictio eſt, quæ fit a Sacerdote, & etiam ab Epiſcopo, & alio ſuperiore ſine ſolemnitate, & dicitur indifferens benedictio, & actus promiſcuus, qui poteſt convenire ſuperiori Prælato, & etiam inferiori. Oldrad. *d. conſ.* 246. *n.* 4. *verſ. alii volunt.* ubi concludit, quod iſta benedictio non ſolemnis facta ab electo in Epiſcopum non inducit adminiſtrationem, ut incidat in pœnam *Cap. avaritiæ, de elect. in* 6. Vide Maſcard. *Concluſ.* 169. *De benedictione facta ab aliquo.* ¶

BENEFICIA.

Praxis Beneficiorum.

§. I

Praxis erectionis Beneficiorum ſimplicium.

Beneficium eſt jus perpetuum ſpirituale percipiendi 1
fructus ex bonis Deo dicatis, Clerico, propter divinum Officium competens, authoritate Epiſcopi erectum. Garz. *de Benef. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 3. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 3. Pyr. Corrad. *in prax. Benef. lib.* 1. *cap.* 1. ut ergo ejuſdem praxin aggrediamur, inchoandum eſt ab ejuſdem erectione; poſtmodum acturi de cæteris ejus partibus, ſuis locis.

Debet itaque Beneficium Eccleſiaſticum, ut ſit tale, 2
eſſe erectum Epiſcopi authoritate. *Clem.* 2. ubi DD. *de decim.* Felin. *in cap. ex parte de reſer.* Rot. apud Burat. *dec.* 224. *num.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 7. alias, licet vocetur Beneficium, non erit tale, etiamſi teſtator in ſimplici legato cum onere miſſarum voluerit, quod ad illud debeat præſentari Clericus ab Ordinario inſtituendus. Pyrh. Corrad. *loc. cit. cap.* 2. *n.* 17. apud quem vide plura de hoc. Nobis enim inſtitutum eſt properare ad praxin eorundem erectionis.

§. II.

Praxis erectionis Beneficiorum ſimplicium Juriſpatronatus.

3 Beneficium Juriſpatronatus eſt jus honorificum, oneroſum, & utile competens alicui in Eccleſia pro eo, quod, de Diœceſani conſenſu, ipſum conſtruxit, dotavit, vel fundavit. Eſt triplex: Eccleſiaſticum, ſæculare, & mixtum: de quibus infra *litt. I. in verb. praxis Juriſpatr. &c.*

4 Ad ejuſdem erectionem, ſive fuerit fundatum a ſæculari, ſive ab Eccleſiaſtico, requiritur conſenſus Ordinarii, non cujuſcumque, ſed illius, qui habet Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in Eccleſia, in qua eſt erigendum; nec ſufficit Vicarii Generalis conſenſus, niſi ſpeciale ad hoc habuerit mandatum, vel facultatem a ſuo Epiſcopo, licet Epiſcopus ſit diſtans, vel abſens, vide *Juſpatr.* Hic conſenſus nullam habet determinatam in Jure formam; tamen praxis obtinuit, ut expediantur patentes Epiſcopi, aut etiam inſtrumentum publicum, ad faciliorem ejuſdem probationem.

5 Uſus ergo, & praxis in ejuſmodi Beneficiorum erectione eſt: ut pro parte fundatoris porrigantur Ordinario preces, in quibus narretur, fundatorem intendere fundare perpetuum ſimplex Beneficium Eccleſiaſticum, ſub invocatione Sancti N. in Eccleſia N. cum onere tot miſſarum in qualibet hebdomada, pro anima ipſius fundatoris, ejuſque hæredum, & ſucceſſorum &c. ipſumque Beneficium dotare, in annuis flor. tot cum reſervatione tamen Juriſpatronatus ſibi, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, toties, quoties caſus vacationis occurrerit, adjiciendo conditiones, quas voluerit, ab Ordinario approbandas.

Cum ſupplici libello porrigitur quoque inſtrumentum aſſignationis dotis beneficii, vel reddituum, cum aliis ſcripturis ad id facientibus; & quia ſæpe tale Beneficium eſt erigendum pro adimplenda voluntate teſtatoris, qui certos redditus ad ejuſdem erectionem legavit; ideo etiam teſtamentum: vel ejuſdem pars faciens ad noſtrum caſum erit producenda, quibus ab Ordinario, vel ejuſdem Vicario ſpeciale, ut ſupra dicebamus, mandatum habente, examinatis decretum erectionis editur. Primo ergo ſupra dicta, quatenus erectio eſt facienda ad normam teſtamenti, in praxi oſtendemus, poſtmodum erectionem beneficii erigendi ad normam voluntatis viventis.

Et quia ſupra diximus, inſtrumentum dotis eſſe producendum, monitum te volumus, hanc praxin non eſſe continuo neceſſariam, ſed ſufficere, ſi poſt ſupplicem libellum, coram Actuario Officii ſtipulante aſſignentur bona, vel cenſus, uti practicatur paſſim. Praxis libelli eſt, quæ ſequitur.

CUm N.N. piæ memoriæ, tali anno, menſe & die, ad meliorem vitam tranſiverit, condito teſtamento, in quo inter cætera legavit in tot fundis, ſeu cenſibus, hæredis arbitrio (vel prout eſt) erigi Beneficium ſimplex Juriſpatronatus, Ego N. hæres volens pro parte mea adimplere mentem ejuſdem N. ſupplico ſuam Reverendiſſimam Dominationem, ut fundos, ſeu cenſus in inſtrumento annexo deſcriptos approbare, & dictum Beneficium ſub clauſulis &c. de quibus in teſtamento &c. quod ad hunc finem producitur, erigere dignetur.

Dein porrecto hoc ſupplici libello editur inſtrumentum publicum dotationis beneficii, ut Ordinarius poſſit decernere, quod juris: & inſuper teſtamentum, ſeu extractum in forma authentica, ut ſuper clauſulis, in erectione beneficii inſerendis, deliberare poſſit. Sed quia loco ſupplicis libelli quandoque comparet ipſe Principalis, & coram Officio facit inſtantiam, in qua exponit, quæ eſſent exponenda in libello, & hæc eſt etiam communis praxis, ideo pro faciliore manuductione etiam illam hic ſubjungemus. Quæ eſt.

COmparuit N.N. loci N. tanquam hæres N.N. & reverenter expoſuit, Dominum teſtatorem in ſuo ultimo teſtamento, in forma probante ibidem actualiter exhibito, & inferius in hac parte regiſtrando, quatenus &c. juſſiſſe, per dictum Dominum Comparentem, tanquam hæredem, aſſignari, poſt ejuſdem obitum altari Sancti N. in Eccleſia N. talis loci &c. tot bona fructifera, ſeu capitalia cenſuum, pro ſumma &c. & cum eodem capitali erigi Beneficium ſimplex, perpetuum ad d. Altare: ita ut ex ejuſdem redditibus Beneficiatus, qui pro tempore fuerit, ad dictum altare teneatur celebrare Miſſas tot &c. ſingulis hebdomatibus &c. pro anima ejuſdem Domini teſtatoris, & ſuorum ſucceſſorum (vel prout eſt) cum reſervatione Juriſpatronatus, ſub clauſulis, de quibus in teſtamento: quare volens ſatisfacere, exhibuit inſtrumentum publicum aſſignationis bonorum, ſeu dotis &c. inſtando admitti, & beneficium erigi &c.

Si vero non fuerit confectum inſtrumentum dotationis, tunc praxis obtinuit, ut coram eodem Officio ſpirituali ejuſdem Actuario ſtipulante, fiat deſignatio dictorum bonorum ad mentem teſtatoris cum clauſulis opportunis, & conſuetis in ejuſmodi inſtrumentis &c. ut ſequitur.

QUare, volens ſatisfacere piæ diſpoſitioni teſtatoris, d. Dominus Comparens, agens per ſe, & hæredes ſuos, Jure proprio, & in perpetuum pro libero, francho, & expedito allodio, & ſub pactis, & conditionibus inferius exprimendis, dedit, ceſſit, & aſſignavit Reverendiſſimo Domino Vicario, & mihi Actuario ſtipulanti, uti publicæ perſonæ, nomine futurorum Beneficiatorum ſtipulantium bona, & capitalia infra ſcripta (*dein deſcribuntur omnia capitalia cum ſuis confinibus, & eorum æſtimatione, ac valore; & cum quantitate ſtariorum ſeminis &c. & ſic de reliquis, ita tamen, ut atteſtatio menſuratorum, & æſtimationis edatur Officio, & quatenus ſint affictus, edantur inſtrumenta dictorum affictuum*) ad habendum, tenendum & poſſidendum, cum acceſſibus, & egreſſibus (*ſi fuerint fundi*) & omnibus ſuis juribus, ponens, & conſtituens dictum Beneficiatum pro tempore futuro in omne jus, locum, & eſſe ſuum, eumque procuratorem irrevocabilem conſtituens, ut in rem ſuam, cum promiſſione evictionis, & legitimæ defenſionis, ſub refectione omnium damnorum, expenſarum, & intereſſe litis, & extra. Sub obligatione omnium ſuorum aliorum bonorum, præſentium, & futurorum; inſtando admitti, & Beneficium authoritate ſuæ Reverendiſſimæ Dominationis erigi &c.

Hæc autem traditio bonorum coram Officio, & ejus Notario, nomine Beneficiatorum futurorum ſtipulante, erit etiam neceſſaria, quando inſtrumentum dotationis fuerit editum coram Officio, ut habet praxis; quia traditio bonorum fit Ordinario, ut interponat ſuam authoritatem, & erigat in Beneficium, & cujus eſt acceptare pro futuris Beneficiatis.

6 Hæc bene procedunt, quando principales perſonaliter comparent; quia tamen non raro ad hunc actum interveniunt procuratores, ideo debebunt producere mandatum, nec ſufficiet quodcumque generale, ſed erit neceſſarium ſpeciale, aliter ex Officio poterit repelli; quia generale non ſufficit in iis, in quibus requiritur ſpeciale. Bar. *in L. ſcio ff. de ann. leg.* Vant. *de nullit. ex defectu mandati num. 98.* Scaccia *de Jud. lib. 1. cap. 102. nu. 38.* Dec. *conſ. 430.* Et ſi procurator veniat nomine Communitatis, debebit producere in forma authentica, & probante, inſtrumentum ſyndicatus, in quo appareat, majorem partem Vicinorum vocatorum deputaſſe in Procuratorem Dominum comparentem, ad talem actum ſpecialem, & promiſiſſe de rato pro omnibus aliis, in omnibus ſuis bonis, præſentibus & futuris. Cujus praxis licet ſit obvia apud DD. maxime apud Dominicum de Muſis, in ſua praxi inſtrumentorum: tamen illius exemplar, pro majore legentis commoditate ſubjicimus.

Exemplar ſyndicatus.

IN Chriſti Nomine Amen. Anno ab ejuſdem nativitate &c. indictione &c. die vero &c. Menſis &c. In Villa &c. talis loci, & Plebis, in hypocauſto (*ſeu exprimatur alius locus domus, in quo inſtrumentum fuit celebratum*) ibique præſentibus &c. teſtibus rogatis &c. perſonaliter conſtituti Dominus N. Regulanus, & Dominus N. juratus, & N. ſaltuarius (*dein deſcribantur omnes alii, qui intervenerunt ſyndicatui.*) Homines, & Vicini in dicto loco, per ſaltuarium loci, de more ſolito, ibidem congregati ſe eſſe pluſquam, de tribus partibus, duas intereſſe habentium in erectione infra ſcripti Beneficii &c. unanimiter, & omni meliori modo, via, jure, & forma, fecerunt, conſtituerunt, & ſolemniter ordinarunt in ſuos legitimos, & indubitatos procuratores, vel in ſuum legitimum, & indubitatum procuratorem generalem, & ſpecialem, ita ut ſpecialitas generalitati non deroget, Dominum N. præſentem, & hoc onus acceptantem &c. ſpecialiter, & expreſse, vice aliorum Vicinorum conſtituentium, ad effectum impetrandi, & obtinendi erectionem Beneficii talis &c. a Reverendiſſimo Officio ſpirituali, ſub talibus conditionibus, & clauſulis &c. (*quatenus non fuerit confectum inſtrumentum dotationis, poterit addi ſequens clauſula*) & ad aſſignandum tot bona pro capitali dicti Beneficii, cum omnibus clauſulis ſolitis & conſuetis &c.

Quæ cum ſint ſubſtantialia, & reliqua cuilibet Notario obvia, ſufficient pro hac materia, in qua tantum intendimus manu ducere Vicarium, & non Notarium. Quibus proinde, ab Ordinario habitis, recognitis, & examinatis, fit decretum erectionis, vel per ipſum Epiſcopum, vel ejuſdem Vicarium, de ejus ſpeciali mandato vel ſimpliciter, eo, quo ſequitur, modo, vel per patentes, ut infra.

REverendiſſimus admiſit prædicta, ſi &c. & viſis videndis, conſideratis conſiderandis, prævia acceptatione bonorum aſſignatorum pro erectione dicti Beneficii, reſervatoque jure Domino N. & ejus hæredibus (*ſi in inſtantia id fuerit petitum*) redimendi dicta bona aſſignata, prævia ſubrogatione facienda, de qua in inſtantia &c. Beneficium erexit in forma, ad Altare Sancti N. in Eccleſia N. cum conditionibus in teſtamento Domini N. teſtatoris expreſſis, quas omni meliori modo approbat, & confirmat, reſervato jurepatronatus dicto Domino comparenti, ejuſque hæredibus in perpetuum, & prout latius in dicto teſtamento, admittendo præſentationem factam (*quatenus inſtantia fuerit facta præſentatio*) de perſona Domini N. quem mandavit inveſtiri, inſtitui &c. in forma. Et ita &c. Anno &c. die &c. Menſe &c. præſentibus in teſtes adhibitis &c.

Per patentes fit, & obſervatur ſequens forma.

NOs &c. ad infra ſcripta ſpeciali facultate ſuffulti Univerſis, & ſingulis præſentes viſuris, & inſpecturis, notum facimus, & atteſtamur; qualiter nuper coram nobis fuit præſentatum infra ſcriptum memoriale, tenoris ſequentis, videlicet: (*inſeritur totus tenor memorialis, & quatenus loco memorialis fuerit facta inſtantia, dicitur: qualiter coram nobis comparuerit N. N. & expoſuerit &c. & exponitur, ſeu inſeritur tenor inſtantiæ*) quo quidem memoriali (*ſeu inſtantia*) per nos viſo (*vel viſa*) viſoque inſtrumento dotationis annuorum flor. tot &c. manu Notarii N. rogato, die &c. cum onere celebrandi Miſſas tot &c. qualibet hebdomada, pro anima ipſius teſtatoris, ejuſque hæredum, & ſucceſſorum, viſiſque ſcripturis omnibus in actis præſentatis, omnibuſque conſiderandis debite conſideratis, attento, quod prædicta ad divini cultus augmentum tendunt; propterea authoritate, qua ſupra, & omnibus meliori modo, via, jure, cauſa & forma, quibus melius fieri poteſt, de expreſſo mandato Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Epiſcopi &c. Beneficium ſimplex, ſeu prædicta bona, in titulum perpetui ſimplicis Beneficii Eccleſiaſtici, ſub invocatione Sancti N. in Eccleſia N. erigendum duximus, prout tenore præſentium erigimus: reſervantes eiſdem N. ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, Juſpatronatus, & præſentandi ad dictum Beneficium vacans, tam ex hac primæva erectione, quam toties, quoties caſus vacationis occurrerit, Beneficiatum habilem, idoneum, & ſufficientem, per hoc Officium noſtrum, ſeu per nos, vel ſucceſſores noſtros approbandum, inſtituendum, & confirmandum, qui teneatur dictas Miſſas, qualibet hebdomada, in Altari N. dictæ Eccleſiæ, pro anima dicti fundatoris, ejuſque hæredum, & ſucceſſorum (*pro varietate perſonarum, & qualitate locorum, maxime in Pagis, in quibus hac occaſione populus, omiſſa Parochiali, in qua homilia, ſive pia ad populum exhortatio haberi conſuevit, diſtrahi poſſet, quatenus tamen teſtatoris voluntati non contrarietur, poterunt addi ſequentia*) & animarum ſaluti proſpiciendo, cum non expediat præbere occaſionem populo, ut a Miſſa Parochiali, ſub qua ſalutaris homilia, ſeu pia ad populum exhortatio, haberi conſuevit, diſtrahatur; prohibuit ſua Reverendiſſima Dominatio, D. Beneficiato, pro tempore futuro, ne Dominicis, & aliis de præcepto Eccleſiæ feſtis diebus, Miſſam celebrare habeat, ſine Parochi licentia ante inchoatum Canonem Miſſæ Parochialis, ſuper quibus omnibus de mandato prædicti Reverendiſſimi Domini Epiſcopi noſtri, aſſenſum, conſenſum, & Beneplacitum, attentis ſupra dictis omnibus ſic narratis, damus, concedimus, & impertimur: Ita ut liceat, & licitum ſit eidem N. ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus uti, potiri, & gaudere omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, & prærogativis, in ſimilibus a Jure conceſſis, ac quibus cæteri Patroni, & Juſpatronatus habentes utuntur, potiuntur, & gaudent, Juribus tamen Domini Epiſcopi noſtri ſemper ſalvis, & expreſſe reſervatis. In quorum omnium ſingulorum fidem &c. datum &c. Anno &c. die &c. Pontificatus &c.

N. Vicarius Generalis.

N. Actuarius &c.

Quandoque inſtantia, ſeu preces ſuper erectione Beneficii fiunt una cum actuali præſentatione Beneficiati, & hæc eſt praxis quaſi communis: & tunc in eodem decreto adduntur ſequentia.

ET attenta idoneitate præſentati præſentationem acceptavit & præſentatum inſtituit, mandando inveſtituram expediri in forma (*quatenus pro tradenda poſſeſſione in inſtantia fuerit aliquis ſpecialiter nominatus, dicatur*) cum deputatione petita &c. vel (*quatenus in inſtantia nulla fuerit facta expreſſio deputationis faciendæ*) deputato, vel deputatis per Dominum Beneficiatum nominandis, qui eundem in poſſeſſionem ejuſdem Beneficii actualem, & realem inducant &c. & ita omni &c.

Sequitur inveſtitura Beneficiati, ſed quia pro illa commodior locus erit in tractatu, ſeu praxi collationis Beneficii Juriſpatronatus, ideo ad illam me remitto.

7 Sed non raro, pro temporum malitia, contingit, hæredes, quibus injunctum fuit fundare Beneficium, negligere ejuſmodi implementum, in magnam animarum perniciem; ideo Ordinarius, habita notitia legati, quatenus per hæredem intra terminum a lege præſcriptum non adimpleatur, debebit illi præcipere, quatenus ſub termino tot dierum, ſemel pro tribus vicibus, peremptorie, & pro Canonica admonitione &c. ſub pœnis Juris &c. comparere debeat coram Officio ſpirituali,

ac

ac coram eodem, ſervatis ſervandis, effectuare habeat piam diſpoſitionem teſtatoris, aſſignando bona ad normam teſtamenti, ex quibus Beneficiatus ſuſtentari poſſit, & curando illa formiter, & cum authoritate Ordinarii, erigi in Beneficium, cum clauſulis &c. aliter citetur ad videndum (*cum termino dicto*) deveniri ad dicti Beneficii erectionem, & præſtari præſtanda, & prout melius de Jure &c. fieri ex officio. Quo præcepto intimato, & habita Nuncii relatione, ſi duret hæredis contumacia, inſtante Advocato fiſcali deſcribuntur, & aſſignantur bona coram Officio, modo ſupra dicto, & decernitur erectio. Quod ut videas, in praxi damus.

Exemplum Præcepti.

PArte, & mandato Reverendiſſimi Domini N. N. in Spiritualibus Vicarii Generalis &c. ex Officio procedentis &c. ad cujus aures cum pervenerit, de anno &c. qm. Dominum N. condidiſſe teſtamentum, & mandaſſe in illo, ut per dictum Dominum N. ejus hæredem, fundaretur capitale florenorum tot &c. pro inſtitutione Beneficii perpetui, cum obligatione celebrandi tot Miſſas &c. qualibet hebdomada in Eccleſia N. & in hunc uſque diem hujuſmodi legati executionem neglectam fuiſſe. Quapropter præcipiatur, & demandetur eidem Domino N. hæredi, ut ſupra, & ſerio moneatur, quatenus infra terminum dierum triginta proximorum, quorum decem pro primo, decem pro ſecundo, & reliqui decem pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, canonicaque admonitione aſſignantur, præcitatam fundationem, & Beneficii erectionem, coram hoc Officio, ſervatis ſervandis, peregiſſe habeat, ſub pœnis Juris &c. & ſi ſe &c. aliter &c. Datum tali loco &c. die &c. Menſis &c. Anni &c.

N. Vicarius Generalis.

N. Actuarius.

Intimatur hoc præceptum parti perſonaliter, quatenus inveniri poſſit, aut alias legitime relicta copia ab uno ex Nunciis Officii, ſeu alio, & ab intimante fit relatio in ipſo originali præcepto, Notario Officii, ſeu alii Notario, qui fidem faciat & ſe ſubſcribat. Si vero pars fuerit contumax, elapſo die termini, comparet advocatus fiſcalis, qui facit inſtantiam coram Officio, accuſata prius partis contumacia, ut ſequitur.

IN Chriſti Nomine Amen. Anno ab ejuſdem Nativitate &c. Indictione &c. Pontificatus &c. die menſis &c. in loco &c. Coram Reverendiſſimo VICARIO GENERALI comparuit Dominus N. uti Advocatus fiſcalis, & accuſata contumacia Domini N. hæredis qm. Domini N. moniti erigere Beneficium, ad normam teſtamenti conditi die &c. Anno &c. & rogati per Dominum N. Notarium, & parere negligentis, prout ex præcepto, die &c. intimato, quod producitur &c. ita ut pœnas comminatas, in quibus condemnandus eſſet, evadere non poſſit, nihilominus, ne ulterius pia Teſtatoris diſpoſitio, abſque debita executione remaneat, ejuſque anima debitis ſuffragiis deſtituatur, ideo inſtitit, ad eandem erectionem ex Officio deveniri, ſuper bonis nominatis, & deſcriptis in eodem extracto, & ſubinde ad debitam inſtitutionem, & mandata opportuna relaxari, ne quis in eiſdem, præter ſacerdotem inſtituendum ſe ingerere audeat, & ita &c. ac omni alio meliori modo &c. ac implorato &c.

Reverendiſſimus Dominus Vicarius Generalis &c. Viſa teſtamentaria diſpoſitione qm. Domini N. in qua ſtatuit, ut Beneficium erigatur cum obligatione celebrandi ſingulis hebdomatibus Miſsas tot &c. & prout latius in dicto teſtamento &c. Beneficium prædictum admiſit, & erexit, cum præfato onere, reſervato jure præſentandi, ad normam præfatæ diſpoſitionis, ad quem effectum relaxavit quæcumque opportuna Juris ſuffragia, pro apprehenſione bonorum deſtinatorum ad idem Beneficium, ex quibus, ſeu aliis poſſit percipi annuus fructus aureorum tot &c. ad favorem Beneficiati præſentandi, & ita &c. Actum, & publicatum die &c. præſentibus in teſtes adhibitis N. N.

Sequitur præceptum inhibitoriale, de quo in inſtantia.

PArte, & mandato Reverendiſſimi D. N. Vicarii Generalis &c. ex Officio procedentis. Per quemlibet &c. præcipiatur, & demandetur Domino N. uti hæredi, qm. Domini N. quatenus, in executione teſtamentariæ diſpoſitionis ejuſdem Domini N. infra dies quindecim ſubſecuturos a præſentis intimatione, quorum quinque pro primo, quinque pro ſecundo, & reliqui quinque pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, Canonicaque admonitione, aſſignantur, Officio præſentaſſe habeat Sacerdotem, qui oneri Miſsarum, in eadem Eccleſia S. N. juxta Domini teſtatoris mentem ſatisfaciat, alias citetur ad comparendum die &c. coram eodem Officio &c. allegaturus cauſas, ob quas prætendit, ad eandem proviſionem deveniri non poſſe, aut debere ex Officio, alias viſurus ad eandem deveniri, & prout juris (*vide tamen, quæ ſtatim infra verſ. Ex præmiſſis, & verſ. Et quia, notavimus, juxta quæ prædicta omitti poſſunt*) Inſuper, attenta dicta erectione ex Officio facta, & aſſignatione bonorum, ut in teſtamento, præcipiatur eidem Domino N. quatenus pœna floren. tot &c. uſibus piis, & excommunicationis in ſubſidium, non audeat per ſe, vel interpoſitas perſonas, ſe ingerere in eiſdem bonis, a tergo præſentis mandati deſcriptis, ſed earum liberam poſſeſſionem, ac fruitionem dimittat, ad favorem ejuſdem Beneficiati, & infra octiduum ſubſecuturum ab eadem intimatione, ſolviſſe habeat expenſas fecutas in eadem erectione, ad ſummam in totum tot &c. ſalvo &c. & hoc pœna pignorationis, & excommunicationis in ſubſidium. Et ita &c. vel &c. alias &c. Datum &c. die &c. loco &c. Menſe &c. Anno &c.

N. Vicarius Generalis &c.

(L. S.)

N. Actuarius.

8 Ex præmiſſis notandum, tempus ad præſentandum, non currere patrono, niſi a die interpoſiti decreti erectionis Beneficii, cum reſervatione Juriſpatronatus, & conſenſu præſtito ab Ordinario, qui eſt cauſa efficiens ad conſtituendum quem Patronum, quo præſtito ſtatim aliquis incipit eſſe Patronus. Vivian. *in prax. Juriſpatr. lib. 5. cap. 2. numero* 25. ubi Lambert. *de Jurepatr. p. 1. lib. 1. art. 9. q. 4. princip. & part. 2. lib. 2. art. 16. quæſt. 1. principali*. Roman. *conſ.* 409. *numer.* 1. Pyrrh. Corrad. *in prax. benef. lib. 4. cap. 1. anum.* 5. Rochus de Curt. *de Jurepatr. verb. honorificum quæſt. 29. num.* 59. & Rot. *in una Cuſentina 26. octobris*. 1601. *coram Millino*. Amplia, licet talis Beneficii erectio deberet fieri Pontificia authoritate, & executio litterarum committeretur Ordinario. Limit. niſi erectio jam ab ipſo Papa eſſet facta, prout regulariter fieri conſuevit, tunc enim, ex eo quod in litteris dicatur: *inſtituimus & erigimus*: cum jam erectio ſit perfecta, tempus incipit currere a die datæ, & talis erectio dicitur in forma gratioſa, ad differentiam erectionis mox ſupra dictæ, quæ dicitur in forma

forma commissoria. Pyrh. Corrad. *loc. cit. a num.* 8. ubi Mandos. *in prax. signat. tit. erectiones vers. non solum.*

9 Et quoad erectionem, de qua diximus supra, quæ fit ex testamento, eadem fit, non tantum in perfecto, sed etiam imperfecto, ut quando testator decessit, antequem compleretur testamentum, quia tunc habetur pro completo, favore piæ causæ, & probat voluntatem defuncti, quæ etiam ex actu nullo declaratur. *L. fin. ff. de reb. eor. quæ sunt sub tutor. vel Curat. L. 2. Cod. de confirm. util.* Alex. *cons.* 45. *lib.* 1. Jason. *in L. dominus ff. de cond. indeb.* Ludovis. *dec.* 76. Pyr. Corrad. *loc. cit. num.* 15. & voluntas, de cujus mutatione non apparet, videtur durare. *L. eum qui ff. de prob.* quia voluntas in animo consistens, est quid facti. *L. in bona fide ff. de acquir. rer. dom. L. consilio ff. de Curat. fur. dand.* Caval. *dec.* 326. ex Bart. *in L. si testamento ff. de fideicom. liber.* Rot. apud Put. *dec.* 97. *p.* 3.

10 Et quia hæres non exequens legata pia elapso tempore amittit hæreditatem usque ad legitimam, hinc amittit etiam Juspatronatus, nisi Officium, vel Ordinarius remittat, & ita potest procedere praxis secundi præcepti supra allati secundum primam partem. Aliter subsistere non posset de jure.

11 Hæc bene procedunt in erectione Beneficii simplicis. Cæterum in erectione Beneficii curati, vel Parochialis quatenus v. g. Parochia amovibilis, hoc est Ecclesia, in qua Parochus est amovibilis, erigeretur in perpetuam, alia veniunt consideranda, ut infra in praxi Erectionis Parochialis. Hinc licet Patronus possit in erectione Beneficii simplicis quascumque conditiones apponere, etiam juri contrarias de Episcopi consensu secundum Riccium *in prax. p.* 4. *resol.* 464. *num.* 2. secus tamen poterit in erectione Parochialis apponere conditionem, ut Parochus sit ad nutum amovibilis, ut dicetur statim infra *in prax. erectionis Parochialium.*

12 Sed respectu dotationis supra dictæ notanda est alia praxis, non inutilis, quam docuit malitia hominum: solent enim quandoque perversæ personæ, quæ filiis sunt gravatæ, lucri causa, unum filium ad statum Clericalem promoveri facere, & quia non habent bona sufficientia pro constituendo eidem patrimonio, vel si habent, sunt obnoxia pluribus oneribus, propter quæ, non audent illa supponere titulo patrimonii; quia sciunt illa per diploma publicanda, & sic creditores, vel prætendentes citandos, Beneficium erigi curant, cui in dotem assignant ejusmodi bona, ut ad illius Beneficii titulum ordinari possit, & sic Clerici in fraudem Ordinis mendicare coguntur, ideo pro cautela aliquibus in locis scio introductum, ut talia bona pro Beneficii erectione non acceptentur, nisi (quatenus fundator sit suspectus, & quando ad illius titulum aliquis venit promovendus) præmissa affixione edicti, seu diplomatis, in quo describantur bona dotalia, & interesse prætendentes, citentur.

13 Consentanee ad hanc materiam debemus unum dubium removere. Concordant enim DD. fundatorem posse in limine fundationis quascumque conditiones apponere, etiam juri communi contrarias, sed ab Ordinario approbandas. Ut videri possunt Pyr. Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 10. *an.* 166. & Vivian. *in prax. Jurispatr. de modo acquir. juspatr.* Nunc suboritur dubium, an possit etiam apponere illam conditionem, quod Beneficium possit conferri ab Inferioribus Ordinario? & negativam partem sequitur Pyrh. Corrad. *lib.* 4. *capit.* 3. *num.* 26. *in prax. benef.* post Concil. Trid. *sess.* 14. *c.* 12. *de reform.* ubi S. Congreg. licet ex privilegio soleant Summi Pontifices, etiam post dictam Concil. hanc institutionem etiam inferioribus concedere. Pax Jord. *de re Benef. lib.* 10. *tit.* 7. *numer.* 413. ubi quod id possint etiam ex voluntate fundatoris, in limine fundationis de consensu Episcopi expressa. Et citat Barbos. *de offic. Episc. alleg.* 72. *numero* 183. *cum duobus seqq.* post text. cum glos. *in Clem.* 1. *de excess. Pralat. & alios.* vide etiam Vivianum *in prax. Jurispatr. lib.* 12. *cap.* 2. *num.* 3. Illis tamen fundationibus, quæ ante Concil. fuerunt factæ, non fuit a prædicto Concilio derogatum. Corrad. *loc. cit.* & S. Congr. apud eundem. *n.* 26. *vers. alia vero.*

§. III.

Praxis erectionis Parochialium.

Episcopi possunt authoritate ordinaria erigere simplices Ecclesias, vel novas erigere in Parochiales. *cap. ad audientiam* 1. *de Eccles. ædif.* quando populus ita distat ab Ecclesia Parochiali, ut in hyeme non possit sine magna difficultate se transferre ad eandem pro Sacramentis recipiendis &c. & Sacerdotem, sublata appellatione, ad præsentationem Rectoris majoris Ecclesiæ cum canonico fundatoris assensu instituere ad suam sustentationem ejusdem loci obventiones Ecclesiasticas percepturum. Ita tamen providere debet, ut in ea competens honor Matrici habeatur. Si vero Rector Matricis Ecclesiæ idoneum Sacerdotem præsentare distulerit, vel opus illud voluerit impedire, Episcopus virum idoneum, appellatione remota, instituet, & hoc confirmatur etiam in Concil. Trid. *sess.* 21. *cap.* 4. *de reformat.* ubi Episcopus, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, potest ob locorum distantiam novam Parochiam erigere, etiam invitis Rectoribus juxta *cit. cap. ad audientiam;* assignata novo Parocho congrua portione ex redditibus Matricis, vel si fuerit necesse, poterit populum ad illam subministrandam compellere. Pyrrh. Corrad. *in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 1. Rebuff. *in prax. erect. in Curatam &c.* Mandos. *in prax. signat.* Leo *in thesaur. for. Eccles. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 68. sed incolæ non nisi in subsidium ad dictam congruam tenentur. ex Conc. Trid. *d. sess.* 21. *de reform. cap.* 4. glos. & DD. *in d. cap. ad audientiam.* Gambar. *de offic. Legati lib.* 5. *tit. de dismembr. num.* 10. *&* 11. Lotter. *de re Benef. quæst.* 28. *n.* 15. Thomat. *dec.* 154. *n.* 41. *&* 42. apud Rot. *dec.* 204. *p.* 17. *rec. num.* 5. *&* 6. 14

Sciendum tamen, quod in Parochialium Ecclesiarum erectione non debet admitti manualitas, ita ut Rector ad nutum amovibilis esse possit, cum illæ debeant conferri in perpetuum, non obstante quacumque consuetudine contraria. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar. gl.* 6. §. 6. uti declaravit S. Congr. Concil. Trident. *super sess.* 24. *cap.* 18. & patet *ex cap.* 1. *de Capel. Monacher. in* 6. *ubi glos. in verb. perpetui.* ubi dicitur: quod Beneficia non debent esse ad tempus ibi: *ita ut ex solius Episcopi arbitrio, tam ordinatio ejus, quam NB. depositio, & totius vitæ dependeat conversatio.* Quia sicut matrimonium carnale non contrahitur ad tempus, ita nec spirituale. *cap. fin. de condit. appos. cap. actus legitimi, de Reg. Jur. in* 6. *L. si tibi ff. de adopt.* & Rot. apud Gonzal. *loc. cit.* quia Ecclesia ex tali mutatione magnum patitur detrimentum. Imo nec fundator, etiam Laicus, Parochiali potest apponere talem conditionem. Pyrrh. Corrad. *l. c.* 15

Si tamen ex fundatione, vel Consuetudine adsit Parochialis Ecclesia, quæ habeat Rectorem ad nutum amovibilem, a solo Pontifice potest peti ejusdem mutatio, ita ut fiat perpetua; quia ille solus potest mutare conditiones in limine fundationis appositas a Patrono, cum Ordinarii consensu. Monet. *de commut. ult. vol. c.* 10. Ugol. *de Offic. Episcop. c.* 52. 16

Et quoties supplicatur Summ. Pontifici pro erectione Parochialis, solet committi Ordinario servata forma *cap. ad audientiam*, sicut etiam in erectione fontis Baptismalis; scilicet propter distantiam populi, periculum itineris &c. Mandos. Pyr. Corrad. *l. c.* 17

Cæterum Episcopus, seu Ordinarius, non potest novam Parochialem erigere, vel Baptismalem ex eo, quod populus sit ita numerosus &c. sed debet cogere Rectores, vel alios, ad quos spectat, sibi tot Sacerdotes adjungere, quot sufficiunt: non enim numerositas est causa sufficiens novas erigendi Parochiales, cum per alios Sacerdotes suppleri possit. Et ita declaravit Sac. Congr. Concil. Trid. *cap.* 4. *sess.* 21. *de reform.* Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 68. *num.* 1. *in fin.* Lotter. *de re Benef. quæst.* 28. *num.* 28. *lib.* 1. apud Ottobon. *dec.* 6. *n.* 14. nisi alia concurrant, quæ exprimuntur *in d. cap. ad audientiam*, quod innovatur a Concil. Trid. *loc. cit.* Ubi ergo talis non urget necessitas, non potest fieri erectio alterius Parochialis, ac dismembratio fructuum: quia cum omnis dismembratio sit species alienationis, debent in illa concurrere eædem solennitates, ac causæ, quæ in alienatione sunt necessariæ. Franch. *in cap.* 1. *de reb.* 18

de reb. Eccleſ. non. alien. in 6. ubi dicitur: quod talis diſmembratio debeat fieri vocato Rectore, vel dato defenſore, interveniente tractatu, aliiſque requiſitis in alienatione. Garz. *de Benef. p.* 12. *cap.* 3. *n.* 3. Lotter. *de re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 28. *num.* 3. *&* 4. apud Celſum *dec.* 403. *num.* 1. adeo ut ſola ſolennitas, ſine juſta cauſa & econtra non ſufficiat. Rot. *dec.* 223. *n.* 1. *&* 2. apud cit. Celſum *num.* 2. ubi etiam *num.* 5. dicit, quod neceſſitas debeat eſſe talis, cui alio remedio ſuccurri non poſſit: & citat Lapum *alleg.* 66. *num.* 5. *& ſeqq.* Lotter. *l. c. num.* 30. *&* 31. & ita tenuit Rot. quam refert Beltram. ad Ludoviſ. *dec.* 504. *ſub num.* 8. ubi non eſt juſta cauſa diſmembrationis ſola populi numeroſitas; quia per alios Sacerdotes eidem poteſt ſatisfieri; ſed ultra illam requiritur etiam magna loci diſtantia. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 67. Rot. *deciſ.* 474. *&* 288. *tom.* 3. apud Pyrth. Corrad. Lapus *alleg.* 66. Abb. *in d. cap. ad audientiam.*

19 Imo neque omnis diſtantia locorum ſufficit pro tali diſmembratione, ſed ea tantum, quæ præbet difficultatem Parochianis accedendi ſine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & divina Officia audienda, ratione cujus aliqui decederent ſine Sacramentis. Ut pluries fuit deciſum a Rot. Rom. ut in *deciſ.* 239. *&* 384. *part.* 1. *rec. & in dec.* 204. *p.* 17. *rec.* & alibi paſſim, & ut infra, *n.* 23.

20 Ratio vero, propter quam requiritur conſenſus Rectoris, non eſt ſolum intereſſe ejuſdem, ſed inſuper favor publicus, propter quem fuit inducta hæc forma, ne ſcilicet Eccleſiæ depauperentur, ac per conſequens juſtitia faciendæ diſmembrationis dignoſci queat. vide Rot. *dec.* 204. *p.* 17. *rec. & dec.* 239. *p.* 1. *rec. ubi num.* 6. quod non ſufficiat citare Vicarium, ſed Parochus ſit citandus.

21 In ſupradicta ergo erectione requiritur primo quod Epiſcopus inquirat, an prima Parochialis ſit ita ampla, ut tempore hyemali ob pluvias, vel nives non poſſint parochiani congruis temporibus Parochiam adire, & de hac inquiſitione, debet conſtare in actis ut infra *n.* 24. ſicut obſervatur in alienatione bonorum Eccleſiæ. *cap. ſine exceptione.* 12. *q.* 2. Secundo hac facta inquiſitione debet conſentire novæ Parochialis erectioni, quia alias nemo poteſt conſtruere Eccleſiam ſine Epiſcopi conſenſu, & antequam ab eodem ibi crux figatur. *cap. nemo de conſecr. diſt.* 1. Tertio Rector prioris Eccleſiæ debet conſentire ædificationi ſecundæ: quia eo invito, ſine cauſa, in ejuſdem præjudicium ædificari non poteſt. Panormit. *in d. cap. ad audientiam.* ſed limit. ut infra *num.* 27. Quarto: Idem Rector debet habere Juſpatronatus, uti decernitur in *cit. cap. ad audientiam*. quia Eccleſia ædificatur in ejus fundo, & tunc acquiritur Juſpatronatus Rectori. Rochus de Curt. *de Jurepatr. verbo conſtruxit. q.* 7. quod tamen intelligitur, dummodo prima Eccleſia aliquid contulerit de ſuo, pro dote ſecundæ. Quod procedit, quando ſecunda Eccleſia fuit ædificata in adjutorium primæ ob numeroſitatem, ſecus, ſi fuit ædificata, ut eſſet Beneficium per ſe ſtans; quia tunc ibi neceſſario debebit præſentari perpetuus Rector. Rebuff. *in prax. Curat. in Curat. num.* 5. Quinto: debet Rectori prioris Eccleſiæ compenſari id, quod illi detrahitur, ut commode ſe poſſit ſuſtentare. *d. cap. ad audientiam.* Sexto requiritur, quod Rectori ſecundæ Eccleſiæ aſſignentur pro illius congrua ſuſtentatione oblationes, pro modo Eccleſiæ diſmembratæ, & decimæ, ita ut Eccleſia filialis habeat intentionem fundatam ſupet perceptione decimarum contra Matricem. Abb. *in c. cum contingat. de decim.* Rot. apud Pyrrh. Corrad. *loc. cit. lib.* 3. *cap.* 2. in defectum tamen aliorum fructuum Eccleſiaſticorum: quia ſi ſecunda Eccleſia eſſet ſufficienter dotata aliunde, decimæ deberentur matrici. Rot. apud Corrad. *loc. cit.* Septimo eſt adhibendus, & reſervandus Matrici debitus honor, ſcilicet aliqua penſitatio, arbitrio Epiſcopi moderanda. Vide Pyrrh. Corrad. *l. c. verſ. inſuper num.* 6. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 28. vide etiam Lapum *alleg.* 66. ubi id exemplificat, quando Parochia eſſet in Civitate, & multi Parochiani extra, ita ut de nocte Parochus non poſſet exire. Octavo notandum: tunc Jus præſentrandi ſpectare ad Rectorem Eccleſiæ Matricis, & fundatorem; quia de bonis utriuſque dotata fuit ſecunda Parochia; niſi Epiſcopus voluerit hoc jus ſpectare ad ſolum Rectorem Matricis: quod juſtum eſſe vult Lapus *loc. cit. num.* 6. imo Rebuff. *in prax. erectionis Parochialis* conſulit, ut fundator compenſet Rectori Matricis, quod tali erectione fuerit eidem detractum, & curet ſibi ad Ordinario reſervari Juſpatronatus, ad tollendas diſputationes.

Notat tamen Lapus *loc. cit.* quod in caſu, qui non 22
eſt expreſſus in *d. cap. ad audientiam*, ſed in eo quem ipſe affert, quod ſcilicet Parochus de nocte non poſſit exire e civitate ad miniſtranda Sacramenta ſuis Parochianis, poterit congruenter ædificare Capellam extra Civitatem, quæ non ſit Eccleſia per ſe (uti alias diſponitur in *d. cap. ad audientiam*) nec ſit manualis, ut dictum ſupra, ſed propria Matricis, in qua non inſtituetur Rector de per ſe, ſed poterit Parochus nunc unum, nunc alium miniſtrum mittere, qui nomine Parochi celebret ibi divina, & Sacramenta miniſtret, & reſideat expenſis majoris Eccleſiæ, qui Miniſter non erit Rector, ſed Vicarius temporalis. Vide Pyr. Corrad. *l. c.* S. Congr. apud Gallemard.

Ex quibus liquet ſolam numeroſitatem populi non 23
eſſe cauſam ſufficientem ad erigendam novam Parochiam cum diſmembratione Matricis, ut etiam tenet Lotter. *de re Benef. q.* 28. nec quamlibet loci diſtantiam quia ad talem diſmembrationem requiritur evidens neceſſitas. *cap.* 1. *de reb. Eccleſ. non alien.* Lotter. *loc. cit. num.* 24. ut patet maxime ex ſupra dictis *in verſ. notat.* & ſolennitates juris, ſicut in alienatione, ut tenuit Rot. ſæpius apud Garz. *de Benef. part.* 12. *cap.* 3. & ſi contingat aliquos Parochianos obiiſſe ſine Sacramentis, non propter difficultatem accedendi ad infirmos ex diſtantia &c. ſed quia ſolus Parochus eodem tempore pluribus infirmis providere non poterat; non per hoc adeſſet ſufficiens cauſa diſmembrandi, ſed potius adhibendi plures Coadjutores &c. ex Concilio Trid. *d. ſeſſ.* 21. *cap.* 4. Rot. *rec. dec.* 484. *n.* 5. *p.* 1. idem dicendum, ſi Parochus ſit inidoneus; quia per temporale impedimentum non debet inferri Eccleſiæ perpetuum diſmembrationis detrimentum. ad text. *in cap. cum Venerabilis.* 6. *de except.* Felin. *in cap. accepimus.* 4. *ſub num.* 15. *de fide inſtrum.* ubi Hoſt. *n.* 2. & Jo. Andr. *num.* 3. Covar. *l.* 1. *var. reſ. cap.* 14. *num.* 6. & alii apud Otthobon. *dec.* 6. *num.* 20. *&* 21.

In ordine vero ad probandum cauſas neceſſitatis, 24
poterit Epiſcopus, vel Ordinarius accedere ad locum, & videre: nam ocularis inſpectio eſt melior probatio de mundo. §. *agnationis inſt. de grad. cognat. cap. Apoſtolicæ de donat.* quia tamen non eſt ſtandum aſſertioni Judicis. Rot. apud Lotter. *l. c.* cum ſolennitas, & cauſa diſmembrandi non probetur ex aſſertione Epiſcopi diſmembrantis, ſed veniat aliunde juſtificanda, ne aperiatur via eludendi prohibitionem legis. Caſtr. *conſ.* 74. *n.* 1. *v.* 3. *videndum lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 36. *n.* 11. *lib.* 4. & alii apud Otthobon. *dec.* 6. *n.* 11. *&* 13. ideo omnia debebunt reduci in actis publicis.

Quia vero ſupra dictum eſt ex Concil. Trid. quod 25
Epiſcopus debeat ex redditibus Matricis conſtituere congruos redditus novo Parocho, ideo ex eodem Concilio notandum, quod in ſubſidium Matricis non valentis &c. debebit cogere Parochianos, & ad id compellere: & ſi illi ob paupertatem non poſſint, debebit Epiſcopus de ſuo juxta Hoſtiens. cum unione illi facta alicujus Beneficii ſimplicis, juxta formam mox tradendam.

Porro prædicta ampliantur, licet Parochia Matrix eſ- 26
ſet Cathedralis. S. Congr. apud Gallemart. & ſecundum eundem novæ Parochiali uniendus eſſet unus ex Canonicatibus habentibus curam animarum annexam.

Quod vero ſupra dicebamus, Rectorem Eccleſiæ 27
Matricis debere conſentire erectioni ſecundæ Parochiæ juxta doctrinam Corradi & Rebuff. *l. c.* ita intelligendum venit, ut Parochi conſenſus, de cujus præjudicio maxime agitur, requirendus ſit: ſi tamen conſentire recuſet, integrum eſſe Epiſcopo ad eandem erectionem devenire, etiam Parocho invito: uti clare diſponit Concil. Trid. *l. c. & d. cap. ad audientiam*, etiam appellatione remota; ut teſtatur Pyrrh. Corrad. & Rebuff. *loc. ſup. cit.* quos videre potes, & Rot. *dec.* 204. *p.* 17. *rec. num.* 4. ubi DD.

Cæterum pro praxi obligandi Parochianos &c. ut 28
dictum eſt ſupra, obſervandum erit, ut illi ſe obligent in actis Cancellariæ, quilibet ad dandam certam pecuniæ ſummam, & certam vini, ac frumenti quanti-

titatem, per instrumentum publicum, & sub obligatione suorum bonorum, registrandum in actis Cancellariæ: & his non obstantibus, propter unionem, quam illi facit de Beneficio simplici, Episcopus poterit sibi reservare liberam collationem ejusdem Parochialis. Nunc sequitur,

Forma erectionis Parochiæ.

NN. DEI, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus &c. Universis, & singulis, præsentes nostras visuris, lecturis, pariterque audituris, salutem in Domino. Notum facimus, qualiter in visitatione per nos facta in loco N. reperimus (*si populus id exposuerit Ordinario, eumque requisiverit &c. dicitur* quod homines talis loci nobis exposuerunt, se ob magnam distantiam non posse, maxime hyemis tempore, quando, nives & imbres magni ingruere solent, se conferre ad Ecclesiam Parochialem, ad divina percipienda &c.) locum N. ita distare a Parochiali Ecclesia, ita ut, ob nivium & imbrium ingruentium vim, nocturno maxime tempore, non possit se ad illam conferre, ad effectum obtinendi Sacramenta &c. adeo, ut multoties occurrat omitti præceptum de audienda Missa diebus Dominicis, & festivis, imo, quod deterius, ob prædictam causam, & loci distantiam absque Ecclesiæ Sacramentis emori contingat, prout ex oculari inspectione per nos (*sive per alium, ejus jussu, &c.*) facta, & ex testium depositione, prout in actis, didicimus: propterea attendentes nos saluti animarum, quantum possumus, consulere, & scandalis occurrere, quæ ex causis prædictis indies oriri possent, accedente etiam consensu, & Beneplacito habitatorum dicti loci, qui nos etiam humiliter supplicarunt, & maxima cum instantia requisierunt pro erectione, & deputatione Ecclesiæ Parochialis in dicto loco, pro eorum salute, & commoditate, cum deputatione alicujus Sacerdotis Parochi, obligantes se, etiam penes acta Curiæ nostræ, unusquisque ipsorum, ad dandam, & consignandam quamdam pecuniarum summam, & certam vini, & frumenti quantitatem, ut commode sustentari possit. Ideo invocato ad hoc Domini nostri JESU Christi nomine, ejusque Matris semper Virginis Mariæ, & SS. N. N. Patronorum Civitatis, & Diœcesis nostræ auxilio, tenore præsentium erigimus, statuimus, eligimus, & deputamus in Parochiam Ecclesiam Sancti N. existentem in medio (*seu describitur locus*) dicti loci, in qua cum fuerit accommodata, & bene apta, & referata, volumus, & mandamus reponi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, fontem Baptismalem, & alia, quæ ad Ecclesiam Parochialem pertinent. Quæ omnia Sacramenta juxta opportunitatem temporis ministrari volumus, & mandamus ipsis habitatoribus dicti loci N. per Sacerdotem, & Parochum per nos & successores nostros pro tempore existentes (*si juxta prænotata competat Juspatronatus Parocho Matricis, & fundatori; dicatur*: per Parochum Ecclesiæ N. uti Matricis, ejusque successores, nec non per N. N. ejusque hæredes præsentandum temporibus statutis a jure, & a nobis instituendum, ac investiendum, servatis servandis &c.) qui etiam Missas in Ecclesia prædicta diebus Dominicis, & festivis celebrare debeat, & teneatur: delarantes ex nunc, prout ex tunc, & in antea, & in perpetuum, dictam Ecclesiam Sancti N. in dicto loco N. existentem, esse Ecclesiam Parochialem, & Curatam, electionemque, & deputationem Parochi, & successorum in futurum, pro cura animarum fidelium in dicto loco existentium, spectare, & pertinere ad Nos, & successores nostros, pro tempore existentes, & ad meram collationem, & provisionem nostram Ordinariam, nulliusque Juris patronatus servituti subjectam (*notentur, & observentur adducta in Superiori parenthesi*) ad ipsosque Parochos spectare, & pertinere omne id, & quidquid per homines dicti loci N. uti Parochianos, promissum extitit; & sic per nominatas obventiones, & quascumque alias eleemosynas, pro tempore, in dicta Parochiali Ecclesia proventuras: Quæ quidem, cum sufficere non possint ad congruam Parochi, pro tempore existentis, sustentationem, ideo per facultatem nobis, per SS. Canones, ac Concil. Trid. decreta, attributam, per primum simplex Beneficium Ecclesiasticum, sub invocatione Sancti N. in Ecclesia Sancti N. loci N. hujus nostræ Diœcesis consistens, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis, ex nunc, prout ex tunc, quocumque modo illud vacare contigerit, vigore supra dictæ facultatis, ac omni alio meliori modo, quo possumus, eidem Parochiali Ecclesiæ, per Nos ut supra erectæ, unimus, annectimus, & incorporamus; ita ut liceat Parocho ejusdem Ecclesiæ nunc, & pro tempore existenti illius corporalem, actualem, & realem possessionem apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, ejusdemque Beneficii fructus, redditus, & proventus exigere, & levare, ac in suos usus, & utilitatem convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita. Quam quidem unionem, annexionem, & incorporationem, ut supra factam, ratam, gratam, & firmam habentes, & tenentes, ipsam omni tempore promittimus non revocare, nec eidem contravenire, quovis modo, de jure, vel de facto. Ut autem prædictam Parochialem Ecclesiam Sancti N. sic de novo erectam, de idoneo Rectore, quamprimum, ut decet, provideamus; Nos, pro exercitio Curæ in Populum, & utriusque sexus homines in dicto loco habitantes nominamus, & deputamus dilectum nobis in Christo N. Presbyterum, qui populo, & Ecclesiæ prædictis in divinis, & animarum cura regenda præsit, & tanquam idoneum, & Ecclesiæ prædictis in divinis, & animarum cura regenda præsit, & tanquam idoneum, & habilem, per DD. examinatores in Synodo Diœcesana deputatos repertum, præficimus, illique Curam, Regimen, & administrationem Sacramentorum pro populo dicti loci N. committimus, ac eidem de præfata Ecclesia sic noviter erecta providemus. Mandantes &c. in quorum &c. Datum &c.

29 Porro licet possit Episcopus erigere simplices Ecclesias in Beneficia Parochialia &c. non potest tamen Parochiales Ecclesias, in simplices reducere juxta Concil. Trid. *sess. 25. c. 16. de refor.* & Sacr. Congreg. ac Rot. apud Pyrrh. Corrad. *l. c. n.* 13.

30 Erectio Parochialium in Collegiatas, vel Cathedrales, cum spectet ad Summ. Pontificem privative quoad Episcopos, ideo hic omittitur ejusdem praxis. Quam videre potes apud Pyrrh. Corrad. *in prax. Benef. libr.* 1. Rebuff. *in prax. erect. Collegiat. fol. mihi* 231.

Sequeretur modo, ut quædam tangeremus de praxi erectionis fontis Baptismalis: sed quia hæc praxis magnam habet confraternitatem cum praxi erectionis curæ animarum, ideo illam melius pertractabimus infra *litt. C. in titulo praxis Curæ animarum*, ad quem locum te remittimus.

Sicut etiam praxin erectionis Canonicatuum in Cathedralibus, vel Collegiatis, uti etiam præbendæ, Pœnitentiariæ, vel Theologalis, vide *litt. C. verb. Canonicatus.*

§. IV.

Praxis Collationis Beneficiorum.

Alia est praxis, quæ servatur in collatione necessaria, uti institutionis in Jurepatronatus, de qua agetur *in Litt. I.* & quæ servatur in collatione Parochialis, de qua infra §. 8. alia in electione, de qua *in Litt. E.* alia denique, quæ servatur in collatione voluntaria Beneficii simplicis liberi, & de hac præsens erit discursus. Pro cujus clariori intelligentia.

Notandum est primo; Beneficium aliud esse patrimo- 31
niale, aliud Naturale, aliud actu Sacerdotale, aliud Majoratus, aliud familiare, aliud hæreditarium, aliud sæculare, aliud denique Regulare. Naturale illud voco, quod in quibusdam locis ex consuetudine immemorabili, vel Summ. Pontificis privilegio, solis naturalibus, non vero exteris, potest conferri; unde in ejusmodi collatione erit verificanda ejusmodi qualitas, seu naturalitas, ut valeat. Uti servatur in Gallia, & Hispania. Pax Jord. *de re Benef. lib.* 10. *tit.* 25. Covar. *pract. c.* 35. *num.* 5. Paris. *de resign. lib.* 4. *quæst.* 7. *num.* 2. contra regulam, quod Beneficia possint conferri Clericis idoneis, unde-

undecumque sint: & vero, de honestate, & congruitate, naturales debent præferri exteris; & sic in dubio Pontifex præsumitur voluisse conferre incolæ. Hinc impetratio Beneficii non facta mentione loci, vel originis, vel Diœcesis impetrantis, est subreptitia; quia expressa origine, gratia vel non fuisset facta, vel difficulter *c. bonæ il 2. de Præb. circa fin.* Garz. *de Benef. p. 7. c. 9. n. 161.* apud Jord. *l. c. n. 8.* ubi alii. Quæ tamen, ut justificetur, sufficit, quod impetrans sit de Diœcesi, vel ratione originis, vel Beneficii, vel Domicilii. Et regulariter, cum impetrans dicit se v. g. Tridentinum, significatur origo; quia verba naturaliter, non accidentaliter, intelligenda sunt. vide Jord. *l. c. n. 9. seqq.* apud quem Rot. *dec. 96. de rescript.* alias 628. *in antiq.* Garz. *l. c. n. 17. & alii.*

32 Porro ejusmodi Beneficiorum collatio dicitur necessaria, & fieri potest etiam a Vicario Capitulari sede vacante. Garz. *de Benef. p. 5. c. 7. a n. 73. & p. 7. c. 15. n. 1.* & alii apud Jord. *l. c. tit. 26. n. 2.*

33 Patrimonialia dicuntur, quæ sunt conferenda natis, vel oriundis in patria, in qua Beneficia existunt, vel quæ proveniunt ab hæreditate paterna, & illius successoribus conferenda. Et hæc non differunt a Beneficiis naturalibus: Et sicut in collatione eorundem veniunt verificandæ istæ qualitates, ita etiam in eorum permutatione. Idem dic de aliis qualitatibus supra recensitis. De quibus plura si cupis, vide Pacem Jord. *loc. cit. & tot. tit. 26. d. l. 10.* ubi etiam de computatione graduum.

34 Illud monitum te velim, Beneficia omnia sæcularia præsumi, nisi Regularitas probetur: & quoad effectum sæcularitatis, vel regularitatis non attenditur, a quo sit conferendum Beneficium, sed a quo sit regendum, & ideo regulare dicitur illud Beneficium, quod Regulari est conferendum, & quod a Regulari est regendum; Sæculare vero dicitur, quod sæculari est conferendum, & in dubio attenditur ultimus status, scilicet an vacaverit per obitum sæcularis, vel regularis. De qua materia plura vide apud Pac. Jord, *lib. 10. tit. 27.* Barbos. *de potest. Episc. alleg. 57. n. 167.* Navar. *cons. 8. de præb.* Zerol. *in prax. p. 2. verbo Beneficium. n. 12. & 19.* Garz. *de Benef. p. 7. c. 10. n. 1.* & aliqua infra §. 7. *a num. 71.* Unum tamen non omittam, nempe impetrationem Beneficii regularis factam a Papa non facta mentione regularitatis, & econtra, esse subreptitiam. Pax Jord. *l. c. n. 17.* apud quem Felin. *in c. in nostra. n. 41. de rescr. arg. cap. cum de Beneficio, de præb. in 6.* & alii.

35 Porro Episcopus, vel Ordinarius non potest conferre Beneficia simplicia, nisi concurrant infra scriptæ qualitates in conferente, & collatario; & quidem

36 Primo in persona conferentis requiritur, quod non sit excommunicatus. *cap. postulasti, de Cler. excom.* quo casu, sicut non potest conferre per se ipsum, ita neque per alium. *arg. Clem. Religiosus, de procurat.* & ut infra *in prax. censurarum.* Secundo, quod sit in quasi possessione conferendi, licet careat proprietate. Garz. *de Benef. p. 5. c. 5. n. 1. cap. cum olim. de caus. possess. & proprietatis,* & ut infra *n. 7.*

37 Tertio, quod conferat gratis, & sine pacto, vel pretio; quia alias collatio, utpote simoniaca, esset nulla ipso jure. Garz. *l. c. p. 8. cap. 1.* licet simonia fuerit commissa ignorante provisso *cap. ex insinuatione, de simonia.* Item quod conferat sine diminutione, sicut & pure, ac libere, ob identitatem rationis. Garz. *l. c.* & ut infra *a n. 79.* Item quod conferat palam, & coram testibus fide dignis, aliter illi collationi non creditur, maxime si testes essent domestici, *c. post cessionem, de probat.* Rebuff. *in prax. collat. Benef. fol. mihi 25. n. 12.* Jord. *d. lib. 10. tit. 11. n. 300.*

38 Quarto in collatario requiritur idoneitas tam in ordine, ætate, scientia, & moribus, quam in aliis infra dicendis. Et quidem quoad Ordinem, pro Episcopatu requiritur Subdiaconatus. *cap. a multis, de ætat. & qualit.* si concurrant qualitates *in d. cap.* requisitæ. Pro Archidiaconatu est necessarius Diaconatus, *cap. 1. de ætat. & qualit.* Pro Abbatia, Decanatu, Præpositura, Archi-Presbyteratu, & Rectoratu, atque Cura requiritur Presbyteratus, *cit. cap. 1. & cap. cum in cunctis, de elect. cap. nemo, eod. in 6.* vel saltem intra annum ad Presbyteratum promoveri debent, *cap. licet canon, de elect. in 6. cap. si pro Clericis, de præbend. in 6.* In aliis autem sufficit prima tonsura, *cap. 1. dist. 6. & cit. cap. cum in cunctis de elect.* Panorm. *in cap. dudum de elect.* Rebuff. *l. c. fol. mihi 27. cum contingat. de etat. & qualit.* Felin. *in cap. sicut de simon.* Covar. *in cap. quia nos de testam.* Garz. *de Benef. p. 7. c. 5. §. 1.* Riccius *in prax. resol. 336.* Gabr. *de præs. concl. 12.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 42.* Paris. *de Resign. lib. 4. q. 2.* Nisi aliter caveatur in fundatione Beneficii, & ratio est: quia Laici sunt incapaces jurium spiritualium, licet incedant in habitu, & tonsura, & communiter haberentur pro Clericis: nam constito de veritate, collatio declaratur nulla; in tantum, ut non revalidetur, licet postmodum provisus efficiatur Clericus; quia quod ab initio non valet, tractu temporis non convalescit. Vide etiam infra *a n. 74. & 42.* Imo nec promotus ad primam tonsuram, aliosve Ordines erit capax beneficii, si sine dimissorialibus fuit ordinatus; quia ab Ordinum exercitio est suspensus, & inhabilis ad Beneficia. Cum autem Clericatus sit quid facti, non præsumitur, sed debet probari. Innoc. *in cap. super his, de accus.* Felin. *in cap. fin. n. 2. de præs.* Garz. *de Benef. p. 7. cap. 1. num. 138.* Jordan. *loc. cit. tit. 13. n. 130.* ubi diversi casus in probatione Clericatus. Probatur autem per litteras testimoniales Episcopi ordinantis, quas formatas appellant, quæ plenam fidem faciunt. Idem per testes, & si non agitur de præjudicio tertii, per unum testem. Item per publicam vocem, & famam & communem reputationem, tam in possessorio, quam in petitorio, nisi præsumptio in contrarium militaret: & ita fuisse observatum Romæ testatur Pax Jord. *de re Benef. l. sup. cit.* ubi alii. Quinto requiritur usus rationis, non quidem Jure Divino, sed Ecclesiastico. Sexto requiritur ætas legitima. De qua supra in verbo *Ætas*, & Pax Jord. *l. c. tit. 16. & 20.* Sexto requiritur in collatario morum gravitas, & ideo non debet esse excommunicatus: quia tales sunt incapaces, non tantum Beneficiorum obtinendorum, sed debent etiam obtentis privari, & collatio illis facta esset ipso jure nulla. Præterea non debent esse infames infamia juris, vel facti. Et infamis infamia juris non tantum repellitur ab obtentis, sed etiam obtinendis. Infamia vero facti ab acquisitis non removet. Jord. *l. c. tit. 21. num. 59.* Garz. *p. 7. cap. 8. per tot.* apud quos plura de hac re. Et certe si simus in crimine ipso jure infamiam irrogante, tunc erit quis infamis de Jure, & de facto. Quos casus videre potes *in L. 1. ff. de his, qui notantur infam. in cap. 2. §. porro. 3. quæst. 7. & cap. infames. 6. quæst. 1.* etiamsi versemur in sola opinione de crimine, si quis tamen sit infamatus apud bonos, & graves viros: quia promovendi opinio in nullo vacillare debet. *cap. Laici dist. 33. & arg. cap. fin. de furt.* si vero simus in infamia, quæ solum contrahitur per sententiam super tali delicto &c. ut in posteriori parte *dictæ legis*, tunc enim requiritur, quod infamatus sit crimen in judicio confessus, aut de illo convictus, aut saltem accusatus, durante accusatione, donec probaverit se innocentem, dummodo tamen, circa hoc ultimum, ut dictum est, adsit etiam infamatio apud graves viros &c. vide Pac. Jord. & Garz. *loc. cit.* ubi alii, ac quomodo hæc infamia tollatur.

Septimo requiritur litterarum scientia, quæ secundum qualitatem Beneficiorum major vel minor esse debet. Et quidem habens SS. Ordines præsumitur idoneus ad Beneficia simplicia. In Beneficiis requirentibus aliquem Ordinem, ea scientia requiritur, quæ illi ordini est necessaria. In Canonicatibus, maxime Cathedralium, in quibus dandum est votum, major requiritur scientia, & debet saltem esse mediocris, Pax Jord. *de re Benef. lib. 10. tot. tit. 22.* vide *cap. cum in cunctis, de elect. cap. grave nimis, de præb. Clem. 1. de ætat. & qualitat.* Concil. Trid. *sess. 23. de reform. cap. 4. 11. 13. & 14.* & alibi.

39 Octavo: promovendus ad Beneficium non debet esse conjugatus, *cap. 1. & tot. tit. de Cler. Conjug.* Rebuff. *in prax. collat. Benef. fol. mihi 28.* quia conjugatus habetur pro Laico; Laici vero sunt incapaces: Imo Beneficia prius obtenta per subsequens matrimonium vacant ipso jure. DD. apud Pacem Jord. *de re Benef. l. 10. tit. 31.* & licet aliqui velint requiri privationem per sententiam, id tamen intelligi debet quoad nudum factum, & possessionem, secus quoad titulum: quia possessione non censetur ipso jure privatus, sed est citandus, & privandus; sive fuerit validum, sive nullum, de qua materia vide plura statim infra *n. 87.*

Nono: non debet esse bigamus: Item illegitimus, vel

vel filius Presbyterorum in Beneficiis a Patre poſſeſſis. De quibus vide Pacem Jord. *de re Benef. tot. tit.* 24. *lib.* 10. *cap.* 1. *de fil. Presbyt.* Rebuff. *l. ſup. cit.*

40 Decimo requiritur, quod, ſi fuit collatum abſenti, iſte acceptet, aliter collatio alteri facta, antequam iſte abſens declaraverit ſuam voluntatem, nullius erit momenti, licet poſtmodum abſens non acceptaverit. *cap. ſi tibi abſenti de præb. in 6.* Panorm. & alii *in cap. accedens eod.*

Undecimo requiritur, quod Beneficium ſit vacans. *cap.* 1. *de conceſ. præb.* Scil. per mortem. *ut in cap. ſuſceptum de reſcr. in 6.* & aliis modis, de quibus ſtatim infra §. *VII.* & vide etiam Rebuff. *loc. cit.* Item requiritur, quod fiat intra debitum tempus, ſcilicet intra ſex Menſes. Pax Jord. *tot. lib.* 10. & infra *num.* 83.

41 Et ſi Epiſcopus indignis, utpote carentibus præfatis requiſitis qualitatibus, Beneficia contulerit, privatur Jure conferendi pro prima vice. *cap. cum in cunctis de elect. cap. cum ſingula de præb. in 6.* ſi ſcienter id faciat; ſecus ſi ignoranter; *cap. poſtulaſti de Cler. Excom. miniſtr.* Præſumitur tamen ſciens Epiſcopus; quia tenetur de illius vita, & moribus inquirere, antequam illi conferat. *cap. innotuit de elect.* Rebuff. *loc. cit.* ſuſpendi debet a collationibus faciendis. *cap. grave de præb.* peccat mortaliter. *cap. Monaſterii. 19. q. 3. cap. ad Apoſtolicam de regul.* Item tenetur ad id, quod intereſt Eccleſiæ. Anchar. & Card. *in Clem.* 1. *de ætat. & qualit. &c.* Felin. *in cap. ſi quando de reſcript.* Rebuff. *l. c. fol. mihi* 31. *num.* 8.

42 Sed quia ſupra diximus: Beneficia aliqua eſſe actu Sacerdotalia, ideo Epiſcopus non poterit illa conferre illi, qui non ſit actu Sacerdos: ſi nempe ſunt Sacerdotalia ex fundatione, ſecus ſi de Jure; quia tunc ſufficit, quod infra annum poſſit promoveri ad Sacerdotium. Abb. *in cap. cum in cunctis de elect.* Burat. *deciſ.* 463. Pyr. Corr. *in prax. benef. lib.* 2. *c.* 10. Secus ſi proviſio fieret a Sum. Pontifice. Sed in primo caſu firmanda eſt concluſio prædicta. Rot. *deciſ.* 207. Decius *conſ.* 127. & Sac. Congr. apud Pyrrh. Corrad. *loc. cit. num.* 117. vide etiam *infra num.* 75. Neque enim Epiſcopus poteſt derogare qualitatibus in fundatione poſitis, etiam de conſenſu Patroni, ut ſervat praxis univerſalis, teſte Pyrrh. Corrad. *loc. cit. n.* 145. & patet *ex Clem. quia contingit de Rel g. domib.* & ut probant DD. quos citat idem Pyrrh. Corrad. Declarationes Sac. Congr. Concil. Rotæ deciſiones, maxime poſt Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de reform.* Genuenſ. *in prax.* apud Garz. *de Benef. p.* 7. *cap.* 1. §. 1. *n.* 77. contra Felin. *in cap. cum acceſſiſſent de conſtit.* Rochum *de Jurepatr. in verb. pro eo qu.* 15. Creſcent. *de Jurepatr. deciſ.* 7. Lambertin. *de Jurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *art.* 2. *q.* 7. *principali.* vide etiam aliqua *infra in* §. 6. Quibus ita præmiſſis, & prænotatis, nunc ſolita brevitate ſubnectenda eſt ipſa praxis, qua ſolent Epiſcopi uti in ejuſmodi Beneficiorum collatione, & quidem captis informationibus, etiam in cubiculo, de ſupra ſcriptis qualitatibus, fit inſtrumentum collationis, rogatum per publicum Notarium, ut in caſum prævention is poſſit authentice conſtare de prævention e, vel poſſit probari plene a Beneficiato collatio ſibi facta, ſi ſibi controverteretur; & expediuntur litteræ patentes in hunc, qui ſequitur, modum. Quæ tamen in contradictorio non probant. vide Pac. Jord. *l. c.* niſi obſerventur illa, quæ infra ſunt poſita *in num.* 45. *ſeq.*

NN. DEI, ac S. Sedis Apoſtolicæ gratia Epiſcopus &c. Dilecto nobis in Chriſto N. Clerico, ſalutem in Domino. Quia de litterarum ſcientia, morum, ac vitæ honeſtate, aliiſque virtutum meritis fuimus fama, ac fide dignis teſtibus informati, quæ nos ad gratiam tibi faciendam excitant: Ideo volentes te juxta tuæ perſonæ merita proſequi: Beneficium per obitum N. ultimi ejus poſſeſſoris vacans (*vel exprimatur modus vacationis*) tibi, quem idoneum reperimus, cum omnibus juribus, & pertinentiis conferimus, & providemus, ac de eodem te, coram nobis conſtitutum, per pilei impoſitionem, vel traditionem in manibus tuis, inveſtimus, ac in corporalem poſſeſſionem, ſeu quaſi, ejuſdem Beneficii, præſentium tenore, cum juribus & pertinentiis ſupra dictis inducimus, recepto prius abs te ſolito juramento, & jure noſtro ſalvo. Quocirca univerſis, & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis, Notariis, & Tabellionibus publicis per Civitatem, & Diœceſin noſtram conſtitutis, & ſubditis noſtris, authoritate prædicta, tenore præſentium, mandamus, committendo, quatenus vos, aut alter veſtrum, qui ſuper hoc fuerit requiſitus, ad dictam Eccleſiam accedat, ſeu accedatis, ac prædictum N. vel Procuratorem ejus nomine, & pro eo, in corporalem poſſeſſionem prædicti Beneficii N. juriumque, & pertinentium prædictorum, authoritate noſtra, inducatis, & inductum defendatis, amoto ab eo quolibet illicito detentore, in quorum omnium, & ſingulorum &c. præſentes litteras, collationem, & proviſionem noſtras in ſe continentes fieri mandavimus, & per infra ſcriptum Cancellarium noſtrum ſubſcribi, & publicari fecimus, noſtrique ſigilli Ordinarii appenſione communiri. Datum in loco &c. Anno &c. die &c. Menſis &c. præſentibus N. N. teſtibus ad præmiſſa vocatis, & adhibitis. &c.

N. Cancellarius &c. Mandato &c.

Præcedens forma collationis quinque habet partes. Prima eſt, ſeu continet ſalutationem, & collationis cauſam. Secunda continet collationem, & proviſionem, & inveſtituram factam per pilei traditionem, ac juramenti receptionem. Tertia continet delegationem omnibus Clericis &c. factam, ut Beneficiatum in poſſeſſionem capellæ, ſeu Beneficii collati ponant, & inducant. Quarta teſtatur Epiſcopus, ſe has patentes expediri feciſſe. Ultima continet datam, & teſtes.

44 Quoad Juramentum a Beneficiato præſtandum ſcire oportet, illud diverſa habere objecta. Primum eſt; quod jurat Epiſcopo, & Sanctæ Sedi fidelitatem, & obedientiam. *cap. ego N. de jurejur. cap. cum Cler. de verb. ſignif. cap. de forma* 22. *qu. ult.* item, quod ſervabit mandata Epiſcopi, & ea faciet ſervari, ſcilicet ſententias &c. *cap. cum ab Eccleſiarum, & cap. ad reprimendum de Offic. Ord.* Item quod ſerviet Eccleſiæ, cui præficitur in divinis ſpiritualibus, ac temporalibus; quia propter Officium datur Beneficium. *cap. fin. de reſcription. in 6.* Item quod reſidebit, quatenus Beneficium requirat reſidentiam. *cap. non nulli, & cap. relatum de Cler. non reſ.* Item quod non relinquet, nec ſe transferet ad aliam Eccleſiam, ſine ipſius Epiſcopi licentia, quatenus Beneficium ſit Parochiale. *cap. admonet, de renunciat.* Item quod jura, & libertates Eccleſiæ defendet, aut utilia procurabit ſicut Tutor. *L. fin. Cod. de adminiſtr. Tut.* Item quod non alienabit res Eccleſiæ, ſed alienata a prædeceſſoribus revocabit. *cap. Abbat.* 12. *q.* 2. *cap. ſi quis Presbyterorum de reb. Eccleſ. non alien. cap.* 2. *de rer. permut.* Item, quod nihil dedit pro obtinendo hoc beneficio. *cap. fin. de pact. cap. nobis de ſimon.* Item quod non ſolvet ultra ſolitam penſionem. *cap. prohibemus de cenſ. cap. tua nos de jurejur.* & ibi Panorm. Tandem, quod Ordines ſuo tempore recipiet. *cap. licet canon, de elect. in 6. cap. quæris de ætat. & qualit.*

Explicationem quinque prædictarum partium litterarum collationum habes apud Rebuff. *in prax. requiſitorum in litteris collationum fol. mihi* 34. *a num.* 12. Illud moneo, teſtes duos ad minimum adhibendos, & in litteris collationum inſcribendos; quia alias dictæ litteræ non facerent fidem in præjudicium expectantis Apoſtolici, vel alterius prætendentis. Rebuff. *loc. c. n.* 30. *& in concordat. rubr. de collat.* 45

Præterea litteræ debent ſcribi eadem manu; alias ſunt ſuſpectæ. *authent. de trient. & ſemiſ.* §. *quod ſæpe cav. inter dilectos de fid. inſtrum. cap. licet de crim. falſi.* Bald. *in L. contractus ff. de fid. inſtrum.* Alex. *conſ.* 41. & 104. Bertrand. *conſ.* 133. Quæ procedunt in collationibus Papæ, non vero Ordinariorum, licet falſum probetur ex diverſitate litterarum; adde raſuram, vel cancellationem in loco ſuſpecto, vel ſubſtantiali reddere ſuſpectas collationum litteras, & ideo illis non eſſe credendum. *cap. inter dilect. de inſtit. L. fin. Cod. de edict. div. Adrian. tollend.* Alex. *conſ.* 104. locus autem ſuſpectus dicitur, quando ſumus in verbis diſpoſitivis. *cap. ex litteris de fid. inſtrum.* ubi Panorm. *cap. cum venerabilis de relig. domib.* 46

Sequeretur inſtrumentum poſſeſſionis, ſed ejuſdem formulam omitto, cum ſit obvium Notariis, & habeatur apud Dominicum de Muſis *in prax. inſtrum.*

Sed quia Beneficia ſæpiſſime impetrantur a Sede Apoſtolica, ideo circa litterarum Apoſtolicarum deſuper confectarum executionem, per Delegatum faciendam, quatenus ad praxin pertinet, aliqua eſſent explicanda. Sed quia de hoc plura diximus in praxi *collationum Parochialium*, & in praxi *reſignationis & Executoris;* & plura etiam habentur apud Petr. Dom. de Muſis in praxi inſtrumentorum ſub Littera *Proceſſus*, quem proinde vide. Litteræ enim Apoſtolicæ tam in Beneficiis ſimplicibus, quam curatis, ſeu Canonicatibus, mutatis mutandis, ſub iiſdem narrativis, executivis, & diſpoſitivis, ac clauſulis concipiuntur, ſi ſunt in forma *Dignum*, vel in forma gratioſa; Sed quia in forma gratioſa non expediuntur, niſi fuerint transmiſſæ ad Datariam, vel Summ. Pontificem litteræ teſtimoniales Ordinarii, ſicut dicebamus de collatione Parochialium, ideo earundem formulam hic tradere placuit.

Forma litterarum teſtimonialium habilitatis ad Beneficia quælibet.

NOs &c. Univerſis & ſingulis præſentes viſuris, & quorum intereſt, fidem facimus, & atteſtamur, N.N. Clericum hujuſce N. Dioeceſis, coram nobis conſtitutum, & examinatum, ac alias, de vitæ, ac morum honeſtate, ac probitate multiplici virorum fide dignorum commendatum teſtimonio, in ætatis ſuæ anno &c. conſtitutum, habilem, & idoneum repertum eſſe, ad habendum, obtinendum, & regendum quodcumque Beneficium ſimplex Eccleſiaſticum, etiam Canonicatum in Cathedrali. Et ne de præmiſſis dubitari contingat, patentes &c. Datum &c.

Alia.

NOs &c. Univerſis, & ſingulis, quorum intereſt, notum facimus, & atteſtamur, Dominum N.N. Ioci N. Dioeceſis N. Dignum, habilem, & idoneum eſſe, vita, moribus, ætate, pietate & ſingulari prudentia, doctrina, ad habendum, obtinendum, regendum, & gubernandum quodcumque Beneficium ſimplex Eccleſiaſticum, etiam Canonicatum in Cathedrali. Prout de his omnibus & ſingulis ex ipſa rei notorietate, ac ſingulari cognitione, & experientia, quam de ipſo habemus, nobis optime conſtat. Et ne de præmiſſis &c. *(vel poteſt claudi hoc modo)* Quem propterea, omnibus & ſingulis, ad quos præſentes noſtræ pervenerint, etiam, atque etiam in Domino commendamus, ut qui, ob laudabiles ſuas dotes, & ob inſignia merita, quibus præfulget, non poſtremum quoque ex hoc teſtimonio referat fructum. In quorum &c.

§. V.

De iis, ad quos ſpectat providere de Beneficiis.

48 Papa in primis poteſt providere de omnibus Beneficiis Jure Ordinario, in toto orbe, & concurrit cum quolibet Ordinario, tanquam Ordinarius Ordinariorum. *cap. cuncta per mundum 9. q. 3.* Abb. *in cap. quia diverſitatem de conceſſ. præb. n. 5.* Burſat. *conſ. 126. n. 38.* Navar. *conſ. 31. n. 6. de præb.* Pariſ. *de reſignat. lib. 1. q. 10. n. 51. & lib. 7. qu. 11. a n. 6.* Zechius *de Rep. Chriſt. cap. de ſtatu Roman. Pont.* Leo *in theſaur. for. Eccleſ. cap. 20.* Rot. apud Garc. *de Benef. p. 5. cap. 1. n. 8.* Et ideo Papa poteſt cum quolibet Ordinario concurrere, & prævenire, *cap. dudum, cap. ſi a Sede de præb. in 6.* Rot. apud Garz. *de Benef. l. c. num. 12.* Etiam in menſibus alternativæ, ut ſæpius decidit Rot. apud Garz. *loc. cit.* & ſignanter *in una Tridentina Canonicatus 1570. coram Lancelloto.* Non obſtante, quod in indulto alternativæ adeſſet decretum irritans; quia decretum irritans non obligat Papam, niſi adſint illa verba „*Etiamper nos*„ vel: niſi decretum irritans eſſet poſitum in Jure quod etiam Papam comprehendit. Rot. apud Garz. *loc. cit. n. 28.* Gonzal. *ad regul. de menſe gl. ult. n. 22.* Felin. *in cap. cum ex Officio n. 36. de reſcript.* Put. *deciſ. 492.* in dubio tamen prævenire non cenſetur. Rot. *deciſ. 25. p. 10. rec.*

SECTIO I.

De Beneficiis reſervatis, quænam illa dicantur, & quis illa conferat?

49 Ad hæc Papa confert Beneficia reſervata, & devoluta. Primo dicendum de reſervatis.

50 Et primo quidem reſervantur Beneficia vacantia apud Sedem Apoſtolicam, vel in Curia. *cap. 2. de præb. in 6. Clem. 1. ut lite pendente.* Garz. *de Benef. p. 5. cap. 1. §. 1. & in Extravag. ad Regimen de præb.* Simonet. *de reſerv. q. 30. n. 2.* Barb. *de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 13. n. 19. ſeq.* Pariſ. *de Reſignat. lib. 2. q. 16. n. 8.* Zerol. *in prax. Epiſcop. p. 1. §. 2. verb. Beneficium.* Tuſc. *litt. A. concl. 76.* Azor. *inſtit. mor. p. 2. lib. 70. cap. 30. q. 9.* dummodo Sedes Pontificia tunc non ſit vacans. De quo caſu vide infra *n. 58. & 156.* Non ſufficit autem, ut quis Romæ degat ratione originis, vel domicilii, niſi etiam curialis exiſtat, & etiam ibi ratione dictæ Curiæ exiſtat *cap. præſenti de præb. in 6.* Rot. apud Garz. *loc. cit. n. 83.* Barb. *l. c. & de Offic. Epiſcop. alleg. 57.* Mareſcotus *lib. 2. var. reſ. cap. 94.* licet Curialis Officium amiſerit. Dicuntur vero Curiales ad hunc effectum, qui Papæ, vel Cardinalibus Romanæ Curiæ inſerviunt, aut alias ratione Curiæ in Urbe commorantur. Rot. apud Barb. *de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 13. num. 24. & 25.* Dicuntur etiam vacare in curia, ſive Beneficiatus moriatur Romæ, ſive extra per duas dietas, ſive deinde vacent per obitum, ſive per renunciationem, vel privationem. Garz. *loc. cit. num. 73.* Monet *de option. cap. 3. numero 36. & ſeq.* Pariſ. *de Reſignat. lib. 9. q. 74.* Non ſufficit tamen ad effectum prædictum, quod quis ſemel fuerit Curialis, niſi probetur continuata Curialitas uſque ad mortem. Anchar. Archid. Jo. Andr. & Monach. *in cap. præſenti, de præb. in 6.* Mandoſ. *in reg. 5. Cancel. quæſt. 3. in fin.* & Rot. apud Barboſ. *loc. cit. num. 26.* & facit Rot. *in una Hiſpalen. portionis. 2. Maij 1614.* quæ in ordine reperitur in *deciſ. 584. p. 1. rec.* quæ requirit continuationem familiaritatis ob regulam, quod regula Cancellariæ reſervet tantum beneficia, quæ familiares obtinent, & obtinebunt durante eorum familiaritate. Ubi vide, & ſignanter *num. 4.* quæ tamen intelligenda videntur, dum quis ceſſaret eſſe familiaris, antequam obtinuiſſet Beneficium: natu illud obtentum poſt ceſſationem a dicta familiaritate, non eſſet reſervatum, in quo ſenſu loquitur citata Rota; ſecus vero dicendum videtur, quando familiaritas ceſſaret poſt obtentum Beneficium, forſan per mortem Pontificis, cum reſervatio ſemel inducta, ſemper duret, ut infra *num 66.* notavimus ex Rot. Chokier. *in comment. ad reg. 3. Cancell. n. 31.* præſumitur tamen Curialitas continuata uſque ad mortem, niſi probetur mutata, contra quam tamen præſumptionem admittitur etiam levior probatio, etiam per conjecturas. Barboſ. *loc. cit. num. 26.* Menoch. *de præſ. lib. 6. præſ. 25. n. 3. & præſ. 42. n. 12.* Rot. apud Barboſ. *l. c. n. 26. & ſeq.* quæ forſan eſt Rot. *ſup. cit.* ubi Sarnen. *in reg. de Benef. vac. per obit. famil. Card. quæſt. 13. n. 5. in fin. verſ. eſt tamen verum.* Simonet. *de reſerv. q. 36. num. 4.* & alii.

In hac reſervatione, non veniunt Beneficia Juriſpatronatus Laicorum, neque Regularia. Barboſ. *loc. cit. num. 28. & alleg. 57.* Neque Epiſcopatus, neque Abbatiæ; quia ſunt ſpeciali nota dignæ. Garz. *de Benef. p. 5. cap. 1. n. 113.* Rot. coram Coccino in una Placent. Capellaniæ anno 1622. nam indulta, etiam ampliſſimis clauſulis concepta, non faciunt Beneficia apud Sedem vacantia, niſi de illis præciſam mentionem faciant. Barb. *loc. cit. n. 30. & 31.* Lapus *in cap. 2. de præb. in 6.* ubi Franc. & Ancharan. Simonet. *de reſerv. q. 73. n. 1. & qu. 83. n. 4.* 51

Porro Beneficia vacantia in Curia debet Papa conferre 52

52 Porro Beneficia vacantia in Curia debet Papa conferre intra menſem, computandum a die mortis, & non a die ſcientiæ habitæ, *cap. ſtatutum de præb. in 6.* Garz. *p. 5. cap. 1. a num. 99.* Rebuff. *in prax. Benef. tit. de reſervat. num. 2.* Chokier *de Reg. Cancell. 1. n. 22.* Ant. Faber. *in Cod. lib. 1. defin. for. tit. 2. defin. 32.* Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 13. num. 32.* aliter poterunt Ordinarii conferre, quod intellige, habere locum tantum in reſervatis propter vacationem in Curia. Chockier *l. c. & reg. 8. gloſ. 6. numer. 6.* In cæteris vero reſervatis nullum tempus eſt præfinitum. Simonet. *l. c.* Quarant. *in verb. Beneficium reſervatum.* Mareſcott. *lib. 2. var. reſ. cap. 94.* vide etiam Ventrigl. *de Jurepatr. annot. 2. §. 1. num. 1.* & qualiter probentur vacare in Curia, vide Rot. apud Merlin. *dec. 40.* & Chockier *l. c.* quid vero ubi Concordata adſunt Germaniæ, vide in verbo *Germaniæ concordata litt. G.*

53 Notandum tamen eſt, quod non ſit idem, vacare apud Sedem, & vacare in Curia: nam vacare apud ſedem dicuntur Beneficia, quando vacant per obitum in Curia, juxta *cap. 2. cap. ſtatutum, & cap. præſenti de præb. in 6.* Vacare autem in Curia dicuntur Beneficia, non ſolum quando vacant apud ſedem, ſed etiam aliis modis, qui videri poſſunt apud Monet. *de option. Can. cap. 3. num. 18.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gl. 13. per tot.* Barboſ. *loc. cit. num. 36.* ut cum in Curia privatio, aut alii modi vacationis inducuntur. Videri etiam poteſt Covar. *pract. quæſt. cap. 36. num. 4.* Quod ergo vacat per obitum in Curia, dicitur vacare apud Sedem, ſecus aliæ vacationes. Barb. *l. c. num. 36.* Garz. *de Benef. part. 5. a num. 68.* tenet idem eſſe *n. 73.* & citat Monet. *de option. Can. c. 3. n. 36. & ſeq.* vide etiam Chokier *l. c.*

54 II. Reſervantur Pontifici beneficia vacantia per obitum Cardinalium: Item per obitum Officialium Sedis Apoſtolicæ; uti ſunt Camerarii, Vice-Cancellarii, Notarii, Auditores, Scriptores litterarum Apoſtolicarum, Pœnitentiarii, Abbreviatores &c. ubicumque extra Romam illos mori contigerit. Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gl. 51. num. 6.* Lotter. *de re Benef. lib. 2. q. 27. n. 48. & 85.* Vivian. *de Jurep. l. 14. c. 1. n. 14.* Barb. *l. c. n. 46.*

55 III. Reſervantur Beneficia vacantia per promotionem ad Patriarchatum, Archi-Epiſcopatum, Epiſcopatum, vel Monaſteriorum Regimina. Garz. *de Benef. part. 11. cap. 6. num. 30.* Pariſ. *de Reſignat. lib. 3. quæſt. 1. num. 76.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gl. 31.* Barb. *loc. cit. num. 50. & de Offic. Epiſcop. part. 3. alleg. 57. num. 66.* Ventrigl. *de Jurepatr. annot. 2. §. 2. num. 6.* & hoc non attento indulto retinendi promoto ad Epiſcopatum a Pontifice conceſſo; nam promotio ad Epiſcopatum efficit, ut Beneficia, quæ prius promotus poſſidebat, ſive tunc actualiter vacantia, ſive poſt mortem promoti vacatura, Sedi Apoſtolicæ reſervata ſint, *per Extravag. ad Regimen de præb.* Rot. *in una Mogunt. Canonicatus 1665.* quæ eſt *dec. 146. part. 14. rec.* Simonet. *de reſervat. quæſt. 27.*

56 IV. Reſervantur Beneficia vacantia per depoſitionem, privationem, translationem, aut muneris conſecrationis ſuſceptionem, authoritate Apoſtolica factas. Pariſ. *de Reſignat. lib. 2. quæſt. 16. num. 27.* Gonzal. *l. c.* Chockier. *ad reg. 1. Cancell. n. 22.* Vivianus *l. c. n. 16.* Barboſ. *l. c. n. 51.*

57 V. Reſervantur Beneficia vacantia per aſſecutionem pacificam quorumcumque Prioratuum, Dignitatum, Perſonatuum, Officiorum, Canonicatuum, Præbendarum, Apoſtolica authoritate proviſorum. Burſat. *conſ. 126. lib. 2. num. 96.* Gonzal. *ad Reg. 8. Cancell. gl. 51. num. 51.* Lotter. *de re Benef. lib. 2. quæſt. 17. numer. 37.* Vivian. *l. c.* & Barboſ. *l. c. num. 52.* Item Beneficia vacantia per execrabilitatem, cum qui fuit conſecutus Beneficium incompatibile cum primo. *Extravag. execrabilis. §. qui vero, & §. quæ omnia de præb.* Gonzal. & Chockier *l. c.* ſi proviſio ſecundi Beneficii incompatibilis facta fuit authoritate Apoſtolica, ſecus ſi ab ordinario; nam tunc etiamſi vacaret primum Beneficium, non per hoc eſſet reſervatum. Gonzal. *ſuper reg. 8. Cancell. gl. 15. §. 2. num. 13. & 14. & d. gl. 51. num. 36. & 37.* Garc. *de Benef. part. 11. cap. 5. num. 45.* Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 13. num. 52.* & alii apud Otthobon. *dec. 197. a num. 1. & per tot.* ubi diſcutitur, quandonam Ordinarius cenſeatur contuliſſe auctoritate propria, vel auctoritate Apoſtolica. Item Beneficia, de quibus ordinarii Collatores contra Concil. Trid. decreta diſponunt. Gonzal. Chockier, & Vivian. *loc. cit.* Barboſ. *l. c. num. 55.*

VI. Reſervantur Beneficia vacantia, ſede Patriarcha- 58
li, Archi-Epiſcopali, vel Epiſcopali vacante per obitum, aut dimiſſionem, amiſſionem, vel privationem, ita DD. *mox ſup. cit.* & Barboſ. *numero 57.* Gonzal. *ſuper reg. 8. gloſ. 51. num. 52.* Rot. *deciſ. 44. part. 8. rec.* & ut plura infra *a num. 150. ſeqq.* ſicut econtra ſi vacatio contigiſſet ſede Pontificia vacante, etiam in menſe alias Pontifici reſervato, collatio ſpectat ad Ordinarium, nullaque inducitur reſervatio, etiamſi Pontifex eſſet mortuus in menſe Apoſtolico, ſed ante vacationem Beneficii. Rot. *deciſ. 144. part. 2. rec. numero 10.* Chockier. *in comment. regul. Cancell. in proœm. numero 1.* Barboſ. *de offic. & pot. Epiſc. in addit. ad alleg. 57. ſub numero 62.* ubi DD. ſecus vero dicendum, ſi Pontifex mortuus fuerit poſt vacationem Beneficii factam in menſe Apoſtolico: quia reſervatio in eſſe deducta vivente Pontifice non ceſſat per illius mortem; quia Beneficia ſemel reſervata ſemper durant reſervata. *Extravag. ad Roman. de præb.* Rot. coram Merlin. *deciſ. 192. numero 8.* Lotter. *de re Benef. libr. 2. quæſt. 20. numero 69.* Felin. *in cap. in noſtra. numero 20. verſ. poſtea mutavi, de reſc.* & alii apud Celſum *dec. 231. numero 9. & 10.* exceptis tamen Parochialibus, de quo infra *numero 156.* Item fallit in illis Beneficiis, quorum affectio non inducitur ratione temporis, in quo vacant, ut in menſibus alternativis, ſed vel ratione perſonarum, puta familiarium Pontificis &c. de quibus etiam ſtatim infra *numero 60.* vel ratione Beneficii, ut quia eſſet prima dignitas &c. vel alio modo ratione perſonæ, aut rei &c. in quibus caſibus, etiamſi vacatio contingat Sede Pontificia vacante, attamen collatio ſpectat ad futurum Pontificem: & ratio eſt; quia in iſtis caſibus reſervatio non inducitur in ipſo obitu &c. poſſeſſoris, ſed antea jam erat inducta, nec extinguitur morte Pontificis propter regulam traditam, quod Beneficia ſemel reſervata, ſemper ſint affecta, ita Barboſ. *de pot. Epiſc. in addit. ad alleg. 57. part. 3. ſub num. 62. verſ. cum autem, circa medium.* Vide etiam infra *n. 156.*

VII. Dignitates majores poſt Pontificales in Cathe- 59
dralibus aut Patriarchalibus, & principales in Collegiatis. Chockier. *in reg. 1. Cancell.* Vivian. *loc. citat.* Barboſ. *loc. cit. num. 58. & alleg. 57. numero 94.* apud quem Rot. & apud Rubeum *deciſ. 236. part. 7. recent.* Pariſ. *de reſign. lub. 2. quæſt. 1. numer. 8. & 83.* vide etiam Pyrh. Corrad. *lib. 2. c. 13.* & Pacem Jordan. *lib. 10. tit. 1. de re Benef.*

VIII. Prioratus, Præpoſituræ, Præpoſitatus, & aliæ 60
dignitates conventuales, & præceptoriæ generales Ordinum quorumcumque non militarium. DD. *ſup. cit.* apud Barboſ. *alleg. 57.* Item Beneficia familiarium, & continuorum commenſalium S. Pontificis, & Cardinalium DD. *cit.* quæ reſervatio durat, etiamſi per mortem Papæ ceſſaverit familiaritas, cum reſervatio ſit perpetua. Felin. *in capit. in noſtra. num. 20. verſ. movetur, de reſcr.* Seraphin. *deciſ. 1251. numer. 20. in fin.* Sarnen. *in reg. de impetr. benefic. vac. per obitum quæſt. 18. verſ. & licet.* apud Rot. *deciſ. 196. part. 5. rec. tom. 1. num. 21. & 22.* dummodo tamen Beneficia illa quis obtinuerit, dum erat familiaris &c. de quo caſu loquitur cit. Rota. Item Collectorum, Subcollectorum. DD. *cit.* Item Beneficia Cubiculariorum, etiam honoris nuncupatorum, & curſorum eorum. Chockier. *in reg. 7. Cancell. reg. 1.* Vivian. *l. c. cap. 1. num. 40.* Barboſ. *loc. cit. alleg. 57. num. 129. & 131.* Item Beneficia quæcumque Germaniæ vacantia in Januario, Martio, Majo, Julio, Septembri, & Novembri, juxta Concordata Germaniæ; hinc, ſi Beneficium vacat ante mediam noctem ultimam menſis Pontificii, illius collatio ſpectat ad Pontificem, ſi vero poſt mediam noctem vacatio contingat, ſpectat ad Ordinarium. Rebuff. *de V. S. in L. 2. fol. 30. verſ. ſed quomodo.* Garz. *de Benef. part. 5. capit. 1. numer. 523.* Barboſ. *de pot. Benef. part. 5. cap. 1. num. 523.* Barboſ. *de pot. Epiſc. alleg. 57. num. 183. ſeqq.* & alii apud Celſum *deciſ. 19. num. 5.* Rot. *dec. 144. part. 2. rec. n. 3.* ita ut ad hunc effectum ſtetur pluralitati horologiorum, ad inſtar teſtium. Parlador. *libr. 3. quæſt. 9. numero 10. verſ. at ſi multa, & num. ſeq.* Barboſ. *l. c. num. 186. in fin.*

Castropal. *oper. moral. p. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 22. §. 2. num. 1. vers. secus quando plura sunt.* Celsus *l. c. num. 7.* & ideo non sufficeret probare obitum in ultima nocte v. g. mensis Julii, sed provisus Pontificius de hoc Beneficio tanquam reservato concludenter probare deberet, an obitus secutus fuerit ante, vel post mediam noctem, cum dies incipiat a media nocte, & sequentis noctis media parte finitur. *L. more Romano, ff. de fer. L. 1. ff. de manumission. cap. consuluit.* 24. ibique Felin. *num. 6. vers. de hoc habemus, de off. & pot. Jud. deleg.* Decian. *cons. 65. num. 22. vers. & quamquam. l. 2.* & alii apud Celsum *d. decis. 19. num. 3. seq.* quæ procedunt in concursu cum proviso ab Ordinario; quia tunc reservatio debet concludenter probari. Marches. *de commiss. tom. 1. fol. 339.* Gregor. XV. *decis. 37. num. 1.* Cavaler. *decis. 33. num. 2.* Gonzal. *ad reg. 8. glos. 11. num. 100. vers. tamen quando.* apud Celsum *l. c. num. 1.* dicitur enim tunc, tum ordinarius in suo mense providens, tum etiam ipse provisus habere intentionem fundatam in Jure communi. *cap. ex frequent. de instit.* Felin. *in cap. cum venerabilis. numer. 32. de except.* Dec. *cons. 117. pro tenui. num. 1.* & alii apud Rot. *decis. 706. p. 3. rec. num. 1.* Ita ut si probatio illius, qui impetravit Beneficium a Pontifice tanquam reservatum post provisionem ab Episcopo alteri factam cum traditione possessionis, ex aliquibus reddatur turbida, provisus ab Ordinario, reus, & possessor veniret absolvendus, & manutenendus, donec plene probaretur reservatio. Gonzal. *super reg. 8. Cancell. glos. 11. num. 26. & seqq. ad numer. 529.* Barbos. *de pot. Episc. alleg. 57. num. 188.* & alii apud Celsum *l. c.* & Rot. *d. dec. 106. part. 3. rec.* quidquid sit in concursu cum alio proviso ab ipsomet Summ. Pontifice: tunc enim, quod admittantur etiam leviores probationes, sicut & testes de publica voce, & fama, tenet Rot. *decis. 92. part. 6. rec. num. 4.* ubi Mohedan. *dec. 1. de probat.* Put. *dec. 266. num. 4. lib. 3.*

61 IX. Reservantur beneficia quæcumque vacantia ob crimen hæresis per Constitutionem Pii V. incipientem: *Cum ex Apostolatus.* Paris. *de resignat. lib. 2. quæst. 16. num. 29.* Garz. *de Benef. part. 5. cap. 1. numer. 81.* Vivian. *loc. cit. cap. 1. num. 45.* Cockier. *reg. 1. vers. 25.* Barbos. *de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 13. & de Offic. Episc. alleg. 57. num. 38.* Item collata personis prohibitis propter suum genus: ut descendentibus ex sanguine infecto, aut ex stirpe de hæresi condemnata, aut ratione alicujus statuti a Sede Apostolica confirmati. Paris. *loc. cit. quæst. 16. num. 31.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 51. num. 12.* Chockier. *reg. 1. vers. 26.* Vivian. *loc. cit.* Barbos. *loc. cit. & alleg. 57. num. 40.* Item Beneficia recepta in confidentiam juxta Constitutionem Pii V. quæ incipit. *Intolerabilis.* Navar. *in manual. c. 23.* Paris. *de resignat. lib. 2. quæst. 16. & de confid. quæst. 7.* Leo *in thes. for. Ecclesiast. cap. 5. numer. 24.* Barbos. Cockier. & Vivian. *ll. c. c.* Item Parochialia collata non servata forma Concil. Trident. *sess. 24. capit. 18. de reform.* DD. *cit.* Item vacantia ob delictum offendentis litigantes in Curia Romana, eorum Judices, Advocatos, Procuratores, vel Notarios, & testes. DD. *cit.* Item vacantia ob non factam publicationem, juxta Constitutionem Gregor. XIII. quæ incipit. *humano vix judicio.* Paris. *de resign. lib. 11.* Quarant. *in Sum. Bullar. vers. Beneficiorum resignatorum publ.* Gonzal. *loc. cit.* Garz. *de Benef. part. 11. cap. 3. num. 273.* Chockier. *loc. cit.* Vivian. & Barbos. *l. c. num. 46.* Et tandem illa omnia beneficia, quæ vacant vel ob incompatibilitatem *ut infra an. 90. & 92.* vel delictum ut supra &c. Item beneficia devoluta. Paris. Chockier. Vivian. & Barbos. *l. l. cit.* Et quod attinet ad beneficia devoluta, sciendum est; quod beneficia devolvantur ab Episcopo ad Capitulum & econtra. Sermo est de Beneficiis, quæ ad illos pertinent jure ordinario; secus quæ jure speciali, vel devoluto: nam hæc devolvuntur ad Superiorem, & tandem ad Papam. DD. apud Garz. *de Benef. part. 11. cap. 3. a num. 34.* & patet ex *cap. licet, de supplend. neglig. Prælat.* ubi Abb. & Felin. Ventrigl. *de Jurepatr. annot. 3. §. 1. & 3.* Limit. quoad beneficia, quæ spectant ad Episcopum, & Capitulum simul, etiam per turnum conferenda, tunc enim Capitulo negligente devolvuntur ad Papam. Rot. apud Garz. *loc. cit.* Barbos. *de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 3. & de offic. Episc. alleg. 126.* Antonel. *de regim. Eccles. lib. 3. cap. 5. §. 3.* Porro devolutio habet etiam locum in Beneficiis manualibus. Garz. *de Benef. part. 11. cap 3.* licet hæc non fiat immediate ad Papam, sed ad Episcopum. Rot. apud Merlin. *dec. 59.* Et devolutio fit cum omnibus oneribus, & qualitatibus requisitis in prima provisione. Felin. *in cap. cum decessissent, de constit.* Rochus *de Jurepatr. verb. Honorificum. quæst. 3.* Lambertin. *de Jurepatr. part. 3. l. 2. quæst. 7.* & DD. apud Garz. *l. c. an. 42.*

SECTIO II.

De Beneficiis affectis, quæ illa sint, & quis illa conferat?

Papa confert etiam Beneficia sibi affecta: Dicuntur 62
autem affecta, in quibus Pontifex apposuit manus, licet inutiliter apposuerit, ut quia nulliter providit, vel mandavit provideri ob incapacitatem subjecti, vel subreptionem, *cap. ut nostrum de appellationib.* Innoc. *in cap. inter dilectos de excess. Prælat.* Rebuff. *in prax. de reservat. cap. 30.* Covar. *in cap. Alma mater p. 1. §. 7.* Paris. *de Resign. libr. 7. quæst. 11. & 12.* Ugolin. *de censur. tab. 2. cap. 13.* Zerol. *in prax. Episcop. part. 1. verb. Beneficium §. 2.* Tusc. *litter. B. cons. concl. 77.* Garz. *de Benef. part. 5. capit. 1. §. 2. numero 138.* ubi Rot. & Sacr. Congreg. Barb. *de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 13. numero 90.* Cochier. *ad reg. Cancell. reg. 66. vers. 34.* Vivian. *de Jurepatr. lib. 14. cap. 1. numero 1.* etiam quando provisio est ad favorem certæ personæ, etiamsi propter illius defectum non sortiatur effectum; cum Papa non tam personæ, quam beneficio providere censeatur. Anchar. *cons. 58. in princ. ibi pro certa persona, & sub num. 3.* Roman. *cons. 335. num. 6. & seqq.* Dec. *in cap. ut nostrum. num. 3. de appell. & in cap. 1. num. 10.* ubi Adden. *de confirm. util. vel inutil.* Covar. *in cap. alma mater. part. 1. §. 7. num. 8. circa fin.* & alii plurimi, quos citat, & sequitur Rot. Rom. *decis. 570. num. 4. seq.* ubi de receptiori, contra Abb. *in cap. inter dilectos, num. 10. de excess. Prælat.* cum indignum sit collationem, super qua Summ. Pontifex manum apposuit, ad inferiorem reverti. DD. *cit.* in d. Rot. *p. 1. rec.* Uti si Papa det Beneficium in commendam, vel in eo ponat administratorem. Item si uniat alicui Beneficium ad vitam. Item si det mandatum de providendo aliquem de certo Beneficio, etiam ante vacationem, juxta *Extravag. fin. §. Romani de præb.* Simonet. *de reserv. quæst. 60. num. 1.* Paris. *de resign. lib. 12. qu. 18. num. 9.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gl. 52. numer. 13.* Item si jure præventionis Papa præveniendo alicui contulit, sed collatio fuit nulla ob defectum provisi. Garz. *de Benef. part. 5. §. 2. cap. 1. num. 138.* Cassador. *decis. 2. de Union. num. 10.* Item si Electoribus Beneficii Papa mandet, ne procedant ad electionem. DD. *cit.* Item per resignationem factam in Curia, in qua Papa apposuit manum providendo, licet resignatio fuerit invalida, vel alias non habuerit effectum, dummodo resignatio fuerit simplex, & non ad favorem. Barbos. *de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 13. num. 92.* Gonzal. *ad reg. Cancell. gl. 52.* Vivian. *de Jurepatr. cap. 1. n. 67.* Garz. *de Benef. p. 1. cap. 1. num. 155.* Paris. *de resign. lib. 11. q. 2. n. 4.* & Rot. apud Garz. *l. c.* Item si Pontifex mandavit provideri de Beneficio vacaturo, secundum DD. apud Garz. *loc. cit. num. 149. & seq.* licet non pauci teneant contrarium. Item per gratiam coadjutoriæ cum futura successione, etiamsi coadjutus decesserit, antequam coadjutor litteras intimasset, vel coadjutoris officium exercere cœpisset, ut ad text. *in cap. 1. & 2. de confirm. util. vel inutil. & cap. ut nostrum. 56. de appell.* tenet. Rot. *dec. 570. part. 1. rec.* ubi Rebuff. *in prax. Benef. part. 1. de reserv. num. 34.* & alii, quæ procedunt in terminis reg. 8. Cancellariæ; quidquid sit, ubi vigent Concordata Germaniæ, tunc enim Puteus *dec. 225. præsertim n. 18. versic. sed posito, in ultima impressione lib. 3.* apud Rot. *cit. num. 9.* vult per talem coadjutoriam non impediri Ordinarios, quin illa cessante conferant. Sed de hoc vide etiam, quæ tetigimus infra in praxi Coadjutoriæ, *& n. statim seq.*

Sed quid? ubi vigent Concordata Germaniæ, eruntne affecta Beneficia per appositionem manus a Pontifice factam, etiam nulliter providendo, ob incapacitatem subjecti, vel eidem mandando provideri. Resp. quæ- 63

stio-

ſtionem dupliciter moveri poſſe: primo quando Pontifex appoſuit manus in menſe alternato, ſpectante, vi Concordatorum ad ordinarium Collatorem; ſecundo, ſi appoſuit manus in menſe Pontificio, juxta alternativam Concordatorum.

Quod attinet ad appoſitionem factam primo modo, Reſp. per illam non fieri Beneficium affectum. Uti tradunt Murga *de Benef. quæſt.* 3. *num.* 360. *&* 382. Pax Jord. *de re Benef. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 2. *de Benef. affect. num.* 66. *&* 67. quia in Concordatis Summ. Pontifex §. 4. declaravit, quod per quamcumque aliam reſervationem, gratiam expectativam, aut aliam diſpoſitionem, ſub quacumque verborum forma factam, vel faciendam, nolit impedire, quominus Ordinarii Collatores, Beneficia ſuis in menſibus vacantia, poſſint libere conferre; ſi ergo expreſſa reſervatione Pontifex non vult impedire collationes, aut collatores, multo minus tacita.

Quo vero ad appoſitionem manus factam in menſe Pontificio, qui eſt ſecundus caſus, nunquam fuit dubitatum, quin tali etiam caſu ſubintret affectio. Sed in collatione facta N. N. Canonicatus Friſingenſis, fuit mota quæſtio: nam cum Bullæ Pontificiæ ad favorem ejuſdem Domini N. N. laborarent vitio ſub, vel obreptionis ob incapacitatem ſubjecti & Reverendiſſimus Ordinarius Collator poſt lapſum trium menſium Canonicatum contuliſſet jure devoluto alii cuidam D. Baroni, prætendebatur collationem D. N. N. factam fuiſſe nullam, & ideo, ab Ordinario factam, eſſe validam.

Probabatur ex parte Reverendiſſimi Ordinarii primo: quia collatio invalida, & nulla æquiparantur. *gl. in L. quoties ff. qui ſatisdare cogantur.* & habetur pro infecta. *Can. Imperiali.* 25. *q.* 2. & quod nullum eſt, nullum producit Juris effectum *cap. illud de Jurepatr.* Concordata vero Germaniæ, concedunt Ordinariis Collatoribus, facultatem conferendi Beneficia in menſibus Pontificiis vacantia, ſi de illis intra tres menſes, necdum proviſum fuerit; verba vero cum ſint accipienda cum effectu, juxta *cap. relatum de Cler. non reſid.* ideo ſi nulliter a Pontifice collatum fuit, revera Beneficium collatum non fuit in effectu.

Hæc tamen ſententia deſtituitur authoritate, & ratione. Authoritate: quia authores, quos citat, uti Murga, & Pax Jord. *loc. cit.* Rebuffum citantes, non loquuntur de Beneficiis vacantibus in menſibus Pontificiis, adeoque quæſtionem noſtram non tangunt. Rebuffus non facit ad rem, quia ille loquitur de Galliæ conſuetudine *in tract. de reſervat. general. & ſpecial. numero* 25. illis verbis: *Sed non utimur ea in Francia: nam quamvis Papa apponat manum, ſemper Ordinarius confert, ſi non valet prima Papæ collatio, quæ inde præceſſit; quia omnes reſervationes, & manus appoſitiones fuerunt ſublatæ in hoc Concil. Baſileenſi, & hoc in Gallia ſervamus, ut non recipiamus reſervationes, nec manus appoſitiones*: ita ille diſertis verbis, *numero* 38. *quæ conſuetudo fuit deinde confirmata per concordata Galliæ*, quæ certe applicari minime poſſunt ad Concordata Germaniæ. Neque pro hac ſententia allegari poteſt P. Laym. *lib.* 3. *tit.* 5. *cap.* 20. *in decretal.* quia, ſi bene attendatur, ſtat pro ſententia noſtra; numero enim primo dicit: quod Beneficia fiant affecta non ſolum per collationem Papæ veram & validam, ſed etiam per invalidam, & pro hac ſententia citat Garz. *de Benef. part.* 5. *cap.* 1. §. 2. Cochier. *in reg.* 8. *Cancell. gl.* 19. ex multorum ſententia, quibus poſtmodum acceſſerunt plerique Canoniſtæ, Itali, & Germani. Et licet in contrarium Franc. & Tholoſ. citentur, tamen attendendi non ſunt, quia Galli gallicas conſuetudines ſecuti fuere; & in ſententia horum Gallorum dicit Laym. quod ſi vera eſſet, quod Ordinarii collatores in Germania poſſent conferre, ſi Pontifex nulliter contuliſſet in ſuo trimeſtri, ut patet ex illis verbis, *quare ſecundum hanc ſententiam &c.* & hanc ſententiam contra Ordinarium, defendunt P. Anacletus Reiffenſtuel *lib.* 3. *decret. tit.* 5. §. 14. *n.* 430. P. Vvieſtner, & alii. Ratio pro Ordinariis Collatoribus ſupra adducta, plane nihil probat, quia nimium probat. Sic enim ſententia contraria argumentari poſſet. Collatio invalida, & nulla æquiparantur, & habentur pro infecta, & quod nullum eſt, nullum producit Juris effectum: & in jure verba cum effectu accipienda ſunt: ergo collatio facta intra ſex, vel tres reſpective menſes, ex defectu occulto invalida, devolvitur ad alium collatorem, uti ab Epiſcopo ad Capitulum, poſt lapſum ſex, vel trium menſium, contra expreſſum textum *cap. ſi Electio, de elect. in* 6. Sic certum eſt, quod electio, ſi non fiat intra trimeſtre, devolvatur, juxta *cap. ne pro defectu de elect.* ergo nulliter facta ob defectum occultum electi devolvetur ad Pontificem, quod eſt aperte contra textum *cit. cap. ſi electio*. Ita matrimonium clandeſtine contractum, vel inter conſanguineos eſt nullum, & tamen inducit ipſo facto excommunicationem. *Clem. un. de conſang.* In forma ergo diſtinguendæ ſunt regulæ objectæ, ut procedant, quando omnimoda paritas intercedit in non facto, & in nulliter facto; ſecus cum diverſa militat ratio in utroque. Card. de Luca *litt. P. concl.* 87. *numer.* 14. & non procedunt ad effectum devolutionis, ſed ad alios, uti tribuendi jus ad percipiendos fructus &c.

Accedit, quod hæc ſententia non adverſatur Concordatis Germaniæ: quia hæc dant Ordinariis facultatem conferendi, quando intra tres Menſes Beneficii collationem a S. Sede factam eſſe non apparuerit. §. *de cæteris. verſ. quoties vero*: quod in caſu invalidæ collationis non verificatur, cum proviſionem a S. Sede factam fuiſſe omnino appareat, & id demonſtrent Bullæ; quia nullitas actus neceſſario ſupponit actum: & ideo quoad devolutionem paria non ſunt, Beneficium fuiſſe invalide collatum: & non fuiſſe collatum, ut ſupra oſtenſum eſt, ex *tit. cap. ſi elect.* juxta quod, ſi Epiſcopus alicui de Beneficio vacante in Curia ex defectu occulto invalide provideat, ad novam collationem integrum menſem habet, *gl. in d. cap. ſi electio. verb. integrum.* & ſi *cap. ſi electio cit.* diſpoſitio non prodeſſet Summ. Pontifici, ipſe eſset deterioris conditionis, quam inferiores collatores.

Et hæc ſententia clare oſtenditur ex Conſtit. 41. Gregor. XIII. quæ incipit. *Quæ in Eccleſiam* ubi §. 2. declarat, quod Collatores Ordinarii Germaniæ virtute Concordatorum poſt lapſum trium menſium a die notæ vacationis non poſſint conferre Beneficia vacantia, vel vacatura, de quibus intra dictum tempus trium menſium per Rom. Pontif. &c. qualiſcumque gratia, vel diſpoſitio, aut conceſſio facta fuerit: cum ergo dictio *qualiſcumque* comprehendat omnem modum, uti illa dictio *quoquomodo*. Barb. *de diction. diſt.* 299. *&* 300. & probatur *ex L. penes ff. de verb. ſignif.* comprehendet etiam collationem invalidam ex defectu occulto proviſi.

Præterea, cum caſus proviſionis a S. Pontifice nulliter factæ in ipſis Concordatis, vel alia conſtitutione declaratus non ſit, ſtandum eſt Juri Communi; quia, quod in concordatis, vel aliis pactis fuit omiſsum, ſub Juris communis diſpoſitione relictum intelligitur. Juxta *L. ſi cum dotem* 22. *ff. ſol. matr. L. commodiſſime* 10. *ff. de lib. & poſth.* Menoch. *de præſ. l.* 4. *præſ.* 26. *n.* 12. Barb. *axiom. lib.* 13. *c.* 21. *axiom.* 5.

Confirmatur hæc ſententia; quia ſingula Beneficia Eccleſiaſtica per appoſitionem manus Pontificiæ, remanent ſemper affecta. *Extravag. ad Roman. de præb.* ergo, quia qui totum dicit, nihil excludit, idem erit dicendum de Beneficiis vacantibus in menſe Pontificio, etiam juxta Concordata Germaniæ. Neque valet reſponſio, quod ſi hoc verum eſſet, poſſet Papa libere, & ſalvis Germaniæ concordatis per appoſitionem manus ſibi reſervare omnia, & ſingula Beneficia, etiam in menſibus Collatorum inferiorum. R. enim: quod ſi Pontifex vellet, poſſet prævenire, & uti jure præventionis, etiam in menſibus Ordinariorum. Ita fatentur Niclard. *in Concord. German. tit.* 1. *dub.* 11. §. 3. Branden. *ad Concord. q.* 12. *num.* 20. & communis apud alios; & quod S. Pontifex poſſit derogare Concordatis, diximus infra *in praxi Coadjutoriæ, circa finem, verſ. quod autem. num.* — & ita ſi præveniret, curreret regula affectionis per manus appoſitionem. Et ita loquendo de potentia, & authoritate Pontificis, ſequela nullum continet abſurdum. Quia tamen Clementia Summ. Pontificis non vult uti jure præventionis, ideo non habent, quod timent Germani.

Et cum ſimus in materia Concordatorum, alia duo 64
dubia circa illa hic proponere placuit. Et primum eſt: an trimeſtre ad conferendum Beneficium currat de momen-

mento in momentum, ita ut dies vacationis sit computandus in termino trimestris? & videtur quod non, *argum. gl. in cap. statutum 3. verb. numerandum num. 3. de præb. in 6.* ubi Barb. *n. 5. & 14.* Alex. *cons. 114. n. 6. l. 5.* Gomez *ad Reg. de infirmis. q. 37. vers. tamen.* Rebuff. *ad Concord. Gallia tit. de reg. ad Prælat. nom. §. 1. litt. H.* Rot. *in una Augustana Canonicatus 12. Januar. 1703. inter Hermanum Frider. de Shlan, & Joan. Guiliel. ab Ulm.* Ubi cum D. Canonicus Miller obiisset Augustæ 6. Julii 1700, & Sereniſſimus Episcopus contuliſſet dictum Canonicatum die 6. Octobris ejusdem anni, declaravit, collationem Episcopi nullam, eo quod non fuisset expiratum integrum trimestre.

65 Aliud dubium est, an trimestre currat Summ. Pontifici legitime impedito, imo post ejus mortem. Et visum aliquibus affirmative: quia sicut currit ignoranti, cum tamen ignorans dicatur legitime impeditus, ita etiam impedito ob infirmitatem veram, & gravem. Sed negativa videtur tenenda; quia quoad ignorantiam, est casus expressus in Concordatis, adeoque cum casus non exceptus maneat sub dispositione juris, & exceptio in uno firmet regulam in non excepto, videtur non militare argumentum. Ad hæc gravis infirmitas præstat in qualibet materia justum, & legitimum impedimentum. tex. expressus *in L. 2. §. confestim ad S. C. Tertul.* Castrens. *cons. 398. num. 3. lib. 2.* Sabell. *in sum. §. impedimentum num. 2. vers. quod legitime.* Rot. *decis. 386. in fin. coram Durand. & dec. 499. num. 6. part. 13. rec.* & in terminis Juris conferendi Sanch. *cons. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 59. num. 11.* Thesaur. *de pœn. Eccles. p. 2. verb. Beneficium cap. 9. vers. intra quod*, & quod post mortem Pontificis ante lapsum trimestris, & ita sede vacante non currat tempus (excipe Curata) tradit Paris. *de resign. lib. 11. quæst. 33. num. 124.* Ridolfin. *in prax. cap. 13. num. 562.* Scacc. *de appell. q. 15. num. 131.* Rot. coram Penia *decis. 317. num. 1. & decis. 381. n. 3. part. 16. rec.* Rebuff. ad terminos concordatorum Galliæ *tit. de reg. ad præl. nomin. litter. N. circa fin. & litt. O. vers. nec etiam.* Et ita decidit, Rot. *cit. in primo dub.*

66 Nunc revertendo ad viam, qua digressi sumus, conclusionem, quod Beneficia dicantur affecta, in quibus Pontifex apposuit manus, licet inutiliter ob incapacitatem subjecti, vel subreptionem. Limit. I. ut affectio non procedat, quando Beneficium ad effectum provisionis non vacat: uti si Beneficium alicui fuit collatum, qui nondum acceptavit; nam si interim Papa alii conferat, non erit affectum; sed si primus collatarius noluerit acceptare, vel cedat juri suo, aut decedat, poterit Ordinarius illud conferre. Selva *de Benef. q. 33. part. 3. num. 1.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellariæ 52. a num. 56.* Franch. & Ancharan. *in cap. si tibi absenti de præb. in 6.* Garz. *loc. cit. num. 150.* Limit. II. si Papa manum apposuit ad Beneficium vacaturum certo modo vacationis, uti per privationem: nam si tale Beneficium non vacaverit per privationem, non erit affectum; quia appositio manuum fuit conditionalis, & deficiente conditione non operatur. Rot. apud Garz. *loc. cit. num. 152.* Simonet. *de reservat. quæst. 60. a numer. 2.* Barbos. *de Jure Eccles. lib. 3. quæst. 13. a num. 92.* Limit. III. quando Papa apponit manum super Beneficio resignato, resignatio vero non tenet, ut quia verus valor non fuit expressus, vel ex alia causa; quia Papa non censetur manum apposuisse, nisi ad effectum, ut resignatio sequatur. Rot. apud Achil. de Grass. *decis. 119. de rest. spoliat.* Paris. *de resignat. lib. 12. quæst. 10. num. 1.* Gonzal. *loc. cit.* & Garz. *loc. cit. num. 156. seq.* Limit. IV. cum Papa providet de Beneficio uti reservato, quod tamen reservatum non est: quia tunc Beneficium non manet affectum. Æneas de Falcon. *q. 4. effect. 16.* Gonzal. *loc. cit.* & alii apud Garz. *l. c. num. 177.* Barbos. *loc. cit.*

67 Quæres: quis conferet Beneficia reservata Sede Pontificia vacante? Resp. quod Ordinarius. Zerol. *in prax. p. 2. verb. Beneficium §. 1.* Piasecus *in prax. p. 2. c. 5. n. 12.* Garz. *de Benef. p. 5. c. 1. num. 537.* Ventrigl. *de Jurepatr. annot. 2. §. 2. n. 72.* Rot. apud Merlin. *dec. 192. num. 5.* Barbos. *de Jur. Eccles. lib. 3. c. 13. n. 95.* Chockier. *ad reg. Cancell. reg. 1. n. 22.* quia tunc cessant regulæ Cancellariæ, & reservatoriæ. Piasecus, Zerol. & Barb. *l. c.* cum limitatione tamen *ut supra n. 58.* nisi Papa novellus in conferendo prævenerit Episcopo.

Plura de reservationibus Deo dante tradentur infra in praxi Regularum Cancellariæ. Et de Beneficiis in in commendam datis a Papa, quod remaneant affecta. Vide *infra n. 99.*

II. Beneficia confert Concilium Generale, dummodo Papa id specialiter permittat, & non aliter, quia Concilium non congregatur ad hunc effectum, nec de Jure in hac potestate est fundatum. Ita Thomistæ communiter apud Garz. quos ille sequitur, *de Benef. p. 5. cap. 2.* ubi Bellarmin. *tom. 1. contr. 4. lib. 2. vel tom. 2. contr. 1.* Tusc. *litt. C. concl. 549.* Decius & alii apud Felin. *in c. 1. de constit. & in cap. nonnulli de rescript.* Minus Collegium Cardinalium sede vacante potest conferre Beneficia *cap. ubi periculum de elect. in 6. Clem. ne Romana eod.* Corras. & alii apud Garz. *l. c. n. 6.* 68

III. Confert Legatus a latere, qui magnam habet authoritatem. Uti videri potest apud Paris. *de resign. l. 7. quæst. 13.* Garz. *de Benef. part. 5. cap. 3.* & si est Legatus duarum Provinciarum, propter connexitatem duorum territoriorum, potest expedire negotia unius Provinciæ in alia; quia ratione unius capitis censetur una Provincia. Potest quidem cognoscere de causis exemptorum: Diana *part. 1. tr. 2. resol. 16.* eximere tamen non potest; quia nihil potest facere in violationem Juris communis. Abb. *in cap. fin. de confirm. inut.* sicut non potest se ingerere in causa, quam Papa alii delegavit, vel in qua ille manus apposuit. *cap. studuit de Offic. Deleg.* Barb. *de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 5.* Chockier. *de Jurisd. Ordin. in exempt. part. 1. quæst. 3. num. 13.* Zechius *de Republ. Eccles. tit. de statu Legati num. 4.* Potest conferre Beneficia in sua Provincia, etiam spectantia ad collationem exemptorum: Item devoluta ad Pontificem: Concurrit cum Ordinario suæ Provinciæ, & potest prævenire, sicut Pontifex; non tamen in mensibus alternatis propter clausulam contrariam irritantem. Limita quoad Beneficia devoluta ad Episcopum, sicut non potest conferre, vel sibi reservare Cathedrales, Regulares, Collegiatas, Jurispatronatus Laicorum, neque alia Pontifici reservata, neque litigiosa. Garz. *de Benef. p. 5. cap. 3.* Tusch. *litt. L. conclus. 156.* Barbos. *sup. cit.* Paris. *loc. cit.* potest omne id, quod potest Episcopus in sua Diœcesi. Barb. *loc. cit.* potest sibi reservare Beneficia, potest commendare Parochiales ad sex menses, potest unire Beneficia, sine præjudicio tamen Episcopi. Idem potest in resignationum admissione, & in dispensationibus, quod Episcopus. Potest unire Beneficia servatis solennitatibus. Turricel. *de union. Benef. cap. 9. num. 46.* ubi Rot. Non potest authorizare alienationem bonorum Ecclesiæ sine speciali mandato Papæ. Villadieg. *tr. de Legat. quæst. 11.* Ant. de Prat. *de Jur. Episc. defens. cap. 5.* Garz. *de Benef. part. 2. cap. 1. num. 76.* Ciarlin. *contr. for. cap. 8.* Neque violare Jus commune. Ciarlin. *cap. 125.* Legatus Pontificius non potest puniri a Principe, apud quem agit legationem, licet delinquat contra Rempublicam; quia habet proprium tribunal. Del Bene *cap. 10. dub. 15.* Pignatel. *cons. 111. tom. 1.* ubi plurimi; quæ omnia, dempto ultimo, procedunt in Nuncio Apostolico. Concil. Trid. *sess. 6. cap. 5. de reform. cap. invitati. 9. q. 15. cap. 1. de tempor. ordin. in 6. & cap. quoniam de Offic. Ordin.* Sac. Cong. sub Innocentio X. *anno 1650. 30. Septembris.* Pignat. *cons. 1. tom. 2.* Barb. *de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 5.* Garz. *de Benef. p. 5. c. 3. §. 1.* 69

IV. Confert Ordinarius, ut patet ex dictis. Sicut etiam ille, qui est in quasi possessione conferendi, licet non habeat proprietatem, in tantum, ut provisus ab eo, qui est in quasi possessione, præferatur provisio a proprietario. *L. bona fidei ff. de acquir. rer. dom.* Abb. *in cap. gravis de rest. spol.* Covar. *lib. 1. var. resol. cap. 3.* Menoch. *de recuper. remed. 15. quæst. 40. num. 573.* Garz. *de Benef. part. 5. capit. 5. num. 1. argum. tex. in cap. querelam de elect. cap. cum olim & cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. posses.* Paris. *de resign. lib. 7. quæst. 23.* & Rot. apud Garz. *loc. cit.* Porro in materia collationis Beneficiorum nomine Ordinarii veniunt etiam inferiores, etiam carentes Jurisdictione. Dec. *in cap. post cessionem de præb.* Paris. *de resign. benef. lib. 8. quæst. 9. num. 2. & 27.* Garz. *de Benef. part. 5. cap. 4. num. 2. & seq.* licet de Jure communi veniant Episcopi: & in Beneficiis, ac præbendis Cathedralium, juxta probabiliorem, provisio spectat solum ad Episcopum, & Capitulum: quia cum Episcopus, & Capitulum sint unum corpus. 70

cap.

cap. novit. de his quæ fiunt a Prælat. æquum est, ut simul concurrant in provisione Beneficiorum, gl. & Abb. *in cap. cum Ecclesia de supplen. negl. Prælat.* Rebuff. *de nominat. q. 8. num. 3.* Cassad. *decis. 22. de præb.* Rot. apud Garz. *de Benef. p. 5. cap. 4. num. 17.* Et tunc Episcopus habet dimidiam vocem, & Capitulum unam vocem; ita ut si Episcopus uni conferat, etiam cum aliquibus Canonicis, major vero pars Capituli alteri conferat, neutra collatio valet. Felin. *in cap. pastoralis de rescr.* Rochus *de Jurepatr, verb. ipse, vel is, num. 7.* Lambert. *de Jur. patr. p. 2. lib. 1. q. 1. art. 27.* Cassad. *decis. 2. de Jurepatr.* Genuens. *in prax. cap. 63. numer. 24.* Rot. apud Garz. *cit. cit. num. 32. & seq.* contra Hostiens. *in cap. postulastis de concess. præb.* Limit. in locis, in quibus viget alia consuetudo, vel privilegium. Nomine Ordinarii venit etiam Capitulum sede vacante; de quo plura videri possunt apud Garz. *loc. cit. cap. 7. per tot.* Paris. *de resign. lib. 7. q. 23.* Quarant. *in verb. Capitulum sede vacante.* Genuens. *in prax. cap. 85. & 87.* Rebuff. *de devolut. a num. 57.* & Concil. Trid. *sess. 24. de refor. cap. 16.* Leo *in thes. for. Eccles. cap. 10. num. 7.* Marchet. *in prax. Vicarii Capitularis*, apud quos habebis potestatem Capituli, & Vicarii Capitularis. Vide etiam infra *in prax. Vicarii.*

§. VI.

Quibus sint conferenda Beneficia, & intra quod tempus, & quomodo?

71 Beneficia regulatia, Regularibus sunt conferenda, & sæcularia sæcularibus, non Novitiis, sed professis expresse. Sæcularia vero possunt dari Novitiis. Covar. *in cap. 2. de testam.* Garz. *de Benef. p. 7. cap. 10. arg. tex. in cap. nullus de elect. in 6. & in cap. Beneficium de regular. in 6. Clem. 1. §. sane, de stat. Monach.* Pax Jord. *de re Benef. lib. 10. tit. 27. a num. 18.* In dubio vero Beneficia præsumuntur sæcularia; quia Pontifex primus eorum institutor fuit sæcularis. Barbos. *de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 4. num. 41.* Navar. *cons. 8. de præb. num. 1.* Mascard. *de probat. concl. 172.* Covar. *in regul. possessor. p. 2. §. 1.* Zerol. *in prax. p. 1. verb. Beneficium vers. 12.* Garz. *de Benef. p. 7. cap. 10. num. 1.* Maresc. *var. resol. lib. 2. cap. 1. num. 97.* ubi Rota *decis. 2. de præb. in novis. num. 2.*

72 Difficultas est; an sæcularia, maxime curata, possint conferri Regularibus ex causa necessitatis, quando sæcularis idoneus non reperitur? affimant multi ob *cap. parochiali q. 1. cap. quod Dei timorem de stat. Monach.* ubi Abb. Tusc. *litt. B. concl. 66.* Sylvest. *verb. Relig. 7. q. 3.* dummodo Regulares non teneantur intra claustra habitare. Et ita pluries declaravit S. Congr. apud Garz. *l. c. cap. 10. num. 20.* Contrariam docent alii, sed excepto Episcoparu, cujus Regularis capax est. Covar. *in cap. 2. de testam.* Gratian. *discept. for. cap. 123.* & alii apud Garz. *loc. cit.* pro prima stat Barb. *de jure Eccles. lib. 3. cap. 4. num. 39.* qui plures citat. quoad simplicia etiam Canonici Regulares sunt incapaces, ut declaravit S. Congr. apud Garz. *loc. cit. num. 29. & 31.* Imo neque Parochiales ut declaravit Greg. XIII. apud Garz. *loc. cit. num. 32. & 33.* & DD. apud illum.

73 Beneficia, quæ a Regularibus fuerunt gubernata quadraginta annis, fiunt regularia, & econtra. Barb. *loc. cit. num. 43.* dummodo pacifice, & bona fide hoc fuerit factum. Tambur. *de Jur. Abb. tom. 3. disp. 9. q. 6.* Mascard. *de probat. concl. 172.* Navar. *cons. 8. num. 1. de præb. vel cons. 3.* Et si non constat de qualitate Beneficii, attenditur ultimus status. Mascard. *loc. cit.* Garz. *de Benef. p. 7. cap. 10.* vide etiam supra *num. 34.*

74 Beneficia Sacerdotalia, debent conferri Sacerdoti actu, neque in hoc Episcopus potest dispensare, etiam cum consensu Patroni. Concil. Trid. *sess. 25. cap. 5.* An vero sit Sacerdotale, vel non, in dubio attenditur observantia; secus in claris. *L. si de interpretatione. ff. de leg.* Ciarlin. *contr. for. cap. 38. num. 11. & 12.* Garz. *de Benef. p. 7. cap. 1. a num. 76.* Gratian. *disc. for. cap. 133. per tot.* Pacion. *alleg. 1.*

75 Beneficium dicitur Sacerdotale actu, cum præsentandus debet esse Sacerdos vi fundationis in ipsa præsentatione. Aptitudine dicitur Sacerdotale, cum verba fundationis non respiciunt actum præsentandi, sed prosecutionem, ut, quod teneatur celebrare tot Missas. Et licet Sacerdos possit celebrare per alium vi fundationis, non cessat Beneficium esse Sacerdotale aptitudine, uti in Parochia patet. In dubio tamen præsumitur simplex. Dicitur etiam sacerdotale Beneficium, si ultra onus Missarum in fundatione fuit dictum, quod præsentandus sit Sacerdos, vel Beneficium esse sacerdotale; tunc enim dicitur actu sacerdotale. Item, si in fundatione fuit dictum, quod Beneficiatus celebret per se ipsum. Garz. *de Benef. p. 7. cap. 1. §. 1.* Ciarlin. *contr. for. cap. 38. & cap. 1. & 211. num. 43.* Grat. *loc. cit.* Tusc. *litt. B. concl. 67.* Genuens. *in prax. cap. 24.* Merlin *decis. 825.* ubi Rot. *& 755.* Pacion. *alleg. 1.* & quando est sacerdotale aptitudine, præsentatus debet intra annum promoveri ad sacerdotium DD. *cit.* videri potest etiam Paris. *de resignat. lib. 4. q. 9.*

Beneficia sunt conferenda idoneis, & dignis etiam 76
non curata. Hinc Beneficii collatio facta non Clerico est nulla; quia sæculares sunt incapaces Beneficiorum. Garz. *de Benef. p. 7. cap. 1. num. 9.* Sic facta excommunicato est nulla, nec per supervenientem absolutionem convalescit. Paris. *de resign. lib. 4. q. 3. num. 48.* Covar. *in cap. alma mater p. 1. §. 7.* Garz. *de Benef. p. 7. cap. 13.* Bonacin. *de censur. disp. 2. q. 2. punct. 4. §. 1.* & collator pro ea vice privatur Jure conferendi. *ut supra num. 41.* Ita facta irregulari est nulla etiam ante sententiam. DD. *mox. cit.* & communiter Canonistæ contra aliquos Theologos. Ita facta suspenso, licet essent ejusmodi censuræ occultæ. DD. *cit.* & Diana *p. 5. tr. 10. resol. 2. & 7.* Riccius *in prax. collat. Benef. p. 3. resol. 119. & p. 2. resol. 114.* Idem de interdicto. Hinc facta concubinario publico, vel fornicario publico, est nulla. Diana *loc. cit.* Sic facta infami est ipso jure nulla, si sit infamia Juris, imo etiam in infamia facti; quæ tamen licet repellat a dignitatibus, vel Beneficiis obtinendis, non tamen privat obtentis. Abb. *in cap. querelam, & cap. super eo de elect.* Paris. *loc. cit. q. 3.* Contrariam sententiam, quod non sit nulla ipso jure, sed annullanda, tanquam æquiorem, defendit Garz *de Benef. p. 7. cap. 8. num. 47.* qui citat Navar. *cons. 1. de constit. & cons. 48. de regul. cons. 10. de simon.* Felin. *in cap. 2. de rescr.* Rochum, & alios; vide etiam quæ supra diximus *num. 38. circa fin.* sic facta non habenti ætatem, est nulla. Paris. *de resign. lib. 4. q. 9. numer. 5.* Riccius *in prax. Benef. resol. 342.* Garz. *de Benef. p. 7. cap. 4. num. 11.* Sic facta penitus illitterato, est nulla ipso jure. Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gl. 4.* Garz. *loc. cit. cap. 7. num. 12.* Vivian. *de Jurepatr. lib. 6. cap. 5.* Sperel. *decis. 112. num. 85.* Concil. Trid. *sess. 24. cap. 18. de reform. cap. fin. de tempor. ordin. in 6.* Hojed. *de incompatib. p. 1. a. fin. num. 28.* Menoch. *de arbitr. cas. 425.* Paris. *de resign. lib. 4. q. 4. nu. 3. & lib. 5. q. 3. a num. 67.* Zerol. *in prax. p. 1. verb. Ordo.*

Præterea Beneficii patronati collatio facta ab Episco- 77
po, spreto patrono, est nulla ipso Jure, nisi Patronus consenserit, vel non reclamaverit intra quadrimestre. *cap. cum dilectus de jurepatr.* Garz. *de Benef. p. 5. cap. 9. n. 231.* Riccius *in prax. Jurispatr. resol. 165. nu. 3.* Capon. *disc. for. 20.*

Sed, valetne Beneficii collatio facta ab Episcopo pu- 78
tativo? R. affirmative si adest error communis. Juxta *L. Barbarius ff. de offic. Prat. cap. infamis 3. q. 7.* Rot. apud Garz. *de Benef. p. 5. cap. 4. §. 2. num. 281.* multi requirunt etiam titulum, licet nullum, qui ex possessione decennali præsumitur. Garz. *loc. cit.* Quoad eum vero qui scivit impedimentum, vel est nulla, juxta Gabr. *de probat. concl. 8. &* Garz. *loc. cit. num. 310.* Paris. *de resign. lib. 7. q. 24. num. 48. & 49.* vel in ejus odium est annullanda.

Ad hæc Beneficii collatio facta per simoniam confi- 79
dentialem est nulla, licet conventio caruerit effectu. *cap. ea quæ. q. 3.* Abb. & Felin. *in cap. nobis de simon.* Lambertin. *de Jurepatr. p. 1. lib. 2. q. 9. a. 11.* Paris. *de resign. lib. 14. q. 7. & de confid. a quæst. 1.* Garz. *de benef. p. 8. cap. 1. numer. 3. & 20.* Diana *p. 10. tr. 16. resol. 13.* contra Navar. Covar. & alios apud cit. Garz.

Porro quantum ad modum, beneficia debent confer- 80
ri pure, & libere, aliter committitur simonia, si fiat sub conditione, vel alternative *cap. 1. de elect. in 6.* Garz. *de benef. p. 8. cap. 2.* Limita in permutatione. *Clem. plures de Jurepatr.* DD. apud Garz. *loc. cit.* Limit. secundo in conditione, quæ inest de Jure. DD. *cit.* & Covar. *var. resol. lib. 3. cap. 15.* modo conditio exprimatur eo modo, quo inest. Hinc collatio Parochialis facta sub con-

conditione: *ſi intra annum te feceris promoveri ad Sacerdotium*, non valet; quia hæc conditio non ineſt ſpecifice, prout exprimitur; ſi conditio eſſet ſuſpenſiva, ſecus ſi non eſſet ſuſpenſiva, uti dicta cum conditione, *ut facias te promoveri*, vel *modo te facias promoveri*. Vide Garz. *loc. cit. num.* 12. ubi Rot. Pariſ. *de reſign. lib.* 14. *q.* 6. *num.* 1. *& q.* 7. *a nu.* 22. Navar. *conſ.* 37. *ad q.* 1. *de ſimon.* Rot. apud Farin. *deciſ.* 137.

81 Ulterius: debent beneficia conferri ſine diminutione. *cap. un. ut beneficia &c.* Maſcard. *de prob. concl.* 313. Pariſ. *de reſign. lib.* 8. *q.* 9. *n.* 32. Garz. *de benef. p.* 8. *cap.* 1. *num.* 121.

82 Præterea collatio, vel proviſio debet carere ſub, vel obreptione, *cap. cum adeo de re jud. cap. ad aures, cap. conſtitutus de reſcript. cap. ſi motu proprio de præb. in* 6. ubi Abb. & Felin. Menoch. *de arbitr. caſ.* 201. *num.* 2. Farin. *in prax. p.* 1. *q.* 6. *num.* 46. Tuſc. *litt. S. concl.* 722. Sanch. *de matr. lib.* 8. *diſp.* 21. *num.* 3. quæ procedunt in Papa; nam in Ordinario non cadit ſubreptio; quia providet motu proprio. *Clem.* 2. *de Offic. Ord.* Abb. *in cap. cum noſtris num.* 19. *de conceſſ. præb.* Navar. *conſ.* 24. *de tempor. ordin.* Pariſ. *loc. cit.* Garz. *de benef. p.* 8. *cap.* 3. *num.* 3. Et licet falſa expreſſio, quæ movere potuit Pontificem veriſimiliter ad concedendum facilius gratiam, faciat illam ſub, vel obreptitiam, licet Pontifex alias eſſet conceſſurus, juxta *c. poſtulaſti de reſcript.* ubi Abb. & Felin. Caſſad. *deciſ.* 12. *de præb.* Pariſ. *de reſign. lib.* 10. *q.* 3. *nu.* 46. & Rot. apud Garz. *de benef. p.* 6. *cap.* 2. *num.* 197. Tamen non omnia tacita, quorum expreſſio movere potuiſſet Pontificem ad denegandam gratiam, illam vitiant, ſed illa ſolum, de quibus reperitur expreſſum, & quæ ex Juris diſpoſitione debent exprimi, vel de quibus in jure eſt cautum, quod eis expreſſis, gratia non fuiſſet conceſſa. Felin. *in cap. poſtulaſti de reſcript.* Selva *de benef. p.* 3. *q.* 11. *num.* 48 Navar. *conſ.* 1. *de conſtit. q.* 19. *& conſ. ult. de cognat. ſpir.* Maſcard. *de prob. concl.* 846. *num.* 2. Pariſ. *de reſign. lib.* 6. *q.* 2. *num.* 86. Farin. *loc. cit.* Rot. apud Garz. *loc. cit. p.* 8. *cap.* 3. *num.* 20. vel in his, quæ de ſtylo Curiæ exprimi debent. Menoch. Maſcard. & Garz. *loc. cit. n.* 21.

83 Collatio Beneficii debet fieri intra ſemeſtre, exceptis Patronis Laicis, qui habent quadrimeſtre, & prima dignitate; ſcilicet Epiſcopatus, vel Præpoſituræ apud Regulares, ad quas eligi quis debet intra trimeſtre. Vide Garz. *de benef. p.* 10. *cap.* 2. *argum. cap. nulla de conceſſ. præb. & cap. licet de ſupplen. neglig.* Rebuff. *in prax. tit. de devolut. cap. un. de jurepatr. in* 6. Limita in Papa, cui nullum tempus eſt præſcriptum. Porro tempus computatur a die ſcientiæ veræ, vel præſumptæ, uti quo ſcire potuit, vel debuit collator. *cap. quia diverſitatem de conceſſ. præb. & d. cap. licet*, ubi Abb. Zerola *p.* 1. *verb. Juſpatronatus* §. 8. *dub.* 1. Rebuff. *loc. cit. num.* 10. & hoc tempus non currit impedito, ſive fuerit impedimentum juris, ſive facti. Garz. *loc. cit. a num.* 16. *ubi Rota*.

§. VII.

Quomodo Beneficia vacent?

84 Et quia ſupra diximus, beneficium alicui conferendum debere eſſe vacans, ideo hic tradendum duximus, quomodo Beneficia vacent. Pro quo aliter eſt diſcurrendum de manualibus, aliter de perpetuis. Nam quoad manualitatem per amotionem vacant, quia poſſunt aufferri Beneficiato ad nutum etiam ſine cauſa, dummodo abſit malitia. Garz. *de benef. p.* 1. *cap.* 2. §. 1. *num.* 88. Gratian. *diſcept. for. c.* 167. *num.* 22. neque in illis procedit regula de triennali. Garz. *loc. cit. num.* 89. apud quem Rot. *deciſ.* 739. *p.* 11. *diverſ.* Cardin. *in Clem.* 1. §. *præmiſſa num.* 4. *de ſupplen. negl. Prælat.* Dec. *in cap. ad noſtras de confirm. util.* non cadit ſub reſervatione. Merlin. ubi Rot. *deciſ.* 61. *gl. in Clem. un. de ſuppl. negl. Prælat.* Gonzal. *ſuper reg.* 8. *Cancell. gl.* 5. §. 6. *num.* 9. Garz. *loc. cit. num.* 67. Probatur autem eſſe manuale primo ex pluribus enunciavitis in proviſionibus factis, antiquis tamen, quæ habent vim famæ. Abb. *lib.* 1. *conſ.* 54. *n.* 3. Rot. apud Merlin. *deciſ.* 61. Item ex proviſionibus factis ad nutum Collatoris, & ex remotione Beneficiatorum. *c. cum ad Monaſterium de ſtat. Monach. c.* 1. §. *fin. de privil. in* 6. Caſſad. *deciſ.* 8. Gonzal. *loc. cit.* Rot. apud Merlin. *deciſ.* 61. *num.* 3. & 4.

85 Præterea beneficia Regularia de ſui natura ſunt manualia, niſi ſint Curata, aut electiva. Caſſad. *deciſ.* 12. *num.* 4. *de præb.* Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 11. *q.* 3. *num.* 81. Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 2. §. 1. *num.* 67. apud quem Rot. ſicut Beneficia ſæcularia de ſui natura perpetua ſunt. Garz. *loc. cit. num.* 70. Tuſc. *litt. B. concl.* 55. Abb. *in cap.* 2. *de arbitr.* Caſſad. *deciſ.* 4. *num.* 2. *& deciſ.* 12. *n.* 9. Gonzal. *loc. cit.* Imo reſpectu Papæ omnia beneficia ſunt manualia. Menoch. *de præſ. lib.* 2. *præſ.* 10. *n.* 2. & DD. in *c. quæ in Eccleſ. de conſtit.* Gigas *de penſ. q.* 10. *n.* 6. *&* 7. Simonet. *de reſerv. q.* 2. *n.* 6. Azor. *inſtit. mor.* 2. *p.* 6. *lib. c.* 1. *q.* 1. Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 2. §. 1. *n.* 70. *& p.* 5. *c.* 1. *n.* 2. *& ſeq.* Et ſæcularia, poſſunt etiam eſſe manualia ex fundatione. Lapus *alleg.* 67. Azor. *loc. cit.* Garz. *ut ſup. num.* 72.

Beneficia ſæcularia perpetua vacant I. per mortem Beneficiati: quia mors omnia ſolvit. *c. ſuſceptum. de reſcript.* Garz. *de benef. p.* 11. *cap.* 2. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 1. 86

II. Vacant per matrimonium, etiam copula non ſecuta; & quidem ipſo facto. *c.* 1. *& c. diverſis de Cler. conjug.* Capel. Tholoſ. *deciſ.* 240. Maſcard. *de prob. concl.* 182. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 42. *num.* 4. Gratian. *diſcep. for. c.* 5. *num.* 39. Garz. *de benef. p.* 11. *c.* 8. Covar. *in* 4. *p.* 1. *vel* 2. *c.* 6. a. 3. *num.* 4. Pariſ. *de reſign. lib.* 1. *q.* 1. *num.* 12. Licet uxor, matrimonio nondum conſummato, ingrederetur Religionem, & ita matrimonium ſolveretur juxta *cap. ex publico de converſ. conjug.* DD. *ſup. cit.* & Gigas *de penſ. q.* 54. *num.* 8. Licet matrimonium fuiſſet initum cum Conſanguinea & ita eſſet nullum. Gigas *loc. cit.* Tiraquel. *de retract.* §. 26. *gl.* 2. *num.* 9. Navar. *in manual. c.* 25. *num.* 119. Pariſ. *loc. cit. lib.* 1. *q.* 1. *num.* 12. & plures apud Garz. *de benef. p.* 11. *c.* 8. *nu.* 4. qui limitat hoc in ignoranter contrahente, qui non amittit Beneficium ipſo jure, imo nec eſt privandus per ſententiam, ſicut qui ſcienter contrahit matrimonium nullum: nam in primo caſu non facit actum Beneficio contrarium, & ita non dicitur Beneficio renunciare, ſicut in ſecundo, quando ſcienter nulliter contrahit, & non peccat ignoranter contrahens, ſicut contrahens ſcienter, & peccans non debet eſſe melioris conditionis. Garz. *loc. cit.* & DD. *cit.* videri etiam poteſt Sanch. *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 37. Limita ſi matrimonium fuit nullum ex defectu conſenſus Clerici contrahentis, uti ob amentiam, vel metum, aut vim; tunc enim nec per ſententiam amittet Beneficium. Gratian. *loc. cit.* Garz. *loc. cit.* Gig. *loc. cit.* Rot. apud Garz. *loc. cit.* 87

Sed quid ſi matrimonium eſſet nullum ex defectu conſenſus mulieris ob furorem &c. R. ſecundum aliquos, quod tunc Clericus contrahens non amittit Beneficium; quia idem eſt, ac ſi contraxiſſet cum ſtatua, vel dormiente. Gig. *loc. cit. num.* 10. ſed contrarium tenet Staphil. *tit. de var. mod. vacationis* §. *quintus &c.* Azor. *cit. c.* 16. *q.* 6. Farin. *p.* 4. *q.* 38. *n.* 114. & alii apud Garz. *loc. cit. n.* 10. *& ſeq.* Secus ſi eſſet nullum ob defectum conſenſus legitimi mulieris; nam tunc ſi ſcienter contraxit Clericus, amittit Beneficium ipſo jure. Gig. Farin. Garz. cum aliis *l. c.*

Quid ſi matrimonium fuit nullum ob non ſervatam formam Concil. Trid. R. ſecundum Garz. *loc. cit.* quod tunc non amittat Clericus contrahens Beneficium ipſo jure; quia ex contractu nullo ob defectum formæ &c. non incurritur pœna ipſo jure. Ita Rot. quam citat Garz. *loc. cit. num.* 15. Tiraquel. *de retr.* §. 1. *gl.* 2. *n.* 6. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 2. *num.* 8. quia tunc actus habetur pro non facto. & *lib.* 7. *diſp.* 48. *n.* 8. Ita qui in ſacris conſtitutus attentavit matrimonium, non privatur ipſo jure Beneficio, ſed eſt privandus. *gl. fin. in cap.* 1. *de Cler. conjug.* Maſcard. *de prob. concl.* 182. Farin. *loc. cit. num.* 104. & alii apud Garz. *loc. cit. num.* 17. Contrarium tenet Staphil. *loc. cit.* Capell. Tholoſ. *deciſ.* 240. *num.* 4. Azor. *loc. cit.* cum aliis, quos citat Garz. *loc. cit.* qui volunt, talem eſſe privatum ipſo jure. Vide Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 8. *ſeq.* Ventrigl. mox citandus contra Garz. & Rota apud Barb. *loc. cit.*

Certum tamen eſt, non privari etiam per ſententiam, qui contraxit ſponſalia per verba de futuro. Rot. & DD. *ſup. cit.* apud Garz. *loc. cit. num.* 19. quos ipſe ſequitur. Ventrigl. *de Jurepatr. annot.* 3. §. 1.

Quod dictum eſt de Beneficiis, procedit etiam in penſionibus, quæ fuerunt reſervatæ pro beneficio, &

illi

illi ſubrogaræ. Garz. *loc. cit.* Gig. *de penſ. q.* 54. Clar. *in §. fin. q.* 73. Covar. *in 4. p. 2. cap. 6. §. 3.* Sanch. *de mater. lib. 7. diſp.* 44. Garz. *de benef. p. 1. c. 5. num.* 105. ubi Rot. ſæpius Pariſ. *de reſign. lib. 1. q. 1. num.* 15. *& lib. 6. q. 2. num.* 115.

88 III. Vacat Beneficium per ingreſſum Religionis ſecuta tacita, vel expreſſa profeſſione, ſicut & penſiones, juxta ſuperius dicta. *cap. Beneficium de Regul. in 6.* Pariſ. *de reſign. lib. 5. q. 6. n.* 164. Gonzal. *ad regul. de menſibus gl. 15. n. 45.* Tuſc. *litt. B. concl.* 72. Garz. *de benef. p. 11. c. 9. n. 1.* ubi Rot.

89 IV. Vacant ipſo jure per militiam ſæcularem; quia videtur talis beneficio renunciaſſe. *c. ult. ubi gl. de Cler. conjug.* Clar. *in §. fin. q.* 73. *n.* 6. Gig. *de penſ. q.* 55. *n.* 2. Pariſ. *de reſign. lib. 1. q. 1. n.* 22. *& de conſid. q. 9. num.* 25. Vivian. *de Jurepatr. p. 2. lib. 5. nu.* 58. *c. 5.* Ciarlin. *contr. for. c.* 36. *num.* 43. Azor. *inſt. mor. p. 2. lib. 7. c.* 15. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 3. c.* 14. *n.* 31. *& de pot. Epiſc. alleg.* 57. *n.* 216. qui citat alios; adeo, ut licet ex integro redeat ad Clericatum, non recuderet Beneficium, licet alii nondum fuerit collatum. DD. *ſup. cit.* & Barboſ. *loc. cit.* Idem dic de penſionibus. DD. *mox cit.* & Gig. *de penſion. p.* 55. Pignatel. *tom. 2. conſ.* 2. qui tamen vult prærequiri monitionem, cum ſtatus militiæ non ſit perpetuus, ſicut matrimonium. 86 87

90 V. Vacant Beneficia per promotionem ad Epiſcopatum, vel Abbatiam, poſt aſſecutam pacificam eorum poſſeſſionem. *cap. cum in cunctis de elect.* Hojed. *de incompat. benef. p. 1. cap.* 4. Pariſ. *de reſign. lib. 3. q. 1. n.* 78. Garz. *de benef. p. 11. cap.* 6. Gig. *de penſ. q.* 56. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap.* 14. *num.* 24. Dummodo Epiſcopus fuerit etiam conſecratus, vel lapſum fuerit tempus, intra quod debet conſecrari, & ad hunc effectum ſufficit quaſi poſſeſſio, ſi nimirum per illum ſtetit, quod non acquiſiverit poſſeſſionem. Abb. Innoc. & Joan. Andr. *in d. cap. cum in cunctis.* Gig. *loc. cit.* Navar. *conſ.* 14. *de elect.* Riccius *in prax. p. 3. reſ.* 455. *num.* 11. Garz. *loc. cit.* ubi Rot. & apud Merlin. *deciſ.* 151. *num.* 7. Limita prædicta, niſi adſit indultum Apoſtolicum illa retinendi, quod impedit vacationem, quæ alias per ſubſequentem promotionem induceretur, & efficit, ut promotus eadem retinere valeat abſque innovatione tituli, quæ non prius proinde vacant, quam per ſubſecutam mortem promoti, modo tamen indultum retinendi ſit conceſſum ante ipſam vacationem, ſeu ante ipſam promotionem. Quod ſecus eſſet, ſi illud conceſſum fuiſſet poſt ſecutam vacationem per promotionem, tunc enim gratia retentionis, ipſam præcedentem vacationem non tollit; ſed tantum ejus effectum uſque ad mortem promoti ſuſpendit; Qua ſecuta, fit collatio Beneficii tanquam de vacante per promotionem &c. ut concordando authoritates diſtinxit Rot. *in una Mogunt. Canonicatus Lunæ. 26. Januar.* 1665. quæ inter alias eſt *deciſ.* 246. *p.* 14. *rec.* porro

Hæc beneficia non vacant per promotionem ad Epiſcopatum, ſi hic eſſet tantum titularis, ut in partibus infidelium; quia promotus non aſſequitur poſſeſſionem hujus Epiſcopatus. Riccius *in prax. Epiſc. titul. reſ.* 434. *in p.* 4. Rot. apud Merlin. *deciſ.* 151. Ventrigl. *de Jurepatr. annot.* 3. §. 1. *num.* 30. Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 3. quæſt. 1. a num.* 89.

91 VI. Vacant per renunciationem, ſeu reſignationem ex cauſa permutationis, & non poſſunt conferri, niſi permutantibus. Pariſ. *de reſign. lib. 1. q. 5. a num.* 15. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 3. c.* 14. Garz. *de benef. p. 11. cap.* 4. Tuſc. *litt. P. concl.* 303. Rot. apud Garz. *loc. cit. n.* 4. neque poteſt ad illud renuncians redire, niſi ex nova collatione, licet permutatio non ſequatur, vel non teneat. Maſcard. *de prob. concl.* 1401. Rebuff. *in prax. tit. de permut. num.* 11. Garz. *de benef. p. 11. c.* 4. *num.* 5. ubi Rot. niſi permutatio fuiſſet facta in manibus Papæ; tunc enim permutans ſine nova collatione poteſt redire ad ſuum Beneficium. Pariſ. *lib. 1. q.* 14. *n.* 74. *de reſign.* Garz. *l. c.* ubi Rot. ſæpius.

92 VII. Vacat Beneficium per aſſecutionem alterius incompatibilis. *cap. de multa de præb. cap. quia non nulli de Cler. non reſid. Extravag. Execrabilis §. qui vero, de præb.* Concil. Trid. *ſeſſ. 7. c.* 4. *de reform.* Cochier. *ad reg.* 8. *Cancell. gl. 7. num.* 13. Vivian. *de Jurepatr. lib. 5. cap. 5. n.* 36. Lotter. *de re benef. lib. 3. q.* 13. Garz. *de benef. p. 11. c. 5. §. 3. a num.* 261. Barb. *de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap.* 14. *num.* 20. quia plura beneficia in eodem ſubjecto ſunt incompatibilia. DD. *cit.* Sed quoad incompatibilitatem ſunt conſideranda quatuor tempora. Primum eſt ante Concil Later. ſub. Alex. III. juxta *d. c. non nullis de Cler. non reſid.* in quo obtinens duo Curata, vel duas dignitates, aut alia incompatibilia, habebat optionem retinendi, quod vellet, & unum tenebatur dimittere. juxta *c. referente, & cap. præterea de præb.* Secundum eſt, tempore Concil. Lateran. ſub Alex. III. in quo obtinens duo Curata, &c. non habebat optionem, ſed per ſententiam privabatur ſecundo. Tertium fuit Concil. Lateran. ſub Innoc. III. in quo, recipiens ſecundum curatum, vel dignitatem &c. ipſo facto amittebat primum, & ſi illud retinere contendebat, privabatur etiam ſecundo per ſententiam. *ut in cap. de multa de præb. & in cap. dudum de elect.* Quartum tempus eſt Extravag. Execrabilis ſub Joan. XXII. In qua, recipiens ſecundum Beneficium Curatum, aut Dignitatem, perſonatum, ſeu Officium, primum vacabat ipſo jure, poſt captam poſſeſſionem ſecundi, vel ſi per ipſum ſteterit, quominus caperet. Quia vero dictum *c. quia nonnulli, & c. de multa, & Extravag.* Joann. XXII. tantum loquuntur de Beneficiis curatis, & Dignitatibus, ac perſonatibus, vel Officiis; ideo per hæc jura non fuit correctum *c. referente, &c. præterea*, in aliis Beneficiis incompatibilibus, ut in Curato cum Canonicatu, vel in duobus ſimplicibus reſidentiam requirentibus: & ſic in aſſecutione ſecundi non vacat ipſo jure primum, ſed manet optio poſſidenti, remittendi, quod mavult. Lapus *alleg.* 116. Abb. *in c. cum in cunctis de elect. & in c. fin. de Cler. non reſid.* Hojed. *de incompatib. c. 9. num.* 5. *& c.* 11. *&* 12. Tuſc. *litt. B. concl.* 69. Pariſ. *de reſign. lib. 3. q. 1. num.* 132. *&* 138. Rot. apud Garz. *de benef. p. 11. cap. 1. num.* 65.

Succeſſit dein quintum tempus Concil. Trid. *ſeſſ. 7. cap.* 4. *de reform.* in quo recipiens, & retinens plura Curata, aut alias incompatibilia, ſive per viam unionis, ſive commendæ contra conſtitutionem Innocent. III. quæ incipit *de multa*; Beneficiis ſic receptis, ipſo jure privatur. Neque obſtat idem Concil. *ſeſſ. 24. c. 17. de reform.* ubi dicitur: quod obtinens duas Parochiales, una retenta, aliam intra ſex menſes dimittere teneatur: quia Concilium loquitur de obtinentibus tunc, ſcilicet tempore Concilii duas Parochiales; non vero loquitur de pluribus Parochialibus, aut alias incompatibilibus poſt Concilium obtentis, ut patet legenti, & bene obſervavit Garz. *de benef. p. 11. c. 5. n.* 77.

Dubitatur: an Concil. Trid. *cit. ſeſſ. 7.* ſit intelligendum etiam in Beneficiis reſidentiam requirentibus, etiam ſimplicibus, vel alias quomodolibet incompatibilibus, ut vacet primum ipſo jure, per adeptionem ſecundi? affirmant Navar. *conſ.* 17. *de præb.* & alii, uti Paris, & Zechius. Negativam tamen tuetur Garz. *de benef. p. 11. c. 5. num.* 83. Hojed. *de incompat. c. 9. num. 5. & c.* 11. qui volunt, Concilium loqui de duobus curatis, vel uno Curato, & Canonicatu, & plures citat declarationes Sac. Congr. & Rotæ deciſiones. 93

Porro ut primum vacet, requiritur ſecundi poſſeſſio pacifica, non ſolum de facto, ſed etiam de Jure. Tuſc. *litt. B. concl.* 69. Hojed. *de incompatib. c.* 4. Maſcard. *de prob. concl.* 183. Pariſ. *de reſign. lib. 3. q. 1. num.* 132. *& ſeq.* Garz. *de benef. p. 11. c. 5. num.* 105. ubi Rot. & apud Merlin. *deciſ.* 46. Dicitur autem pacifica poſſeſſio, quando Beneficiatus intra duos menſes non fuit turbatus. DD. apud Garz. *loc. cit. num.* 110. Caſſad. *deciſ. 9. de cauſ. poſſeſſ. num.* 2. Bellamer. *deciſ.* 596. ſufficit autem ad hunc effectum, quod per Beneficiatum ſtet, quominus habuerit. *d. c. de multa, & cap. licet, de præb. in 6.* Abb. *in d. c. de multa.* Burſat. *conſ.* 353. Pariſ. *loc. cit.* Garz. *loc. cit. num.* 100. Inſuper poſſeſſio non tantum debet eſſe pacifica ratione tituli, vel exercitii Curæ, ſed etiam ratione bonorum, & fructuum, ſaltem majoris partis eorum. *c. ſi tibi, de præb. in 6.* ubi gloſ. & Abb. Rot. *deciſ. 3. de præb. in nov.* Caſſad. *d. deciſ. 9.* Hojed. *de incompat. c. 13. num.* 48. *&* 80. Garz. *de benef. p. 11. c. 5. num.* 122. Riccius *in prax. benef. reſol.* 343. *part. 1.* Et hæc incompatibilitas non tantum reperitur in beneficiis perpetuis, ſed etiam in manualibus, quæ ſunt aptitudine perpetua. Hojed. *loc. cit. c. 10. p. 2. num.* 13. *&* 14. & DD. apud Garz. *loc. cit. num.* 181. ubi Rot. Abb. *in c. 1. de conſuet. in 6.* Caſſad. *deciſ. 4. num. 2. & deciſ. 52. num. 9. de præb.* 94

Duo beneficia ſub eodem tecto, ſive ſint dignitates, 95

tes, Perſonatus, Officia, vel Canonicatus, præbendæ, vel ſimplicia uniformia, ſunt incompatibilia, adeo ut per aſſecutionem ſecundi vacet primum ipſo Jure *cap. de multa, de præb. c. litteras, de conceſſ. præb. c. 1. de conſuet. in 6. Clem. fin. de præb.* Navar. *conſ. 16. de præb.* Hojed. *loc. cit.* Pariſ. *de reſign. lib. 3. quæſt. 1.* Tuſc. *litt. B. concl. 64.* Garz. *de benef. p. 11. c. 5. §. 2. num. 182.* Neque valet ſtatutum Epiſcopi in contrarium, neque conſuetudo, etiam immemorabilis. Concil. Trid. *ſeſſ. 7. c. 4.* Antonel. *de regim. Eccleſ. lib. 3. c. §. 2.* Barboſ. *de offic. Epiſc. p. 3. alleg. 72. n. 12.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gl. 10. num. 34.* contra Zerol. *in prax. p. 1. verb. Beneficia §. 7. concl. 6.* a cujus ſententia cavendum eſſe dicit. Garz. *loc. cit. num. 186.* Difformia vero non ſunt incompatibilia, ſed poſſunt ſimul retineri in eadem Eccleſia, ſaltem ex diſpenſatione Epiſcopi. juxta gloſ. *in cit. c. 1. de conſuet. in 6. verb. niſi unicam*, Navar. *conſ. 18. de præb.* Azor. *part. 2. lib. 3. cap. 50. quæſ. 6. & lib. 6. c. 11. quæſ. 2. & 4. & c. 12. quæſt. 6.* Garz. *loc. cit. num. 235. & 374.* apud Pac. Jord. *de re benef. lib. 10. tit. 28. num. 4.* qui ibidem tenet nulla in hoc paſſu opus eſſe diſpenſatione. Rebuff. *in concordatis de mandat. Apoſtol. §. 1. verſ. ita tamen.* Gonzal. *l. c.* & declaravit S. Congr. Barboſ. *loc. cit. alleg. 62.* Antonel. *de regim. Eccleſ. lib. 3. c. 3. §. 2. num. 14.* maxime ſi concurrat conſuetudo. Pariſ. *de reſignat. lib. 3. quæſt. 1.* Genuen. *in prax. c. 64.* Gratian. *diſc. for. cap. 133.* dummodo alias non ſint ſibi repugnantia ratione reſidentiæ, ſeu ſervitii, & dummodo non ſint plura quam duo. Garz. *l. c. n. 238.*

Dicuntur autem beneficia ſub eodem tecto, quando unum eſt in Eccleſia, alterum in Capella, clauſtro, vel ambitu contiguis Eccleſiæ. Rot. apud Garz. *l. c. n. 259.* ſi vero capella, vel cœmeterium non eſſent Eccleſiæ contigua, ſed extra illius ſepta, tunc beneficium ibi ſitum non cenſeretur eſſe in Eccleſia *arg. tex. in c. ſi Civitas, de ſent. excom. in 6.* Garz. *loc. cit.* licet beneficiatus haberet aliquod miniſterium in Eccleſia.

96 Beneficia duo, quæ requiruntur reſidentiam, ſunt incompatibilia. Abb. *in c. extirpandæ, de præb.* Hojed. *de incompat. c. 13.* & patet ex Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. c. 17.* Zerol. *q. 1. V. Beneficium §. 7. & p. 2. verb. incompatib. §. 2.* apud Garz. *loc. cit. §. 3. num. 261.* dummodo reſidentia ſit præciſa, requiſita ratione tituli, & ſub pœna privationis; ſecus, ſi eſt tantum neceſſaria cauſative, ut fructus percipi poſſint; quia tunc beneficia non ſunt incompatibilia. Abb. *in c. fin. de Cle. non reſid.* Navar. *conſ. 4. eod. tit. num. 1.* Gratian. *diſ. for. c. 133. a num. 25.* Garz. *loc. cit.* & declaravit S. Congr. ut teſtatur idem Garz. *p. 3. c. 2. num. 188.* Antonel. *de regim. Eccleſ. lib. 3. c. 3. num. 7.* Puteus *deciſ. 441. lib. 1. num. 4.* Cavaler. *deciſ. 561. num. 6.* & alii apud Gonzal. *ad n. 7.* Et in dubio an quis teneatur ad reſidentiam præciſam, vel cauſativam, intelligitur de cauſativa. Gratian. *loc. cit.* & reſidentia præciſa non dicitur ex onere canendi ſingulis diebus impoſito beneficiato, ſub pœna, in caſum contraventionis, privationis fructuum, ſed tunc dicitur cauſativa. Bichius *loc. cit.*

97 Sed quid dicendum de duobus beneficiis, quorum neutrum requirit aliquam reſidentiam, ſi unum tamen illorum eſt ſufficiens ad congruam ſuſtentationem? Reſp. quod de jure communi & ante Concil. Trid. ſecundum communem DD. non erant incompatibilia, nec illorum retentio illicita. ita Innoc. *in cap. fin. de Cler. non reſid. & in c. cum jam dudum, de præb.* Lapus *alleg. 36.* Cardin. *in cit. c. cum jam dudum.* Rebuff. *de præb. tit. de diſpenſ. æt.* Tuſc. *litt. B. concl. 61.* & alii. Communior tamen erat contraria, niſi juſta adſit cauſa; ut Eccleſiæ neceſſitas, utilitas &c. gloſ. *in c. dudum il. 2. de elect. verb. intitulatam: & verb. retinere* ibi: *nota, quod qui habet plura beneficia; quorum alterum per ſe ſufficeret, non poteſt ſine peccato mortali retinere:* quam gloſſam, eſſe celeberrimam, & memorandam teſtatur Navar. *de orat. miſcell. 62. n. 1. verſ. cui addo.* Hojed. *de incomp. p. 1. c. 19. num. 1. & 8.* Pariſ. *de reſignat. lib. 3. quæſt. 1. n. 138. & lib. 5. quæſt. 6. a num. 115.* Leo *in theſ. for. Eccleſ. p. 3. c. 1. num. 25. ſeq.* Sylv. *in ſum. verb. Beneficium 4. num. 2.* Abb. *in cit. c. dudum. num. 36. & in c. cum jam dudum. n. 8. de præb. & in repet. §. quia vero num. 34. eod. tit. & in c. conquerente. 2. de Cler. non reſid.* & alii plurimi apud Laym. *in theol. mor. lib. 4. tr. 2. c. 8. a n. 2.* ubi S. Thom. *quodlib. 9. art. 15.* & S. Bern. *Epiſt. 271. ad Com. Theobald. & de conſider. ad Eugen. Papam lib. 3. cap. 6.* & apud Pac. Jord. *de re Beneficiar. lib. 10. tit. 28. a n. 44.* & apud Garc. *de benef. p. 11. c. 5. num. 268.* qui ultimus tamen adhæret primæ, non quidem de rigore juris, ſed ex conſuetudine. ut *num. 273.* dummodo non eſſet nimia pluralitas Beneficiorum: quam conſuetudinem eſſe tolerabilem dicit Sot. Aragon. Cordub. & alii apud Garciam *l. c.* & juxta illa quæ tradit Hojed. *loc. cit. p. cap. 21.* nam etiam duo beneficia incompatibilia poſſunt retineri ex conſuetudine, ut tenuit Federic. de Sen. *conſ. 206.* & tenuit Rot. *in una Terracon. 20. Martii 1588. coram Bubalo.* quare, ſi prædictorum DD. opiniones veræ ſunt, & procedunt in utroque foro, ſententia Innoc. & ſequacium, maxime ubi Concil. Trid. non fuit uſu receptum, poterit tuto ſequi, & in conſcientia practicari, uti expreſſe tenet Garz. *loc. cit. nu. 335.* Dian. *mor. p. 10. tr. 13. lib. 3. miſcel. reſ. 1.* Antonel. *de regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 3. num. 23.* Quamvis quod obſervantia, & contraria conſuetudo ſuper retentione plurium beneficiorum, quorum unum ſufficit ad honeſtam ſuſtentationem, non valeat, nec a mortali excuſet, major pars DD. defendat. ut Abb. *in d. repet. §. quia vero num. 36.* Bertach. *in d. repetit. verſ. Beneficiorum ſufficientia.* Lopez *inſtruct. conſcient. tom. 1. cap. 251.* Hojed. *de incomp. p. 1. cap. 19. numer. 1. & 8.* Pariſ. *de reſign. lib. 5. quæſt. 6. num. 119.* ubi de communi. Azor. & alii quos refert Garc. *loc. cit. num. 270.* addo Barboſ. *de pot. Epiſc. alleg. 62.* ibi *cui Concilio Trid. ſi quis contra facere intenderit, mortifere peccabit, & vivet in ſtatu damnationis &c.* & alii. In hac quæſtione adeo inter DD. dubia, & diſputata, plura qui deſiderat pro aſſecuratione ſuæ conſcientiæ, videat ultra DD. citatos Paulum Rubeum *in annot. ad deciſ. 90. Rotæ Romanæ part. 9. recent. tom. 1.* qui textibus, authoritatibus, rationibus, & exemplis, probare intendit hanc retentionem plurium Beneficiorum licitam non eſſe, contra Innoc. &c. videat etiam S. Thom. *quodlib. 9. art. 15.* ubi contrariæ conſuetudini favet, quatenus opponitur Sacris Canonibus, & juri poſitivo, ſecus quatenus opponitur juri naturali, propter inconvenientia ibidem poſita, quæ ſequerentur, niſi aliquæ circumſtantiæ illa tollerent & retentionem cohoneſtarent, & alios, quorum ſententiam in praxi ſequeret, tanquam veram. Hoc unum non omittam, quod diſpenſatus ad plura beneficia recipienda non ideo cenſetur diſpenſatus ad illa retinenda, ut reſpondit Rot. coram Clem. VIII. *dec. 233. num. 26. verſ. diſpenſatus ad obtinendum non eſt diſpenſatus ad retinendum &c. p. 1. diverſ.* & coram Innoc. X. *dec. 528. a numer. 1. & dec. 369. num. 2. part. 4. recent.* & alibi apud Paul. Rubeum *loc. cit. a num. 71.* ubi late, non obſtante quod in ipſis proviſionibus fiat mentio Beneficiorum prius obtentorum; nam ex hac non inducitur diſpenſatio, ſed tantum defendit a ſubreptione, quæ alias ſequeretur, ſi mentio priorum Beneficiorum non eſſet facta. Vide Pac. Jordan. *l. c. a nu. 48.* & Rubeum *uti ſupra.* & eſt tex. *in c. non poteſt. 21. §. fin. de præb. in 6.* Vide etiam Navar. *in d. tr. de orat. cap. 22. miſcel. 16. n. 64. & 65.* Barboſ. *loc. cit. num. 10.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. reg. 15. num. 26.* Garz. *d. cap. 5. §. 3. num. 325.* ubi limitat, quando Pontifex illa ſimul confert.

Sed quando dicitur Beneficium ſufficiens ad ſuſten- 98
tationem? Dico, quoad hoc non poſſe dari certam regulam, ob diverſas DD. ſententias, ſed relinquendum arbitrio boni viri, habita ratione qualitatis perſonarum, locorum, & temporum. Barb. *de Offic. Epiſc. p. 3. alleg. 62. n. 11.* Riccius *in prax. p. 2. reſol. 439.* Pariſ. *de reſign. lib. 5. q. 6. num. 133.* Antonel. *de regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 4.* Navar. *de reddit. Eccleſ. q. 1. nu. 36.* Laym. *in Theol. mor. lib. 4. tr. 2. cap. 3.* Quare Navar. Azor. Filiucius, & alii apud Bonac. *tom. 1. de oblig. benef. diſp. 4. punct. 2. num. 8.* Beneficiato infimæ ſortis, aſſignarunt quantum ſufficit ad alendum unum famulum, coquum, & equum. Doctori Beneficiato, quantum illi ſufficit pro duobus famulis, coquo, & equo alendis. Beneficiato nobiliori, quantum ſufficit illi pro famulis tribus, vel quatuor, equis duobus cum curru, & coquo. Vide Antonel. *loc. cit. num. 3.* Riccium *in prax. p. 2. reſ. 439.* Covar. *in cap. 1. de teſtam. n. 2.* Bellet. *diſquiſ. Cler. tit. de bon. Cler. §. 6. n. 7.* Vide etiam Pacem Jord. *a num. 53.* ubi, quod non ſit habenda ratio patrimonialium &c. & Rubeum *l. ſup. cit. a n. 1.*

Sed quia quandoque etiam beneficia dantur in com- 99
mendam, videri debet, an, & quomodo illa vacent,

& quis

& quis in commendam dare possit. In commendam dicuntur dari, quando dantur alicui in custodiam, & administrationem sine titulo. Estque duplex: perpetua una, alia temporalis. In perpetuum beneficia commendare potest solus Papa. (sermo est de Beneficiis Curatis) Garz. *de benef. p. 4. cap. 4. n. 13.* Pavin. *de Offic. & potest. cap. sede vacante p. 2. q. 3.* Rebuff. *in prax. tit. de commenda n. 54.* Hojed. *de incomp. p. 1. cap. 14. n. 3.* Sylvest. *verb. Commenda.* Concil. Trid. *sess. 24. cap. 18. &* S. Congr. apud Garz. *l. c. num. 15.* Alia beneficia non curata possunt ab Episcopis commendari in perpetuum in utilitatem tamen Ecclesiæ, & non aliter *cap. qui plures 21. q. 1. cap. dudum de elect.* Hojed. *l. cit. c. 4. n. 7.* Garz. *l. c. n. 16.* secus in commendis, quæ fiunt ad utilitatem commendatarii tantum.

100 His prænotatis, dico: quod beneficia commendata a Papa non vacant morte Commendatarii, ut extinguatur reservatio, sed vacant ut prius. Cassad. *decis. 30. & 32. num. 2. super reg. & secunda de Unionib.* Rot. apud Garz. *loc. cit. n. 60 & seq.* Navar. *cons. 1. de constitut. n. 39. & cons. 28. de præb.* Paris. *de resign. lib. 2. qu. 10. num. 13.* quia Papa jam apposuit manus, & ita Beneficium manet affectum, quod non potest vacare, nisi prius de illo Papa fecerit perfectam dispositionem. *cap. si eo tempore de elect. in 6.* sed per commendam non dicitur facta peracta dispositio. Garz. *loc. cit.*

101 VIII. Vacat Beneficium privatione, quæ fit propter grave delictum Garz. *de benef. p. 11. cap. 10.* Rebuff. *in prax. tit. de mod. amit. benef. num. 61. &* 62. Porro privatio non habet locum, nisi in casibus a Jure expressis. Hojed. *de incompat. a num. 5.* Piasec. *in prax. Episc. p. 2. cap. 4. num. 69.* Gonzal. *ad regul. de mens. gl. 15. num. 156.* Garz. *loc. cit. num. 2.* vel omnino similibus. Abb. *in cap. at si Clerici, de Jud. num. 34.* Sylva *de benef. p. 3. qu. 3. n. 2.* Garz. *loc. cit. num. 3.* Judex tamen non multum debet attendere ad Canones antiquos, qui de facili imponebant pœnam depositionis, juxta *cap. fraternitatis. dist. 34.* sed pro gravi tantum crimine privationi locus est. *cap. inventum 16. qu. 7.* Menoch. *de arbitr. cas. 267.* Garz. *l. c. num. 4.* Imo nullum crimen inducit privationem ipso jure, vel facto, nisi sit jure cautum, sed per sententiam privari quis debet. Felin. *in cap. 2. de rescript. num. 3.* Rebuff. *de pacif. posses. n. 318. vel 264.* Hojed. *loc. cit. cap. 24. num. 82.* Farin. *in prax. crim. p. 1. q. 19. n. 46.* Quando vero privatio inducatur ipso jure, vel quibus in casibus, vide apud Azor. *instit. mor. p. 2. lib. 7. cap. 17. & 18.* Paris. *de resign. lib. 3. qu. 1. num. 21.* Rebuff. *in prax. tit. de mod. amitt. benef.* Felin. *in cap. 2. & cap. querelam de Jurejur.* Ultra casus mox supra narratos inducitur privatio ipso jure, si provisus de Parochiali infra annum non ordinatur: Item per translationem Episcopi ad aliam Ecclesiam, habita possessione posterioris, ut supra dictum. Item si electus infra mensem à die præsentatæ sibi electionis, non consensit. Item si intra tres menses a die præstiti consensus non petiit confirmationem. Item si ante confirmationem administravit. Item per postulationis repulsionem, & electionis cassationem. Item si Beneficium fuit habitum pro derelicto per decem annos. Item per non ostensionem tituli, vel dispensationis coram Ordinario, postquam Beneficiatus fuit monitus. Item si resignans non supervixit 20. diebus. Item ob non factam publicationem resignationis juxta formam Gregor. XIII. Item ob non servatam formam Constitutionis Pii V. quæ incipit. *In conferendis*: de anno 1566. Item per apprehensionem possessionis ante Bullarum expeditionem. Item illorum, qui indebite retinent scripturas spectantes ad Cameram Apostolicam, & non restituentium. Item si Beneficium a Papa fuit collatum cum decreto, quod infra sex menses primum beneficium in illius manus dimittat, alias vacet ipso facto secundum; & conditio non fuit impleta. Item per alienationem rerum, vel bonorum Ecclesiæ, vel beneficii factam sine solennitatibus juris. Item per violentam ingressionem in possessionem Beneficii. Item per violationem sequestri impositi vigore sententiæ definitivæ in Romana Curia in causa beneficiali. Item propter crimen Hæresis. Item beneficia obtenta per preces hæreticorum. Item per simoniam realem. Item per crimen læsæ Majestatis. Item per falsificationem litterarum Apostolicarum. Item per percussionem Cardinalis; Item occidentis, vel percutientis Episcopum, quoad beneficia, quæ habebat occidens in Ecclesia, cui præerat Episcopus. Item occidentis Rectorem suæ Ecclesiæ. Item assassini; Item illorum, qui pro obtinendis Beneficiis se ipsos pro aliis examini subjiciunt, vel annuas pensiones offerunt, aut beneficia impetrant pro aliis, ut ab aliis aliquid consequantur, vel pro se ipsis impetrant beneficia animo illa resignandi reservata sibi pensione, vel non reservata; sed ad favorem. Item offendentium litigantes in Romana curia, eorumque Judices, advocatos, procuratores, vel notarios. Item per confidentiam. Item propter Sodomiam. Item non incidentium in habitu Clericali, aut jugiter non deferentium. De quo infra in verbo *Clericus*. Item abortum animatum procurantium. Item illorum, qui corrumpunt Judices, dantium, & recipientium pro obtinenda justitia, vel gratia. Barbosa *de jur. Eccles. lib. 3. cap. 14. per tot.* Vivian. *de Jurepatr. lib. 5. cap. 5.* Paris. *de resign. lib. 3. qu. 1. & lib. 1. qu. 15. & lib. 12. qu. 14.* vide etiam Cochier. *in reg. 8. Cancell. gl. 7. post num. 13.* Garz. *de benef. p. 11. cap. 10. a num. 60. & 70. & num. 56.* Farin. *in prax. crim. p. 5. qu. 119. & 123.* Item illius Clerici, qui carceravit Clericum, donec resignaret suum Beneficium. Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gl. 15. num. 80.* Cochier. & Vivian. *loc. cit.* Barb. *l. c. num. 58.* vide etiam Ventrigl. *de Jurepatr. annot. 3. §. 1. a num. 50.*

Per sententiam etiam privari quis non debet, nisi 102
ob grave crimen in casibus a Jure expressis; vide Rebuff. *fol. mihi 360.*

Et qualiter, & quomodo Beneficiatus ob delicta privetur suis Beneficiis, vide etiam in verbo Clericus; & de privatione ob non residentiam, vide in verbo Canonicus.

§. VIII.

Praxis collationis Parochialium Beneficiorum, seu Parochialium conferendarum.

Supra dictum, sicut etiam exploratum est apud DD. beneficia conferenda esse dignis, sed quia inter beneficia sunt etiam beneficia curata, ideo quibusnam ista conferenda sint, inquirendum remanet, maxime ad dirigendam praxin, quam in hac materia præ oculis habemus.

Et quidem indubitatum videtur, beneficia curata de- 103
bere conferri dignioribus, adeo ut conferens minus digno peccet mortaliter, licet non teneatur ad restitutionem patet ex Concil. Trid. *sess. 24. cap. 18. de reform.* S. Thom. 2. 2. *qu. 36.* Covar. *in reg. peccatum p. 2. §. 7.* Paris. *de resign. lib. 4. qu. ult. n. 36.* Genuens. *in prax. qu. 65.* Ugolin. *de Offic. Episc. cap. 50.* Pyrrh. Corrad. *in prax. benef. lib. 3. cap. 3.* Pius V. *in sua Constitutione, seu Bulla, quæ incipit. In conferendis.* & Rot. Rom. sæpius apud Garz. *de benef. p. 7. cap. 16. num. 1.* vide etiam Dian. *p. 2. tr. 15. res. 38.* Gutierrez *Can. qu. lib. 2. cap. 11.* & alios. Ratio est: quia beneficia curata fuerunt instituta favore Ecclesiæ, ut magis idoneos haberet ministros. Quod autem Episcopus conferens digno, relicto digniore, non teneatur ulli ad restitutionem, ex eo deducitur; quia nullius jus violatur; cum non fuerint instituta Beneficia curata in præmium meritorum, sed in stipendium operariorum. Neque refert, quod obligatus erogare eleemosynam pauperiori, & egentiori, si det minus egeno, teneatur ad restitutionem: non inquam obstat; quia dicta eleemosyna fuit ordinata ad favorem illius, qui esset magis pauper, adeoque eidem fuit quæsitum jus ad rem, quod non accidit in casu nostro, quia Parochiales, seu beneficia Curata non ordinantur ex sui institutione ad favorem ullius in specie, adeoque nulli fuit quæsitum jus. Confirmatur: nam si Paterfamilias jubeat conduci illos operarios ad suam vineam excolendam, qui fuerint magis idonei, non ideo, si conductor contra voluntatem patrisfamilias conduxerit minus idoneos, erit magis idoneis obligatus ad restitutionem, utpote quibus nullum erat quæsitum jus. vide DD. *supra cit.* & maxime Garz. *l. c.*

Hinc factum existimamus a Concil. Trid. & Pio V. 104
in Constitutione, quæ incipit *In conferendis:* præscriptam fuisse formam sub qua beneficia curata, & Parochialia

chialia essent conferenda, qua servata, beneficia prædicta conferrentur magis dignis, & quia omissa collatio esset nullius valoris. Hanc ergo formam, ad mentem Concil. & Pii V. nec non declarationum S. Congr. veluti in tabula, ad praxin exhibebimus.

105 Statuit ergo SS. Synodus Concil. *de reform. cap.* 18. *sess.* 24. vacante Parochiali, etiamsi esset in Ecclesiis patrimonialibus, & nuncupativis &c. idoneum in ea Vicarium cum assignatione congruæ deputare, donec de idoneo Rectore Ecclesiæ vacanti fuerit provisum, & intra decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum, idoneos aliquot Clericos ad Ecclesiam regendam, coram deputandis examinatoribus nominari, relinquit tamen liberum etiam aliis, qui idoneos ad id Clericos noverint, eorum nomina deferre; ut de eorum ætate, moribus, & sufficientia diligens fieri possit inquisitio. Etsi Episcopo, vel Synodo Provinciali magis expediens videbitur, per edictum publicum vocari, qui examinari volent; transactoque constituto tempore, omnes, qui fuerint descripti, examinari ab Episcopo, vel, eo impedito, a Vicario ejusdem Generali, atque ab aliis examinatoribus, non paucioribus, quam tribus, quorum votis, si paria, vel singularia fuerint, accedere possit Episcopus, vel Vicarius, quibus magis placuerit. Examinatores vero singulis annis in Diœcesana Synodo ab Episcopo, vel ejus Vicario ad minus sex proponantur, qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur: advenienteque vacatione Ecclesiæ tres ex illis debent ad minus ab Episcopo eligi, qui secum examen perficient; & succedente alia vacatione iidem tres, vel alii tres debent ab eodem ad dictum examen peragendum eligi. Debent autem hi examinatores esse Magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia, aut Jure Canonico, vel alii Clerici, seu Regulares etiam mendicantes, vel sæculares magis idonei deputari, & jurare omnes *ad Sancta Dei Evangelia*, se, quacumque humana affectione postposita, munus suum fideliter exercere velle. juxa *cap. quando dist.* 24.

Peracto examine debent examinatores renunciare, quotcumque ab iis idonei judicati fuerint, ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus, ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis, & ex iis Episcopus eum eligere, quem cæteris magis idoneum judicaverit &c. hæc omnia Concil. Trid.

Ut vidisti ex præmissis, ad collationem omnium Parochialium vel Ecclesiarum Curatarum, ut valide ab Episcopo fiat, requiritur Concursus. Sermo autem est de Parochialibus, quæ tales, hoc est, quæ Parochiales sunt actu, non tantum habitu, uti, quæ olim Curam animarum habuerunt, sed hodie populo carent: nam de istis judicatur, ac de puris Beneficiis simplicibus, quoad omnes effectus. juxta commun. apud Pac. Jord. *de re benef. lib.* 10. *tit.* 8. *n.* 3. & citat D. Anton. Riccinll. *in tr. de jur. personar. extra Eccles. existent. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 2. *seqq.* & ut infra *num.* 122.

In ordine vero ad concursum plura requiruntur, sed quia ordine procedere intendimus, ideo illa remittimus ad suum locum.

Habita ergo notitia vacationis Parochiæ, Episcopus, 106
vel ejus Vicarius Generalis, imo etiam Capitularis, sede vacante, constituere debent in ea Vicarium idoneum, si opus fuerit, ut patet ex præcit. Concil. Trid. verbis, cum congrua ejusdem sustentatione, quæ fuit declarata a Sac. Congr. apud Garz. *de benef. p.* 9. *cap.* 2. *num.* 14. duorum aureorum pro mense. Unde cum hæc deputatio fuerit a Concil. remissa Ordinarii arbitrio, manifeste sequitur, illam non requiri pro forma, adeo ut ejusdem omissio irritam reddat ejusdem Parochialis collationem, uti tenent Garz. *loc. cit. num* 19. ubi Rot. Pax Jord. *loc. cit. num.* 26. contra Lotter. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 31. cui adhærere videtur Pyrth. Corrad. *in prax. benef. lib.* 3. *cap. n.* 13. sed immerito sane: quia contra expressa verba Tridentini nullum pro se afferunt fundamentum, imo contra communem praxin loquuntur. Et quod concursus talis possit fieri a Vicario, etiam Episcopo non impedito, tenet Garz. *loc. cit. a num.* 117. ut infra *num.* 126.

Bene verum est, quod dicta deputatio licet non re- 107
quiratur, nec sit de forma provisionis novæ ad Parochialem, tamen peccaturum mortaliter talem Episcopum, qui in casu, in quo talis deputatio foret necessaria, vel valde utilis Ecclesiæ vacanti, illam omitteret sine causa: quia in re gravi contraveniret præcepto, & menti Tridentini, & ideo passim, etiam pro abundanti cautela observatum vidi ejusmodi Vicarios deputari: Cui praxi tanquam rationabiliori inhærentes, formulam ejusmodi deputationis subnectere libuit. Et si sumus in locis, in quibus sit spolium, solet deputari idem Vicarius, ut assumpto Notario inventaret omnia relicta per defunctum, ne cuiquam præjudicium inferatur: & omnia (sermo est de mobilibus) in tuto reponat sub sigillo vel Officii, vel Cancellarii ejusdem; & in litteris deputationis debet hæc facultas exprimi.

Formula deputationis Vicarii Ecclesia Parochiali vacante.

NOs &c. Dilecto nobis in Christo N. N. Presbytero de loco N. Diœcesis N. salutem in Domino. Parochiali Ecclesia Sancti N. loci N. vacante per mortem Reverendi N. N. ejusdem Ecclesiæ quondam Parochi, ne ob id animæ dicti loci in susceptione Sacramentorum, & cæteris spiritualibus adjumentis detrimentum sentiant, ac redditus etiam temporales ipsius Parochiæ distrahantur, vel dissipentur, illi de Sacerdote providere volentes, qui hæc omnia ministret, agatque, cognita per examen coram nobis ab examinatoribus factum, sufficientia tua, nec non providentia, te Vicarium ipsius Ecclesiæ Sancti N. & exactorem, ac depositarium quorumcumque fructuum, reddituum, proventuum, & obventionum ad eandem Parochialem quomodolibet spectantium, tam hactenus perceptorum, quam in futurum percipiendorum, & maturandorum, ita ut contra quoscumque pro exigendis, & consequendis fructibus ejusmodi, etiam omnibus remediis juris, aliisque modis, & formis, prout tibi videbitur, agere possis, & valeas, constituimus, & deputamus, cum authoritate Missas, & alia divina Officia celebrandi, Sacramenta ministrandi, & alias Ecclesiasticas functiones obeundi, ad quæ tenetur, & animarum curæ quilibet præstare, & obire solet, cum congrua portione fructuum dictæ Parochialis, tibi debito tempore assignanda: præsentibus usque eo duraturis, quousque de perpetuo Rectore a nobis (vel a Sede Apostolica, *si mensis sit* Apostolicus, *sedes vacans, aut aliunde reservata*) provisum fuerit. In quorum &c. Datum &c.

Hanc formulam videre etiam potes apud Pyrrh. Corrad. *in prax. Beneficiaria lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 14. & apud Barbos. *in adait. ad tract. de potest. Episc. gl.* 6. *n.* 32.

108 Postquam deputationis formam, ut supra, tradidimus, restat videndum, an talis Vicarii deputatio possit a collitigantibus impediri, vel ab aliis? & Resp. negative, licet collatio pertineret ad inferiores. Riccius *in prax. res.* 575. *in* 1. *edit. & res.* 495. *in* 2. *edit.* Barb. *de offic. Paroch. cap.* 2. *nu.* 31. Massobr. *in prax. exam. & concurs. requis* 1. *dub.* 1. *&* 2. apud Pacem Jordan. *d. tit.* 8. *lib.* 10. *num.* 23. & est tex. *in cap. cum vos, de offic. ordin. & cap. provenit. il.* 2. & ibi glos. *verb. assignes, extra de appell.* Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *vers. alioquin.* Lancellot. *de attent. cap.* 12. *lim.* 18. *n.* 2. etiamsi Parochialis esset exempta, vel Jurispatronatus. DD. *cit.* Limit. si illi, ad quos collatio pertineret, essent exempti, & haberent jurisdictionem quasi Episcopalem, & jus congregandi synodum. Garz. *de benef. p.* 9. *c.* 2. *n.* 129. Barbos. *l. c. n.* 32. *&* 34. Jordan. *l. c.* vel nisi essemus in casibus repentinis, in quibus illi, qui alias haberent jus conferendi, Vicarium constituere possent, donec Episcopus certior fiat, dummodo iste aliunde esset approbatus ad Sacramentum pœnitentiæ, & jurisdictionem haberet. Jordan. *l. c.* ubi Sac. Congr.

Quod si contingat ipsum Vicarium deputatum con- 109
currere, & eligi tanquam magis idoneum, debebit abstinere ab exercitio Curæ, donec fuerit investitus &c. aliter incurreret pœnam *cap. avaritiæ, de elect. in* 6. & caderet jure suo. Pax Jord. *loc. cit. n.* 30. ubi Barbosa *de offic. Paroch. cap.* 3. *n.* 36.

Sed quia non ad omnium Parochialium collationem est necessarius concursus, ideo, antequam ejusdem concursus requisita pertractemus, videndum erit, in quibusnam casibus cesset dictus concursus.

I. Ces-

110 I. Ceſſat, quando Parochialis reſignatur in manus Pontificis ad favorem, uti reſpondit Sac. Congr. teſte Pariſio *de reſign. lib.* 10. *q.* 7. *n.* 13. Gonzal. *ad reg.* 8. *Can. cell. gl.* 6. *n.* 121. Pyrrh. Corrad. *in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 5. Sicut etiam in ceſſione jurium in favorem collitigantis facta coram Summ. Pontifice. Sac. Congr. apud eoſdem. vide Barboſ. *de Offic. Epiſc. alleg.* 60. quia tunc revera Eccleſia non dicitur vacare. Garz. *de benef. p.* 9. *cap.* 2. *a num.* 157. Secus ubi reſignatio eſſet pura, & ſimplex. Mareſcott. *var. reſ. lib.* 1. *cap.* 52. *num.* 6. vide etiam Put. *deciſ.* 357. *lib.* 1. & 314. *lib.* 2. Caſſad. *deciſ.* 3. *de renunc.* Et illa verba Concilii: *per reſignationem etiam in curia:* intelliguntur de reſignatione pura, & ſimplici ad nullius favorem facta, ſeu de libera dimiſſione. Mareſc. *l. c. n.* 9. ſive reſignatarius ſit proviſus in Curia, ſive in partibus. Vivian. *in prax. Juriſpatr. lib.* 10. *cap.* 1. *n.* 54.

111 II. Ceſſat concurſus, quando Eccleſia vacat ex cauſa permutationis. Barboſ. *de Offic. Epiſc. alleg.* 60. Garz. *l. c. num.* 162. apud quem Pariſ. *de reſign. l. c.* & *DD.* Imo neque aliud examen eſt neceſſarium inter permutantes, ſi fuerunt prius examinati. Barboſ. *l. c.* Garz. *de benef. p.* 9. *cap.* 2. *num* 63. Pariſ. *de reſign. lib.* 8. *q.* 9. *n.* 95. quia neque tunc Beneficium dicitur vacare, cum permutatio etiam contineat in ſe reſignationem. Boer. *deciſ.* 2. *n.* 16. Pariſ. *lib.* 12. *q.* 5. *n.* 19. Barboſ. *l. c.* Garz. *p.* 9. *cap.* 2. *n.* 161. Dummodo Eccleſiæ permutatæ ſint pares: nam ſi aliqua inter illas daretur imparitas, novum examen foret neceſſarium. Zechius *de republ. Eccleſ. cap.* 8. *n.* 6. *de Parocho.* Pyrrh. Corrad. *l. c. num.* 5. Garz. *ut ſup. a n.* 162.

112 III. Ceſſat concurſus in collatione earum Parochialium, quarum proviſio fuit facta non ſervata forma. Conc. Trid. *l. c.* vel Pii V. juxta cujus Bullam, quæ incipit *in conferendis*, reſervantur Summo Pontifici illæ Parochiales, quæ contra formam tum Concilii, vel Bullæ præcit. fuerunt collatæ. Limit. in iis Beneficiis Parochialibus, quæ fuerint de Jurepatronatus, quorum inſtitutio ſpectat ad inferiorem, quibus ob Epiſcoporum inobſervantiam nullum præjudicium poteſt, nec debet inferri; ut ipſum Conc. Trid. *d. c.* 18. & Pius V. *l. c.* decreverunt. vide Pyrrh. Corrad. *l. c.*

113 IV. Ceſſat concurſus in Parochialibus devolutis ob moram, & negligentiam eorum, quibus jus conferendi competebat, & intra terminum legitimum non contulerunt: unde ſi Epiſcopi intra ſex menſes Eccleſiam Parochialem non contulerint, juxta d. Conſtitutionem Pii V. Parochialis collatio eſt reſervata Summ. Pontifici. Gonzal. *ad reg. Cancell. gl.* 6. *n.* 130. Vivian. *in prax. Juriſpatr. lib.* 10. *c.* 1. *n.* 56. Limit. ſi Eccleſia Parochialis eſſet Juriſpatronatus Laicorum; quia ſi intra terminum legitimum ab illis non fuerit collata per præſentationem, devolvitur ad collationem Epiſcopi, præmiſſo tamen concurſu. & ita declaravit S. Congr. apud Pyrrh. Corrad *loc. cit. n.* 5. *verſ. quando.* Barboſ. *in collectan. Bull. r. verb. Parochialis fol.* 523. *verſ.* 9.

114 V. Ceſſat concurſus, quando approbatus in eodem concurſu, in caſu, in quo Parochia eſt reſervata Summ. Pontifici, uti maxime ſolet eſſe Sede Epiſcopali vacante, intra quatuor menſes a die ſcientiæ habitæ de vacatione atteſtationem ſuæ approbationis non tranſmiſit ad Datariam: ita ut licet alias ejuſmodi Parochiæ ob vacantiam Epiſcopalis Sedis Pontifici reſervatæ conferantur digniori judicato a Vicario Capitulari prævio examine in concurſu peracto, tamen tali caſu ob non tranſmiſſam atteſtationem approbationis Pontifex poſſit conferre, cui maluerit, ad normam Conſtitutionis Pianæ *ſup. cit.* ita Vivian. *in prax. Juriſpatr. lib.* 10. *cap.* 1. *num.* 57. Gonzal. *ad Reg.* 8. *Cancell. gl.* 6. *num.* 131. Pyrrh. Corrad. *loc. cit.* Bene verum eſt, quod Summ. Pontifex non ſemper uti conſueverit hoc jure ſibi competente, ſed quandoque Parochiam conferre illimet, qui fuit approbatus ab Ordinario ſub forma ſequenti. *Nos tibi, qui per dilectos filios examinatores &c. in concurſu aliorum examinatus, & idoneus repertus teſtimonio Ordinarii, nobis tamen poſt lapſum temporis, ad id in conſtitutione fel. rec. Pii Papæ V. prædeceſſoris noſtri ſuper modo, & forma providendi Parochialibus Eccleſiis pro tempore vacaturis edita, præfixi, exhibito, de vita & moribus &c.*

Quod ſi talis Parochialis impetratur a tertio ob non tranſmiſſas atteſtationes, juxta mox ſupra dicta, expediuntur litteræ ſub hac forma, & narrativa. *Cum itaque Parochialis Eccleſia N. vacet ad præſens, nullus &c. & perſona aliqua medio concurſu juxta formam Concil. Trid. pro dicta Eccleſia ſic vacante, & reſervata conſequenda juxta Conſtitutionem Pii V. nobis hactenus ſignificata non fuerit, nos tibi, qui alias per dilectos filios examinatores &c. examinatus &c. conferimus &c.*

VI. Ceſſat concurſus, quando Parochialis eſt unita 115
dignitati, vel Canonicatui; quia tunc Beneficium unitum aſſumit naturam ejus, cui fuit unitum. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 205. dummodo unio fuerit facta acceſſorie ipſi dignitati; quia tunc procedit regula: quod acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, & ita declaravit S. Congr. apud Riccium *in prax. for. Eccleſ. deciſ.* 417. & Rot. apud Farin. *deciſ.* 323. & deducitur *ex cap. cum dilectus, de his quæ vi.* Garz. *de benef. p.* 9. *cap.* 2. *n.* 194. & 289. Gonzal. *ſuper reg.* 8. *gl.* 5. §. 3. *n.* 53. Ron. *dec.* 445. *a n.* 1. *p.* 5. *rec. tom.* 2. ubi etiam S. Congr. & alii. Quibus accedit, quod beneficia alicui dignitati acceſſorie unita, proprie nunquam vacent, cum nullum habeant Rectorem, quam illum, cui facta eſt unio. *Clem. un.* §. *quidam autem*, & ibi gloſ. & *in verb. non vacent, de exceſſ. Prel.* qui proinde nominare, ſeu præſentare poteſt Vicarium inſtituendum abſque alio concurſu. DD. *cit.* & hoc non obſtante quacumque poſſeſſione in contrarium, propter Conſtitutionem Pii V. quæ habet decretum irritans; quia dat formam, & præceptum præciſum: & illi, quorum Eccleſiæ beneficia, ſeu Parochiales unitæ ſunt habent aſſiſtentiam juris in nominatione Vicarii; Garz. *l. c. n.* 297. ubi Sac. Congr. & Rot. Prædicta tamen limitantur, ſi unio ſit facta æque principaliter: tunc enim, cum utrumque beneficium retineat ſuam naturam, & omnia ſua jura tam activa, quam paſſiva, & ideo etiam jus paſſivum reſervationis. Gonzal. *d. gl. of.* 5. *ſub n.* 55. & *ſeqq.* apud Rot. *deciſ.* 105. *p.* 15. *rec. n.* 6. ſic etiam jus paſſivum concurſus vide Rot. *d. dec.* 445. *p.* 5. *rec. tom.* 2. Garc. *loc. cit. a n.* 298. ubi tamen notandum, quod unio Beneficiorum in dubio ſemper præſumitur eſſe æque principaliter facta. Rebuff. *in prax. tit. de union. benef. num.* 20. Gonzal. *d. gloſ.* 5. §. 7. *num.* 134. apud Rot. *dec.* 353. *p.* 10. *rec. n.* 10. & apud Celſum *dec.* 46. *n.* 7. & de unione plura Deo dante infra dicentur *in verbum Unio litt. V.* porro item procedit, ſi Parochialis eſt annexa dignitati in Collegiata. Item in regularibus Curatis, maxime quæ Regularibus dari conſueverunt. Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de reform.* S. Congr. & Conſtitutio Pii V. apud Garz. *loc. cit.* Ugol. *de Offic. Epiſ. cap.* 50. licet eſſent ſolitæ commendare ſæcularibus. Riccius *in prax. for. Eccleſ. reſ.* 364. Barboſ. *de offic. Epiſc. alleg.* 60. *n.* 25. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 6. *n.* 162. Pyrrh. Corrad. *in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 5. *verſ. nonus caſus.* Item cum cura animarum exercetur in Collegiata per Canonicos, ſeu hebdomadarios. S. Congr. apud Pariſ. *de reſign. lib.* 8. *q.* 6. eo quod tunc Cura nulli ſit expreſſe commiſſa. Poterit tamen Epiſcopus ejuſmodi Canonicos, vel hebdomadarios examinare ad ejuſmodi Curam animarum exercendam; imo illis dictum exercitium prohibere, donec fuerint examinati, & approbati, non obſtante immemorabili conſuetudine in contrarium. teſte Garz. *l. c.* Pyrrh. Corrad. *loc. cit.* & aliis. Navar. *conſ.* 8. *de privil.* & S. Congr. apud Corrad. ſæpius. Et quod in Beneficiis curatis Regularibus, quæ Regularibus dari conſueverunt, non requiratur concurſus, ultra ſæpe citatos tenent Zerol. *in prax. Epiſc. p.* 1. *verb. Parochialis* §. 5. *n.* 18. Rot. apud Farin. *part.* 2. *deciſ.* 323. *n.* 6. Idem dic de illis Parochialibus, quæ ſunt ſubjectæ Monaſterio, vel illi annexæ, aut de ejus menſa: tunc enim Monaſterium nominat Rectorem, & Epiſcopus confirmat: ut patet *ex cap.* 1. *de Capell. Monach. cap. Monachis de præb.* & decidit Rot. vide Barboſ. *d. alleg.* 60.

VII. Ceſſat concurſus, quando Parochialis eſt Juriſ- 116
patronatus Laicorum, juxta expreſſa Concil. Trid. *d. cap.* 18. verba, & juxta declarationem S. Congr. Mareſcott. *lib.* 1. *var reſol. cap.* 52. *num.* 11. Vivian. *in prax. Juriſpatr. lib.* 10. *cap.* 1. *num.* 58. Riccius *in prax. for. Eccleſ. deciſ.* 420. Limita: ſi plures fuerunt ſimul præſentati a Patrono eodem, tunc enim faciendus eſſet concurſus, ſed inter præſentatos tantum juxta Concil. Trid. *loc. cit.* Pariſ. *de reſign. lib.* 8. *q.* 9. *cap.* 2. §. 27. Leo *in Theſ. for. Eccleſ. par.* 2. *cap.* 3. *n.* 39. Genuenſ.

in prax. cap. 66. Ugol. *de Offic. Epiſc. cap.* 50. vel a pluribus Patronis, ſecundum eoſdem: modo ſinguli præſentati a pluribus, æqualem habeant vocem. Covar. *in reg. peccatum p.* 2. §. 3. *n.* 9. Lambertin. *de Jurepatr. p.* 1. *lib.* 2. *q.* 4. Riccius *in prax. concurſus reſol.* 362. Barboſ. *de Off. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 60. ſi enim unus ex pluribus præſentatis, haberet plures voces, is ſolus examinandus, & ſi habilis inventus, inſtituendus eſſet. DD. *cit.* & Pax Jordan. *d. lib.* 10. *tit.* 8. *num.* 57. ubi Garc. *d. cap.* 2. *p.* 9. *n.* 257. & alii. Limita ſecundo: ſi Parochialis Juriſpatronatus Laicorum beneficio liberæ collationis fuit unita; uti Canonicatui, de conſenſu Patroni; tunc enim, ex quo Beneficium Parochiale recuperavit ſuam libertatem, regulatur uti alia Parochialia, & ſic ſubjacet diſpoſitioni Concil. Trid. &c. concurſum requirentis in Parochialium collatione, & ita tenuit Rot. apud Farin. *part.* 2. *deciſ.* 579. quæ procedunt, etiamſi Parochialis ſit Juriſpatronatus Laicorum, ex fundatione, aut dotatione &c. Limit. tertio ſi Juſpatronatus Laicis competat non ex fundatione, vel dotatione aut donatione, ſed ex privilegio, vel præſcriptione, aut alio quovis modo, cum ejuſmodi ſint plene ſublata a Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *c.* 9. Gonzal. *ad Reg. Cancell. gl.* 6. *n.* 137. & declaravit S. Congr. apud Pyrrh. Corrad. *l. c. verſ. & cum*. Et quod ſupra dicebamus; pluribus præſentatis a diverſis Patronis, debere fieri concurſum, uſque adeo procedit, ut cum duo concurrunt, quorum unus a majori parte, ſe inhabilis, alter vero a minori parte, ſed habilis fuit præſentatus, præſentatus a minori parte præferatur præſentato a majori parte. juxta *cap. dudum* & ibi Abb. & Rot. apud Pyrrh. Corrad. *l. c. verſ. circa*. Limit. quarto in Parochialibus Juriſpatronatus Eccleſiaſticorum, in quibus eſt neceſſarius concurſus, ita ut patronus teneatur præſentare illum, qui in concurſu approbatus a patrono judicatur dignior, ſi ad Epiſcopum inſtitutio ſpectet: ſi vero illa pertinet ad alium, quam Epiſcopum, Epiſcopus eliget digniorem, quem Patronus teneatur præſentare ei, qui inſtituere habet. ita S. Congr. & Rot. apud Garz. *de Benef. p.* 9. *cap.* 2. *a n.* 263. Barboſ. *de Offic. Epiſc. alleg.* 60. Riccius *in prax. for. Eccleſ. deciſ.* 420. qui aliam declarationem refert. uti etiam Pyrrh. Corrad. *l. c. verſ. quo vero.* vide etiam Pacem Jordan. *a n.* 50. *l. c.* Amplia; hæc procedere etiam in Parochialibus Juriſpatronatus mixti, & hoc tum favore Eccleſiæ, tum quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum. Felin. *in tit. quando litteræ Apoſtolicæ noceant Patronis Eccleſiæ. n.* 6. *ampl.* 6. *verſ. nihilominus*; & probatur ex *c.* 1. *de Jurepatr. in* 6. Quia tamen poſt prædictas declarationes S. Congr. emanavit alia declaratio *anno* 1628. prioribus contraria; ideo Barboſ. *in addit. ad tract. de poteſt Epiſc.* revocavit, quod docuerat *alleg.* 60. *n.* 17. & ſequitur Vivian. *in fine ſuæ praxis Juriſpatr. in addit. ad cap.* 1. *lib.* 10. *num.* 34. & juxta hanc opinionem, & poſteriorem declarationem practicari teſtatur. Pyrrh. Corrad. *l. c.* quod nempe non requiratur concurſus, & Pax Jordan. *l. c. n.* 49. ubi tamen mixtura eſſet æqualis; nam ſi pars Clericorum eſſet major; tunc utique tanquam potentior, & prædominans eſſet attendenda, cum a digniori, & potentiori fiat denominatio. Burat. *deciſ.* 103. *n.* 9. Riccius *dec.* 420. *cit.* apud Corrad. *l. c. verſ. eſt tamen advertendum*. Quod dixi: Juſpatronatus mere Eccleſiaſticum ſubjacere concurſui &c. venit declarandum non procedere, ſi aliter in talis Beneficii fundatione fuerit cautum: cum Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de reform.* non deroget fundationi, uti declaravit S. Congr. dummodo tamen inſtitutio ejuſmodi Juriſpatronatus Eccleſiaſtici non ſit facienda a Summ. Pontifice virtute regulæ reſervatoriæ, quæ comprehendit Juſpatronatus Eccleſiaſticum, teſte Gonzal. *ad reg.* 8. *gl.* 18. *n.* 6. vide Pyrrh. Corrad. *l. c. verſ. præmiſſa.* & Pac. Jordan. *l. c. n.* 61. ubi, quod tunc Ordinarius, nulla habita ratione patronorum, concurſum facere debet, ac magis idoneum eligere, & ad Summ. Pontificem inſtituendum remittere. & ibi S. Congr. & alii.

Quod ſi Juſpatronatus Laicorum ob præſentationem in tempore non factam fuit devolutum ad Ordinarium, non poterit ipſe Ordinarius dictam Eccleſiam Parochialem patronatam Jure devoluto conferre ſine prævio concurſu, ut declaravit S. Congr. apud Barb. *in collectan. Bull. verb. Parochialis. & verb. Beneficium Juriſpatronatus*, & *alleg.* 60. *n.* 20. *de poteſt. Epiſc.* Squillant. *in tr. de privileg. & Oblig. Epiſcopor. p.* 3. *cap.* 16. *n.* 11. Pyrrh. Corrad. *l. c. verſ. hic non.* plura de Jurepatronatus Deo dante dicentur infra *litt. I.*

VIII. Ceſſat concurſus in Parochialibus litigioſis: 117
quia tunc, ſi alter collitigantium cedat, vel decedat, ſive ſit poſſeſſor Parochialis, ſive non, cum ab Ordinario alter ſubrogari nequeat, ne multiplicentur litigantes &c. ideo Pontifex ſolet collitigantem ſubrogare abſque alio concurſu, juxta Gonzal. *ad reg. Cancell. gloſ.* 6. apud Riccium *in prax. concurſ. reſ.* 369. quod ſi tamen Summ. Pontifex noluerit collitigantem ſubrogare, erit concurſus faciendus. S. Congr. 23. *Junii* 1594. apud Garc. *d. cap.* 2. *num.* 170. quo caſu tamen non poſſet ſtatim conferri beneficium, ſeu Parochia illi, qui in tali concurſu fuiſſet judicatus dignior, ſed vel eſſet recurrendum ad Summ. Pontificem, vel expectandus finis litis, juxta Garc. *loc. cit.* hinc multo magis erit neceſſarius concurſus, ſi uterque collitigans deceſſiſſet; quia tunc eſſet extincta lis. Put. *dec.* 353. *Clem.* 1. *ut lit. pend. & Clem. fin. de procurat.* Mareſc. *li.* 1. *var. reſ. cap.* 52. *n.* 17. apud Pyrrh. Corrad. *loc. cit. n.* 5. *verſ. octavus caſus.* & quod ceſſet concurſus, ubi conceditur ſubrogatio gratioſa, alias ſecus, vide etiam Pac. Jordan. *loc. cit. n.* 80. *ſeq.* Corrad. *loc. cit.* qui referunt eandem Sac. Congr.

IX. Ceſſat concurſus in Vicariis perpetuis Parochia- 118
lium Eccleſiarum ſecundum Garz. *l. c.* ubi S. Congr. & Rot. cum communiori DD. & Barboſ. *de Offic. Epiſc. alleg.* 60. ſed harum nominatio, vel præſentatio pertinet ad illos, ad quos pertinet Dignitas, vel Parochialis, cui fuit facta unio. Et patet ex dicta Conſtitutione Pii V. *verſ. In conferendis* §. *volumus*. Gonzal. *ad reg* 8. *Cancell. gl.* 6. Pyrrh. Corrad. *l. c. verſ. decimus tertius*. Qui tamen id limitat in iis Parochialibus unitis, in quibus ad Vicarium perpetuum ipſa etiam Cura habitualis fuit translata, & non tantum illius exercitium. Qui teſtatur ita fuiſſe declaratum a S. Congr. ad mentem Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *d. cap.* 18. & Conſtitutionis Pianæ. vide Rot. & DD. *cit. ſupr. n.* 115.

X. Ceſſat concurſus in iis Eccleſiis, quæ ita tenues 119
ſunt, ſeu illarum redditus, ut nullus ſit, qui velit concurrere ad illas, vel etiam ſi nullus velit ad illas concurrere ob apertas factiones, quæ in talibus Parochiis vigent, ut patet ex eodem Concil. *d. c.* 18. §. *ſi tamen.* Barb. *d. alleg.* 60. Gonzal. Pyrrh. Corrad. *l. c.* dummodo tamen tali caſu examen præmittatur per tres examinatores. Mareſcott. *lib.* 1. *ver. reſ. c.* 52. *n.* 15. S. Congr. apud Corrad. *l. c.* plures apud Pac. Jordan. *l. c. a n.* 77.

XI. Ceſſat concurſus, quando examinatus in concur- 120
ſu non vult conſentire penſioni, quam S. Pontifex reſervat ad alterius favorem. Riccius *in prax. concur. p.* 1. *lib.* 1. *reſol.* 370. tunc enim Pontifex alteri conferre conſuevit, ſive cum penſione, ſive ſine illa, etiam ſine concurſu, ſed tantum cum ſimplici examine ad curam animarum, etiam aufferendo jus quæſitum nominato, & abſque expreſſa derogatione Conc. Trid. in hac parte, in quo Summ. Pont. habet ſummus Jus. Simonet. *de reſerv. q.* 2. Gonzal. *reg.* 8. *Cancell.* §. 1. Gemin. *conſ.* 99. Mohed. *deciſ.* 4. *de reſt. ſpol.* Pyrrh. Corrad. & Mareſcot. *loc. cit.* Rot. *dec.* 48. *p.* 1. *diverſ.* & alii apud Jordan. *n.* 90.

XII. Ceſſat concurſus ad Parochiales illas, ad quas 121
prætenditur regreſſus; quia tunc non dicitur Parochialis vacare, ſed redire ad ſuum antiquum Rectorem, qui regreſſum ad illam ſibi reſervavit. S. Congr. apud Corrad. *l. c. verſ. decimus ſextus caſus.* ubi S. Congr. modo tamen ille, qui obtinet, jam poſſederit. Secus vero ſi nunquam poſſediſſet. S. Congr. apud Garz. *d. cap.* 2. *n.* 168. & apud Jordan. *l. c. n.* 99. ubi Barboſ. *alleg.* 60. *n.* 35. *& de aff. paroch. cap.* 2. *n.* 17. & alii.

XIII. Ceſſat concurſus in Parochialibus, quæ ſunt ta- 122
les habitu tantum, & non actu, uti ſupra dicebamus ex Pac. Jord. *de re Benef. lib.* 10. *tit.* 8. *per tot.* niſi redierit ad actum. Zerol. *in prax. Epiſc. verb. beneficia p.* 1. Item in Beneficiis ſimplicibus. Riccius *in prax. p.* 3. *reſol.* 369. & 518. & Jordan. *n.* 109. ubi Rot. & Barb. *loc. cit.*

XIV. Ceſſat concurſus, quando Parochialis vacat in 123
Curia, ſive per obitum, ſive per reſignationem. Garz. *de Benef. in addit. ad p.* 9. *cap.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 6. *n.* 116. Piaſec. *in prax. Epiſc. p.* 2. *cap.* 5. *n.* 9. Pyrrh. Corrad. *loc. cit. n.* 5. *verſ. decimus nonus.* uti ſupra diximus, & ſignanter *n.* 110.

XV.

124 XV. Ceſſat concurſus in illis Parochialibus, quæ ab immemorabili conſueverunt optari, ut declaravit Sac. Congr. apud Corrad. & Garz. *l. c.* plura vide apud Pacem Jord. *de re Benef. l. c.*

125 Iſti ſunt caſus, in quibus Parochiales poſſunt conferri ſine concurſu. Extra iſtos concurſus eſt neceſſarius in omnibus Parochialibus, etiam cum magis idoneus poſt nominationem de ſe factam ab Epiſcopo cedit, vel deſiſtit, ſecus ſi ante. vide Garz. *de Benef. p. 9. cap. 2. num. 222.* ubi Sac. Congr.

126 Porro concurſus eſt faciendus ab Epiſcopo. Garz. *loc. cit.* vel ejus Vicario Generali, etiam ſine ſpeciali mandato, etiam Epiſcopo non impedito. Quia Vicarius Generalis ex generali commiſſione poteſt omnia, quæ ſunt Juriſdictionis, niſi ſint excepta: hoc autem non eſt exceptum. Garz. *d. cap. 2. n. 117. & num. 6.* (ubi etiam de Vicario Capitulari Sede Epiſcopali vacante) & Pax Jord. *d. lib. 10. tit. 8. n. 104.* relicta electione magis digni ad Epiſcopum. DD. *cit.* Sbroz. *de Offic. Vicar. lib. 2. addit. ad quæſt. 148.* Secus inferiores Epiſcopo, qui habent jus conferendi Parochiales, juxta Concil. Trid. *l. c.* Genuenſ. *in prax. cap. 68.* Ugol. *de Offic. Epiſc. cap. 50.* Pariſ. *de reſign. lib. 8. q. 9.* Niſi Inferior Epiſcopo eſſet nullius Diœceſis habens proprium territorium, & omnimodam, ac quaſi Epiſcopalem Juriſdictionem. Pariſ. *loc. cit.* S. Congr. apud Garz. *l. c.* Sanch. *de matrim. lib. 2. diſp. 211.* vide Pyrrh. Corrad. *l. cit. n. 7.* ubi S. Congr.

127 Qui quidem concurſus, etiamſi ſit quid facti, & facta non præſumantur, niſi probentur. *L. in bello §. facta. ff. de capt. & poſtlim. reverſ. cap. cum Joannes §. verum, de fid. inſtrum.* tamen in dubio præſumitur factus, cum ſit fieri conſuetus, facta autem fieri conſueta præſumuntur. Bald. *in rubr. C. de fid. inſtrum. col. 3. poſt num. 8. verſ. item. per text. ad L. ult. in fin. C. eod.* Salvian. *conſ. 68. num. 8. lib. 2.* Bal. *in L. incendium ad fin. C. ſi cert. pet.* Riccius *in prax. Parochorum. reſ. 524. n. 3.*

128 Quibus prænotatis, ut propius ad praxin accedamus. Deputato Vicario pro vacante Parochiali, juxta ea quæ ſupra notavimus, debet Epiſcopus proponere edictum pro concurſu; cujus tamen deputationis omiſſio, cum remittatur Epiſcopi arbitrio, ut ex Tridentini verbis ſupra cit. ſatis liquet, non invalidat collationem, cum pro forma illud non requiratur, niſi aliud fuiſſet determinatum a Concil. Provinciali. Pax Jord. *de re benef. lib. 10. tit. 8. num. 25.* Navar. *conſ. 4. de præb.* Ugol. *de Offic. Epiſc. cap. 50.* Garz. *de benef. p. 9. cap. 2. num. 14.* Maſſabr. *in prax. habend. concurſ. requiſit. 3. num. 6.* qui affert declarationem Sacr. Congreg. quam etiam videre potes apud Pyrrh. Corrad. *loc. cit. verſ. quare.* & ut ſupra notavimus *num. 106.* in quo ſenſu, ſcilicet extantis decreti Concil. Provincialis, videtur locutus. Seraph. *deciſ. 1148.* cum dixit Rotam tenuiſſe edictum eſſe neceſſarium ad valorem concurſus &c.

129 Debet autem tale editum proponi infra triduum ab habita notitia vacationis, cum termino quindecim, vel viginti dierum ad ſummum; ita ut talis terminus non poſſit prorogari ab Epiſcopo, niſi aliter in Concilio Provinciali fuiſſet ſtatutum. Pax Jord. *de re Benef. l. c. num. 33.* Quod vero dicebamus: edictum debere proponi intra triduum ab habita ſcientia, non eſt requiſitum ita eſſentiale, ut det formam actui, cum hoc non fuerit determinatum a Concil. Trid. *d. ſeſſ. 24. cap. 18. de reform.* Zerol. *in prax. Epiſc. p. 1. verb. Parochia verſ. ad ſecundum.* Pyrrh. Corrad. *loc. cit. num. 22.* Jordan. *loc. cit. num. 32.* Cæterum, quod terminus viginti dierum, intra quos debet fieri concurſus a tempore, quo fuerunt affixa edicta, non poſſit ab Epiſcopo prorogari, tenet Pax Jord. *loc. cit.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. all. 60. num. 45.* Corrad. *loc. cit.* quia Concil. Trid. requirit, & præſcribit terminum decem dierum, & alios decem concedit Pius V. in ſua Conſtitutione. Licet tamen Epiſcopus terminum decem dierum a Concil. Trident. præſcriptum prorogare poſſit ad alios decem dies ad normam Conſtitutionis Pii V. ad id tamen non tenetur. Barboſ. *in Collectan. Bullar. verb. Concurſus. fol. 216.*

130 Edictum vero debet affigi ad valvas Cathedralis, & Eccleſiæ Parochialis vacantis, vel, ſi ita videbitur expediens, etiam in aliis publicis locis; in quo debet attendi locorum conſuetudo. Pax Jord. & Pyrrh. Corrad. *loc. cit.* & quidem in illa Cathedrali, & ab illo Epiſcopo, in cujus Diœceſi debet fieri proviſio Parochiæ vacantis, hoc eſt: ubi Parochia vacat. Nec eſt neceſſe, quod illud maneat affixum per omnes quindecim, vel viginti dies, ſed relinquitur Epiſcopi arbitrio.

131 Debet autem Nuncius, vel Notarius referre, edictum fuiſſe affixum, ut ſciri poſſit, an examen fuerit habitum juxta terminum affixionis. Garz. & Pax Jord. *loc. cit.* nam non creditur Notario ſuper iis, ſuper quibus non fuit rogatus, ſed tantum in pertinentibus ad ejus officium.

132 Ejuſmodi edicta non tantum ab Epiſcopo, ſed etiam Vicario illius Generali, etiam ſine ſpeciali mandato, uti ſupra dictum eſt, proponi poſſunt; quia hic caſus non eſt exceptus; & caſus non exceptus manet ſub diſpoſitione Juris Communis; de quo Vicarius Generalis ex generali commiſſione poteſt omnia, quæ ſunt Juriſdictionis Epiſcopalis. Pax Jord. *l. c.*

133 Edictis propoſitis concurrentes debent ad minimum ante triduum comparere, & nomina ſua, cognomina, patriam, gradum &c. in actis deſcribi facere, ut inquiri poſſit de vita, moribus, & converſatione eorundem. Quod tamen ſi neglexerint, non ſunt arcendi ab examine. Imo debent admitti quicumque volentes concurrere: dummodo illis aliquod non obſtet impedimentum Canonicum, quod ſit notorium; etiam illi, qui obtinent aliam Parochiam; quo tamen caſu, ſi Parochia vacans illi conferatur, cum vacet prima ipſo jure propter incompatibilitatem, debebit indici novus concurſus. Limita primo, cum Parochia fuit renunciata in manus Epiſcopi: quia tunc non poterunt admitti ad concurſum Conſanguinei, vel Epiſcopi, vel reſignantis, ob Conſtitutionem Pii V. quam retulimus, cum ageremus de reſignatione in litt. R. Et ſi unicus tantum oppoſitor, vel concurrens comparuit, debet examinari, & idoneus repertus approbari, & de Parochia vacante provideri. Quod ſi nullus comparuit idoneus, poterit proponi aliud edictum: & tunc quoque ſi nullus compareat idoneus, alicui alteri, ſine concurſu, præmiſſo tamen examine conferri poterit. Pax Jord. *loc. cit.*

134 Jam, elapſo termino concurſus, ſi adhuc aliqui re adhuc integra compareant, ſunt admittendi, niſi Ordinarius contradicat: quo tamen caſu, excluſus poteſt appellare, & ita totum negotium ſuſpendere. Pax Jord. *loc. cit.* ſed Corrad. *in prax. Benef. lib. 3. cap. 4. n. 23.* docet contrarium. Garz. *p. 9. cap. 2. num. 51.* ubi Sacr. Congr. licet mox infra, primæ accedat.

135 Econtra Epiſcopus pendente termino edicti, non poteſt facere concurſum, aliter concurſus eſſet nullus, ut declaravit Sacr. Congreg. apud Pyrrh. Corrad. *in prax. Benef. lib. 3. cap. 3. num. 24.* Barboſ. *in Collectan. Bullar. verb. concurſus fol. 216.* Pax Jord. *de re Benef. d. lib. 10. tit. 8. a num. 40.* ſi tamen poſtmodum nullus compareat, alius convaleſcit concurſus, ut tenuit Rot. teſte eodem Corrad. & Pac. Jord. *loc. citat.* qui citat Garz. *de Benef. p. 9. cap. 2. n. 327.*

136 Nunc reſtat, ut ad formam edicti procedamus pro exactiori praxi, quorum formulas videre potes apud Pacem Jord. *l. c.* Barboſ. *in fin. ſuarum addit. ad tract. de poteſt. Epiſc. fol. 26.* & apud Pyrrh. Corrad. *in prax. benef. lib. 3. cap. 3. n. 10. & 11.* Nos illam exhibebimus, qua fuit uſus S. Carolus Borromæus Archi-Epiſc. Mediol. & quam vidi etiam in praxi obſervari in pluribus Diœceſibus; & revera eſt accommodatior aliis omnibus, & in reverentiam tanti Cardinalis ab omnibus eſſet amplectenda.

Formula ergo edictorum proponendorum ad Parochiales vacantes poterit eſſe, juxta dicta, illa, quæ ſequitur.

Forma edicti, pro concursu ad Parochiales.

NOs &c. Vacante Ecclesia Parochiali S. N. Diœc. N. Nos, eo nomine examen, quod ex Tridentina Sanctione præstari plane debet, a die promulgationis hujus edicti, usque ad diem decimum proxime sequentem, confecturi sumus. Quare omnes, & singulos, qui, vel examinari, vel alios examinandos nominare voluerint, præscripto illo tempore ad N.N. Cancellarium Officii nostri Spiritualis, qui nomina, & cognomina describat, convenire, tum constituta examinis die, coram nobis, atque examinatoribus synodalibus, seu Prosynodalibus adesse, hoc edicto significamus, atque edicimus, ut quos, confecto examine, moribus, ætate, doctrina, prudentia, aliisque rebus ad Curæ animarum bene gerendæ rationem opportunis idoneos esse compertum erit, ex iis nos, quem cæteris magis idoneum censuerimus, illum Ecclesiæ vacantis Rectorem, Parochumque eligemus, ac præficiemus. Quod sane, sicut nos pro eo, quod debemus, integre, sancteque in Domino præstare cupimus, ita omnes præcipueque illos, quorum Ecclesiæ, & Curæ spirituali, per nos consulendum, ac providendum est, magnopere hortamur, ac requirimus, ut hanc nostram solicitudinem, pastoraleque studium omni supplicatione, omnique intima pietate, ac religiosis precibus continenter adjuvent. Datum &c.

Hæc est forma spirans pietatis, ac Religionis, qua utebatur non satis laudandus D. Carolus Borromæus. Aliam magis practicatam trademus. Sed notandum; quod Episcopo interessente examini soleat editum ejusdem nomine emanare.

Alia forma.

N. DEI, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus &c. Universis, & singulis præsentes inspecturis, lecturis, pariter & audituris salutem in Domino. Vacante ad præsens Parochiali Ecclesia S. N. hujusce Diœcesis per Obitum (*seu liberam dimissionem, de qua in actis Cancellariæ nostræ spiritualis*) NN. &c. cupientes Sacr. Concil. Trid. decreta pro viribus Deo adjuvante, exequi, tenore præsentium requirimus, & monemus, pro primo, secundo, tertio, & peremptorio termino, omnes, & singulos Presbyteros, & Clericos volentes ad examen, per concursum faciendum, se præsentare, ac omnes volentes, ad id aptos, Clericos nominare, quatenus infra decem dies proxime futuros a die affixionis præsentis Edicti computandos, debeant in actis Cancellarii Officii Spiritualis, describi facere eorum nomina, ætatem, & patriam, ut de eorum natalibus, vita, & moribus, ac aliis rebus, ad vacantem patriam gubernandam opportunis, juxta decreta d. Sacr. Concilii, & transacto constituto tempore, sub die &c. Mensis &c. coram nobis, ac examinatoribus synodalibus, seu Prosynodalibus deputatis, examinari possint, ut ex iis, quos confecto examine, ætate, doctrina, prudentia, aliisque rebus ad curæ animarum bene gerendæ rationem opportunis, idoneos esse compertum erit, Nos, quem cæteris magis idoneum censuerimus, de dicta Parochiali, provideamus (*seu (quatenus Sedes Episcopalis vacet)* illum pro obtinenda d. Parochiali Ecclesia vacante, Sedi Apostolicæ proponamus, & approbemus) in quorum &c. Datum &c.

137 Instante die examinis debent convenire examinatores tres ad minimum, & non pauciores, aliter concursus esset nullius valoris, & debent esse ex illis sex, qui a Synodo Diœcesana approbari debent, nec sufficit, si dicta Synodus fuisset congregata ad hunc præcise effectum, sed debet fuisse congregata ad omnia negotia Episcopatus, aliter non esset servata forma Concil. Trid. juxta Garz. *de Benef. p. 9. cap. 2.* Pacem Jord. *de re Benef. lib. 10. tit. 8. a num. 127.* & si ex istis aliqui, vel omnes intra annum fuerint mortui, poterit Episcopus subrogare alios, quorum Officium durabit usque ad futuram Synodum. Si vero non omnes essent mortui, non valeret subrogatio, sed superstites deberent examinare.

138 Imo Episcopus post annum Synodi non potest deputare examinatores, licet Synodus non celebretur; quia id culpa Episcopi contingit, qui tenetur quotannis Synodum Diœcesanam celebrare. Ita Sac. Congr. & Decisiones Rot. apud Garz. *loc. c.* qui tamen contrarium tenet esse probabilius, communius, & tentum sæpius a Rot. ita *loc. cit. a num. 85.* vide etiam Barbos. *in addit. ad tract. de potest. Epis. alleg. 60. n. 47.* Pyrrh. Corrad. *in prax. benef. lib. 3. cap. 3. n. 27. & 28.* apud quem sæpius Sac. Congr. & qui firmat suam sententiam pro contraria, & supra cit. opinione, quod cum per Episcopum stat, quominus celebretur Synodus Diœcesana, non valeat concursus coram examinatoribus in priori synodo electis, seu aliis ab Episcopo loco illorum deputatis: cui suffragatur Burat. *decis. 479. a num. 12.* juxta quem Episcopo non proderit bona fides, seu probabilis ignorantia, stante decreto irritante Constitutionis Pii V. Sacr. Congregationis, quod ligat etiam ignorantes.

139 Bene verum est, quod secunda sententia ex Garz. in contrarium supra allata, sit magis usu recepta; quod si tamen contraria placeret, adhuc veniret limitanda, ut, seu negligentia seu ignorantia Episcoporum, non præjudicaret Patronis Laicis, qui in tempore a lege præstituo præsentaverunt: quia quoad tales Parochiales patronatus valebit etiam examen coram Examinatoribus non synodalibus; quia ubi forma a lege inducta præcise servari, & adimpleri non potest, sufficit, si fiat eo modo, quo potest; ne culpa Episcopi Synodum non congregantis noceat patronis, & institutis ab illis, ut tenuit Rot. quam refert Pyrrh. Corrad. *l. c. a n. 36.* licet contrarium deciderit alia Rot. coram Seraphin. in qua institutio fuit declarata pro nulla, & Patronis præservata præsentatio; quod videtur etiam confirmari a Paris. *de resign. lib. 7. qu. 5. a n. 20.* Pro priori tamen opinione declaravit Sac. Congr. dummodo taliter institutus se denuo subjiciat examini. vide Corrad. *loc. cit.* hancque opinionem videtur canonizare ipsa praxis multorum locorum, in quibus raro admodum Synodus Diœcesana congregari solet.

Quæres: quid si concursui ultra tres examinatores 140
Synodales interveniret etiam unus examinator non synodalis, valebitne concursus? videtur affirmandum, eo quod jam fuerit servata forma a Concil. Trid. præscripta, & utile per inutile non vitietur, & videtur probari ex *L. testamentum Cod. de testam.* & ita etiam videtur decisum fuisse a Rot. & hoc sentit Cæsar de Graff. *decis. 169.* Contrarium tamen tanquam verius defendit Pyrrh. Corrad. *in prax. Benef. lib. 3. cap. 3. a num. 32.* & declarationibus Sacr. Congreg. & Rot. decisionibus magis consonum: quia actus vitiatur non tantum quando fit contra formam ad illius valorem præscriptam, sed etiam quando fit præter illam formam. Joan. Andr. *in cap. prudentiam de Offic. Deleg. & in cap. si cui de elect. in 6.* Abb. *in cap. fin. de rest. spol.* Bal. *in L. 2. Cod. de ser. fugit.* Jas. *in l. 3. ff. de legat. 1.* sive forma fuerit inducta a lege, sive ab homine. Mandos. *reg. 27. q. 24.* & ita sæpius decidit Rot. & declaravit Sac. Congr. apud Corrad. *loc. cit.* Limit. si Examinatores non synodales ita interfuerunt concursui, ut tamen non examinarint; tunc enim valet concursus. Barbos. *in Collect. Bull. verb. concursus* Sacr. Congr. apud Corrad. *loc. cit.*

Examinatores, peracto examine, debent facere rela- 141
tionem, & quidem pro forma sub pœna nullitatis, & renunciare Episcopo, quos idoneos judicaverint, non tantum litteratura, sed etiam quoad vitam & mores, ætatem & alias qualitates, ut patet ex lectura Concil. Trid. *d. sess. 24. cap. 18. de reform.* & declaravit Sacr. Congr. nec sufficit relinquere examen vitæ, ætatis, &c. Episcopo; aliter examinatores peccant mortaliter, etiam ita volente Episcopo, ubi tenet Garz. *de benef. p. 9. cap. 2. a num. 104.* quia non satisfaciant suo muneri sibi incumbenti, tam de Jure communi, ut *in cap. cum in cunctis de elect.* quam ex dispositione Trid. supra cit. & ita decidit Rot. apud Ludovis. *decis. 11.* Pyrrh.

Corrad.

Corrad. *lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 5. *verſ. hic vero*. Contrarium tamen deciſum a Rot. quod imo ſufficiat, examinatores examinare ſuper litteratura, relicto examine aliorum requiſitorum Epiſcopo, teſtatur Pax Jord. *de re benef. lib.* 10. *tit.* 8. *n.* 176. ſed ut verum fateamur, probabilior, & communior videtur prima opinio, licet praxis faveat ſecundæ.

142 Quidquid ſit: in hoc conveniunt DD. quod Examinatores non poſſunt ferre judicium de eo, qui ſit magis dignus, ſed hoc ſpectare ad Epiſcopum, vel ejus Vicarium, privative quoad illos, niſi Epiſcopus petierit. vide Zerol. *in prax. Epiſc. p.* 1. *verb. Parochia*. Garz. *de benef.* p. 9. *cap.* 2. *nu.* 107. *& ſeq.* Vivian. *de Jurepatr. p.* 2. *lib.* 10. *cap.* 1. *n.* 45. Dian. *p.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 111. Pac. Jord. & Corrag. *loc. cit.*

143 Quod ſi vota examinatorum fuerint paria, vel ſingularia, poterit Epiſcopus illis accedere, quibus maluerit. Pax Jord. & Pyr. Corrad. *loc. cit.* Patiſ. *de reſign. lib.* 8. *qu.* 9. apud quos videri poterit declaratio Sacr. Congr. & *deciſ.* Rot.

144 Cæterum modus examinandi eſt arbitrarius, & diverſus, pro diverſitate Regionum, ſicut etiam modus votandi; id tamen obſervandum, ut a Notario in actis deſcribatur, quis ex examinatis fuerit approbatus, & quis reprobatus; a quo etiam debet referri ad acta collatio facta ab Epiſcopo, vel electio de digniore.

145 Sed quamvis a relatione primorum examinatorum non detur appellatio, neque ad effectum devolutivum, neque ſuſpenſivum, tamen a relatione examinatorum ſecundæ inſtantiæ datur appellatio quoad utrumque effectum. Adde; quod in Parochialibus Juriſpatronatus Laicorum datur appellatio etiam a relatione primorum examinatorum, quoad utrumque effectum. Sicut etiam in proviſione, quæ fit ab executore *in forma dignum*, datur appellatio a relatione examinatorum quoad utrumque effectum. Vide quæ notavimus ſupra in verb. *Appellatio*. & Jordan. *loc. cit. a num.* 186. & Garz. *loc. cit. a num.* 249.

Sed poſſuntne aliqui examinatores recuſari, uti ſuſpecti? R. affirmative, adeo, ut ſi non obſtante legitima recuſatione ad examen procedant, omnia ſubjiciantur vitio attentatorum, tam in primo examine, quam aliis. vide Pac. Jord. *loc. cit.* Pyrr. Corrad. *in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 17. *verſ. ſane*. ubi Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 6. Guttierez. *lib.* 2. *Canon. q. cap.* 11. *& lib.* 1. *pract. quæſt. cap.* 146. ubi Rot. & Sac. Congr. apud. d. Corrad.

In tantum vero concurſus eſt neceſſarius in collatione Parochialium, ut requiratur pro forma; adeo, ut eo omiſſo, vel electo minus digno corruat proviſio, ob formam a Concil. Trid. præſcriptam, quæ dat eſſe rei. Pyrrh. Corrad. *in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 4. Pax Jord. *l. ſup. c.* Ricc. *in prax. concurſus p.* 1. *a reſolut.* 362. Garz. *l. e.* vide etiam Barb. *de jur. Eccleſ. lib.* 1. *c.* 19. *num.* 189. Ugol. *de Offic. Epiſc. cap.* 50. 146
Ampliatur: ut etiam approbatus in primo concurſu pro Parochiali, imo ipſi Parochi, etiam Vicarii Generales, Doctores &c. quorum Epiſcopus perſpectam habeat ſufficientiam ad Eccleſiam regendam, ſubjacere debeant concurſui, quatenus de Parochialibus velint provideri; quia forma ad unguem eſt ſervanda, eo maxime, quia fuit introducta ad arcendam affectionem Epiſcoporum, propter quam poſſent præferre minus dignos ad Regimen Eccleſiarum. vide Pac. Jord. *de re benef. lib.* 10. *tit.* 8. *a num.* 68. Patiſ. *de reſign. lib.* 8. *quæſt.* 9. *n.* 83. Garz. *l. c. n.* 102. & alii.

Reſtat, ut claudamus hanc praxin, exhibendo requiſita examinatorum ipſorum, ac eorum qualitates, quibus præditi eſſe debent ad normam Concil. Triden. *d. ſeſſ.* 24. *cap.* 18. ubi habetur: quod debent eſſe neceſſario Magiſtri, vel Doctores in Jure Canonico, vel Theologia, & quatenus tales non adſint, ſaltem Clerici, qui ad id videbuntur magis idonei. Maſſabr. *in prax. habend. concurſ. ad Paroch. requiſ.* 11. *num.* 2. Ugol. *de Offic. Epiſc. cap.* 50. §. 5. *n.* 1. Barboſ. *in addit. ad tr. de poteſt. Epiſc. alleg.* 60. Pyr. Corrad. Pax Jord. & Garz. *de benef. ll. c.* Item debent jurare ad S. Dei Evangelia, quod velint ſuum munus rite exequi. vide DD. *cit. & prax. reſign. infra*. 147

Epiſcopus ergo, facto concurſu, ut ſupra dicebamus, & electo digniore, ac facta illi collatione Parochialis, ſeu ejuſdem Vicarius Generalis, recipit profeſſionem fidei a proviſo, ut in Rituali Rom. & mandat ex Cancellaria Spirituali expediri patentes inveſtituræ; & ſi per ſe non poteſt, delegat, & deputat perſonam, ſibi, ſeu Proviſo bene viſam, qui proviſum inducat in corporalem poſſeſſionem. Quas formulas ſequentes damus ex Barb. & Pac. Jord. Debet tamen ab illo præmitti decretum ejuſdem coram teſtibus, & rogandum a Cancellario. 148

Forma litterarum Collationis Eccleſiæ Parochialis.

NOs. &c. Dilecto nobis in Chriſto N. Presbytero loci N. ſalutem in Domino. Inter cætera, quæ pro Paſtoralis noſtri Officii debito præſtare cupimus, illud præcipue nobis cordi eſt, ut Parochialibus Eccleſiis, quibus de Rectoribus per nos providendum eſt, tales præficiamus, qui Officio, & miniſterio curæ animarum, quod omnium graviſſimum eſt, laudabiliter ſatisfaciant: Vacante igitur Parochiali Eccleſia S. N. Oppidi N. (*ſeu*: ſub invocatione S. N.) hujus N. Diœceſis, per obitum N. illius, dum viveret, ultimi poſſeſſoris, fuerunt per Curiam noſtram mediantibus edictalibus, juxta formam, & præſcriptum S. Conc. Trid. & Conſtitut. ſel. rec. Pii Papæ V. vocati omnes de ſic vacante Eccleſia provideri volentes, quatenus infra terminum dierum decem comparerent in eadem Curia, ad faciendum deſcribi, & annotari nomina ipſorum; & cum in eodem termino multi comparuiſſent, tandem iiſdem deſcriptis legitime vocatis, & citatis ſub die &c. coram nobis prævio rigoroſo examine per tres examinatores in Diœceſana Synodo deputatos, facta fuit experientia de ſcientia, & ſufficientia ſingulorum deſcriptorum, ac demum ſervatis de jure ſervandis, fuiſti per dictos Examinatores repertus, habitus, & æſtimatus idoneus, vita, moribus, ætate, ſcientia, & aliis a Jure requiſitis, & ut talis ad hanc Parochialem Eccleſiam regendam, ejuſque Curam per te ipſum gerendam, nobis ab eiſdem renunciatus, & ſucceſſive a nobis, poſt examen, & approbationem prædictam, magis idoneus reputatus, & judicatus. Nos igitur eidem Eccleſiæ, ac animabus illi ſubditis de idoneo Rectore providere volentes, tibi, quem præ cæteris ſummo cum Judicio delegimus, Parochialem eandem, cum illi forſan annexis, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſuis univerſis, conferimus, & aſſignamus, de illaque te coram nobis propter hoc flexis genibus humiliter conſtitutum, & acceptantem per birreti capiti tuo impoſitionem inveſtimus. Quocirca univerſis, & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis, Notariiſque, ac Tabellionibus publicis Civitatis, ac Diœceſis noſtræ in virtute Sanctæ obedientiæ, ac ſub pœnis, & cenſuris contra inobedientes Superiorum mandatis a Jure inflictis, & arbitrio noſtro infligendis, per præſentes præcipimus, & mandamus; ut cum pro parte tua vigore præſentium requiſiti fuerint, vel eorum aliquis requiſitus fuerit, ad ipſam Parochialem Eccleſiam præfati loci accedant, teque, vel Procuratorem tuum pro te, in corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem prædictæ Eccleſiæ, ac omnium illi forſan annexorum, Jurium, & pertinentiarum prædictorum, ſervatis ſervandis, inducant authoritate noſtra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, quem nos etiam harum ſerie amovemus, & denunciamus amotum. Fiſcalibus vero, Colonis, & aliis arrendatariis prædictæ Parochialis, ac omnium illi forſan annexorum Jurium, ac pertinentiarum, fructibus, redditibus, proventibus, Juribus, & obventionibus tibi, vel procuratori tuo legitime debito tempore, reſpondeant, atque ab aliis, quantum in ſe fuerit, reſponderi faciant (*ſi vero proviſus haberet aliud incompatibile, additur*) Volumus autem, ac præſentium tenore declaramus, per hujuſmodi Parochialis pacificæ poſſeſſionis adeptionem, alteram Parochialem loci N. ſeu, Beneficium N. quæ, vel, quod obtines, eo ipſo vacare. In quorum fidem &c.

Hanc formulam deſcripſimus ex Barboſ. *de offic. Paroc. part.* 1. *cap.* 2. ubi aliam habes, quam hic tranſcribere omittimus, ne ſimus plus æquo prolixi, quam proinde videre poteris apud eundem.

149 Postquam vero noviter provisus fuerit in actualem possessionem inductus, debet actus possessionis instrumentum publicum rogari, & ejus originale, vel transsumptum in forma authentica, in actis Officii Spiritualis registrari. Forma vero instrumenti est, quæ sequitur.

Prænotandum tamen est ad formulam supra traditam, quod si Parochialis vacet non per obitum, sed vel per assecutionem alterius beneficii incompatibilis, vel ingressum Religionis, & emissæ professionis in eadem, id erit in litteris patentibus exhibendum, nempe: *Cum Ecclesia Parochialis N. vacet, eo quod ejus possessor aliam a nobis illi collatam fuerit assecutus: vel: in Religione N. fuerit professus, vel: matrimonium per verba de præsenti contraxerit.*

Forma inductionis in possessionem Parochialis.

IN Nomine Domini Amen. Anno &c. Indictione &c. die vero &c. mensis &c. Pontificatus S. D. N. Papæ N. anno &c. in mei Notarii &c. Constitutus N. de loco N. habens, & tenens in suis manibus quasdam collationis, & provisionis de Parochiali, sub invocatione S. N. sibi factarum patentes litteras, per &c. concessas, ipsiusque N. Domini &c. sigillo cera &c. impresso, cum cordula fili &c. impendente sigillatas, sub anno &c. Indictione &c. Pontificatus &c. prædictis &c. ac die &c. illas Domino N. Executori unico, in ejusdem litteris collationis, & provisionis, specialiter deputato, præsenti & recipienti ad manus realiter tradidit, eumque vigore, & authoritate earundem litterarum, ut se in corporalem, realem, & actualem possessionem dictæ Ecclesiæ Parochialis, de qua, certo modo tunc vacante, fuit per præfatum N. &c. provisus, prout in eisdem litteris continetur, Jurium, & pertinentiarum ipsius poneret, & induceret juxta illarum formam, & tenorem debite requisivit. Qui quidem Dominus N. Commissarius, & Executor præfatus, receptis primo prædictis litteris cum honore, ac ea, qua decet, reverentia, attendens requisitionem hujusmodi esse justam, ac consonam rationi, ut, & tanquam verus obedientiæ filius, d. D. N. in corporalem, realem & actualem possessionem Parochialis Ecclesiæ, Juriumque & pertinentiarum prædictarum, per traditionem, tactum, palpationem clavis, atque introitum ad altare, & pulsationem Campanarum ejusdem Ecclesiæ, nemine contradicente posuit, & induxit; & nihilo minus omnibus, & singulis ipsius Ecclesiæ utriusque sexus Parochianis, ut d. Domino N. tanquam vero Rectori ipsius Ecclesiæ, vel ejus legitimo Procuratori de fructibus, redditibus, & proventibus dictæ Ecclesiæ, suis loco, & tempore congruis, & opportunis responderent, præcepit & mandavit, de, & super quibus &c. In quorum &c.

Si vero immittens in possessionem sit ipse Notarius, tanquam ad hoc rogatus a Domino provisо, conficiet instrumentum tenoris ut supra, mutatis mutandis.

Hactenus egimus de praxi provisionis Parochialis vacantis, sede plena, ab Ordinario factæ authoritate Ordinaria: Nunc restat videre, quæ praxis sit servanda, quando Parochialis vacaverit sede Episcopali vacante; quæ quidem praxis, cum sit multum diversa ab illa, quam mox supra tradidimus, & quotidiana, non erit negligenda.

150 Supponendum ergo est pro regula, quod omnium Beneficiorum Ecclesiasticorum dispositio, sede Episcopali vacante, spectat ad Summ. Pontificem, nec Capitulum potest in illa se ingerere. *cap. 2. ne sede vacante*, Archid. *in cap. 1. de instit. in 6.* & patet ex Constitutione Pii V. quæ incipit: *Summus in Christo Pater.* die 9. Martii anno 1598. Vivian. *in prax. Jurispatr. lib. 5. cap. 3. n. 31.* Pyrrh. Corrad. *in Prax. Benef. lib. 3. cap. 6. n. 50.* Lotter. *de re benef lib. 2. quæst. 2. num. 39.* Garz. *de benef. p. 9. cap. 2. n. 115.* & melius *p. 5. cap. 7. n. 51.* ubi DD. & S. Congr. declaravit, ut videri potest apud eundem Corrad. *l. c.* vide etiam Garz. *p. 5. cap. 1. a n. 224.* ubi *regul. Cancell. 53.* Et licet reservatio a Pio V. facta fuerit personalis, cum ipse Pius V. sibi tantum reservaverit, successorum nulla facta mentione, & per ejus mortem expiraverit, tamen a tempore Sixti V. usque modo omnes Summ. Pontifices reservarunt sibi beneficia vacantia tempore Sedis Episcopalis vacantis: quod ampliatur etiam ad illa beneficia, quorum collatio non potest fieri per Episcopum totaliter libere, sed cum consilio, vel consensu Capituli. Pyrrh. Corrad. *d. lib. 3. cap. 6. num. 55.* Item ad illa beneficia, quorum collatio pertinet ad Episcopum Jure devoluto. vide Quarant. *in Summ. Bullar. verb. Capitulum. sede vacante, vers. 9. quæro. cap. un. ne sede vacante in 6.* Rebuff. *in prax. tit. de devolut. num. 76. & 94.* & DD. apud Garz. *d. cap. 7. num. 53.* Præterea amplia etiam ad hospitalia, quando habentur loco Beneficii, uti cum conferuntur in titulum. *Clem. quia contingit de relig. domib. Clem. 2. de præb.* Sylva *de benef. p. 2. qu. 11.* Pyrrh. Corrad. *loc. c. num. 55.*

151 Limit. I. Supra dicta, non procedere reservationem hanc in Beneficiis Jurispatronatus, quorum collatio non est libera, sed necessaria vel etiam in confirmatione, & institutione jure electi, cum sint necessariæ, & ideo præstari possunt a Capitulo etiam sede vacante, juxta *cap. 1. de inst. in 6.* ubi Gemin. & Franch. Abb. *in cap. 2. ne sede vacante.* Marchetus *prax. Vicar. Capit. par. 2. tit. 32. num. 32. & seqq.* DD. apud Garc. *d. cap. 7. p. 5. n. 54.* ubi late de aliis collationibus necessariis.

152 Limit. II. In potestate confirmandi electiones, quas Episcopus vivens confirmabat. Rebuff. *loc. cit.* Sbroz. *de Vicar. Episc. lib. 2. q. 70. num. 4.* Quarant. *l. sup. cit.* Marchet. *loc. cit. num. 55.* Barb. *de Can. cap. 42.*

Limit. III. In Beneficiis, quorum collatio est com- 153
munis Episcopo, & Capitulo: quia uno deficiente, vel inhabili existente, alius succedit. *cap. un. ne sede vacante in 6.* Marchet. *loc. cit. num. 26.* ubi Rebuff. *in prax. benef. devolut. num. 74.* Vivian. *de Jurep. lib. 12. cap. 2. num. 14.* Diana *p. 8. tract. 4. res. 25. §. nota.* Item cum potestas præsentandi, vel eligendi, seu præsentatio, & electio ad utrumque simul spectabat, alias non Lapus, Gemin. & Franc. *in cap. un. de major. & obed. in 6.* Lambertin. *de Jurepatr. p. 1. lib. 2. art. 13. qu. 2.* ratio est, quia æquale jus quælibet pars habet in tali actu, juxta Joa. Monach. *in cap. cum illis de præb. in 6.* & Gemin. *in d. cap. un. de major. & obed. in 6.*

Limit. IV. dictam reservationem non ligare manus 154
Capitulo, quo minus possit sede vacante Ecclesiæ Parochiali vacanti præficere œconomum, seu ipsam ad tempus commendare alicui, ut ipsius Jura regat, & administret, donec de Rectore, a quo de Jure, fuerit provisum, *cap. cum nos de Offic. Ordin. c. 2. ne sede vacante. cap. bonæ, de appell.* ubi Panorm. Pavin. *p. 2. q. 3. de potest. Capit.* Marchet. *loc. cit. tit. 33.* non tamen unus ex collitigantibus. Marchet. *l. c. n. 9.*

Limit. V. Posse Capitulum, reservatione non obstante supra dicta, authorizare Beneficiorum permutationem, quando eorum collatio spectabat communiter ad Episcopum, & Capitulum. *gl. in Clem. un. &* Immol. *de rer. permut. num. 11.* Item, quando Beneficia pertinent ad collationem tertii. Zabar. *in Clem. 1. de haret. & conf. 39. num. 2.* Marchet. *l. c. n. 56.*

Limit. VI. Dictam reservationem non impedire, quo 156
minus possit Capitulum Beneficiorum resignationem acceptare: uti fuisse decisum a Rot. testatur Quarant. *l. c.* & tenet Franc. *in cap. 1. de rer. permut. in 6.* dummodo resignatio fiat ex causa non necessaria, sed libere, & simpliciter. Rebuff. *l. c.* & fiat collatio ante provisionem factam in Consistorio, etiam antequam possessionem capiat, & ita decisum fuisse a Rot. docet Paris. *de resign. benef. lib. 7. qu. 23. num. 47.* & Beneficiorum resignatorum collatio pertineat ad Episcopum, & Capitulum simul, juxta communiorem DD. quam refert, & sequitur Paris. *l. c.* Nisi Capitulum esset in possessione conferendi, & recipiendi Beneficiorum resignationem, spectantium ad solum Episcopum, eadem sede Episcopali vacante; tunc enim attendenda est possessio, & in illa manutenendum Capitulum, *cap. consultationibus de Jurepatr.* Decius *cons. 126. num. 2.* plura vide apud Quarant. *l. c.* & apud Marchet. *l. c. n. 58.*

Sicut vero collatio Beneficiorum vacantium Sede E- 157
piscopali vacante reservatur Summo Pontifici, ita Beneficiorum reservatorum vacantium Apostolica Sede vacante

cante collatio pertinet ad Ordinarium, non obstante quacumque alternativa, uti tenuit Rota sæpius, quam refert, & sequitur Pyrrh. Corrad. *loc. cit. num.* 56. quia tunc expirat regula reservatoria, & ideo omnes menses pertinent ad Ordinarium redditu facto ad jus commune, & prout supra cum aliquibus limitationibus notavimus *num.* 58. quod ampliatur etiam ad Ecclesias Parochiales vacantes in Curia, seu in mensibus reservatis, etiamsi vacaverint ante mortem Pontificis, si ante illius obitum de illis non providerit, ex notabili tex. *in cap. si Apostolicæ, de præb. in* 6. nihil in contrarium faciente *cap.* 2. *eod. tit.* quia illud non procedit quoad beneficia curata vacantia in Curia Sede Papali vacante, nec quoad Parochiales vacantes etiam ante obitum Papæ, si de ipsis per eum non fuerit ante obitum provisum: ita Pyrrh. Corrad. *l. c. n.* 58. ubi Rotæ. Prædicta limita primo, si beneficia fuerint alias Pontifici affecta, & non solum reservata propter vacationem in Curia. *ut supra d. n.* 58. notavimus, vel si Papa de novo electus declaret, non expirasse reservationem sui prædecessoris, vel illa de novo reservet: tunc enim provisio facta ab Ordinario post illam declarationem non valeret; imo nec facta ante declarationem, si in ea Papa derogat juri quæsito, & regulæ *de jure quæsito non tollendo*, ut per Mandos. *ibi reg.* 18. *quæst.* 16. Dec. *in cap. fin. de constit. n.* 47. & 48. & alios docet Garc. *de benef. p.* 5. *cap.* 1. *n.* 646. Chokier. *in comment. ad reg. Cancell. in proœm. n.* 21. ubi id fecisse tradit Paulum V. Limita secundo in iis Beneficiis, quæ subsunt Concordatis Germaniæ, cum illorum vigore illa fuerint reservata etiam Successoribus. Barbos. *in add. ad tract. de potest. Episc. in alleg.* 57. *p.* 3. *sub n.* 62. quem sequitur Laurent. Nicolart. *in sua prax. benef. ex Concordatis. tit.* 1. *de reserv. dub.* 8. §. 14. *pag. mihi* 128. Chockier. *loc. cit.* Pyrrh. Corrad. *loc. cit. vers. quare.* Limita tertio, quod diximus, quod Ordinarius possit Parochiales conferre vacantes in Curia sede vacante, etiam ante mortem Pontificis vacantes, si ante illam non disposuerit, ut non procedat in aliis Beneficiis Curatis, cum tex. loquatur tantum de Parochialibus, juxta Franc. *in d. cap. si Apostolica. num.* 1. apud Corrad. *l. c. n.* 59.

Quæ supra diximus Beneficiorum, sede Episcopali vacante, collationem, ad Summ. Pontificem spectare, venit ampliandum etiam ad casum, quo novus Episcopus fuerit electus, donec acquirat exercitium Jurisdictionis. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 27. *num.* 31. quod exercitium non acquirit novus Episcopus, donec litteræ provisionum, seu confirmatoriæ fuerint expeditæ, & Capitulo ostensæ, & præsentatæ, juxta Extravag. Bonifacii VIII. quæ incipit. *Injuncta de elect.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 15. §. 2. *num.* 84. de quibus plura videre poteris apud Paris. *de resign. lib.* 8. *qu.* 5. *num.* 33. Nisi novus Episcopus habuerit, vel obtinuerit a S. Sede ante dictarum litterarum expeditionem Breve *de capienda possessione*, virtute cujus Episcopus apprehendit suæ Ecclesiæ possessionem, ac omnia facit, quæ pertinent ad Jurisdictionem ordinariam; cujus Brevis formulam, vide apud Pyrrh. Corrad. *in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 65.

Quibus prænotatis in ordine ad praxin, in facti 158
contingentia, occurrente Parochialis Ecclesiæ vacatione debebit Vicarius Capitularis proponere edicta pro faciendo concursu, & omnes concurrentes examinare cum tribus examinatoribus Synodalibus, seu Prosynodalibus, quatenus synodales non existant, ut in locis, in quibus raro synodus congregari solet, ac servatis omnibus illis, quæ superius commemoravimus, peracto examine, quem magis idoneum judicaverit, eligere, eumque Summ. Pontifici intra quatuor menses proponere ab eodem providendum, aliter collatio devolvetur ad Summ. Pontificem, qui poterit conferre cuicumque sibi bene viso, juxta a nobis dicta.

Litteræ vero, quibus facienda est propositio approbati, erunt tenoris sequentis, S. Carolo Borromæo familiares.

Formula litterarum de approban. ad Parochialem vacantem in mense reservato Pontifici.

N. N. DEI, & Apostolicæ Sedis Gratia Episcopus &c. Universis, & singulis, ad quos præsentes litteræ nostræ pervenerint, fidem facimus, & attestamur, quod, cum Parochialis Ecclesia S. N. nostræ Diœcesis N. quam N. dum viveret, obtinebat, per ipsius obitum, qui de mense N. extra Romanam Curiam, diem suum clausit extremum, vacaverit, & vacet ad præsens: Cumque occasione vacationis hujusmodi per publica edicta vocati sint, qui examinari vellent, juxta formam SS. Concil. Trid. nos, una cum Examinatoribus in Synodo Diœcesana deputatis, vel Prosynodalibus, cum synodales non existant, ex quo jam ab annis pluribus nulla synodus in eadem Diœcesi convocata fuerit; Dominum Presbyterum N. Diœcesis N. transacto tempore per concursum examinavimus, ipsumque ad præfatam Ecclesiam regendam, gubernandam, & obtinendam, moribus, ætate, doctrina, & aliis rebus ad id opportunis, magis idoneum judicavimus, & approbavimus. In quorum fidem, præsentes, manu nostra subscriptas & nostro sigillo obsignatas, fieri jussimus, & ab aliis Examinatoribus, subscribi curavimus.

Forma litterarum similium, quando Parochialis vacat sede Episcopali vacante.

Ad extra.

Eminentissimo & Reverendissimo Domino Sanctissimi D. N. N. N. Papæ &c. Cardinali Prodatario.

N. N. Sede Episcopali vacante Vicarius in Spiritualibus Generalis Capitularis &c. humiliter exponit, & quibuscumque præsentes litteras inspecturis, lecturis, pariter & audituris: vacante nuper die &c. mensis &c. proxime præteriti Parochiali Ecclesia sub invocatione S. N. loci N. Diœcesis hujus N. per obitum quondam N. ultimi, & immediati illius possessoris, fuisse per Officium Spirituale suum, seu Curiam suam spiritualem, mediantibus edictis, juxta formam, & præscriptum S. Concil. Trid. vocatos omnes de sic vacante Ecclesia provideri volentes, quatenus intra terminum decem dierum comparerent in eadem Curia ad faciendum se describi, & adnotari nomina ipsorum: & cum in eodem termino tot &c. comparuissent, tandem ipsis descriptis legitime vocatis, & citatis sub diebus &c. mensis currentis, coram se rigoroso examine per quatuor Examinatores synodales, vel Prosynodales (*uti in priori formula dictum*) factam fuisse experientiam de scientia & sufficientia singulorum descriptorum; ac demum, servatis de jure servandis, per dictos examinatores fuisse repertum, habitum, & judicatum idoneum; vita, moribus, ætate, scientia, & aliis a Jure requisitis ad obtinendam a Sede Apostolica dictam Parochialem Ecclesiam N. N. Doctorem &c. & in ætatis suæ anno &c. constitutum, ex bonis parentibus natum (*quamquam hæc sint superflua, & sufficiant sequentia*) & successive a se post examen, & approbationem prædictam, fuisse magis idoneum reputatum, & judicatum, & ut talem pro obtinenda dicta Parochiali, Sedi Apostolicæ, attenta Sedis Episcopalis vacatione, proponendum, & approbandum, prout proponit, & approbat. In quorum &c. Datum. &c.

159 Sed prior formula videtur magis Juridica, & illi deberent subscribere examinatores: quia vero diversa est diversorum locorum praxis; ideo utramque formulam tradendam duximus, ut ex illis, quam quisque maluerit, eligat. Quia tamen istæ litteræ debent transmitti ad aliquem in Curia, qui illas præsentet Datario, & petat ab eodem debitam admissionem, Institutionem, & Bullarum expeditionem, opus est mandato, seu procuratorio. Ideo providendus debebit illas transmittere, una cum dicto mandato. Quare operæ pretium duximus, etiam ejusdem procuratorii formulam tradere, pro praxis exactiori methodo. Est ergo forma, quæ sequitur.

For-

Formula procuratorii, de quo ſupra &c.

IN DEI Nomine &c. Amen &c. Cunctis hoc præſens procuræ inſtrumentum viſuris, lecturis, legique audituris notum ſit, & pateat evidenter, quod anno a partu Virginis &c. Indictione &c. Pontificatus Sanctiſſimi Chriſto Patris, & D. N. D. N. N. Papæ &c. anno ejus &c. die vero &c. menſis &c. in Civitate &c. & in contrata &c. & in hypocauſto domus mei Notarii &c. infra ſcripti, præſentibus in teſtes ſpecialiter adhibitis N. N. Præſens, & perſonaliter conſtitutus, in mei Notarii, & præmiſſorum teſtium præſentia Dominus N. N. de loco N. hujus N. Diœceſis, uti in concurſu approbatus, & electus ad Parochiam S. N. vacantem per obitum N. ultimi & immediati illius poſſeſſoris, ſponte, & libere omnique alio meliori modo, & forma, fecit, conſtituit, & creavit ejus Procuratorem ſpecialem Dominum N. N. licet abſentem, ſed uti præſentem, ſpecialiter, & expreſſe, ad, ejuſdem Domini Conſtituentis nomine, & pro eo comparendum coram prælibato S. D. N. Papa, ſeu ejuſdem Emin. Rever. Domino Prodatario, ſeu quovis alio &c. ad præſentandum litteras patentes præcitatæ approbationis, & electionis factæ, & debitam admiſſionem, inſtitutionem, ac Bullarum expeditionem deſuper petendam, obtinendam, & expediri faciendam, cum omnibus aliis neceſſariis, & opportunis, eumque in finem ea omnia, ac ſingula præſtanda, & obſervanda, quæ ipſemet Dominus conſtituens, præſtare, obſervare, & exequi poſſet, ac deberet, ſi perſonaliter intereſſet, & ſi talia forent, quæ mandatum magis ſpeciale requirerent. Cum facultate etiam eum in finem, quatenus opus eſſet, alium procuratorem ſibi bene viſum ſubſtituendi, cum omnibus clauſulis neceſſariis, & opportunis juxta ſtylum Romanæ Curiæ, quas hic pro inſertis haberi intendit. Dans &c. promittens &c. Obligans &c. & ita omni &c.

Poſtquam in Curia expediuntur Bullæ tenoris, ut diximus, cum ageremus, & explicaremus Bullas reſignationis in forma gratioſa, & in earum executione, cum eadem veniant obſervanda, ne illà ſæpius tranſcribam, ad dictum locum te remitto, ubi videbis praxin executionis dictarum litterarum.

160 Et licet quoad valorem ejuſmodi Parochialium impetrationis regulariter requiratur expreſſio reddituum ſeu valoris, non quidem de Jure, ſed de ſtylo antiquiſſimo Romanæ Curiæ. Capell. Tholoſ. *qu.* 436. *Clem.* 1. *de præb.* Felin. *in cap. ad aures de reſcript.* Decius *conſ.* 262. Rot. *deciſ.* 19. *de reſcr. in novis*. Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 8. *qu.* 9. *n.* 75. Pyrrh. Corrad. *in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 23. aliter impetratio eſt ſubreptitia. Secus in collatione facta ab Ordinario. Caſſad. *ſuper reg. Cancell. deciſ.* 31. *Clem.* 2. *de Offic. Ord.* quia videtur conferre motu proprio, qui excludit ſubreptionem. Pyrrh. Corrad. & DD. apud eundem *loc. cit.* Tamen in Imperio propter Concordata tantum exprimitur, valorem non excedere viginti quatuor Ducatos de Camera auri, licet multum excederent; uti in praxi paſſim vidi obſervari. vide Branden. *ad Concordata poſt quæſt.* 12. *not.* 2. *n.* 7. Chokier. *in Comment. ad reg.* 21. *n.* 17. *& reg.* 61. *n.* 21. & alios apud Nicolart. *in prax. benef. Concord. German. tit.* 2. *de annat.* §. 3. ubi Rotæ.

161 Et notandum: quod ſi proviſus ut ſupra a Sede Apoſtolica habebat aliud Beneficium incompatibile, maxime Parochiale, & illud remanet reſervatum Sedi Apoſtolicæ propter Conſtitutionem Joan. XXII. quæ incipit. *Execrabilis*, & Regulam Cancellariæ; ut videri poteſt apud Pyrrh. Corrad. *loc. cit. num.* 37. Secus, ſi ſecundum obtinet ab Ordinario; tunc enim vacat quidem primum, ſed eſt ſub collatione Ordinarii. ut ſupra *num.* 57. Et ne Impetrans incidat in pœnas dictæ Execrabilis, antequam obtineat ſecundum, debet dimittere primum in manibus Ordinarii cum publico teſtimonio. vide Corrad. *l. c.*

Præterea in ordine ad ſupra dictas litteras teſtimoniales, quæ ad Curiam tranſmittuntur debet exprimi, an Examinatores fuerint ſynodales, vel non ſynodales, aliter collatio facta a Pontifice virtute talium litterarum erit nulla, & ſub, vel obreptitia; ut decidit Rot. ſæpius apud Pyrrh. Corrad. *l. c. cap.* 8. *a n.* 7. 162

Si vero Parochialis vacet in Curia, vel alias ſit reſervata ob non ſervatam Concil. Trid. formam in ejuſdem collatione; tunc ejuſdem collatio pertinet ad Sum. Pontificem, & ab illo poteſt confetri cuicumque bene viſo. 163

Talis autem collatio vel poteſt fieri in forma gratioſa, vel in forma *Dignum*. Et quidem, ſi Pontifici, vel ejus Prodatario non fuit tranſmiſſa fides ab Ordinario, quod examine peracto concurrens, vel impetrare volens fuerit inventus idoneus ad regendam Eccleſiam Parochialem vacantem, ſolet fieri collatio in forma *Dignum*. Et ſub eadem forma expediuntur litteræ Apoſtolicæ, ſeu Bullæ, quæ diriguntur Epiſcopo, vel ejus Vicario Generali: qui tali caſu, qualiter debeant procedere ad executionem, diximus ſatis in praxi reſignationis, ad quam praxin te remitto. 164

Quare conſultius faciunt, qui volentes impetrare Parochialem vacantem in Curia, faciunt ſe prius examinari, & cum fuerint approbati, tranſmittunt ad Curiam dictas atteſtationes Ordinarii, & pro cautela abundanti, etiam procuratorium, de quo mox ſupra diximus, ne poſt multas expenſas, quas eoſdem in Curia facere contigerit, cum rubore in examine reprobentur. Formula vero atteſtationis erit illa aptiſſima, quam ex Barboſ. *de Offic. Parochi* deſcripſimus, vel alia, quam pro varietate locorum, acciderit eſſe magis in praxi receptam. ſit ergo

Formula litterarum, ſeu atteſtationis Epiſcopi, pro impetranda Parochia in Curia.

NOs &c. Univerſis, & ſingulis, quibus expedit, fidem facimus, & atteſtamur, Dominum N, N. de loco N. hujus Diœceſis N. & in vigeſimo nono ætatis ſuæ anno conſtitutum, ut per fidem Parochi nobis exhibitam edocti fuimus, eſſe Presbyterum legitime promotum, nullo vitio, crimine, defectu, irregularitate, aut alio impedimento Canonico, quod ſciamus, detentum, aut alicujus excommunicationis, vel alterius cenſuræ vinculo obſtrictum, ſed de morum honeſtate, vitæ probitate, pietate, modeſtia, & inculpabili converſatione multiplici virorum fide dignorum teſtimonio apud nos commendatum exiſtere, eumque prævio diligenti examine coram nobis per examinatores Synodales, ſeu Proſynodales &c. *(juxta mox ſupra dicta)* peracto, habilem, ſufficientem, & idoneum repertum fuiſſe ad Parochialem in hac Diœceſi regendam, & gubernandam. Et ne de præmiſſis ulli dubitare contingat, præſens teſtimonium, requiſiti, eidem concedimus, & impertimur. In quorum &c.

Appendix ad ſupra dicta.

Facto examine per concurſum, modo quo ſupra dictum eſt, clauditur concurſus. Ubi nota: quod concurſui debeat eſſe præſens Cancellarius Officii, qui omnia redigat ad acta &c. una cum omnibus eorum requiſitis, eo, quo ſequitur, modo. Cancellarius ergo habens deſcripta nomina ſingulorum concurrentium, die, quo incipit concurſus, accedit ad locum; & acta eo modo proſequitur *Die &c. Menſis &c. Anni &c. Coram Celſiſſimo Epiſcopo &c. & Reverendiſſimo Vicario &c. & tribus admodum Rev. Examinatoribus ad concurſum, ad eandem diem præſtitutum in edictis, quæ in actis producuntur, & regiſtrantur &c. Comparuit admodum Rev. Dominus N. tanquam primus, qui nomen ſuum deſcribi fecit, inſtando ſe admitti. &c.* examinatur, fertur de eo judicium, & ſi fuit approbatus omnium votis, ſubjungitur: *Et examinatus, omnium votis fuit approbatus*, vel *tribus, aut duobus &c.* Si vero majori parte votorum fuit reprobatus, abſolute dicitur. *fuit reprobatus.* & ſic cum reliquis. Et finitis examinandis clauditur concurſus, & ſic Cancellarius dicit: *Quibus habitis: cum nullus alius comparuerit, Reverendiſſimus Dominus Epiſcopus, vel ejus Vicarius, clauſit concurſum.*

Et

Et si eodem die fit electio dignioris, id exprimitur hoc modo: *Et successive, die ut supra, vel tali die &c. Reverendissimus Dominus, visis actis, consideratisque omnibus de Jure considerandis, tanquam digniorem, elegit & approbavit ad Parochialem vacantem regendam Dominum N. &c. mandando per me Cancellarium expediri litteras testimoniales ad Romanam Curiam transmittendas.* (si Parochia sit reservata, uti sede vacante) sed si Beneficium Parochiale confertur ab Episcopo, tunc præmissa fidei professione, fit illi collatio, & investitur; & Cancellarius, de his quoque facit fidem in actis; & ultimo in decreto dicitur: *mandando per me Cancellarium litteras patentes expediri. Actum ut supra &c. die &c. præsentibus in testes specialiter adhibitis N.N. & N.N. de locis N.*

N. Cancellarius &c.

§. IX.

Praxis Collationis Parochialis cum reservatione pensionis.

Sæpe contingit in Parochialium collatione, pensiones reservari ad favorem aliorum de Ecclesia bene meritorum: ideo pro praxis in hac materia complemento nonnulla declaranda censuimus aliqua reservando infra dicenda *litt. P. in verbo Pensio.*

165 Pensio vero est duplex: alia, quæ datur titulo temporali, uti Laico, vel etiam Clerico in stipendium pro servitio temporali: & hæc nunquam venit nomine Beneficii. Bal. & Felin. *in cap. ad audientiam, de reser.* Gigas *de pension. qu.* 67. Duard. *de benef. lib.* 6. *cap.* 4. Garz. *de benef. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 8. Ciarlin. *controv. forens. c.* 115. Alia est, quæ datur in titulum, & ferme loco beneficii assignatur, & de hac in impetratione beneficii mentio est facienda. Paris. *de resign. lib.* 6. *qu.* 4. Gigas *loc. cit.* Vere tamen, & proprie non est Beneficium. Sarmient. *de infirm. quæst.* 16. Paris. *loc. cit. q.* 25. *& de confident. quæst.* 58. Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 11. an vero & quando veniat nomine Beneficii, vide late Ciarlin. *d. cap.* 115. porro.

166 Pensio Ecclesiastica est jus spirituale, vel illi annexum, ad instar beneficii, percipiendi certam portionem ex fructibus beneficii ad tempus. De qua definitione vide Barbos. *l. c.* Gigas *ut supra. quæst.* 1. Garc. *de benef. d. cap.* 5. *n.* 162. *seqq.* hic de stylo Curiæ reservatur Clerico, utpote spiritualis, vel spirituali annexa. *cap. ad audientiam*, ubi DD. *de reser.* Paris. *de resignat. lib.* 6. *quæst.* 4. Garc. *l. c. n.* 10. ubi DD. est tamen pensionis capax etiam septennis. Gigas *quæst.* 13. Merend. *cons.* 29. Riccius *in prax. pens. res.* 379.

167 Pensio, quæ reservatur, debet esse moderata, ita ut tantum remaneat Rectori, ut commode se possit sustentare. Abb. *in cap. conquerente, de Cler. non resid.* aliter ad debitam quantitatem erit reducenda. Gigas *de pension. quæst.* 35. quod tamen solum procedit circa reductionem in successore beneficii, non autem in eo, qui suo gravamini consensit. *L.* 1. *ff. de injuriis. L. nemo. ff. de R. I.* & DD. apud Garc. *d. cap.* 5. *num.* 368. *& seq.* ubi quod talis reductio non possit fieri nisi a solo Papa, si ab eodem fuerit reservata, non vero ab inferiori, nisi ex speciali rescripto. Item debet reservari in certa quantitate, non vero in quota fructuum; quia alias hoc esset scindere beneficium, quod est prohibitum per SS. Canones. *cap. majoribus, de præb.* Jo. Andr. *in cap. audivimus, de collusion. detegend.* Felin. *in cap. ad audientiam, de reser.* Garc. *l. cit. a n.* 362. & in beneficiis simplicibus non debet excedere tertiam partem fructuum. Gigas *loc. cit. quæst.* 9. Riccius *in prax. pension. res.* 384. Nec potest imponi in beneficio patronato absque consensu patroni. Rot. apud Riccium *in prax. jurispatr. res.* 194. quamvis affirmativam teneant Gigas *l. c. quæst.* 23. *num.* 11. ubi dicit ita servari in Curia. Gambar. *de Offic. leg. lib.* 6. *a n.* 94. apud Pacem Jordan. *lib.* 11. *tit.* 9. *de re benef. tit.* 1. *n.* 492. quod etiam affirmat Garc. *d. cap.* 5. *num.* 359. dummodo non transeat ad successores. Jord. *l. c.*

168 Potest autem pensionem reservare, & reservatas transferre, vel jus eas redimendi concedere solus Summ. Pontifex, per tex. *in cap.* 1. *ut Eccles. benef. sine diminut. conser.* Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 50. *num.* 24. Lessius *lib.* 2. *cap.* 34. *dub. ult. nu.* 205. Verum, quod etiam Episcopus pensionem imponere possit, illamque reservare super beneficiis Ecclesiasticis suæ Diœcesis, quando sunt pinguia, tenent Abb. *in cap. conquerente. num.* 5. *de Cler. non resident.* Felin. *in cap. ad audientiam. il.* 2. *nu.* 2. *vers.* 2. *concl. de reser.* Dec. *in cap. ex parte. il.* 1. *n.* 16. *de Offic. deleg. & cons.* 142. *n.* 3. Caccialup. *de pension. quæst.* 4. *n.* 5. Navar. *cons.* 15. *n.* 3. *de reb. Eccles. non alien. & cons.* 4. *num.* 2. *de simon.* Gigas *de pension. quæst.* 6. Garc. *de benef. p.* 1. *d. cap. n.* 295. & alii apud Jordan. *loc. cit. num.* 489. quæ tamen procedunt, si concurrat justa, & rationabilis causa, alias secus DD. *cit.* & Riccius *in prax. p.* 3. *res.* 268. Leo *in thes. for. Eccles. p.* 2. *cap.* 7. Barbos. *de potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 69. *num.* 15. *& de Jur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 11. Gratian. *disc. for. cap.* 617. Neque hæc facultas fuit Episcopo sublata per non usum, vel usum contrarium. Garc. *l. c. num.* 309. Antonel. *de Eccl. regim. lib.* 3. *cap.* 11. & stylus Curiæ non est contrarius; a qua licet non soleant confirmari hujusmodi reservationes, id tamen ideo sit, quia tunc confirmatione non est opus, cum recte fiant, *arg. L. un. C. de thesaur. lib.* 10. Gonzal. *super reg.* 8. *Cancell. gl.* 52. *num.* 30. *cum duobus seqq.* apud Jordan. *l. cit. num.* 490.

Causæ vero, propter quas Episcopus potest reservare 169
pensionem, sunt plures: prima est permutationis Beneficiorum in casibus a Jure permissis. Leo *in thesaur. for. Eccles. p.* 2. *cap.* 7. *n.* 28. Riccius *in prax. p.* 3. *res.* 268. ut ad coæquandos fructus, quando unum beneficium permutatum est pinguius altero (cessante tamen pacto inter permutantes de quo statim infra) obligando illum, qui pinguius beneficium obtinuit, ad solvendam aliquam pensionem suo tempore duraturam. Ancharan. *cons.* 279. incip. *quæstio proponitur.* Navar. *cons.* 43. *n.* 4. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 14. *num.* 38. apud Barbos. *de pot. Episc. d. alleg.* 69. *num.* 14. Secunda causa est ad extinguendam litem inter duos super eodem beneficio coram ipso contendentes. *cap. nisi, de præb.* Gomez. *in reg. de annal. possess. quæst.* 1. Riccius, & Antonel. *ll. cit.* Rot. apud Garz. *d. cap.* 5. *num.* 349. Tertia causa est pro pauperibus bene meritis, vel usu pio aut ob senium resignantis, pro ipso tamen tantum. Laym. *in theol. mor. lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 18. *num.* 3. *&* 4. Riccius, & Barbos. *ll. cit.* Debet tamen causa justificari aliunde, quam ex assertione Episcopi, cui in hoc non creditur. DD. *cit.* & Abb. *in cap. divers. f. alac. de Cler. conjug.*

Prædicta limita: primo si interveniat pactum inter 170
permutantes, aut partes: tunc enim inferiores Pontifice non possunt imponere pensiones, ut ex *cap. nisi essent, de præb.* ibi. *non quidem ex pactione partium*, docent Rebuff. *de pacif. possess. nu.* 122. *aut* 105. Redoan. *de Simon. p.* 2. *cap.* 14. *in fin. & cap.* 22. apud Garc. *loc. cit. a nu.* 340. *seqq.* ubi aliqui tamen contrarium tenent.

Limita secundo, quod in prædictis possit quidem E- 171
piscopus pensiones imponere ad tempus onerati, seu ad ipsius onerati vitam, non tamen in perpetuum, & quæ transeant ad successores in beneficio. Gigas *d. quæst.* 6. *num.* 4. sed quia in hac opinione non conveniunt DD. cum multi etiam teneant, quod Episcopus possit imponere in casibus prædictis pensiones, quæ etiam in successores transeant, ideo te remitto ad Garc. *in d. c.* 5. *a num.* 331. ubi late hanc materiam videre poteris. Et plures limitationes videre poteris etiam apud Pacem Jordan. *loc. cit. a num.* 495. quæ prædicta de potestate Episcopi etiamsi ratione, & auctoritate non careant, tamen stylus Curiæ Romanæ hodie reservavit sibi reservationem omnium pensionum, juxta Lessium, Tolet. Binsfeld. & alios, apud Dianam, & apud Laym. *loc. cit.* & ita nunc videtur servari in praxi, prout & ego semper vidi in reservatione pensionum recurri ad Curiam Roman. quamvis Laym. testetur, quod de facto nonnulli Episcopi Germaniæ quandoque illas constituere soleant ex causa rationabili. Hoc unum notandum, quod in illis casibus, in quibus Episcopus potest imponere pensiones, illas Vicarius imponere non potest absque speciali mandato. Sbroz. *de Offic. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 71. *n.* 4. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 54. *n.* 77. Garc. *de benef. l. c. n.* 316.

Porro cum pensionis reservatio consistat in facto, & 172
ea, quæ sunt facti, non præsumantur, ex vulgatis juribus, ideo & illa non præsumitur, maxime cum habeat

beat præsumptionem juris contra se; quia jus præsumit omnia beneficia esse libera, cum talia sint de jure ex primæva sui institutione. *cap. 1. de præscr. in 6.* ita ut in peritorio nec sufficiat quadragenaria præscriptio. Garc. *de benef. p. 1. cap. 5. num.* 482. secus in possessorio, in quo sufficit etiam possessio decennalis. Garc. *loc. cit.* Gigas *de pens. q.* 47. ubi quod contra recusantem solvere pensionem, quam solvere consueverat, utpote spoliantem, detur pensionario manutentio, per ea quæ tradit Abb. *in cap. pervenit, de censib. col. 1. in fin. & col. 2.* Innoc. & alii. Rot. *decis. 23. p. 5. rec. tom. 1.* & alibi passim. Menoch. *retin. remed. ult. cap. 2. n. 21.* Mascard. *de probat. concl.* 1208. & 337. imo quod dicta manutentio concedatur, etiamsi præcesserit tantum unica exactio, per Rip. *in cap. cum Ecclesia Sutrina. num. 53. de caus. possess. & propriet.* Seraphin. *dec.* 436. *n. 1. & decis.* 149. *num. 2.* & alios docet Rota *dec. 45. p.* 10. *rec. num.* 10. an vero si fuit soluta tantum aliqua pars pensionis, constituatur pensionarius in quasi possessione totius, vide Lother. *de re benef. lib. 1. q. 38. num.* 123. Caval. *decis.* 379. *n. 3. & 4.* apud Rot. *d. decis. 45. num. 5.* affirmantem propter titulum universalem; apud quam Rot. etiam videre poteris, quid requiratur, ad hoc ut pensionarius possessione sua cecidisse dicatur. Verum non conveniunt DD. an agens spolio in materia pensionis debeat docere de titulo, & multos pro, & contra allegat. Gigas *d. quæst. 47. & n. 4.* illos concordat distinguendo, nempe: quod quando pensionarius est in longa possessione exigendi pensiones, & tunc non teneatur docere titulo, cum ille tunc præsumatur. per Abb. *in cap. querelam: in vers. quia vero*, ibi. *per multa tempora persoluta, de elect.* aut vero possedit parvo tempore, & tunc, quia non adest præsumptio tituli, debebit de illo docere, per DD. ibidem pro affirmativa citatos. vide etiam Garc. *d. cap. 5. a num.* 483. & Rot. *dec.* 144. *p. 4. rec. tom. 2.* Bichium *dec.* 410. *a n. 3.* ubi quomodo probetur quasi possessio.

173 Cæterum in impetratione reservationis pensionis plura a pensionario præstari debent, & Primo: debet ab ipso fieri mentio veri valoris beneficii, super quo pensio reservatur, alias gratia vitiatur. Tondut. *de pension. cap. 15. num. 5. & 6.* Addend. ad Buratt. *decis.* 369. *num. 8. vers. vel sumus in casu* Rot. *decis.* 536. *n. 14. p. 4. rec. tom. 3.* apud aliam Rot. *decis. 6. p. 17. rec. num. 6. & 9.* ita ut quando agitur de pensione reservata intuitu certi valoris a pensionario expressi, si illum non verificet, non sit locus reductioni, sed gratia tanquam subreptitia annulletur in totum. Garc. *de benef. d. p. 1. cap. 5. num.* 427. Tondut. *loc. cit. n. 5.* Addend. ad Burat. *l. c.* & alii apud Rot. *d. dec. 6. p. 17. rec.* ubi etiam quomodo testes probent hunc valorem, & apud Rot. *decis.* 144. *d. p. 4. rec. tom. 2.* Limit. primo, id tantum procedere quando agitur in petitorio, seu possessorio adipiscendæ, & ad justificandam gratiam, secus, quando agitur possessorio retinendæ, aut recuperandæ, modo tamen constet de reservatione pensionis, saltem per supplicationem. vide Garc. *de benef. dict. cap. 5. a num.* 443. & 453. & *sup. num.* 171. Limit. secundo, si pars, seu titularis nihil opponat: tunc enim pensionarius non tenetur verificare nisi ea, quorum falsitas vitiat gratiam, vel quorum expressio facilius movit Papam ad concedendum. Garc. *d. n.* 443. Ex quibus patet, quod quando agitur in petitorio possessio decennalis non relevat ab onere probandi titulum, qui pendet a validitate gratiæ, cujus vigor fundatur in justificatione narratorum: sed deberet possessio esse ad minimum tricennalis, aut talis, ex qua resultare posset præsumptio tituli, ut sup. *num.* 171. & Garc. *loc. cit. num.* 454. Nisi certe ageretur contra titularem ipsummet, qui consensit in pensionem: tunc enim posset prodesse possessio etiam decennalis qualificata ex consensu ipsius titularis, ut notavit Rot. *dict. decis.* 144. maxime si titularis juravit, fructus ascendere ad dictam summam, & hoc onus justificandi in se suscepit: tunc enim pensionarius illum justificare non tenebitur. Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 38. num. 49.* Rot. *dec.* 83. *p. 17. rec. num. 3.* similiter, & pro

174 Secundo, quia de stylo Curiæ a Papa non solet pensio imponi super beneficio, nisi remaneant centum pro Rectore, de quo stylo testatur Barbos. ad Concil. Trid. *sess. 24. cap. 13. num. 13. in med. de reform. & de Parochis. p. 3. cap. 29.* Garc. *d. cap. 5. num.* 375. vel duæ tertiæ, ut in Rot. apud Bichium *decis.* 410. *num. 6.* ideo pensionarius probare id debebit. Rot. apud Merlin. *decis.* 587. ubi qualiter probari possit. & *dec.* 807. & 201. Marest. *lib. 1. var. resol. cap.* 60. eritque hæc clausula, *dummodo remaneant centum pro Rectore*, plene, & concludenter probanda, dum agitur adversus eum, qui pensioni non consensit. Rot. ubi late *in dec. 41. p. 17. rec.* & apud Bicchium *decis.* 255. ubi quod non sufficiat probatio per publicam famam. Debebitque verificari de tempore reservationis, aliter pensio corruet in totum. Garc. *de benef. d. cap. 5. num.* 473. Paris. *de resign. lib. 6. quæst. num. 25.* Addend. ad Ludovis. *decis.* 245. ita ut si hæc verificatio deficiat in aliquo, hæc reservatio, uti subreptitia, sit nulla in totum, nec reducibilis, ut dixit Rota *decis.* 278. *num. 2.* apud Postium *de manuten.* quem refert alia Rota *d. decis. 41. p. 17. rec.* illaque verificatio fieri debebit cum durationc continua ad tempora futura, & non tantum ad præterita, sive quæ erant tempore gratiæ. Barbos. *de Paroch. p. 3. cap. 29. num.* 15. apud Rot. *d. decis.* 41. & Bich. *l. c.* vide etiam infra *in praxi clauss. Apostol. clauss.* 34. ubi quid intelligatur pro centum ducatis.

Et quando pensio reservatur super fructibus tam cer- 175
tis, quam incertis, tunc in pensione sunt calculandi fructus incerti funeralium, & oblationum. Bichius *loc. cit. num.* 30. Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 39. n. 37. & quæst. 42. n. 62.* Garc. *d. cap. 5. num.* 379. ubi quod non censeatur imposita super incertis, nisi exprimatur. Ac quamvis id expressum dicatur, si apponantur in litteris verba „ *super redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus, & emolumentis universis.* ut in diversis Rotis Rom. fuit judicatum apud Garc. *a nu.* 381. ipse tamen Garc. *num.* 386. & *seq.* subdit, quod in materia pensionis, quæ potest per Papam reservari super distributionibus quotidianis, quæ deservientibus dantur pro labore, ut per Monet. *de distribut. part. 3. qu. 8. n. 9.* Gig. *cons.* 144. *seu respon.* 35. *de pens.* Dataria, & Cancellaria per illa verba non intelligat distributiones, & incerta, nisi de contrario constet, ut ibi, ponitque diversas declarationes Sacr. Congr. Concil. Hoc unum est, quod emolumenta omnino [illegible] funeralium, oblationum, eleemosynarum, & sit [illegible], non habeantur quoad hunc effectum in consid[illegible]one, nisi quatenus pro certa pecunia quotannis consueverint locari, ut dixit Rota *decis.* 187. *num.* 26. & *seqq. p.* 11. *rec.* apud aliam Rot. *d. decis.* 41. *p.* 17. *rec. n.* 15.

Tertio pensionarius debet facere mentionem primæ 176
pensionis super eodem beneficio reservatæ, alias secundæ pensionis reservatio est nulla, licet fuerit facta motu proprio; quia Pontifex non præsumitur, velle gravare beneficium duplici onere. Cassad. *decis. 3. de pension.* Gigas *de pens. quæst.* 29. Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst.* 38. Rot. apud Bichium *decis.* 236. *n.* 8. Mohed. *dec.* 11. *de locat.* Mantic. *decis.* 93. & alii apud Pyrrh. Corrad. *de re benef. lib. 5. cap. 2. num.* 19. nisi Pontifex in reservatione motu proprio facta in genere cogitasset de prima; tunc enim secunda sustineretur absque majori expressione, ut per Paris. *de resignat. l. c. n. 52. vers. limit. tertio.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 38. num. 52.* Tondut. *de pension. quæst. 44. num. 12.* Verall. *decis.* 296. *p. 2.* docet Rot. *decis.* 279. *p. 17. rec. num. 2.* Pyrrh. Corrad. *loc. cit.* Prima tamen pensio ad nullitatem secundæ inducendam debet probari, ut decidit sæpius Rot. quam refert, & sequitur Garc. *loc. cit.* Limit. si prima reservatio non fuerit valida, quo casu secunda sustinetur, etiam non facta mentione de prima, dummodo tamen nullitas primæ probetur. de quo Corrad. *loc. cit. num.* 20.

Quarto, debet facere mentionem juris tertii, aliter 177
reservatio erit sub vel obreptitia, ut tenuit Rot. apud Rubeum *decis.* 565. *in p. 5. rec. tom. 2. num. 1. & 8.* ubi de pensione reservata, etiam cum consensu Rectoris in aliqua Ecclesia, quæ monasterio unita fuerat in eventum vacationis per cessum, vel decessum dicti Rectoris: & ideo fuit ibi dictum, quod debebat fieri mentio dictæ unionis factæ ante reservationem pensionis, eo quod Papa dict[illegible] Monasterio non censeatur voluisse præjudicare. ad tex. *in cap. cum olim, de consuet. cap. super eo, de offic. deleg. cap. audita, de restit. spoliat. cap. cum teneamur, de præb. &c.* Gigas *de pension. quæst. 79. in princ.* Cassad. *decis. 1. eod. tit.*

Quinto debet in reservatione pensionis fieri mentio 178
de

de regreſſu, quem quis habet ad illud beneficium. Caſſad. *deciſ.* 1. *de penſ.* Put. *deciſ.* 97. *lib.* 2. Pariſ. *de reſign. lib.* 6. *quæſt.* 5. *num.* 56. & 72. Mohed. *deciſ.* 7. & 10. *de renunc.* apud Rot. *d.* 24. *p.* 5. *rec. tom.* 1. quæ taciturnitas tamen non reddit gratiam ſubreptitiam, ſed operatur tantum, ut regreſſario non præjudicet, cum enim ille non ſit ſucceſſor titularis conſentientis, ſed capiat beneficium ex ſuo primævo jure, ad illam penſionem, quamvis fuerit titulari valide impoſita, non tenetur, ſi beneficium poſt ceſſum, vel deceſſum titularis ad ipſum regreſſarium perveniat. Caſſad. *l. c.* Gigas *de penſ. quæſt.* 79. Put. *loc. cit.* apud Rot. *cit.*

179 Sexto: accedendo ad praxin, etiamſi Pontifex poſſit penſiones reſervare etiam ſine cauſa, cum in beneficiis habeat plenariam poteſtatem, adeo ut etiam penſionarius tunc ſit tutus in foro conſcientiæ, cum nulla lex divina, vel naturalis hoc prohibeat, ut docet Pyr. Corrad. *d. re benef. d. lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 7. ob tex. *in Clem.* 1. *in fin. ut lit. pendent.* Gigas *quæſt.* 6. *n.* 6. ubi DD. & *num.* 13. quamvis non pauci contrarium teneant apud eundem *num.* 10. & apud Garc. *d. cap.* 5. *num.* 277. attamen cum non præſumatur reſervare ſine cauſa, ut tenet Caſſad. *d.* 4. *num.* 6. *de penſion.* Gigas *qu.* 1. *n.* 4. & *quæſt.* 6. *num.* 7. Marcheſ. *de commiſſion. p.* 2. *cap.* 4. *de commiſſ. appell. n.* 42. apud Garc. *d. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 278. ubi *reg. Cancell.* 44. *de conſenſu in reſignat. & penſion.* ideo ſemper præſumitur, quod Papa ſit motus ex cauſa rationabili, etiamſi illa non appareat. Cyn. *in L. fin. C. ſi contra jus, vel util. publ. & in L. reſcr. C. de prec. Imp. offer.* Abb. *in cap. quanto, col.* 5. *verſ. ſi tamen Papa, de jurejur. & in cap. in cauſis. in* 2. *not. de re jud.* Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum. col.* 20. *in verſ. quinta concluſio, de conſtit.* apud Gig. *d. quæſt.* 6. *num.* 12. qui tamen *num. ſeq.* limitat, id procedere, ſi Papa motu proprio diſponat, ſecus, ſi ad inſtantiam partis; quia tunc, ſi non appareat cauſa, præſumitur potius ad importunitatem petentis, quam ex juſta cauſa penſionem reſervaſſe. per Roman. *in conſ.* 437. incipit, *quia indultum Petri. n.* 6. & *in L. ſi vero* §. *de viro ff. matr. ſolut.* & Felin. *in d. cap. quæ in Eccleſiarum. col.* 22. *verſ. limita quinto.* Certe ſi aliqua cauſa ſit expreſſa, illa debebit juſtificari, per Rot. apud Garc. *loc. cit. num.* 279. & 80. ubi, quod penſio impoſita etiam a Papa ex falſa cauſa, ſit nulla. per. Gig. *qu.* 5. *num.* 5. Caputaq. *deciſ.* 298. *num.* 1. *p.* 2. Pariſ. *de reſign. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 77. Azor. *p.* 2. *lib.* 8. *cap.* 5. *quæſt.* 8. *ad fin.*

180 Porro, ſicut diverſæ ſunt reſervationes penſionum, puta, vel ad favorem reſignantis, vel ad favorem tertiæ perſonæ, quando nempe alicui beneficium vacans confertur cum reſervatione penſionis ab ipſo collatario ſolvendæ tertio alicui. Et hoc ſecundo caſu, in Curia pro potiſſima cauſa hæc ſolet adhiberi, *ut melius ſuſtentari valeat*, & tunc ab impetrante alleganda eſt cauſa paupertatis. de qua vide Corrad. *d. lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 8. ubi etiam de cauſis in reſervatione ad favorem reſignantis, & de ipſius conſenſu. Et ſic de cauſa lucrativa, & onerosa. & aliis *tot. cap.* 2. & *ſeqq.*

Similiter, ultra legitimam cauſam in reſervatione 181
penſionis requiritur etiam conſenſus Rectoris beneficii penſione gravandi, etiamſi reſervatio fiat a Pontifice: is enim, etiamſi dictam reſervationem imponere poſſit etiam invito Rectore, ob abſolutam poteſtatem, quam habet ſuper omnia beneficia &c. *cap. ad honorem, de auct. & uſu pal. c. cum ex eo, de pœnit. & remiſſ. cap. decreto* 2. *q.* 6. *cap. multum ſtupeo.* 3. *q.* 6. *cap. per principalem.* 9. *qu.* 2. *cap. conqueſtus,* & *cap. nunc vero, de præb. in* 6. tamen, quia Pontifex hac abſoluta poteſtate uti non vult, ut ſe declaravit. *in reg. Cancell.* 41. *ſeu* 43. ideo talis reſervatio etiam motu proprio facta non valeret, ſine dicti Rectoris conſenſu, niſi in tali reſervatione Papa deroget illi Regulæ. ita Anchar. *in conſ.* 310. incip. *tres Domini ad fin.* apud Gigan. *de penſ. quæſt.* 10. *num.* 8. An vero ſit neceſſaria derogatio dictæ regulæ, quando Papa dicit. „ *motu proprio, & ex* „ *certa ſcientia* „ vide Gig. *loc. cit. a n.* 9. ubi pro, & contra DD. allegat. qui conſenſus Rectoris proinde multo magis neceſſarius erit, quando Epiſcopus, in caſibus eidem alias permiſſis, penſionem reſervat. Caccialup. *in tract. de penſion. qu.* 5. ita, ut beneficio vacanti, ſuper quo penſio reſervanda eſt, debeat conſtitui legitimus defenſor, qui dictæ penſioni conſentiat. ut notavit Innoc. *in cap. ut noſtrum, ut Eccleſ. benef. ſine dimin. confer. in gloſ. in verbo conſtituatur.* & gloſ. *in Clem. ſi una, de reb. Eccleſ. non alien. & in cap. dudum, eod. in* 6. Roman. *conſ.* 369. Oldrad. *conſ.* 226. incipit. *Quidam Epiſcopus.* & Anch. *conſ.* 279. incipit. *quæſtio proponitur,* apud Gig. *loc. cit. n.* 1.

* Cæterum omnia pacta, & conventiones pro caſſa- 182
tione, ſeu abſolutione penſionum per anticipatas, vel anticipandas ſolutiones contemporanee ad reſignationes Beneficiorum, cum reſervatione Penſionis, tanquam a Sacris Canonibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus improbata, & ſimoniacam labem redolentia nulla, caſſa, ac irrita ſunt. Et inſuper tam Reſignans, quam Reſignatarius ab omni jure Beneficii decidunt; & ad alia obtinenda inhabiles ſunt Reſignans vero ad reſtituendas pecunias pro caſſatione Penſionis ſub peccato gravi tenetur; & Eccleſiaſticis pœnis, ſi renuat, cogi poteſt. Benedict. XIV. Conſtit. *In ſublimi.* §. 3. *

Quando vero ab Ordinariis reſervatur penſio in Pa- 183
rochialibus, quas conferunt approbandis a Pontifice, tunc Ordinarius tranſmittit ad Curiam fidem ejuſmodi reſervationis, cujus formam addere placuit, ad faciliorem praxin.

Forma litterarum Ordinarii pro reſervatione penſionis in Beneficio a ſe collato.

NN. DEI, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus &c. ſeu Nos &c. Eminentiſſimo & Reverendiſſimo Domino Sanctiſſimi D. noſtri N. N. Papæ &c. Prodatario, & quibuſcumque, ad quos præſentes noſtræ pervenerint, fiem indubiam facimus, & atteſtamur; quod cum Parochialis Eccleſia ſub invocatione S. N. loci N. Diœceſis N. quam Venerabilis Presbyter N. N. dum viveret, obtinebat, per ipſius obitum, qui de menſe &c. anni &c. extra Curiam, diem ſuum clauſit extremum, vacaverit, & vacet ad præſens, eumque occaſione vacationis ejuſmodi per publica edicta vocati fuerint, qui examinari vellent, juxta formam, & præſcriptum SS. Concil. Trid. Nob. & admodum Rev. Dominus Vicarius noſter in Spiritualibus generalis, una cum tribus examinatoribus Synodalibus, ſeu aliis, loco Synodalium deputatis, cum ſynodales pro tempore nulli exiſtant, eo quod ab annis plurimis ſynodus Diœceſana non fuerit convocata; Ven. Dominum N. loci N. in vigeſimo quinto ſuæ ætatis anno conſtitutum, tranſacto tempore inter alios plures, examinavit, ipſumque ad præfatam Eccleſiam regendam, obtinendam, & gubernandam, moribus, ætate, doctrina & aliis rebus ad id opportunis, magis idoneum judicavit, approbavit, & renunciavit, quem propterea nos pro eadem Eccleſia Parochiali obtinenda elegimus, & electum eſſe volumus, harum litterarum tenore, cum reſervatione tamen annuæ penſionis ſcutorum quinquaginta &c. ad favorem Domini N. N. ſuper ejuſdem Eccleſiæ Parochialis fructibus, redditibus, & emolumentis, proventibus, Juribus, & obventionibus univerſis, tam certis, quam incertis authoritate Apoſtolica imponendæ, & per proviſum, ac ſucceſſores ejus, ipſi ſolvendæ in loco, & terminis, ac cum clauſulis, immunitatibus, & exemptionibus, indultis, & decretis, modoque, & forma, in ſupplicatione deſuper ſignanda, exprimendis, ſi, & quatenus prælaudato Sanctiſſimo Domino noſtro placuerit, & non aliter, alias, nec alio modo. In quorum &c.

Ultra has litteras tranſmitti debent duo procuratoria, unum pro parte proviſi ad conſentiendum penſionis impoſitioni, alterum vero pro parte penſionarii, ad conſentiendum ejuſdem penſionis reſervationi in ſui favorem faciendæ: quæ licet exhibuerimus in prax. reſignationis, cum penſionis reſervatione; tamen, quia aliquam habent differentiam, repetenda eſſe duximus.

Formæ

Forma Procuratorii.

IN DEI Nomine Amen. Cunctis hoc publicum inſtrumentum procuratorii viſuris, lecturis, legique audituris, notum ſit, & pateat evidenter. Quod anno ab ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti nativitate &c. Indictione &c. Pontificatus autem S. D. N. in Chriſto Patris N. N. Papæ &c. anno ejus &c. in loco, ac præſentibus teſtibus infra ſcriptis; in teſtium eorundem, ac mei Cancellarii præſentia, perſonaliter conſtitutus, Rev. D.D. N.N. loci N. Diœceſis N. proviſus ab Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Domino Epiſcopo noſtro, tanquam magis idoneus in concurſu, ad normam Concil. Trid. celebrato, & electus, ac deputatus Rector Parochialis Eccleſiæ N.N. loci N. ejuſdem Diœceſis N. ſponte, libere, omnique meliori modo, & forma, fecit, conſtituit, ac ſolenniter ordinavit Procuratorem ſuum ſpecialem D. N. in Curia exiſtentem, licet abſentem, ſed uti præſentem, ſpecialiter, & expreſſe, ad, ipſius D. Conſtituentis nomine, & pro eo, conſentiendum aſſignationi, & conſtitutioni penſionis annuæ ſcutorum monetæ Romanæ centum, ſuper ejuſdem Eccleſiæ fructibus, redditibus, Juribus, obventionibus, proventibus, & emolumentis univerſis, certis, & incertis, per ipſum D. Conſtituentem ejuſque ſucceſſores in dicta Eccleſia Parochiali ſingulis annis ad favorem Domini N. N. quoad vixerit, vel Procuratori ſuo in hac Civitate &c. quatenus tamen, & non alias, aliter, nec alio modo, Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ placuerit, reſervato ejuſdem, ac S. Sedis Beneplacito: Ipſumque Dominum Conſtituentem ejuſdem, ac hæredum, & ſucceſſorum bona quæcumque, in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ, obligandum, & hypothecandum. Et generaliter omnia alia, & ſingula, dicendum, gerendum, & faciendum, quæ in præmiſſis, & circa ea erunt neceſſaria, & opportuna, & quæ ipſe Dominus Conſtituens facere poſſet, ſi eſſet præſens, & præmiſſis omnibus & ſingulis, perſonaliter intereſſet, licet talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale. Dans, promittens, relevans, obligans &c. Actum Anno, Indict. &c. & Pontificatus &c. præmiſſis. Die vero &c. Menſis &c. in loco N. ac domo N. præſentibus in teſtes ſpecialiter adhibitis &c.

Cæterum pro penſionario non ſolet requiri aliud mandatum, vel procuratorium; quia reſpectu illius agitur de mero favore, ubi in proviſo, conſiderari poteſt præjudicium, & gravamen. Sicut nec in reſignatario videtur neceſſarium talis procuræ mandatum, niſi quatenus fuerit reſervata penſio. Et in favorabilibus facile præſumitur conſenſus, & quilibet poteſt alterius gerere negotia utiliter.

Porro cum venerint Bullæ, proviſus immittitur in poſſeſſionem, & dein inſinuantur eidem Bullæ reſervationis penſionis, ne ignorantiam prætendere poſſit, coram duobus teſtibus, confecto deſuper publico inſtrumento, uti ſervat praxis. plura circa praxin vide apud Pyrrh. Corrad. *d. lib. 5. per tot.*

Quid requiratur, ut Beneficium patronatum acquirat libertatem, & an beneficium poſſit amittere libertatem. vide *Eccleſia*.

¶. BENEPLACITUM.

Beneplacitum quando durare dicatur?

1 Beneplacitum Papæ, vel Legati extinguitur cum perſona eorum; ideo ſi Papa, vel Præſes confirmant Statuta Civitatis ad beneplacitum, confirmatio extinguitur per mortem eorundem. Bald. *Conſ.* 407. *Præſupponendum eſt, num.* 3. *v. videndum eſt igitur, lib.* 2. Et in licentia Legati uſque ad beneplacitum Legati, quod expiret finito officio. Felin. *in c. ex litteris, num.* 10. *de conſtit.*

2 Extende in Abbate, qui conſtituit Monachum in Beneficio rectorem ad ſui beneplacitum, & voluntatem; quia mortuo Abbate extinguitur beneplacitum; Bart. *conſ.* 63. *Factum ſic proponitur, in princ. ubi poſt. in verſ. beneplacitum dat concord.*

3 Amplia in Judice; quia ſi ponat aliquem ad confinia ad beneplacitum ſuum, vel donec voluerit, tunc mortuo Judice finitur bannum. Bart. *in l. centeſimis* §. 1. *num.* 9. *ff. de verb. oblig.* ubi Jaſ. *num.* 12. qui dicit, quod omnes alii in hoc concordant eum Bart & communem dicit Gomez *c.* 8. *delictorum, num.* 5. plene Felin. *in d. c. ex litteris, de conſtit.*

4 Extende idem, ſi finiatur officium; quia revocatur beneplacitum, ſicut per mortem. Jaſ. *in d. l. centeſimis, num.* 5. *verſ. ſucceſſive ff. de verb. oblig.* ubi dicit, quod omnes cum Bartolo tranſeunt.

5 Extende idem in ſuſpenſione banni ad beneplacitum ſuum; quia mortuo Duce ſuſpendente extinguitur ſuſpenſio, Ang. *conſ.* 217. In cauſa accuſationis, quem citat Dec. *conſ.* 108. *in princ.* ſequitur Gozad. *conſ.* 22. *num.* 10. *& ſeqq.* Contrarium tenere communiter Doct. dicit Foller. *in prax. crim. canon. fol.* 282. *in princip.* quem refert Jul. Clar. *in prax.* §. *fin. quæſt.* 71. *in fin.*

6 Declara ut per Jul. Clar. *d. prax.* §. *fin. q.* 71. *in fin.* quod non finitur arbitrium; quia in dubio Judex tanquam perſona publica cenſetur feciſſe, & quod ita ſervatur in illis partibus de conſuetudine.

7 Declara; quia ſi præpoſuit nomen dignitatis, non extinguitur morte; ſi præpoſuit nomen proprium, ſecus eſt, niſi conjecturæ concurrant in contrarium. Cravet. plene *conſ.* 632. *in pr. num. & ſeq.* & vide infra *n.* 29. *& ſeq.*

8 Amplia; quia conducens aliquid ad beneplacitum locatoris, mortuo locatore finitur beneplacitum. *Cap. ſi gratioſe, de reſcript. in* 6. *l.* 4. *ff. locat.* Ang. *conſ.* 217. *n.* 9. Corn. *conſ.* 236. *De plurib. lib.* 2. Ruin. *conſ.* 104. *quæ. n.* 9. *lib.* 5.

9 Amplia; quia ſi beneplacitum exprimitur ſub nomine proprio, expirat per mortem. Fel. *d. c. Ex litteris, n.* 9. *verſ. ſecundus caſus.*

10 Declara, quia licet beneplacitum importet omnem voluntatem; tamen ita intelligitur, dummodo non intempeſtive quid fiat. *l. actiones:* §. *Labeo autem:* ubi gl. *in verb. de hoc. ff. pro ſocio.* Et probatur; quia beneplacitum componitur ex bono, & placito, quod idem eſt cum voluntate juſtificata: nam verbum, *placet*, a quo derivatur *placitum*, importat arbitrium boni viri, & multo magis, quando additur verbum, *bene*, ita Corn. *conſ.* 92. *num.* 11. *& ſeq. lib.* 2. ſequitur Cravet. *conſ.* 732. *n.* 29. *verſ. ſiquidem beneplacere.* Jaſ. *in l. Si ſic, in* 1. *not. ff. de legat.* 1. Abb. *in cap. verum, in ult. not. De foro compet.*

11 Amplia in tantum beneplacitum extingui morte aliquid ordinantis ad beneplacitum ſuum, ut ſi is, qui eſt in beneficio, vel officio, ad beneplacitum faciat aliquid extincto beneplacito, totum eſt nullum. Bart. *conſ.* 63. *per tot. lib.* 1.

12 Amplia quia donatio, vel conceſſio facta ad beneplacitum donantis, vel concedentis poteſt revocari per ipſum concedentem, & ſucceſſorem vigore beneplaciti. *d. c. Si gratioſe, De reſcript. in* 6. Contrarium, quod donatio, vel conceſſio perpetua facta ad beneplacitum donantis, vel concedentis, non poſſit revocari, vel ſaltem ſine cauſa non poſſit revocari. Crav. *d. conſ.* 733. *num.* 12. *& ſeq. verſ. circa ſecundam:* ubi quod res dubia, an perpetua, vel non, judicatur perpetua, allegat Jaſ. *in l. ſufficit*, qui hoc firmat *in* 2. *notab. ff. De cond. indeb.*

13 Declara; quia a Miniſtro, vel Officialibus Principis non poteſt fieri revocatio de beneplacito Principis; item neque ſi contra beneplacitum per 30. annos eſſet præſcriptum, vel per 40. annos contra Principem. Cravett. *d. conſ.* 732. *num.* 13. *& ſeqq.* & idem eſt, quando beneplacitum eſt ab inferiore; quia non revocatur ſine cauſa, *ibi n.* 17. *& ſeq.* ubi, quod potius infructuoſum reddi debet, quam quod revocatio ejus, quod debet eſſe manſurum, habeat locum: ubi, quod non dicitur infructuoſum beneplacitum multis modis, etiam ſi ſine effectu maneat.

14 Extende maxime in Principe; quia poteſt revocare donationem, & privilegium a ſe conceſſum, quando voluntate Principis eſt jus quæſitum, maxime quando revocat ex cauſa. Menoch. *De arbitr. qu.* 48. *in fin. lib.* 1. ubi citat infinitos.

15 Limita, quando arbitrium eſt ſub nomine dignitatis; quia

quia mortuo Judice non moritur dignitas. Bart. *in l. centesimis, n.* 9. ubi Jas. *n.* 13. *De verb. oblig.* Felin. *in l. Ex litteris. num.* 9. *vers. Sed pro utili intelligentia. De constit.* ubi, quod potest successor revocare, licet valeat, si non revocetur. Extende idem esse, si finiatur officium; quia si beneplacitum est sub nomine dignitatis, non finitur finito officio. *C. si gratiose. De rescript. in* 6.

16 Restringe in Legato, Prolegato, Delegato, & aliis, per quorum obitum, vel finem officii finitur etiam dignitas, & sic officium ex toto cessat, ita Franc. *in d. cap. Si gratiose. num.* 13. *De reser. in* 6. & est communis opinio, de qua plene Gozad. *cons.* 22. maxime *num.* 9. *& per tot.*

17 Limita, quando esset dictum, quod bannivit ad beneplacitum, donec revocaverit; quia tunc nec per mortem, neque per finem officii inducitur revocatio, quæ debet apparere. Jas. *in d. l. Centesimis.* §. 1. *num.* 14. *vers. secundo quærit. ff. verb. oblig.* ubi late Franc. *d. c. Si gratiose. n.* 10. *De reser. in* 6. & est communis opinio, de qua Dec. *cons.* 108. Ista videtur quædam, *n.* 4. *& in fin.* plene Socin. *cons.* 88. *lib.* 1. & communem dicit Felin. *d. c. Ex litteris, n.* 10. *vers. Est majus dubium, De constit.* Contrarium tenet Gomez *c.* 8. *Delictorum, n.* 5. attestando de communi, ut refert Clar. *d.* §. *fin. qu.* 71. *in fin.* & est opinio Bart. *d. l. Centesimis*, quam dicit Felinus, ubi supra, communiter non teneri.

18 Declara; quia aut sumus in actu positivo ultimæ voluntatis, seu voluntatis; & tunc mors non mutat voluntatem; aut sumus in actu requirente perseverantiam; & tunc mors facit cessare perseverantiam, ita Gozad. *d. cons.* 22. *n.* 11. *vers. Non obstant contraria.*

19 Declarat Fel. *d. cap. Ex litteris, n.* 10. *in fin. De const.* quod si quis fuit bannitus, quoad judex voluerit, finito officio, vel mortuo Judice finitur bannum; secus si dicat, donec revocaverit; quia requiritur actus revocationis, alias durat.

20 Limita favore libertatis; quia beneplacitum non revocatur. Goz. *ad d. cons.* 22. *n.* 6. *&* *n.* 12. ubi dicit esse speciale favore libertatis. Concordat Menoch. *De arbitr. lib.* 1. *qu.* 69. *num.* 25. Contrarium videtur velle Menoch. *De arbitr. qu.* 65. *num.* 25. *vers. Adfertur.* quoad expressam revocationem; quia de eo non loquitur *l.* 4. *ff. De manum. vindicta.*

21 Limita; quando periret instantia vel jus partis; quia tunc semper in dubio durat beneplacitum, ita Gozad. *d. cons.* 22. *n.* 3. *& num.* 11. *vers. Non obstat quartum.*

22 Declara totam istam materiam; quia si beneplacitum est contemplatione dignitatis; tunc durat perpetuo, nec morte finitur, vel fine officii; si vero contemplatione personæ, secus est; quia finitur finito officio, vel mortuo concedente. text. *in dict. Cap. Si gratiose. De rescript. in* 6. Si vero concessio est dubia, ut quia concedit ad beneplacitum expresso nomine proprio, & dignitatis; tunc quod primo exprimitur, prævalet, & eo nomine factum censetur, nisi adsint conjecturæ in contrarium; plene Cravet. *cons.* 732. *in princip.* ubi late. Dignitatem censetur considerare Papa, si ad beneplacitum Sedis Apostolicæ concedat; ideo concessio perpetua dicitur, *d. Cap. Si gratiose. De rescript. in* 6. Si vero consideratur persona Papæ, idem est; sed secus est, si actus fit ad voluntatem Papæ; quia tunc potius persona, quæ obtinet Papatum, videtur considerata, quam dignitas, cum voluntas personæ, non dignitati applicetur, ita Covar. *variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 2. *vers. quo in loco.* ubi pro utraque opinione citat, sed hanc veriorem ostendit, quod voluntas alia sit Sedis Apostolicæ, alia Papæ, ut ibi plene; secus in beneplacito. Vide, *Dignitati, vel officio, quando aliquid censeatur concessum, vel potius personæ.* Tusch. *Concl.* 434. Vide plenissime Menoch. *De arbitrar. quæst.* 69. *lib.* 1. ubi retenta distinctione communi, an intuitu dignitatis quid sit concessum, & sit perpetuum, & morte non extinguatur, an intuitu personæ, & extinguatur, quando beneplacitum est sub verbis simplicibus, & contrariam voluntatem non denotantibus, ut si dicet; donec placebit, donec voluero; quia morte finitur. *l.* 4. *ff. locat.* & limitat, nisi agatur de favore publico; vel quando voluntas, & arbitrium suum effectum accepissent. Si vero verba beneplaciti habent alia verba contrariam voluntatem requirentia, prout; pono te ad confinia donec te revocavero; tunc secundum communem opinionem per mortem non revocatur; quia licet morte extinguatur voluntas; non tamen inducitur contraria voluntas; quia aliud est voluntatem cessare, aliud voluntatem revocare. Menoch. *De arbi. qu.* 69. *lib.* 1. *n.* 12. *& seq. vers. secundus est casus.* Vide, *Arbitrium reservatum quando extinguatur morte, vel non.* Tusch. *Concl.* 478. Adde, quod si Judex dicat, pono te in confinio ad voluntatem meam, non censetur confinatus, nisi declaret; quia illa verba (ad voluntatem) intelliguntur, cum voluero confinare. Felin. *d. c. Ex litteris, n.* 20. *De constit. vers. subdit.* Bart. ubi, quod resolvuntur in conditionem. Personam vero ostendunt illa verba, *ad beneplacitum nostrum*, quia verba, *meum, nostrum*, personam in dubio demonstrant. Franc. *in d. c. Si gratiose, n.* 7. *De rescript. in* 6. Declara; seu restringe, quando illud *meum*, vel *nostrum* haberet relationem ad officium, vel dignitatem. Dec. *d. cons.* 108. *col. pen. in fin.* Clar. *in* §. *fin. qu.* 71. *in fin.* Extende, quia verba, *compareas coram nobis*, important, ut coram successore non teneatur comparere. Franc. *d. c. Si gratiose n.* 7. *De reser. in* 6. Idem est, si sub nomine Papæ, vel Pontificis esset factum præceptum. Franc. *d. c. Si gratiose, n.* 7. *De reser. in* 6. Contrarium tenet Dec. *d. cons.* 108. *num.* 5. *col. pen. in fin.* ubi, quod procedit, quando beneplacitum est relatum ad personam, sed secus est, si ad officium, vel dignitatem referatur. Declara; quia si nomen Pontificis profertur in tertia persona, censetur ratione dignitatis prolatum; sed secus est, si ab eodem proferatur: Exempla ponit Franc. *d. c. Si gratiose, n.* 7. *De rescript. in* 6. videlicet si tertius appellat ad Bonifacium VIII. certe ratione dignitatis censetur ad eum appellare; & idem est si tertius dicat; donec Papæ placuerit; quia sunt verba in rem scripta. Plura accumulat Bertaz. *cons.* 22. *&* 23. *crim.* ubi alios allegat. Declarat Covar. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 2. *ver. quo in loco*, ut si disponitur arbitrio, distinguit, ut supra; si de voluntate, semper ad personam, non ad dignitatem. Idem est quando constat ex conjecturis de mente disponentis; quia tunc beneplacitum est perpetuum, seu bannum durat perpetuo. Bertaz. *d. cons. crimin.* 22. *circa fin.*

Limita; quia si fiat legatum, de massaritiis, quæ in 23
domo testatoris sunt, non comprehenduntur massaritiæ, quas testator ad beneplacitum suum voluit esse extra domum; quia censetur voluisse esse perpetuo extra domum; quia paria sunt, aliquid esse ad beneplacitum, vel in perpetuum. Alexander *cons.* 216. Magister Abertus, *n.* 6. *vers. si autem non constat. lib.* 7.

Limita; quia concessio facta ad beneplacitum, non 24
censetur morte revocata, neque cessat quando ex causa facta fuit concessio; quia tunc non revocatur, nisi ex justa causa; quia hoc casu beneplacitum morte non expirat; quia est ad arbitrium boni viri redactum & bonus vir nunquam moritur, plene Cravet. *cons.* 732. *n.* 4. *& seq. usque in fin. v. secunda conjectura.* Et quia in dubio lata fit interpretatio contra Principem, & in dubio præsumitur pro non revocatione, & maxime, quando diutius fuit per longa tempora perseveratum in beneplacito. Cravet. *d. cons.* 732. *n.* 10. *& seq.* Limita in dispensatione concessa, vel facultate dispensandi. Vide, *Dispensatio quando cesset per mortem concedentis.* Tusch. Concl. 479. Vide, *Voluntas præsumitur durare, & in quibus.* Tusch. Concl. 286. Vide, *Mutatio voluntatis præsumitur, & quando.* Tusch. Concl. 434. Vide, *Corrigere se ipsum in continenti nemo præsumitur.* Tusch. Concl. 104. Vide plene per Mascard. *concl.* 188. ubi ponit regulam, quod non revocetur morte, quando ratione dignitatis, vel publicæ utilitatis, & recitat opiniones contrarias & declaret multis modis.

BIGAMIA.

Praxis Bigamiæ.

Bigamia est irregularitas consurgens, vel resultans ex 1
pluribus matrimoniis contractis, & consummatis. Ugol. *de irregul. cap.* 56. Suar. *de censur. disp.* 49. Bonac. *de censur disp.* 7. *quæst.* 2. *punct.* 5. ubi alii. Procedit hæc ex imperfecta repræsentatione matrimonii spiritualis scilicet conjunctionis Christi cum Ecclesia. *cap. acutius. dist.* 26. Hostiens. *in Sum. lib.* 1. *tit. de bigam. non ordin. n.* 1. Covarr. *in Clem. si furiosus. p.* 1. §. 2. *n.* 1. *de homic.*

REAL ACADEMIA DE MEDICINA BIBLIOTECA GRANADA

2 Bigamia est triplex, Vera, interpretativa, & similitudinaria. Vera est; cum quis duas habuit uxores legitimas, quas cognovit, sive habuerit ante, sive post Baptismum. *cap. acutius. dist. 26. cap. si quis viduam dist.* 34. Majol. *de irregul. lib. 1. cap.* 33. Navarr. *in Manual. cap. 27. n.* 191. Sanch. *de matrim. lib. 7. disp.* 83. Sayr. *lib. 6. cap.* 3. Bonac. *de censur. d. disp. 7.* Interpretativa est, cum quis revera non habuit duas uxores, sed tantum secundum Juris interpretationem; ut cum quis uxoratus de novo contrahit cum alia, & eam adultere cognoscit: vel cum unam legitimam habuit, & aliam duxit cum impedimento dirimente, & matrimonium consummavit; quia talis habet intentionem, & affectum contrahendi cum duabus; dummodo secundam cognoscat animo maritali; quia tunc jam est divisa caro. Item cum quis contrahit duo matrimonia, sed ambo invalida, ob identitatem rationis, interveniente tamen in utroque copula. & probatur *ex cap. nuper de Bigam.* Ugol. *l. c.* §. 2. Suar. *loc. cit.* Valent. Sayr. Filiuc. Sot. apud Bonac. *loc. cit.* Sanch. *l. c. disp.* 84. contra Coninch. Avil. & Henrig. qui defendunt, quod qui bis contrahit, sed cum una vel utraque invalide, non sit Bigamus, cum aliis apud Dian. *p. 4. tr. 2. res.* 38. Item si contrahat cum corrupta, etiam invalide, secuta copula. Item si contrahit cum vidua ab alio cognita, & cum illa matrimonium consummat. Item si contrahit cum stuprata. Bonac. *loc. cit.* Similitudinaria est, cum quis post votum solemne castitatis, contrahit cum virgine, & consummat. DD. *cit. cap. fin. de bigam. non ordin.* Garc. *de benef. p. 7. cap. 6. n.* 15.

3 Bigamia est juris humani. Covar. *in Clem. si furiosus part. 1. §. 2. n. 4.* Navar. *in manual. cap.* 27. Suar. & alii apud Bonac. *de cens. disp. 7. qu. 2. p. 5. n.* 14. Neque potest dici esse de Jure divino ex eo, quod Apostolus dicat, Episcopum debere esse unius uxoris virum. *1. ad Tim. 3.* quia Apostolus fecit hoc præceptum tanquam Episcopus particularis, non vero promulgavit tanquam Apostolus, & ut præceptum divinum. Bonac. *l. c.*

4 In illa non potest Episcopus dispensare, sive sit vera, sive interpretativa, etiam ad minores ordines, vel primam tonsuram. *cap. unde bigam in 6.* neque ad Beneficium simplex. ut refert S. Congr. apud Garc. *de benef. p. 7. cap. 6. num. 5.* & apud Pac. Jordan. *de re benef. lib. 10. tit. 24. n. 7.* & apud Pyr. Corrad. *in prax. dispens. Apost. lib. 2. cap. 2. n. 22.* ubi: quod, quamvis S. Thom. dicat, quod Episcopus possit bigamo concedere, ut minores ordines suscipiat, & sic beneficium simplex eidem conferre, id tamen non sit usu receptum, teste Azor. *inst. mor. p. 2. cap. 4. vers. undecimo quæritur*, & quod ita doceat notoria Curiæ Romanæ praxis. Id tamen a S. Congr. non recipitur, quod dicit Navar. *in cons. 3. & 4. de bigam.* quod Episcopus talem ordinans incurrat suspensionem ipso jure a collatione Ordinum, quos bigamo ministravit, teste Pace Jordan. *l. c. n. 10.* apud quem Addend. *ad d. cons. 3.* Garc. *l. c. n. 7. & seqq.* & Const. Sixti V. collatio tamen ab Episcopo facta erit nulla, tanquam facta irregulari, & ordinatus ipso jure suspensus ab exercitio susceptorum Ordinum. Pax Jordan. *loc. cit. n. 11.* Limita prædicta in bigamia similitudinaria, in qua Episcopus potest licite dispensare. *per text. in cap. 1. qui Cler. vel vov.* Pyrrh. Corrad. *l. c. cap. 1. n. 16.* si tamen matrimonium fuit contractum cum Virgine. vide etiam Bonacin. *l. c.* & Covar. *uti supra.*

5 Bigamia non contrahitur per sponsalia multiplicata, etiam copula secuta: quia sponsalia conjuncta etiam cum copula non significant conjunctionem Christi cum Ecclesia per incarnationem, sicut matrimonium consummatum. Sicut nec ex multiplici adulterio commisso ex parte viri extra matrimonium; quia requiritur, quod copula fuerit habita affectu maritali. Bonac. *de censur. disp. 7. q. 2. punct. 5. num. 6. & 7.* neque per copulam nefandam, quia neque hæc significat conjunctionem Christi &c.

6 Bigamus non est, qui ducit puellam a se corruptam. Sanch. *de matrim lib. 7. disput. 46.* Gomez *var. res. de delict. tom. 3. cap. 10. num. 4.* Farin. *in prax. qu. 8.* Ciarlin. *cap. 53. n. 15.* & ideo non amittit privilegium fori, quod habebat ut Clericus. Diana *p. 4. tract. 2. res.* 38.

7 Bigamus interpretativus etiam est ille maritus, qui, postquam uxor sua fuit ab aliquo per vim cognita, illam cognoscit: quia licet vis illa excuset a culpa, non tamen facit illam aptam ad significandam conjunctionem Christi cum Ecclesia, ita communior apud Dian. *loc. cit. res.* 40. Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 84. n. 15.* Suar. *de censur. disp. 49. sect. 3.* apud quos Majol. Vivald. Turrecrem. Henriq. & alii contra Præpos. Ampliatur, licet hoc adulterium non sit formale, sed materiale respectu uxoris, & licet non sit notorium. DD. *cit.* & Dian. *res.* 41. Imo etiam maritus illud ignoraverit. *cap. si cujus. cap. si Laici. dist.* 34. DD. apud Garc. *p. 7. cap. 6. n. 16.* ubi de communi.

8 Bigamus, & irregularis est Clericus, in sacris constitutus qui contrahit cum Virgine. Dian. *p. 4. tr. 2. res. 39.* Suar. *de censur. disp. 49. sect. 6.* Avil. *loc. cit.* & alii contra Hurtad. quamvis ipse Diana videatur adhærere Hurtad.

9 Bigamus est incapax Beneficiorum. DD. *cit.* & Garz. *de benef. p. 7. cap. 6. n. 2.* & caret omni privilegio Clericali, & merus Laicus existimatur. *cap. un. de bigam. in 6.* Concil. Trid. *sess. 23. cap. 17. ad finem.* in qua Episcopus dispensare non potest; de quo vide *Episcopus.*

10 Bigamus est incapax etiam Beneficiorum sæcularium. *cap. ad audientiam de præscr. cap. si quis dist.* 32. DD. *in cap. cum M. de constit. & in cap. Clericus de vit. & honest. Cleric.* Imol. *in cap. un. de Cler. conjug. in 6.* Martha *de Jurisd. p. 4. cap. 153.* Riccius *part. 3. res. 36. n. 1.*

11 Bigamus, sub excommunicationis pœna prohibetur Tonsuram, & habitum Clericalem deferre. Riccius *in prax. Bigam. p. 3. tom. 2. res.* 35. ubi *resol.* 34. dicit, quod talis sit incapax, & careat omni privilegio Clericali. *cap. un. de bigam. in 6. cap. subdiaconus. dist.* 34. & Concil. Trid. *sess. 24. cap. 17.* Majol. *de irreg. lib. 1. cap.* 28. dummodo fuerit tantum in minoribus, secus si fuerit in Sacris: tunc enim, sicut non privatur omni privilegio Clericali, nisi degradetur, sic etiam non prohibetur ferre habitum, & tonsuram, in reverentiam Sacr. Ordinum, Pyrrh. Corrad. *in prax. dispens. Apostol. lib. 2. cap. 1. n. 7. & 8.*

12 Bigamus, cum sit irregularis, est incapax non solum Beneficii obtinendi, sed etiam obtenti. Riccius *l. cit. res.* 36. Antonel. *de regim. Eccles. lib. 2. cap. 9. n. 11.* pensionem tamen potest habere; quia non est verum Beneficium. vide etiam *Clericus.*

13 Bigamia neque tollitur per ingressum Religionis, per quem regulariter tollitur omnis macula. Sayr. *de censur. lib. 7. cap.* 13. apud Corrad. *l. c. n. 12.*

14 Dispensari volens a bigamiæ irregularitate, debet in supplicatione explicare qualitatem bigamiæ: etiamsi enim nullum videatur discrimen constituti in Curia Romana circa dispensationem, tamen in supplicatione debet exprimi, an oriatur ex matrimonio unico cum Vidua, vel cum duabus Virginibus consummato &c. alias vitiaretur dispensatio, hæcque falsitas committi potest tam narrando minus, quam majus, sive unam pro altera. *ut ex arg. L. 1. C. de falsi.* Bar. & Bald. *in L. Presbyteri. C. de Episc. & Cler.* docet Pyrr. Corrad. *loc. cit. cap. 2. num. 24.* & multo magis exprimi debebit qualitas trigamiæ, ut si quis ter contraxerit, vel bis, sed semel cum Virgine, & semel cum Vidua &c. ut contra Navarr. *cons. 2. de bigam.* tenet idem Corrad. *loc. cit. num. 25. & 26.* ubi, quod talibus sit subinde dispensatio denegata.

15 Bigamus dispensatus ad ordines recipiendos intelligitur tantum de minoribus, nisi aliter exprimatur, vel nisi fuerit alias in minoribus constitutus, tunc enim, ne dispensatio reddatur vana, intelligeretur etiam de majoribus. juxta text. *in cap. si a Papa, de privileg. in 6.* Nec dispensatus ad ordines intelligeretur dispensatus ad beneficia. Abb. *in cap. litteras. num. 6. de fil. Presbyt.* Felin. *in cap. at si Clerici. §. de adulteriis. num. 17. de Jud.* Paris. *cons. 88. num. 21. vol. 4.* apud Corrad. *loc. cit. cap. 5. n. 27.* Nec dispensatus ad beneficia Curata, nisi exprimatur. Majol. *de irreg. lib. 1. cap. 9. num. 2. ex cap. pro illorum, de præb.* ibi. *quod nisi fiat expressa mentio de cura, non venit beneficium curatum.* Gonz. *ad reg. Cancell. gl. 6. num. 14. & 15.* apud Corrad. *loc. cit. a n. 29. seqq.* neque ad Canonicatus in Cathedralibus, vel Collegiatis. Corrad. *n. 35.* & multo minus ad dignitates. ob *tex. in cap. ad aures, &* ibi DD. *de rescr. cap. fin. de præb. cap. quamvis, eod. in 6.* Garc. *p. 1. cap. 6. n. 52. de benf.* Corrad. *cap. 6. n. 1. & per tot.* ubi late de diversis dignitatibus *Clem. 1. de sequestr. possess.*

poſſeſſ. & fructuum. plura vide apud dict. Pyr. Corrad. *loc. cit.* ubi praxis ſupplicationum, litterarum diſpenſationis, & illarum executionis.

16 Sed an, quæ de bigamia dicta ſunt, procedant etiam in bigamia contracta ante Baptiſmum, non conveniunt DD. negativam enim tenet D. Hieronym. relatus *in cap. 1. diſt. 26. & in cap. 1. 28. quæſt. 3.* & alii relati per Sanchez *diſput. 83. num. 8. lib. 7.* apud Pacem Jordan. *de re Sacram. lib. 3. num. 12.* ubi tamen contrariam ſententiam D. Auguſtini relatam *in cap. acutius. 28. quæſt. 3.* ubi prohibetur fieri Epiſcopus, qui ante Baptiſmum unam uxorem habuit, & poſt Baptiſmum alteram. & D. Ambroſ. *in cap. penult. diſt. 26.* dicit ab omnibus fere Theologis, & Canoniſtis receptam, & approbatam & præſertim *in cap. gaudemus, de divort. & in cap. deinde. diſt. 26. cap. ſi quis viduam. diſt. 34.* Sanch. *loc. cit. diſp. 7. quæſt. 2. punct. 5. num. 13.*

BIRRUARII.

Praxis Birruariorum.

1 Birruarii, qui ex mandato Judicis aliquem juſte capiunt, poſſunt reſiſtentem impune occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ. Fachin. *lib. 9. controv. Jur. cap. 73. L. ſi ſervus. C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* ubi Bart. & Bal. Clarus *in §. fin. qu. 29.* Diana *par. 8. tract. 7. reſ. 44.* Conciol. *reſ. crim. verb. birruarii reſ. 6.*

2 Non poſſunt Reum fugientem impune occidere, vel vulnerare, ut capiant. Bal. *in L. ult. C. de exhib. Reis.* Grammat. *deciſ. 45.* Boer. *deciſ. 170.* Gomez *de delict. cap. 9.* Fachin. *lib. 9. controv. Jur. cap. 74.* Cabal. *reſ. crim. caſ. 132.* Clar. *in §. fin. quæſt. 93.*

3 Non poſſunt facere capturam ſine mandato Judicis in forma conſueta, nomen, & cognomen capiendi clare continente, aliter illis impune reſiſtitur, quamvis ferant inſignia. Scaccia *de Jud. lib. 1. cap. 33. & 46. num. 2.* neque in Eccleſia. vide *Reus*. Neque in domo propria de Jure, quamvis aliter obſervetur de conſuetudine, niſi domus eſſet clauſa, & birruarii non haberent licentiam ingrediendi, quam Judex concedere non ſolet, niſi citato prius debitore ad tenendam portam apertam, alias ad audiendum mandari aperiri per vim. Scaccia *loc. cit. num. 9.* Pajatell. *expedit. 96.* qui id admittit, ſi debitor renunciavit omni Legum auxilio. vide *capt.* Neque Scholares in Scholis capi poſſunt. Neque tempore feriato ad honorem Dei captura exequi poteſt in civilibus, ſeus in criminalibus. *L. fin. C. de fer.* Bal. *in tract. de carcer. cap. 1.* Put. *de ſyndic. in verb. captura. cap. 5. n. 6.* Scacc. *loc. cit.* Idem eſſet dicendum de crimin. de Jure, niſi contraria conſuetudo obſtaret. Imo neque in feriis inductis ad favorem hominum, niſi illis fuerit renunciatum.

4 Tota concluſio limitatur in ſuſpecto de fuga; quia tunc nulla feriarum habetur conſideratio. Scacc. *de Jud. lib. cap. 37. num. 15. & 43. n. 13.* neque in criminalibus, niſi inveniantur in flagranti. Ibid. *num. 21.*

5 Birruarii de mandato Judicis Laici non poſſunt capere perſonas Eccleſiaſticas. vide litt. *Cleric. & Judex.* Scac. *loc. cit. a n. 14.* Neque capere mulierem pro debito civili, neque impuberes. vide *mulier. & Pupillus*. plura infra, in verbo *captura*.

6 Birruarii ſunt infames, ſecus eorum filii. Suaz. *de cenſur. diſp. 48. ſect. 3.* Bonac. *de Sacram. diſp. 7. q. 3. p. 2.* quia ignobilitas parentum non nocet filiis, ſi ipſi laudabiliter vivant, & infamia juris non incurritur niſi in caſibus a Jure expreſſis. Diana *par. 10. tr. 11. reſ. 26.* Conciol. *l. c. reſ. 4.*

7 Birruarii deponentes, ſe deprehendiſſe aliquem in flagranti non probant ad condemnandum, ſed tantum ad torquendum. Bar. *in L. 1. ff. de off. Præf.* Afflict. & alii apud Caball. *reſ. crim. caſ. 126.* neque faciunt fidem ad torquendum, quando contrarium iis, quæ ipſi dicunt, probatur. Clarus *in §. fin. qu. 7.* Foller. *in pract. crim. part. 2.* quia officialibus creditur in iis, quæ pertinent ad eorum officium, ſecus in iis quæ ſunt extra eorum officium. Menoch. *de arb. caſ. 112.* Cabal. *loc. cit. caſ. 127.* & ideo non creditur illis dicentibus, ſe a Reo fuiſſe verberatos. Farin. *carcer. & carcerat. qu. 32.* niſi concurrant aliquæ bonæ conjecturæ; tunc enim facerent indicium ad torturam. Farin. *l. c.* Sperel. *deciſ. 149.*

Birruarii excquentes ſententiam injuſtam excuſantur. 8
Farin. *quæſt. 97. caſ. 6.* Sylv. *in verb. Judex*, ſecus ſi obediant Judici ut privato. iidem qui ſupra.

Birruarius Reo denuncians mandatum, quod habet 9
ad illum capturandum in cauſa criminali, punitur pœna extraordinaria, juxta qualitatem cauſæ, ſicut etiam ille, qui negligit capturam juxta mandatum ſibi datum, vel captum dimiſit. Farin. *de carcer. & carcerat. q. 32. num. 17.* Menoch. *de arbitr. caſ. 583.* apud Conciol. *reſol. crim. reſ. 1. litt. Birruarius.*

Deponens, in aliqua executione fuiſſe ſe impeditum, 10
non probat, maxime ſi dicit, ſe fuiſſe impeditum a tertio, licet plures id deponant, præſertim ſi dicant, ſe fuiſſe injuriatos, & offenſos. Alciatus *de præſ. reg. 3. præſ. 14. n. 7.* Maſcard. *de prob. concluſ. 1115. n. 8.* Men. *de arbitr. caſ. 112. num. 12.* Farin. *de carcer. & carcerat. quæſt. 32. n. 8.* Cabal. *reſ. crim. caſ. 127. n. 15.* quia deponit ad ſui exonerationem, & ideo nihil probat. Farinac. *de teſt. qu. 56. n. 376.* Conciol. *l. c.*

BLASPHEMIA.

Praxis Blaſphemiæ.

Blaſphemia de Jure Divino punitur pœna mortis, 1
ſicut etiam de Jure Juſtinianeo. De Jure vero Canonico blaſphemus excommunicatur, quæ tamen excommunicatio hodie non habet locum, ſed illi fuit ſubrogata pœnitentia publica ante fores inter Miſſarum ſolemnia. Riccius *in praxi blaſphemiæ. part. 3. reſ. 41.* Antonel. *de regim. Eccleſ. lib. 6. cap. 24.* Covar. *in cap. quamvis de pact. in 6. num. 8. 9. & 10. §. 7.* Menoch. *de arbitr. caſ. 375.* Excuſatur tamen blaſphemus a pœna ordinaria ab iracundiæ calore, ſi ſe ſtatim corrigit; vel a Conſuetudine. Farin. *de delict. & pœn. qu. 20. n. 48.* Dummodo ira, & dolor proveniant a juſta cauſa, ſecus ſi ab injuſta, qualis eſſe ſolet ludus, ebrietas &c. Homobon. *de exam. Eccleſ. tom. 1. tract. 7. quæſt. 4.* Conciol. *reſol. crim. verb. blaſphemia. reſ. 1. num. 15.*

Blaſphemia ſimplex eſt crimen mixti fori. *cap. 2. de Maled.* Decian. *conſ. 163.* Covar. *in d. cap. quamvis. §. 7.* Clar. *in §. blaſphemia. n. 1. & ſeq.* ſecus hæreticalis, quæ ſpectat ad Inquiſitores privative. ita Scaccia *de Jud. lib. 1. cap. 12. n. 56.* Barb. *de off. Epiſc. alleg. 51. num. 89.* Conciol. *loc. cit. reſ. 2. n. 4.* niſi blaſphemus eſſet Judæus; quia tunc ſpectaret ad Judicem Laicum ſolum, niſi blaſphemia eſſet hæreticalis. Clarus *in §. blaſphemia §. ſed pon. &c.* Decian. *tract. crim. lib. 6. cap. 4. num. 2.* Farin. *de delict. & pœn. quæſt. 20. n. 41.* Conciol. *loc. cit. num. 3.* Dicitur autem blaſphemia hæreticalis, quæ hæreſim, vel falſitatem contra fidem formaliter ſeu virtualiter continet. Barb. *d. alleg. 51. num. 87.* Hinc non eſt blaſphemia hæreticalis jurare *per corpus, vel ſanguinem Dei*, niſi proferens talia verba intelligeret de Deo uti de perſona prima. Ratio eſt, quia poſt incarnationem, quæ dicuntur de humanitate per communicationem idiomatum, dicuntur etiam de Deo. Caſtren. *conſ. 291.* S. Thom. *2. 2. quæſt. 13. a. 2.* Cabal. *reſ. crim. caſ. 296. n. 7.* & talis non poteſt condemnari in pœnam blaſphemiæ; quia in dubia intentione proferentis talia verba ſtandum eſt intentioni ipſius proferentis. *L. ſi quis intentione. ff. de Jud.* Dec. *conſ. 493.* Farin. *loc. cit. qu. 20.* Menoch. *de arb. caſ. 375.* Cabal. *reſ. crim. caſ. 296.* maxime ſi perſona proferens eſſet ruſtica, vel ignorans, niſi talia verba eſſent prolata in contemptum Dei; tunc enim puniretur ut blaſphemus. Theſ. *deciſ. 241.* Boer. *deciſ. 301.*

BONA.

Praxis Bonorum.

§. I.

Bona in genere.

Bona eſſe hæreditaria probatur, ſi tanquam talia fue- 1
runt ab hærede deſcripta in inventario, quod contra deſcribentem plene probat. ita Bald. *conſ. 89. num. 3. lib. 1.* Decian. *conſ. 76. n. 8. lib. 3.* Rota *deciſ. 426. num. 2. part. 1. recent. & deciſ. 762. eod. loco. num. 1. par. 2.* apud Bich. *deciſ. 46. n. 12.* Peregr. *conſ. 48. n. 5.*

lib. 1. & talia præſumuntur, ſi non conſtat, hæredem in eodem loco, ubi poſſedit teſtator, bona poſſediſſe. Peregr. *de fideicom. a* 44. *n.* 22. Natta *conſ.* 235. *n.* 17. Rota *deciſ.* 131. *n.* 5. *par.* 1. *rec.* apud Bich. *dec.* 380. *num.* 21. &

Bona hæreditaria mediante aditione hæredis deſinunt eſſe Teſtatoris, & efficiuntur propria adeuntis. *L. ſed ſi plures.* §. *filio ff. de vulgar. L. cum hæredes. ff. de acquir. poſſeſſ.* Eugen. *conſ.* 88. *num.* 81. *lib.* 1. apud Bich. *deciſ.* 52. *num.* 52.

2 Bona ab hærede poſſeſſa præſumuntur, eademmet a teſtatore olim fuiſſe poſſeſſa. Natta *conſ.* 235. *num.* 17. Cardin. Mellin. *deciſ.* 374. *num.* 23. Rota *inter recent. deciſ.* 88. *num.* 12. & 13. *part.* 7. maxime ſi ſunt in loco, ubi teſtator poſſidebat; quia tunc reſultat præſumptio pro identitate eorundem, niſi ex adverſo doceatur de particularibus acquiſitionibus. Peregr. *de fideic. a.* 44. *n.* 22. Rota *dec.* 129. *n.* 2. *part.* 5. *recent.* & coram Cerro apud Bich. *deciſ.* 670. *n.* 6. & 7. *in una Peruſina bonor.*

3 Bona capta in executionem, quod non potuerint ſubhaſtari ob emptorum defectum, probari poteſt per atteſtationes Executorum, qui tria bannimenta fecerunt, quibus tanquam peritis in arte ſuo officio credi debet. Tiraquel. *de retrac. lignag.* §. 8. *gl.* 9. *num.* 22. Addend. ad Buratt. *deciſ.* 789. *litt. A.* Poſt. *de ſubhaſt. inſpect.* 29. *n.* 111. Alex. *in L. a Divo Pio* §. *ſi ſuper. reb. n.* 17. *de re jud.* apud Bich. *deciſ.* 484. *num.* 3. & intra quod tempus ſubhaſtatio ſit facienda, non eſt a jure determinatum, ſed relinquitur Judicis arbitrio. Coler. *de proceſ. exec. par.* 3. *cap.* 9. *n.* 75. Bald. *in L. ordo num.* 6. *C. de execut. rei jud.* Gratian. *diſc. for. cap.* 275. *num.* 15. Eſcobar. *de ratioc. cap.* 16. *num.* 8. Rota *deciſ.* 146. *n.* 4. & 5. *part.* 2. *diverſ.* Bich. *deciſ.* 484. *n.* 4.

4 Bona non dicuntur libera, ſi devolvi debent de primogenito in primogenitum. Oldrad. *conſ.* 234. *n.* 2. Surd. *conſ.* 145. *n.* 23. & *deciſ.* 253. *nu.* 8. Oſaſc. *dec.* 24. *num.* 6. Bich. *deciſ.* 66. *n.* 26.

5 Bona Monialis nondum profeſſæ, & in quibus Monaſterium habet uſumfructum, etiam pendente conditione profeſſionis, reputantur bona Eccleſiæ ad effectum beneplaciti Apoſtolici, ac ſolemnitatum requiſitarum in eorundem alienatione. Abb. *in cap. nulli num.* 10. *de reb. Eccleſ. non alien.* Genuen. *pract. Eccleſ. quæſt.* 80. *num.* 1. Rota apud Burat. *deciſ.* 690. *n.* 11. & alii apud Bich. *deciſ.* 662. *n.* 8. & *ſeq.*

6 Mobilia ſpatio longi temporis præſumuntur conſumpta. Bart. *in L. quoad præſens. num.* 3. *C. Murileg. lib.* 11. Peregr. *de fideicom. art.* 10. *n.* 39. & 40. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 624. *n.* 6. Afflict. *deciſ.* 13. *n.* 27. Rota *dec.* 259. *num.* 36. *part.* 5. *recent.* apud Bich. *deciſ.* 510. *n.* 21. & hæc hæres gravatus in ſuas detractiones computare non tenetur. DD. *cit.* & Rota *deciſ.* 535. *n.* 2. *part.* 5. *rec.*

7 Bona mariti vergentis ad inopiam, ſi uxor pro ſuæ ſecuritate dotis elegit, ex illorum fructibus ali debet, & ſi illa fuerunt aſſignata uxori pro aſſecuratione dotis, non poſſunt amplius aſſignari creditoribus mariti. Rota *deciſ.* 292. *n.* 5. *part.* 1. *recent.* & apud Bich. *dec.* 250. *n.* 18. & 19.

8 Bona paraphernalia uxoris non ſpectant ad maritum ſicut dotalia ad illum pertinent. *L. doce ancillam. C. de rei vindic.* & eorum adminiſtratio viri videtur conceſſa tanquam procuratori, & ad nutum ab uxore poteſt revocari. *L. hac lege. & L. fin. C. de pact. convent. L. ſi ego.* §. *plene ff. de Jure dot.* Barb. *in L.* 1. *par.* 1. *n.* 29. *verſ. ſed ſi paraphernalia n.* 30. *ff. ſol. matr.* Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 6. *gl.* 2. *part.* 7. *num.* 12. Surd. *deciſ.* 92. *num.* 7. & 8. Bich. *deciſ.* 352. *num.* 8. neque cadunt ſub obligatione præſtandi obſequia matrimonialia, ſicut nec alia bona uxoris, quæ cum propria pecunia, & induſtria, aut operis artificialibus aliunde quæſivit. Bal. *in L. ſi uxorem n.* 6. *C. de cond. inſer.* & Menoch. *conſ.* 154. *num.* 15. & *de præſ. lib.* 3. *præſ.* 51. *a num.* 32. Felic. *de Societ. cap.* 3. *num.* 5. Joſ. Ludovic. *deciſ. Peruſin.* 28. *num.* 10. Giurba *ad conſuetud. Meſſanæ, c.* 1. *gl.* 6. *part.* 1. *num.* 56. Rota *deciſ.* 1. *n.* 4. *de donat. inter vir. & uxor. in antiq.* Bich. *deciſ.* 352. *num.* 11. & non ſpectant ad maritum, niſi quoad adminiſtrationem ut ſupra mox dictum. Bich. *deciſ.* 634. *n.* 3.

9 Bona patris ſunt hypothecata pro dote, quam pro filio recepit. *L. ſi cum dotem* §. *transgrediamur. ff. ſol. matrim.* ubi Bart. & Alex. *num.* 16. Surd. *deciſ.* 47. *n.* 1. & *deciſ.* 62. *n.* 33. Bich. *deciſ.* 510. *n.* 16.

10 Bona poſſunt a patre inæqualiter inter filios dividi, ſalva tamen eorundem legitima. §. 1. *ibi. reliquum vero: auth. de trien. & ſemiſſe.* Cyriac. *controv.* 312. *n.* 6. Bich. *deciſ.* 30. *n.* 9.

11 Bona uxoris præſumuntur acquiſita ex rebus viri. Gabr. *de præſ. concl.* 15. *nu.* 18. Menoch. *eodem tit. lib.* 3. *præſ.* 51. *n.* 44. Oſaſc. *deciſ.* 140. *num.* 9. Rota *deciſ.* 216. *n.* 7. *par.* 2. *diverſ.* & apud Bich. *deciſ.* 56. *num.* 15.

12 Bona noſtra dicuntur, quæ detracto ære alieno ſuperſunt. *L. ſubſignatum. ff. de V. S. L. mulier. ff. de Jure dot.* Fachin. *controv. Jur. cap.* 35. *lib.* 5. alienata ante delictum quando dicantur alienata in fraudem fiſci, vide Cyriac. *Controv. for.* 442. *num.* 7. & *ſeq.* ubi regulariter non dicuntur, nec præſumuntur alienata in fraudem, niſi fiſcus probet, alienantem habuiſſe inimicitias, & illas perduraſſe. Menoch. *de præſ. lib.* 3. *præſ.* 124. *num.* 1. Guazzin. *de confiſcat. bon. concl.* 29. *n.* 21. Farin. *de ſimulat. quæſt.* 164. *nu.* 60. Peregr. *de Jure fiſci, lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 159. Neque ſufficit, inimicitiam præceſſiſſe, ſi fuit reconciliatus.

13 Bonorum appellatione in legato, in quo quis legavit omnia ſua bona ſine loci adjectione, veniunt etiam venalia, ſecus, ſi legatum fuit factum cum loci adjectione. Fachin. *lib.* 5. *contr. Jur. cap.* 67. *L. generali.* §. *uxori. ff. de uſufr. legat.* Bar. *in L. generali.* §. *uxori. ff. de aur. & argent. legat.* Si vero fuit dictum, bonorum *mobilium, & immobilium*, veniunt jura, & actiones. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 29. *num.* 52. Tiraquel. *de retr. lignag.* §. 1. *gl.* 7. *num.* 15. & 16. Brun. *de ſtatut. excl. fœm. art.* 8. *q.* 26. *num.* 133. & 134. Gabr. *de V. S. concl.* 7. *n.* 3. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 11. *n.* 10. Trentacinq. *reſ.* 3. *num.* 15. Exiſtentium vero in aliquo loco appellatione, non veniunt jura, & actiones. Bal. *conſ.* 101. *n.* 1. Lapus *alleg.* 92. Mareſcot. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 9. *n.* 19. &

Bonorum poſſeſſio, an præſumatur adita, longiſſimo tempore? vide Fachin. *lib.* 6. *contr. jur. cap.* 59. Mantic. *de conject. ult. vol. lib.* 12. *tit.* 15. & Menoch. *lib.* 4. *de præſum. præſ.* 104. diverſimode diſtinguentes.

14 Bona præſumuntur libera, & qui prætendit, ea eſſe ſubjecta fideicommiſſo, duo debet probare. Primo, illa bona fuiſſe in hæreditate teſtatoris non ſolum tempore teſtamenti, ſed etiam mortis. Secundo quod bona petita a Reis conventis poſſideantur. *L.* 1. *C. de SS. Eccleſ. cap. cum morte de celebratione Miſſarum.* Craveta *conſ.* 61. Bald. *conſ.* 84. Sylvaticus *lib.* 1. *conſ.* 57. quia eſt regula, quod bona præſumantur libera. *L. altius C. de ſervit. cap. nimis de jurejur.* In antiquis vero creditur teſtatori aſſerenti, talia bona ſe poſſidere, ſi quæſtio eſt inter hæredes, qui non poſſunt impugnare dictum teſtatoris. Sylvat. *loc. cit.* & qui ſemel poſſidet, præſumitur, continuare poſſeſſionem uſque ad mortem, niſi contrarium probetur, & ideo probata ſemel poſſeſſione teſtatoris erit etiam probata uſque ad mortem. Sylvat. *loc. cit.*

15 Bona empta pecunia aliena fiunt ejus, qui emit, non cujus eſt pecunia, ſed hæc tantum eſt Domino reſundenda. Menoch. *conſ.* 80. Gabr. *de præſumpt. concluſ.* 13. *num.* 14. Coſta *de portione ratæ quæſt.* 184. Rota *poſt tractat.* Statil. *de Salv. deciſ.* 148. Tiraquel. *de retract. part.* 1. §. 32. *gl.* 2. *num.* 16. apud Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 4.

16 Acquiſita nomine meo ab alio veniunt in hypotheca a me contracta ad favorem meorum Creditorum, ſi acquiſitio facta eſt nomine meo expreſſo, & ego acquiſitionem ratificavi; idem dic, ſi ego ſim ſocius, & acquiſitio eſt facta a ſocio nomine communi. Secus ſi nomine proprio tantum. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 4. Statil. *de Salvian. Interd. inſpect.* 3. *c.* 2. *n.* 576. & hoc ſecundo caſu non requiritur ratificatio; quia acquiſitio fit ex voluntate ſociorum. Statil. *loc. cit. num.* 577. Mant. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 16. *n.* 17.

17 Bona ſita in alieno territorio veniunt in hypotheca omnium bonorum, & pro illis poteſt agi in loco Domicilii, ſed executio nonniſi mediantibus litteris remiſſorialibus. Neguſ. *de pign. part.* 8. *memb.* 2. *num.* 8. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 5. Socin. *in cap. ſane col.* 4. *declar.* 7. *de foro comp.* Tiraquel. *de retr. lignag.* §. 8. *gl.* 5. *n.* 11.

18 Bona Hæredis non veniunt in hypotheca tacita omnium bonorum contracta a defuncto. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 15. nec in expreſſa. *Idem quæſt.* 16. Neguſ. *de pignor. par.* 2. *memb.* 2. *num.* 53.

Mant.

Mant. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 4. *num.* 16. Clar. *in §. teſtamentum. quæſt.* 71. Cytiac. *controv.* 282. *num.* 3. Rota apud Statil. *de Salvian. Interd. deciſ.* 136. *num.* 10. Afflictus *deciſ.* 111. & 200. Giurba ad conſuet. Meſſanæ *par.* 1. *cap.* 9. *gl.* 5. *num.* 49. niſi hæres ratificaverit adeundo hæreditatem, maxime ſine beneficio legis, & inventarii. vide Merlin. *loc. cit.* & DD. *cit.*

19 Bona præſumuntur illius, penes quem reperiuntur, vel a quo poſſidentur. *L. ne maritorum* ubi Salyc. *C. ne uxor. pro mar.* Bal. *in L.* 1. *C. de privil. dot.* Socin. *conſ.* 128. Alex. *conſ.* 112. *lib.* 6.

20 Bona poſſeſſa, & diviſa a fratribus an & quando præſumantur propria fratrum, vel a Patre proveniſſe, vide apud Merlin. *deciſ.* 396. ubi debet inſpici qualitas fratrum, an ſint induſtrioſi, & temporis diuturnitas; quia tunc præſumuntur propria filiorum. Menoch. *de præſ. lib.* 3. *præſ.* 50. Beccius *conſ.* 113. *num.* 9. apud eundem Merlin. *loc. cit. num.* 5. & 6.

21 Bona donata non poſſunt in præjudicium Donatarii ſubjici fideicommiſſo a Donante. *L. perfecta donatio. C. de donat. L.* 2. *C. de revoc. donat.* Rota coram Bichio. *deciſ.* 235. *n.* 8. *in una fideicom.*

22 Bona Debitoris quando diſtrahuntur, Creditor, ſi eſt certus, debet perſonaliter citari, & non ſufficit, quod citetur per proclama. *L. ſi eo tempore.* ubi Angel. Bald. & Salyc. *C. de remiſſ. pignor.* Bar. *in L. fin. n.* 2. *C. eodem.* Alexand. *conſ.* 106. *num.* 13. *lib.* 5. Neguſ. *de pignor.* 3. *memb.* 6. *par. num.* 26. Molfeſ. *ad Conſuetudinem Neapol. tom.* 2. *part.* 8. *quæſt.* 3. *num.* 11. Seraph. *dec.* 994. *num.* 3. apud Bich. *deciſ.* 95. *n.* 7.

23 Donata filio contemplatione patris ſunt, & dicuntur profectitia, & in legitimam ex bonis patris debitam imputantur. Merlin. *deciſ.* 459. *num.* 16. & Rota apud Bich. *deciſ.* 610. *num.* 37.

24 Bona fideicommiſſi dari poſſunt in dotem deſcendentibus Fideicommittentis. juxta *auth.* res quæ *C. commun. de leg.* quæ procedit in dote tam pro matrimonio ſpirituali, quam carnali. Ripa *in L. filiuſ. §. divi n.* 72. *ff. de leg.* 1. Fuſar. *de ſubſt. q.* 531. *n.* 28. Fontanella *de pact. nuptial. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gl.* 1. *part.* 3. *num.* 65. apud Bich. *deciſ.* 18. *a num.* 16. quamvis dos congrua abſorberet fideicommiſſum notum. Fuſar. *loc. cit.* & Bich. *ut ſupra num.* 18. apud quem Bald. Caſtr. & alii.

25 Per gravatum alienata imputantur gravato in detractionem legitimæ, & Trebellianicæ; quia videtur gravatus alienans illa elegiſſe pro ſua legitima & Trebellianica. *L. Marcellus. §. res quæ ff. ad Trebell.* Alex. *conſ.* 3. *n.* 4. *lib.* 3. Rol. *conſ.* 78. *num.* 19. *lib.* 1. Peregr. *de fideic. art.* 39. *num.* 2. Rota *deciſ.* 449. *num.* 6. *part.* 1. *recent.* apud Bich. *deciſ.* 32. *num.* 2. quod procedit in primis alienationibus, uti notant DD. *cit.* & Surd. *dec.* 316. *num.* 18. apud Bich. *lot. cit. num.* 3.

26 Bona fideicommiſſi non cenſentur comprehenſa in renuntiatione, niſi Renuntians fuerit certioratus de fideicommiſſo. *L. de his ff. de tranſact.* quod locum habet inter quaſcumque perſonas, & in omni actu per quem inducitur renuntiatio. Peregr. *de fideicom. art.* 52. *n.* 23. Fuſar. *de ſubſt. q.* 594. Socin. jun. *conſ.* 18. *n.* 3. *lib.* 4. Capyc. Latro *deciſ.* 2. *n.* 42. Bich. *dec.* 119. *a n.* 2.

27 Bona fideicommiſſi ab hærede gravato poſſeſſa non cadunt ſub inſtitutione hæredis, neque ut hæreditaria ejuſdem gravati reputantur. *L. ſequens quæſtio. & L. unum ex familia §. ſi de falcidia. ff. de leg.* 2. Surd. *conſ.* 112. *n.* 81. & *dec.* 93. *n.* 19. Rota apud Bich. *deciſ.* 350. *n.* 1.

28 Favore dotis alienari, & obligari poſſunt in defectum bonorum liberorum; & quando Fidei-Commiſſarius eſt actor, tenetur probare exiſtentiam bonorum liberorum. DD. *in auth. reſ. quæ C. de fideicomm.* Bich. *deciſ.* 366. *num.* 1. & poſſunt etiam alienari pro extinguendo ære alieno fideicommittentis, urgentibus Creditoribus, in defectu aliorum bonorum liberorum. *L. filiuſ. ff. de leg.* 1. *§. Divi. il.* 2. *L. peto. §. prædium. ff. de leg.* 2. Bart. *in L. Marcell. §. res quæ ff. ad Trebell.* Natta *conſ.* 110. *num.* 13. Socin. jun. *conſ.* 28. *num.* 3. *lib.* 2. Gamma. *deciſ.* 218. *num.* 4. Burat. *dec.* 920. *num.* 3. Rota apud Bich. *deciſ.* 105. *num.* 20. Non ſunt tamen obnoxia debitis hæredis gravati. Neguſ. *de pignor. part.* 3. *membr.* 4. *n.* 125. Seraphin. *deciſ.* 757. Socin. *conſ.* 75. *n.* 4. *lib.* 1. & Rota apud Bich. *deciſ.* 649. *n.* 1. & poſt Merlin. *de pignor. deciſ.* 55. *num.* 2.

§. II.

De Bonis Laicorum.

Bona libera ſunt majoris æſtimationis, quam onerata. *L. quod ſæpe. ff. de contrah. empt. L.* 1. ubi Bart. Jaſ. & Alex. *ff. ad Trebell. L. mortis cauſ. ff. de donat. mort. cauſ. DD. in L. pretia rerum. ff. ad L. Falc.* Arius Pinell. *in L.* 2. *part.* 3. *cap.* 4. Maſcard. *de prob. concl.* 1404. *n.* 14. Surd. *conſ.* 181. *n.* 20. Cyriac. *controv. for.* 222. *num.* 70. *& ſeq. & controv.* 421. *num.* 1. *& ſeq.* apud Ciarlin. *controv. forenſ. cap.* 118. *num.* 4. & 5. Et bona fideicommiſſo ſubjecta ſunt tam parvæ æſtimationis, ut vix emptorem inveniant, & non niſi pro leviſſimo pretio. Ciarlin. *loc. cit. num.* 6. Cyriac. *de controv.* 222. *n.* 85. 29

Bona fideicommiſſo ſubjecta ſunt tacite hypothecata pro dotis reſtitutione nurui in ſubſidium deficientibus liberis. Sperel. *deciſ.* 165. *num.* 16. Rota *deciſ.* 312. *n.* 16. *part.* 6. *recent.* apud eundem. & Fuſar. *de ſubſt. q.* 532. *a num.* 10. apud quem Peregr. *de fideicom. a* 42. *n.* 18. Dec. *conſ.* 519. & alii. & poſſunt alienari, ultra DD. *mox citatos.* vide Rotam apud Merlin. *deciſ.* 657. *n.* 1. & 9. affirmantem cum Surdo *deciſ.* 62. *pe tot.* licet teſtator prohibuerit. 30

Bona mariti an ſint uxori tacite hypothecata non tantum pro dotis reſtitutione, ſed etiam pro alimentis, magna eſt inter DD. controverſia, & pro negativa ſtat Bart. *in L. Lucius. ff. de alim.* Jo. Andr. ad Specul. *in tit. de dote reſtituen. §. formatis. verſ. ſed nunquid bona.* Campeggius *de dote* 2. *par. quæſt.* 36. Bald. Novell. *in tract. de dote par.* 6. *ſpecial.* 7. *verſ. tu potes.* & alii plures apud Gabr. *de alim. lib.* 6. *concl.* 2. Fachin. *lib.* 12. *controv. Jur. cap.* 33. quia ſi Legislator voluiſſet eſſe obligata pro alimentis, id expreſſiſſet, ſicut expreſſit pro reſtitutione dotis, & hypotheca non inducitur, niſi in caſibus a Jure expreſſis; quam in jure veriorem dicit Surdus *de alim. tit.* 8. *privileg.* 49. *num.* 8. *verſ. melius ergo;* ſed quia contraria eſt communis, dicit, vanum fore in Judiciis ſuper ea diſceptare, & hanc tenent etiam Bald. *in L. unica §. ut plenius C. de rei uxor. act.* & ipſe Bar. *in L. ſi cum dotem. §. ſin. autem. ff. ſol. matr. verſ. quæro nunquid bona.* ubi etiam Caſtr. *§. ſin autem.* & Alex. Socin. *conſ.* 41. *col.* 3. *verſ. ſed hæc reſponſio. vol.* 4. & alii quos ſequitur Gabr. *loc. cit.* Mareſc. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 83. *n.* 56. Paſqual. *de patr. pot. par.* 2. *cap.* 7. *n.* 46. 31

Bona ſoceri liberantur ab obligatione, ſi dotem filio emancipato, vel in patria poteſtate exiſtenti, ſed cum cauſa, uti ad ſuſtinenda onera matrimonii ſeorſim, ſeparatimque habitanti reſtituat: quia tibi eſt matrimonium, & ejus onera, ibi dos eſſe debet: neque refert, quod filius dilapidarit, modo ab initio non fuerit ſuſpectus de dilapidatione, & intervenerit Judicis decretum. Sperel. *deciſ.* 164. & dummodo filius ſit ſolvendo, & concurrat nurus conſenſus. vide eundem Sperel. citantem alios & præſertim Surdum *de alim. tit.* 8. *privil.* 34. *n.* 4. Merlin. *de pignor. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 49. *num.* 62. 32

Bona fideicommiſſo ſubjecta poſſunt alienari pro dotibus reſtituendis; Item pro detractione legitimæ, & Trebellianicæ *L. peto. ff. de leg.* 2. *L. alienationes. ff. famil. herciſc.* Mant. *de conjectur. lib.* 9. *tit.* 8. Pereg. *de fideic. art.* 40. *n.* 18. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 541. *n.* 1. Andreol. *controv.* 141. etiam ignorante, & non requiſito Fidei commiſſario. Peregr. & Fuſar. *ll. cc.* apud quos Oddo *de fideic. quæſt.* 34. Surd. *deciſ.* 316. Rota coram Buratt. *deciſ.* 853. Saminiatus *poſt controv.* Altogradi jun. *conſ.* 6. videri poteſt etiam Merlin. *deciſ.* 459. *num.* 13. ſicut etiam pro funeris impenſis, & pro ſatisfaciendis legatis. Peregr. *l. c.* apud quem communis. 33

Bona fideicommiſſo ſubjecta, vel majoratus non poſſunt confiſcari etiam in delictis hæreſis. Sanctarellus *de hæreſi cap.* 1. Ricciulus *de Jure perſon. lib.* 5. *cap.* 32. Suarez *de fide, diſputat.* 22. *ſect.* 5. quos citat Diana *par.* 4. *tract.* 8. *reſ.* 60. Idem dic de bonis alienari prohibitis in favorem alterius, & cum prohibitio eſt perpetua, & non tantum ad vitam delinquentis. Molina *de Juſt. tom.* 3. *diſp.* 657. 34

Bona dotalia ſunt, quæ dantur viro nomine dotis ad ſuſtinenda onera matrimonii. *L. ubi adhuc. C. de Jur. dot.* & eorum maritus fit Dominus *L. doce* 35

ancillam. C. de rei vendic. & potest in illis facere, quod vult. *L. quoties. C. de Jur. dot.* Paraphernalia vero sunt, quæ mulier tradit viro extra dotem, etiam ratione sui proprii usus, & eorum administrationem marito committit. Pajatel. *expedit. & annot.* 36. qualia solent ut plurimum esse mobilia, vel pecuniæ. Extradotalia sunt, quæ mulier marito non consignavit, & quorum usum sibi reservavit. Bald. *cons.* 464. apud Pajatell. *loc. cit.* & horum fructus sunt mulieris. Sylvest. *in sum. verb. paraphernalia.* Covar. *in 4. par. 2. cap. 7. num. 2. §. 1.* Sylvaticus *lib. 1. cons. 24.* Bich. *decis.* 350. *n.* 28.

36 Bona paraphernalia fœminæ contrahentis matrimonium scienter cum hæretico non confiscantur; secus dotalia, vel dos, quia *cap. decrevit. de hæret. in 6.* tantum loquitur de dote, & cum lex sit pœnalis, non debet extendi ultra expressa. Sanctarellus *de hæresi cap. 19.* Barb. *in collect. tom. 3. lib. 5. tit. 2. cap. 14.* Sanz. *in summa* & alii quos citat Diana *part. 4. tractat. 8. res. 62.* Et ideo neque bona viri contrahentis scienter matrimonium cum hæretica confiscantur. DD. *cit.* & Pegna *in direct. Inquis. par. 3. comment. 160.* Suar. *de fide disp. 22. sect. 5.* & alii apud Dianam, *l. c.*

37 Bona uxoris sunt obligata pro debito principali ad favorem fisci. *L. utilitas publica C. de primipil.* Abb. *in cap. ex parte. de consuet.* Covar. *lib. 1. var. res. cap. 16.*

Bona marit. Vide *Hypotheca.*

38 Bona pupilli non possunt alienari sine causa necessaria, & Judicis decreto præmissa cognitione causæ, neque hypothecari. Merlin. *de pignor. lib. 2. tit. 1. qu. 39.* Negus. *par. 2. memb. 3. n. 77.* Lim. 1. in obligatione necessaria, uti si Tutor in judicio pro defensione causæ pupillaris obligaret de judicio sistendo, vel in alienatione facta ad satisfaciendum creditoribus Minoris. juxta *L. cum hi §. quid ergo. C. de transact.* Surd. *decis. 268. num. 8. & 19.* ac alii quos citat & sequitur, Merlin. *loc. cit. n. 6.*

39 Bona pupilli magni valoris non sunt distrahenda ob modicum æs alienum *L. magis puto. ff. de reb. eorum.* Ciarlin. *controv. for. cap. 217. n. 13.* Neque sine subhastatione, nisi contraria vigeat consuetudo, quæ tamen subhastatio, si intervenit Judicis decretum, præsumitur. Ciarlin. *loc. cit. n. 46.* apud quem Rol. *lib. 1. cons. 33. num. 60.* Surd. *cons. 49. n. 15.* Menoch. *cons. 171. n. 27.* & alii. Gabr. *lib. 2. de sent. concl. 5. n. 1. §. in terminis.* Galganet. *de tutel. lib. 3. quæst. 60. n. 21.* Bich. *decis. 58. a n. 1.*

40 Bona præsumitur libera & allodialia. Jo. Andr. *in cap. minus de Jurejur.* ubi Host. Paris. *cons. 138.* & alii apud Ciarlin. *controv. for. cap. 92. n. 12.* Cyriac. *controv. 145. n. 8.* Merlin. *decis. 655. n. 1.* nisi conjecturæ, & investitura rejiciant hanc allodialitatem. Mant. *de tacit. & amb. lib. 23. tit. 5. n. 1.* Rota apud Seraph. *decis. 894. n. 1.*

41 Bona materna a filio per hæreditatem adita non dicuntur amplius materna, sed vere, & proprie filii patrimonium, & sic exclusus per statutum a bonis maternis, non dicitur exclusus ab ejusmodi bonis. *L. sed si plures. ff. de vulgar. L. ejus qui. ff. si cert. pet.* Crass. *de success. ab intest. quæst. 10.* Menoch. *cons. 124.* & alii apud Ciarlin. *cap. 86. num. 7.* quia verba statuti sunt proprie & stricte interpretanda. Thes. *decis. 269. num. 9.* Osasc. *decis. 21. num. 14.* & Anchar. jun. *quæst. 46. n. 17. l. 3. & 70.* apud Ciarlin. *loc. cit. num. 9.* Brunus *de statut. fœm. exclud. 9. art. quæst. 1. col. 1.*

42 Bona alia sunt profectitia, quæ nimirum ex substantia patris, aut contemplatione patris ad filium pervenerunt. *L. profectitia ff. de Jure dot.* & hæc bona sunt patris. Alia sunt adventitia, quæ ex liberalitate fortunæ, vel propriis laboribus filius acquirit, & horum bonorum ususfructus ad Patrem, vel avum ratione patriæ potestatis spectant etiam sine ulla cautione, & filii non possunt quoad hunc resistere, aliter potest Pater illos verberare, & coercere, etiam adeundo Judicem. Boer. *decis. 199.* qui ususfructus durat etiam post mortem filii, donec vivit mater. *L. 1. C. de bon. matern.* ubi Arius Pinell. *par. 1.* vel cum filius a patria potestate fuit liberatus, neque hunc usumfructum amittit pater per transitum ad secunda vota. Pasqual. *de patr. pot. par. 1. c. 3. n. 5.* Lim. si fuit legatum cum ea conditione, ne patri acquireretur ususfructus. Lim. secundo in bonis a Principe filio donatis *L. cum multa. C. de bon. quæ lib.* Alia sunt castrensia, quæ plæno Jure filio acquiruntur, & de quibus libere potest disponere, nulla habita ratione patriæ potestatis, quod tamen procedit vivente filio, qui castrense peculium acquisivit; secus eo mortuo; quia in persona successorum filii mutatur qualitas peculii, & fit adventitium. *L. Paulus. ff. de acquir. hæred.* Paschal. *loc cit.* & quoad hoc pater nullum habet usumfructum, sed tantum commoditatem ususfructus. Vincent. de Franchis. *decis. 10. num. 9.* nisi prohibitio, ne pater haberet usumfructum, procederet ab homine; tunc enim non haberet etiam commoditatem. Mastrill. apud Pasch. *loc. cit. decis. 82.* si vero propter delictum filii bona venirent publicanda; tunc patri acquirerentur. Et si peculium filii ante Clericatum filii erat adventitium, remanet tale etiam post illius Clericatum. Borgnin. *de usufr. num. 181.* apud Paschal. *loc. cit. num. 6.* qui citat Dec. *in cap. in præsentia. n. 246. de prob.* Sunt autem bona castrensia, quæ filius acquirit in castris; quasi castrensia, quæ acquirit docendo, advocando, vel occasione Clericatus.

Bona profectitia, adventitia, castrensia, vel quasi, & 43
futura non veniunt in confiscatione bonorum. Fachin. *lib. 9. controv. Jur. c. 47. & 51.* Boss. *de bon. confisc. n. 15.* Peregr. *de Jure fisc. lib. 5. tit. 1.* Farin. *de delict. & pœn. quæst. 25.* neque possunt confiscari juxta Dianam *par. 4. tract. 8. res. 61.* apud quem Sanctarellus *de hæresi cap. 18. dub. 1. num. 1.* Sanz. & alii contra Suaz. *de fide. disp. 22. sect. 5. n. 9.* Azor. *tom. 1. lib. 5. cap. 7. quæst. 8.* si fermo est de castrensibus, utraque opinio est probabilis; quoad adventitia, & profectitia est adhuc certior; quia hæc sunt patris, tam quoad proprietatem, quam quoad usumfructum. Covar. *lib. 2. var. res. cap. 8. num. 7. vers. hinc apparet.* Gomez *tom. 2. var. res. cap. 15. num. 16.* apud Dianam *loc. cit.* quoad adventitium res est magis dubia propter opinionum diversitatem, & Doctorum discrepantiam, quam vide apud Dianam *loc. cit.*

Bona delinquentis, & convicti, sed ante sententiam 44
mortui, contra successores non possunt confiscari. Fachin. *controv. Jur. lib. 9. cap. 37.* Gomez *de delict. cap. 1. num. 82.* Bursat. *cons. 77. num. 24.* Peregr. *de Jure fisci lib. 4. tit. 5.* Idem dic, si sententia fuit suspensa per appellationem.

Bona damnatorum sicut sunt reservanda descendenti- 45
bus, & ascendentibus usque ad tertium gradum, ita etiam lateralibus usque ad eundem. Clar. *in §. fin. q. 78.* & alii apud Fach. *lib. 1. controv. Jur. cap. 35. & lib. 9. cap. 88.* qui tamen contrariam tenet. *d. cap. 35.*

Bona hæreticorum confiscata possunt ab Inquisitoribus 46
relinqui hæreticis pœnitentibus. Grilland. *tract. de hæret. quæst. 6.* Decian. *tractat. crim. lib. 5. c. 44.* Rol. *lib. 3. cons. 92.* Surd. *cons. 386.* & alii apud Dianam *part. 4. tr. 8. res. 44.* Etiam contra fiscum præscribuntur quadraginta annis, si adsit bona fides, & hæres illa toto tempore possedit: *cap. fin. de præscript. in 6.* Covar. *in 4. par. 2. cap. 6. §. 8. n. 10.* & dummodo præscribens tempore, quo præscribit, sit Catholicus. Gomez *var. res. tom. 2. cap. 15.* vide *hæreticorum.*

Bona Patris non sunt obligata pro solutione antefati 47
constituti a filiofamilias sine præsentia, & consensu Patris. Capon. *discept. for. 282.* ubi Surd. *decis. 47. & 62.* Lim. si pater consensit matrimonio, & dos fuit illi soluta. Manent. *decis. Mantuan. 52. num. 12.* Capyc. Latro. *decis. 36.* Hodierna ad Surd. *decis. 46.* Osasc. *dec. 44. num. 8.* Fontanel. *de clausul. 7. gl. 3. par. 12.* Costa *de portione Ratæ qu. 21.* Paschal. *de patr. pot. par. 2. cap. 7. n. 80.* & alii apud Capon. *loc. cit.* si vero Pater fuit passus dotem solvi filio, habetur pro jubente, & ita obligatur. Capon. *loc. cit.*

Bona Universitatis, vel Collegii, quando hæc fue- 48
runt soluta, distribuuntur inter homines Universitatis pro rata onerum, quæ sustinebant, nisi esset spes, quod denuo reædificaretur Universitas vel Collegium. ita Roman. *cons. 89.* apud Costam *de portione ratæ quæst. 186.*

Bona debitoris ob suspicionem dilapidationis possunt 49
sequestrari. Cyriac. *controv. 507. num. 6.* saltem prævia causæ cognitione; nisi debitor alias esset solvendo. Aufrer. *ad Capell. Tholos. quæst. 478. nom. 4.* juxta *L. si cum dotem §. fin. autem.* ubi gl. *ff. sol. matr.* Angel. *in L. Divus ff. de petit. hæred.* nisi sit ita pauper, ut ob sequestrationem fame perire deberet.

Furis sunt tacite hypothecata pro restitutione rei ablatæ. 50
Merlin. *de pignor. lib. 3. tit. 1. q. 35. n. 10.* Gait. *cap. 4. de cred. n. 135.* & Grat. *discept. for. cap. 935. n. 34. & 39.*

Vitri-

51 Vitrici ſunt tacite hypothecata pro adminiſtratione mulieris, vel matris binubæ in ſubſidium. Merlin. *de pignor. lib. 3. tit. 1. quæſt.* 47. Neguſ. *de pignor. par. 2. memb. 4. num.* 150. Eſcobar. *de ratiocin. cap. 34. n.* 12. Statil. *de ſalv. inſpect. 3. cap. 4. n.* 500. Sicut etiam bona matris binubæ pro tutela. Merlin. *loc. cit.* vide *Mater*; niſi mater ante ſecundas nuptias reddidiſſet rationes.

§. III.

De Bonis Eccleſiarum.

52 Bona Eccleſiæ licet regulariter non poſſint alienari ſine ſolemnitatibus, vel beneplacito Apoſtolico, fallit tamen regula in iis, quæ ſervando ſervari non poſſunt, qualia ſunt, quæ triennio durare non ſolent, uti fructus, veſtes attritæ, quamvis pretioſæ. Riccius *in praxi part. 1. reſ. 70.* Navar. *conſ. 6. nu. 3. de reb. Eccl. non alien.* Item arbores opacæ, corruptæ, vetuſtæ; maxime illæ, ex quarum inciſione fundus redditus fructuoſior, iter animalia ſupervacua. Antonel. *de regim. Eccl. lib. 1. cap. 7.* Quaranta. *in verb. alienatio. num.* 33. Bonacin. *de alien. bon. Eccleſ. diſp. 2. quæſt. un. p. 2.* Item pecunia, etiam in caſu quo computatur inter immobilia, uti quando eſt implicata vel deſtinata ad implicationem immobilium. juxta Theſ. *deciſ.* 160. Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. n.* 106. Surd. *deciſ.* 287. & alii apud Tranchedin. *conſ. 79. num. 9.* Antonel. *loc. cit.*

53 Ita etiam illa, quæ ſunt modici valoris; item incerta, vel certa quidem, ſed difficilis recuperationis, ſi ab antiquo ſunt ſolita concedi in emphyteuſim, vel infeudari, & ob potentiam Laicorum difficulter poſſunt recuperari, ſecus ſi nunquam fuerunt infeudata, vel conceſſa in emphyteuſim. Item cum alienatio eſt neceſſaria: uti ſi fuit facta in vim pacti de affrancando, vel in diſtractione, quæ fit per Judicem ad ſolvendum æs alienum. Turricellius *de bonis Eccleſiæ non alien. c. 15. n. 3. & 4.* apud quem Seraphin. *deciſ.* 1080. *n. 9.* & Rota poſt tract. Merlin. *de pignor. deciſ. 97. n.* 13.

54 Ita cum Epiſcopus de bonis ſuæ Eccleſiæ ſeu menſæ donat Capitulo; quia tunc non dicitur facta alienatio; cum dominium remaneat penes eandem Eccleſiam. Rota *diverſ. part. 1. deciſ. 756. num. 1. & 3.* Turricel. *loc. cit. num. 77.* vide in Verbo *alienatio*; ſicut etiam cum alienatur favore Eccleſiæ eidem Prælato ſubjectæ; vel in Regulares ejuſdem Religionis eidem Generali, vel Capitulo ſubjectos. Idem. *num.* 80. Item ſtante conſuetudine, vel ſtatuto in contrarium. Ottobon. *dec.* 210. *num. 3. & 4.* quia ſtatutum ac conſuetudo a pari procedunt. Rota *diverſ. deciſ.* 186. *num. 3. part. 3.* Penia *deciſ.* 322. *num.* 4. Mohedan. *deciſ. 1. vel. 6. de conſtit.* Turricel. *loc. cit. cap. 8. n.* 4.

55 Sicut etiam in caſſatione penſionis, & repudiatione hæreditatis, quia in quærendis poteſt præjudicari. Turricel. *loc. cit. cap. 15. §. 4. n. 84. & ſeq. & n. 92. ac ſeq.* apud quem Rota *deciſ.* 284. *n. 8. & 9. par. 3. & lib. 3. diverſ.* Put. *deciſ.* 207. *n. 1. lib. 2.*

56 Bona Eccleſiæ poſſunt alienari etiam pro redemptione captivorum. Abb. *in cap. nulli. de reb. Eccleſ. non alien. num.* 20. niſi ex ſua culpa fuerint capti, & carceribus mancipati. Paſqual. *de patr. pot. part. 3. cap. 5. num. 11. per Legem. ſive hæreditaria. ff. de negot. geſt.* quia ex propria culpa redactus ad inopiam privilegio ob paupertatis commiſerationem gaudere non debet. Covar. *lib. 2. var. reſ. cap. 16. ſub num. 9.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 182. *num.* 45. Peregr. *de fideic. art. 42. num.* 91. Hinc alienari non poſſunt pro redimendis a triremibus illi, qui propria culpa ad eaſdem condemnati fuerunt. Covar. *loc. cit.* Et licet ob paupertatem emphyteuta excuſetur a caducitate, ſi non ſolvit canonem, tamen non excuſatur, ſi ſua culpa in paupertatem incidit. Corbul. *de Jure emphyt. tit. de cauſ. privat. ob non ſolut. can. limit. 29. n. 2.* Boer. *dec.* 228. & alii apud Paſqual. *loc. cit. num. 11. & 12.* ſed de his, & aliis, vide ſupra in verb. *Alienatio Bonorum Eccleſiæ.*

57 Bona Eccleſiæ male, ſine ſolemnitatibus alienata poſſunt præſcribi, dummodo præſcriptio incipiat poſt mortem illius, qui male alienavit. Riccius *in praxi alienationis. part. 1. reſ. 32. per totam.* ubi Rota; & quidem ſpatio quadraginta annorum. Burat. *dec.* 704. Cavaller. *dec. 91.* Turricell. *de reb. Eccleſiæ non alienat. cap. 28.* etiam quoad privilegia, & jura dummodo adſit bona fides. Idem *per totum.* & non ſit evidens tituli nullitas, quod tamen hodie fuit ſublatum ab Urbano VIII. qui prohibuit omnem præſcriptionem contra Eccleſias excepta centenaria & immemorabili. Turricel. *de reb. Eccleſ. non alien. cap. 28. num.* 45. Rota *deciſ.* 47. *num. 12. par. 11. recent.* poſt quam amplius Beneplacitum non præſumitur. *Idem* Turricell. *cap. 14. n. 38. & 39.*

Bona Eccleſiæ non poſſunt alienari ſine beneplacito 58
Apoſtolico etiam in neceſſitate, niſi hæc ſit ita urgens, ut periculum ſit in mora. Ciarlin. *controv. for. c. 183. num. 7. & 137.* neque infeudari. Clarus *in §. feudum. quæſt.* 13. Riccius *in prax. alienat. reſ. 76.* niſi ſint ſolita alienari & infeudari; modo non fuerint denuo Eccleſiæ incorporata; quia ſemel alienata cum ſolemnitatibus efficiuntur perpetuo alienabilia etiam ſine ſolemnitatibus, dummodo adſit evidens utilitas tempore contractus, & cum dicta alienatione concurrat ſpatium quadraginta annorum, vel duæ alienationes fuerint factæ cum ſolemnitatibus. Riccius *loc. cit. reſ. 26.* Et contra alienationem nulliter factam quilibet opponere poteſt, ſi ſit nullitas, quæ per conſenſum partis ſanati non poſſit, aliter ſola Eccleſia opponere poſſet. Seraphin. *deciſ. 256. & 278.* apud Turricellium *de rebus Eccleſ. non alien. cap. 24.* Et quod infeudari ſolita poſſint infeudari ſine aliis ſolemnitatibus, videri poteſt etiam Fachin. *lib. 7. controv. Jur. cap. 31. verſ. tertia.*

Bona Eccleſiæ ſuis in caſibus ſolent vendi plus offe- 59
renti in praxi, quamvis de Jure contrarium videretur dicendum, eo quod Eccleſia debeat eſſe cultrix juſtitiæ; tamen quia pretium ſubhaſtationis non eſt injuſtum, praxis non eſt damnanda tanquam injuſta. Riccius *in prax. alien. reſ. 57. per totam.*

Et quando univerſaliter ſit neceſſarium Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione bonorum Eccleſiæ. vide *in praxi alienationis.*

§. IV.

De bonis Clericorum, Epiſcoporum & Religioſorum.

Bona Clericorum & Epiſcoporum præſumuntur acqui- 60
ſita intuitu Eccleſiæ, & ex redditibus Eccleſiæ, niſi conſtet Prælatum, vel Clericum habuiſſe bona tempore ſuæ promotionis. *cap. 1. de teſtamen.* Clar. *in §. teſtamentum quæſt. 27. verſ. ſed quid.* vel ex ſua induſtria acquiſiviſſe. Bellet. *diſquiſ. Cler. par. 1. tit. de bonis Clericorum. §. 2. num. 3.* Barb. *de poteſt. Epiſc. alleg. 114. num. 11.* vel beneficium fuiſſe valde tenue, & Clericum propria bona habuiſſe. Abb. *in cap. 3. nu. 3. de pecul. Cler. & in cap. cum eſſes num. 24. de teſtam.* apud quem Bellet. *tit. de bon. Cleric. §. 6. num. 8.* & Rota *dec. 582. num. 7. & 10. part. 3. diverſ.* Ad tollendum autem omne dubium debet Epiſcopus tempore adepti Epiſcopatus inventarium facere illorum, quæ ille ex patrimonio ſuo, vel alio titulo habuit juxta *cap. ſyracuſanæ 28. diſti. cap. ſine manifeſta 12. quæſt. 1.* Barboſ. *loc. cit. num. 15.*

Bona patrimonialia Clericorum, ad quorum titulum 61
fuerunt ordinati, æquiparantur bonis Eccleſiæ, & ideo non poſſunt alienari ſicut alia bona Eccleſiaſtica, & ſuccedunt loco beneficii. Sperel. *deciſ. 184. num. 17. & ſeq.* apud quem Novar. *quæſt. foren. par. 1. quæſt. 72. num. 3.* Gratian. *diſc. for. cap. 159. n. 27.* Barb. *de pot. Epiſc. alleg. 19. n. 91.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gl. 5. §. 10. n. 14.* Bellet. & alii apud eundem. Et hæc gaudent privileg. Eccleſ. in caſibus a jure expreſſis, vel identitatem rationis habentibus. Gl. *in cap. ſimiliter.* ubi Archid. *quæſt. 1.* Abb. Felin. & alii apud Sperel. *deciſ. 135. num. 89.* & latius Bellet. *loc. cit.* & non tantum Clericorum, ſed etiam Eccleſiarum ſunt exempta a Laicorum juriſdictione. *cap. quamquam 4. de cenſib. in 6.* ubi gl. Rota *in antiq. deciſ. 10 de conſuet.* Azor. *inſtit. moral. lib. 5. part. 1. cap. 12. q. 1.* Suarez *contra Regem Angliæ. lib. 4. cap. 9.* Diana *de Immun. part. 1. tract. 2. reſ. 1.*

Bona Clericorum decedentium ab inteſtato ſine con- 62
ſanguineis pertinent ad Eccleſiam, in qua habuerunt Beneficium, vel ſi non habuerunt Beneficium, ad Epiſcopum; quod ſi Clericus fuerit hæreticus, pertinent ad

Inqui-

Inquiſitionem ſecundum partem, ſecundum aliam officialibus, & reliquum Civitati in qua eſt hæreticus. Riccius *in prax. par.* 2. *reſ.* 387. Covar. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 9. apud quos alii plures.

63 Bona, fructus, aut redditus Eccleſiaſticorum eximuntur a ſpolio ſequentibus in caſibus, primo ſi beneficium erat ita tenue, ut non excederet triginta ducatos de camera, quod etiam procedit in penſione, quia tales fructus ſunt neceſſarii ad congruam ſuſtentationem, & non ſuperflui; ſpolium vero fit de ſuperfluis, & non de neceſſariis, quia hæc computantur inter bona patrimonialia Clericorum. Navar. *de ſpol.* §. 1. Bonac. *de contract. diſp.* 3. *quæſt. ult. p.* 2. §. 1. *num.* 5. Secundo ſi adeſt conſuetudo teſtandi de fructibus, redditibus, aut bonis acquiſitis ex illis etiam ad profanos uſus. Gonzal. *de ſpol. notab.* 12. *concluſ.* 6. dummodo ſit immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo. Navar. *de ſpol.* §. 14. Bonac. *loc. cit.* Tertio ſi fructuum fuit facta donatio inter vivos valida tamen, quia tunc tales fructus non dicuntur relicti poſt mortem, ſecus ſi fuit facta cauſa, vel intuitu mortis, quia talis donatio videtur ſimulata & facta in fraudem ſpolii, ſecus etiam ſi a Clerico ægrotante donatio fuit facta inter vivos, niſi vixerit viginti dies poſt diſpoſitionem, vel donationem, quod fuit introductum ab obviandum fraudibus. Vaſquez *in opuſc. de reddit. cap.* 2. §. 1. Azor. *par.* 2. *lib.* 8. *cap.* 4. *quæſt.* 5. & alii apud Bonac. *loc. cit. p.* 5. & hoc in foro externo, quidquid ſit in interno. Quarto eorum, qui decedunt in Curia, vel Curiam ſequentes vel in ejus diſtrictu. Pius V. & Paulus V. apud Bonacin. *loc. cit.* Lim. in bonis Regularium; Item in acquiſitis ex licita negotiatione, vel ex officio prohibito per ſacros Canones, uti ex luſu. &c. Quinto Cardinalium, ubicumque deceſſerint ob Conſtit. Pii V. apud Azor. *l. c.* Sexto eorum, qui habent facultatem teſtandi, quæ tamen facultas eſt ſtricte interpretanda, tanquam contraria juri communi. Lim. 1. ſi eſt ſubreptitia, quia quod nullum eſt, nullum operatur effectum. Lim. 2. ſi Beneficiatus non reſedit in loco beneficii, tunc enim facultas teſtandi non ſuffragatur ob conſtitutionem Pii IV. apud Bonac. *loc. cit.* Lim. 3. ſi talis diſponat, & teſtetur in favorem illegitimorum propriorum vel extraneorum, quia talis propter abuſum amittit uſum, & jus teſtandi juxta Bullam Pii V. contra illegitimos; & ita relicta tam illegitimis, quam legitimis corruunt. Lim. 4. ſi teſtetur de acquiſitis ex illegitima negotiatione, quia facultas teſtandi ad hæc ſe non extendit; eſt enim odioſa utpote contraria juri communi. Lim. 5. ſi habens facultatem teſtandi illa non fuit uſus; tunc enim hæredes ab inteſtato excluduntur. Navar. *de ſpol.* §. 7. Redoanus *de ſpol. par.* 3. *cap.* 3. apud Bonac. *loc. cit.*

64 Bona Clericorum, vel Eccleſiæ, quæ tranſeunt ad Laicos, perdunt immunitatem. Barb. *de Jure Eccleſ. lib.* 1. *n.* 59. *c.* 39. §. 5. & ita, quæ prius erant immunia a tributis, & oneribus per Principes Laicos, fiunt obnoxia. Sperel. *dec.* 35. *num.* 32. Graſſ. *de effec. Cleric. eff.* 3. *n.* 89. Duardus *in Bullam Cœnæ can.* 18. *quæſt.* 1. Bellet. *diſquiſ. Clerical. par.* 1. *tit. de exempt.* §. 8. *n.* 2. Menoch. *de arbitr. caſ.* 180. *n.* 8. & 562. *n.* 43. & alii apud Barb. *l. c. n.* 59.

65 Bona Religioſi tranſeuntis ad aliam Religionem ſtudio vitæ melioris, manent penes primævum Monaſterium, & quæ poſt ſecundam profeſſionem acquirit, acquirit ſecundo; ſi vero tranſivit ad ſecundam Religionem in pœnitentiam, bona etiam poſt ſecundam profeſſionem acquiſita ſpectant ad primum quoad proprietatem tantum, non vero quoad uſumfructum, ne ſecundum Monaſterium ex delicto translati pati debeat damnum; mortuo vero, vel reſtituto Religioſo pœnitente uſusfructus cum proprietate conſolidatur. Intelligе tamen de uſufructu in ea quantitate, quæ ſufficit ad neceſſariam Monachi vel Religioſi ſuſtentationem. Barb. *de Jure Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 91. & 96. Tuſc. *litt. M. concluſ.* 322. Suaz. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 3. *cap.* 13. & 14. Tamburin. *de Jure* Abb. *tom.* 3. *diſp.* 7. *quæſt.* 6. *num.* 7. Azor. *tom.* 10. *Inſtit. moral. lib.* 12. *cap.* 15. *quæſt.* 3. Quod ſi Religioſus profeſſus in Religione incapaci bonorum transferatur ad Religionem capacem bonorum, recuperat bona poſt translationem ſibi delata ad utilitatem ſecundæ Religionis capacis. Tamburin. *loc. cit. verſ. profeſſus.* Barb. *loc. cit. num.* 92. apud quem Tiraquel. *de retrac. lign.* §. 1. *gl.* 9. *num.* 105. Burat. *dec.* 756. Bona vero quæ fuerunt delata Religioſo ante illius translationem ad Religionem capacem bonorum e Religione incapaci bonorum, in qua profeſſus fuerat, juxta declarationem S. Congr. ſpectant ad venientes ab inteſtato, ſi de illis Religioſus nullam fecit diſpoſitionem. Tamburin. & Barb. *ll. cc.* plura videri poſſunt apud Capon. *diſcept. for.* 97. 256. & 278.

Bona, quæ Religioſi extra Monaſterium degentes relinquunt poſt mortem, non acquiruntur Religioni, ſed Cameræ Apoſtolicæ; quia *auth. Ingreſſi. cap. ne ducatis.* 12. *quæſt.* 1. *cap. cum olim. de privilegiis.* hodie amplius non procedunt ob conſtitutionem Greg. XIII. ſive dicta bona fuerint acquiſita ex beneficio, ſive ex illicita negotiatione, ſive ex largitione amicorum, & propinquorum, ſive propria induſtria, ſive alia quavis ratione; quia Conſtitutio Gregor. XIII. eſt generalis, & derogat Coſtitutioni Pii IV. quamvis Religioſus degeret extra Monaſterium de ſuperioris licentia. Lim. 1. niſi Religioſus habuerit ſpecialem licentiam teſtandi. Lim. 2. niſi Religioſus moriatur in Curia ob Conſtitutionem Pii V. ſtatuentis bona morientium in Curia non acquiri Cameræ. Lim. 3. In inſtrumentis ad Divinum cultum, quia hæc pertinent ad Religionem, vel Eccleſiam: ut videri poteſt in verb. *ſpolium.* Bonac. *de contr. diſp.* 3. *quæſt. ult. p.* 3. §. 4. 66

Bona ejecti e Religione ſecundum aliquos pertinent ad Monaſterium ejiciens, quia non debet ex Monachi delicto ſuo jure privari. Molin. *de Juſt. tom.* 1. *diſp.* 140. Secundum alios pertinent ad Epiſcopum, vel Eccleſiam ſicut bona vacantia. Sanctarell. *de Apoſtaſ. cap.* 6. *dub.* 2. alii vero volunt eſſe Cameræ Apoſtolicæ ſecundum motum proprium Gregor. XIII. Sanctarell. *loc. cit.* Barb. *in cap. ne Religioſi. de Regul.* Bonac. *de clauſura. quæſt.* 2. *p.* 12. §. 7. niſi ad aliam tranſiverit Religionem bonorum capacem. 67

Bona Hoſpitalium Religioſorum ſunt immunia a collectis. Riccius *in prax. collect. par.* 3. *reſ.* 126. ſicut & confraternitatum Eccleſiaſticarum, & oblatorum perpetuo. Idem, *reſ.* 127. Gabriel. *lib.* 6. *de pia cauſa. concl.* 2. Menoch. *de recuper. rem.* 15. *num.* 22. Maſcard. *de prob. concluſ.* 869. 68

Bona Religioſorum, vel eorundem Monaſteriorum non poſſunt alienari ſine conſenſu Apoſtolico; ſine hoc vero ſufficit conſenſus Conventus, vel generalis Congregationis. Jo. And. *in addit. ad ſpecul. lit. de locato.* §. *ſequitur. num.* 3. Surd. *conſ.* 17. *num.* 5. *vol.* 1. dummodo concurrant ſolemnitates juris, ſi tamen adfuit conſenſus Apoſtolicus, ſufficit ſine aliis ſolemnitatibus mox dictis; quia ubi major, minor ceſſat. Abb. *in cap.* 1. *de confirm. util.* Capyc. *dec.* 16. *num.* 1. Rota & alii apud Riccium *par.* 1. *praxis. reſ.* 48. 69

Bona menſæ Epiſcopalis ſeparata a menſa Capitulari non poſſunt alienari ſine conſenſu Capituli, quia illius quoque intereſt. gl. *in cap.* 1. ubi Gemin. Franch. *de reb. Eccleſ. non alien. in* 6. Innoc. *in cap. novit.* ubi Abb. *de his quæ fiunt a Capit. vel Præl. abſque conſenſu.* niſi probetur evidens utilitas, quia tunc ceſſat illius intereſſe. Seraphin. *dec.* 338. *n.* 2. & 443. *n.* 4. & 5. apud Turricel. *de reb. Eccleſ. non alien. cap.* 5. *n.* 14. 70

Bona Eccleſiæ non poſſunt alienari ſine cauſa, qualis eſt neceſſitas & utilitas evidens Cocc. *dec.* 445. Cavaler. *dec.* 439. Turricell. *de reb. Eccleſ. non alien. c.* 16. *n.* 1. Bonac. *de alien. bon. Eccleſ. diſp.* 1. *quæſt. un.* niſi alienatio ſit neceſſaria. Rota *dec.* 223. *num.* 2. & 3. *par.* 4. *diverſ.* 71

Bona relicta pauperibus non ſunt neceſſario diſtribuenda dignioribus. Mant. *de conject. lib.* 8. *tit.* 5. Bar. *in L. unum ex familia ff. de leg.* 5. Bald. *in L. cum quidem ff. de leg.* 2. & Theologi communiter apud Dianam *par.* 2. *tract.* 15. *reſ.* 39. quamvis contrarium videatur voluntati teſtatorum, & rationi magis conſenum, juxta Decium *conſ.* 72. *num.* 3. *argumento textus in L. quis ad declinandum. C. de Epiſcop. & Cler.* ubi, qui pauperior eſſe dignoſcitur, præferri debet. Feder. de Sen. *conſ.* 95. *n.* 2. Sim. de Pretis *de interpret. ult. volunt. interpret.* 1. *dub.* 2. *n.* 94. & alii apud Azevedum *conſ.* 24. *dub.* 4. *n.* 44. 72

Bona Confraternitatum Laicalium deſtinata ad uſus pios ſubſunt Epiſcopo non tantum quoad viſitationem, ſed etiam quoad forum cumulative cum Judice Laico quoad vim coactivam. vide *Syndicus*. 73

Bona Clericorum & Eccleſiarum an poſſint a Laicis collectari, & ſubſint Juriſdictioni Laicorum. vide *in praxi Clericorum*. 74

75 Bona patrimonialia Eccleſiaſticorum, ſicuti non ſunt de foro Laicali, ita nec ſtatutis Laicorum ligantur. Dec. *in cap. Eccleſ. S. Mariæ. num.* 176. *de conſtit.* ubi Abb. *num.* 21. *&* 22. & Felin. *num.* 8. Ant. de Butrio *in cap. fin. num.* 3. *de vita & honeſt. Clerici.* Alderan. Maſcard. *de interpret. ſtatut. concluſ.* 1. *num.* 93. Rota coram Coccino poſt Statil. *de ſalvian. interd. dec.* 238. *per tot.* Bich. *dec.* 288. *num.* 41. *& ſeqq.* In tantum ut bona patrimonialia Clericorum quæſita ante Clericatum ſuperveniente Clericatu exeant de poteſtate Laicorum. Imol. *conſ.* 55. *num.* 7. Honded. *conſ.* 3. *num.* 12. *lib.* 1. Belletus *diſquiſ. Clerical. par.* 1. *tit. de exempt. Cleric. & eorum bonis.* §. 5. *num.* 6. Bich. *dec.* 521. *num.* 6.

76 Bona Prælati ſunt tacite hypothecata pro mala illius adminiſtratione. Merlin. *de pignor. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 33. Abb. *in cap. Epiſcopus de præben.* Neguſ. *de pignor. par.* 2. *membr.* 4. *n.* 120. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.* 2. *cap.* 7. Molina *de contract. diſp.* 536. *n.* 7. Eſcobar. *de ratiocin. c.* 39. *n.* 13. Gratian. *diſcept. for. c.* 601. *n.* 1. *&* 3.

BONA FIDES.

Praxis Bonæ Fidei.

1 Bona fides cauſatur etiam ex injuſtis cauſis. Avendan. *de exeq. mand. cap.* 1. *num.* 21. Barb. *in L. comperit. n.* 66. *&* 67. *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *an.* Caſtill. *de tertiis reg. cap.* 34. *n.* 8. *verſ. Item dicitur.* Rota *dec.* 189. *n.* 18. *&* 28. *par.* 7. *recent.* Bich. *dec.* 387. *num.* 5. Et in præſcribente reſultat ex titulo. *L. penult. C. de evict.* Natta *conſ.* 14. *n.* 9. Surd. *conſ.* 73. *n.* 52. Bich. *dec.* 30. *n.* 4. ubi ſola credulitas juncta cum præcedenti titulo ſufficit ad præſcriptionem. idem *n.* 5. juxta *L. quod vulgo & L. fin.* ubi gl. *verb. ſi credidiſſet. ff. pro empt.* Capyc. *dec.* 189. *n.* 10. Felin. *in cap. ſi diligenti n.* 3. *de præſcript.* quælibet enim etiam colorata cauſa excludit malam fidem. Rota *dec.* 11. *n.* 10. *par.* 5. *recent.*

2 Bona fides non probatur ex titulo ipſo Jure nullo. Surd. *dec.* 45. *num.* 17. Alex. *conſ.* 54. *num.* 10. *lib.* 6. Oſaſc. *dec.* 160. *num.* 2. *&* 14. niſi habeat implicitum ſtatum validitatis, donec nullitas declaretur. Rota *dec.* 206. *num.* 5. *&* 7. poſt Cenc. *de cenſib.* Bich. *dec.* 256. *num.* 14. *&* 15. Præſumitur vero, niſi probetur contrarium. Rota *dec.* 642. *num.* 7. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.* & coram Coccino apud Bich. *dec.* 285. *num.* 19. Præſertim in præſentante, accedente maxime titulo *L. penult. C. de evict.* Bar. *in L. Ceſſus. num.* 17. *ff. de uſucap.* Abb. *in cap. ſi diligenti, de præſcript.*

3 Bona fides eſt neceſſaria, ut acquiratur quaſi poſſeſſio præſentandi. Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 2. *par.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 10. *num.* 6. Menoch. *de retin. rem.* 5. *num.* 20. *& rem.* 6. *n.* 132. Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. gl.* 45. §. 2. *num.* 35. Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 5. *num.* 95. Rota *dec.* 791. *num.* 5. *par.* 1. *diverſ.* apud Bich. *dec.* 368. *n.* 5. præſertim in dubio. Idem *dec.* 387. *num.* 4.

BRACHIUM SÆCULARE.

Praxis Brachii ſæcularis.

1 Judex Eccleſiaſticus poteſt implorare brachium ſæculare, cui Judex Laicus illud impertiri tenetur. *cap.* 1. ubi DD. *cap. quoniam in pleriſque.* §. *ſed ſi propter in fin. de offic. Ordin. cap. ſtatuimus, de maled.* Archid. *in cap. periculoſo. num.* 5. *de ſtat. Regul. in* 6. & quidem ſequentibus in caſibus. Primo ad cogendos ſchiſmaticos, ut redeant ad Eccleſiam. Secundo contra renitentes dare cautionem de non offendendo. Tertio contra negligentes confeſſionem Sacramentalem ſemel in anno, quarto contra contemnentes cenſuras, quinto ſi invenit reſiſtentiam in partibus. Et ſexto tandem quando fecit quidquid potuit fulminando etiam cenſuras pro exequenda ſua ſententia, & illam ſine brachio ſæculari executioni mandare non poteſt. Riccius *in prax. implorat. brach. ſæcularis reſ.* 288. *verſ. tertio.* ubi Afflict. *in proœm. conſt. num.* 54. *verſ. quando exequitur ſententiam.* Felin. *in cap. ſignificaſti. num.* 4. *de offic. deleg.* Lup. *in cap. per veſtras. in* 2. *notab. num.* 48. *de donat. int. vir. & uxor.* & alii: nec obſtat Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 3. ubi in civilibus expreſſe prohibet uſum cenſurarum, quando poteſt fieri executio realis, vel perſonalis, & ſic cenſura ſit remedium extraordinarium, ac ſubſidiarium, ex quo aliqui Juriſtæ & Canoniſtæ inferunt, quod executio per brachium ſæculare ſit remedium ordinarium, & ita cenſura ſemper ſit remedium ſubſidiarium; quia reſpondetur dictum Concil. expreſſe loqui de caſu, quo Judex Eccleſiaſticus propria auctoritate, & ſic ſine brachio ſæculari, ſuam ſententiam exequi poteſt. Fagnan. *in cap. pervenit, de adulter. & ſtupr. a num.* 32. ut legenti apparebit & ideo non ſequitur, quod cenſura debeat eſſe remedium ſubſidiarium etiam in caſu, quo Judex Eccleſiaſticus propria auctoritate exequi non poteſt, tunc enim diſpoſitio juris communis remanet in ſuo vigore, vi cujus imploratio brachii ſæcularis eſt remedium extraordinarium. *cap.* 1. *de offic. ord.* ibi. *cum opus fuerit. & in cap. quoniam, eod.* ibi. *ſi neceſſe fuerit. c. fin. de exceſſ. Prælat.* ibi. *ſi opus fuerit. cap. periculoſo. §. fin. de ſtat. Regul. in* 6. ibi. *ſi opus fuerit. cap. dilecto, de ſent. excom. in* 6. ibi. *maxime, quia ibi duo gladii conſueverunt NB. exigente neceſſitate, ſibi invicem ſuffragari.* & alibi: non poteſt autem dici, quod Judex Eccleſiaſticus opus, aut neceſſe habeat implorare brachium ſæculare, quamdiu alia media habet exequendi ſuam ſententiam. Quibus favet etiam Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. matr. cap.* 8. ubi præcipitur, ut concubinarii tam ſoluti, quam uxorati, ſi ter admoniti concubinas non dimiſerint, excommunicatione feriantur, & mulieres, ſive conjugatæ, ſive ſolutæ ſint, graviter pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum, vel Diœceſim, invocato NB. ſi opus fuerit brachio ſæculari, ejiciantur. Et hanc ſententiam, ultra *DD. cit.* ſequitur etiam Covar. *pract. quæſt. cap.* 10. *num.* 1. ubi DD. quæ etiam celeri juſtitiæ adminiſtrationi, & pacis conſervationi non adverſatur: volunt enim ſubinde Judices ſæculares videre proceſſum, & quod dolendum eſt, etiam in cauſis ſpiritualibus excepta cauſa hæreſis, imo aliquando citare partes, & alia facere, quæ ipſis non competunt, quibus juſtitia, illiuſque executio retardatur, ideo aliqui Judices Eccleſiaſtici, ut evitent, quantum fieri poteſt, diſſenſiones iſtas juriſdictionales, raro ſolent iſtud brachium ſæculare requirere, ſed prius tentant omnia remedia ac pœnas Eccleſiaſticas, illamque implorationem pro ultimo, & ſubſidiario remedio reſervant. teſte Feliciano de Oliva *de foro Eccleſiæ p.* 2. *q.* 24. *n.* 34. qui *tot. cit. quæſt. & aliis ſequentibus* longe lateque diſcutit iſtam materiam implorationis brachii ſæcularis.

Prudens ergo Judex arbitrabitur, an & quando expediat prius uti cenſuris, vel antequam ad illas deveniat, implorare dictum brachium ſæculare; & videre, an caſus ſit talis, ut per cenſuras poſſit facile, & cum effectu ſuam ſententiam ſeu mandata exequi, & tunc ex ſupra dictis imploratio brachii ſæcularis, debebit eſſe remedium ſubſidiarium: nam ſi caſus eſſet talis, quo ob Rei proterviam, aut ob aliam cauſam timeri poſſet cenſuram contemnendam, vel reum poſſe fugere, & ſic juſtitiam defraudandam, certe conſultum eſſet ab ea abſtinere ut ad tex. *in cap. prodeſt.* 23. *q.* 5. Franc. *in c.* 1. *n.* 5. *de ſent. excom. in* 6. D. Thom. *in* 4. *ſent. diſt.* 18. diſtinguit Oliva. *loc. cit.*

2 Et non tantum Judex ordinarius, ſed etiam delegatus poteſt implorare brachium ſæculare. Ricc. *in prax. implorat. brach. ſæcul. reſ.* 288. 289. Oliva *loc. cit. n.* 2. præſertim contra contumaces. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 115. *n.* 6. Natta *conſ.* 519. *n.* 14. quo caſu contra contumacem non eſt neceſſaria partis citatio. Et poteſt implorari contra ſucceſſorem, quamvis fuerit jam obtentum contra prædeceſſorem. Riccius *loc. cit. reſ.* 295.

3 Porro hoc brachium juſte denegatur, quando conſtat evidenter de injuſtitia Judicis requirentis, & nullitate. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 115. *n.* 4. Menoch. *de retin. rem.* 3. *n.* 360. Sbroz. *de Vicario Epiſc. lib.* 2. *quæſt.* 190. *n.* 7. Rol. *conſ.* 37. *n.* 7. *vol.* 1. Innoc. *in cap.* 1. *n.* 2. *de off. ordin.* ubi Abb. *n.* 11. & Imol. *n.* 17. apud Riccium *loc. cit. reſ.* 293.

4 Si vero imploratur brachium ſæculare a Judice Eccleſiaſtico in crimine hæreſis, non poteſt examinare proceſſum Judicis Eccleſiaſtici, ſed illi ſtare tenetur. *c. ad abolendam. de hæret.* ubi Felin Boer. *dec.* 90. Guido Pap. *dec.* 30. Bald. *in auth. Clericus. C. de Epiſc. & Cler.* Vulpel. *in tract. de libert. Eccleſ. par.* 3. *n.* 32. & alii apud Riccium *loc. cit. reſ.* 298. quia hæreſis eſt crimen mere Eccleſiaſticum.

Eſt

5 Est autem differentia inter brachii sæcularis præstationem, & accommodationem familiæ, quando vero petitur a Judice Laico accommodatio familiæ, veluti cum timetur resistentia cum armis, tunc Judex Laicus tenetur familiam accommodare. Vulpel. *l. c. par.* 3. *num.* 31. Bursat. *cons.* 40. *num.* 3. & quidem sine mora, aut excusatione non ita si imploratur brachium sæculare, quo casu Judex requisitus aliquando potest cognoscere de viribus sententiæ, & petere processum ad hunc finem in causis mixti fori. Riccius *loc. cit. res.* 297. non tamen cognoscere iterum de meritis causæ *arg. cap. ult. except. in* 6. juxta veriorem, & conformiorem Juris principiis bonoque Regimini Reipublicæ, ne longiores, & immortales fiant lites, & ex litibus aliæ lites oriantur, quod jura abhorrent. *L. properandum C. de Jud. cap. finem litibus, cap. venerabilis, de dolo &c. L. litibus. C. de agricol. & censitis.* apud Olivam *l. c. q.* 25. *per tot.* ubi late vide, juxta quem cum aliis ibi concordantibus Judex Laicus requisitus, tantum videre poterit, an in causis mixti fori Judex Ecclesiasticus bene formaverit processum.

6 Judex vero sæcularis si negligit dare brachium suum Judici Ecclesiastico, ut delinquentium audacia reprimatur, Judicis arbitrio punitur secundum Menoch. *de arbitr. cas.* 452. *n.* 3. sed in praxi hodie inobediens excommunicatur. Riccius *loc. cit. in notab. n.* 2. de hac materia vide etiam aliqua infra in verb. *Judex.* §. 5.

BREVE.

Praxis Brevis Pontificii.

1 Breve pontificium obtentum post litem cœptam non facta mentione litis pendentiæ est subreptitium. vide *Rescriptum*. Ejus verba qualiter sint intelligenda, vide *verba*.

2 Breve Pontificium concedens gratiam audiendi Missam in oratorio privato Domino & ejus familiæ, extenditur etiam ad familiam absente Domino principali. Secundum Dianam *par.* 9. *tr.* 1. *res.* 2. Novar. *in Summ. Bullar. to.* 1. *de orat.* & tunc nomine familiæ veniunt etiam illi, qui extra domum Domini ejusdem tamen expensis vivunt. Palaus *to.* 4. *tr.* 25. *disp. un. p.* 6. *l. c. res.* 27. & cum in Brevi fit mentio Consanguineorum, in dubio intelligitur duntaxat de primo gradu. Dian. *l. c. res.* 28. & DD. apud eundem.

3 Breve Apostolicum de capienda possessione beneficii nomine Cameræ habet executionem paratam, verificato tamen prius Clericatu provisi, vacatione beneficii, & reservatione. Rota *dec.* 580. *n.* 5. *&* *dec.* 691. *n.* 1. *par.* 2. *recent.* Merlin. *decis.* 629. *num.* 2.

4 Breve absolutionis in forma Commissoria obtentum cum clausula *constito de præmissis* ante justificationem narratorum non suffragatur. Socin. *cons.* 99. *num.* 10. *lib.* 3. Put. *dec.* 275. *lib.* 2. Rota *dec.* 725. *n.* 10. *par.* 2. *recent.* Bich. *dec.* 174. *n.* 1.

5 Breve Apostolicum continens decretum irritans operatur, ut ex eo præcisa forma inducatur, nec possit contentis in Brevi renunciari, quamvis illa respiciant privatam utilitatem impetrantis Breve. text. & gl. *in cap. dilecto. de præben.* Felin. *in cap. cum accessissent. n.* 7. *de constit.* Socin. *cons.* 24. *n.* 23. *lib.* 1. Gabr. *de claus. conclus.* 3. *n.* 18. Capyc. *dec.* 9. *n.* 16. Bich. *dec.* 98. *n.* 1.

6 Obtentum ab emptore super confirmatione venditionis attendi non debet, si excedit formam Capitulorum inter partes conventam, quia non licuit parti, nimirum emptori, quidquam a Principe petere, vel obtinere contra formam, & capitula conventa. Rota coram Buratto. *dec.* 106. *n.* 5. Rovit. *cons.* 39. *n.* 24. *lib.* 2. Vincent. de Franch. *dec.* 154. *n.* 6. & Rota apud Bich. *dec.* 230. *n.* 3. Tiraquel. *de retr. Consang.* §. 1. *gl.* 18. *n.* 69. *& de retract. convent. in præfat. n.* 21. Surd. *cons.* 217. *num.* 1.

7 Breve obtentum non facta mentione Juris tertii, tanquam subreptitium non valet. *L.* 2. §. *si quis a Principe ff. ne quid in loc. publ.* Gemin. *in cap. quamvis nim.* 3. *de præscript. in* 6. Burat. *dec.* 576. num. 5. Bich. *dec.* 133. *n.* 25.

8 Brevis Apostolici forma servanda est. *c. cum dilecta.* ubi Abb. *n.* 5. *de rescr.* Cavaller. *dec.* 288. *n.* 2. *&* 3. Rota *dec.* 624. *n.* 1. *par.* 2. *recent.* Bich. *dec.* 375. *n.* 22.

BULLA.

Praxis Bullarum.

Bulla Pii IV. vel statutum compellens patrem ad solvendam legitimam fisco pro filio delinquente, est localis, & Juris communis correctoria, pœnalis & odiosa, & non extendenda ad alios casus in bulla non comprehensos. Tob. Noni. *cons.* 102. *num.* 5. Cartar. *de pœn. innoc.* 3. *n.* 728. Farin. *de delict. & pœn. q.* 24. *n.* 195. Concial. *alleg. for.* 82. *a n.* 11. *& res. crim. verb. Bullar. ref.* 2. nec procedit, quando filius nulliter & invalide fuit condemnatus. DD. *cit.* quia Bulla vel statutum debet intelligi de rite, & recte condemnatis. DD. *cit.* & Conciol. *ut supra res.* 3. Adden. ad Rotam *dec.* 617. *num.* 132. *par.* 4. *recent. to.* 3. *& dec.* 38. *num.* 2. *par.* 7. *recent.* 1

Bulla Pii V. contra Bannitos, & contumaces captos post annum procedit, quando illi fuerunt capti in jurisdictione Ecclesiastica, secus si in aliena. Bald. *in auth. Item nulla Communitas. in fin. C. de Episc. & Cler.* Clar. *in §. fin. quæst.* 38. *vers. est autem.* Cartar. *de execut. sent. capto bannito cap. fin. n.* 263. Conciol. *loc. cit. res.* 4. De censibus in toto orbe est servanda, etiam in Germania. Rota apud Merlin. *dec.* 626. *n.* 3. & Seraphin. *dec.* 890. & post Cencium *de censib. dec.* 42. Comitol. *respons. moral. lib.* 3. *quæst.* 27. quia illa emanavit, ut saluti Christianorum consuleret. Contra Sodomitas quando habeat locum. vide *Sodomia*. 2

Bulla Sixti V. quoad abortum fuit revocata in illa parte, quæ continet propinantes media sterilitatis. Diana *par.* 7. *tr.* 5. *res.* 12. Privans privilegio Clericali, Dignitatibus, officiis, ac beneficiis procurantes abortum obligat in conscientia etiam ante sententiam. Garz. *de Benef. par.* 11. *num.* 18. &c. ubi Abb. Felin. Navar. & alii. Contrarium tenet Sanctarell. *de apost. cap.* 4. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 51. *n.* 139. quia nullus tenetur esse Reus & Judex. Diana *par.* 7. *tr.* 5. *res.* 17. vide etiam supra in verbo *Abortus*. Contra astrologiam judiciariam non obligat in conscientia. Suarez. Valent. & alii apud Dianam *par.* 2. *tract.* 15. *res.* 58. Contrarium tenent Farin. *de hæresi quæst.* 181. §. 1. Cherubin. Sanz. & alii. 3

Bulla Cœnæ obligat omnes, licet non fuerit accepta; tum quia hæc Bulla Pontificia obligat independenter ab acceptatione, ut dicitur in verb. *Lex.* tum quia constat Pontificem vel obligare independenter ab acceptatione Bullæ, quia Pontifex in illa excludit omnem prætextum, & prætensionem. Bonac. *in Bulla Cœnæ to.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 15. *p.* 4. Diana *par.* 3. *tract.* 1. *res.* 54. *& par.* 1. *tr.* 10. *res.* 1. vide *Lex.* Non derogat privilegiis Regularium. Suaz. *de Relig. to.* 4. *tr.* 9. *lib.* 2. *cap.* 20. Coriolan. *de casib. reserv. par.* 1. *sect.* 1. *art.* 23. & alii apud Dianam *par.* 1. *tr.* 5. *res.* 6. ubi hanc sententiam probabilem judicat; nonnulli tamen apud eundem contrarium sentiunt. 4

Bulla Pii V. quæ incipit, *etsi mendicantium ordines*, quæ illis concedit multa privilegia, fuit revocata a Greg. XIII. & reducta ad terminos Concil. Trid. juxta Barb. *de pot. Episc. par.* 3. *alleg.* 76. *n.* 29. quamvis alii apud Dianam *par.* 3. *tr.* 2. *res.* 107. existiment Bullam revocatoriam Gregor. XIII. non fuisse publicatam; sed immerito, quia hæc fuit illata Bullario, uti testatur Quaranta *in Sum. Bullar. verb. privil. Regularium*. 5

Bulla Alexandrina contra offendentes ex causa litis, ut habeat locum, tria sunt necessaria: primum, quod in offensione, injuriis, aut minis intervenerit dolus. Secundum, quod offensio &c. processerit propter causam litis. Tertio quod offendens ab offenso nullo modo fuerit provocatus, ex quibus requisitis, si unum deficiat, non habet locum Bulla. Farin. *cons.* 67. *lib.* 1. Guazzin. *de confiscat. bonor. conclus.* 13. *ampl.* 87. *n.* 5. apud Conciol. *resol. crim. verb. Bulla res.* 5. offensio vero præsumitur ex provocatione, si de causa constet. Guazzin. *loc. cit. n.* 4. Rota apud Put. *d.* 102. *&* 103. *per tot. lib.* 1. Rota post Consil. Farin. *dec.* 2. *n.* 1. *&* *dec.* 868. *n.* 2. *par.* 3. *divers.* apud Conciol. *loc. cit. n.* 2. Quod autem offensio fuerit facta ex causa litis probatur ex unius testis depositione, & conjecturis. Rota *d. dec.* 2. post Cons. Farin. Sicut etiam quod fuerit facta ex provocatione, probatur per unum testem a fisco examina- 6

minatum, qui contra inducentem plene probat. DD. apud Farin. *conf. cit.* Conciol. *n.* 3. quæ Bulla Alexandrina procedit pro toto ſtatu Eccleſiaſtico. Gratian. *dec. Marchiæ* 84. *n.* 5.

7 Bulla Sixti V. prohibens contractus ad caput ſalvum, comprehendit ſolum contractus prohibitos de Jure communi, ut patet ex Bulla, quæ incipit *Deteſtabilis.* non vero illos, qui ſunt permiſſi de Jure communi, ut quando aliquid ſolvitur, vel promittitur pro aſſecurationibus, & periculi ſuſceptione. Scaccia *de commerc.* §. 3. *gl.* 3. *n.* 35. Gait. *de cred. quæſt.* 5. *n.* 1944. Michal. *de fratrib. par.* 3. *cap.* 59. *n.* 27. Rota coram Coccino. *dec.* 70. Conciol. *alleg. for.* 1. *n.* 61. *& alleg.* 2. *n.* 62. Quia pactum ſuſcipiendi in ſe periculum, nimirum animalium, & aſſecurationis capitalis eſt licitum, & juſtum, ſi in illius recompenſationem per dantem animalia, vel pecunias illi remittitur pars fructuum. Leſſius *de Juſt. lib.* 2. *cap.* 25. *dubit.* 3. *n.* 32. Laym. *in Teol. mor. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 20. *n.* 4. Card. de Lugo *de Juſt. & Jur. diſp.* 29. *ſect.* 5. *n.* 74. Cyriac. *controv.* 357. *n.* 14. *& controv.* 465. *n.* 16. Leotard. *de uſur. quæſt.* 31. *n.* 13. Conciol. *l. c. num.* 2.

8 Bulla Sixti V. quæ eſt *conſtit.* 6. *to.* 2. *Bullar.* quæ fiſco defert fructus bonorum fideicommiſſi, dum vivit Reus delinquens, tantum procedit in caſu ſpeciali receptionis bannitorum, & non in aliis delictis. Guazzin. *de confiſcat. bon. concluſ.* 13. *limit.* 17. *n.* 16. Maſſin. *de confiſcatione bonorum quæſt.* 29. *num.* 4. apud Conciol. *loc. cit. reſ.* 8. quia in pœnalibus non excedit proprios caſus *cap. pœna* 18. *de pœnit. diſt.* 1. gl. *in cap. in pœnis.* 49. *de R. I. in* 6. & DD. apud Conciol. *l. c. n.* 2.

9 Bulla Pii V. quod illi, qui fuerunt banniti in contumaciam, ſi venerint in fortias juſtitiæ, non audiantur, intelligitur, & procedit, ſi ſententia contra eos lata ſit præcedentibus legitimis indiciis. Farin. *de inquiſ. quæſt.* 11. *n.* 16. Cartar. *de execut. ſententiæ capto bannito cap. fin. n.* 58. Antonell. *de tempore legali lib.* 3. *cap.* 13. Conciol. *l. c. reſ.* 9. & dummodo proceſſus contra bannitum fuerit rite fabricatus, & ſententia contra illum lata ſit valida. DD. *cit.* & Conciol. *ut ſupra* contra Bajardum ad Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 94. *num.* 56. Hinc eſt, quod Reo capto jam condemnato eſt aſſignandus terminus ad dicendum, cur ſententia contra illum lata non ſit exequenda, ſed etiam debet illi dari copia proceſſus, & indiciorum, & ſententiæ; ut videre poſſit, an ſententia contra ſe lata fuerit præcedentibus legitimis indiciis, & proceſſus fuerit rite inſtructus, & validus. Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 49. Farin. *de inquiſ. quæſt.* 11. *n.* 47. Conciol. *loc. cit. n.* 3.

10 Bulla Clem. VIII. in materia paupertatis Religioſæ, & traditione munerum, an ſit uſu recepta, & traditione munerum, ac ſit uſu recepta, & quando, ac qualiter obliget. vide Dianam *par.* 1. *tract.* 6. *per totam.* Gratian. *diſc. for. cap.* 202. *n.* 17. docet a ſuperioribus Regularium non fuiſſe uſu receptam, & ita non obligare; eo quod Leges Pontificiæ non obligent, niſi a ſubditis fuerint acceptatæ; quod autem non fuerit recepta, patet ex eo, quod nunquam legatur in capitulis Monaſteriorum, neque fuerit deſcripta in libris ſtatutorum Religionum, prout in ipſa Conſtitutione, ſeu Bulla præcipitur. Homobon. *de caſib. reſerv. par.* 3. *cap.* 3. quam tamen Dianæ & Homoboni ſententiam propter ea, quæ dicta ſunt *num.* 4. & dicentur *num.* 15. omnino amplecti non poſſumus.

11 Bulla Greg. XIV. *de Immunit. Eccleſ.* derogat Juri communi, & cuicunque conſuetudini, quia S. Pontifex in iſta Bulla cum particula taxativa *tantum* reducit omnia ad unam formam, ut patet ex ejus lectura *omnia ad unam tantum reducimus formam*, & ita etiam determinavit, & declaravit Clem. VIII. *in quodam Brevi ad Archi-Epiſcopum Panormitanum*, ubi aſſerit, quoſdam homicidium apenſate committentes, & ex inſidiis, gaudere debuiſſe immunitate Eccleſiaſtica; cum tamen tale delictum de jure communi eſſet exceptum, uti patet *ex cap.* 1. *de homicidio*. Diana *par.* 1. *tr.* 1. *reſ.* 1. ubi Filiucius & Duardus in Bull. Cœnæ. A Ponte. *dec.* 14. Genuen. *in prax. cap.* 17. Gratian. *diſcept. for. cap.* 180. Giurba *conſ.* 20. *&* 70. Leo *in theſ. for. Eccleſ. par.* 3. *cap.* 15. & plurimi apud eoſdem contra Gambacurt. Zerol. Guttierez. & alios.

Bulla hæc Gregoriana ubique obligat, quamvis non 12
fuerit uſu recepta, quia Pontifex intendit obligare independenter ab acceptatione, tum quia habet decretum irritans, quidquid in contrarium fuerit actum; lex vero habens decretum irritans obligat, licet non fuerit uſu recepta, & quamvis contraria adeſſet conſuetudo, quæ nullius eſt valoris. Sperel. *deciſ.* 127. *num.* 4. licet enim S. Pontifex illam non abroget, hoc ideo facit quia ſcit nullam poſſe adeſſe conſuetudinem validam ſine privilegio: vide Bonacin. *in Decal. de Immun. diſp.* 13. *quæſt.* 7. *p.* 10. ubi DD. plura forſan Deo dante in Verbo *Immunitas*.

Bulla Gregor. XIII. ſub excommunicatione & aliis 13
pœnis prohibens, ne dentur, vel promittantur munera in Curia pro gratia vel juſtitia obtinenda, non procedit, quando munera dantur ob alium finem, quia Leges non ſunt extendendæ ultra propriam verborum ſignificationem. Uti ſi dentur ex titulo gratitudinis, liberalitatis, vel laboris aut damni compenſandi, uti quia intercedens pro alio non poteſt de facili intercedere pro ſe. Diana *par.* 7. *tract.* 4. *reſ.* 1. ubi Bonac. Farin. Azor. & alii. Neque procedit quoad forum internum, ſi promiſſio erat ficta. Idem *reſ.* 4. Bonac. *to.* 3. *diſp.* 2. *quæſt.* 3. quia ficta promiſſio non eſt promiſſio. In foro tamen externo talis præſumeretur excommunicatus. Neque procedit in promiſſione non acceptata, quia illa non dicitur promiſſio, ſed pollicitatio. Bonac. *loc. cit.* Diana *l. c. reſ.* 5.

Bulla Cruciatæ ſecundum aliquos eſt privilegium lo- 14
cale, & ideo non prodeſt Hiſpanis, vel Siculis extra ſuas provincias, ſecundum alios illis ſuffragatur etiam extra provincias, ſi ſunt ſtatim reverſuri, quia tales habentur pro præſentibus, nec abeſſe dicuntur, qui ſtatim ſunt reverſuri. *L. poſtliminii, & L. nihil. ff. de captiv. & poſtlim. L.* 3. *ff. de divort.* Sanz. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 18.

Plura vide in verb. *Solicitantes*, *Duellantes*, & 15
Sodomia.

Bullarum, ſeu Brevium Apoſtolicorum valor, vel 16
nullitas a ſolo Pontifice cognoſci poteſt, & non ab Epiſcopo, vel Capitulo. *cap. cum inferior, de majorit. & obed.* Rota coram Mellino. *dec.* 240. *num.* 9. Cardin. de Luca *de Canon. diſcurſu* 27. *num.* 24. multo minus a Laicis, a quibus Bullæ nec in ſuis Cancellariis detineri poſſunt.

Bulla Pii V. la 58. §. 5. prohibet reſignationes in 17
favorem Conſanguineorum reſignantium. Et de dictæ Bullæ uſu, & non uſu in Germania, ita ut Capitulum ſeu Turnarius dictis Conſanguineis reſignantis conferre Canonicatum &c. poſſit, ac de poteſtate Pontificis, ac efficacia ſuarum Conſtitutionum, omnes obligantium independenter ab acceptatione populi, ac de clauſulis in eiſdem Conſtitutionibus apponi ſolitis, vide late Rot. *in una Monaſterienſis Canonicatuum. Lunæ* 15. *Februarii* 1672. (& in ordine eſt *deciſ.* 260. *p.* 17. *rec.*) irritantem Turnarii collationem Conſanguineis reſignantium factam contra dictam Bullam.

CALUMNIA.

§. I.

Calumnia quid ſit, & quid Calumniator, & qua pœna puniatur; & qualiter probetur, vel præſumatur?

1 DUPLEX eſt Calumnia, vera, & præſumpta. Vera conſiſtit, quando accuſans ſcit, vel ſcire debet innocentiam accuſati; Præſumpta, quando non probat accuſator delictum, vel deſiſtit. Clar. *in §. fin. q. 62. num. 4. verſ. ſed nunquid*, & communem dicit Farin. *q. 16. num. 10.*

2 Calumniator igitur verus dicitur, qui ſciebat, vel ſcire debebat innocentiam accuſati. Clar. *d. §. fin. q. 62. num. 4. verſ. ſed nunquid*, & communem dicit Farin. *d. q. 16. num. 10.*

3 Extende in eo, qui carcerari fecit maritum, ut illius uxore fruatur. Farin. *d. q. 16. n. 8. verſ. & rurſus.*

4 Item is, qui falſo accuſavit; quia non probavit, quando interrogatus deliberate reſpondit velle uti, & proſequi querelam. Boſſ. Clar. & alii, quos ſequitur, & citat idem Farin. *q. 16. n. 4. verſ. ideo hodie*, & talis reſponſio inducit ſcientiam, ne poſſit allegare ignorantiam. Boſſ. *tit. de accuſat. n. 24.*

5 Item ille, qui erat inſtigator, & etiam fecit ſe examinari, ut teſtis. Boſſius *tit. de accuſat. n. 17.* ſequitur Farin. *d. q. 16. n. 4.* pulchre Bald. *in l. etſi legi, C. ſi contra jus.*

6 Probatur etiam; quia faciens aliquid prohibitum dicitur eſſe in dolo, gloſſ. *in l. dolum, C. de dolo, in verſ. convenit*, & ibi additio.

Item multis modis qui efficitur etiam calumniator, veluti ſi accepta pecunia deſiſtat ab accuſatione, vel accuſet per pecuniam. Boſſ. *tit. de accuſ. n. 22.*

8 Item judex quia tranſmittit inquiſitionem ſine indiciis. Farin. *d. q. 16. n. 27.*

9 Item, qui falſa crimina ſcienter in alium accuſat, dicitur verus calumniator. Boſſ. *de accuſ. n. 24.*

10 Et verus calumniator tenetur ſemper, & nullus excuſatur a pœna, ſive ſit Fiſcalis, ſive denunciator publicus; imo etiam Judex ex officio procedens, per veram calumniam condemnatur in pœna arbitraria, & ad damna, expenſas, & intereſſe accuſati. Far. *d. q. 16. n. 22.* ubi de Fiſcali. *& n. 16.* ubi de denunciatore, *& n. 25.* de Judice, ubi *n. 27.* quod in eſt ſcientia, & calumnia vera, ſi fecit inquiſitionem ſine indiciis.

11 Præſumptus calumniator dicitur, qui non probavit accuſationem, vel delictum in judicio contra accuſatum deductum. Farin. *d. q. 16. n. 10.*

12 Vel melius qui non probat id, quod allegat, præſumitur calumniator, *l. 1. ff. ad Turpilia, cum ibi not.* Socin. *conſ. 118. col. 4. lib. 1.* prout is, qui impugnat, quod legitimo impedimento impeditus non reſtituatur, præſumitur per calumniam facere. Ægrid. Bellam. *conſ. 36. n. 2. in fin. verſ. in contrarium.*

13 Vel qui conduxit omnes Advocatos, Judicem refugit ſine cauſa, & alia ſimilia. Vide Maſcard. *Concl. 275. Cauſam iniquam.*

14 Amplia; quia is, qui modo unam, modo aliam opponit exceptionem, præſumitur calumnioſus. *Cravet. conſ. 350. n. 16.* Anch. *conſ. 234. Caſus talis eſt, col. 1.* Caſtr. *conſ. 281. In cauſa iſta, lib. 1.*

15 Extendit maxime, quando is poſſidet, qui per diverſas exceptiones diſtrahit expeditionem cauſæ. Cravet. *conſ. 350. n. 17.* allegat *deciſ. Rotæ 30. in nov. in fin.* & idem Cravet. *conſ. 336. num. 6. cum ſeq.*

16 Extende in eo qui diſputat omnia, videlicet admiſſionem articulorum, inducit attentata, & creat emergentia litis, quia ab eventu, ſi ſuccumbit, calumnioſus judicari debet. Crav. *d. conſ. 335. num. 3. & ſeq.*

17 Et qui appellationem non proſequitur, calumnioſus præſumitur. Cravett. *conſ. 693. num. 10.*

Amplia; quia doloſus, & calumnioſus dicitur, qui 18
non utitur exceptionibus tempore ſuo, & debito, & qui non facit, quod debet. Crav. *conſ. 346. n. 2. & ſeq.* & plenius *conſ. 969. n. 15.* ubi etiam, quod præſumitur in dolo, pleniſſime Roland. a Valle *conſ. 57. num. 7. & ſeq. lib. 1.* ubi, quod is, qui non ſolvit, quod debet, vel non facit, quod promiſit, dicitur in dolo.

Extendere; quia debitor, qui impetravit bollettinum, 19
ſeu ſalvum conductum, ſi conveniatur, & litigat, differtque producere ſalvum conductum, in fine litis, non debet admitti, tanquam calumnioſus, ſed debet condemnari, etiam in expenſis; quia cum ſit impeditivum litis ingreſſus, debuit ante litem conteſtatam exhiberi, alias cenſetur illi renunciaſſe. Blanch. *in tract. de compromiſſo, in quinta parte princ. num. 3. &* 4. Bald. *in l. parente, num 2. C. de teſtam. & in l. 2. num. 2. C. de bon. auth. jud. poſſid. & in l. alia, n. 8. ver. tu dic. C. de iis quibus ut indig.* Vide Tuſch. *verb. Contumax quando perdat privilegium declinatoriæ Concl. 1027.* Vide *Eund.* Tuſch. *verb. Citatio contra exemptum quando afficiat, vel non. Concl. 244.* Vide *Eund. verb. Privilegium non allegans quando illud perdat, vel non. Concl. 753.*

Extende in tantum, quod non ſufficit allegatio, niſi 20
cum effectu exhibeatur. Paris. *conſ. 4. num. 6. lib. 3.*

Extende; quia differens producere inſtrumentum non 21
auditur, niſi refectis expenſis. Felin. *cap. exceptionem, n. 47. de exception.*

Extende; quia differens exhibere acta judici, ſed il- 22
la exhibet tempore prolationis ſententiæ, tanquam calumnioſus punitur & condemnatur in expenſis. Decian. *conſ. 241. in princ.* Caſſad. *deſc. 3. de appell.* Grammat. *voto 18. n. 15. & per tot.*

Extende; quia differens producere jure in fine litis 23
tempore ferendæ ſententiæ, ex quo Judex non poteſt diſcutere, non tenetur attendere talia jura, nec cogitur ſuper illis pronunciare. Alex. *conſ. 218. col. pen. lib. 2.* Fel. *in cap. de cætero; n. 11. & ſeq. verſ. limita. de re jud.* ubi ponit regulam, & ampliat, etiamſi præjudicium ſit irreparabile, quando vehemens eſt præſumptio, & citat Alex. *conſ. 65. lib. 1.* quod credo eſſe conſilium ſupra erratum. Vide Tuſch. *verb. ſententia incerta, vel conditionalis, valet multis caſibus. Concl. 108.*

Extende; quia is, qui appellavit a ſententia, ſi pa- 24
titur procedi ad exequutionem, antequam oſtendat fuiſſe appellatum, licet doceat in fine; quia calumnioſe facit, condemnatur in expenſis. Caſſad. *d. deciſ. 3. de appellat.* ubi multa ſimilia congerit.

Extende in Clerico; quia non opponit ſe Clericum, 25
quando citatur coram ſæculari ſimpliciter; quia ſi patitur ſe condemnari, & dicat de nullitate; quia Clericus debet in expenſis condemnari propter calumniam. Ægid. *deciſ. 220.* Caſſad. *d. deciſ. 3. de appell.* Staphil. *de lit. gratiæ, fol. 14. in verſ. hinc etiam in Procuratore.*

Extende, quia differens per calumniam opponere 26
exceptiones, vel expedire remiſſoriam conceſſam non auditur. Ægid. *deciſ. 427. In cauſa*, imo remiſſoria debet concedi, quando petitur calumnioſe. Felin. plene *in d. c. de cætero, num. 12. de re jud.* ubi late Caſſad. *deciſ. 3. de dilat.* Roman. *conſ. 273. Clarum eſt, num. 3. & per tot.* ubi apoſtill. Grat. *conſ. 138. in fin. lib. 2.*

Declara; quia maxime in actore iſta procedunt, ut 27
declarat Crav. *conſ. 693. in princ.* ſecus eſſe dicit in reo, quando eſt in facto de longinquo, etiam proprio; vel facto alieno; quia magis excuſatur reus, quam actor, & loquitur in eo, qui diſtulit producere ſolutionem ex apocha. Vide etiam plene Maſcard. *Conc. 254. Ca-*

lumnia

lumnia quomodo præsumatur, atque probetur, ubi ponit regulam, ampliat, & limitat multis modis.

28 Amplia; quia calumnia dicitur contra publicam utilitatem; item habet dolum annexum: item aperit viam fraudibus, & semper est prosternenda. Signorol. *cons.* 56. *per totum*, ubi multa allegat contra calumniam & calumniatores.

29 Et calumnia consistit in animo, & requirit dolum, qui non est sine calliditate, & fraude, *l.* 1. *ff. de dolo*. Abb. *cons.* 78. *Viso toto, circa fin. ver. calumnia, lib.* 1.

30 Calumnia, seu calumniator potest puniri per officium Judicis, & ideo instituens calumniosam accusationem potest puniri per Judicem in sententia, quam profert, vel statim post sententiam absolutoriam, alias ex intervallo non valeret condemnatio facta super calumnia ex officio, *lib.* 1. *Cod. de calumniat. l. athletas*, §. *calumniator*, *ff. de iis*, *qui not. infam.* Feder. de Sen. *cons.* 93. *Factum, quod proponitur, in princ.* ubi, quod ante sententiam non debet puniri, quia Judex præjudicaret causæ negotii principalis, ex quo animum suum declararet.

31 Declara, ut per Clar. *in* §. *fin. quæst.* 62. *n.* 9. *vers. sed quæro*, ubi dicit, quod debet prius præcedere præfixio termini accusanti ad probandum, & probatum habendum, quo elapso si non probavit, potest condemnari in eadem sententia, quæ debet continere præcedentem absolutionem accusati, & dicit communem, & quod termini præfixio est necessaria, alias teneretur in syndicatu.

32 Pœna calumniæ aliquando repellit agentem calumniose a remedio, quod alias competeret; ideo si extat statutum, quod Judex teneatur remittere articulum ad consilium sapientis, & per calumniam petatur consilium, potest judex consilium spernere, & valebit processus, etiamsi statutum sit formale; quia annullet acta aliter facta. Angel. *cons.* 139. *In quæstione*, *num.* 4. *vers. secum est*. Signorol. Homod. *cons.* 57. *Creditor volens*, *in fin.* ubi loquitur in eo, qui per calumniam petit dilationem ad probandum extare bona principalis debitoris. Dec. *in c. super eo*, *il.* 1. *de appellat. in fin.* Vide Tusch. *verb. Judex ex officio potest multa. Concl.* 395.

33 Extende, etiamsi statutum mandet suspendi causam civilem ob criminalem; quia imputatur calumniose accusanti. Vide Tusch. *verb. Criminalis causa quando præjudicet Civili. Concl.* 1087.

34 Extende; quia imo etiamsi statutum (prout Mediolani) disponat, quod judex debeat dare consultorem petitum, etiamsi per calumniam petatur; quia tale statutum est nullum, & si constat de calumnia, adhuc consultor dari non debet. Signorol. Homod. *cons.* 56. *statuto Civitatis Mediolani. per tot.* ubi in fine apostill. dicit communem.

35 Extende idem in statuto mandante fieri compromissum; quia si petitur per calumniam, non debet fieri, Dec. *d. cap. super eo il. in fin. de appell.*

36 Et judex potest, & debet opponentem exceptionem, quæ privaret judicem jurisdictione, si vera esset, repellere, quando per calumniam constat, quod opponitur, ita Bal. *in l.* 1. *in fine*, *C. de sentent. quæ sine certa quantit.*

37 Aliquando punitur in condemnatione expensarum, quam facit judex ex officio suo contra actorem calumniosum, ut fieri debeat in sententia negotii, non autem ante, neque post, nisi sit in continenti. Fed. *dict. cons.* 93. *n.* 2. *vers. & cauti judices*. Vide Tusch. *verb. Expensarum condemnatio in causa criminali quando fiat, vel non. Concl.* 624.

38 Extende in tantum calumniatorem debere condemnari in expensis, ut etiam judex delegatus, qui pronunciat se non esse judicem competentem, & non habere jurisdictionem; tamen valide possit condemnare agentem calumniosum in expensis. Fed. de Sen. *cons.* 133. *num.* 2. *vers. primum est*.

39 Aliquando potest etiam puniri calumnia, & calumniator ad accusationem partis, & hæc accusatio potest fieri ex intervallo, & quandocunque post sententiam absolutoriam. Fed. de Sen. *d. cons.* 93. *in pr. vers. circa præmissa*, *& n.* 2. *vers. item quod post absolutionem*.

40 Aliquando etiam punitus de calumnia officio judicis potest puniri ad accusationem partis in eo, quod plus venit puniendus, & pro simili allegatur *l. nullum*, *in fin. C. de testib.* Fed. *dict. cons.* 93. *num.* 2. *vers. & an punitus*. ubi loquitur relative.

Aliquando etiam judex nedum potest non audire excipiendum calumniosum, sed si vult, potest etiam ante pertransire. Alex. *cons.* 65. *Habita super contentis*, *n.* 5. *vers. fortificantur*, *lib.* 1. ubi apostill. dat concord. 41

Extende, etiamsi exceptio esset efficax, & vera. Alex. *d. cons.* 65. *num.* 5. *lib.* 1. qui hoc affirmat, si judex vehementer opinetur, & ita declarat apostilla, ut sit, & esse debeat vehemens præsumptio. 42

Et quod exceptio relevans possit sperni, quando judex suspicatur, vel cognoscit fieri ex calumnia. Fel. *in cap. ex parte*, *il.* 2. *in princip. de offic. deleg.* 43

Extende; quia in dubio semper præsumitur pro judice, quod repulerit ex vehementi, & justa causa. Alex. *d. cons.* 65. *n.* 5. *vers. & subdit*, *lib.* 1. 44

Et calumniator majori pœna est dignus quocumque alio delinquente, *cap. fin.* ubi Abb. *de calumniat.* plene Menoch. *de arbitr. casu* 322. *nu.* 12. *& seqq.* ubi quod Principes non punientes falsos delatores incentivum dant ad calumniandum, & quod calumniator dicitur semen viperinum. 45

Et calumniosa litigantium improbitas moderatis coercitionibus est compescenda. Fulgos. *cons.* 146. *in fin.* in dubio tamen excusatur, ut ibi. 46

Extende; quia calumniator olim pœna talionis tenebatur, hodie vero pœna extraordinaria tantum punitur, ex quo pœna talionis recessit ab aula. Menoch. *d. casu* 322. *in pr.* maxime *n.* 3. *& seq.* ubi de multiplici pœna calumniatoris, ut de falso teneatur. 47

Aliquando pœna calumniatoris est falsi in duobus casibus, quando interrogatus, an velit uti, dixit, quod sic, & quando cum juramento, ut testis deposuit accusator. Farin. *d. q.* 16. *n.* 4. 48

Potest tamen etiam pœna falsi ex arbitrio judicis condemnari, licet non sit proprie pœna falsi, ita Farinac. *d. q.* 16. *n.* 18. *&* 19. 49

Regulariter est pœna extraordinaria, & arbitraria judici, videlicet pecuniaria, refectionis damnorum, & expensarum. Farinac. *dict. quæst.* 16. *num.* 5. *& seq.* ubi dicit etiam augeri, & minui arbitri, secundum calumniam majorem, & minorem, & maxime contra officiales, & alios in dignitate. Farinac. *d. quæst.* 16. *num.* 5. *& seq.* ubi de communi, & allegat exempla, quibus etiam ultimo supplicio, vel perpetuo exilio fit condemnatio contra calumniatorem, & ita etiam Clarus *q.* 81. *circa finem*. 50

Limita; quia accusator non potest de calumnia accusari a reo in genere non deveniendo ad aliquam speciem criminis, pendente indecisa prima accusatione, quæ prætenditur calumniosa; quia cum calumnia pendeat a futuro eventu primi judicii, an accusatio fuerit bona, vel calumniosa, ante eventum non potest instituti accusatio calumniæ. Federic. de Sen. *cons.* 93. *n.* 3. *vers. item quod actor.* 51

Declara hanc limitationem, ut licet non possit actor accusari de calumnia ante finitum judicium, quod prætenditur per calumniam intentatum; tamen id procedit per modum actionis tantum, sed bene potest accusatus, & reus per viam exceptionis opponere de calumnia, etiam non finito judicio; quia exceptio pendet a facto actoris præexistenti, non autem a declarationis eventu tantum, ita in simili Federic. de Sen. *cons.* 90. *Casus talis est*, *per totum*. Vide, *Exceptio datur facilius*, *quam actio*. *Concluf.* 374. Vide, *Excipiendo quando quis possit consequi condemnationem contra actorem*. *Concluf.* 413. 52

Declara, nisi vellet accusatus accusare suum accusatorem non de calumnia in genere, sed in specie, utputa super eo, quod produxerit falsos testes, vel similibus. Federic. de Sen. *d. cons.* 93. *n.* 3. *vers. item thema supra dictum*. Vide, *Criminalis causa quando præjudicet Civili*. *concl.* 1087. 53

Declara tamen; quia si sumus in judicio præparatorio, & summario, in quo levior probatio requiritur, magis de facili præsumitur judex motus ex vehementi præsumpta calumnia partis, quam in judicio ordinario. Alex. *d. cons.* 65. *n.* 5. *lib.* 1. 54

Limita; quia calumnia cessat, quando qualitas personæ hoc exposcit. Cravett. *cons.* 404. *num.* 28. ubi late. 55

Item, quando consilium sapientium adhibuit non ex suo capite, ut Cravet. ibi *dict. cons.* 404. *num.* 26. *& seq.* 56

57 Limita; quia calumniator excusatur, si semiplene probavit, & multis aliis casibus per Menoch. *de arbitr. casu* 321. ubi ponit decem limitationes.

58 Declara tamen, quod licet excusetur accusator, qui plene non probavit; tamen intelligitur a pœna talionis, non autem a pœna injuriæ, neque a refectione damnorum, & expensarum, ita Menoch. *d. casu* 321. *in fin.*

59 Vide omnino Bertazol. *cons.* 212. ubi apostill. & in verbo, *rursus*, ubi declarat, quod aut est calumniator verus, & est in dolo, & punitur pœna ordinaria; aut est præsumptus ut quia non probavit, & punitur in expensis propter temeritatem; debuit enim cogitare melius, allegat Riminald. Jun. *cons.* 330. *num.* 20. & alios.

60 Limita in denunciatore ex officio; quia omnino excusatur etiam ab expensis. Bertazol. *d. cons.* 212. *per totum.*

61 Limita; quia calumnia nunquam repellit aliquem remedio sibi competenti, quando periculum esset irreparabile. Decian. *d. cap. super eo, il* 1. *in fin. de appellat.*

62 Et finaliter adde, quod in mandato generali non continetur facultas opponendi exceptiones calumniosas. Bartol. *cons.* 43. *super quæstione, in fin. lib.* 1. allegat *l. si procurator, in princ. ff. de condict. indeb.*

63 Unde Angel. *in l. quod ergo* §. 1. *ff. de iis, qui not. infam.* dicit, quod cauti procuratores, ne puniantur, faciunt ratificare principales.

§. II.

Calumnia excusatur multis casibus.

1 Maritus accusans uxorem de adulterio excusatur a calumnia, etiamsi mulier absolvatur; quia justus dolor mariti illum excusat a calumnia. Bald. *cons.* 277. *In causa Guilielmi, per totum*, maxime *circa med. vers. item justus dolor. lib.* 5.

2 Amplia; quia qui non potest declinare jurisdictionem, si cum protestatione declinat, & protestatio sit per calumniam, debet condemnari; in dubio tamen excusatur a calumnia. Fulgos. *cons.* 146. *in fin.*

3 Amplia; quia accusator deficiens in probatione excusatur a calumnia, & pœna calumniæ, si habet pro se aliqua indicia, puta famam, auditum a fide dignis, & similia. Abb. *cons.* 78. *Viso toto. col. fin. vers. venio nunc. lib.* 1. ubi dicit communem.

4 Declara; quia debet in expensis condemnari, licet non in pœnam calumniæ, & ignorantia juris non excusat. Abb. *d. cons.* 78. *in fin. vers. in partium, lib.* 1. Vide Tusch. *verb. Calumnia quid sit. concl.* 9.

CAMPANILE.

Campanile quid sit, & Campanæ ad quid inventæ sint?

1 Campanile est pars Ecclesiæ, & in eo debent stare campanæ ad convocandum populum ad divina; ideo sicut Ecclesia non potest locari; ita nec campanile. Lap. *alleg.* 12. *num.* 4. *ver. idem per omnia.*

2 Campanarum usus necessarius est ad convocandum populum, ut veniat ad verbum Dei, Oldrad. *cons.* 228. *Quod fratres, in princ.* ubi *n.* 3. allegat *Num. cap.* 12. quod ibi præcipitur fieri tubas argenteas, quarum loco succedunt campanæ, ubi *vers. quarto* dicit, quod est honor Sancti, & decus cultus Divini plures habere campanas, & quod campana sit inventa, ut vocetur populus ad divina. Feder. de Sen. *cons.* 152. *n.* 4. allegat *cap. Joannes, de homicid.*

3 Pluralitas campanarum est permissa Fratribus Prædicatoribus, & omnibus Ecclesiis insignibus. Oldr. *d. cons.* 228. *per tot.* ubi *num.* 6. insignes, & magnam devotionem habentes appellat Ecclesiam Sancti Dominici Bononiæ, Sancti Petri Mediolani & Sancti Maximini, ubi est corpus B. Mariæ Magdalenæ.

4 Amplia, quod campanella debet sonari in delatione Sacramenti etiam tempore interdicti; quia populus audiens procidit, adorat, & reveretur tantum Sacramentum. Fed. de Sen. *cons.* 70. *Reverende Domine, in fin. vers. item tertia dubitatio.*

CANONES.

§. I.

Canones ligant omnes, & ab omnibus debent observari.

Canones & statuta Sanctorum Patrum, & Rom. Pontificum debent ab omnibus observari. *cap.* 1. *de constit.* 1

Et de illorum justitia, vel injustitia non potest disputari, vel dubitari secundum communem opinionem. Anchar. *cons.* 196. *n.* 3. 2

Amplia specialiter in Episcopis, qui speciali juramento non possunt contradicere statutis Rom. Pont. sed illa servare tenentur, *cap. ego N. de jurejur.* Fed. de Sen. *cons.* 17. *num.* 2. *vers. præterea quomodo Episcopus*, ubi, quod sunt debitores servare canones, & violatores canonum a Sancto spiritu judicantur, *cap. violatores.* 9. *quæst.* 1. 3

Amplia in tantum, ut qui aliter sentiret, modicum differret ab hæresi, 22. *dist. c.* 1. 4

Amplia in tantum, ut non valeant statuta contra canones, *c.* 1. *de constit. in* 6. ubi gloss. penult. 5

Amplia, ut nec valeat consuetudo contra canones, *cap. fin. de constit.* ubi gloss. *in ver. & quam.*

Amplia; quia canones ligant Imperatorem, sicut quemlibet laicum; ideo non potest Imperator derogare juri Canonico. Bal. *cons.* 373. *num.* 5. *ver. nec potest opponere lib.* 1. 7

Extende in Rege Franciæ; quia ab ejus sententia lata contra non subditum appellatur ad Papam. *c. novit. de jud.* Bald. *cons.* 217. *Orta guerra, in princ. lib.* 3. ubi in fine *versi. illud etiam*, dicit, quod licet Rex Franciæ sit francus a jure Romano, & dedignetur subjici legibus; non tamen dedignatur imitari sacros canones. Vide, *Leges ab omnibus observandæ, & qui ligentur legibus, vel non. Concl.* 267. Vide Tusch. *verb. Jus Canonicum in quibus prævaleat juri Civili. Concl.* 579. 8

§. II.

Canones præferuntur Legibus, & quando?

Canones præferuntur legibus, ubicumque agitur de spiritualibus, & spiritualium cognitione. Fed. de Sen. *cons.* 36. *in pr. Casus talis est.* 1

Item est, ubicunque agitur de Sacramentis, & rebus sacris, vel exhibendo honore, & reverentia rebus sacris, prout de immunitate Ecclesiarum, & confugientium ad eas, Covarr. *variar. resol. c.* 20. *num.* 3. *ver. primum in materia lib.* 2. ubi dicit communem, reprobatis Salyc. & aliis tenentibus contrarium, & male. Vide plene Tusch. *verbo Jus Canonicum in quibus prævaleat juri Civili. Concl.* 579. 2

§. III.

Canones æquitatem amplectuntur, & qualiter amplectendi?

Canones amplectuntur æquitatem contra juris subtilitatem, & rigorem. Petr. de Anch. *cons.* 79. *subtiliter, & succincte, in pr.* Vide Tusch. *verb. Æquitas quid sit. Conc.* 310. *& Conc. ibi prox. seqq.* Vide Tusch. *verbo Jus Canonicum admittit simplicitatem, reprobata subtilitate. Concl.* 578. 1

Extende; quia ea, quæ sunt de apicibus juris, non attenduntur de jure Canonico; quia simplicitas, & æquitas juris Canonici supplet in istis. Lapus *alleg.* 50. *num.* 9. *ver. nam agere*, allegat Hostiens. *in cap. cum contingat. de offic. deleg.* 2

Interpretandi tamen sunt canones, ut contineant justitiam, non autem gratiam, & sic casus speciales. Joan. de Imol. *cons.* 145. *num.* 6. *ver. nec videtur bona responsio.* 3

CANONICATUS.

Praxis Erectionis Canonicatus.

In erectione Canonicatus eadem veniunt observanda, quæ in errectione Beneficii Jurispatronatus, si 1

Cano-

Canonicatus erigitur, vel fundatur cum reservatione Juris-patronatus, ut communiter fieri consuevit, & Canonicatus tam in Cathedrali, quam in Collegiata potest erigi ab Ordinario, dummodo fiat servata forma SS. Canonum, quia id nullibi prohibetur, etiam sine Pontificis licentia. Innoc. *in cap. cum accessissent, de const.* Caputaq. *decis.* 221. Bal. *in cap. cum M. de const.* Causa potest esse, si superexcrescant fructus. vide Zerol. *in prax. Episc. verb. Beneficium par.* 1. *vers. ad dignitates assequendas, circa fin.* ubi quod possit etiam veteres Canonicatus extinguere ob fructuum tenuitatem. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 14. & ita declaravit Cong. apud Pyrr. Corr. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 3. *a num.* 61. Secus tamen dicendum est, quoad Canonicos supranumerarios, qui non possunt creari ab Episcopo post Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 19. ubi prohibentur expectativæ, & declaravit S. Congr. apud Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 1. *proœm. n.* 64. Garz. *de benef. p.* 6. *cap.* 1. *n.* 4. Barbos. *de Canonic. & dignit. cap.* 2. *n.* 24. Limit. si apponitur conditio, ut nullum jus ad præbendam vacaturam habeant. Pyrrh. Corrad. *loc. cit. n.* 65. *seqq.* Sicut etiam quoad Cathedrales Ecclesias, vel Collegiatas, ad quarum erectionem requiritur consensus Pontificis. Garz. *de benef. p.* 12. *cap.* 5. Barb. *de Canon. & dign. cap.* 2. Francesc. *de Eccles. Catthedr. c.* 3. *per tot.*

Porro, ut dixi, si erectio fit cum reservatione Juris- 2
patronatus, servanda sunt illa, quæ notavimus in praxi erectionis Beneficii, tam quoad instrumentum dotationis, quam quoad supplicem libellum, ad quæ me remitto. Cæterum hic dabimus formulam duntaxat ejusdem erectionis, sicut etiam formam collationis talis Beneficii vacantis sic a primæva erectione, cujus collatio ad eundem Episcopum pertinere dignoscitur. vide Pyrrh. Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 3. nisi fuerit juris-patronatus, ut dictum est supra, quia tunc præsentatio fiet a Patrono, & ab Episcopo ejusdem institutio, & dictis patronis incipiet currere tempus ad præsentandum, statim ac creatus fuit Canonicatus, quia tunc dicitur vacare. Lambert. *de Jurep. lib.* 2. *p.* 2. *qu.* 1. *in princ. art.* 6. *n.* 1. apud Corrad. *loc. cit. n.* 83. Limita, si Beneficium caderet sub regula reservatoria, ut quia erigeretur in mense Pontificio: tunc enim nisi esset juris-patronatus, ad Pontificem pertineret ejusdem collatio. Pyrrh. Corr. *loc. cit. num.* 83. ubi Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 15. licet contrarium velit Garz. *de benef. p.* 5. *cap.* 1. *n.* 520. de quo vide infra verb. *præbenda*.

Forma erectionis.

NOs &c. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus &c. Divina disponente Clementia circa statum quarumlibet Ecclesiarum nostræ Civitatis, & Diœcesis, prout ex debito nostri Pastoralis officii nobis incumbit, prospicientes ad ea, quæ in executione ultimarum voluntatum tendunt, libenter intendimus, prout rerum, personarum, & temporum qualitatibus diligenter pensatis, conspicimus in Domino expedire. Sane sicut accepimus alias in humanis agens N. Laicus, terræ N. nostræ Diœcesis N. suum ultimum condens testamentum, sub cujus dispositione ab humanis decessit, inter alia per eum disposita, voluit, & mandavit, quod ex suis bonis in Collegiata Ecclesia S. N. dictæ terræ, unus Canonicatus, ac præbenda erigeretur & institueretur, dictique per Executores testamentarios testatoris pro prima vice, pro reliquis vero vicibus per homines &c. dictæ terræ existentes pro tempore nominarentur, & prout latius in testamento &c. Dictique executores, præmissa executione, demandari facere cupientes, nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus in præmissis, authoritatem nostram Ordinariam interponere dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, & dictum Sanctum opus omni studio, omnique diligentia amplectentes, in dicta Ecclesia Collegiata *(seu Cathedrali)* Canonicatum, & præbendam, ultra illos, qui præsentes existunt, pro uno Presbytero, seu Clerico sæculari, qui ad instar veterum dictæ Ecclesiæ Canonicorum, locum, & stallum in ipsa Ecclesia, & illius choro, ac vocem in Capitulo, nec non in ea, & processionibus, ac Missarum, & aliorum divinorum Officiorum celebrationibus, cæterisque universis actis publicis, & privatis, aliis dictæ Ecclesiæ Canonicis se conformare, ac in dicta Ecclesia personaliter residere, eique in Divinis deservire debeat, & teneatur, authoritate nostra ordinaria, ac alias omni meliori modo, quo possumus, perpetuo erigimus, & instituimus, illisque sic erectis, & institutis pro eorum dote, ac eorundem onerum supportatione, bona per dictum testatorem relicta, ita ut liceat Canonico, vel præbendato, per se, vel alium, dicti Canonicatus, & præbendæ nomine, propria authoritate corporalem, realem, & actualem possessionem bonorum cum omnibus juribus, & pertinentiis suis libere apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta percipere, exigere, levare, arrendare, locare, dislocare, ac in suos usus, & utilitatem convertere, cujusvis licentia minime requisita, authoritate prædicta applicamus, & appropriamus. Et prædictis N. N. executoribus testamentariis *(quatenus ita disponatur in testamento, vel illis, quibus a testatore juspatronatus fuerit relictum)* pro prima vice, pro reliquis vero vicibus hominibus dictæ terræ &c. pro tempore extituris in perpetuum, & in infinitum, Juspatronatus, & præsentandi personam idoneam ad dictum Canonicatum & præbendam, per præsentes erectum, & institutum, quoties illum tam hac prima vice, quam ex tunc de cætero futuris perpetuis temporibus, & ex quorumcunque personis, etiam apud sedem Apostolicam, ac in quibuscumque anni mensibus vacare contigerit, per Nos, seu Episcopum pro tempore exiturum, aut nostrum, seu illius Vicarium Generalem etiam quandocumque existentem in dicto Canonicatu, & præbenda Canonicum ad eandem præsentationem instituendum. Ita ut Juspatronatus, & præsentandi, hujusmodi Laicorum futuris patronis prædictis, non ex privilegio, sed ex vera, primæva, reali, & actuali, integra, & omnimoda fundatione, & perpetua dotatione locali duntaxat competat, & ad illos pertineat, & quæcumque præsentationes per ipsos patronos ad dictum Canonicatum faciendæ, validæ, & efficaces sint, suosque plenarios, & integros effectus, sortiantur, eadem authoritate, qua supra, ac omni alio meliori modo, quo possumus, reservamus, concedimus, & assignamus. In contrarium facientibus non obstantibus. In quorum &c.

Forma collationis ejusdem Canonicatus ex primæva erectione vacantis.

NOs N. N. DEI, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus &c. Dilecto nobis in Christo N. Vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, ac virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum igitur Canonicatus, ac præbenda Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ S. N. terræ N. Diœcesis nostræ N. qui de Jurepatronatus dilectorum nobis in Christo N. N. per nos ejusdem hodie reservatus, ex dotatione, vel fundatione, existit, & per nos authoritate nostra Ordinaria erectus, & institutus fuit, prout ex actis in Cancellaria nostra registratis, a primæva illius erectione, & institutione vacaverit, & vacet ad præsens, Nos tibi, qui ad dictum Canonicatum, & præbendam a prædictis executoribus intra tempus a Jure statutum, præsentatus fuisti, præmissorum meritorum intuitu, special gratiam facere volentes, te ad præsentationem hujusmodi in dicto Canonicatu, & præbenda, eadem authoritate instituimus: Mandantes propterea dilecto nobis in Christo Vicario nostro in Spiritualibus Generali, ac universis, & singulis Presbyteris, & Clericis, nec non Notariis, & Tabellionibus in Civitate, & Diœcesi nostra constitutis, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel per alium, seu alios, te, vel procuratorem tuum, nomine tuo, in corporalem, realem, & actualem possessionem Canonicatus, & præbendæ hujusmodi, ac eorum Jurium, aut pertinentiarum suarum authoritate nostra inducant, inductumque defendant, amoto inde quolibet illicito detentore, facientes tibi, vel procuratori tuo, eodem nomine, de Canonicatus, ac præbendæ, ac eorum jurium, & pertinentiarum hujusmodi fructibus, redditibus ac proventibus, juribus, & emolumentis integre responderi, Contradictores per Censuras Ecclesiasticas, & pecuniarias pœnas authoritate nostra compescendo. In quorum &c.

3 Hæc formula, ſecundum aliquas clauſulas, magis aptatur collationi liberæ, quam inſtitutioni præſentati a Patrono, in qua non exercetur ulla liberalitas erga Patronum, cum velit nolit, teneatur Ordinarius præſentatum inſtituere. Garz. *de benef. p. 4. cap. 1.* Vivian. *in prax. Juriſpatr. lib. 12. cap. 1.* Dec. *conſ. 121.* propterea hæc, mutatis mutandis, melius deſerviet in collatione libera, & pro inſtitutione. vide infra verb. *Juſpatronatus*, ubi habes formulam propriam.

4 Porro ejuſmodi erectiones ab Ordinariis poſſunt fieri etiam quando redditus Eccleſiæ, qui tamen ſint a fructibus menſæ Capitularis omnino diſtincti, ita excreverunt, ut detractis fabricæ, Sacriſtiæ, & miniſtrorum oneribus tanti ſuperſint, ut poſſit commode ad novam erectionem alterius Canonicatus deveniri. Pyrrh. Corrad. *in prax. benef. lib. 2. cap. 3. n. 85.* Item per unionem Beneficiorum ſimplicium, quo tamen caſu debet verificari cauſa evidentis utilitatis, vel neceſſitatis Eccleſiæ, & debent intervenire ſolennitates Juris, de quibus infra in verbo *Unio*. Quia tamen plura quandoque dubia naſcuntur, maxime propter clauſulas, quæ in talibus fundationibus ſolent intervenire; ideo, licet Ordinarius poſſit talem erectionem facere, ſæpe tamen, & conſulto, ſupplicantes remittit ad Summ. Pontificem, qui in beneficiis plenariam habet poteſtatem.

CANONICUS,

Alia praxis Canonicatus, & Canonicorum,

1 Canonicatus eſt jus ſpirituale habendi in Choro ſtallum, locum, & vocem in Capitulo, nec non tribuens jus ad præbendam, & ad diſtributiones quotidianas, præbenda vero eſt ſpirituale Jus percipiendi certos fructus in Eccleſia competens ex Officio Divino. Hojed. *de Incompatib. benef. p. 1. cap. 12.* Zechius *de republ. Eccleſ. cap. 24.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 19.* Barboſ. *de Canon. cap. 12. a num. 1.*

Quam ætatem debeant habere Canonici, vide ſupra in praxi *ætatis*.

2 Ad quos ſpectet proviſio Canonicatuum, cum in jure non ſit cautum. juxta Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 21. n. 9.* Barboſ. *de Canon. cap. 14. num. 1.* Ideo Cathedralium conſuetudo, vel privilegia erunt attendenda. Quod ſpectet ad Epiſcopum & Capitulum ſimul, tenet communior. Barboſ. *de Canon. loc. cit. n. 2.* Garzias *de benef. p. 5. cap. 4. n. 13.* Tuſc. *litt. A. concl. 35. & litt. E. concl. 261.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gl. 45. n. 5.* ita ut in dubio canonicatus præſumatur ſimultaneæ collationis, niſi de contrario conſtet. Caſſad. *dec. 22. de præb.* apud Rot. *dec. 440. p. 5. rec. tom. 2. n. 9.* Et uno impedito, alter confert ſolus. Tuſc. & Barb. *loc. cit.* Pariſ. *de reſign. lib. 7. q. 23. n. 39.* Neque requiritur, quod ab Epiſcopo, & Capitulo fiant collegialiter, quia conſiderantur ut duo corpora. Put. *deciſ. 62. de præb.* Lotter *l. c. q. 21. n. 24.* Garz. *loc. cit. n. 42.* Barboſ. *loc. cit. n. 4.* Et in hac collatione ſimultanea, tanta eſt ſolius Epiſcopi poteſtas, quanta totius Capituli & econtra DD. *ſupr. cit.* Et ſi Epiſcopus conferat uni, & Capitulum alteri, nulla collatio valet, quia ad invicem ſe impediunt. Gonzal. & Garz. *loc. cit.* Rot. apud Barboſ. *de Canon. cap. 14. num. 9.* In electionibus vero ejuſmodi, non requiritur obſervantia. *cap. quia propter de elect.* Abb. *in cap. Eccleſia veſtra eod.* Barboſ. *loc. cit. num. 17.* ubi Rot. dummodo vota dentur in Capitulo, non extra. Barboſ. *ut ſupra*.

3 Porro poſſeſſio Canonicatus eſt capienda capitulariter, aliter non valet, nec eſt manutenibilis. Innoc. & DD. *in cap. litteras de reſtit. ſpol.* Lotter. *de benef. lib. 2. tom. 1. q. 21.* Poſt. *de manut. obſ. 30. num. 3.* ubi Rotæ plures. Capon. *diſc. for. 227.* Caſſad. *deciſ. 8. de conceſſ. præb.* Rot. apud Merlin. *deciſ. 141.* Barboſ. *loc. cit. q. 15.* Dicitur autem capitulariter capta, etiam contradicentibus aliquibus Canonicis; imo ſi Capitulum ſine rationabili cauſa recuſet dare poſſeſſionem, illam tunc poteſt dare ſuperior ſine Capitulo, & dicetur poſſeſſio data capitulariter, vel ſi Canonici ad alia negotia fuiſſent congregati. Capon. *loc. cit.* Rot. apud Merlin. *deciſ. 299.* Barboſ. *loc. cit. num. 2.* Ampliatur primo, licet poſſeſſio fuerit capta de mandato Executoris Apoſtolici: quia ſi per ſonum Campanæ non fuerint citati Capitulares, non valet. Rot. apud Ludoviſ. *deciſ. 364.* Caſſad. *loc. cit.* Abb. *in cap. 2. de conſuet.* Poſt. *de manut. obſ. 30. a num. 4.* Secundo ampliatur, licet fuiſſet data facultas capiendi poſſeſſionem propria authoritate; quia adhuc debet capi capitulariter. Et Canonicus, cui a Capitulo fuit denegata poſſeſſio, habetur pro admiſſo ad effectum gaudendi prærogativis, & emolumentis aliorum Canonicorum. Rot. *in Pacenſi Canonicatus 27. Junii 1612. coram Manzenedo. & in una Toletan. Canonicatus 5. Novem. 1610. coram Lancellot.* Surd. *conſ. 374. n. 7.* Ludoviſ. *deciſ. 341. n. 3.* ubi Beltramin. vide etiam verb. *Negligentia*.

Limit. primo, ubi eſt conſuetudo capiendi poſſeſſionem non capitulariter. Caſſad. *deciſ. 4. de cauſ. poſſeſſ.* Barb. *l. c. n. 10.* Limit. ſecundo, ſi capitulum ſine urgenti ratione denegat poſſeſſionem; ut ſupra dictum eſt, *cap. ſi Capitulo, de conceſſ. præb. in 6.* Rota ſæpius apud Barboſ. *loc. cit. num. 11.* Ubi notandum eſt decretum Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 14.* prohibens in poſſeſſione ejuſmodi, ne conditiones, vel deductiones ex fructibus, ſolutiones, promiſſiones &c. interponantur, Sicut etiam dulciaria multa eſſe de genere prohibitorum in Concil. Trid. *cap. 14. cit.* a Canonico in poſſeſſione exigenda. Zerol. *in prax. Epiſc. p. 2. verb. poſſeſſio Beneficii §. 5.* neque dulciaria modica, uti confecturæ &c, poſſunt exigi pro admiſſione ad poſſeſſionem, non obſtante conſuetudine etiam antiquiſſima in contrarium. S. Congr. Concil. *in una Trid. 19. Febr. 1533.* neque valet ſtatutum in contrarium. *cap. fin. q. 3.* S. Congr. apud Garz. *de benef. p. 8. cap. 1. num. 84.* Secus pro utilitate Eccleſiæ. Barb. *loc. cit. a n. 24. & 29.* ubi DD. 4

Canonici proviſi de Canonicatu in Cathedrali, tenentur emittere profeſſionem fidei intra duos menſes a die captæ poſſeſſionis. Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 12. de reform.* Barb. *de poteſt. Epiſc. alleg. 61. & de Canon. cap. 17.* Garz. *de Benef. p. 3. c. 3. n. 1. & 29.* Tambur. *de Jur. Abb. tom. 1. diſp. 8. q. 3. n. 9.* Antonel. *de regim. Eccleſ. lib. 3. c. 14.* Quarant. *in Sum. Bullar. verb. Beneficiorum poſſeſſio, verſ. inter alia*. Poteſt hæc fieri per procuratorem, ut tenent *cit. DD.* quibus addo Dian. *mor. p. 5. tr. 14. reſol. 23.* & talis eſt praxis. Quidquid in contrarium videatur ſentire Riccius *in prax. profeſ. fid. reſol. 192. p. 3.* Licet illam in alio Canonicatu, vel beneficio emiſiſſent, nam tenentur nihilominus illam in novo Canonicatu emittere. 5

Poſt Concil. Trid. poſſunt Canonici &c. abeſſe per tres menſes, niſi ſtatutum Eccleſiæ vel conſuetudo requirat majus ſervitium. Barb. *de Canon. cap. 20.* Garz. *de benef. p. 3. cap. 2. a n. 180. & 306.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gl. 11.* Sanctarel. *var. reſol. q. 4. n. 19.* Zerol. *in prax. Epiſc. p. 1. verb. privatio §. 2. dub. 4.* Leo *in Theſ. for. Eccleſ. p. 3. cap. 2. a n. 21.* ſecundum quos, licet Canonici pro trimeſtri non teneantur petere licentiam, Epiſcopus providere tamen debet, ne omnes ſimul, & ſemel abſint, & maxime in Feſtis Natalitiis, & Paſchalibus, vel maximis ſolennitatibus. Quod autem diximus, niſi ſtatutum Eccleſiæ requirat majus ſervitium, intellige, niſi eſſet ſervitium totius anni, cum enim illud eſſet nimis durum, non excluderet tres menſes. Garz. *l. c. num. 311.* Barboſ. *de off. Epiſc. alleg. 53. n. 121.* 6

Præterea, non ſufficit reſidentia materialis, ſed requiritur, quod ſit formalis in Choro cantando, niſi contraria vigeat conſuetudo, per ſe, & non per ſubſtitutos, pia munera obeundo. juxta Concil. Trid. *ſeſſ. 22. c. 4. de reform. & 24. c. 12.* Monet. *de diſtrib. p. 2. c. 4. a n. 17.* Garz. *de benef. p. 3. c. 2. n. 323.* Barb. *l. c.* Neque excuſantur, ſi manent in Civitate, vel volunt amittere diſtributiones. DD. *cit.* & Dian. *mor. p. 2. tr. 12. reſ. 31.* Garz. *loc. cit. a n. 19.* Poteſt tamen Epiſcopus diſpenſare, quod Canonici poſſint in anno abeſſe quatuor menſibus, de quo plura in verb. *Epiſcopus*, dixi, niſi contraria vigeat conſuetudo: ſed Sac. Congr. *in una Placentina 25. Julii 1570.* quam refert Garc. *de benef. p. 3. c. 2. n. 498.* Zerol. *in prax. Epiſcop. p. 2. verb. Canonicus. §. 5. &* Barboſ. ad Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 12.* cenſuit, quod ſi factum eſt aliquod ſtatutum, quod Canonici poſſint inſervire per ſubſtitutos, vel alternatim unus pro alio, non ſit habenda ejus ratio, quia eſt contra Concil. Alia ſimilis in d. loco Barb. adeſt, quæ ſic ſonat. *Canonici cogendi ſunt ad perſonaliter canendum Miſſam illis diebus, quibus ex inſtitutis, & legitima conſuetudine illius Eccleſiæ debent*, quam, ac alias refert etiam Garc. *l. c. n. 495.* 7

Hinc

8 Hinc etiam non poſſunt abeſſe a Capitulis, quia eorum munus eſt adminiſtrare res Eccleſiæ, & Capituli. DD. apud. Garz. *de benef. p. 3. cap. 2. §. 2. num. 529.*

9 Sed peccantne abſentes a Choro vel Capitulo? Affirmant multi: ſed communior apud Barboſ. *de Canon. c. 40. n. 10.* negat, ſaltem non mortaliter; argumentando primo a ſenſu contrario ex Concil. Trid. deſumpto *ſeſſ. 23. c. 1. de reform.* ubi dicitur, quod abſens a Beneficiis Curatis peccat mortaliter; ergo qui abeſt a non Curatis, non peccat mortaliter; nam qui ex duobus oppoſitis, unum affirmat, alterum negare videtur. *cap. nonne, de præſ.* tum quia lex pure pœnalis, qualis eſt hæc Concilii, non obligat ad culpam mortalem; quia in pœnis benignior interpretatio eſt facienda, *cap. in pœnis de Reg. Jur. in 6.* benignius vero eſt dicere: Concilium eſſe contentum pœna temporali. Barb. *de Offic. Epiſc. alleg. 53.* Diana *mor. p. 4. tr. 4. reſol. 217.* Antonel. *de regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 12. n. 5.* Sylveſt. *in ſum. verb. Hora. §. 10.* ubi Angel. *n. 21.* ſed quod peccent mortaliter, & quod hæc lex non ſit pure pœnalis, tenet Garz. *loc. cit. n. 321.* ubi adducit declarationes. S. Congr. & alii apud Dian. *loc. cit.*

10 Præterea abſentes etiam in trimeſtri non lucrantur diſtributiones, niſi fructus præbendæ conſiſtant in diſtributionibus, etſi abeſſet cauſa ſtudiorum. Gratian. *diſcep. for. lib. 1. cap. 166. a n. 17.* Quarant. *in Sum. Bull. verb. reſidentia.* S. Congr. apud Riccium *in prax. diſtrib. reſ. 396. & p. 2. in prax. var. reſol. 70.* vel niſi diſtributiones ſuccedant loco fructuum. Ampliatur, non obſtante ſtatuto Capituli, vel conſuetudine, aut conſenſu Canonicorum, qui non poſſunt dare diſtributiones abſentibus, niſi abſint ex juſta cauſa. Abb. *in cap. un. de cler. non reſid. in 6.* Ludoviſ. *dec. 154.* Barboſ. & alii. Riccius *in prax. diſtribut. p. 1. reſol. 395. n. 4.* ubi Rot. *& reſ. 394. n. 7. & 8.* & quod Capitulum hanc poteſtatem concedendæ licentiæ non habeat, nec cum illo conveniri poſſit, ut diſtributiones in abſentia acquirantur, tenet Archid. *in cap. 1. in fin. verſ. dic, quod forte contrarium, de Cl. non reſid. in 6.* ad mentem Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 2. de reform.* ibi: *diſtributiones vero, qui ſtatutis horis interfuerint, recipiant: reliqui, quavis colluſione, aut remiſſione excluſa, his careant.* apud Rot. *deciſ. 61. p. 1. n. 3.* ubi declaratio Sacr. Congr. Sacr. Concilii interpr. & Navar. *de Orat. & hor. canon. c. 22. Miſcell. 14. n. 48.* Quamvis Canonicus, cui jam dictæ diſtributiones, quas abſens amiſit, accreverunt, poſſit eas remittere, id eſt conſentire, ne is, qui propter abſentiam eas jam perdidit, teneatur reſtituere, ad intellectum gloſ. *in cap. 1. in verſ. ſuas, de Cler. non reſid.* quam gloſſam ita intelligit Navar. *loc. cit. n 49.* Franc. *in cap. un. §. qui vero num. 4. verſ. tu dic, de Cler. non reſid. in 6.* apud Rot. *cit. n. 4.* ubi, quod ita intelligendus ſit Gemin. *in d. § qui vero num. 10. verſ. poſſent concordari* & Card. *in Clem. 2. n. 8. verſ. decimo tertio quæro, de vit. & honeſt. Cler.* & aſſignat diſparitatem, cur primum Capitulo non liceat, bene vero ſecundum: quia nempe dolus præteritus remitti poteſt. Bal. *in L. Juris gentium. §. ſed ſi paciſcar. n. 3. ff. de pact.* Jaſ. *in L. ſi unus. §. illud nulla. in princ. eod. tit.* dolus vero de futuro remitti non poteſt; quia ſic invitaretur quis ad delinquendum. Jaſ. *loc. cit. num. 1.* Ruin. *conſ. 129. n. 20. lib. 5.* Navar. *loc. cit. n. 49.* Prædicta limitantur in abſente ex juſta cauſa, puta ob infirmitatem, vel tuendam valetudinem, ſi dum eſſet ſanus, erat ſolitus reſidere. Riccius *in prax. diſtrib. reſ. 399.* Garz. *de benf. p. 3. cap. 2. n. 432. ſeqq.* nemo enim ſine culpa eſt privandus. *cap. ſatis perverſum. 50. diſt.* Covar. *lib. 3. var. reſ. cap. 13. num. 8.* Item ſurdus, ſenex &c. Capon. *diſc. for. 181.* ut infra etiam in Verbo *Diſtributionem num.* Item qui abeſt propter litem gravem criminalem, non vero civilem, maxime dum poteſt agere per procuratorem. Mareſcot. *lib. 2. ver. reſol. cap. 32. n. 11.* abſens enim ex juſta cauſa dicitur præſens, ſicut etiam ille, qui ſtatim eſt reverſurus. Riccius *in prax. reſid. p. 3. reſ. 392.* dummodo concurrat licentia ſuperiorum. Item injuſte detentus, vel exulans, aut captus ab hoſtibus. Monet. *de diſtribut. p. 2. q. 5.* Tuſc. *litt. D. concl. 514.*

11 Porro, ut infirmus lucretur diſtributiones, infirmitas debet eſſe gravis. Monet. *de diſtrib. p. 2. q. 6.* Garz. *de benef. p. 3. cap. 2. n. 363.* Hojed. *de incompat. p. 1. cap. 17.* Et quando morbus ſit gravis, viri prudentis, vel Medici judicio relinquitur. DD. *cit.* & Menoch. *de arbitr. caſ. 60.* licet infirmitas propria culpa fuerit contracta, etiam animo non accedendi Chorum. Neque obſtat, quod famulo ægrotanti non debeatur ſalarium, quia quidquid ſit de hoc, certe debentur eidem alimenta, quorum loco ſuccedunt diſtributiones, & quia ſi Lex Civilis hoc non conceſſit famulis, Jus Canonicum, utpote benignius, & æquitatem ſequens, id conceſſit Clericis.

12 Ita abſens in evidentem Eccleſiæ ſuæ utilitatem lucratur diſtributiones, ſecus, ſi in alterius Eccleſiæ utilitatem. *cap. un. de Cler. non reſid. in 6.* Monet. *de benef. p. 3. cap. 2. num. 360.* Hojed. *de incompat. p. 1. cap. 17.* Item abſens pro Capitulo ad tractanda ejus negotia. DD. *cit.* Item Miſſus ad limina ex decreto Sixti V. apud Bonac. *de Hor. Canon. diſp. 2. q. 5. punc. 3. n. 14.* Item abſens cum Epiſcopo in utilitatem propriæ Eccleſiæ, ſecus, ſi abſit cum illo viſitante Diœceſim, ut ei aſſiſtat, vel celebranti in alia Eccleſia. Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 12.* Monet. *de diſtrib. p. 2. cap. 8. num. 13. ſeqq.* S. Congr. apud Garc. *de benef. p. 3. cap. 2. n. 345. ſeqq.* & ibi Rot. Quarant. *in verb. diſtributiones*, & patet *ex cap. ad audientiam, de Cler. non reſid.* Bonac. *loc. cit. §. 2.* quod eſt conforme juri Canonum *in c. de cætero, de Cler. non reſid.* vi cujus, qui eſt in ſervitio Epiſcopi, percipit quidem fructus tanquam reſidens, non tamen diſtributiones quotidianas, cui capitulo cum ſuis concordantibus non fuit derogatum jure novo Concil. Trid. *l. c.* ut per DD. apud Garz. *l. c. n. 346. ſeq.*

13 Præſens in Choro, ſed non cantans, non lucratur diſtributiones, ſed tenetur eas reſtituere. Concil. Trid. *ſeſſ. 21. cap. 3. & ſeſſ. 24. cap. 12.* Covar. *lib. 3. var. reſol. cap. 13. num. 3.* niſi adſit conſuetudo contraria. Riccius *in prax. var reſ. 362. p. 2.* Diana *p. 2. tr. 1. reſ. 6.* Garc. *de benef. p. 3. cap. 2. num. 513.* qui tamen dicit, etiam præſcindendo a conſuetudine contraria, non canentes lucrari diſtributiones, peccare tamen mortaliter. Barboſ. *de Canonic. cap. 34. num. 9.* quia cantus fuit præceptus jure poſitivo. * Idem confirmat Benedictus XIV. Conſtit. *Cum ſemper. §. 24.* dicens, Canonicos, & Dignitate ubique ad pſalendum, & canendum teneri, non obſtante qualibet contraria conſuetudine, aut præſumtis privilegiis.

14 Canonicus, vel beneficiatus non reſidens, ob non reſidentiam poteſt privari, ſervata tamen forma *cap. ex tuæ, de Cler. non reſid.* vi cujus, ſi beneficiatus neſcitur, ubi ſit, vel ſcitur quidem, ſed facile citari perſonaliter non poteſt, tribus publicis edictis citari debet, affigendis ad valvas illius Eccleſiæ beneficiati abſentis. ut notant Cardin. *in prin.* & Abb. *num. 1. in cit. cap ex tuæ.* & ſi poſtea expectatus per ſex menſes non comparuerit, beneficio privabitur: nec ſufficeret unica citatio edictalis peremptoria pro tribus, cum talis difficulter in notitiam citati perveniat. ut notat Jo. Andr. *in cit. tit. num. 4. & in addit. ad Specul. ſuper rubr. de Cler. non reſid. in 3. quæſt.* quo verum eſſe dicit Laym. *in d. cap. ex tuæ. num. 2.* ſi conſuetudo ſit, ut proclamatio præmittatur per præconem. juxta *Clem. 1.* ubi gl. *de judic.* ob rationem datam: ſecus ſi citatio fiat per edictum ad valvas Eccleſiæ juxta *cap. ult. de dolo. argum. L. contumacia. 53. ff. de re jud.* ubi, quod unum peremptorium tribus edictis æquivaleat. Quod ſi vero conſtet, ubi beneficiatus ſit, & poſſit facile perſonaliter citari, non ſufficiet citatio edictalis, ſed requiretur perſonalis, ſufficiet tamen unica cum competenti termino ad redeundum ad reſidentiam, quo termino elapſo, etiam non expectatis ſex menſibus, beneficio privari poterit, cum videatur illud habere pro derelicto. ita Fagnan. *in dict. cap. ex tuæ a num. 1. ad 9. ob tex. in cap. ex parte. de Cler. non reſid.* gloſ. *in cap. quoniam frequenter. §. porro, in verb. Canonibus. ut lit. non conteſt.* Abb. *in d. cap. ex tuæ in 3. oppoſit. n. 10. & 13. verſ. conclude ergo.* Selva *in tract. de benef. p. 4. q. 4. & ſeqq.* niſi abſens habeat juſtum impedimentum non redeundi. ob tex. *in cap. ex parte, & cap. inter, de Cler. non reſid.* nam impedimentum ſuperveniens, puta inimicitiæ, hoſtes, peſtis &c. in loco beneficii, excuſat a pœna decreta non redeuntibus: dummodo impedimentum non ſit affectatum, aut voluntarium. Bart. *in L. 2. §. ſimili modo. ff. ſi quis cautionibus.* Laym. *in cit. cap. inter.* Limit. ſi etiam

superveniente impedimento, beneficiatus venire amplius non potuisset in termino præfixo. Imol. *in d. cap. inter. in fin.* quamvis in isto casu, si res sit adhuc integra, nec privatio secuta, possit beneficiatus expectari de æquitate, quatenus possit brevi tempore moram purgare. Laym. *loc. cit.* Verum dispositio hujus *cap. ex tuæ*, hodie procedit tantum contra eos absentes, qui obtinent solum beneficia simplicia personalem residentiam requirentia extra Cathedrales, & Collegiatas Ecclesias. teste Fagnan. *loc. cit.* Hodie vero de jure Concil. Trid. aliter proceditur contra Parochos absentes, & aliter contra habentes dignitates, Canonicatus, præbendas &c. in Cathedralibus, & Collegiatis; & quidem contra Parochos absentes statuit Sac. Congr. Concil. ut procedatur ad normam *cap.* 1. §. *eadem omnino. sess.* 23. *& cap.* 1. *sess.* 6. ut videre est apud Fagnan. *loc. cit.* juxta quam normam ergo Parochus absens non solum non facit fructus suos, sed etiam si abfuerit ultra sex menses, incidit ipso jure in pœnam privationis quartæ partis fructuum unius anni: quod si per alios sex menses in tali absentia perseveraverit, privatur alia parte fructuum, & tandem, si in contumacia perseveraverit, ad privationem deveniri potest, ex quibus colligitur, Episcopum, ut valide Parochum privet per hanc viam subtractionis fructuum, debere absentem citare, servato temporis intervallo sex mensium: quæ citatio tamen, sive sciatur, sive non sciatur, ubi absens sit, & sive possit facile personaliter citari, sive non, sufficiet, quod sit edictalis, nec requiretur personalis; imo & una peremptoria pro tribus: & citatus non comparens in termino eidem competenter assignato, etiamsi non sciatur, ubi sit, non erit expectandus per alios sex menses, sed statim elapso termino ultimæ citationis privari potest. Fagnan. *l. c.*

15 Quoad obtinentes vero Dignitates, Canonicatus &c. disponitur in Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* ut non residentes, seu absentes ultra tres menses, primo anno priventur dimidia parte fructuum, & si iterum fuerint contumaces, priventur secundo anno omnibus fructibus, & si ulterius fuerint contumaces, procedatur contra illos secundum Canones, & sic ad privationem. Barbos. *de off. Episc. alleg.* 53. *num.* 122. *& de Canon. cap.* 20. *num.* 15. Garc. *d. cap.* 2. *n.* 144. Zechius *de republ. Eccles. tit. de benef. num.* 6. ex quo iterum colligitur, quod antequam obtinentes dignitates, Canonicatus, & præbendas &c. in Cathedrali, aut Collegiata, ob absentiam beneficio privari possint, expectandum esse lapsum trium annorum, & tandem transacto tertio anno, non statim veniendum ad privationem, sed citandi erunt ad normam *supra cit. cap. ex tuæ*, ut supra diximus: & sic contra Canonicos &c. dispositio tex. cit. *cap. ex tuæ.* incipit procedere post tres annos, ob verba Concil. Trid. *d. sess.* 24. ibi. *contra eos, juxta sacrorum Canonum constitutiones procedatur.* ita Fagnan. *loc. cit. num.* 35. *seq.* ubi vide. Et quamvis juxta aliquos non sit necessaria privatio per sententiam, ob tex. *in cap. ex parte & cap. seq. de Cler. non resid.* ubi Abb. Innoc. Jo. Andr. *num.* 2. Imol. *n.* 3. ac alii apud Garc. *de benef. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 132. tamen Abbas *in cap. inter.* 10. *eod. tit.* apud Laym. *in d. cap. ex parte præd. tit.* docet, consultius esse, ut beneficiarius per judicialem sententiam privetur, cognita prius causa, quod culpabiliter, & contumaciter absit.

16 Notandum tamen est, liberum esse Ordinario, velitne hac via procedere ad privationem, vel etiam censuris Ecclesiasticis absentes contumaces compellere ad residentiam ad privationem usque. ut *in cit. cap. ex tuæ.* docet Fagnan. *n.* 16. *&* 31.

17 Quæ prædicta tamen procedunt, ut taliter ad residentiam quis arctari possit, ubi dicta residentia præcisa requiritur, non vero ubi illa requiritur solum causative, quatenus scilicet quis velit consequi fructus: ad quam tantum Canonici plurimarum Cathedralium Germaniæ tenentur. Navar. *cons.* 1. *de Cler. non resid.* Pax Jordan. *de re benef. lib.* 10. *tit.* 28. *a num.* 15. (de quo etiam notavimus supra in verb. *Beneficium. num.* 96.) & hoc vel ex dispensatione Pontificia, quod possint retinere plures Canonicatus, vel ex consuetudine. Jordan. *loc. cit. num.* 18.

18 Canonici Cathedrales, licet stricte Canonicatus non sit dignitas, tamen possunt esse judices delegati Pontificis. Felin. *in cap. cum. M. de const.* Riccius *in prax. p.* 1. *res.* 101. an vero causa Canonico commissa expediri possit, si tempore sententiæ fuit resignatus Canonicatus, & an possit de illa Episcopus cognoscere, si Canonicus commissarius fuit factus Vicarius, vide late Gratian. *disc. for. cap.* 92. affirmantem quoad primum punctum, & negantem quoad secundum; & præcedunt Abbates etiam habentes usum mitræ. Secus Canonici Collegiatæ. Sperel. *decis.* 167. Riccius *in prax. res.* 585. *p.* 1. vide etiam Barbos. *de Canonic. cap.* 19. Paris. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 1. *n.* 102.

Canonicus, qui prævenit in possessione Canonicatus 19
capienda, debet aliis præcedere in stallo, voce, optione, cæterisque prærogativis, licet alii fuerint priores in provisione. Seraph. *decis.* 437. *n.* 3. Rot. apud Farinac. *decis.* 867. *p.* 4. Gratian. *decis.* 16. *in addit. n.* 1. Riccius *in prax. for. Eccles. res.* 555. *in* 2. *edit.* apud Barbos. *de Canonic. c.* 18. *n.* 12. apud quem alii. Et quod in hoc passu non sit attendendum tempus provisionis, sed captæ possessionis, est tex. *in L.* 1. ubi Jo. de Plat. & alii *C. de consul. lib.* 12. *c.* 1. & ibi Canonistæ, *de major. & obed.* Bart. *in L.* 1. *n.* 4. *ff. de albo scrib.* Garz. *de benef. p.* 4. *cap.* 5. *n.* 77. Bal. *in cap. cum olim, de consuet. n.* 1. *not ab.* 2. & alii apud Rot. *decis.* 410. *p.* 4. *rec. tom.* 1. *n.* 4. ubi de Coadjutore, qui cedere debet Canonicis illis, qui Canonicatus possessionem sunt adepti, pendente coadjutoria, seu ante mortem Coadjuti, quia coadjutor etiam cum futura successione capit possessionem solum post mortem coadjuti. Uti notavimus infra in verbo *Coadjutoria.* Sic etiam etiamsi Canonici in Ordine Presbyterali constituti, & Canonicatum Presbyteralem obtinentes, in Choro, Capitulo, & processionibus ac sessionibus præcedere debeant canonicos in Diaconatu, vel Subdiaconatu constitutos, & Canonicatus Diaconales, vel Subdiaconales obtinentes (ubi nempe talis divisio in Cathedralibus adest.) etiamsi postea fuerit admissi, & recepti, non obstante consuetudine contraria, tanquam corruptela. Gratian. *decis. March.* 16. *n.* 17. Gavant. *oper. moral. verb. præcedentia. n.* 38. & alii apud Otthobon. *decis.* 4. *n.* 40. *seqq.* quia monstruosum foret in Ecclesiis, processionibus &c. videre Diaconum, vel Subdiaconum ante Presbyterum. & Rot. *decis.* 37. *p.* 17. *rec. n.* 9. *&* 10. tamen in pari gradu Ordinis Canonicus senior præcedit juniorem a tempore receptionis: ita ut senior in receptione præcedat juniorem, quamvis junior in receptione sit senior in Presbyteratu. ita Rot. *tot. decis.* 156. *p.* 17. *rec.* ubi Ceccoper. *lucubrat. Canon. lib.* 1. *num.* 167. *& seqq.* & Sacra Rit. Congr. 3. *Augusti.* 1602. relata a Barbos. *Apostolicarum decis. collect.* 46. *num.* 5. *vers. ubi dicitur.* & alii: quæ maxime procedunt, si absit observantia. Et quod extra processiones, sessiones in Choro &c. Diaconi vel Subdiaconi seniores in receptione, antecellant Presbyteros in receptione juniores, in aliis juribus, puta optandi, turni &c. tenet late Rota *decis.* 37. *d. p.* 17. *res.* ubi Monet. *de optionib. cap.* 7. *quæst.* 2. *num.* 36. *vers. id cessat.* Barbos. *de Canonic. & dignit. cap.* 30. *num.* 10. *&* 11. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 34. *num.* 49. *&* 100. ac alii; ob rationem, quod diversitas Ordinum, in quos dividuntur Canonici, nempe Sacerdotum, Diaconorum, & Subdiaconorum, respiciat tantummodo differentiam officiorum ad elegantiorem Hierarchiæ Ecclesiasticæ Majestatem: optio autem non detur ratione alicujus muneris particularis in illo Ordine præstiti, sed ratione ancianitatis in ministerio Ecclesiæ, illiusque receptione. itaque

Canonici habent jus optandi, non de jure, sed ex 20
consuetudine, privilegio, vel indulto Apostolico: qui optare debent intra viginti dies a die scientiæ, saltem verisimilis: quod tempus prorogari potest ad aliquot dies, vel minui, consentientibus tamen omnibus. Et optare debent, ut dictum, prius antiquiores de Collegio, juxta antianitatem gradatim; quæ optio non habet locum in beneficiis reservatis generaliter, vel specialiter, de qua in loco. Neque in resignatis. Barb. *de Canon. cap.* 30, *& de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap. ult. n.* 11. neque habet locum in beneficiis annexis dignitati. Rot. apud Merlin. *dec.* 100.

Canonici, stante insufficientia reddituum, compelli 21
non possunt ad aliquem recipiendum in locum antiquorum Canonicorum demortuorum, & valide huic receptioni se opponere possunt. Abb. *in cap. ex parte. n.* 4. ibique Imol. *n.* 10. *vers. in eadem glossa, de concess. præb.*

præb. Modern. *Romanus, de re benef. lib.* 1. *quæst.* 14. *sub num.* 19. *vers. tamen id intelligitur. & n.* 21. *seqq.* Mantic. *decis.* 229. *num.* 3. apud Rot. *decis.* 317. *n.* 9. *p.* 10. *rec.* modo tamen dicta insufficientia justificetur. An vero statutum per Canonicos factum, taxans numerum Canonicorum, etiam in præjudicium expectantium, valeat, sicut & statutum, quod impetrans Canonicatum, non habeat vocem in Capitulo, & an, & quando dicto statuto censeatur derogatum per clausulam „ *non obstantibus statutis*, in litteris Apostolicis positam? vide Gratian. *disc. for. cap.* 867. *n.* 10. *& per tot.* & apud illum Felin. *in cap. constitutus.* 19. *de rescript.* ubi, an & quando impetrans debeat facere mentionem dicti statuti.

22 Canonicus, licet accusatus, non repellitur ab electione, quia alias malignus posset aliquem repellere ab electione. Diana *par.* 10. *tr.* 13. *res.* 32. apud quem plures. Neque ob non residentiam, sine sententia declaratoria. Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 12. Hojed. *de incompat. p.* 1. *cap.* 8. Rot. apud Seraph. *decis.* 23.

23 Canonicatus, qui ex indulto Pontificio debetur certis personis, si vacet in mense reservato, potest a Papa conferri etiam illis, qui non habent qualitates in dicto indulto requisitas, cum indultum non liget Pontificem. Coccin. *decis.* 2028. *num.* 10. ac proinde provisus a Pontifice non tenetur probare, se habere dictas qualitates, quando illud indultum non fuit concessum in limine fundationis. ut per Abbat. *in cap. cum in cunctis. §. inferiora. n.* 11. *de elect.* Rot. *decis.* 18. *de rescript. in antiq.* Put. *decis.* 301. *lib.* 1. *in correct. & decis.* 11. *de constit. & 5. in tit. de mensib. n.* 15. *fol.* 179. apud Rot. apud d. Coccin. *num.* 2. tenetur tamen probare illas qualitates, quæ sunt de essentia beneficii: puta, quod habeat legitimam ætatem, quod non sit illegitimus &c. Rot. *cit.*

24 Canonicus privatus Canonicatu, si postea restituatur, non recuperat suum primum locum in præjudicium Canonicorum medio tempore receptorum. Bart. *in L.* 2. *ff. de decur.* nisi privatio fuerit injusta; cum tunc per factum Judicis minus recte procedentis non ceciderit sua possessione. Ang. & alii. *in Leg. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. possess.* & ideo tunc retineret suum primum locum. ita Rot. *decis.* 44. *part.* 3. *recent.* vide Felin. *in cap. ex insinuatione. col.* 2. *post med. vers. facit iste textus: in fin. de Simon.* post Bart. *in L.* 2. *ff. de decurion.* Gratian. *disc. for. cap.* 845. *n.* 10. *&* 11. ubi etiam de renunciante, & postea denuo Canonico effecto. tex. est *in d. cap. ex insinuatione.* 26. *de Simon.*

25 Canonicatus singuli non dicuntur Curati, seu habere annexam animarum Curam, quando dicta cura non est annexa alicui particulari Canonicatui (idem dic de dignitatibus) sed ipsi Capitulo collegialiter, nec tunc cura residet penes singulos, sed penes Capitulum, quod administrat illam per Capellanos, seu Curatos ad libitum amovibiles, & collegialiter deputandos, ut per tex. *in cap. cum non ignores.* 15. *de præb. & in cap. sicut in una* 21. *q.* 3. glos. *in Clem. un. §. quidam etiam in verb. ad mensam. un fin. de excess. Prælat.* Oldrad. *cons.* 67. *per tot.* Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 6. *num.* 42. Barb. *de offic. Paroch. cap.* 1. *num.* 53. docet Rot. apud Otthob. *decis.* 58. *num.* 3. *&* 4. Et cum dignitates, & Canonicatus non dicantur habere curam, nec actu, nec habitu, quando illa residet collegialiter penes totum Capitulum. Oldrad. *loc. cit. num.* 1. *&* 2. Felin. *in cap. in nostra.* 32. *n.* 15. *col.* 4. *vers. scias etiam, de reser.* Staph. *de litt. grat. tit. de qualit. benef. quæ sunt curata. num.* 11. Ojed. *de incompat. cap.* 13. *n.* 7. Garz. *de benef.* 9. *p. cap.* 2. *n.* 175. ideo in hoc casu ab impetrante nulla erit necessario facienda mentio curæ; quia beneficium præsumitur simplex, non curatum. Gabr. *cons.* 191. *n.* 1. *lib.* 1. Gregor. *decis.* 108. *num.* 2. & alii apud Otthob. *d. decis.* 58. *num.* 8. *&* 9. etiamsi Canonici soleant subinde exercere curam; quia tunc non censentur illam exercere nomine proprio, sed nomine Capituli. DD. *cit.*

26 Canonicus jurans servare statuta, censetur id sensisse de validis, non invalidis, & quæ sunt contra Concil. etiamsi sit generaliter præstitum juramentum. Bald. *in L. un. num.* 9. *C. de his, quæ pœn. nom.* Surd. *cons.* 58. *num.* 15. *in fin.* Sanch. *ad præcept. Decalog. lib.* 3. *c.* 14. *n.* 8. apud Otthob. *decis.* 202. *n.* 10. ubi etiam Mantic. *decis.* 52. *num.* 8.

Canonicus dispensatus super residentia non est dispensatus, quod non teneatur se præsentare incerto die, uti S. Jacobi v. g. nisi de hoc fiat mentio in dispensatione; quia non potest extensio gratiæ fieri de uno articulo in alium. Rot. *decis.* 331. *rec.* Bursat. *cons.* 162. *num.* 33. Neque dicitur dispensatus in jure dandi suffragium in electione, quando residentia, & jus dandi suffragium principaliter a statuto, vel consuetudine expresse deduc untur, secus si accessorie ex juris communis dispositione inest præbendæ & onus residentiæ, & jus dandi suffragium in electione. glos. *in cap. quia in tantum.* 5. *de præb. & dignit. verb. plures.* 27

CAPITULUM.

Praxis Capituli.

§. I.

Capitulum Sede Episcopali plena.

Canonici possunt considerari, vel quantum Ecclesiam repræsentant, & tunc non possunt constituere unum corpus, nisi cum Episcopo. juxta *cap. requisisti, de testam.* Tusc. *litt. C. conclus.* 54. Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 32. *n.* 2. Vel quantum constituunt Capitulum, licet Episcopus non interveniat, & tunc constituunt unum corpus, ut colligitur ex *cap. Capitulum S. Crucis, de reser. & cap. dilecta, de excess. Præl.* & tunc Episcopus non est pars capituli. *cap. irrefragabili. de excess. Præl.* Abb. *in c. cum te, de reser. nu.* 3. de hujus capituli potestate nunc tractandum est, sicut de ejus obligatione, & in hoc paragrapho, sede plena, & in §. *seq.* sede vacante. 1

Capitulum ergo de jure communi super rebus ad Ecclesiam Cathedralem spectantibus, & circa ea, quæ concernunt suam communitatem, ac particularia ipsius Capituli negotia, & quæ solos Canonicos tangunt, potest condere statuta, etiam sine consensu Episcopi. *cap. cum omnes, de constit.* Antonel. *de regim. Eccl. lib.* 4. *cap. ult. n.* 1. glos. *in cap.* 221. *de V. S. in* 6. *in verb. statutum.* Imol. *in d. cap. cum omnes.* Decius, & Fel. *in cap. cum accessissent eod. tit.* Laym. *moral. tract.* 4. *cap.* 7. §. 4. *num.* 10. hinc poterit statuere, quomodo quotidianæ distributiones &c. inter præsentes sint dividendæ, Capitulum congregandum &c. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *qu.* 4. *num.* 38. Barbos. *de Canon. cap.* 42. *num.* 15. *&* 16. Fermosin. *de potest. Cap. tractat.* 3. *quæst.* 4. *per tot.* & sic conclusionem intellige, dummodo statuta sint justa, & licita: porro, pro limitatione hujus conclusionis. 2

Illicita sunt statuta, quæ tangunt Episcopum, vel statum universalem Ecclesiæ. Lotter. *loc. cit.* nisi consentiat Episcopus, saltem tacite. Maresc. *lib.* 2. *var. res. cap.* 32. *num.* 22. Gratian. *disc. for. cap.* 482. *num.* 3. Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 15. Antonel. *de regim. Eccles. loc. cit.* dixi, nisi Episcopus consentiat, quod tamen limitatur, si Capituli statuta sint juri communi contraria: tunc enim non sufficit consensus Episcopi, sed requiritur Pontificius, juxta ea, quæ diximus supra, in verb. *Alienatio:* quale statutum etiam fuit, quod descendentes ex genere infecto Judæorum, Maurorum, vel Hæreticorum, non admittantur ad beneficia Ecclesiastica. *cap. eam te, de reser.* Barbos. *loc. cit. num.* 18. Ulterius. 3

Illicita sunt statuta in negotiis valde arduis, in quibus requiritur consensus Episcopi; uti augere, vel minuere præbendarum numerum, decernere aliquid novum circa residentiam &c. glos. & DD. *in cap. cum accessissent. de constit. & in cap. cum consuetudinis, de consuet. cap. ex parte, de constitut.* Barbos. *loc. cit. num.* 16. 4

Sic non potest Capitulum statuere quidquam circa distributiones quotidianas, nec sede vacante, nec plena (nisi esset solum circa modum eas inter præsentes distribuendi, ut supra notavimus) sine consensu Episcopi. Monet. *de distrib. p.* 2. *qu.* 13. *n.* 26. Barbos. *de Canon. cap.* 42. *n.* 74. *& de offic. Episc. alleg.* 53. *n.* 139. Garz. *de benef. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 432. apud quem Sac. Congr. & ut supra, in verbo *Canonicus. n.* 10. ubi quod non possit pro præsentibus admittere Canonicos non residentes, & multo minus illos, qui nunquam in Ecclesia resederunt, & fidei professionem non emiserunt. 5

Ita

6 Ita ſtatutum, quod Canonicus poſſit celebrare, & obire munera ſua per ſe, vel per alios arbitrio ſuo, & ſine neceſſitate, eſt illicitum, & invalidum, utpote contra Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 12. de reform.* & vide declarationes Sac. Congr. ſupra in verb. *Canonicus n. 7.* Farin. *deciſ. 659.* Garz. *de benef. p. 3. cap. 2. num. 513.* & alii apud Ciarlin. *contr. for. cap. 38. n. 17.*

7 Ita ſtatutum, quod omnes Canonici debeant eſſe nobiles, eſt nullum. *cap. venerabilis, de præb.* P. Pirrhing *lib. 3. tit. 5. ſect. 4. §. n. 112.* Rot. apud Merlin. *dec. 99.*

8 Ita, quod capiens poſſeſſionem Canonicatus debeat aliquid dare convertendum in utilitatem propriam canonicorum, ſicut & in beneficiatis; quia eſt ſimoniacum, erit nullum. *cap. fin. 1. qu. 3. cap. Jacobus* ubi DD. *de conſtit.* Tuſc. *litt. S. concl. 252.* Sacr. Congreg. apud Garz. *de benef. p. 8. cap. 1. num. 83. ſeqq.* Idem dic de primis fructibus convertendis in utilitatem Canonicorum. Concil. Trid. *d. ſeſſ. 24. c. 12. de refor.* Bulla Pii V. *la* 104. Fermoſin. *de poteſt. Capit. tr. 3. quæſt. 4.* Antonel. *l. ſup. cit.*

9 Porro in his, quæ pertinent ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul, tanta eſt vox Epiſcopi ſolius, quanta ſolius capituli. Ut ex communi Canoniſtarum opinione *in cap. poſtulaſtis, de conceſſ. præb.* ubi Hoſtienſ. *num. 2. verſ. hoc eſt de jure communi.* Collectarius *in princ. & num. 1.* Calderin. *quæſt. 7.* Butr. *num. 11. verſ. ſi vero interſit.* Anchar. *num. 9.* Abb. *num. 14.* Imol. *num. 15.* Selva. *de benef. p. 2. quæſt. 7. num. 5.* Lambertin. *de Jurepatr. lib. 1. p. 2. qu. 1. art. 28. n. 1. & 2.* tenet Rot. apud Peniam *deciſ. 603. num. 4.* ita ut, cum Epiſcopus habeat in hoc intentionem fundatam in jure communi, contrarium prætendens probare deberet aut immemorabilem aut quadragenariam cum titulo, nec ſufficeret conſuetudo etiam quadraganaria ſine titulo, ut per Canoniſtas *in cap. fin. de conſuet.* ubi Anchar. *quæſt. 8. num. 11.* Butr. *num. 39. verſ. unde cum tangatur præjudicium.* Abb. *num. 20. verſ. ſi Epiſcopus acquirit, ut ſolus poſſit corrigere.* Felin. *in cap. quia ſtatuimus. n. 2. limit. 1. de major. & obed.* Covar. *in reg. poſſeſſor. p. 2. §. 3. nu. 2.* & alios plurimos, tenet Rot. *cit. num. 6.* ubi, quod, quando tractatur de auferendo jure Epiſcopo competenti, non ſit locus conſuetudini, ſed præſcriptioni. Et

10 Capitulum, ſicut poteſt ſtatuta condere in utilitatem, ac honorem ſuæ Eccleſiæ, præſertim annuente Epiſcopo, ut ſupra notavimus, ſic habet etiam poteſtatem conſuetudines illorum regimen concernentes inducendi. per text. *in cap. 1. de his, quæ fiunt a major. part. capit.* ubi Canoniſtæ & *in cap. un. de Cler. non reſid. in 6.* Imo etiam poteſt antiquioribus ſtatutis derogare. Bal. *in L. omnes populi. num. 85. ff. de I. & I.* Abbas *in cap. cum acceſſiſſent. num. 8.* ubi etiam Felin. *n. 11. & 14.* & DD. *de conſtit.* Surd. *conſ. 58. num. 22.* apud Rot. *deciſ 37. p. 17. rec.* qui DD. id aſſerunt, etiamſi ſtatuta fuerint a Pontifice confirmata. Ubi tamen notandum eſt, quod ubi adeſt canonicorum juramentum de ſtatutis ſervandis, conſuetudo eiſdem ſtatutis contraria per dictos canonicos introduci non poſſit: quia juramentum, quod uſui contrario adverſatur, magis quam ipſe uſus attenditur. ut per gloſ. *L. cum de conſuetudine. 34. ff. de LL. cum ſcribentibus in L. de quibus ff. eod.* & Canoniſt. *in cap. fin. de conſuet.* Batt. *in L. ſolent. §. non vero. n. 4. verſ. vidiſtis. ff. de offic. Proconſ.* Alex. *conſ. 5. n. 7. vol. 5.* Dec. *conſ. 215. num. 2. verſ. ſecundo.* Cravet. *conſ. 96. num. 5.* Surd. *conſ. 313. num. 33.* Bonac. *de cenſur. in Bull. Cœn. diſp. 1. q. 14. punct. 1. propoſ. 2. ſub n. 15. & quæſt. 15. punct. 4. §. 3. n. 1. verſ. 3.* S. Thom. *1. 2. quæſt. 97. art. 3.* & alios docet Rot. *deciſ. 210. p. 17. rec. num. 10.*

11 Ut tamen Capitulum ſtatuta facere poſſit, quatuor requiruntur. Primum eſt, ut conſenſus capitularium detur in loco capitulari & ad hoc deſtinato, non autem in quolibet, & a canonicis capitulariter congregatis, & non quomodocumque, vel ſingulariter, ſed per modum communitatis adſtantibus. Secundum eſt, quod omnes fuerint vocati, & ex tribus duæ ſaltem partes convenerint; de quo etiam infra *num. ſeqq.* & in verbo *Electio.* Tertium eſt, ut major pars præſentium conſentiat, & Quartum, ut ſanior ſit pars conſentientium, hoc eſt conſtans ex perſonis majoris authoritatis, & momenti. Barboſ. *l. ſup. c.* & Fermoſin. *uti ſupra tr. 3. quæſt. 4. num. 17. & tract. 1. qu. 17.* & ita non ſem-

per ſtandum eſt numero, ad tex. *in cap. quia propter 42. &c. in Geneſi 55. de elect.* ubi gloſ. *in verb. ad Zelum.* & dicitur etiam ſanior pars, cui adhærent Decanus, Præpoſitus, Sholaſticus &c. Otthobon. *deciſ. 202. n. 13.* ubi Butr. *in Eccleſia veſtra 57. eod. tit.* Alex. *conſ. 192. num. 6. lib. 6.* quare, ut cognoſcatur, quænam ſit ſanior pars, ponderanda erunt ſuffragia habito reſpectu ad ætatem, prudentiam, dignitatem &c. licet in dubio major pars ſanior credatur. *cap. prudentiam, offic. deleg.* Gonzal. *in lib. 3. decret. tit. de his quæ fiunt a major. part. cap. 11. n. 7.* Pirrhing *eod. tit. num. 3.*

12 Capituli ergo acta non valent, niſi fuerint vocati canonici, & duæ partes ex tribus ſint præſentes. Riccius *in prax. var. reſ. p. 2. reſ. 280.* hinc in collatione Beneficiorum ſpectantium ad capitulum ſunt vocandi omnes, ſicut & in receptione canonici, niſi ſint valde remoti, vel ſit conſuetudo contraria. *cap. cum in Eccleſia, de præb. in 6.* in collatione tamen neceſſaria ſufficiet duas partes eſſe præſentes. Abb. Lapus, & Franc. *in d. cap. cum in Eccleſia.* Pignatell. *conſ. 43. tom. 1.* Abb. *in c. 1. de his quæ fiunt a major. part. cap.* Rol. *conſ. 90. vol. 1.* Quod ſi tamen omnes canonici fuerunt vocati, & non comparuerunt, acta minoris partis valent, etiamſi non adſint duæ partes præſentes. vide Riccium *loc. cit.* ubi tamen duo notanda ſunt: primo, quod vocatus quis non præſumitur, niſi hoc probetur, colligitur ex *c. quod ſicut. 28.* ubi gloſ. *in verbo vocatos, de elect. & cap. quiſquis 4. q. 4. c. propoſuiſti, diſt. 82.* creditur tamen atteſtationi eorum, ad quos munus convocandi ſpectat, ut nuncio &c. gloſ. *cit.* cum aliis per Barboſ. *de canon. & dignit. cap. 39. num. 7.* apud Rot. *deciſ. 74. p. 16. rec. num. 27.* ſecundo, quod propter omiſſam formam in convocatione non inducitur nullitas, nec rettractatur actus, niſi non vocati proſequantur contemptum, ut colligitur ex cit. *c. quod ſicut.* & tenent Innoc. *in c. in Geneſi. num. 8.* ubi etiam Abb. *num. 10. de elect.* Caſtell. *de elect. cap. 8. num. 1.* apud Rot. *deciſ. 74. p. 16. rec. num. 31.* ubi etiam, quod non valeat ſtatutum Epiſcopi, vel capituli hanc nullitatem inducens etiam non reclamantibus non vocatis. Abb. *in cap. quia propter. n. 12. verſ. nec valeret, de elect.* Barboſ. *de Jur. Eccl. lib. 1. cap. 19. n. 116.*

13 Ad hæc, non ſufficit, quod ſinguli de univerſitate dederint conſenſum in particulari, ſed neceſſe eſt, quod dederint in communi, ſaltem major pars, quando duæ ex tribus convenerunt. Bart. *in L. omnes populi. ff. de I. & I.* Menoch. *conſ. 8.* Trenticinq. *var. reſ. lib. 1. reſ. 1.* Tranched. *conſ. 3.* ſed

14 Quæres: an capituli major pars ſemper prævaleat in ſuffragiis capitulariter datis? R. primo; quid quando conſenſus majoris partis non facit actum utilem, ſed damnoſum, non prævalet minori parti, ſed ſufficit, quod unus contradicat. DD. apud Tranched. *d. conſ. 3. a num. 7.* Menoch. *conſ. 426.* maxime quando res ſpectat ad ſingulos, quia tunc, quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet. Dian. *var. reſ. p. 1. tract. 3. reſ. 29.* Trentacinq. *loc. cit. num. 3.* Barboſ. *in cap. quod omnes, de conſtit.* Glochius *de contrib. cap. 6.* & alii apud Tranch. *loc. cit.* Fermoſin. *de poteſt. cap. tract. 3. quæſt. 1.* & tunc capituli minor pars majori parti facienti actum minus juridicum, ſeu damnoſum, debet reclamare, & proteſtari, ne videatur conſentire. Riccius *in prax. var. reſol. p. 2. reſ. 249.* Innoc. & Abb. *in cap. 1. de his, quæ fiunt a major. part. cap.* licet non ſit opus appellatione extrajudiciali ad ſuperiorem. Reſp. ſecundo: quod conſenſus majoris partis capituli non ſufficit in illis actibus, in quibus requiritur conſenſus ſingulorum: uti cum agitur de actu voluntario, mandati, tranſigendi &c. gloſ. *in cap. quod omnes, de conſt.* ubi Innoc. Dec. Hoſtienſ. Jo. Andr. *in cap. quod omnes, de R. I. in 6.* Capyc. *deciſ. 4.* Natta *conſ. 215.* Tranched. & Diana *loc. cit.* & ita limitatur illud, quod univerſitas repræſentetur per majorem partem. juxta *L. aliud ff. de R. J.* Cacheran. *conſ. 63.* Trentacinq. Capyc. & Fermoſin. *loc. cit.*

§. II.

Obligatio, & auctoritas Capituli ſede vacante.

15 Capitulum ſede vacante ſuccedit in omni juriſdictione Epiſcopi, quæ jure ordinario competebat ipſi Epiſco-

po, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, exceptis caſibus in jure expreſſis, Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 7. *num.* 4. *per tex. in cap. his qua. & cap. cum olim, de major. & obed. cap. un. eod. in* 6. *cap. ad abolendam, de hæret. cap. penult. & fin. de ſupplend. neglig. Prælat. in* 6. *extravag. execrabilis. verſ. cæterum, de præb.* & alibi. Abb. *in d. c. cum olim. num.* 2. *& in cap.* 1. *ne ſede vacante. num.* 4. Pavin. *de offic. & pot. Cap. ſede vacant. p.* 1. *qu.* 1. Fermoſin. *de poteſt. cap. tract.* 1. *qu.* 1. *n.* 6. verum, quia non conveniunt D. D. in hac regula, & in aſſignanda Capitulo, ſede vacante, poteſtate, ut videre eſt apud citatos DD. ideo *cit.* Fermoſin. *a n.* 11. diſtinguit, ut hæc tradita regula procedat, ut capitulum ſede vacante ſuccedat in juriſdictione ordinaria neceſſario exercenda, exceptis caſibus in jure expreſſis: In juriſdictione vero voluntaria, gratioſa, & ubi neceſſitas non adeſt, ſuccedat tantum in caſibus a jure expreſſis. ex Gemin. *in cit. c. un. num.* 4. Felin. *in c. cit. cum olim. num.* 6. *de major. & obed.* relatos a Quarant. *in Sum Bullar. verb. capitulum ſede vacante. verſ. tertio intellige:* quamvis Rot. *deciſ.* 166. *num.* 5. videatur favere regulæ generali. & Pyrrh. Cotrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 12. *a num.* 91. ubi, quod poſſit diſpenſare cum illegitimo, ad minores Ordines ſuſcipiendos, & unum ſimplex beneficium, ſeu ejus Vicarius, ad tex. *in cap.* 1. *de fil. presbyt. in* 6. Et Capitulum habet in hoc aſſiſtentiam juris. Rot. *deciſ.* 108. *p.* 17. *rec.* ubi ita decidit contra Archidiaconum, etiamſi ipſe fuerit in quaſi poſſeſſione, quia illa non erat aut quadragenaria cum titulo, aut immemorabilis, ut debebat eſſe, utpote habens reſiſtentiam juris. *cap.* 1. *de præſcr. in* 6.

16 Ut autem hac juriſdictione uti poſſit, debet, ex diſpoſitione Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 16. *de reform.* infra octo dies poſt mortem Epiſcopi, eligere, vel conſtituere Vicarium, vel conſtitutum confirmare, alias deputatio illa devolvitur ad Metropolitanum, vel, ſi ſedes vacans fuerit Metropolitana, ad antiquiorem Epiſcopum, non quidem privative, ſed cumulative cum Capitulo, cum iſtud re integra, antequam Metropolitanus deputet, poſſit purgare moram. ut contra Suarez *de L. L. tom.* 5. *diſp.* 28. *ſect.* 3. *num.* 3. tenet Garz. *de benef. d. p.* 5. *c.* 7. *n.* 7. Et durante termino octo dierum, quem Capitulum habet ad eligendum Vicarium, adminiſtrat juriſdictionem totum capitulum. Quarant. *in Sum. Bullar. verb. capitulum. num.* 4. Diana *par.* 8. *tract.* 4. *reſ.* 36. uti declaravit Sac. Congreg. apud Antonel. *de regim. Eccl. lib.* 4. *c. ult.* §. 5. *a n.* 53. Garz. *de benef. loc. cit.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 54. *n.* 164. *& de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *c.* 32. *n.* 28. Leo *in Theſ. for. Eccleſ. p.* 1. *c.* 10. Zerol. *in prax. Epiſc. p.* 1. *verb. Capitulum.* §. 3. Fermoſin. *de pot. cap. ſed. vac. tr.* 1. *q.* 8. contra Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 1. *qu.* 63. tunc tamen conſultum erit, ſi capitulum deputet perſonam, quæ interim nomine illius adminiſtret. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. loc. cit. a num.* 29. Et

17 Vicarius eſigendus, licet non debeat neceſſario eſſe capitularis, tamen ſi in capitulo adeſt idoneus, cæteris paribus eſt præferendus, uti declaravit Sac. Congreg. teſte Quarant. *loc. cit.* Diana *p.* 8. *tract.* 4. *reſ.* 57. Riccius *in prax. for. Eccleſ. p.* 1. *reſ.* 515. alias poſſet appellari, licet electio fuiſſet facta a majori parte capituli. Riccius *p.* 2. *reſ.* 249. Antonel. *de regim. Eccl. loc. cit. num.* 62.

18 Si vero a capitulo diſcordantibus votis plures fuerunt electi in Vicarium, electio illius valet, qui fuerit magis idoneus, & habuerit qualitates Concilii. Sac. Cong. apud Quarant. *loc. cit.* Riccius *dict. reſ.* 515. Antonel. *loc. cit. num.* 66. Sed quis erit tunc judex? certe non capitulum, ſed Superior capituli. Quarant. *ubi ſupra*. Sac. Congr. apud Vulpe *in prax. judic. cap.* 44. *n.* 31. Antonel. *num.* 61.

19 Poterit autem canonicus eſſe Vicarius, licet ſit Parochus ſimul, dummodo ſit Parochus in eadem Civitate. uti declaravit Sac. Congr. apud Barboſ. *de Canon. cap.* 42. *num.* 37. Dian. *p.* 8. *tract.* 4. *reſ.* 58. Antonel. *loc. cit. num.* 67. vide Capon. *diſc. for.* 92. non autem ſi ſit Parochus ruralis, de quo infra *litt. V.* in verbo *Vicarius*. ubi plura, & de illius juriſdictione.

20 Sede vacante ergo poteſt capitulum condere ſtatuta per totam Diœceſim, & facta abrogare neceſſitate urgente pro bono regimine Diœceſis, quæ durant etiam electo, & confirmato Epiſcopo, niſi ab illo, ut poteſt, fuerint revocata. Pavin. *de poteſt. cap. ſede vacante p.* 1. *quæſt.* 6. Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 2. *qu.* 187. Zerol. *in prax. Epiſc. p.* 1. *verb. capitulum*, §. 15. Fermoſin. *loc. cit. num.* 1. Dian. *mor. p.* 8. *reſol.* 22. *tractat.* 4. *verſ. & ideo*. Rtccius *in prax. reſol.* 445. *p.* 3. Anton. *de regim. Eccl. lib.* 4. *c. ult.* §. 2. *n.* 12. Monet. de *diſtrib. p.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 22.

Sed obſervandum, ſedem Epiſcopalem diverſimode 21
vacare poſſe. Primo per mortem naturalem Epiſcopi. Secundo morte civili; ut ſi Epiſcopus captus eſſet a Paganis, Schiſmaticis, vel hæreticis. juxta *c. ſi Epiſcopus, de ſupplend. neglig. Prælat. in* 6. Riccius *in prax. p.* 1. *reſ.* 543. Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 4. *c. ult. a n.* 52. Vel per translationem Epiſcopi ad aliam Eccleſiam, poſtquam translatus fuerit abſolutus a vinculo prioris Eccleſiæ, & tunc tempus currit capitulo a die habitæ ſcientiæ: uti videri poteſt apud Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *c.* 32. *num.* 32. etiam ante expeditionem Bullarum, vel adeptam ſecundæ poſſeſſionem, juxta conſtitutionem Urbani VIII. quæ incipit. *Nobis ſuper*. Quarant. *loc. cit. num.* 3. *verſ. terminum*. Antonel. *loc. cit. num.* 3. *verſ. terminum*. Antonel. *loc. cit.* §. 5. *num.* 52. *verſ. item*. Barboſ. *loc. cit.* Vel per ingreſſum in Religionem, relegationem, depoſitionem, renunciationem, permutationem, poſtquam a Summ. Pontifice fuit admiſſa. Antonel. *loc. cit. verſ. ſimiliter*. Barboſ. *de Offic. Epiſc. alleg.* 54. *nn.* 154. Sbroz. *de Vicar. Epiſc. lib.* 3. *quæſt.* 42. gloſ. *in c. ſi Epiſc. verb. mortem, de ſupplen. neglig. Prel. in* 6. Vel ſi Epiſcopo agente in remotis, Vicarius moriatur, vel per potentiam ſæcularem ejiciatur; quia longa abſentia æquiparatur morti. Quarant. *in Sum. Bullar. verbo Archi-Epiſcopi authoritas. n.* 22. *& in verbo. Capitulum ſede vacante. num.* 12. Barboſ. *d. alleg.* 52. *num.* 3. Dian. *p.* 8. *tract.* 4. *reſ.* 4. Antonel. *loc. cit. verſ. addunt*. Capon. *diſc. for.* 92. dicitur vero in remotis, cum ejus præſentia in brevi haberi non poteſt, uti ſi eſſet ultra montes. Riccius *in prax. p.* 2. *reſ.* 18. *per tex. in c. nihil, de elect.* Antonel. *loc. cit.*

Sed quid ſi Epiſcopus fuit excommunicatus? Reſp. 22
quod licet tunc expiret juriſdictio Vicarii tanquam acceſſoria, imo tanquam eadem cum Epiſcopo. gloſ. *in cap.* 1. *de offic. Vicar. in* 6. tunc tamen capitulum non eliget Vicarium, ſed erit adeundus Summ. Pontifex. gloſ. ibidem. Riccius *in prax. for. Eccl. p.* 1. *reſ.* 441. Antonel. *loc. cit. verſ. excommunicato*.

Capitulum ſede vacante an ſuccedat in juriſdictione 23
Epiſcopi, quæ eidem competebat jure delegato, vide infra *litt. V.* in praxi *Vicarii capitularis*. An ſuccedat in jure conferendi beneficia Eccleſiaſtica, vide ſupra in verb. *Beneficium a num.* 150. *ſeqq.*

Capitulum ſede vacante obligatur ſolvere debita Epiſ- 24
copi defuncti. *c. quia ſæpe, de elect. in* 6. Capon. *diſc. for.* 100. Tenetur conficere inventarium rerum Eccleſiaſticarum, & unum, vel plures œconomos deputare, qui earundem, & proventuum curam gerant, reddituros deſuper rationem. Barboſ. *de Jur. Eccl. lib.* 1. *c.* 32. juxta Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 16. *de reform. c. hæc hujus* 12. *qu.* 2. *c. quoniam, in fin. diſt.* 75. Menoch. *de arbit. caſ.* 209. *num.* 8. Poteſt eligere adminiſtratorem, *c. un. de major. & obed. in* 6.

Capitulum, fructus Eccleſiæ Epiſcopalis vacantis, cum 25
ſint ſucceſſoris, & non capituli, ad ſuos, vel capitularium uſus applicans, ſuſpenditur. *c. quia ſæpe, de elect. in* 6. donec reſtituat. P. Pirrhing *lib.* 1. *tit.* 6. *ſect.* 3. §. 6. *a num.* 157. Suarez *de cenſur. diſp.* 31. *ſect.* 3. *n.* 3. Laym. *in d. c. quia ſæpe, num.* 1. *&* 2. & probatur etiam ex *Clem. ſtatutum* 7. *de elect.* Limita, niſi quædam ſingulares perſonæ eſſent, quibus, ratione ſuæ dignitatis, v. g. Præpoſiti, vel Decani, ſive in Eccleſia vacante, ſive in alia ſede vacante ratione juriſdictionis, vel ſigilli &c. ex conſuetudine, privilegio, vel ſtatuto, in fundatione, aut alio jure ſpeciali, ita competeret, ut etiam fructus juriſdictionis percipiant. DD. *cit.* & Pirrhing *ubi ſupra*. Plura de poteſtate Capituli ſede vacante vide apud Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 32. *per tot.* ubi, an & quando poſſit concedere dimiſſorias ad Ordines, viſitare, inquirere contra certa delicta, etiam extra viſitationem, & reliqua agere, quæ poterat Epiſcopus.

Sed quando tenebitur Capitulum ab adminiſtratione 26
deſiſtere? nunquid mox, ac ſucceſſor fuerit electus, aut Romæ confirmatus? Reſp. non non prius, quam litte-

ræ,

ræ Apoſtolicæ fuerint extenſæ, & capitulo communicatæ. *cap. injuncta, de elect.* Rot. apud Garz. *de benef. p. 5. c. 4. §. 3. num. 251.* Rebuff. *in prax. tit. de ſimon. in reſignat. n. 31.* Felin. *in c. 1. de præſcr.* Abb. *in cap. noſtri. num. 4. de elect.* Covar. *pract. quæſt. c. 9. num. 7. verſ. ſecunda concluſio.* Gonzal. *ad regul. Cancell. gl. 15. §. 2. num. 80.* Gratian. *diſc. for. cap. 127. a num. 45.* Quarant. *in Sum. Bullarii, verbo capitulum n. 13.* Limita in illis locis, in quibus viget conſuetudo, quod novus Epiſcopus non adminiſtret ante captam poſſeſſionem. DD. apud Garz. *l. c. n. 257.*

§. III.

Capituli conſenſus, quando requirendus ab Epiſcopo, & quando illius conſilium.

27 Quamvis Epiſcopus poſſit ſine conſilio, & conſenſu capituli congregare Synodum Diœceſanam. Sac. Cong. apud Fermoſin, *de poteſt. capit. tract. 2. quæſt. 1.* juxta Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. c. 3.* Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 1. c. 32. num. 23.* tamen dubitatur, an Synodo congregata poſſit ſine conſilio, vel conſenſu capituli decernere? Reſp. in illis, quæ pendent a mero Epiſcoporum Imperio, non eſt neceſſarius conſenſus, nec conſilium Capituli. Sac. Congreg. apud Fermoſin. *loc. cit. num. 4.* Barb. *loc. cit.* In iis vero, quæ non dependent a mero Epiſcopi Imperio, veluti in alienationibus bonorum Eccleſiæ, juxta Suarez *de L. L. lib. 4. cap. 5. in 2. dubit.* vel in judiciis, & juriſdictionalibus, requiritur conſilium, vel conſenſus capituli; quamvis conſuetudo multis in locis videatur derogaſſe diſpoſitioni tex. *in c. novit. & cap. quanto, de his, quæ fiunt a Prælat.* teſte Fermolin. *loc. cit.* Ideo in Synodo congregata ad publicationem conſtitutionum Synodalium requiritur conſilium capituli. Veral. *p. 1. dec. 305. num. 4. & deciſ. 222.* & probatur ex *c. fin. de his, quæ fiunt a Prælat. ſine conſenſ. capit.* Fermoſin. & Barboſ. *loc. cit.*

28 Et ad ſynodum Provincialem, ſi ſedes Epiſcopalis vacaret, neceſſario eſſet vocandum capitulum, quod comparere poſſet per Vicarium ſuum generalem, cum ſpeciali mandato dandi vocem ſuam deciſivam; quia tunc ſuccederet in jus, & votum Epiſcopi, cui ſuccedit. Barboſ. & Fermoſin. *l. cit.*

29 Conſilium capituli requiritur etiam in diſtributione facienda Sacrorum Ordinum, quos Clerici tenentur ſuſcipere, ad normam Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 12. de reform.* Fermoſin. *loc. cit. num. 14.* videri poteſt Barboſ. *loc. cit.* & Riccius *in prax. for. Eccleſ. reſ. 238. par. 2. num. 2.* Zerol. *in prax. verb. Capitulum. p. 1. §. 10. & Verbo Canonicus. §. 2.*

30 Tertio conſenſus capituli expreſſus requiritur, quando Epiſcopus vult alienare res ſpectantes ad capitulum, vel ad menſam Epiſcopalem: & tunc conſenſus capituli non ſufficit generalis, ſed debet eſſe ſpecialis, & ſpecificus, ac cum ſubſcriptione canonicorum, aliter non valet alienatio. Covar. *lib. 2. var. reſ. cap. 17.* Capyc. *deciſ. 148. num. 6.* Rol. *conſ. 90. n. 21.* Dec. *conſ. 603. num. 13.* Trentacinq. *var. reſ. lib. 1. num. 10.* Lotter. *de re benef. lib. 28. q. 1. n. 21.* Rot. quam citat Fermoſin. *loc. cit. n. 26.* Barboſ. *de canon. c. 42. nu. 7. & de Jur. Eccl. lib. 1. cap. 32.* In alienationibus vero rerum ad alias Eccleſias inferiores Epiſcopatus ſpectantium requiritur conſilium capituli, non ad ſubſtantiam actus, ſed ad ſolennitatem. Barboſ. & Fermoſin. *l. cit.* Turricel. *de reb. Eccl. non alien. lib. 1. c. 5.* ſed vide quæ ſupra diximus in verb. *Alienatio n. 20.*

31 In conceſſione vero rerum Eccleſiæ ad tempus non requiritur conſenſus expreſſus capituli, dummodo non contradicat, ſed poſtea ratum habeat. Rochus *de Jurep. verb. de Diœceſana. qu. 4. num. 10. & 11.* Fermoſin. *loc. cit. num. 30.* vide ſupra in verb. *Alienatio n. 20.* Limita in alienatione rerum modicarum, juxta *c. terrulas 12. qu. 2.* ubi non eſt neceſſarius conſenſus capituli. Redoan. *de reb. Eccl. non alien. qu. 13. nu. 19.* Maſcard. *de prob. concl. 77.* cui *c. terrulas*, neque per Concil. Trid. neque per Extravag. Pauli II. fuit derogatum, prout declaravit Sac. Congr. Riccius *in prax. for. Eccleſ. reſ. 113. vel 92. n. 5. juxta diverſas impreſſiones.* Fermoſin. *loc. cit. n. 33.* vide *Alienatio n. 14.*

32 Quarto conſenſus capituli requiritur in infeudatione rei communis cum capitulo. Fachin. *contr. jur. lib. 7. c. 66.* Curt. *jun. de feud. p. 2. qu. 2.* Schrœder *de feud. p. cap. 4. n. 17.* Fermoſin. *l. c. qu. 5. n. 5.*

Sed requirituine conſenſus capituli in permutatione 33
rerum Eccleſiæ? negant multi, eo quod permutatio in odioſis non veniat nomine alienationis. Tiraquel. *de retract. lignag. gloſ. 14. a num. 29.* Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 38. num. 13.* & alii apud Fermoſin. *l. c. n. 16.* ſed communior apud illum eſt affirmativa. Redoan. *de reb. Eccl. non alien. qu. 2. c. 20.* Quarant. *verb. alienatio rer. Eccl. num. 15.* Barboſ. *in cap. 1. de his, quæ fiunt a Præl. ſine conſenſ. capit.*

Sed dubitatur, an conſenſus capituli præſumatur per 34
aliquod tempus? Reſp. lapſu 30. annor. præſumi. Maſc. *de probat. concl. 1315.* Gratian. *diſc. for. p. 5. cap. 819. a n. 1.* Fermoſin. *loc. cit. n. 23.* plura vide in praxi alienationis. Non probatur per ſubſcriptionem aliquorum Canonicorum, niſi appareat interveniſſe ipſorum conſenſum collegialiter, & capitulo ad illud legitime congregato. Innoc. *in c. eam te, n. 9. de reſcr.* Federic. de Sen. *conſ. 61. nu. 5.* apud Rot. quam allegat. Pyrrh. Corrad. *in prax. benef. lib. 1. cap. 15. num. 109.*

Quinto conſenſus capituli requiritur in unione unius 35
Eccleſiæ alteri Eccleſiæ faciendæ, ſeu dignitati, vel præbendæ. Garz. *de benef. p. 12. c. 2. num. 145.* licet unio fieret ab Epiſcopo tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato, vigore Concil. Trid. *ſeſſ. 21. de reform. cap. 5.* Gratian. *diſc. for. tom. 5. c. 819. num. 3.* Seraphin. *deciſ. 1078. num. 1.* Fuſcus *de viſit. lib. 2. c. 26. num. 5.* Ugolin. *de offic. Epiſc. c. 12. §. 1. n. 1.* Rota citata a Fermoſin. *loc. cit. tract. 2. quæſt. 3. num. 1. & ſeqq.* niſi aliter obtineat conſuetudo.

Sexto conſenſus capituli requiritur in ſuppreſſione 36
beneficiorum. *c. cum acceſſiſſent, de conſtit.* ubi Abb. Felin. & Dec. Azor. *moral. p. 2. lib. 6. c. 30. q. 11.* Gratian. & Garz. *loc. c. c. 1. n. 2.* Barboſ. *de canon. cap. 42. num. 13.* Fermoſin. *loc. cit. num. 10.* ſufficiet tamen ſi conſenſus capituli ſuperveniat: de quo videri poteſt etiam Turricel. *de unione &c.* & quæ ſupra diximus in verbo *Alienatio. n. 20.*

Septimo conſenſus capituli requiritur, vel illius con- 37
ſilium, in arduis, ita ut illud conſilium Epiſcopus requirere teneatur: & ita in condendis ſtatutis jure ordinario. Abb. *in c. conſuetudinis num. 5. de conſuetud.* Barboſ. *de canon. cap. 42. num. verſ. poſt hæc ſcripta.* S. Congr. apud Fermoſin. *loc. cit. tract. 2. q. 4. n. 1.*

Octavo in iis, in quibus intervenit intereſſe capitu- 38
li, vel præjudicium, requiritur ejuſdem conſenſus. Piaſec. *in prax. Epiſc. p. 2. cap. 2. n. 9.* uti ſi velit dignitatem in Eccleſia conſtituere. Barboſ. *de canon. cap. 42. n. 14. & de Jur. Eccl. lib. 1. c. 32. n. 14.* Abb. *in c. quanto, de his, quæ fiunt a Præl. & in c. fin. de major. & obed.* Item etiam in caſu, in quo diminuerunt Eccleſiæ authoritas. DD. *cit.* & Fermoſin. *loc. cit. a num. 10.*

Nono: requiritur conſenſus capituli in adminiſtra- 39
tione bonorum, & fructuum ſpectantium etiam ad capitulum. *cap. novit. cap. quanto. & cap. ea noſcitur, de his, quæ fiunt a Præl. &c.* ubi Abb. Felin. *in c. edoceri, de reſcr. n. 3.* Rot. ſæpius apud Fermoſin. *loc. cit. num. 11.* Et in omnibus illis, quæ ſpectant ad Epiſcopum, & capitulum ſimul, aut quia ſunt promiſcuæ juriſdictionis, aut quia in negotio aliquo convenerunt, aut quia Pontifex mandavit, ne Epiſcopus procederet ſine capitulo. Fermoſin. *loc. cit.* Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 1. c. 32. n. 14.*

Decimo in proceſſionibus indicendis, & dirigendis 40
requiritur conſilium capituli. Fermoſin. *loc. cit. n. 20.* ubi Sac. Congr. Barboſ. *de canon. c. 42. num. 20.* non tamen conſenſus. DD. *cit.* & Barboſ. *de Jur. Eccleſ. loc. cit. num. 20.* quidquid dicat Leo *in theſ. for. Eccleſ. p. 4. cap. 2. n. 145.* quod hoc ad Ordinarium ſpectet cum conſenſu capituli.

Undecimo tandem in iis omnibus requiritur conſen- 41
ſus, vel conſilium capituli, in quibus viget talis conſuetudo. DD. *ſup. cit.*

§. IV.

Corollaria aliqua.

Capitulum non debet congregari tempore divinorum 42
officiorum ſine urgenti cauſa, Garz. *de benef. p. 3. c. 2.*

§. 2.

§. 2. *in fin.* Pignatel. *conſ.* 67. *tom.* 1. quod convocatur a Decano de conſuetudine. Fagnan. *in cap. ut Abb. de ætat. & qualit. an.* 27.

43 Capitulum Cathedralis, vel Decanus, aut Archidiaconus illius, per ſpeciale privilegium, vel conſuetudinem legitime præſcriptam, poteſt acquirere poteſtatem corrigendi, vel puniendi canonicos, vel alios Clericos in Cathedrali, etiam privative quoad Epiſcopum, ut ſe ingerere non poſſit, niſi in caſum negligentiæ ejuſdem capituli. *cap. irrefragabili, de off. Jud. ord.* P. Pirrhing *lib.* 1. *tit.* 31. *ſect.* 3. *nu.* 52. Laym. *in d. cap. irrefragabili. num.* 2. ubi etiam Abb. *num.* 1. *& in cap. paſtoralis.* 11. *num.* 17. *eod.*

44 Capitulum, tam ſede vacante, quam plena, in declarando, aliquem carere voce activa, ob non factam reſidentiam v. g. in Feſto S. Jacobi, non tenetur ſervare juris ordinem, & canonicum citare, ad electionem vocare, ac per ſententiam declarare, quia tunc non agit de privando canonicum canonicatu ob non factam reſidentiam, vel de alia pœna infligenda; ſed tantum de puro exercitio canonicatus, adminiſtratione, vel perceptione fructuum, cui ineſt certa qualitas obſervanda, uti ſe præſentare in feſto S. Jacobi: ſeu de lucro, & commodo, ſeu de carentia qualitatis ad eligendum, vel lucrandos fructus. Paſſerin. *de elect. c.* 11. *num.* 71. *&* 73. Innoc. *in cap. Vintonienſis* 25. *de elect. in* 6. quo caſu, quando eſt certus defectus qualitatis, non eſt neceſſarius juris ordo: ſecus vero ſi eſſet dubius. Quamvis econtra

45 Capitulum, tam ſede vacante, quam plena, eum, qui notorie eſt privatus voce activa, ſed non denunciatus, non poteſt rejicere ab electione. Caſtellin. *de elect. cap.* 5. *num.* 1. *ex* Hoſtienſ. Jo. Andr. Felin. & aliis. Paſſerin. *de elect. cap.* 10. *num.* 130. poſt Innoc. *in d. cap. Vintonienſis, de elect. in* 6. contra Abb. *ibid.* ratio eſt: quia ante ſententiam nemo privandus eſt quaſi poſſeſſione, quam quis habet: bene verum eſt, quod capitulum contra talis canonici votum poſſit proteſtari, nec teneatur hunc ad electionem citare, ſi vel crimen eſt notorium, vel certe poſſit ſufficienter probari. vide Paſſerin. *d. cap.* 11. *num.* 73.

46 Capitulum in ſynodo Diœceſana præcedit Vicarium generalem præſente Epiſcopo: quia illud eſt neceſſario vocandum ad illam, non iſte; & illud habet aliquam in ſynodo juriſdictionem, non iſte. Mareſc. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 69. ubi plures contra multos. Singulis annis ab initio debet eligere duos adjunctos, de quorum conſilio, & conſenſu Epiſcopus poſſit procedere contra canonicos, vel capitulares. Riccius *in prax. Epiſc. reſ.* 498. *p.* 1. juxta Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *de reform.* ſermo eſt de capitulis exemptis. Rota apud Seraphin. *dec.* 743. Riccius *loc. cit.* & patet ex Concil. *cit.* & Sacr. Congr. apud eundem Riccium *n.* 6.

47 Percipiens fructus canonici non reſidentis, tenetur ſolvere penſionem ſuper præbenda non reſidentis reſervatam, quia eſt onus reale. Gigas *de penſ. quæſt.* 51. Tuſc. *litt. P. concluſ.* 263. Rot. apud Garz. *de benef. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 207. *ſeqq.* Riccius *in prax. penſion. reſol.* 381. *p.* 1. Pyr. Corrad. *in prax. benef. lib.* 5. *c.* 7. *a n.* 1. *ſeqq.* vide infra in verbo *Penſio litt. P.*

48 Aliud eſt Capitulum, & aliud ſinguli de Capitulo. Abb. *in cap. cum non liceat col.* 2. *poſt n.* 2. *de præſcr.* Bellam. *deciſ.* 10. Innoc. *in cap. cum dilectus, de conſuet.* Cald. *conſ.* 21. hinc exempto Capitulo, non cenſentur exempti ſinguli particulariter conſiderati, nec econtra. Chockier *lib.* 1. *quæſt.* 23. *num.* 4. *de Jur. Ord. in exemptos* apud Franceſ. *de Eccl. Cathedr. cap.* 16. *n.* 150. & ſic de aliis. Sic

49 Appellatione canonicorum non venit Capitulum. Roman. *conſ.* 436. vide Mandoſ. *ſuper reg.* 33. *quæſt.* 51. *per tot.* Felin. *in cap. auditis. ante num.* 4. *verſ. ſecunda reſponſio.* apud Pyrrh. Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *c.* 15. *num.* 110. *ſeqq. ubi n.* 113. quod ſi teſtator dicat, *lego fundum canonicis:* non dicitur legaſſe Capitulo, ſed canonici divident inter ſe, & non applicabunt menſæ capitulari. Limita in materia neceſſario expedienda per Capitulum: quia tunc appellatione canonicorum veniet Capitulum. Felin. *loc. citato de election.* ubi: quod ſi Papa mandat aliquid expediri per majorem partem capituli, debent canonici capitulariter congregati conſentire: ſi vero dicat, quod major pars canonicorum conſentiat; ſufficit quod conſentiant ſingulariter extra Capitulum. ex Hoſtiens *in Sum.* §. *quando verſ. quid ſi Papa.* Corrad. *loc. cit.*

Capitulum regulariter conſtituunt tres canonici. *L.* 50 *Neratius ff. de V. S.* gloſ. *in cap.* 1. *verb. tres, de elect.* ſi tamen in aliquo inſtrumento &c. adſit, quod debeant intervenire Capitulum, & Canonici, non verificaretur in tribus ſolis canonicis, ſed compelli deberent omnes, etiam dignitates, qui commode intereſſe valerent: quia verba loquentia de canonicis, & Capitulo generaliter, & indefinite, æquipollent univerſali, quæ non reſtringuntur a ſolo numero trium Canonicorum. ut per Din. *in prœm. regul. jur. in* 6. *in* 2. *q. verſ. ſed quando.* Bart. *ad tex. in Leg. omnes pupilli. ff. de juſt. & jur. num.* 57. *& in Leg. ſi pluribus, de leg.* 2. Surd. *conſ.* 476. *numer.* 6. & alios tenet Rot. *deciſ.* 265. *num.* 3. *p.* 18. *rec. tom.* 1.

Capitulum, quando citandum eſt, citari debet capi- 51 tulariter, ſcil. Canonicis capitulariter congregatis. gloſ. *in cap. bonæ, verb. ſingulares. verſ. vel ſi non habetur, de elect.* Rot. *deciſ.* 1. *de ſent. excom. in antiq.* Marian. Socin. *de citat. art.* 20. *num.* 52. *verſ. aut non habet.* Seraph. *deciſ.* 1116. *num.* 1. vel ſaltem debet fieri diligentia convocandi Capitulum, inſtando apud eum, qui habet facultatem illud congregandi, ad hoc ut citatio habeatur pro legitime executa. gloſ. *in cap. ſi Capitulo verb. factam. de conceſſ. præb. in* 6. Bart. *in extravag. ad reprimendum verb. citatum.* Alex. *conſ.* 219. *num.* 2. *lib.* 6. Socin. *loc. cit. num.* 52. apud Rot. *deciſ.* 628. *part.* 3. *rec.*

Capitulum, ſi ſede Epiſcopali vacante litigaverit, 52 quod ad ſe, & non ad Romanum Pontificem pertineat jus eligendi Epiſcopum, an poſſit poſtea expenſas in lite factas prætendere a futuro Epiſcopo? vide Rot. *deciſ.* 391. coram Penia, negantem, ex quo principaliter agebatur de intereſſe ipſius Capituli.

CAPTURA.

Praxis Capturæ.

Captura contra debitorem, pro debito publico, vel 1 privato, etiam pro fiſcalitio regulariter, decerni non poteſt. *L. nemo Cod. de exact. trib.* Gail. *lib.* 1. *obſ.* 26. *Eccleſ. obſ. for.* 124. Theſ. *deciſ.* 153. *num.* 3. maxime ſi debitor habeat bona. Covar. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 1. vide etiam Gomez *var. reſ. titul. de contract. cap.* 11. *num.* 51. 52. *&* 54. ubi quod aliter debitor poſſit ſe armis defendere. Limit. primo, niſi debitor ad perpetuum carcerem ſe obligaſſet. DD. magis communiter, quos citat, & ſequitur Eccleſ. *l. c. num.* 3. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 45. Car. de Graſſis. *de except. in prælud. num.* 90. Galleſ. *de oblig. Camer.* apud Zachiam. *quæſt.* 15. vide Pajatel. *annot.* 96. Limitatur concluſio in debito Camerali. Marant. *de ord. Jud. par.* 6. §. *ult. n.* 12. Eccl. *loc. cit. num.* 5.

Captura in domo ſua non poteſt exequi. *L. nemo de* 2 *domo. ff. de Reg. Jur.* Gabr. *de malef. concl.* 10. Farinac. *in prax. qu.* 27. aliter captus eſt ante omnia reſtituendus. Mynſing. *obſ.* 69. *cent.* 4. Eccleſ. *loc. cit. num.* 9. vide Pajatel. *d. annot. & expedit.* 96. Gail. *iib.* 2. *obſ.* 44. *num.* 9. vide etiam in verbo *Citatio*; quod autem de domo dicitur, habet locum etiam in captura facta in navi. de quo vide Tiraquel. *de retr. lignag.* §. 1. *gl.* 7. *num.* 88. quæ procedunt in civilibus, ſecus in criminalibus; de quo vide Guazzin. *defenſ.* 5. *cap.* 1. *num.* 23. *& infr. num.* 18. & in verbo *debitor. n.* 1.

Captura in civilibus regulariter non habet locum. *L.* 3 *non eſt ſingul. ff. de Reg. Jur.* Abb. *in cap.* 2. *de pignor.* & eſt de raro contingenti. *gl. in L.* 3. *ff. de ſuſpect. tut.* Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 37. Ampliatur: ut multo magis captura ſit rejicienda ab initio proceſſus, cum judicia ab executione non ſint inchoanda. *L.* 1. *Cod. de execut. rei jud.* Gail. *obſ.* 13. *lib.* 1. *nu.* 1. Limitatur tamen, ſi inſtaret fuga debitoris; ita ut ſi judicis authoritate carcerari non poſſet, tunc poſſet creditor debitorem capere propria authoritate. *L. ait Prætor. ff. quæ in fraud. credit.* Put. *de ſyndicatu, verb. captura, c.* 1. Marant. *in ſpecul. p.* 6. *memb.* 1. Vant. *de nullit. ex defectu citationis num.* 34. nam ubi periculum eſt in mora, receditur a regulis juris. Tria tamen in tali caſu ſunt neceſſaria, ut captura a Judice decerni poſſit. Primo, ut appareat de debito, vel per inſtrumenta, vel

per

per teſtes. Secundo, ut ita immineat fuga, ut aliter coerceri non poſſit. Tertio, ut non excedatur modus in capiendo; & hæc tria debent etiam probari a creditore, ſi propria authoritate debitorem ceperit. Suſpicio vero fugæ, ut probetur, quatuor ſunt neceſſaria. Primo, quod debitor non poſſideat bona excludentia fugam, nimirum ſtabilia, vel mobilia, quæ difficulter aſportari poſſint, dummodo bona ſint ſufficientia pro debito. Put. *de Syndicatu verb. captura cap.* 1. Menoch. *de arbitr. caſ.* 87. *lib.* 2. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 37. *n.* 12. Secundo, quod debitor mutaverit conditionem, ſaltem attenta credulitate creditoris. DD. *mox. cit.* & Gail. *lib.* 2. *obſ.* 44. Tertio; quod debitum non ſit modicum. Quarto, quod creditor juret, ſe habere ſuum debitorem de fuga ſuſpectum. DD. *cit.* & Imol. *in L.* 2. *ff. ſolut. matrim.* Guidopap. *deciſ.* 247. Fachin. *lib.* 13. *contr. Jur. cap.* 84. apud quem multi tenent, quod ad capturam ſufficiat hoc juramentum, licet contrarium teneant non pauci apud eundem, & apud Maſcard. *de prob. concl.* 823. Menoch. *loc. cit. num.* 5. & quod non ſufficiat juramentum, tenet Eccleſ. *obſ.* 121. *n.* 17. niſi periculum ſit in mora. Rol. *lib.* 3. *conſ.* 65. Maſcard. *de prob. concl.* 456. Menoch. *de arbitr. caſ.* 87. Et dummodo ſuſpicio ſupervenerit primum poſt contractum debitum. *L. ſi creditor ff. de privil. debitor.* Maſcard. & Eccleſ. *loc. cit.* Natta *conſ.* 430. ſi enim creditor ab initio ſcivit debitoris malam conditionem, eum de fuga ſuſpectum allegare non poterit, ſed ſibi imputare debebit, quod eidem fidem præſtiterit. DD. *cit.* & Menoch. *uti ſupra num.* 15. niſi creditor fuerit per mendacium deceptus. vide etiam Pajatel. *annot.* 27. *num.* 16. ubi etiam an allegans ignorantiam poſſit illam probare juramento. *n.* 15. Et dummodo debitor non ſit perſona nobilis. Gratian. *diſcept. for. cap.* 875. *num.* 29. Eccleſ. *obſ.* 121. *num.* 13. & 124. *num.* 12. vel mulier. Covarr. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 3. Gratian. *diſc. for. cap.* 328. *num.* 16. Theſ. *deciſ.* 153. *n.* 8. Farin. *in prax. quæſt.* 27. & alii apud Eccleſ. *d. obſ.* 121. *num.* 14. quod tamen Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 28. *num.* 3. limitat, id procedere in mulieribus honeſtis, ſecus in meretricibus, & vilibus, ſubdens, quod de conſuetudine etiam honeſtæ capiantur.

3 Porro ſuſpectus de fuga capi poteſt nulla præcedente citatione, vel præcepto de ſolvendo, ne inſtruatur ad accelerandam fugam. Eccleſ. *loc. cit.* ſed ſequeſtrantur ejus mobilia, & ſe moventia, non ut ſolvat, vel ut caveat de judicatum ſolvendo, ſed de ſe ſiſtendo in judicio. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 44. *n.* 10. Cyriac. *controv.* 464. ubi plura de hac materia capturæ debitoris. Eccleſ. *d. obſerv.* 121. *n.* 1. *ſeq.*

4 Regulariter vero ſuſpectus de fuga non poteſt capi a Judice incompetente. Maſcard. *de prob. concl.* 823. Gratian. *diſc. for. c.* 875. niſi periculum ſit in mora; quo tamen caſu captus debet remitti ad Judicem competentem. DD. *cit.* & Eccleſ. *uti ſupra*. uti Clericus, ni offerat cautionem. Scaccia *l. c.*

5 Creditum vero debet probari non in forma judicii, ſed ſummarie, vel per chirographum, aut publicum inſtrumentum, vel per teſtes, etiam debitore non citato. Bart. *in L. ait Prætor. ff. quæ in fraud. cred.* Felin. *in cap. parochianos de ſent. excom.* Marant. *in ſpecul. p.* 6. *memb.* 1. *num.* 59.

6 Captura vero poteſt decerni, & exequi, etiam tempore feriato in honorem Dei. DD. *cit.*

7 Quæ dicta ſunt, procedunt de jure: nam de conſuetudine, ea non tam exacte obſervantur; ſed creditore docente de aliquo ſumo crediti, & jurante ſuſpicionem fugæ, decernitur captura. Scaccia *de Judic. l.* 1. *cap.* 37. *n.* 13. Gail. *lib.* 3. *obſ.* 44. etiam in criminalibus. Cabal. *reſ. crim. caſ.* 227.

8 Captura poteſt etiam decerni contra peremptorie citatum, & contumacem. Bart. *in L. conſentaneum*; *C. quomodo, & quando &c.* Scaccia *de Jud. loc. cit. n.* 22. Marant. *in ſpecul. p.* 6. *memb.* 2. Limit. ſi poſſet ſatisfieri per immiſſionem in poſſeſſionem bonorum.

9 Captura pro debito partim vero, partim falſo, eſt nulla in totum. Coſta *de port. ratæ. qu.* 137. Pajatell. *annot.* 27. *num.* 11.

10 Captura ad ſolam querelam partis non poteſt decerni; alias eſſet in poteſtate cujuſcumque vilis perſonæ facere incarcerari virum probum; & ideo requiritur, ut præcedat aliqualis informatio. Clar. *in* §. *fin. lib.* 5. *q.* 28. *n.* 2. Scaccia *de Judic. lib.* 1. *qu.* 42. *n.* 3. Limit. ſi perſona querelata eſſet non magnæ conditionis, & ſuſcepta de fuga; delictum vero magnum, & querelans ſe obligavit ſolvere expenſas, caſu quo in continenti non dederit debitas informationes. Boſſius apud Scacc. *loc. cit. num.* 5. Sufficeret tamen ſuſpicio de fuga reſultans ex gravitate delicti, ſecundum Scacciam *loc. cit.* licet alii contrarium velint, & deſiderent aliam ſuſpicionem; melius tamen tunc erit arreſtum cum fidejuſſione de non diſcedendo, ſed ſe præſentando, toties, quoties. Limit. ſecundo, ſi querelans eſſet lethaliter vulneratus; nam conſtitutus in mortis periculo non cenſetur immemor ſuæ ſalutis. Cravet. *conſ.* 6. & DD. apud Scacc. *loc. cit.*

Captura in delictis facti permanentis decerni non po- 11
teſt, niſi conſtet de corpore delicti: ad quem tamen effectum non dicitur ſufficienter conſtare de corpore delicti per querelam, aut denunciationem. Gomez *de captur. reor. num.* 1. DD. apud Scacciam *loc. cit. nu.* 6. Capon. *diſcept. for.* 322. Guazzin. *defenſ.* 4. *cap.* 1. & 2. ubi quomodo probari debeat delicti corpus. Farin. *quæſt.* 2. Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 4. *per tot.*

Captura non poteſt decerni in delictis levibus, ſicut 12
nec in alieno territorio. Scaccia *loc. cit.* neque in delictis gravibus, nullis præcedentibus indiciis. Farin. *de carcer. & carcerat. quæſt.* 27. Fachin. *contr. Jur. lib.* 9. *cap.* 55. Clar. *in* §. *fin. qu.* 28. & captus ſine legitima præcedente informatione, ſtatim eſt relaxandus ſine ulla impenſa. Bald. *in L. ſi pacto. Cod. de pact.* Farinac. apud Scacciam *de Jud. lib.* 1. *cap.* 42. *n.* 4. etiam ſine fidejuſſione, licet ſupervenirent indicia, niſi notorie, & evidenter conſtaret, quod denuo eſſet carcerandus; tunc enim intraret regula, quod injuſte captus juſte detineatur ex ſupervenientibus. Caſtr. *conſ.* 16. Put. *de ſyndicatu verb. captura cap.* 3. Gozzadin. *conſ.* 21. Dec. *conſ.* 21. Dec. *conſ.* 449. Poteſt decerni pro delictis, quæ merentur pœnam pecuniariam gravem, quæ tamen relaxatur præſtita fidejuſſione in actis. Clar. *in* §. *fin. q.* 46. Menoch. *de arbitr. caſ.* 303. communior apud Scacciam *de Judic. lib.* 1. *cap.* 42.

Captura executa contra inventum in habitu ſæcula- 13
ri, ſi allegat ſe Clericum, & per inſtrumentum ordinationis probat, debet relaxari, & captus remitti. *cap. ſi Judex Laicus de ſent. excom. in* 6. etiam pendente quæſtione Clericatus, ſi eſt notorium, captum eſſe Clericum, qui fori privilegio gaudet, vel ſi Clericatus fama publica extat, aut pro Clerico publice habeatur, vel ſi in habitu clericali fuit captus; quia talis quis præſumitur, qualem habitus demonſtrat: Secus ſi ante capturam publice ſe pro Laico gerebat; tunc enim debet facere fidem de titulo clericali. Sperel. *deciſ.* 17. & 132. *num.* 73. ubi late de hac materia, & quomodo Clericatus probetur ad hunc effectum, & quis ſit Judex. Guazzin. *defenſ.* 1. *cap.* 2. *ſeq.* vide etiam infra in Verbo *Clericus*. Pax. Jord. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 25. *de re jud.* ſufficit autem de notorietate, vel fama, extrajudicialem informationem fuiſſe captam. Et ſi fuit captus in habitu clericali, non tenetur probare, ſe conſueviſſe in illo incedere, ſed habet præſumptionem juris pro ſe. DD. apud Sperel. *loc. cit.* Imo captus domi ſuæ ſine habitu Clericali ad effectum amittendi forum, non dicitur inventus ſine habitu Clericali. Sperel. *deciſ.* 132. *num.* 29. quia de habitu domeſtico non curatur. *Clem.* 1. & 2. *de vit. & hon. Cler.*

§. II.

Captura per quos, & a quibus committi debeat, & quibus in locis criminaliter fieri?

Quilibet Ordinarius Judex Reos ſuæ Juriſdictioni ſub- 14
ditos capi facere poteſt. Bart. *in Leg.* 2. *ff. cui Juriſd.* Caccialup. *de debitor. ſuſp. q.* 4. *n.* 1. Boſſius *de for. comp. num.* 1. etiam forenſes delinquentes in ſuo territorio. Guazzin. *defenſ.* 5. *cap.* 1. *n.* 2.

Ad cognoſcendum vero quis ſit Judex competens, 15
vel incompetens, ſunt conſideranda, perſona, cauſa, res, tempus, & locus. Boſſius & Guazzin. *loc. cit.* Facta a Judice incompetente eſt nulla, & injuſta; uti etiam facta a Judice delegato, qui non habet merum Imperium. Farin. *qu.* 27. *num.* 7. Guazzin. *loc. cit. num.* 6. niſi timeatur de fuga, vel Judex ſit delegatus Principis. juxta Bart. Alex. & Caſtr. *in L.* 2. *ff. de Juriſd. omn. Jud.* Guazzin. *loc. cit. n.* 6. Facta a privato carente Juriſdictione non tantum eſt nulla, ſed capiens incidit in pœnam

pri-

privati carceris. *L. neminem Cod. de exhib. reis.* Decian. *in tr. crim. tom. 2. lib. 7. cap.* 10.

16 Limita, si Judex incompetens caperet, non ut ipse causam cognosceret, sed ut captum remitteret ad Judicem suum. juxta Bart. *in L. Magistratibus. 1. q. ff. de jurisd. omn. Jud.* Boer. *decis.* 115. Idem dic de privato, etiam quoad Clericos captos, vel inventos in flagranti. Guazzin. *l. c. n.* 15.

17 Porro licentia de capiendo concessa ab uno Judice competente perpetuatur in ejus successorem. Bald. *in L. 1. num. 3. ff. de postulan.* & durat post mortem Judicis mandatis. Bajard. ad Clar. *q. 28. a num.* 19. apud Guazzin. *def. 5. cap. 1. num.* 21. Potest autem comitti captura etiam die feriato in honorem Dei contra delinquentem. Foller. *in pract. crim. verb. Notarius. num.* 5. Clar. *in §. fin. q.* 64. *vers. quæro, an tortura. & q.* 97. *vers. quæro etiam.* Qui tamen non loquitur de captura, sed de executione capitali &c. Scaccia *de Jud. cap.* 46. *num.* 24. apud Guazzin. *loc. cit. num.* 22. vide Caball. *resol. crimin. cas.* 227. *num.* 11.

18 Et in criminalibus potest etiam fieri in domo delinquentis: ut supra diximus ex ductrina. Guazzin. *cit. def. 5. num.* 23. non tamen in Ecclesia. Scaccia *in tract. crim. cap.* 42. *num.* 13. quia est extra territorium Judicis Laici, & in quibusdam casibus, etiam Ecclesiastici. Et indebite capturam committens Judex tenetur actione injuriarum. Bajard. ad Clar. *in §. fin. q.* 28. *num.* 5. Cabal. *quæst. crim. cas.* 86. *n.* 1. & alii apud Guazzin. *loc. cit. cap.* 2. & capturato, contra talem Judicem, cometit juramentum in litem, & suo juramento æstimabit injuriam. Monticell. *in pract. crim. reg.* 12. *n.* 10. Guaz. *loc. cit. n.* 2. ubi alii, præterea tenebitur ad damna, & interesse carcerati. Put. *de Syndic. verb. Carcer. cap.* 2. Cabal. *loc. cit.* Gomez *lib. 3. de injur. num.* 9. & alii apud Guazz *l. c. n.* 3. Amplia ad Judicem indebite retinentem. Scaccia *in tract. crim. cap.* 42. *num.* 4. Imo si est Ecclesiasticus, & indebite carcerat Clericum, incurrit in Excommunicationem. Clar. *in §. fin. q.* 28. *n.* 5. ubi Bajard. *n.* 6. Limita, si hæc Judex non fecit animo injuriandi, & sine justa, ac legitima causa, qui quidem animus non præsumitur in Judice. Put. *loc. cit. verb. captura cap.* 2. Guazzin. *loc. cit. n.* 6. Cabal. *loc. cit.* Limita secundo; si indebite carceratus præstitit cautionem de se præsentando, vel Judici sistendo, & judicatum solvendo; quia tunc videtur tacite approbasse capturam nullam. Herculan. *in tr. de caut. de non offend. cap.* 50. *num.* 66. Limit. tertio, si post capturam supervenit justa causa capturandi; quia tunc male captus bene retinetur, uti servat consuetudo. Bajard. *q.* 21. *num.* 29. secus tamen est de jure, quo reus prius est relaxandus, vel pronunciandum de nullitate &c. Clar. *in §. fin. q.* 25. *vers. unum tamen.* vide alios *sup. cit.* & Guazzin. *l. c. num.* 8.

§. III.

Ad capturæ justitiam plura requiruntur, & quæ?

19 Licet in criminalibus quælibet persona possit carcerari, juxta Bart. *in L. fin. ff. ad L. Jul.* dummodo delictum sit tale, quod mereatur pœnam corporalem, & persona non sit privilegiata, & præcedant indicia sufficientia ad capturam. Tamen sunt plures personæ privilegiatæ. Clar. *in §. fin. q.* 28. *num.* 2. Et primo Clerici sunt privilegiati, ut non possint carcerari a Laicis. Scaccia *in tr. crim. q.* 42. *num.* 13. vide etiam Clar. *loc. cit. num.* 5. *&* 6. & DD. *cit. sup.* secundo Doctores pro levibus delictis non carcerantur, sed tantum pro gravibus. Clar. Scaccia *loc. cit.* uti etiam minores, impuberes, mulieres. *cap. mulieres de jud. in* 6. Clar. *loc. cit.* exceptis criminibus gravissimis; mulieres tamen ignobiles indistincte de consuetudine carcerari possunt, imo & honestæ. Clar. & Scac. *loc. cit.* secus de Jure, ut supra diximus. Guaz. *def. 5. cap.* 3. Ita Episcopi, & personæ illustres non carcerantur. Ratione capturæ debet delictum esse tale, quod mereatur pœnam corporalem. Clar. *loc. cit.* ubi Bajard. *num.* 10. qui tamen admittit id, etiam quod pœna sit pecuniaria, ex Farin. *quæst.* 27. *n.* 39. ita de jure: nam de consuetudine carcerantur etiam pro delicto. cui irrogatur pœna pecuniaria; sed gravis. Ad hæc debent præcedere legitima indicia. Clar. *loc. cit.* Honded. *cons.* 108. *n.* 23. Seraphin. *de privil. juram. privil.* 132. *n.* 95. Fachin. *lib. 9. contr. jur. cap.* 55.

etiam in delictis atrocissimis, vel læsæ Majestatis. Honded. *cons.* 94. Guaz. *l. c. n.* 16. ubi alii. Et de his debet constare in actis per depositionem testium. Scaccia *loc. tit.* Limita primo in reperto in flagranti, qui absque præcedentibus indiciis capi potest. Lancellot. *in prax. tit. de captura.* Seraphin. *loc. cit.* nisi delictum esset admodum leve. Limita secundo in gravibus, in quibus sufficit, quod procedat qualis informatio, uti ex depositione testium infamium, impuberum, & alias inhabilium. Put. *de Syndicat. verb. tortus cap.* 1. *num.* 47. vel socii criminis, vel non jurata. Gomez *de delict. cap.* 12. *in prin.* Bajard. *q.* 21. *nnm.* 99. Scaccia *loc. cit.* Honded. *cons.* 94. & alii apud Guazzin. *loc. cit. num.* 20. Limita tertio contra vagabundum, fugitivum, vel suspectum de fuga; quia præcedente quali quali informatione potest capi. Gomez *de delict. cap.* 9. Seraphin. *de privileg. juram. privileg.* 132. *num.* 94. *&* 95. Guaz. *l. c. num.* 24. etiamsi depositio non sit capta in figura Judicii, nec adhuc in scriptis redacta. vide Clar. *d. quæst.* 28. *n.* 2. *circa fin.* Tandem debet constare de corpore delicti. Gomez & Scaccia *loc. cit.* Guaz. *l. c. n.* 26. Macerat. *var. resol. lib.* 3. *ref.* 18.

§. VI.

Effectus capturæ in flagranti.

Dicitur captura facta in flagranti, quando quis capitur in actu maleficii, & ducitur ad Judicem. Clar. 20
in §. fin. q. 8. *num.* 2. Scaccia *in tr. crimin. lib.* 1. *cap.* 78. *num.* 4. Guaz. *loc. cit. c.* 8. Item cum quis capitur post commissum delictum, antequam pervenerit ad locum destinatum. Bajard. ad Clar. *in d. q.* 8. *num.* 3. Scaccia *l. c.* Guaz. *loc. cit. num.* 2. De ejusmodi tamen apprehensione Birruarii debent facere relationem in actis. Bajard. Scaccia, & Guaz. *loc. cit. num.* 5. dummodo capti in flagranti præsententur Judici intra viginti horas; & contra talem potest procedi Juris ordine non servato, & ex abrupto. Mascard. *de prob. concl.* 1101. *n.* 15. Bajard. *q.* 2. *num.* 9. etiam sine querela, & accusatione. Clar. *in §. fin. q.* 8. Guaz. *loc. cit. cap.* 9. *num.* 1. Et tam in gravibus, quam levibus deveniri potest ex abrupto ad pœnæ executionem sine sententia, etiam juris ordine non servato. Clar. *l. c.* Guaz. *loc. cit. num.* 2. In levibus tamen debet concomitari evidentia rei, vel confessio delinquentis, alias istis deficientibus debent Rei admitti ad defensionem. Et licet de jure nemo possit capi sine mandato Judicis, tamen captura facta in flagranti, etiam sine tali mandato, valet. Clar. *in §. fin. q.* 28. *n.* 7. Gomez *de delict. cap.* 9. *n.* 3. Bajard. *in q.* 8. *n.* 5. Guaz. *loc. cit. num.* 4. & contra taliter captum potest deveniri ad torturam absque aliis præcedentibus indiciis, dummodo apprehensus non sit plene convictus, vel confessus; tunc enim non est torquendus super delicto principali. Marant. *in specul. p.* 6. & plures apud Guaz. *def. 5. cap. n.* 7. quia alias, si reus sustineret torturam, fieret injuria fisco, saltem quoad pœnam ordinariam. Limita ad effectum, ut manifeste complices.

¶ CARCER.

§. I.

Carcer quid sit, & quid sit mala mansio?

Carcer alius est publicus, & licitus, ut quando est 1
ad custodiam, quando vero est ad pœnam, ut quia comminatur alicui, quod inde nunquam exibit, nisi solvat aliquid non debitum, dicitur illicitus, & infert justum metum, & dicitur mala mansio, & corporis cruciatus. Castillio. *cons.* 13. *num.* 26.

Carcer est mala mansio. *l. apud Labeonem. §. quæstio-* 2
nis. ff. de injur. Castillio. *cons.* 29. *num.* 25.

Et captura, & carceratio dicitur species servitutis. 3
l. 1. & 2. ff. de liber. homin. exhiben.

Declara secus esse, quando via juris, & a Judice 4
fit carceratio; quia est res licita, sed si fieret a privato, esset species servitutis, Alex. *cons.* 133. *Circa exequutionem, n.* 9. *vir. non obstat. lib.* 6.

Et semper dicitur carcer ad pœnam quando sic carceratur, ut inde non exeat, nisi solvat; & tunc si juste detinetur, & debet, carcer est licitus, & valet tunc

contractus licite factus; secus si injuste detineatur, Castillio *d. cons. 13. n. 26. & multis seqq.* ubi *n. 31.* quod justus est metus Judicis pro justitia, idem Castillio *d. cons. 29. col. fi. n. 23. v. constat autem.*

6 Et carceratio infert infamiam carcerato, & est actus omnino irreparabilis. Alex. *cons. 17. Requisitus, col. 3. lib. 1.* Vide Tusch. *in v. Capto injuste quibus remediis succurratur. Concl. 75.*

7 Loco carceris potest reum consignare militibus, ut illum custodiant in loco tuto extra carcerem, vel illi assignare domum, vel civitatem pro carcere, quando persona hoc meretur, vel quando Judex habet credulitatem innocentiæ, quod etiam placet Claro *in §. fi. q. 46. num. 11.* licet alleget argumentum contrarium tenenti, propter periculum, quod potest evenire contra officialem.

8 Diuturna carceratio prohibetur; quia aut carceratus meretur pœnam, & debet puniri, aut non meretur, & debet liberari. *l. fin. C. de custo. reor.* Anch. *cons. 253. In quæstione Presbyteri, in fin.* ubi loquitur in foro etiam Ecclesiastico.

9 Et ideo carceratus, qui diu stetit in carcere, si in adventu novi officialis fiunt bannimenta, quod compareant illi, ad quorum petitionem sunt carcerati tales, vel alii qui sciant, & quorum interest, & nullus compareat, poterunt impune relaxari, ita Bart. *in l. si quis uxoris. §. si fugitivus, in fin. ff. de fur.* ubi dicit se plures ita practicasse per illum text. sequitur Aret. *in tract. malef. in v. fama publica.*

10 Regulariter tamen carcer ordinatus est ad custodiam, non autem ad pœnam. *l. aut damnum. §. solent. ff. de pœn.*

11 Et ideo locus sanctus est, sicuti muri Civitatis; ut per Cum. *cons. 106. Cajus talis in fi.*

12 Et ex sola captura, vel positione in vinculis non infertur injuria personalis, quia fit pro custodia.

13 Declara esse verum principali intentione non esse ordinatum ad pœnam, tamen pœnam infert secundario; quia carceratus dicitur luere pœnam in corpore, Ang. *in l. si quis id, quod, ff. de jurisd. om. jud.*

14 Declara secundo, nisi carcer in se habeat aliquod accidens, & in casu, de quo per Bart. *in l. 1. §. Divus. ff. de quæst.*

15 Declara, nisi punitio delicti non expectaret aliam pœnam, quam carceris, quia tunc est ad pœnam, *l. 1. ff. de aleator. l. nemo. C. de exactor. lib. 10.* Ang. ibi & sequitur Aret. *de malef. in v. fama publica, in pr.*

16 Et ad omnia prædicta de carcere, & carcerato, vide Bal. *cons. 90. & cons. 91. lib. 5.*

17 Et regulariter carcerati non sunt retinendi in vinculis, & compedibus, nisi qualitas personæ, & delicti aliud suaderet. Jul. Clar. *in §. fi. q. 46. in pr.* ubi quod ita servatur in Ducatu Mediolani.

18 Si tamen pro custodia carcerati positus est in compedibus, vel retinetur ligatus, vel alio modo devinctus, quod infert pœnam, non excusaretur custos, si liberaret carceratum, quia puniri deberet, *l. si hominem. ff. depos.*

19 Et quod paria sint, retinere carceratum, vel vinctum in vinculis, quia semper ad custodiam & non ad pœnam detentus dicitur apost. ad Clar. *q. 70. v. Clericis.* ubi, quod bene sunt diversa, habere in vinculis, & habere in carcere.

20 Et quod carcer sit locus sanctus, patet, quia in eo non est attentandum aliquid: nam frangens carcerem etiam pro sua liberatione punitur pœna capitis. Cuman. *cons. 106. Casus talis.*

21 Item meretrix existens in carcere non potest cognosci carnaliter ob reverentiam carceris, licet extra impune possit cognosci. Marsil. *Sign. 150. accessus.* imo custos carceris punitur pœna capitis. Jo. Fabr. *Instit. de publ. jud. §. item lex.*

22 Item bannitus, qui potest impune offendi ex forma statuti, non potest offendi in carcere, quia carcerati sunt sub protectione Principis. Marsil. *d. sing. 150.* Boer. *decis. 317. num. 5. & seq.* Vide Tusch. *verb. Carceratorum privilegia multa. Concluf. 90.*

23 Frangentes carcerem publicum puniuntur tanquam violatores loci sancti. Vide Tusch. *verb. Carcerati aufugientes qua pœna puniantur. Concl. 88.*

§. II.

Carcerari nemo potest pro Debito Civili, & qualiter procedat?

Carcerari nemo potest pro debito civili. Oldrad. *cons.* 1
54. Rom. *cons. 120. Circa primum, col. 2. v. tertia quia.* & hoc ante discussionem, ubi apost. *in v. Excussio,* quæ citat infinitos, & dicit communem.

Extende maxime in Clerico, quia carcerari non potest 2
pro debito mere civili, Ant. de Butr. *cons. 41. in fi.*

Extende, quia nemo potest carcerari pro debito civi- 3
li, nisi alterum de duobus concurrat, vel quod sit suspectus de fuga, vel cessante suspicione, nisi sit debitor in contumacia constitutus, plene Rom. *cons. 224. Ista captura, n. 3. v. secundo principali,* ubi apost. *in v. constitutus,* quæ dat conc.

Extende; quia imo etiam si dici posset in contuma- 4
cia constitutus debitor, sed non proprie, ut quia citatus ad exhibendum librum coram judice, ipsum librum portavit, sed non dimisit, & portavit, sed non de die, & hora monitionis, adhuc enim causa justa deberet eum excusare a contumacia, & pœna, quia etiam causa injusta excusat. Rom. *d. cons. 224. n. 3. v. & si dicatur.*

Extende; quia etiamsi sit constitutus debitor in con- 5
tumacia in judicio nullo, non potest carcerari, quia intelligitur de contumacia valida. Rom. *d. cons. 224. n. 4. v. cæterum posito.*

Et quod regula sit negativa. Vide Tusch. *verb. Ca-* 6
ptura personæ in civilibus quando licita, vel non. Concl. 70. Vide eundem *verb. Debitor quando possit carcerari, vel non. Concl. 48.*

Extende; quia etiam pro causa criminali pecunia non 7
potest capi, si vult fidejubere, etiamsi in subsidium teneretur pœna corporali, plene Jo. de Anan. *cons. 21.* ubi casus, & ibi Bologn.

Restringe, nisi facta excussione contra bona, si non 8
est solvendo. Jo. de Anan. *d. cons. 21. n. 6.* Rom. *d. cons. 120. col. 2. v. tertio quia, &* ibi plena apost. *in ver. excussio.*

Restringe; quia pro debito Fiscali quis capi potest. 9
l. Sacrilegii. §. fi. ff. ad l. Jul. pecul. qui loquitur in contumace.

Declara; quia licet possit capi pro debito civili pro 10
Fisco, quando est contumax; tamen non potest detineri in carceribus. Jo. de Anan. *d. cons. 21. n. 7.*

Extende; quia stante statuto, quod hæres debitoris 11
careceretur, sicut poterat carcerari defunctus, non habet locum contra hæredem minorem, plura Rom. *d. cons. 126. per tot.*

Amplia, maxime in muliere honesta; quia nedum 12
non potest carcerari pro debito civili, sed etiam judex aliter faciens punitur pœna capitis, juxta not. *in l. 1. C. de off. diverf. jud. & in auth. sed novo jure. C. de custo. reor.* Guido Pap. *dec. 256.* Vide Tusch. *verbo Mulier. habet multa privilegia de jure communi. Concl. 416.*

Extende, ut procedat, etiam si non absint bona, in 13
quibus creditori potest satisfieri. Guid. Pap. *d. dec. 256.*

Extende in Clerico, qui non potest carcerari pro de- 14
bito civili; quia est miles cœlestis militiæ, & non tenetur nisi in quantum facere possit, gl. *in l. miles. ff. de re jud.* Imol. *in c. Odoardus, de solutio.* & ibi Abb. Jo. And. *in c. si Clericus, de sent. excom.* late Marsil. *in praxi, ver. attingam, n. 70.*

Extende in Doctore; quia pro debito civili non po- 15
test carcerari. Bart. *in l. Medico. C. de profess. & med. lib. 10.* Vide Tusch. *verb. Doctorum privilegia multa. Concl. 559.*

Extende in minore; quia pro debito civili non car- 16
ceratur. Rom. *d. cons. 120. Circa primum, per tot.* ubi apostil. *in verb. pupillus.* citat pro utraque opinione, & dicit hanc communem. Vide Tusch. *verb. Minor an possit carcerari, & quando. Concl. 257.*

Extende; quia etiam in criminalibus mulieres hone- 17
stæ non possunt carcerari. *c. mulieres, de jud. in 6.*

Declara, ut per Jul. Clar. *in praxi crim. §. fi. q. 28.* 18
n. 3. quod de consuetudine carcerantur, sed debet judex esse circumspectus, ut ponat in carcere separato & honesto, vel cum cautione in domo particulari, vel Monasterio arbitrio Judicis. Vide Tusch. *verb. Creditor.*

potest

poteſt exequi facere contra debitorem multis modis Concl. 1063. Vide Eund. *verb. Captura perſonæ in civilibus quando licita, vel non. Concl.* 70. Vide Eund. *verb. Debitor quando poſſit carcerari, vel non. Concl.* 48. Vide Eund. *verb. Statutum circa capturam debitoris. Concl.* 479.

§. III.

Carcerari non debet Clericus, antequam conſtet de crimine.

1 Clericus non debet carcerari, antequam conſtet de crimine: *c. Clericos, de ſent. excomm. lib.* 6. Calder. *conſ.* 209. alias 3. *de appell. in pr. ver. & ſi dicatur.*

2 Imo, quod plura debeant concurrere; primo ut conſtet de delicto prius, item, quod Clericus ſit fugitivus; item, quod ad cuſtodiam fiat carceratio, alias judices inciderent in pœnam excommunicationis de jure communi, ſed tamen hoc hodie de conſuetudine non ſervari, dicit Jul. Clar. *in §. fi. quæſt.* 28. *n.* 4. ubi late.

3 Si vero agatur de captura, judex ſecularis non poteſt illum capi facere, niſi eſſet repertus in flagranti, vel eſſet fugitivus; & tunc poteſt eum capi facere, ut conſignet Eccleſiaſtico judici. Jul. Clar. *d. quæſt.* 28. *n.* 6.

4 Amplia; quia paratus obedire non debet carcerari antequam conſtet de crimine. Calder. *d. conſ.* 209. alias 3. *de appell. verb. ſed hoc probat.*

5 Amplia, ut procedat, etiamſi eſſet lata ſententia ſuper crimine, a qua eſſet appellatum, quia pendente appellatione nihil debet innovari. Cald. *d. conſ.* 299. alias 3. *de appell. in princ. verb. hac ergo.*

6 Contrarium, quando agitur de pœna corporali; quia imo debet carcerari per judicem appellationis; quia quod poteſt primus judex, poteſt etiam judex appellationis, alias redderetur eluſorium judicium. Jo. de Anan. *conſ.* 1. *in princ.* ubi Ludov. Bolog. *n.* 13. *ver. præterea.*

7 Amplia; quia Clericus maxime in ſacris conſtitutus volens cavere, non debet carceratus detineri. Cald. *d. conſ.* 309. alias 3. *de appell. in fin. v. imo plus.*

8 Limita; quia Clericus inquiſitus de violatione Monialis, vel alio delicto capitali debet carcerari per judicem primum, & judicem appellationis, & ſi eſt carceratus a primo, non debet relaxari, etiam præſtita fidejuſſione. Jo. de Anan. *d. conſ.* 1. *in pr.* ubi Lud. Bologn. *in apoſtil. n.* 13. *v. præterea.* Vide Tuſch. *verb. Fidejuſſoribus non fit relaxatio in cauſa capitali. Concl.* 330.

§. IV.

Carceris perpetui pœna an poſſit imponi, & quid operetur?

1 Pœna carceris perpetui reprobatur de jure Civili; & ideo ſententia condemnans ad carceres perpetuos eſt ipſo jure nulla. Bal. *conſ.* 448. *Quæritur in primis, in princ. lib.* 1. allegat *l. incredibile. C. de pœnis.* Bald. *conſ.* 437. *ſecus confecit, circa fin. lib.* 3. ubi dicit communem, quod non poteſt talis pœna imponi.

2 Contrarium eſt de jure Canonico, & ideo contra Clericos, & alios de foro Eccleſiaſtico poteſt imponi hæc pœna, quæ eſt major pœna, quæ imponi poſſit de jure canonico, excepta degradatione, quæ fit actualiter per traditionem Curiæ ſæculari. Bald. *dict. conſ.* 448. *in princ. lib.* 1. *& conſ.* 437. *n.* 7. *v. undecimo, lib.* 3. Fulgoſ. *conſ.* 44. *Quidam eſt pater.* Joan. de Anan. *conſ.* 1. *in pr.*

3 Ratio eſt; quia Eccleſiaſtici non poſſunt imponere pœnam ſanguinis; ideo permiſſa eis eſt pœna carceris perpetui. Fulgoſ. *d. conſ.* 44. *n.* 1.

4 Amplia; quia condemnati ad perpetuos carceres æquiparantur deportatis, & habentur pro mortuis; quia ſunt deſtinati, & proximi morti, ideo non poſſunt teſtari, etiam ad piam cauſam, neque poſſunt ex teſtamento capere. Bald. *d. conſ.* 448. *in princ. lib.* 1. Fulgoſ. *d. conſ.* 44. *per tot.*

5 Imo pœna perpetui carceris de jure Canonico ſuccedit loco pœnæ damnatorum in metallum. Joan. de Anan. *d. conſ.* 1. *num.* 10. *in fin.* idem dicit Bald. *dict. conſ.* 448. *Quæritur in primis, in princip. lib.* 1.

6 Amplia, ut quod dicitur pœnam carceris perpetui non poſſe imponi de jure Civili, ut nec pœna carceris temporalis imponi poſſit; quia carcer non eſt ad pœnam, ſed ad cuſtodiam. Bald. *d. conſ.* 437. *n.* 7. *uſque in fi. lib.* 3. ubi, quod eſt communis opinio.

Et pœna carceris eſt major pœna; quæ poſſit imponi de jure Canonico. Jo. de Anan. *dict. conſ.* 1. *in princ.* 7

Tamen minor eſt, quam ſit pœna mortis. Ludov. Bolog. *in addit. ad d. conſ.* 1. *Joan. n.* 18. *in fi.* 8

§. V.

Carceratus quando poſſit contrahere, vel non, & quid poſſit?

Donatio facta in carcere per donantem carceratum non valet, & hanc regulam ponit Marſil. *in praxi crim. in v. attingam*, quod contractus factus per carceratum non valet, *n.* 22. Vide omnino *dec. Capellæ Tholoſanæ* 399. & ibi apoſtil. ubi late circa intellectum *l. qui in carcerem. ff. quod met. cauſa.* 1

Declara regulam, ut procedat, quod non valet contractus factus in carcere, ſi intelligatur de carcere privato, ita communiter intelligunt Doct. *in l. qui alatronibus. ff. de teſtam.* ubi Jo. de Imol. vel quando erat carceratus in carceribus publicis non recte, ſed de facto; quia non valet aliquis contractus factus cum eo, qui detinetur in carcere. 2

Reſtringe, niſi donatio eſſet facta bene merito, & ratificatio extra carcerem; quia tunc valet. Bald. *conſ.* 249. *Donatio facta. lib.* 1. *in pr.* 3

Reſtringe, quando contrahit cum alio, quam cum eo, qui fecit illum carcerari; item ſi contrahit cum eo, qui fecit illum carcerari, ſed juſte. Marſil. *in praxi. d. v. attingam. n.* 22. 4

Reſtringe, quando contractus eſſet ad utilitatem carcerati, vel eſſet juſtus; quia valet. Marſil. *in praxi. d. §. attingam. n.* 23. Caſtr. *in l.* 3. *ff. quod met. cauſa.* Alex. *conſ.* 241. *Perſpectis, in fi. lib.* 6. Dec. *conſ.* 691. Pariſ. *conſ.* 5. *n.* 172. *& n.* 174. *lib.* 4. Ruin. *conſ.* 177. *n.* 15. *lib.* 1. adde pleniſſime Rom. *conſ.* 316. *Circa propoſitam, poſitam, per tot.* ubi dat multa exempla, & apoſt. in *v. injuſto.* dat plur. conc. maxime Afflict. *dec.* 149. *In cauſa Magiſt.* Ruin. *conſ.* 113. *Quia proponitur. li.* 5. *per tot.* 5

Amplia; quia contractus factus per carceratum injuſte, cum detinente in carcere, vel ejus participe, præſumitur factus per metum, etiamſi extrahatur ex carcere tempore contractus. Cuman. *conſ.* 68. *In præſenti. quæſt. in pr.* Zabar. *conſ.* 137. quod eſt Collegii Paduani, plene Marſil. *in praxi. d. v. attingam. n.* 22. *& ſeq.* maxime *n.* 24. *& ſeq.* ubi plura allegat. 6

Extende etiam in Rege, & Principe carcerato; quia non valet contractus, neque juramentum obligat; quia per metum extortum præſumitur. Zabar. *d. conſ.* 137. qui loquitur in Rege Cypri carcerato a Januenſibus. 7

Extende maxime; quia non valet contractus factus in carcere, etiam cum juramento, quando is qui tenebat carceratum injuſte, erat conſuetus exequi minas, ut quia fecit mori conſanguineos carcerati. Zabar. *d. conſ.* 137. *in prin.* 8

Extende, quia non valet contractus, vel conventio, aut obligatio facta per carceratum in carcere ad favorem potentis, qui detinebat in carcere; quia imo eſt nullus ipſo jure. Ang. Aret. *conſ.* 96. *In themate ſuprad. n.* 13. *& ſeq. v. ſed tamen iis non obſtantibus*, ubi plene, & tollit contraria. 9

Extende; quia imo, ſi officialis per ſola verba inferat metum dicendo: inquiram te de maleficio; & fiat contractus per eum, cui verba dixit, ad favorem officialis, talis contractus non valet. Ang. Aret. *d. conſ.* 96. *num.* 14. *& ſeq. v. propter dictam capturam.* 10

Extende; quia poteſt agere carceratus, qui contraxit, ſpolio, & remedio, *c. reintegrada.* 3. *q.* Ang. Aret. *d. conſ.* 96. *n.* 16. *& ſeq. v. cum ergo.* 11

Declara totam hanc materiam; quia contractus celebratus per metum illatum a privato non eſt nullus, ſed annullandus per actionem, *quod metus cauſa*, ſecus ſi contractus ſit factus in carcere, a carcerato, ad favorem carcerantis; quia ultra metum concurrit violentia perſonalis, & privatio libertatis, ita Ang. Aret. plene *d. conſ.* 96. *n.* 18. *& ſeq. ver. nec obſtant allegata.* 12

Extende maxime quando adſunt indicia, & præſumptiones, ut quia carcerati fuerunt extracti de carcere, poſtea iterum carcerati, & juſtitiati; quia etiam quoad tertium, qui emit, datur reſciſſio contractus ex capite metus illati. Cum. *d. conſ.* 68. *per tot.* 13

Extende; quia imo etiam contractus factus cum eo, qui 14

qui procuravit carcerationem, non valet, quando carceratio erat injusta, licet fuerit extractus de carcere ad contrahendum. Fulg. *cons.* 176. *Jacobus gestor*, ubi loquitur in carcerato ab officiali Papæ; quia si erat injusta carceratio, non valet contractus, licet per amicum fuerit extractus cum obligatione de reducendo cum ad carcerem.

15 Et ideo si suspectus de fuga captus injuste dedit fidejussorem de stando juri, & judicatum solvendo, declaraturque nulla captura, liberatur fidejussor; quia obligatio facta a carcerato injuste non valet ad favorem ejus, qui fecit carcerari injuste. Alex. *cons.* 241. *Perspectis, in fi. lib.* 6. ubi dicit communem, & ubi apost. *in ver. capi*, dat plures concor. & plurimos citat apost. ad Rom. 316.

16 Amplia; quia neque valet compromissum factum per carceratum cum eo, qui fecit ipsum a judice carcerari, quando carceratio erat injusta, & ab officiali carente jurisdictione; quia licet fuerit extractus ex carcere tempore compromissi cum obligatione de redeundo; tamen non valet compromissum, plene Fulg. *d. cons.* 176. *per tot.*

17 Extende; quia magis suspectus dicitur contractus factus extra carcerem ab eo, qui sub custodia carcerantis detinebatur, ut per Marsil. qui plura cumulat in *praxi. §. attingam*, *n.* 24. *& seq.* ubi, quod nullo modo dicitur liberatus, qui est sub custodia aliena. Gozad. *cons.* 11. *n.* 16.

18 Extende; quia non valet contractus, neque obligatio facta per carceratum ad favorem ejus, qui eum tenet in carcere, neque fidejussor ad contractum obligatur. Affl. *dec.* 149. ubi tenet, quod fidejussor, qui coactus fuit solvere ex ipso contractu nullo, potest repetere solutum a principali.

19 Extende quod hoc procedit, sive contractus fiat cum eo, qui injuste carceravit, sive cum alio illius contemplatione, *d. dec. Tho.* 399. & ibi in *additio.* ut in terminis Castr. *in l. non interest. ff. de eo, quod met. causa.* Bart. *in l. creditor. ff. de solutio.* Rim. *cons.* 140. *n.* 10. alias, si liceret contrahere cum tertio contemplatione ejus, qui injuste detinet carceratum, esset aperta via fraudibus, ut dicit Cum. *d. cons.* 68. *per tot.* maxime *n.* 4.

20 Declara; quia quod dicitur carceratum non posse; contrahere in carcere, intelligitur, quando carceratus est servus effectus, vel de facto, sed si de jure, & non est servus effectus, potest facere Procuratorem, potest se obligare, maxime, ut se liberet dando fidejussorem quem tenetur liberare, nedum pro sorte, sed etiam pro damnis passis, plene Abb. *cons.* 60. *Quoniam satis, in pr. & per tot. lib.* 1. *cons.* 316. *in pr.* ubi, quod alteri, quam carceranti obligatur, & ibi apost. *in v. injusto*.

21 Amplia; quia eadem ratione, qua non valet contractus, & obligatio facta per carceratum, quia præsumitur meticulosa; eadem ratione non valet ratificatio obligationis factæ per patrem dimissum in libertate, quando filius remansit carceratus. Zabar. *d. cons.* 137. *n.* 2. *ver. & ex eadem ratione*.

22 Amplia; quia carceratus injuste pro debito civili, si se obligat de solvendo, ut liberetur, facta liberatione potest allegare metum, & obligatio sua non valet. Sign. *cons.* 174. *Super intellect. in pr.*

23 Extende in carcerato injuste a latronibus, vel capto a piratis, vel in bello licito; quia si contrahat cum capiente, vel se obliget, non valet contractus, neque obligatio; ita loquitur *l. qui carcerem. ff. quod met. caus. qui a latronibus. ff. de testam.*

24 Extende, ut procedat, sive sit carceratus, videlicet carceri inclusus, sive in manibus familiæ carceri tradendus; quia dicitur justus metus, quando injuste est captus. Sign. *d. cons.* 174. *n.* 3.

25 Extende; quia dicitur injuste carceratus, si contra jus commune, & ob jus iniquum, vel privilegium Principis, vel ob jussum injustum judicis sit carceratus; quia paria sunt. Sign. *d. cons.* 174. *n.* 4. *usque in fi.*

26 Extende; quia non valet etiam fidejussio præstita per talem captum, vel carceratum injuste, quod solvet, seu se præsentabit; quia ex quo principalis obligatio est meticulosa, idem est de fidejussoria. Sign. *d. cons.* 174. *per tot.* ubi est casus.

27 Restringe, quando carceratio esset justa; quia culpa carcerati non inducit metum; ideo valebit eo casu & obligatio, & fidejussio. Sign. *d. cons.* 174. *num.* 3. & 4. *v. ex adverso*.

Limita; quia imo promissio facta per carceratum tertio, ut eum eximat a carceribus publicis, in quibus detinetur ad instantiam privati pro debito, valet, *l. metum. §. sed licet, ff. quod met. causa, l. nam, & servus. §.* 1. *ff. de neg. gest.* quia contraria loquuntur quando promissio, vel obligatio fieret ei, qui fecit carcerari, ut extorqueat a carcerato aliquid; secus autem est quando via juris fit carceratio. Rom. *consil.* 316. *in prin.* Gozad. *cons.* 9. *n.* 17. Præpositus post Jun. *in c. cum locus in fi. de sponsa.* qui dicit hanc communem opinionem. Abb. *d. cons.* 60. *Quoniam satis. lib.* 1. *in pr.* 28

Extende; quia quod valet obligatio, & contractus factus per carceratum juste, & via ordinaria juris, tenent Alex. *cons.* 241. *in fi. lib.* 6. Rom. *cons.* 316. Dec. *cons.* 691. *n.* 5. Ruin. *cons.* 187. *n.* 13. *lib.* 3. Lancell. Dec. *in l. qui a latronibus, ff. de testam.* Afflict. *decis.* 149. Vitali. *in tract. clausularum. in c. de metu carcer.* Abb. *d. cons.* 60. *in prin. lib.* 1. 29

Extende; quia quando captura est ex una causa, venditio autem, vel obligatio ex alia causa diversa, valet hujusmodi contractus. Alex. *cons.* 127. *n.* 5. *lib.* 5. 30

Extende; quia imo injuste carceratus, ut quia captivus, & in carcere privato, potest se obligare, & valet obligatio facta alteri, non ipsi detinenti, maxime si fiat obligatio pro liberatione. Rom. plene *cons.* 316. *Circa propositam, in pr.* ubi apost. *in ver. injusto.* dat conc. plene Abb. *cons.* 60. *in prin. lib.* 1. allegat Rom. text. in *l. nam & si servus, in prin. ff. de neg. gest.* 31

Extende, ut procedat etiam in minore, captivo, qui non potest sine certa solemnitate se obligare; quia si recepit mutuo sine solemnitate ab alio, ut liberetur a captivitate injuste facta, non poterit post liberationem a captivitate dare de nullitate contractus, tanquam non servata solemnitate factus, ex quo resultavit in sui utilitatem, ita plene Rom. *d. cons.* 316. *Circa propositam consultationem, per tot.* ubi ponit multa exempla. 32

Limita; quia contractus factus per carceratum cum tertio valet, nec præsumitur per metum. *l. metum. §. sed licet, ff. quod met. causa.* gl. & DD. *in l. qui in carcerem, ff. eod. tit.* Marsil. *d. praxi. §. attingam. n.* 23. gl. Bart. & Ang. *in d. l. qui in carcerem, ff. quod met. causa*. 33

Extende; quia ubicunque fit contractus a carcerato in carcere publico juste cum tertio, valet, etiamsi fiat cum fidejussore; quia validus est quoad eum, & fidejussorem. Bart. *in d. l. qui in carcerem, n.* 2. *ff. quod met. causa*, & alii. Abb. *in c. accedens, num.* 3. *de Procur.* Aret. qui dicit communem, *in l. qui a latronibus, n.* 4. *ff. de testam.* Lanfranch. *in repet. c. quoniam contra, in verb. confessiones, n.* 22. *de probat.* Fab. de Monte *in tract. de empt. & vend. q.* 13. 34

Declara limitatione, quando ex tali contractu cum tertio sequitur liberatio, vel magna utilitas carcerati, alias secus; quia hoc modo esset aperta via fraudibus. Cum. *d. cons.* 68. *per tot.* maxime *n.* 4. *v. quod ergo dicunt*. 35

Extende; quia indistincte valet contractus factus a carcerato, sive juste, sive injuste, quando non contrahit cum eo, qui fecit eum carcerari, quia distinctio, an juste, vel injuste sit carceratus, habet locum tantum, quando contrahit cum eo, qui fecit carcerari, ita procedit text. *in d. l. metus §. sed licet. ff. quod met. causa.* gl. *in d. l. qui in carcerem*, & ibi Bart. & alii, *ff. eod. & in d. l. qui a latronibus. ff. de testam.* Ang. *in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib.* 10. & maxime, quando carceratus est ex causa civili. Bald. *in l. & in privatorum C. si e non compet. judic. n.* 15. *& in rubr. C. de resc. vend.* 36

Limita; quia licet carceratorum contractus regulariter non valeant; tamen contrarium servatur; quia constituuntur Procuratores, relevant fidejussores pro excarceratione datos, & alios contractus valide faciunt. Clar. *in §. fi. q* 46. *n.* 6. *v. scias etiam*. Vide Tusch. *verb. Rex carceratus an obligetur ex contractu celebrato in carcere. Concl.* 335. Vide eund. *verb. Metus ex quibus præsumatur, & quando. Concl.* 223. Vide eund. *verb. Metus causa gesta tenent sed veniunt rescindenda, & quando sint nulla. Concl.* 221. ¶ 37

CARCERATUS.

Praxis Carceratorum.

Carceratus pauper est alendus ab Instigatore, vel accusatore, & ab iisdem debent illi subministrari expen- 1

sæ,

ſæ, ut poſſit ſe defendere. Bajard. ad Clar. *in §. fin. q. 46. n.* 12. Surd. *de alim. tit. 1. q.* 72. Guaz. *def. 6. cap. 1. num.* 1. & ſi inſtigator fuerit pauper, debentur à fiſco. Guaz. *loc. cit.*

Carceratus condemnatus pro delicto, ſi creditores 2
inſtent illum detineri in carceribus, quoad uſque ipſis ſatisfecerit, non poteſt executive pœna affici. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 146. *per tot.* Guaz. *l. c. num.* 8. *verſ. tertium.*

Carceratus non poteſt ſe obligare, & obligatio a carce- 3
rato facta non valet. *L. qui in carcere. ff. quod met. cauſ.* licet in obligatione adeſſet, quod ſponte ſe obligaverit, & ad ſe obligandum fuerit poſitus extra carcerem, & acceſſerit juramentum. Nata *conſ.* 451. *num.* 25. Rol. *conſ.* 2. *n.* 75. Guazzin. *n.* 9. Ampliatur primo; licet non eſſet in publicis carceribus, ſed nec etiam ſi ſit ſub fidejuſſione, & obligatione de habendo aliquem locum pro carcere. Guidop. *deciſ.* 253. Menoch. *de arbitr. caſ.* 301. *num.* 10. Guazzin. *num.* 11. Ampl. ſecundo, ut nec obligatio fidejuſſoria pro carcerato valeat. Afflict. *deciſ.* 149. Guaz. *num.* 12. Ampl. tertio, ut neque obligatio extorta timore futuræ carcerationis valeat. Boſſius *de carcer. poſt num.* 22. Rol. *loc. cit. num.* 7. Oſaſc. *dec.* 177. *num.* 2. Maſcard. *de prob. concl.* 1051. Limita primo in carcerato juſte. Macerat. *var. reſ. lib.* 2. *reſ.* 60. *caſ.* 33. Guaz. *num.* 14. Limit. ſecundo procedere concluſionem tantum in obligatione facta cum illo, qui fecit incarcerare, ſecus ſi cum tertio. Maſcard. *l. c. num.* 32. niſi tertius fuiſſet particeps carcerationis, vel incarceratus ſe obligaret cum tertio ad inſtantiam incarcerantis. Limit. tertio, ſi obligatio eſt favorabilis carcerato. Maſcard. & Guaz. *l. c.* Limita quarto, ſi obligatio fieret pro liberatione carcerati; Item ſi obligationem ratificavit extra carcerem. Maſcard. Oſaſc. & Guaz. *loc. cit.* Item in obligatione inter ipſos carceratos. Bajard. ad Clar. *q.* 46. *n.* 47. Item in teſtamento, quod fieri poteſt in carceribus. *L. qui a latronibus ff. de teſtam.* Limita quinto de conſuetudine. Clar. *q.* 46. *num.* 6. *circa fin. verſ. ſcias etiam.* Farinac. tamen admittit hanc conſuetudinem in carceratione juſta, non vero in injuſta; uti teſtatur Bajard. *q.* 46. *num.* 20. Macerat. *var. reſ. lib.* 2. *reſ.* 33. Guaz. *num.* 15. *verſ. nono.* Plura videri poſſunt apud Farin. *de teſtib. q.* 35. Paſqual. *de patr. poteſt. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 15. Cancer. *var. reſ. lib.* 3. *cap.* 1. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 80.

Carceratus pro delicto, non poteſt recommendari 4
pro debito civili. Brunus *de ceſſ. bon. q.* 11. Farin. *de carcer. q.* 27. Cabal. *reſ. crim. caſ.* 299. *num.* 12. *ſeqq.* Guaz. *def. 6. cap. 1. n.* 85. ubi alii.

Carceratus in uno loco non poteſt arctari ad reſpon- 5
dendum in alio loco. Clar. *in §. fin. q.* 34. *n.* 7. Bajard. *q.* 94. Guaz. *loc. cit. & def.* 23. ita ut neque teneatur comparere per procuratorem, neque opponere exceptionem carcerationis. Clar. *loc. tit.* Farin. *conſ.* 89. *num.* 2. niſi carceratio in alieno loco fuiſſet affectata a carcerato, qualis præſumitur, ſi fuit ſecuta poſt citationem emanatam a Judice. Clar. *l. c.* Farin. *conſ.* 17. vide Guaz. *def. 6. cap.* 1. *a n.* 18.

Carceratus poteſt appellare a carceratione, etiam poſt 6
triginta annos; quia gravamen eſt ſucceſſivum, & continuum. Francus *in cap. ſuper eo, de appell. n.* 4. Gomez *de delict. cap.* 10. *n.* 10. Seraph. *de privil. juram. privil.* 132. *num.* 9. qui tamen ibi id non dicit, ſed tantum, quod injuſte incarceratus, & relaxatus ſub juramento de redeundo, non teneatur redire, non obſtante juramento, quem vide. Macerat. *var. reſ. lib.* 3. *reſ.* 29. & alii apud Guarz. *l. cit. num.* 23. Limit. ſi Judex pronunciaſſet, carcerationem eſſe juſtam; tunc enim deberet appellare intra decem dies a die latæ ſententiæ. Lancellot. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *num.* 131. Bajard. *q.* 46. *num.* 6. tunc tamen ſi eſt jam carceratus, debet manere in carceribus. Lancell. & Bajard. *l. c.* quia pendente appellatione ex utraque parte nihil eſt innovandum. vide etiam in verbo *Appellatio.*

Carceratus eſt tutus in carceribus, ut a nemine poſ- 7
ſit offendi, quamvis eſſet Bannitus. Burſat. *conſ.* 216. *n.* 2. Farin. *q.* 103. *n.* 153. vide Cabal. *caſ.* 94. *n.* 4. Menoch. *de arbitr. caſ.* 90. *n.* 53.

Carceratus, qui diu fuit in carceribus, ob longam 8
incarcerationem, vel in totum relaxatur, vel mitius punitur. Guaz. *defenſ. reor.* 3. *n.* 18. apud quem Honded. *conſ.* 96. *num.* 39. *lib.* 1. qui loquitur de incarceratione

duorum menſium. Caball. *reſol. crim. caſ.* 142. *per tot.* & alii. Idem dic, ſi a tempore patrati delicti diuturnum tempus elapſum fuerit. Clar. *in §. fin. quæſt.* 60. *num.* 32. Gomez. *de delict. cap.* 1. *n.* 7. Covar. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 1. *verſ. primo poſſe contingere, circa medium.* Farin. *quæſt.* 10. Theſaur. *deciſ.* 76. *n.* 1. Tuſc. *litt. P. concl.* 569. *num.* 4. Put. *de Syndic. verb. pœna cap.* 4. *num.* 8. inducitur vero diuturnitas temporis in propoſito caſu per decem annos. Clar. *quæſt.* 60. *num.* 32. Farin. & Guaz. *loc. cit. num.* 3. *Theſaur. uti ſupra*, & probatur *ex L. omnes C. de pœn. L. diutius. ff. eod.* Tiraquel. *de pœn. moder. cauſ.* 41. & DD. *cit.*

Carceratus injuſte poteſt impune frangere carceres, 9
& aufugere. Bar. *in L. jus ejus. Cod. de prob.* Boſſius *in pract. crim. de carcer. fidejuſſ. relax.* Clarus *in §. fin. q.* 21. *num.* 26. Menoch. *de arbitr. caſ.* 301. Farin. *lib.* 1. *quæſt. crim. q.* 30 *de carcer. & carcerat.* Caball. tamen *reſ. crim. caſ.* 42. qui citat. Farin. *l. cit. num.* 130. & Boer. *deciſ.* 115. tenet contrarium, & vult talem pœna *arbitraria* eſſe puniendum, ob contemptum; quia *nemini licet* propria authoritate ſibi jus dicere; alias daretur occaſio pluribus fractionibus. Guaz. *def. 5. cap. 4. num.* 11. *& ſeq.* ſtat cum priori, niſi injuſtitia capturæ eſſet dubia; quia tunc ſequitur ſecundam; & prior poteſt probari ex iis, quæ dicentur in praxi defenſionis.

Carceratus Nobilis, vel magnæ exiſtimationis, debet 10
relaxari fidejuſſoribus datis, dummodo non agatur de gravi delicto, & de illo ſit gravatus: & ſi fidejuſſores non habet, datis pignoribus; quod etiam procedit in Clericis; quæ vero cautio debeat eſſe, vide in praxi *cautionis.* vide etiam Guaz. *def. 6. cap. 1. n.* 31. Bajard. *q.* 46. *n.* 19.

An vero carcerati ſint relaxandi diebus Paſchatis, 11
& Natalis Domini, juxta *L. nemo Cod. de Epiſc. aud.* vide apud Clarum *in §. fin. q.* 46. *n.* 9. Menoch. *de arbitr. caſ.* 303. *n.* 38. Guaz. *def. 6. cap. 1. n.* 38. *& ſeq.*

Carceratus condemnatus in exilium, ſi detinetur ali- 12
quo tempore in carceribus, illud computatur in exilium, vel pro exilio. Bajard. *q.* 71. *num.* 6. Gomez. *de delict. cap.* 8. *num.* 2. Cabal. *reſ. crim. caſ.* 142. *num.* 4. Guaz. *l. c. num.* 50. Intellige de tempore, quod currit poſt ſententiam, non ante.

Carcer, cum non detur ad pœnam regulariter, ſed 13
ad cuſtodiam. *L. aut damnum ff. de pœn. §. ſolent.* Gomez. *l. c. cap.* 9. *n.* 6. Menoch. *de arbitr. caſ.* 305. *num.* 4. apud Garz. *loc. cit. num.* 54. Ideo carceratus non eſt detinendus in loco ſubterraneo, obſcuro, & horrido. D. D. *mox cit.* neque in manicis ferreis, aut compedibus, niſi aliter viſum fuerit Judici, ob qualitatem cauſæ, & perſonæ valde gravatæ, confeſſæ aut condemnatæ. Excipe caſum, quando carcer datur ad pœnam; tunc enim poteſt eſſe obſcurus &c. dummodo qualitas delicti id poſtulet. Guaz. *l. c.*

Carceratus Clericus injuſte lucratur diſtributiones. 14
Covar. *var. reſ. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 8. *verſ. undecimo.* Probus *in cap. un. de Cler. non reſid. in* 6. Navar. *eod. tit. conſ.* 9. Theſ. *de for. Eccleſ. p.* 2. *cap.* 23. *nu.* 25. Macerat. *var. reſ. lib.* 1. *reſ.* 102. *an.* 19. Monet. *de diſtrib. p.* 2. *q.* 5. *n.* 80. & S. Congr. Concil. Trid. apud Guaz. *num.* 59. ſi poſtea fuit abſolutus a crimine.

Carceratus ſpontanee præſumitur innocens. Crav. *conſ.* 15
75. *n.* 19. Burſat. *conſ.* 144. *n.* 8. Guazzin. *l. c. n.* 62.

¶. CARDINALES.

§. I.

Cardinales quando eſſe cœperint; variæ opiniones recitantur.

Cardinales † non erant tempore donationis factæ a 1
Conſtantino Eccleſiæ; quia de eis non fit mentio, ſed erant ſub eodem Conſtantio in Concilio ſub Sylveſtro, *c. præſul. 2. quæſt.* 3. Oldrad. *conſ.* 63. † Contrarium Bard. in *tract. de præſtantia Card. in* 1. *q. num.* 31. ubi, 2
quod fit mentio de Reverendiſſ. Clericis, & intelligitur de Cardinalibus. † Quod cœperint tempore Do- 3
mini Pontiani Papæ, qui non habetur in numero Sanctorum, dicit Martin. Laud. in 2. *tr. de Card. q.* 18 allegat Arch. *in c. ubi periculum, de elect. lib.* 6. Gondiſal. Villadiego in eodem tractatu dicit, quod cœperunt tempore Pontiani, & Marcelli Pontificum

4 in 1. *quæst.* † Declarat plene Roman. in ſuo ſermone, qui ponitur poſt conſilia, *in princ.* maxime *num.* 4. *& ſeq.* ubi, quod Cardinales vices Apoſtolorum tet nent, & maxime *nu.* 12. *& ſeq.* ubi reprobat Archid. *in d. c. ubi periculum, de elect. in* 6. dicentem habuiſſe Cardinales initium tempore Pontiani Papæ, & Oldrad. etiam reprobat dicentem, quod tempore Sylveſtri cœperunt eſſe; quia Cardinales Conſiliarii ſunt Eccleſiæ Roman. & Adjutores ſunt, & ſemper fuerunt, non ſub nomine Cardinalium, ſed ſub alio vocabulo, prout in veteri Teſtamento vocabantur Sacerdotes Levitici, ad quos uti Conſiliarios recurrebatur, & Papa hos vocat Sacerdotes Levitici generis, qui jure Levitico ſibi in exequutione Sacerdotalis officii Coadjutores exiſtunt. *c. per venerabilem. §. rationibus, qui filii ſint legit.* & deinde in novo Teſtamento vocati ſunt Conſiliarii, ita B. Gregorius appellat Theodoricum virum eloquentiſſimum ejus Conſiliarium in *c. Eccleſiaſticis.* 12. *q.* 2. Pelagius *c. in parochia.* 17. *quæſt.* 1. & Concilium Meldens in *c. convenientibus.* 1. *qu.* 7. Hodie iidem Conſiliarii Cardinales appellantur, *c. fundamenta, de elect.*
5 *in* 6. † Et propterea licet antiquitus principales Sacerdotes in qualibet Eccleſia Cardinales vocarentur 21. *q.* 1. *cap. relatio.* hodie tamen ſine licentia Papæ eſſe non poſſunt. Rom. *d. ſermon. poſt conſ. n.* 14. *& ſeq.*

§. II.

Cardinales qui ſint, & eorum officium.

1 Cardinales † ſunt Cardines, quibus tota machina mundi, & Eccleſiæ Sanctæ ſubſtentatur, & ad quos poſt Papam ſpectat providere animabus populi Chriſtiani; & hoc, quia ſaccus eorum excutitur de manibus ipſorum in extremo judicio. Caſtr. *conſ.* 420. *Viſo puncto num.* 3.
2 *v. prima quia. lib.* 1. quod eſt Ant. de Butrio. † Pacem, & unionem in Eccleſia Dei omnino tenentur procurare, prout quilibet minimus Chriſtianus etiam obligatur: quia pax, & unio dicitur vinculum charitatis. Caſtr. *d. conſ.* 420. *num.* 3. *lib.* 1. quod eſt Ant. de But. ubi, quod Prælati, qui vinculum pacis non habent, & habere nolunt, Antichriſti deſcribi merentur, *cap. Novatianus.* 7. *q.* 1.

§. III.

Cardinalatus an ſit officium, & an per promotionem ad Cardinalatum vacent alia beneficia, & officia?

1 Cardinalatus † eſt officium, nec ad Cardinalatum promotus efficitur ſponſus alicujus Eccleſiæ, Cald. *conſ.* 56. *an ſi Epiſcopus*, alias 1. *translat. Prælat. num.* 3.
2 *præterea.* † Contrarium videtur, quia cum de conſuetudine Curiæ habeat ordinem ſacrum annexum; quia non poteſt eſſe Cardinalis, niſi ſit in ſacris, videtur eſſe dignitas, & quod habeat ordinem ſacrum annexum. Felin. *c. paſtoralis. num.* 11. *in fin. de offic. deleg.*
3 † Hodie ceſſat diſputatio; quia hodie nulla major dignitas eſt; cum Cardinales una cum Papa judicent omnes, nec poſſint ipſi judicari ab alio, quam a Papa & Collegis ſuis Card. ut inquit Jacobatius *tract. de concil. lib.* 1. *num.* 118. quod etiam confirmat Barbaſ. *de præſtantia Card. q.* 1. *Baſilica primæ partis. num.* 42. ubi, quod hodie nulla eſt major dignitas Cardinalatu, &
4 eſt ſummus, & primus gradus poſt Papam. † Recuſari tamen poteſt Cardinalatus, niſi conſtet de mente Papæ abſoluta. Cald. *d. conſ.* 56. *per tot.* ubi de hoc, alias
5 *il.* 1. *de translat. Prælat.* † Amplia; quia per Cardinalatum de jure non vacant alia beneficia, licet de ſtylo Curiæ contrarium ſervetur. Cald. *d. conſ.* 56. *num.* 3. *verſ. præterea*, alias 1. *de tranſ. Præl.* ubi quod Epiſcopatus vacant propter commoditatem Eccleſiarum Cathedralium, ne paterentur, non autem propter Cardinalatum. † Declara; quia beneficia promoti ad Cardinalatum de jure non vacant, licet contrarium ſervetur de ſtylo Curiæ. Cald. *d. conſ.* 56. alias 1. *de translat. prælat. num.* 3. & quod ita ſervetur. Gemin. *conſ.* 88. *in princ.* ubi quod Innocentius VII. qui promovit ad Cardinalatum Petrum Cretenſem Archiepiſcopum Mediolani, illi commendavit Archiepiſcopalem Eccleſiam vacantem per promotionem prædictam.

§. IV.

Cardinales creantur a Papa.

Regula † eſt, quod Cardinales creantur a Papa cum 1
voto aliorum Cardinalium conſiſtorialiter. † Extende; 2
quia etiamſi Papa juraſſet non creare Cardinales, non tenetur ad obſervantiam talis juramenti; quia magis utile, & expediens eſſe poteſt Eccleſiæ univerſali, quod creentur, quam non. Alex. *conſ.* 224. *In re tam gravi, in prin.* maxime *num.* 3. *lib.* 6. † Extende; quia etiam 3
creati aliquando fuerunt Cardinales poſt obitum creantis; nam Paulus II. creavit quatuor Cardinales, videlicet. Joannem Archiepiſcopum Strigoniæ, Petrum Foſcarum Venetum, & Protonotarium, Joannem Baptiſtam Sabellum, Protonotarium, Federicum de Cluniaco Protonotarium, ut eſſent Cardinales S. R. E. ſtatimque poſt obitum Pontificis publicarentur, ſupplevit omnes defectus ex certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis; ſed quia in ſpecie non derogavit extravag. Eugenii IV. fuit dubitatum de promotione an eſſet valida, & pro validitate conſulue-
runt, Alex. *conſ.* 111. *Perſpectis, lib.* 6. & Corn. *conſ.* 178. *lib.* 3. † Paulus III. creavit ſimiliter Bernardinum 4
della Cruce, qui poſt mortem Pontificis præſentavit Breve ſuum, ſed Collegium Cardinalium non admiſit, ſed & Breve prædictum laceravit, & abinde citra abiit in deſuetudinem hic modus creandi Cardinales, qui revera poſſet afferre magnam perniciem, & maximum ſcandalum in Eccleſia Dei.

§. V.

Cardinales familiares Papæ ſunt unum corpus cum eo.

Cardinales † magis ſunt familiares Papæ, quam alii 1
ſervientes, & dicuntur pars corporis, & collaterales Papæ; quia ſunt vocati in partem ſollicitudinis; ideo non minus debent gaudere privilegiis, ut percipiant fructus in abſentia, quam alii familiares, & Eccleſiæ ſervientes. Oldrad. *conſ.* 48. *Jus commune.* Anchar. *conſ.* 295. *nu.* 8. † Et quod Cardinales ſunt familiares Papæ, & 2
participent vere privilegia competentia familiæ Papæ. Anch. *d. conſ.* 295. *num.* 8. Et † veniunt appellatione 3
curialium in favorabilibus. Oldrad. *conſ.* 211. *num.* 5. *ver. Circa ſecundum*, & melius *conſ.* 293. *num.* 2. *& ſeq. ver. ſecundo conſuevit.* ubi *num.* 5. quod in pœnalibus, & odioſis in generali ſermone non veniunt. † In generali diſpoſitione odioſa, vel pœnali non con- 4
tinentur Cardinales. Old. *conſ.* 293. *n.* 5. *ver. præterea*, ubi loquitur ver verbum forte. † Amplia; quia Papa 5
dicitur proprie ordinarius quoad Cardinales immediatus; quo vero ad alios, licet ſit ordinarius, tamen intelligitur de abſoluta poteſtate. Anch. *dict. conſ.* 295. *nu.* 11. † Habent Cardinales quamdam communionem 6
cum Papa tanquam membra cum capite. Hoſt. *in cap. requiſiſti col. fin. de teſt.* Vide *Cardinalium privilegia multa. §. ſeq.*

§. VI.

Cardinalium Privilegia multa.

Collegium † Cardinalium eſt honorabilius membro- 1
rum, quod habeat Eccleſia Dei, Prob. ad Jo. Mona. in *cap.* 1. *de ſchiſmat. num.* 4. † Et Capitulum uni- 2
verſalis Eccleſiæ conſtituit collegium Cardinalium. Prob. ad Jo. Mona. *c. ſuper ea, de hæret. num.* 7. † Cardina- 3
les poſt Papam ſunt digniores omnibus in Eccleſia. Caſtrens. *conſ.* 420. *num.* 4. *& conſ.* 421. *num.* 2. *lib.* 1. & quod Cardinalatus ſit major dignitas, quæ ſit in toto orbe poſt Papam inter Eccleſiaſticos. Roman. *conſ.* 498. *num.* 11. † Et æquiparantur Cardinales regibus, & in 4
eis reſidet tota majeſtas Chriſtianæ Reip, ut dicit Jul. Cl. *in praxi cr. §. fi. q.* 98. *n.* 5. *in fi. v. ego nunquam.* † Jurare non tenentur obedientiam Papæ, prout alii. 5
Rom. in ſerm. poſt conſilia. *num.* 16. *& de conſ.* 498. *num.* 10. *ver. & adeo.* † Eligunt Papam, quia de gre- 6
mio eorum debet eligi. Rom. *d. ſer. num.* 18. † Et 7
collegium Cardinalium dicitur gremium Rom. Eccleſiæ,

siæ, *c. in nomine Domini, circa med. 23. dist.* Rom.
8 *d. cons. 498. n.* 18. † Et collegium Cardinalium summum, & excellens est, ut super omnia alia sit unicum a Deo cum Papa, ita, ut sit cum ipso unicum corpus. Rom. *d. cons. 498. num.* 11. *v. pariter quoque.*
9 † Romanæ Ecclesiæ speciales dicuntur. Rom. *d. cons. 498. n. 7. v. dicuntur*, allegat. *c. si quis ex Episcopis.*
10 *78. dist.* † Non subsunt Legatis, qui non sunt de latere, licet amplissimam habeant potestatem. Rom. *d.*
11 *cons. 498. num. 5. v. cum etiam videamus.* † Præcedunt Episcopos dignitate, & prærogativis multis. Anch. *cons. 295. nu. 6. v. præcedunt.* Roman. in sermone suo, *qui est post consilia. num.* 14. *& seq.* ubi, quod ratio est; quia institutio Cardinalium est prior, & dignioribus præsunt, & curam universalem habent, alii vero particularem; *c. bonæ, de postul. prælat.* item quia ita est concessum a Papa Ecclesiæ Rom. & *nu.* 19. ponit exempla, quod Hieron. Presbyter fuit dignior August. Episcopo; quia Hieron. Cardinalis administratione major erat, & Archidiaconus major est Archipresbytero,
12 & similia. † Judicant totum orbem cum Papa, cujus sunt Consiliarii, *c. per venerabilem. §. rationib. qui*
13 *filii sint legit.* Rom. *d. serm. num.* 15. † Pars corporis Papæ esse dicuntur, sicut Augusta Imperatoris. Anch. *d. cons. 295. n. 6. v. sicut enim, & nu.* 7. Rom. *d. serm. post consilia n.* 15. & ideo cum mittuntur Legati, dicuntur de latere, & *d. cons. 498. num.* 7. ubi apost.
14 † Imo unum corpus sunt Papa & collegium Cardinalium. Rom. *d. cons. 498. nu.* 10. & plenius, *n.* 11. *v. pariter quoque.* & plenius Felin. *c. ad audientiam, in fi. de præscrip.* ubi quod adeo sunt unum corpus Papa & collegium Cardinalium, item Episcopus & Capitulum, ut non præstent juramentum fidelitatis, licet obedientiam sic, & hoc, quia non est dare jurantem,
15 & recipientem, cum sint unum corpus. † Et licet Papa sit caput omnium, & omnes tanquam membra Papæ sint; tamen Papa speciale caput est Cardinalium, & ipsi sunt specialia membra ejus. Rom. *d. Serm. nu-*
16 *mer.* 16. † Membra Papæ dicuntur, & eorum assensu cuncta graviora ordinantur; ideo ejus lex sicut non ligat Papam; ita neque membra, ne diverso jure cen-
17 seantur. Anch. *d. cons. 295. num.* 7. † Gremium Papæ sunt & Ecclesiæ Romanæ, ut majorem unitatem habeant. Rom. *d. serm. num.* 17. & Papa debet eligi ex Cardinalibus; & ideo non debet erubescere Papa inter Cardinales numerari, ibi *n.* 18. *& d. cons. 498. nu.*
18 10. † Patritii sunt scripti in diademate Principis, & appellantur fratres Principis præ cæteris prærogativa gaudentes; quia licet veniant Episcopi in generali, & odiosa dispositione; non tamen Cardinales. Jo. Mona-
19 ch. *d. c. 1. de schismaticis, num.* 2. † Vinculum indissolubile est inter Papam & Cardinales, sicut inter virum & uxorem; ideo Card. participant de privilegiis Papæ, sicut uxor participat de privilegiis mariti. An-
20 ch. *d. cons. 295. n.* 8. † Et dicuntur pars corporis Papæ *6. q. 1. c. si quis.* ita Jo. Mona. in *d. c. 1. n. 2. de schism. lib. 6.* ubi omnes, maxime Franc. *n.* 3. Probus *in addit. ad Jo. Monach. n. 3. in v. viciniores, & n.* 7. ubi ad hoc allegat Bald. *in rubr. ff. de offic. procon. & leg.* ubi dicit, quod omnis ordo recipit splendorem a Principe, sed non æqualiter, prout in Cardinalibus, quia præsentes digniores sunt, quam absentes, exceptis Legatis, Prob. in *c. 1. de major. & obed. n. 6. lib. 6.* vide Prob. ad Jo. Mona. *c. super eo, nu. 2. de hæret.* ubi Papa caput, Cardinales vero membra sunt Ecclesiæ, allegat Host. in *c. antiquo.*
21 *col. 2. de privil.* † Familiares Papæ dicuntur; quia debent participare de privilegiis familiæ. Anch. *d. cons.*
22 *295. num.* 8. † Et quod habeant quandam communionem cum Papa, tanquam membra cum capite. Host. *in c. requisiti. col. fi. de testam.* ubi Jo. Andr. & Villadiego de Card. Legato, *num.* 11. *de pœn. q. 54. n.* 12.
23 *& 13.* Sarnen. in *proœm. reg. q. 4. col. 1. in fin.* † Senatores Papæ, & Ecclesiæ sunt, & gaudent omnibus privilegiis & immunitatibus, quibus Cœtus Senatorii apud culmen Imperiale, *c. Constantinus, 9. dist.* Rom. *d. cons. 498. In casu, quo quæritur, in princ.* ubi apost.
24 in *verb. Senatoria.* † Et ideo sicut Senatus Imperatoris restituit ad famam, ita collegium Cardinalium.
25 Rom. *d. cons. 498. in pr. num.* 2. † Et sicut Imperator non erubescit connumerari in ordine Senatorum, ita neque Papa in numero Cardd. Rom. *d. cons. 498. n. 3.*
26 *verb. hinc etiam.* † Et sub generali dispositione odiosa, sicuti Senatores non comprehenduntur, sed Imperatores reservantur; ita etiam Cardinales in generali dispositione Papæ non includuntur, sed id Papæ est reservatum. Rom. *d. cons. 498. numer. 4. ver. & nullus negare potest.* † Et quod generalis dispositio odiosa non 27
comprehendat Cardinales; quia speciali nota digni sunt. Anch. *d. const. 295. Pro clariori, num.* 5. & est communis opinio secundum Gom. in *reg. de valore. q. 1. in pr.* Bellenci. *in tr. de charit. subst. quæst. 66.* Barbat. *cons. 23. Scripsit Propheta, in dub. lib. 1. num. 7. v. modo Papa*, plene Jo. Monach. & Jo. Andr. & alii in *d. c. 1. de schismat. in 6.* ubi Prob. sequitur Anch. & alios citat, & hanc partem tuetur Mandos. *Regul. 19. de infir. qu. 2.* ubi citat infinitos. Jas. *cons. 117. In causa & lite. col. 3. lib. 4.* Gig. *de pensio. q. 9. n. 7. & seq. 59. nu. 13. & 14.* ubi de communi, nam Papa dicitur sponsus Ecclesiæ, & Cardinales filii primi gradus, ut
per Sarnen. *in proœm. reg. quæst. 4.* † Extende; quia 28
regulæ Cancellariæ de valore, & aliæ non odiosæ non comprehendunt Cardinales Anch. *cons. 295. n. 5. & 7.* Vide apostillam ad Roman. *cons. 498. in ver. Cardinales*, quos citat Gomez. in *proœm. reg. in quæst. 4.* ubi latissime, & in *regul. de infir. quæst. 3. & in regul. de idiomate. quæst. 3.* † Extende; quia constitutiones canonicæ pœnales non comprehendunt Cardinales nisi spe- 29
cie exprimantur. Anch. *d. cons. 295. n. 5. & 6.* † Ex- 30
tende, quia non continentur sub revocationib. generalibus, nisi fiat de eis mentio specialis. Anchar. *d. cons. 295. num. 6.* Roman. *d. cons. 498. In casu, quo quæritur. num. 6. ver. tertio deducitur*, ubi plena apost. in *verb. Cardinales*, quæ citat concord. † Extende; quia valet 31
argumentum; lex Papalis non ligat Papam, quia caput est Cardinalium; ergo neque ligat Cardinales; quia membra sunt Papæ, ne diverso jure censeantur. An- *d. cons. 295. numer. 7.* † Contrarium sentit per plura 32
Gomez. *in d. reg. de valore. quæst. 1. numer. 3. & per tot. & in quæst. 4. proœm. regul. & in quæst. 3. de infirmis*, ubi plures citat, & alios addit ibi Mandos. *quæst. 2.* ea ratione; quia generalis dispositio etiam privilegiatos comprehendit. † Declara primam opinionem 33
procedere in præsentibus in curia, contrariam autem in absentibus, in *d. quæst. 1. de valore in fi.* † Quan- 34
do dispositio continet verba cujuscunque dignitatis, & gradus, tunc comprehendit Cardinales, alias secus, ita Gomez. *d. proœm. regul. quæst. 4. num. 2.* ubi, quod Rota ita tenuit in una Ferrariens. † Extende; quia 35
concessio charitativi subsidii concessi generaliter Regi Castellæ & Legionis, contra Clerum pro recuperatione regni ab infidelibus occupati, non comprehendit Cardinales pro beneficiis, quæ obtinent in administrationem. plura Rom. *d. cons. 498. In casu quo quæritur, in princip.* ubi plurima ad favorem Cardinalium allegat. † Contrarium, & melius dicit prima apostilla ad Ro- 36
man. *d. cons. 498. in verb. quoad non.* ubi allegat Bellenc. *d. charit. subsid. q. 66.* ubi respondet ad omnia allegata per Rom. & hanc partem sequitur Dec. ut ibi. † Offendens Cardinalem incidit in pœnam læsæ ma- 37
jestatis, *c. felicis*, & ibi Anchar. in 4. *not. num. 2. de pœn. in 6.* Martin. Laud. *de Cardin. qu. 48.* Gigas *de crim. læsæ majest. part. 1. q. 5. per tot.* Vide Tusch. *verbo Cardinalem, vel Episcopum offendens qua pœna puniatur. Concl. 102.* † Et quod si quis Cardinalem ho- 38
stiliter persequitur, is efficiatur rebellis, & teneatur lege Julia læsæ majestatis. Cald. *cons. 484. circa fi.* alias *6. de accusatione.* † Declara, ut non procedat, quan- 39
do contemplatione alterius dignitatis, quam Cardinalatus rebellio causaretur versus Cardinalem. Cald. *d. cons. 484.* alias *6. de accusatio.* † Restringe, nisi quia ad 40
defensionem sui offenderet Cardinalem; quia tunc licita est offensio. Ang. ex mente Joan. And. quem citat, & sequitur *cons. 376. Nobiles viri, in prin.* † Sti- 41
pulari potest Cardinalis pro Ecclesia, sicut Notarius, & valet stipulatio. Oldr. *cons. 30. ver. secundo quæritur.* † Socii Papæ dicuntur, ideo sicut socius participat de 42
privilegio socii, ita Cardinales participare debent jure communionis de privilegiis Papæ, Anch. *d. cons. 295. num. 8.* † Et quod socius participet de privilegio socii, 43
Bart. *num. l. solent, n.* 14. *in fi. ff. de aliment. & cibar. legat.* Soc. *c. fi. in* 11. *art. in* 8. *fallen. de mut. petitio.* Felin. *c. 1. nu. 6. ver. & dicit Ant. de præscr.* Soc. *cons. 12. n. 17. lib. 1.* Soc. Jun. *cons. 34. n. 2. lib. 2.* † Habent 44
partem introitus Cameræ Apostolicæ. Germ. *periculum.*

§. pro-

§. *visionis*, *in* 1. *not.* per illum text. *de electio. in* 6. Lauden. *tract. de Cardinal. quæst.* 27. Barba. *eod. tract.* q. 6. *num.* 6. & Manfred. *decis.* 224. *post tract. Card.* ubi dicit, quod habent medietatem reddituum Cameræ Apostolicæ ex Bulla Nicolai IV. quam dicit claram, si eam vidit, prout credo, quod non viderit: nam ex Bulla Pauli IV. 43. in ordine consistorialibus, quæ expediuntur per Consistorium, medietatem integræ annatæ, quæ solvitur, & appellatur servitium commune
45 cum Papa. † Gratia collationis facta per Papam Cardinali non est proprie gratia, neque donatio libera, sed quædam remuneratio; quia Papa obligatur; ideo liberæ potius dicuntur esse justitiæ, quam gratiæ in
46 Cardinale, Anchar. *d. cons.* 295. *num.* 10. † Ordinarius proprie dicitur Papa quoad Cardinales: quia est immediatus, quoad alios dicitur ordinarius de absoluta potestate, ideo collatio Papæ facta Cardinali debet regulari, prout collatio ordinarii collatoris, ut valor non
47 expressus non vitiet. Anch. *d. cons.* 295. *nu.* 11. † Cardinales habent privilegium, quod beneficia suorum familiarium non possunt conferri per Papam sine consensu Cardinalis patroni. Ægid. Bellam. *cons.* 19. *num.* 2. *ver. quinto, quia*, ubi, quod pari ratione Cardinalis Legatus quamcumque amplissimam facultatem habens conferendi beneficia non confert vacantia per obitum
48 familiaris Papæ, vel Cardinalis. † Jurisdictionem Episcopalem habent in suis titulis, & in Ecclesiis sibi subjectis, ideo possunt excommunicare, & omnia alia facere, quæ sunt jurisdictionis Episcopalis. *cap. iis quæ.* ubi Abb. & alii in 2. *not. de major. & obed.* ubi dicit communem opinionem. Rom. in serm. suo post
49 consil. *n.* 19. *in fin.* † Imo, quod Cardinalis etiam non Episcopus in Ecclesia sui tituli utatur pleno jure Episcopali, incert. author post regulas. Soc. *reg.* 1. *Episcopus debet providere*, in prima fallentia, ubi plene.
50 † Conferunt minores ordines, utuntur Episcopalibus insigniis, & benedicunt solemniter, licet non habeant consecrationem aliquam, sed nudos ordines sacros. Felin. *in c. inter Monasterium*, *num.* 2. *de re judic.*
51 Habent eandem juridictionem in titulis suis, quando sunt Ecclesiæ Patriarchales, quam habent Patriarchæ, & alii Superiores, videlicet Archiepiscopi, & similes
52 in suis diœcesibus. † Familiares Cardinalium judicantur ab ipsis solis Cardinalibus, ideo etiam Vicarius Papæ non judicat tales familiares, sed eos remittit suo Cardinali, & ideo Cardinales habent privatum carcerem, ita de stylo Curiæ servari dicit Jul. Cla. *in* §.
53 *fi. quæst.* 35. *numer.* 17. † Palatia & domus Cardinalium præbent immunitatem confugientibus ad ea, sicut ad Ecclesiam; ideo non possunt extrahi per judices seculares. Jul. Clar. *in* §. *fi. q.* 32. *n.* 26. ubi, quod ita servatur de communi consuetudine.

§. VII.

Collegium Cardinalium quid possit sede vacante?

1 Collegium † Cardinalium est honorabilius membrum, quod habeat Ecclesia. Prob. ad Jo. Mon. *in c.*
2 1. *nu.* 4. *de schism.* Vide §. *sup.* † Electio Papæ spectat ad Cardd. solos, & debent concordes ad electionem concurrere duæ tertiæ partes Card. ex tribus, ut valida sit electio, *c. licet de vitanda*, *de electio.* ubi circa electionem PP. Zab. *nu.* 11. *qu.* 22. ponit tredecim specialia, quæ videas, & totidem etiam ponit ibi Abb. *num.* 8. *v. sed pro declaratione*, ubi *num.* 14. dicit quod expectati non venientes per decem dies non
3 computantur. † Et facta electione per scrutinium possunt illi, qui dederunt votum uni, accedere ad alterum, quando ille, cui primo dedit votum, non habet numerum sufficientem, alias secus; quia non posset pœnitere, & maxime, quando alteri non accedunt. Zab. *d. c. licet de vitan. quæst.* 31. *num.* 10. ubi Abb. *in* 8. *not. v. octavo nota*, *num.* 8.
4 † Declara; quia iste accessus potest fieri publicato scrutinio, antequam sit ruptum scrutinium, & dicitur ruptum, postquam fuerunt lacerata vota, vel esset a loco recessum, vel esset pro lacerato, secundum consuetudinem, quæ attendi debet. Zab. *d. c. licet*, *de*
5 *elect. in* 8 *special. num.* 1. † Declara; quia potest fieri iste accessus, etiamsi fieret ei, qui unicum votum habet, dummodo sequatur numerus duarum tertiarum; secus si ille, cui fieret accessus, jam se immiscuisset in Papatu sine sufficienti numero; quia cum sit excommunicatus, non potest convalidari electio per accessum. Abb. *d. c. licet*, *numer.* 8. *v. quartum speciale*, *de electio.*
† Restringe; quia licet Collegium Card. non posset 7
tollere constitutionem Papæ; tamen si omnes simul concordes convenirent, quod sufficiat electio facta per majorem partem, tunc valebit. *gl. in clem. ne Romani*, *in v. reprobamus*, *de elect.* Ratio est; quia si omnes, ergo duæ etiam tertiæ partes concurrunt. † Et 8
electus non potest comparari in numero eligentium, nec accedit sibi ipsi per scrutinium secretum; secus si per scrutinium publicum, vel per viam compromissi. Zab. *d. c. licet de elect. num.* 9. *in fi. quæst.* 9. ubi Abb. *nu.* 13. *ver. & in glossa.* & ista est communis opinio. Abb. *in c. cum in jure peritus*, *n.* 7. *ver. tertiam lecturam*, *eod. tit.* † Vide sum. Sylvest. in *ver. excommuni-* 9
catio. §. 9. *num.* 6. *& seq. & num.* 35. *& seq. q.* 12. ubi quod electo a duabus tertiis non opponitur aliqua exceptio, sed solum datur accusatio, ubi agitur de religione. † Et in scrutinio possunt pluries ad libitum nominari, prout sibi placet, & non refert, an dicat, eligo, vel nomino, vel consentio in talem. Abb. *d. c. licet*, *in* 2. *special. sub n.* 8. † Habet Collegium Card. 10
annatæ medietatem de omnibus beneficiis Consistorialibus, de quibus fit provisio in Consistorio, & appellantur communia servitia, quæ præstantur ad substentationem PP. & Cardinalium, ut extat Bulla Pauli IV. 43. quæ dicit hanc annatam fuisse approbatam in Concilio Viennensi, prout etiam attestatur Jo. And. in *c. inter cætera*, *de offic. ordin. in fin.* qui dicit, quod ipse instituit in Concilio, quod tolleretur hæc annata, & ejus loco constitueretur vigesima de omnibus beneficiis mundi pro substentatione Papæ, & Cardinalium, & Patres noluerunt; quia dubitarunt solvere utrumque, sed Zab. ibi dicit, quod remedium erat, quod Concilium statueret, ne Papa posset alterare. † Pro hac 11
annata competit tacita hypotheca Collegio pro sua medietate, sicut Papæ, quia sicuti Augusta habet respectu Cæsaris hoc privilegium, *l. filius*, *in fin. ff. de jure fisci:* ita Collegium respectu Papæ: quia habet æqualitatem cum Augusta, Anch. *cons.* 295. *n.* 6. & 8. & ita consului etiam, quia pro substentatione debetur; ergo pro alimentis; quia competit pro eis hypotheca. Rom. *cons.* 388. *in pr.* & ibi apost. & daretur etiam contra tertium possessorem. Rip. *l.* 1. §. *hæres. ff. ad Trebell.* Vide Tusc. *verbo Annata*, *& annatistæ. &c. Concl.* 328. † Limita; quia non potest Collegium Cardd. se- 12
de vacante condere statuta prout potest Capitulum Canonicorum, & est speciale in collegio Cardd. Fed. de Sen. *cons.* 16. *numer.* 2. *ver. præterea speciale est.* & *cons.* 30. *num.* 2. *ver. præterea*, *c. ubi periculum*, *de elect.* † 13
Extende; quia non potest moderari, neque dispensare neque renunciare expresse, *clem. ne Romani*, *de elect.* ubi gloss. in *ver. potestatis*, ubi, quod licet possit eligere, & creare Papam; non tamen potest creare Cardinalem. ¶

CATHEDRATICUM.

Praxis Cathedratici.

Cathedraticum dicitur a Cathedra, & Episcopo de- 1
betur in honorem ipsius Cathedræ, juxta Summistas, & Riccium *in prax. var. res. p.* 2. *res.* 182. *cap. conquerente*, *de offic. Ordin.* Paris. *de confid. quæst.* 15. *n.* 5. Leo *prax. Episc. p.* 2. *c.* 14. *verb. Jus Cathed. n.* 5. Barb. *de potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 86. *n.* 40.

Cathedraticum hoc solet solvi in Festo Nativitatis, 2
& Resurrectionis JESU CHRISTI, *l. c.* Datur in signum subjectionis; & licet in totum nullo tempore prescribi possit, quo minus debeatur, in parte tamen potest. Abb. *in cap. pastoralis*, *de donat.* Barb. *loc. cit. n.* 42. Ac licet Ecclesia pleno jure liberaretur a subjectione, adhuc non conferetur remissum Cathedraticum, nisi expresse ponatur. *gl. in d. cap. pastoralis.* Riccius *loc. cit.* Balb. *de præscr. p.* 1. *quintæ partis princ. quæst.* 16. *num.* 5.

Hinc Episcopus, qui nunquam exegit Cathedrati- 3
cum, potest illud tam pro tempore præterito, quam in futurum exigere, ut declaravit S. Congr. Concil.

in

in una Albiganenſ. die 3. Decembris 1644. ad ſeſſ. 24. c. 3. de Regul. apud Pignatel. *tom. 1. conſ. 283.*

4 Licet vero præſcribi non poſſit, per conſuetudinem tamen poteſt aliter introduci. Barb. *l. c. n. 42.* Ricc. *l. c.*

5 Sed, in qua quantitate Cathedraticum eſt ſolvendum? Reſp. taxam illius eſſe in duobus ſolidis, juxta *gl. in cap. conquerente, de Offic. Ord.* Riccius & Barb. *l. c. n. 43.* S. Congr. apud Pignat. *loc. cit. conſ. 284.* niſi aliter obtineat conſuetudo Provinciarum. Covar. *lib. 1. var. reſ. cap. 11. n. 3.* ubi de ſolidorum æſtimatione. *& de vet. numiſm. cap. 6. nu. 5.* Gratian. *diſc. for. cap. 51. nu. 14.* quia ſolidorum valor conformis non eſt. Riccius, & Barb. *loc. cit.*

6 Ad Cathedratici ſolutionem tenentur, non totus Clerus, ſed Beneficiarii, Eccleſiæque ſubjectæ tantum. Barb. & Ricc. *l. c.* S. Congr. *ſup. cit.* apud Pignat. *conſ. 285. tom. 1.*

7 Ab hoc tamen Cathedratico ſunt exemptæ Eccleſiæ Regularium. *cap. 1. de ſtat. Monach.* Rot. apud Cenc. *deciſ. 110. addit.* etiam Parochiæ Hieroſolymitanæ. ut declaravit S. Congr. apud Pignat. *tom. 3. conſ. 6. n. 26.* ſermo eſt de regularibus illorumque Eccleſiis in capite & in membris exemptis. vide Bullam Pii V. & Gregor. XIII. *conſt. 77. §. 3. & conſt. 5. §. 1.* ubi exemptio extenditur ad Presbyteros curam animarum exercentes in Eccleſiis unitis: videri poteſt Bellencin. *de Charitat. ſubſid. q. 32. nu. 5.* & quæ ſupra diximus *in prax. Abbatum. n. 21. §. 5.* P. Reiffenſtuel. *lib. 3. decret. tit. de cenſib. n. 13.* ubi, quod Eccleſiæ ſæculares, etiam pleno jure Monaſteriis unitæ, ſeu incorporatæ, ad cathedraticum teneantur. ex Fagnan. *in cap. conquerente. 16. de cenſib. n. 10. & 43.* Anchar. *ibid. n. 5.* & Abb. *num. 1.* gloſ. *in cap. inter cætera. 10. q. 3. verb. ſolutionis.*

CAUSA.

Praxis Cauſarum.

1 Cauſæ omnes tam Civiles, quam Criminales, ad Forum Eccleſiaſticum pertinentes, exceptis Privilegiatis, quæ ad Sedem Apoſtolicam pertinent coram Ordinariis Locorum dumtaxat, in prima Inſtantia cognoſci debent; neque a Metropolitanis, Patriarchis, aut Primatibus, aliiſque quibuſcumque Judicibus Eccleſiaſticis ad ſe advocari, vel aliis commiſſi poſſent, niſi per viam legittimæ appellationis. Benedict. XIV. Conſtitu. *Ad militantis*, §. 42.

2 Cauſæ de partibus non attingentes valorem centum ſcutorum, & non privilegiatæ, retineri nequeunt in Curia; ſed ſubdelegandus eſt Judex in partibus. Benedict. XIV. Conſtit. *Romanæ Curiæ*. §. 12.

3 Cauſas ſpirituales avocantes a Judicibus Eccleſiaſticis excommunicationis pœna damnantur. Benedict. XIV. Conſtit. *Paſtoralis Romani*. §. 14.

CAUTIO.

Praxis Cautionum.

1 Cautio in Jure ſufficiens dicitur, & intelligitur fidejuſſoria, vel pignoratitia, non autem juratoria. *gl. in cap. de benedicto. q. 1. & in cap. ex tranſmiſſa*, ubi Innoc. Hoſtienſ. & Anchar. *de reſt. ſpol.* Sperel. *deciſ. 139. n. 31.* Sanch. *de matr. lib. 10. diſp. 18. n. 44. ſeqq.* ubi de cautione danda a marito uxori de non amplius ſæviendo, & ita, ampliatur etiam in cautione præſtanda uxori de non offendendo, niſi vir eſſet diſcretus, & timoratus, vel non reperiret fidejuſſorem ob paupertatem; tunc enim ſufficeret juratoria, etiam ad lites. *gl. in cap. Odoardus de ſolut.* Gail. *obſ. 47. l. 2.* Fachin. *lib. 12. contr. Jur. cap. 63.* Hering. *de fidejuſſ. cap. 10. nu. 89.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ. 4. gl. 18.* Eccleſ. *obſ. for. 42. n. 9.*

2 Eſt autem cautio juratoria promiſſio ſine fidejuſſoribus, ſolo interpoſito jurejurando facta. *§. ſed hodie inſt. de ſatiſdation.* Hering. *l. c. cap 18. n. 88.*

3 Cautio vero juratoria admittitur, ubi quis fidejuſſorem præſtare nequit. Marſil. *de fidejuſ. n. 166.* Medices *de caſ. fort. p. 2. q. 4. nu. 23.* Schroeder. *de feud. p. 10. ſect. 20. n. 296.* Hering. *loc. cit. nu. 89.* Ampliat. licet ad normam ſtatuti requireretur fidejuſſoria; quia ſtatutum debet interpretationem accipere a Jure: ſicut autem lex non obligat ad impoſſibilia. *L. impoſſibilium ff. de Reg. Jur.* ita nec ſtatutum obligare poteſt. Hering. *loc. cit. n. 92. & 95.* ubi alii; quòd procedit etiam quoad forenſes. Hering. *numer. 94.* contra Solam *ad conſtit. antiquas Sabaud. rubr. de concl. in cauſ. p. 3. gl. 1. n. 16.* pro forenſibus, ſtant etiam Rol. *conſ. p. 43. n. 22.* Gail. *lib. 1. obſ. 26. n. 2.* Ampliatur ſecundo in fœmina, quæ carens fidejuſſore admitti debet ad juratoriam. *Auth. hodie. Cod. de cuſtod. reor.* Menoch. *de arbitr. Jud. q. 88.* Hering. *n. 99.* Ampl. tertio, ut etiam Scholares admitti debeant ad juratoriam. Hering. *n. 102.* citans Bal. *in L. diffamari cap. 2. n. 23.*

Limita. I. in hærede, qui non poteſt ſatisdare de ſolvendo legato adveniente die; quia tunc mittitur legatarius in poſſeſſionem, & non auditur hæres, cautionem juratoriam offerendo. *L. filius f. 114. §. idem Princeps ff. de leg. 1.* Hering. *loc. cit. n. 104.* 4

Limit. II. ut non procedat in iis, qui cum in cauſis criminalibus appellaverint, fidejuſſoris capiam non habent; hi enim in carceribus ſunt retinendi, nec ſub cautione juratoria relaxandi. *L. eos. §. ſuper his. L. minime. Cod. de appell.* Hering. *n. 103.* 5

Limit. III. Cum quis ad relaxandum arreſtum, cautionem juratoriam præſtare vult. Gail. *de arreſt. Imper. cap. 3. n. 10.* ſecus tamen in ſequeſtro. idem Gail. *lib. 1. obſ. 148. n. 6. & lib. 2. obſ. 47. n. 8. & 14.* modo perſona ſit honeſta, & fide digna, & omnis ſuſpicio abſit. Hering. *loc. cit. nu. 107. & cap. 15. num. 31.* 6

Limit. IV. In contumace in non parendo Judici; quia talis perdit beneficium cautionis juratoriæ. gl. & Bal. *in auth. qui jurat. Cod. de bon. auth. Jud. poſſid.* Marant. in Specul. *p. 6. tit. de contumacia nu. 23.* Hering. *n. 108.* 7

Limit. V. In eo, qui propter malos mores, vel ſuam doloſitatem, fidejuſſorem invenire nequit. Bel. *in auth. cui relictum. n. 9. Cod. de indict. viduit. tollen.* Canoniſtæ *in cap. qua fronte, extra. de appell.* Gail. *d. obſ. 47. n. 9.* Mynſing. *obſ. 11. cent. 2.* Hering. *l. c. n. 109.* maxime in Judæis. Idem. *n. 110.* 8

Limit. VI. In iis caſibus, in quibus utrique parti alio remedio, quam per juratoriam conſultum eſſe poteſt. Rol. *conſ. 43. n. 49. 50. & 51.* Riminald. *in rubr. de fidejuſ. n. 166.* Hering. *n. 111.* 9

Limit. VII. in iis caſibus, in quibus cautio neceſſaria requiritur. *L. filius f. ff. de leg. 1. §. iidem Principes.* Nicol. Bellon. *conſ. 54. n. 6.* Hering. *n. 112.* 10

Limit. VIII. Cum quæſtio eſt de magno ære alieno, ob quod quis detinetur. Alex. *conſ. 6. nu. 10.* Cephal. *conſ. 384. n. 66.* Hering. *n. 113.* 11

Limit. IX. Cum quis litteras ſuas proprio ſigillo, & jurejurando firmatas in dubium, & controverſiam vocare audet; ne detur occaſio ad pejerandum, quomodo enim ſperari poteſt obſervantia juramenti ab illo, qui ſuas juratas promiſſiones non ſervat? *L. ſi cui §. iiſdem ff. de accuſat. cap. ſemel malus, de Reg. Jur. in 6.* Menoch. *de arbitr. caſ. 303. n. 10. & de præſ. lib. 5. præſ. 32. n. 8. & 12.* 12

Limit. X. In ſuſpecto de fuga, qui ad juratoriam nunquam admittitur, licet fidejuſſore careat. Hering. *loc. cit. n. 117.* apud quem Gail. Mynſing. & alii. 13

Limit. XI. In cauſis criminalibus, etiam pecuniariam pœnam inferentibus, aut civilibus gravibus, & arduis, in quibus cautio juratoria non admittitur. Sola *ad conſtit. antiquas ſabaud. p. 3. gl. 1. nu. 14. & 15.* Hering. *loc. cit. n. 91.* Marſil. *de fidejuſ. num. 181.* Specul. *in tit. de accuſat. p. 4.* Bald. *in L. 3. Cod. de Epiſc. aud.* quod tamen procedit in maſculis, non vero in fœminis. DD. *mox. cit.* 14

Ad juratoriam admiſſus coram Judice jurare debet, & non abſens, etiam in ſcriptis, ſed coram, corporaliter, & conceptis verbis, uti, *Ad Sancta Evangelia &c.* non tantum jurabit, quod fidejuſſorem non inveniat, ſed etiam juratoriam cautionem præſtabit per ſe. Hering. *loc. cit. n. 125.* apud quem Covar. *in cap. quamvis p. 1. §. 2. n. 2. de pactis.* Cæval. *q. 407.* Theſ. *deciſ. 47. nu. 2.* Ludov. *com. concl. 21. nu. 3.* De Amatis *dec. 8. nu. 26.* quæ quamvis ab abſente in ſcriptis præſtari non poſſit, poteſt tamen præſtari per procuratorem. DD. apud Hering. *n. 133.* 15

Ita Uſufructuarius tenetur dare cautionem utilem, per fidejuſſores, & pignora. *L. 4. ff. de fideicom. L. 4. Cod.* 16

Cod. de usufr. Sed quid si usufructuarius non invenit fidejussores, nec pignora ob inopiam? Resp. multos velle admittendum esse ad juratoriam. vide Hering. *de fidejus. cap. 5. nu.* 202. ubi multi. ipse tamen Hering. illam sententiam putat tutiorem, quod proprietarius in defectum idoneæ cautionis res legatas retinere, & usufructuario certam summam, vel fructuum, vel pecuniarum exsolvere possit, dummodo de annua solutione rite usufructuario caveat. Gail. *lib. 2. obs. 47. n.* 13. apud quem alii.

17 Sed quid in donatore, qui bona sua donavit reservato sibi usufructu? Resp. illum teneri præstare cautionem saltem juratoriam non quidem absolute, sed arbitrio boni viri, ne ex liberalitate sua damnum sentiat. Mynsing. *cent. 6. obs. 36.* Cacheran. *decis. Pedemont.* 153.

18 Sed, nunquid testator in præjudicium hæredis potest hanc cautionem remittere? Resp. negative. *L. 1. Cod. de usuf. L. de die §. 4. ff. qui satisd. cog.* Gail. *lib. 2. obs.* 145. Hering. *l. c. cap. 5. n.* 209. *& seq.*

19 Fiscus tamen, cui fuit relictus ususfructus, ad cautionem fidejussoriam non tenetur. *gl. in d. L. 4. Cod. de usufr.* Surd. *dec.* 183. *n. 9.* Ruin. *cons.* 44. *n.* 8. apud Hering. *loc. cit.*

20 An vero pater ad cautionem teneatur ratione ususfructus, quem habet in bonis filii? vide Pasqual. *de patr. potest. p. 1. cap. 2. n.* 8. ubi alii. & supra in verbo *Administratio. n. 2.* qui docent; quod si Pater tanquam administrator bonorum filii, illius bona alienet, possit eorundem pretium in proprios usus convertere, præstita tamen cautione de restituendo eadem finito usufructu post ejus obitum. Natta *cons.* 443. *n.* 27. Decius *in L. filius. n. 6. Cod. de pact.*

21 Etiam cautio *de non offendendo* regulariter est præstanda cum fidejussore. juxta Bart. *in L. illicitis. ff. de Offic. Præt.* quia cautio idonea non dicitur sine fidejussore. *gl. in cap. ad nostram, de jurejur.* Clar. *in §. fin. q.* 47. Herculan. *de caut. de non offend. cap.* 4. At propter paupertatem, si fidejussor inveniri nequit, admittitur juratoria, nisi aliter Judex arbitretur. Gomez. *de delict. cap. 6. n. 16. vers. advertendum.* Menoch. *de arbitr. cas.* 142. uti si esset persona rixosa, & suspecta; tunc enim non debet admitti juratoria. DD. *cit.* vel nisi cavere debens haberet bona stabilia. Farin. tamen, & Clar. circa hoc ultimum cum aliis tenent contrarium. Sed hæc debebit præstari etiam a parte habente multa bona stabilia.

22 Cautio *de non offendendo* rumpitur etiam per injuriam verbalem, licet levem, nisi cautio fuerit facta de non offendendo in personam. Guazzin. *in tr. de pace, & tregua p. 1. q.* 52. Farin. *in prax. q.* 107. Ciarlin. *contr. for. cap.* 90. Limita, si injuria verbalis fuit sine dolo. Mascard. *de prob. concl.* 1157. Dicitur etiam fracta, si ille, qui dedit cautionem, contra alium tulit falsum testimonium, vel falso accusavit. Caball. *ref. crim. cas.* 347. Farin. *qu.* 107. nisi falsum dixerit coactus blanditiis.

23 Cautio *de non offendendo* data ab uno ex inimicis simpliciter, & sine protestatione, quod non valeat, donec etiam ab alio fuerit præstita, si interim cavens offendat inimicum, dicitur contravenisse cautioni: quia non debet fidem Prætori præstitam quis frangere. Vulpejus *de pace quæst.* 81. Caball. *ref. crim. cas.* 219. Hercul. *in tr. de cautione de non offend. q.* 31. Imo Caball. hanc conclusionem tenet etiam in casum protestationis prædictæ quoad caventem; non vero quoad non ratificantem; citans Francum *dec.* 359. videri potest etiam Farin. *q.* 107. *p. 2. a.* 21. Mascard. *de prob. concl.* 1157. nisi adsit contraria consuetudo, vel Notarius, aut Judex pro absente fuerit stipulatus.

24 Cautio *de non offendendo*, an rumpatur ab illo, qui occidit bannitum permittente statuto, concluso est negativa; quia banniti non comprehenduntur in cautione de non offendendo, neque active, neque passive. Herculan. *loc. cit. cap.* 23. Farin. *de var. & diverf. quæst. q.* 103. Clar. *in §. homicidium n.* 60. Caball. *ref. crim. cas.* 274. etiam juramento interveniente. vide supra in verbo *Bannitus n.* 2.

25 Cautio *de non offendendo*, vel pax, non dicitur rupta per adulterium habitum ex libidine, secus si ad vindictam, vel si adulterium fuit causa inimicitiæ: idem dic de stupro, præsumitur vero commissum ex libidine potius, quam ad vindictam. Vulp. *de pace q.* 23. nam in criminalibus, quod minimum est, præsumitur. Clar. *in §. fin. q.* 47. *num.* 12. Farin *q.* 107. *p. 2. a.* 16. Ita discutrendum de furto.

Cautio *de non offendendo* antequam contrahatur, est favorabilis, postquam vero fuerit contracta, cum dubitatur de illius fractione, est odiosa, ut judicetur non fuisse fractam. Farin. *q.* 107. *p. 2. a.* 31. Honded. *cons.* 97. tamen 26

Cautio *de non offendendo*, vel pax dicitur rupta propter offensionem factam etiam extra territorium Judicis, coram quo fuit facta. Vulp. *de promis. de non offend. q.* 89. Farin. *l. c. p. 2. a.* 19. Secus si unus contra pactum ingreditur Civitatem; quia tale pactum non valet, si est perpetuum, secus si temporale; quia læditur Civitatis utilitas, & tale pactum per privatos fieri non potest, sed pertinet ad Principem privare aliquem Civitate. Farin. *loc. cit. a.* 20. vide Caball. *ref. crim. cas.* 35. & apud illum alios. 27

Cautio *de non offendendo* in genere facta, non comprehendit hæredes, neque active, neque passive, nisi eorum fiat expressa mentio. Hercul. *l. c. cap.* 18. Farin. *p. 2. a.* 27. *q.* 107. nisi tales offenderentur ad injuriam principalis pacisscentis; neque fœminas, neque socium itineris, etiam quoad pœnam conventionalem. DD. *cit.* 28

Cautio *de non offendendo* est temporalis, potest tamen esse perpetua arbitrio Judicis. Menoch. *de arbitr. cas.* 141. Farin. *q.* 147. *p. 2. a.* 5. Hercul. *in tr. de non offend. c.* 18. Non censetur sublata per supervenientem pacem, nisi interveniente fisci consensu, vel Judicis decreto, mandante illam cassari, vel declarante censeri cassatam, qui illud non interponet, si adhuc timet scandala. Farin. & Hercul. *loc. cit. n.* 9. & probatur *ex L. fin. C. de novat.* quia Jus Fisco ex cautione fuit quæsitum, quod ei invito auferri non potest, licet contrarium etiam sentire videantur. Et si Judex requisitus nollet illam cautionem cassare, posset appellari. Farin. *loc. cit.* vel secundum Herculan. tunc ipso Jure haberetur pro cassata: secus si Judex non fuit requisitus; quia tunc non potest ex officio cassare. DD. *cit.* 29

Inimicus potest cogi ad præstandam cautionem *de non offendendo cautionem petentem*, imo etiam filios ejus familiares, & amicos, ac sequaces. Hercul. *l. c. c.* 7. etiam pro tutoribus, & Curatoribus, Clericis, & fœminis. Farin. *q.* 107. *a.* 3. *p.* 1. Hercul. *cap.* 8. & non tantum ad cavendum pro se, sed etiam pro filiis, consanguineis, & affinibus, nisi isti essent inimici cavere debentis, vel discoli, & rixosi. Farin. *l. c. p. 2. a.* 22. Vulp. *de pace quæst.* 40. dummodo subsit periculum offensionis. Et quidem per mulctam, captionem pignorum, bannum, exilium, capturam, aliasque pœnas Judicis arbitrio imponendas. Hercul. *cap. 7. & 44.* etiam sub pœna privationis feudi. Clar. *in §. fin. q.* 47. Farin. *q.* 107. Hercul. *l. cit.* Ea non tantum ex officio, sed etiam ad instantiam partis, dummodo præcedat justa causa, & justus timor, qui probari debet, saltem juramento timentis. ultra citatos. Menoch. *de arbitr. cas.* 140. Mascard. *de prob. concl.* 1370. Gail. *de pace publ. lib. 1. cap. 2. num.* 3. Clar. *in §. fin. quæst.* 47. *nu.* 3. Non potest tamen cogi, nisi citatus, & prævia cognitione causæ, quia talis obligatio est onerosa: sufficit tamen cognitio summaria. DD. *cit.* quod si tamen periculum sit mora, Judex potest, etiam pendente cognitione, ex officio, tale præceptum relaxare. Gail. *de pac. publ. lib. 1. cap. 2. n.* 16. Petens vero cautionem, debet & ipse illam præstare. 30

Porro cautio *de non offendendo*, neque per se, neque per alios usque ad certum gradum, dicitur rupta, si filii ejus naturales tantum offenderunt. Hercul. *cap.* 32. Vulp. *de pac. q.* 85. Cabali. *ref. crim. cas.* 210. Neque dicitur rupta per offensionem illatam ex nova causa. Clar. *in §. fin. q.* 47. *n.* 9. *vers. quæro.* modo de illa constet, & quod sit causata a noviter offenso, nec sit affectata. Hercul. *cap.* 13. Vulp. *q.* 45. Mascard. de *prob. concl.* 1131. *&* 1157. Farin. *q.* 107. *p.* 3. *a.* 33. Gail. *de pac. publ. l. 1. c.* 3. In dubio vero, nova causa præsumitur. Mascard. Bajard. ad Clar. *d. quæst.* 47. *num.* 50. dummodo constet de aliquo facto, vel dicto offensi, ex quo offendens potuit moveri: & hæc causa probatur præsumptive, etiam semiplene, publica voce, & fama, per testes de auditu, imo per juramentum offen- 31

fendentis concurrentibus conjecturis. Item ex confessione extrajudiciali offensi, ex temporis diuturnitate post pacem factam &c. Farin. *l. c. a.* 33. ubi DD.

Cautio Mutiana, est de restituendo legatum, si intra annum luctus nubat, & debet præstari a Vidua, si petatur. Costa *de ratione ratæ q.* 14. *num.* 15. Caball. *cons.* 137.

CEDULONES.

Praxis Cedulorum.

1 Cedulones affiguntur contra excommunicatos, ut ab aliis vitari possint, & ita excommunicati erubescant, & resipiscant. *cap.* 1. *de excep. in* 6. *& Clem.* 1. *de pœn.* Genuens. *in prax. cap.* 23. Ugol. *de censur. tab.* 1. *cap.* 21. §. 2. Covar. *in cap. alma mater, de sent. excom. in* 6. *in princ. relect. n.* 10. Affigi tamen non non debent cum Dæmonum figuris; id enim prohibuit Pius V. in Bulla, quæ incipit. *Inter.* Neque contra illum, qui paratus est satisfacere. Achil. de Graff. *decis.* 1. *de sent. excom.* Riccius *in prax. Cedulonum res.* 15. secus si sine prompta satisfactione petit absolui, nisi actu satisfaciat. juxta Abb. *in cap. ea noscitur de sent. excom.* Genuens. *l. c.* uti & Riccius *res.* 16. Novar. *lib.* 1. *quæst. for. cap.* 2.

2 Cedulones, possunt etiam affigi pendente termino ad appellandum a sententia excommunicationis; quia cedulonum affixio nihil aliud est, quam sententiæ promulgatio, & quia excommunicatio fert secum executionem. *cap. pastoralis. de sent. excom.* Covar. *pract. quæst. cap.* 23. *n.* 2. *vers. illud.* Marant. *p. tit. de appell. nu.* 177. & talis appellatio non operatur effectum suspensivum, nec impedit illius executionem. Limit. a declaratoria, a qua datur appellatio etiam ad effectum suspensivum. vide Covar. *in cap. alma mater. p.* 1. §. 2. *nu.* 9. & Riccius *l. c. res.* 18. & quæ supra notavimus in praxi appellationis.

3 Antequam quis excommunicetur, debet citari ad videndum se excommunicari, & affigi cedulones. Covar. *l. c.* §. 9. nisi excommunicandus dolo lateret: tunc enim sufficeret citatio ad domum. juxta Seraph. *decis.* 1285. & Rot. *decis.* 90. *p.* 1. *rec.* Riccius *resol.* 19.

4 Cedulones affixi contra excommunicatos declaratos absolvendos a Papa, si excommunicatus petat illos removeri, dato illi termino unius, vel duorum mensium, juxta distantiam locorum, ad procurandam Romæ absolutionem, & data cautione, quod non impetrata, in termino præfixo, absolutione, cedulones iterum affigi possint, removeri solent. Genuens. *loc. cit. n.* 13. Riccius *loc. c. res.* 17.

5 Cedulones amoveri non possunt sine licentia Superioris Ecclesiastici, etiam sub prætextu publicæ utilitatis; nam licet utilitas publica cunctis rebus sit præferenda, tamen non debet officere potestati clavium, & favor Ecclesiæ debet præponderare utilitati publicæ. Escobar. *de ratiocin. admin. cap.* 39. *num.* 13. *vers. sed prædictis, circa finem.* Novar. *quæst. for.* 35. *lib.* 1. *n.* 15. & si fuit facta de facto amotio, vel laceratio, præsumitur facta ab illo, qui sentit commodum ex amotione: quia delictum præsumitur factum ab illo, qui habet interesse, & sentit commodum, etiam absque alia probatione. Menoch. *de recuper. poss. remed.* 1. *n.* 56. Lancellot. *de attent. p.* 1. *cap.* 1. *n.* 71. plura vide apud Riccium *in prax. cedulon. res.* 20.

6 Porro uti lacerans cedulones, ita lacerans partem illorum incidit in excommunicationem; nam favore animæ odiosa sunt extendenda, & amplianda. Bart. *in authent. Sacramenta puberum Cod. si advers. vendit.* Riccus *l. c. res.* 23. Limita, si ex ira, & calore iracundiæ fuerint lacerati; quia propter iram pœnæ temperantur, dummodo non ex intervallo, sed in continenti, servente adhuc calore iræ delictum fuerit commissum. Farin. *in pract. crim. q.* 91. Thes. *dec.* 178. Clar. *in §. fin. q.* 60. *n.* 8. *vers. est etiam.* quia ira furor brevis est; dummodo tamen ex justa causa processerit. ita DD. *mox. cit.* Limita secundo in tentante amotionem effectu non secuto; quia secundum generalem consuetudinem Italiæ, affectus non punitur, effectu non secuto, etiam in atrociissimis, saltem pœna ordinaria. Thes. *dec.* 243. Farin. *in pract. crim. q.* 17. *n.* 48. *& seq.* Clar. *in §. assassinium, vers. scias. & in §. fin. q.* 92. in quo tamen plurimum versatur Judicis arbitrium secundum qualitatem personarum. Mascard. *de prob. concl.* 138. *a n.* 2. Covar. *in Clem. si furiosus, initio q.* 9. sicut tentans percutere Clericum, effectu non secuto, excommunicationem non incurrit. Graff. *de effect. Cler. effect.* 9. *n.* 296.

Sed quid si Clericus cedulones, quibus ipse denun- 7
ciabatur excommunicatus, laceravit, estne privatus beneficio, vel privandus? Resp. neutrum; nec privatum, nec privandum esse. Rot. coram Penia apud Marescott. *var. res. lib.* 2. *cap.* 35. *nu.* 42. Riccius *in prax. Cedulon. res.* 28.

CENSURA.

Praxis Censurarum.

Potestas ferendi censuras Ecclesiasticas, est a Chri- 1
sto Domino, juxta illud Matth. *cap.* 18. *quæcumque ligaveritis &c.* Causa efficiens censuræ, est homo rationis usum habens: quia furiosus, mente captus, infans, dormiens, & ebrius, censuram ferre non possunt; & ad illam ferendam requiritur voluntarium; neque mutus illam ferre potest; mulier etiam non potest, uti neque absolvere, quia hanc potestatem Christus mulieribus non contulit, nisi Pontifex hanc potestatem, uti potest, illi daret. juxta Armil. *in verb. excommunicatio n.* 24. S. Anton. *de suspens. cap. de causa efficiente*; quia hic est actus jurisdictionis. *gl. in cap. transmissam, de elect. verb. de talibus.* Debet esse Christianus, & Clericus, nam laici censuras ferre non possunt, neque absolvere, nisi a S. Pontifice habeant. Abb. *in cap. ab excommunicato, de rescr. & in cap. Ecclesia S. Mariæ, eod.* ubi Felin. & Dec. *in cap. decernimus, de Jud.* Covar. *in cap. alma mater. p.* 1. §. 11. *n.* 3. *vers. quarto inde infertur.* Ugol. *de censur. tab.* 1. §. 10. *n.* 4. *cap.* 2.

Præterea ad ferendam censuram, requiritur Jurisdi- 2
ctio, uti etiam ad absolvendum. Hinc exemptos, uti Regem, Reginam, & alios, Episcopus, seu Ordinarius censura ligare non potest, uti etiam privilegiatos, ne excommunicari possint. Ugol. *l. c.* §. 12. *n.* 5. Debet autem Jurisdictio esse domicilii, vel ratione originis, vel contractus, aut delicti. Abb. *in cap. proposuisti, de for. comp.* Innoc. *in cap. fin. eod.* Covar. *var. res. lib.* 1. *cap.* 4. Ugol. *l. c.* §. 14. *&* 15. Porro Jurisdictio debet esse fori contentiosi, non autem jurisdictionis voluntariæ, uti est absolvendi potestas, quæ ideo etiam extra Provinciam exerceri potest. *L.* 2. *ff. de offic. Procons.* non vero excommunicatio, ex quo fit jurisdictionis contentiosæ, cum non nisi causa cognita sententia illa feratur. *cap. sacro. de sent. excom.* quod exerceri & fieri non potest extra provinciam. *L. ult. ff. de jurisd. omn. Jud.* de quo vide Ugolin. *l. c.* 14. *&* 19. Abb. *in cap. dudum de elect.* Men. *de arbitr. Jud. q.* 43. *n.* 17. sive sit ordinaria, sive delegata. Et ordinariam habent Pontifex, Archi-Episcopus, Episcopus, & eorum Vicarii; Legatus a latere in sua Provincia. Abbates Regularium, Capitula Cathedralium &c. licet acquisita præscriptione: ubi tamen

Notandum, quod præscribens facultatem excommu- 3
nicandi, non dicitur præscripsisse facultatem suspendendi. Abb. *in cap. cum olim, de præscr. nu.* 6. Felin. *in cap. auditis n.* 11. *eod.* quia jus præscriptione acquisitum, ad similia jura trahi non potest. *cap. cum contingat, de decim.* Abb. *in d. cap. cum olim.* & quia tantum præscriptum, quantum possessum. *cap. cum in tua, de decim.* nisi hoc animo pars jurisdictionis exerceatur, ut universe jure suo uti velit. juxta Innoc. *in cap.* 2. *de capel. Monach.* secus si pars jurisdictionis exerceatur ab aliquo, ut illa tantum in parte, uti velit. Ugolin. *l. c.* §. 12. *n.* 3.

Ita facultas ferendæ censuræ præscripta, ad alium non 4
extenditur. Ugol. *l. c. tab.* 1. *cap.* 2. §. 21. *a nu.* 3. qui vero præscripsit facultatem ligandi, potest etiam absolvere, quia par jus est ligandi, & solvendi. *cap. verbum, de pœnit. dist.* 1. *& L. qui condemnare ff. de Reg. Jur.* Abb. Felin. & Ugol. *loc. cit.* saltem quoad hunc effectum; nam alias hæc duo differunt, quod absolutio sit jurisdictionis voluntariæ, excommunicatio vero contentiosæ. ut ex Menoch. *de arbitr. quæst.* 43. *n.* 17. supra notavimus. Imo sufficit jurisdictio putata cum er-

rore

rore communi idem. §. 22. juxta *L. Barbarius. ff. de Off. Prat.* Innoc. *in ca. cum. dilectus, de elect.* dummodo adsit etiam titulus coloratus; & Episcopus v. g. intrusus non sit; nam tunc excommunicatio, vel censuræ ab illo fulminatæ, non valerent. Ugol. *loc. cit. tab.* 1. *cap.* 2. §. 22.

5 Præterea Judex, qui vult censuram ferre, debet habere expeditum usum suæ jurisdictionis. Unde Vicarius, Episcopo notorie excommunicato, vel denunciato, non potest excommunicare, aut alias censuras ferre; idem dic, si Episcopus sit ab officio suspensus. *cap.* 1. *de Offic. Vicar. in* 6. ubi gl. Gemin. & Anchar. aliique apud Ugol. *loc. cit.* §. 23. *n.* 3. Idem dic de delegato, quando re integra delegans fuit excommunicatus; multo minus, si ipse Vicarius sit excommunicatus. Item si ab illo fuit appellatum, vel fuit recusatus. *cap. si a Judice de appell. in* 9. Abb. *in cap. sæpe, de appell.*

6 Sed potestne Judex in propria causa aliquem excommunicare? Resp. negative; quia nemo in re sua sibi jus dicere potest. *cap.* 1. 4. *q.* 4. *L. un. Cod. ne quis in sua causa.* Abb. & Innoc. *in cap. venerabilis de cens. & in cap. cum sit generale de for. comp.* Hæc vera sunt, si ut Judex procedat: si vero ut privata persona jus suum tueri velit; censuram in sibi subditum, se, aut bona sua invadentem, ferre potest. *cap. dilecto, de sent. excom. in* 6. ubi Innoc. & DD. *& in d. cap. venerabili. & in cap. ex parte, de verb. signif.* Abb. *in cap. cum venissent, de Jud. & in d. cap. cum sit generale*, quia defensio modo legitimo, quocumque jure, licita est. *L. ut vim ff. de Just. & jur. cap. si vero de sent. excom.* quo casu, neque appellationem, neque probationes recipere potest. vide Ugol. *l. c. c.* 2. §. 24. Covar. *in cap. alma mater. p.* 1. §. 9. *sub. n.* 6. *vers. hinc denique.* Sperel. *decis.* 48. *n.* 53. & supra notavimus in verbo *Abbas. n.* 76.

7 Excommunicatus vero occulte, licet non possit licite ferre censuram in alium, si tamen ferat, valet: quia licet talis non habeat usum Jurisdictionis quoad se, quoad alios tamen habet. Abb. & Felin. *in cap. duobus, de sent. excom.* DD. *in cap. ad probandum, de re jud.* Ugol. *de censur. tab.* 1. *c.* 3. *n.* 2. *&* 4. *& tab.* 2. *c.* 11. Felin. *in cap. si vere*, ubi Innoc. *de sent. excom.* Abb. *in cap. ab excommunicato, de rescr. & in cap. veritatis, de dol. & contum.* Lapus *alleg.* 89. Covar. *in cap. fin. p.* 1. §. 11. *n.* 4. *de sent. excom. in* 6. & plures apud Ugolin. *l. c.* Maresc. *var. res c.* 41. *l.* 2. Lambertin. *de Jurepatr. l.* 2. *a.* 2. *q.* 3. *p.* 1. quia talis excommunicatio a Dignitate, non a persona lata censetur; dignitas vero non est excommunicata. Innoc. *loc. cit.* neque valent argumenta sententiæ contrariæ, quam multi apud Ugol. *l. c. n.* 4. sequuntur; non quidem *cap. audivimus.* 24. *qu.* 1. quia ibi loquitur de hæretico manifesto, & ita excommunicato notorio. idem sensus est *de cap. qui merito, & cap. omnis Christianus.* 11. *q.* 3.

8 Censura vero debet esse justa, juxta *cap. sacro.* §. *caveat. de sent. excom. & cap.* 1. *eod. in* 6. Dicitur vero injusta tribus modis: nempe, si sine justa causa fuit lata juxta *cap. venerabilibus*, §. *porro de sent. excom. in* 6. est etiam injusta, lata ex odio, timore, vel amore. plura vide apud Ugol. *l. c.* §. 1. *d. c.* 3.

9 Sicut Ecclesiasticus duntaxat potest ferre censuras, ita & absolvere: non vero Laicus: quia est regula, quod, qui censuram tulit, ab illa etiam absolvere possit. Ugol. *l. cit. cap.* 4. *n.* 1. *&* 15. se si Laicus excommunicavit auctoritate Papæ, eadem etiam auctoritate, & non aliter absolvere poterit. Et Superiores possunt absolvere a censuris, a suis inferioribus latis, uti Legati a latere, Archi-Episcopi, Episcopi respectu suorum Vicariorum; & Delegantes respectu suorum delegatorum; quia Vicarii, & Delegati sunt amovibiles. Ita a latis ab illis, qui licet amoveri non possint, usus tamen jurisdictionis illis suspendi potest; ut in Archidiacono. Ugol. *l. cit.* §. 1. S. Antonin. *de Excom. cap. de absolutione.* Ang. *in verb. excommunicatio* 4. *n.* 1. Covar. *in cap. alma mater. p.* 1. §. 12. *n.* 2. *de sent. excom. in* 6. Archi Episcopus tamen subditos suorum Sufraganeorum a censura absolvere non potest, nisi per viam appellationis. DD. *in cap. venerabilibus*, §. *ubi autem. de sent. excom. in* 6. Ubi autem Archi-Episcopus tanquam Judex appellationis absolvit, non tenetur remittere reum ad eum, a quo fuit appellatum, licet possit, si velit. Ugol. *de cens. tab.* 1. *cap.* 4. §. 2. *cap. ad reprimenda, de Off. Ordin. & cap. per tuas, de sent. excom.* & ibi Abb. *in cap. pastoralis, de appellat.*

Prætera successor ejus, qui tulit censuram, absolvere 10
re potest. Innoc. *in cap. quærenti de Offic. Deleg.* Abb. *in cap. pastoralis de Offic. Ord.* Navar. *in manual. c.* 27. *nu.* 40. quia successor reputatur eadem persona cum eo, cui succedit. *c.* 1. *de solut. & cap. Ecclesia S. Mariæ, ut lit. pend.* Ugol. §. 3. *n.* 2. quæ absolutio etiam delegari potest; dummodo delegans non sit notorius excommunicatus, vel denunciatus, aut eadem ratione ab Officio suspensus. *cap. ad probandum, de re jud. cap. fin. de excess. Prælat.* Ugol. §. 4.

In articulo mortis vero quilibet Sacerdos, etiam ex- 11
communicatus, absolvere potest, licet notorie talis sit, aut denunciatus. Concil. Trid. *sess.* 14. *c.* 7. *de pœnit. & casuum reservat.* Navar. *in man. c.* 26. *n.* 26. Covar. *in cap. alma mater. p.* 1. §. 11. *n.* 8. licet confiteri non possit, nec pœnitentiæ signa dederit; licet tunc non debeat juxta Ugol. *l. c.* §. *n.* 5. & Navar. *l. c.*

Notandum tamen, ut absolutio gratis detur, aliter 12
simonia committitur, licet daretur aliquid ad redimendam vexam illi, qui alias absolvere nollet. Ugol. *de censur. tab.* 1. *cap.* 5. *nu.* 4. Innoc. & Card. *in cap. sacris, de iis, qui vi, metusve.* vide *cap. sacro, de sent. excom.* quia tunc vexatio eadem est cum absolutione excommunicati; & ideo redimere vexationem, esset emere absolutionem.

Censuram ferre potest etiam lex, dummodo hæc pro- 13
manet a Legislatore habente potestatem. Idem dic de statuto. Ugol. *loc. cit. cap.* 9. & lex constet omnibus suis partibus, id est, habeat omnia requisita ad legem, vel statutum. Delinquentes vero extra territorium legis, vel statuti censuram a lege latam non incurrunt. *cap. fin. de constit. in* 6. Abb. *in cap. a nobis, de sent. excom. & in c.* 1. *de rapt.* Felin. *in d. cap. a nobis.* Cavar. *in cap. alma. p.* 1. §. 10. *n.* 3. & alii apud Ugol. *loc. c.* Idem dic, si delinquant intra territorium quidem legis, seu statuti, sed in loco exempto, aut certe a non subdito. Ugol. *l. c.* §. 3. *a nu.* 3. Gemin. *in cap. fin. de constit. in* 6. Jac. de Graffis. *cap.* 8. *decis. cas. conscient.* Federic. de Senis *cons.* 2. Limit. nisi delictum in territorio statuti inchoatum esset. juxta *cap. proposuisti, de for. comp.*

Censura a Lege, subinde est latæ sententiæ, subin- 14
de ferendæ, pro diversitate verborum. Verba quæ continent censuram latæ sententiæ sunt „ *Excommunicamus. Sententiam interdicti promulgamus. Sententia excommunicationis innodamus. Ecclesiastico interdictio supponimus.* Item: *Excommunicavimus, excommunicatum, vel suspensus sit: interdicto suppositus sit.* Item *decernimus te excommunicatum. novoris, te excommunicatum esse.* Item: *incurras in excommunicationem: in excommunicationem incursus es: noveris te incursurum in excommunicationem.* Item: *Excommunicationi subjaceat; noveris te excommunicationi subjacere: decernimus te subjacere excommunicationi: maneat excommunicatus.* Item *latæ sententiæ, ipso jure: ipso facto: statim; mox; prorsus: ex tunc: eo ipso: anathema sit.* Verba quæ continent censuram ferendæ sententiæ sunt. *Excommunicationis laqueo innodetur, communione privetur, excommunicetur; suspendatur, sub pœna excommunicationis, sub interminatione excommunicationis; sub excommunicatione; sub interpositione excommunicationis.* Ugol. *l. c. cap.* 9. §. 6.

Ad hæc, ut quis incurrat censuram a Lege latam, 15
requiritur, quod illa sit scita, & non ignorata: quamvis ab homine ignorans, & inscius possit excommunicari. *cap. Romana, de appell. gl. in cap. Apostolicæ, de Cler. excom.* Covar. *in cap. alma p.* 1. §. 10. *num.* 7. Ugol. *de cens. tab.* 1. *c.* 9. §. 8. absens tamen, & ignorans excommunicatus non peccat, si facit contra censuram, communicando &c. Covar. *l. c. p.* 1. §. 6. *n.* 9. & §. 7. *n.* 2. Ugol. *l. c.* §. 8. *per tot.*

A censura tamen a lege lata non excusat ignoran- 16
tia crassa. *cap. ult. de const. in* 6. Ang. *in verb. excommunicatio.* 7. *cas. ult.* Navar. *in manual. cap.* 27. *n.* 16. Sylvest. *in verb. ignorantia. n.* 15. Armilla & alii apud Ugol. *l. c. n.* 6. quibus addi potest Farin. *de Immunit. Eccles. c.* 20. Sperel *decis.* 105. *n.* 55. Riccius *p.* 3. *res.* 55. Costa *de facti scient. & ignor. inspect.* 81. Rot. apud Achil. de Graff. *dec.* 1. nam paria sunt, scire, & scire debere. *cap. cum inhibit. de cland. desp.* Mascard.

de

de prob. concl. 879. hinc contrahentes nuptias incæſtas ex ignorantia craſſa, incurrunt ipſo facto excommunicationem latam in *Clem. un. de conſang. & affinit.* S. Antonin. *in* 3. *p. tit.* 24. *c.* 34. Sperel. *deciſ.* 105. ſecus ſi ignorantia ſit probabilis. juxta *cap. ſi vero, de ſent. excom.* Covar. *d.* §. 10. *n.* 13. Idem dic, ſi ſciatur quidem eſſe peccatum, vel contra legem, ſed probabiliter ignoratur qualitas cenſuræ, vel ſub cenſura id eſſe prohibitum. juxta *c. fin. de conſt. in* 6. Abb. *in cap. a nobis, de ſent. excom.* Sylveſt. *in verbo excommunicatio.* 2. *num.* 25. Navar. *in man. c.* 27. *nu.* 16. apud Ugol. *loc. cit. nu.* 10. & probatur *ex cap. fin. de conſt. in* 6. ſed contrarium tenet Ugol. *loc. cit. & gl. in d. cap. a nobis, de ſent. excom.* Scotus *diſt.* 16. *qu.* 98. Adrian. *q.* 3. *de clavib.* S. Antonin. *in* 3. *p. ſum. tit.* 24. *c.* 75. Covar. *in d.* §. 10. *nu.* 12. probatur *ex cap. cum illorum, de ſent. excom.* ubi excommunicati ob Clerici percuſſionem, qui ordines ſuſceperant, ſi ſæculares ſint Clerici, & ignorantia Juris, ſe eſse excommunicatos, ignorabant, ab ipſo Pontifice ſunt abſolvendi; & ibi loquitur de probabili ignorantia. Item ex *cap.* 1. *& fin. eod.* ubi impuberes incidunt in *can. ſi quis ſuadente*, cum tamen impuberes ejuſmodi cenſuram, probabiliter ignotent; poſterior ſententia vera eſt, ſi loquamur de cenſura lata a Jure communi, ſecus ſi ſtatuto, aut lege particulari; tunc enim locum habebit prima ſententia.

17 Poteſt etiam quis ob occultum delictum, dummodo externum ſit factum, cenſura irretiri, patet; quia Judices paſſim excommunicant auctorem alicujus delicti, & qui illud non patefaciunt: juxta *c.* 2. *de Offic. Ord.* & *cap. dilectus, de Exceſ. Præl.* ubi Abb. *& cap. qui cum fure, de furtis.* & plura hujuſmodi exempla ex Jure Canonico affert Ugol. *loc. cit.* §. 13.

18 Circa abſolutionem cenſuræ a Jure latæ, abſolvere poteſt Legislator, vel ſtatuens, ſucceſsor, Superior, Epiſcopus, & illi, quibus a Canone reſervatur. vide Ugol. *loc. c.* §. 1. *c.* 10. ſicut diximus de abſolutione a cenſura ab homine lata.

19 Cenſura fertur principaliter, ut promoveatur honor Dei, & improbi, ac contumaces boni fiant; minus principaliter vero, ut contumacia comprimatur & ſic eſt correctoria, & medicinalis. *cap.* 1. *de ſent. excom. in* 6. Eſt perſonalis, & perſonæ inhæret ubique locorum. *cap.* 3. §. 1. ubi Abb. *de privil. cap.* 1. *de raptor.* & ibi Abb. *cap. ad reprimendam, de Offic. Ord. cap. paſtoralis, de appell.* ubi Dec. & Bal. Felin. *in cap. officii, de ſent. excom.* Ugol. *l. c. cap.* 13. §. 2. Et eſt ſemper timenda, licet injuſta. *cap. ſacro*, ubi gl. Abb. & D. D. *de ſent. Excom. & c.* 1. *in* 6. Innoc. *in cap. inquiſitioni, de ſent. Excom.* Covar. *in cap. alma. p.* 1. *c.* 7. *n.* 5. ſive ſit injuſta ex animo, ſcilicet ob odium v. g. vel ex cauſa; quia illa erat forte inſufficiens; vel ex ordine: quia omiſsa monitione, vel non ſervato ordine lata: nam ſententia, vel cenſura a Juriſdictione, non a Judidicis bonitate vim, & virtutem ſuam habet, *c. ad probandum, de re jud.* modo non ſit tanta Judicis iniquitas, propter quam Juriſdictionem amiſerit. juxta *c. fin. de exceſſ. Præl.* & hæc procedunt etiam in conſcientia; nam etiam injuſte excommunicatus tenetur in foro interno gerere ſe pro excommunicato. Covar. *l. c. n.* 7. Ugol. *l. c. n.* 5. §. 3.

20 Quæritur, an in cenſuram incidat ille, cui v. g. a Judice fuit mandatum, ut ſatisfaciat ſub pœna cenſuræ ipſo facto incurrendæ, ſi ille ſatisfacere non potuit? Reſp. quod ſi Judex excommunicavit propter veram contumaciam, non incurrit excommunicationem. Abb. & Felin. *in cap. cum ſuper, de teſt. cog. & in c. ad aures, de ſimon.* quia tunc deeſt voluntas Judicis excommunicandi. Si vero de voluntate Judicis non conſtat, ſed tamen eſt notorium, ipſum non potuiſse obtemperare; iterum excommunicationem non incurrit. DD. *mox. cit.* & Anchar. ac Gemin. *in cap. Romana, de ſent. excom. in* 6. quia tunc ſententia notorie eſt injuſta, & ideo nulla. Abb. *in cap. inter cæteras, de re jud.* Si vero nec voluntas Judicis apparet, neque notorium eſt impedimentum non obtemperantis, & tunc in excommunicationem incidit; quia præſumpta contumacia ſufficit ad excommunicandum aliquem; talis vero eſt præſumptus contumax. *cap. venerabilibus, de ſent. excom.* §. *porro.* & propatur etiam *ex cap. Odoardus, de ſolut.* plura vide apud Ugol. *l. c. c.* 13. §. 3.

nu. 8. quamvis talis ob impotentiam coram Deo non peccet.

Sed ſuſpenditurne cenſura per appellationem? Reſp. negative, *cap. is cui, de ſent. excom. in* 6. ubi Franc. Gemin. Anchar. & DD. probatur etiam ex *c. ad hæc, de appell.* ubi Inn. Abb. & Præpoſ. Item ex *cap. paſtoralis, de appell.* Berous *in c.* 1. *de re jud.* Capel. Tholoſ. *deciſ.* 297. Sylveſt. *in verb. excommunicatio* 10. *nu.* 2. *& in verb. appellatio. num.* 1. ratio eſt: quia cenſura omnis executionem ſecum trahit. juxta *d. cap. paſtoralis*. quia ſicut ſpiritualium uſus in inſtanti nobis tribuitur per Baptiſmum, ita in inſtanti per cenſuram id nobis adimitur: quia unumquodque tollitur eodem modo, quo inductum eſt. *cap. omnis, de Reg. Jur.* Ugol. *l. c.* §. 5. Sperel. *d.* 48. Theſ. *de pœn. Eccleſ. p.* 1. *c.* 25. §. 3. A ſententia tamen declarationis, vel denunciationis datur etiam ad effectum ſuſpenſivum. *cap. cupientes, de elect. in* 6. Barb. *in cap. pervenit, de appell.* Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 8. *cap.* 5. Diana *p.* 5. *tr.* 9. *reſ.* 30. P. Pirrhing. *lib.* 5. *tit.* 39. *ſect.* 7. *n.* 213. Ugol. *l. c. n.* 3. vide etiam quæ ſupra diximus *in prax. appell. n.* 49.

Nunquam tamen cenſura quoad abſolutionem in judicatum tranſit. *cap. ex litteris.* ubi Abb. & Felin. *de conſt.* Capel. Tholoſ. *l. c.* Innoc. *in c. venerabilibus, de ſent. excom. in* 6. Ugol. *l. c. n.* 4. quoad reliqua vero tranſit in judicatum. idem Ugol. *l. c. d.* §. 5. *c.* 13.

Cenſura nullitate laborans, vel invalida in utroque foro, non ligat. Covar. *in cap. alma.* §. 7. *p.* 1. *n.* 5. & hæc timenda non eſt. Socin. Sen. *in c. ſacris. n.* 11. *de ſent. Excom.* & taliter cenſuratus, vel excommunicatus fidelium, & Sacramentorum communione non caret. *gl. in c. ad præſentiam, de appell.* idem procedit in ſuſpenſione, & interdicto, & non peccat contra faciens, niſi forte celebret, vel communicet &c. coram illis, qui ignorant nullitatem, vel credunt, validam eſſe cenſuram; quia tunc peccaret propter ſcandalum. Palud. & Gabr. apud Covar. *l. c.* Ugol. *l. cit.* §. 18. *n.* 6.

Laborat autem nullitate primo; appellatione interpoſita antequam cenſura feratur. *cap. cum contingat, de Offic. Deleg. cap. per tuas, de ſent. excom. & c. ſolet, eod. in* 6. Franc. & DD. *de appell. in* 6. ſive appellatio fuerit judicialis, ſive extra, ſive a definitiva, ſive ab interlocutoria: imo licet dubitetur, an valeat appellatio, vel non, modo ſit facta ex juſta cauſa. Dec. *in cap. paſtoralis, de appell.* Ugol. *l. c. n.* 9. licet appellationem non proſequatur. *cap. licet, de ſent. excom. in* 6. ubi gl. & DD. Covar. *in cap. alma, p.* 1. §. 10. *nu.* 6. quia per appellationem fuit ſuſpenſa Juriſdictio Judicis a quo *c. cum non ſolum, de appell. in* 6. ubi Abb. Idem dic, ſi poſt latam cenſuram fuit appellatum, ſed cenſura fuit lata ſub conditione, & ante conditionis adventum appellatur. *cap. prætera.* ubi Abb. & DD. *de appel.* Covar. *ubi ſupra.* Ugol. *l. cit. n.* 9. Sicut etiam ſi Judex cœpit proferre ſententiam, & antequam totam protulit, reus appellavit. Ugol. *loc. cit. num.* 10. In dubio vero, an ante, vel poſt ſententiam fuerit appellatum, appellans debet probare, quod ante apppellaverit. *gl. in c. venerabilibus, de ſent. excom. in* 6. Felin. *in c. cum tu. num.* 21. *de teſt.* Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 1. *a n.* 25. Dec. *in c. ſuper eo, de appell.* Ugol. *l. c. n.* 13. Covar. *in c. alma p.* 1. §. 2. *n.* 5. §. *hinc ſane.*

Prædicta limita primo, ut appellatione cenſura non ſuſpendatur, ſi hæc fuit lata a Jure. Anchar. *in c. quicumque, de ſent. excom. in* 6. cum jus neminem gravet. Ugol. *l. c.* §. 18. *n.* 13. imo etiam lata ab homine non ſuſpenditur, quando appellatio, licet antecedat, manifeſte eſt futilis. *c. cum appellationibus, de appell. in* 6. Abb. *in c. paſtoralis, de appell.* §. *prætera. n.* 14. Limita ſecundo, ut non ſuſpendatur, licet cenſura fuerit lata intra terminum ad appellandum. *gl. in c. venerabilibus, de ſent. excom. in* 6. Rot. & alii apud Ugolin. *l. c.* neque refert. *c. non ſolum, de appell. in* 6. quia illud procedit in aliis, non vero in excommunicatione. vide Sperel. *deciſ.* 48. *a n.* 8.

Præterea, nulla eſt ſententia cenſuræ lata a ſuſpenſo, vel notorie excommunicato. *c. fin.* ubi DD. *de exceſ. Prælat.* ſicut etiam regulariter lata a Judice recuſato ante excommunicationem latam: ſecus ſi poſt. Rot. *dec.* 3. *num.* 3. *p.* 2. *rec.* vel lata a non Judice, aut in exemptum. Item lata contra formam *c. quia plerique*,

de Off. Ord. Item lata contra formam *c. cum ad quorundam, de excef. Præl.* Item continens errorem intolerabilem; uti si ferretur censura in Titium, quia fecit bonum opus. Abb. Felin. & Franc. *in d. c. venerabilibus.* Continet autem errorem intolerabilem, quando est contra jus, vel contra factum notorium; contra infantem, furiosum, contra non baptizatum &c. Ugol. *l. c. an.* 21. quod etiam procedet, si sententia est incerta.

27 Qui contra censuram quoquomodo operatur, peccat mortaliter; quia non obedit Ecclesiæ; sic excommunicatus, vel suspensus actum sui Ordinis exercens mortaliter peccat. Navar. *in manual. c.* 25. *n.* 93. Covar. *in c. alma. p.* 1. §. 7. *n.* 5. *verf. tertia conclusio.* Ugolin. *l. c. c.* 14. *nu.* 1. Item si Beneficium Ecclesiasticum accipit, cum scit, vel scire debet se suspensum &c. *c. postulastis, & c. si celebrat, de Cler. excom. minist.* idem dic de suspenso a beneficio, fructus percipiente.

28 Et qui facultatem tribuunt vexandi, vel capiendi Judices Ecclesiasticos in personis vel bonis, ex eo quod censuram tulerunt in quosdam, incidunt in excommunicationem juxta *c. quicumque, de sen. excom. in* 6. Navar. *in man. c.* 23. *n.* 16. Covar. *l. c.* Ugol. *de censur. l. c. c.* 14. *an.* 2. *ad* 8.

29 Ignorantes tamen se esse censura irretitos, probabili tamen ignorantia, non peccant, licet agant contra illam: quia peccatum debet esse voluntarium; nec obstat, quod possit inscius quis excommunicari, & suspendi, valeatque talis censura; juxta *cap. Apostolicæ, & cap. fin. de const. in* 6. quia differentia magna est; nam ad incurrendam censuram sufficit habilitas in subjecto, licet nihil operetur; ad peccandum vero necessario requiritur, ut sciens operetur. Ugol. *n.* 10.

30 Sed quid si dubitetur, an quis sit excommunicatus, estne habendus pro excommunicato? affirmativa videtur tenenda juxta *cap. cum desideres*, §. *secundæ, de sent. excom. & cap. illud, de Cler. excom. minist.* Ugol. *l. c. c.* 14. Ad hæc, qui dubitat, an incurrerit censuram, debet abstinere, v. g. a communione &c. quia alias, si excommunicatus sit vel suspensus, incurret irregularitatem. *cap. ad audientiam, de homicid.* ubi Abb. *& in c. significasti.* 2. *cod. & in c. illud, de Cler. excom. ministr.* Ugol. *l. c. n.* 10. *seqq.*

31 Censura ligatus divina celebrans, fit irregularis. *cap.* 1. *de sent. excom. in* 6. *c.* 1. *de re jud. in* 6. Innoc. *in d. c.* 1. *de sent. excom. in* 6. ubi Gemin. Franc. & Anchar. Abb. *in c.* 2. *de Cler. excom. ministr.* Felin. *in c. Apostolicæ, de except.* Navar. *in man. c.* 27. *nu.* 244. quod tamen fallit in excommunicatione minori. Covar. *in c. alma. p.* 1. §. 8. *n.* 1. Ita Episcopus a Pontificalibus suspensus, & illa exercens, fit irregularis. Navar. *l. cit.* & Gemin. *in d. c.* 1. *de sent. excom. in* 6. §. *si quis autem.* si tamen nomine Pontificalium non tantum ornamenta accipias, sed munera, quæ Pontificum sunt. Ugol. *l. cit.* §. 1. *n.* 2. uti Chrisma, Sacramentum confirmationis, ordinatio, benedictio solennis populi. Ita Minorista a suo ordine suspensus, si exerceat suum ordinem, fit irregularis. Ugol. *loc. c. n.* 8. *& seq.* Sic Sacerdos non tantum divina faciens, & curam animarum exercens, sed etiam horas matutinas, aut preces, publice in Choro cum superpelliceo fundens, vel privatim, si dicat. *Dominus Vobiscum:* cum dicere „ *Dominus Vobiscum*, ad publicam, & non privatam personam pertineat, fit irregularis. Ugol. *ante n.* 11. Abb. *in d. c.* 2. Sylv. *in verb. irregularitas. n.* 15. Item faciens alium coram se celebrare. *gl. in Clem. fin. de privil.* Abb. *in c. illud, de Cler. excom. ministr.* Covar. *in sæpe d. c. alma.* §. 6. *p.* 1. licet sententia v. g. excommunicationis injusta esset. Covar. §. 7. *n.* 7. licet neque notorius esset, neque denunciatus, Covar. *l. c.* Ugol. *l. c. n.* 11. *prope finem.* sed quod excommunicatus non declaratus divina faciens non fiat irregularis quoad forum externum, vide infra *n.* 64.

32 Sed excusatne ignorantia ab irregularitate? uti si quis ignorans an sit excommunicatus, vel suspensus, celebret divina? Resp. si probabiliter quis ignoret se excommunicatum, vel suspensum, & divina facit, irregularis non fit. *cap. Apostolicæ, de Cler. excom. minist.* ubi Abb. Innoc. *in c.* 1. *de sent. excom. in* 6. ubi Gemin. & Anchar. Navar. *in man. c.* 27. *n.* 244. quia tunc abest peccatum, & contemptus, quæ requiruntur ad incurrendam irregularitatem ex delicto. Idem dic, si ex inadvertentia divina fecit, vel perturbatione aliqua. Limita, si ignorantia probabilis non sit. Abb. *in d. cap. Apostolicæ*, & an sit probabilis, vel non ignorantia, ex facto Judex arbitrabitur, & in dubio jurijurando illius stabitur. *cap. si vero*, ubi gl. Abb. & Felin. *de sent. excom.* Ugol. *l. c. n.* 12. plures casus, in quibus irregularitas non incurritur, vide apud Ugol. *tot.* §. 1. *loc. cit.* & Thesaur. *de pœn. Eccles. p.* 1. *cap.* 15. Pignat. *cons.* 16. *tom.* 1. Sperel. *decis.* 105. Pirrhing. *lib.* 5. *tit.* 39. *sect.* 25. vide etiam quæ supra diximus *num.* 16. *verf. a censura.*

Sed hic notandum, quod ignorantia, licet allegetur, non illico credenda sit, nec statim excuset; cum non possit statim judicari inculpabilis, nam ignorantia legum dicitur lata culpa. Bart. *in L. quod Nerva.* 32. *n.* 7. *ff. depositi*, est enim lata culpa jus commune ignorare, si illud est clarum, & certum, maxime in iis, quæ quis ratione officii tenetur scire, vel indagare. *c. cum in cunctis. c. innotuit. extr. de elect. c. quamvis, de Reg. Jur.* Gail. *l.* 2. *obs.* 48. *n.* 2. & scire, & scire debere, paria sunt. Carpzov. *resp.* 10. *nu.* 17. Ugol. *l. c. c.* 9. §. 8. *n.* 6. Barb. *in axiom. l.* 9. *c.* 3. *n.* 3. & talis ignorantia non erit inculpata. Gabr. *de Reg. Jur. concl.* 6. *n.* 43. *seq.* maxime quando quis tenebatur, & poterat investigare; & alleganti talem ignorantiam jura non subveniunt. Rol. *cons.* 72. *n.* 20. *l.* 3. *c.* 1. *de post. Præl. c. cum illorum, de sent. excom.* Mascard. *de prob. concl.* 879. *an.* 11. Menoch. *præs.* 23. *n.* 10. *seqq. & per tot. l.* 6. vide etiam Tusc. *litt. I. concl.* 11. *n.* 3. & hæc videntur certa, in foro saltem externo, ita ut ab allegante debeat probari. Farin. *in prax. q.* 90. Barb. *de offic. Epis. alleg.* 48. *n.* 10. Menoch. *l. c.* 33

Censuram contemnens triplici pœna affici potest. Primo alterius pœnæ additione, uti v. g. suspensus excommunicari potest. *c. cum non ab homine, de Jud. c. veritatis, de dolo, & contum.* & hæc dicitur aggravatio. Secundo, potest perseverans in censura deponi. Ac tandem pro tertio, Judici sæculari tradi. *c.* 2. ubi Abb. *de Cler. excom. minist.* & hæc dicitur reaggravatio. 34

Sed quid si aliquis ob mortis periculum fuit a censura absolutus ab illo, qui alias extra mortis periculum non habebat potestatem, periculum vero postea cessarit? Resp. si illum, a quo jure ordinario absolvi debet, non accedit pro absolutione, quamprimum potest, in censuram relabitur. juxta *c. cos, de sent. excom. in* 6. Socin. *sen. in c. officii. n.* 104. *de sent. excom.* Ugol. *l. c. c.* 14. §. 5. nec sufficit, quod accedat per procuratorem, si potest ipse adire. Ugol. *l. cit. n.* 4. vide *c.* 19. §. 1. Gemin. *in d. c. cos.* 35

Judex injuste excommunicans debet excommunicato præstare interesse, & tenetur actione injuriarum, & pœna arbitraria puniri potest. Ugol. *loc. cit. c.* 13. §. 19. *n.* 12. *& c.* 14. §. 6. *n.* 3. ubi DD. & qui non præmissa admonitione legitima coram testibus excommunicavit, per mensem habet interdictum aditum Ecclesiæ, & qui censuram non tulit in scriptis, aut causam non expressit, & illa innodato exemplar non tradit, suspensus est ab ingressu Ecclesiæ, & divinis. *c. sacro, de sent. excom. c.* 1. *eod. in* 6. Innoc. *in c. illud, de Cler. excom. ministr.* exceptis tamen Episcopis, & aliis superioribus ob *c. quia periculosum, de sent. excom. in* 9. ubi Jo. Andr. & Archid. Ugol. *loc. cit. c.* 14. §. 6. *n.* 1. *in fin.* debet ergo excommunicatio in scriptis proferri, & causa excommunicationis expresse conscribi, dicendo v. g. *quia peremptorie citatus, coram nobis renuit comparere, responsurus de justitia &c.* vel *quia jussus ut infra talem diem centum Titio solveret, ad quæ ex deposito tenebatur, & recusavit, idcirco &c. d. c.* 1. ubi glos. *in verbo causam.* 36

Censura ligari possunt tantum homines viventes, sive Clerici, sive Laici, rationis usum habentes. Ugol. *c.* 17. §. 1. 2. *&* 3. Christiani tamen contumaces sive contumacia vera, sive præsumpta. Ugol. §. 5. *&* 7. propter alterius contumaciam tamen nemo excommunicari potest, neque successor in dignitate illius, qui fuit excommunicatus, neque hæres, ob contumaciam ejus, cui succedit. Ugol. §. 8. 37

Censura ferri non potest', nisi præcesserit trina monitio, a quocumque feratur, sive a Judice ordinario, sive delegato, sive feratur contra universitatem, sive particulares; sive feratur nominatim sive generatim; sive feratur ex officio, sive ad instantiam partis. Limita in executore mero, & simplici. Limit. secundo, cum 38

quis

quis fert cenſuram, ut Judex; ſed ut perſona privata vim vi repellendo. Limita tertio, in cenſura lata a Jure; quia jus ſemper monet. *cap. reprehenſibilis, de appell.* Anchar. & Gemin. *in cap. Romana, de ſent. excom. in 6.* Covar. *in c. alma §. 9. p. 1.* Ugol. *de cenſ. tab. 1. c. 18. n. 2.* alias limitationes vide apud Theſaur. *de pœn. Eccleſ. verb. cenſura c. 1. per tot. ubi late.*

39 Hæc tamen trina monitio non requiritur ad valorem. *gl. in cap. ſacro, de ſent. excom. & in c. 1.* ubi Abb. *de exceſ. Præl.* Innoc. *in cap. ad hæc, de appell.* Felin. *in cap. cum ſit Romana.* ubi Berous, *eod.* Caſſad. *deciſ. 2. n. 11. de penſ. & reg. Cancell.* Covar. & Ugol. *l. c. n. 4.* Gabr. *de cit. concl. 1. n. 168.*

40 Requiritur ad illius juſtitiam trina citatio, vel una pro tribus, cum intimatione tamen prædictæ cenſuræ incurrendæ. *de Cenſur. diſp. 23. ſect. 3. nu. 23. gl. in d. cap. ſacro.* Laym. *l. 1. de cenſur. c. 6.* & alii apud Theſaur. *de pœn. p. 2. verb. Judex. c. 2.* Sperel. *deciſ. 129. n. 2.* ubi Bonac. *de cenſ. 1. quæſ. 1. pun. 3. num. 16.* dummodo aſſignentur dies pro ſingulis arbitrio Judicis. Menoch. *de arbit. caſ. 545.* Theſ. *l. c. in verb. Cenſura. p. 2. c. 1.* Barboſ. *in c. Romana, de ſent. excom. in 6.* Imo monitiones debet fieri præſentibus perſonis idoneis, ut monitio, quando opus fuerit, probari poſſit. Theſ. *l. c. juxta d. c. ſacro.* aliter ferens ingreſſu Eccleſiæ per menſem interdicitur, ut ſupra dictum eſt. Menoch. *de arbitr. caſ. 541.* Sanch. *de matr. l. 9. diſp. 32. n. 13.* quod tamen procedit in cenſura excommunicationis, de qua tantum loquitur *d. c. ſacro.*

41 Porro monitio, & citatio debent eſſe perſonales. Felin. *in d. c. cum ſit Romana.* Covar. apud Ugolin. *l. c. §. 1. n. 1. & in d. c. alma. §. 9. p. 1.* niſi admonendus dolo latitet, & impediat, quo minus perſonaliter moneri, & citari poſſit; tunc enim ſufficiet, ſi fiat ad domum. Innoc. *in c. fin. de eo, qui mittit. in poſſeſſ.* Covar. & Uoglin. *l. c.* dummodo impedimentum, vel dolus probentur. Ugolin. *l. c. §. 3. & c. 17. §. 7. n. 4. ſeq.* ubi de diverſa contumacia, & quod excommunicationis ſententia non valeat ſine citatione perſonali. tenet Rot. *deciſ. 15. in fin. de ſent. excom. in antiquis.* Caſſad. *deciſ. 2. de penſion.* Tiraquel. *de retr. lignag. §. 9. gloſ. 2. n. 4.* ubi Innoc. *in c. ult. col. 1.* & ibi etiam Collectar. *poſt princ.* & Pan. *col. ult. de eo, qui mittit. in poſſeſſ.* per tex. *in c. ſacro, de ſent. excom.* & alii DD. inter quos etiam Felin. *l. c. col. 5. verſ. & ut circa, de appell.* contra gloſ. *in c. caveant. 3. q. 9.* quam ibi reprobat Card. Alex. ita ut non ſufficiat ſcientia præſumpta citationis ſecutæ, ſi non fuerit perſonalis. Caſſad. *deciſ. 12. in fin. de reſcr.* Achill. *de citat. & deciſ. 7. de dol. & contum.* apud Rot. *deciſ. 90. p. 1. rec.* Sed quod tamen ſufficiat certa, & indubitata ſcientia citationis, licet non fuerit perſonaliter executa, tenet Rot. *deciſ. 11. de dol. & contum. in noviſſ.* Caſſad. *dec. 5. n. 11. de cauſ. poſſ. & propriet.* quos refert Rot. *cit.* quæ ibi tamen hanc quæſtionem indeciſam reliquit.

42 Abſolvi a cenſura poteſt etiam invitus, licet in contumacia perſeveret, ſi per hoc adſit ſpes correctionis, alias ſecus. de quo vide Ugol. *l. c. c. 19. §. 2. c. 1. de Reg. Jur.* S. Thom. *diſt. 18. q. 2. a. 1.* Modum abſolvendi, & quæ ſint ſervanda, vide apud Ugol. *l. c. a. §. 3.* nimirum debet peti abſolutio, debet jurari de impoſterum ſervandis mandatis Eccleſiæ, debet ſatisfieri parti, debet citari pars cujus intereſt &c. vide P. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. p. 1. c. 20. & ſeq.* & Ugolin. *l. c. c. 20. uſque ad 21. & 22.* ubi formam abſolvendi etiam videbis.

§. II.

Cenſura Excommunicationis.

43 Excommunicatio eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua homo baptizatus privatur conſortio fidelium, participatione Sacramentorum, & communibus Eccleſiæ ſuffragiis. Navar. *in manul. c. 27.* Suarez *de cenſ. diſp. 7. ſ. 1.* Alia eſt major, alia minor: & in dubio, cum ſermo eſt de excommunicatione, intelligitur de majori. Suarez *l. c. diſp. 8. ſect. 3.* Covar. *in c. alma. p. 1. §. 8. n. 5.* maxime in excommunicatione ab homine lata, cum ab eodem minor excommunicatio non ſoleat proferri.

44 Communia ſuffragia, quibus privatur excommunicatus, ſunt Miſſa, orationes Canonicæ, ſupplicationes publicæ. Ugol. *de cenſ. tab. 2. c. 9.*

Idem autem poſſunt excommunicare, qui poſſunt 45
ferre cenſuram, de quibus ſupra. Excommunicatio in jure, contra quos feratur, vide *Extrav. de reb. Eccleſ. non alien. c. 3. extr. de privil. §. quod autem. Clem. 3. §. fin. de pœn. c. 2. extr. de elect. Clem. un. de affinit. & conſang. c. 2. de major. & obed. Extravag. Joan. XXII. quæ incipit. Sancta Romana. de relig. domib. c. generali de elect. in 6. c. 1. de uſur. in 6. c. Clericis, ne Cler. vel Monach. & c. fin. eod.* Hæc contra Clericos.

Contra Regulares, vide *Clem. 3. de ſent. excom. Ex-* 46
travag. ad noſtrum Joan. XXII. de Regular. Extrav. Martini IV. de Regul. Clem. 3. §. fin. de pœn. Clem. 1. de privil. Clem. 1. de ſent. excom. Clem. un. de conſang. & affinit. Clem. 1. de relig. dom. Clem. 1. de ſtat. Monach. §. quia vero. Clem. 1. de decim. c. 2. ne Cler. vel Monach. cap. un. de relig. dom. in 6. extravag. 1. de treguſ. & pac.

Contra Laicos, vide *Clem. un. de conſ. & affinit.* 47
c. ubi periculum, de elect. in 6. c. mulieres, de Jud. in 6. c. fin. de immun. Eccleſ. in 6. c. quamquam, de cenſ. c. ut inquiſitionis, de hæret. in 6. c. un. de injur. & damn. dat. in 6. c. Felicis, de pœn. in 6. c. quicumque, de ſent. excom. in 6. Clem. un. de uſur. Clem. 1. de hæret. Clem. 2. eod. Clem. 1. de pœn. Clem. 2. de ſent. excom. c. 2. ne Cler. vel Monach. in 6. Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de refor. c. 19. ſeſſ. 24. ibid. & c. 6. ſeſſ. 25. c. 6. de Regul. & ſeſſ. 24. c. 18. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. c. cum indemnit. de elect. in 6. c. quicumque, de ſent. excom. in 6. Clem. 2. de ſent. excom. Extrav. 2. de reliqu. & venerat. Sanct. extr. 1. de ſepult. extr. 1. de Simon. extr. 1. de jud. extr. prodiens, de crim. falſ. extr. ſalv. de præb. extr. ſi fratrum, ne ſede vacante. extr. un. de reb. Eccleſ. non alien. extravag. 1. de major. & obed. extr. 1. de conſuet. extr. dierum, de pœnis. Clem. eos de ſepult. clem. un. de ſequeſtr. c. licet, de elect. c. ubi periculum eod. in 6. c. eos, de ſent. excom. in 6. c. 1. de homicid. in 6. Clem. fin. de ſtat. Monach. Clem. 1. de Sum. Trinit. c. generali, de elect. in 6. c. fundamenta, eod. c. 1. de loc. & cond.* Concil. Trid. *ſeſſ. 13. can. 11. de refor. & ſeſſ. 22. cap. 11. & ſeſſ. 24. cap. 6. de refor. & de Regul. ſeſſ. 25. c. 5. & de indulgen. ſeſſ. 25.*

Licet Sacramenta excommunicatis adminiſtrari licite 48
non poſſint, adminiſtrata tamen valent. *c. cum illorum, de ſent. excom. c. 1. & fin. de eo, qui furtive ord.* ubi gl. & Abb. *& in c. ſignificaſti, de eo, qui duxit in matr. quam pol. &c.* Covar. *in c. alma. p. 1. §. 6. n. 5. §. cæterum.* Ugol. *loc. cit. cap. 7. §. 2. tabul. 2.*

Ad hæc excommunicatus caret ſepultura Eccleſia- 49
ſtica. *c. ſacris, de ſepult. Clem. 1. eod.* Sylveſt. *in verb. excommunicatio. 3. verſ. vigeſimo. & in verb. ſepultura. num. 9.* ubi Ang. *n. 9.* Ugol. *loc. cit. §. 5. cap. 9.* ſive ſit excommunicatus a jure, ſive ab homine, dummodo non ſit occultus, ſed declaratus ſeu publice denunciatus, ac vitandus, alias ſepultura Eccleſiaſtica privari non poterit. arg. *cap. ſecundum leges. §. fin. de hæret. in 6.* Anchar. *conſ. 189. num. 3.* Navar. *in manual. cap. 27. num. 35. verſ. ad ſecundnm.* apud Ugol. *d. cap. 9.* & Suarez *diſp. 12. de cenſur. ſect. 4. num. 5.* Laym. *lib. 1. tr. 5. p. 2. cap. 4. num. 4. & 9.* Pirrhing. *lib. 3. decret. tit. 28. de ſepultur. num. 68.* Henriquez *lib. 13. cap. 11. §. 3.* Navar. *lib. 3. tit. de ſepultur. conſ. 5. nu. 2.* relati a P. Reiffenſtuel *lib. 3. decretal. d. tit. 28. de ſepult. numer. 85.* qui tamen tenet, excommunicatum notorium privari ſepultura Eccleſiaſtica, etiamſi non ſit vitandus, aut declaratus. & citat Avila *p. 2. c. 6. diſp. 9. dub. 6.* P. Engel. *d. tit. 28. de ſepultur. num. 19.* Covar. *in c. alma mater. p. 1. §. 2. n. 11.* Imo ſepultus ab illa eſt extrahendus; niſi abſolutus fuerit, ſaltem in articulo mortis. Paſſerin. *de pollut. Eccleſ. diſp. 8. cap. 16.* modo non fuerit abſolutus a Laico. Imo ſufficit, quod ab Eccleſiaſtico fuerit abſolutus poſt mortem; quia tunc non eſt amplius vitandus. Paſſerin. *loc. cit. c. 17. & 19.* Barboſ. *de Offic. Epiſc. alleg. 28. num. 52.* Pax Jord. *tom. 1. lib. 5. tit. 12.* Antonel. *de regim. Eccleſ. lib. 1. cap. 12. num. 62.* Ampliatur prima concluſio, licet dederit ſigna pœnitentiæ. *cap. ſacris, de ſepult. Clem. 1. eod.* hoc eſt quidem verum, quod talis poſt mortem abſolvetur, & ſic ſepultura Eccleſiaſtica gaudebit ob ſuam pœnitentiam, & poterit pro eo orari. DD. *cit.* & Ugol. *de cenſur. tab. 2. cap. 9.* Navar. *in man. c. 27.* Paſſerin. *de pollut. Eccleſ. diſp. 8. c. 6.* Jord. *loc. cit.* Barb. *ut ſupra.*

50 Privatur etiam auditione Missæ. *cap. ult. de sent. excom. in* 6. Navar. *in man. c.* 21. Ugol. *de censur. tab.* 1. *c.* 13. *& tab.* 2. *cap.* 8. §. 5. Bonac. *de censur. disp.* 2. *q.* 2. *punct.* 3. §. 1. *n.* 4. & si monitus non exit ab Ecclesia, in qua dicitur Missa, novam excommunicationem Papæ reservatam incurrit. *Clem. gravis, de sent. excom.* Engel. *lib.* 5. *tit.* 34. *n.* 58. Pirrhing. *lib.* 5. *tit.* 39. §. 6. *num.* 244.

51 Difficultas est, an excommunicatus, suspensus, vel interdictus suscipiens scienter sacros ordines, sit irregularis? Affirmat Ugol. *de censur. tab.* 1. *cap.* 14. §. 1. *num.* 22. & probat. *ex cap. cum illorum, de sent. excom.* sed in hoc *cap.* altum est de irregularitate silentium. Eandem sententiam tenent Navar. Sylvest. & alii, non esse irregularem docet Suarez *de censur. disp.* 42. *sect.* 3. & alii apud Bonac. *de censur. lib.* 7. *q.* 3. *punct.* 6. & merito: quia hæc irregularitas non est in jure expressa.

52 Excommunicatus caret usu jurisdictionis. *c.* 1. *de suppl. neglig. Præl. in* 6. *cap.* 1. *de Offic. Vicar. in* 6. ubi gl. & Franc. Socin. Senior. *in c. sacro. de sent. excom. num.* 266. quia excommunicatus ab officio suspensus est. Abb. *in cap. ad probandum, de re jud. & in cap. veritatis, de dol. & contum.* Navar. *in man. cap.* 27. *num.* 21. S. Antonin. *de excom. c. de caus. fin. vers. decimo.* Ugol. *de cens. tab.* 2. *cap.* 11. *num.* 2. & acta ejus, nisi sit toleratus, uti non denunciatus, aut non notorius, non valent. Ugol. §. 2. Innoc. & Felin. *in c. si vere, de sent. excom.* Abb. *in cap. nihil. num.* 3. *de elect. & in c. si fraternitatis, de test.* Covar. *in cap. alma. p.* 1. §. 11. *num.* 4 Navar. *in man. cap.* 27. Bonac. *de cens. disp.* 2. *q.* 3. *punct.* 1. *num.* 1. & 3. Suar. *de cens. disp.* 14. *sect.* 1. neque ratihabitione partium confirmantur. Ugol. *l. c. num.* 4. §. 1. ubi DD. Ideo beneficia conferre, instituere, beneficia commendare, coadjutores dare, electiones confirmare, beneficiis privare, indulgentias concedere, censuras ferre, & ab illis absolvere, pœnitentias publicas injungere, eligere, præsentare, postulare, & nominare non potest: idem dic de executore ad conferendum, si sit excommunicatus denunciatus, & non toleratus; quæ extenduntur etiam ad Judicem, etiam Laicum, qui caret usu jurisdictionis. *c. decernimus, de sent. excom. in* 6. aliter acta sunt invalida. *cap. ad probandum. de re jud.* ubi gl. Abb. & Felin. Ugol. *l. c.* §. 3. dummodo sit notorie excommunicatus, aut denunciatus; nam si nunquam fuisset declaratus excommunicatus, nec pro tali habitus, gesta ab eo, quamvis vere fuisset talis, ratione publici officii sustinentur, & sic & collationes beneficiorum. Rota *in una Placent. Beneficii.* 20. *Novembr.* 1613. auctoritate tex. in *l. Barbarius.* ubi DD. *ff. de offic. Præt. cap. nonne.* 8. *quæst.* 4. *c. ad probandum.* & ibi Abb. *num.* 3. *&* 14. *in fin. & seq.* Felin. *num.* 3. *&* 6. *de re jud.* Innoc. *in c. veritatis. num.* 1. & ibi Bellam. *num.* 22. Abb. *num.* 42. *de dol. & contum.* Covar. *in c. alma mater. p.* 1. §. 7. *sub num.* 9. *vers. ideo, de sent. excom. in* 6. Lap. *alleg.* 89. *num.* 11. *vers. propterea. & num.* 12. & ibi Mandos. *de commun. in vers. excommunicatus.* Felin. *in cap. Rodulphus. num.* 39. *de rescr.* & Rot. quamvis contrarium dicatur de suspenso etiam occulto, qui censetur prohibitus ab exercitio jurisdictionis Navar. *in man. c.* 27. *sub. num.* 151. *& cons.* 4. *sub num.* 3. *de Cler. excom.* & consequenter etiam a collatione beneficiorum, quæ est jurisdictionis. *cap. nosti, & c. transmissæ, de elect.* Lap. *d. alleg.* 89. *num.* 12. apud. Rot. *cit. num.* 5. quæ in ordine est *decis.* 534. *p.* 1. *rec.* Item extenditur ad arbitrium, & arbitratorem, Notarios, Tabelliones, quorum arbitria, & instrumenta non valent. Ugol. *l. c.* §. 6. *&* 7. ubi D.D. Abb. *in c.* 1. *de except. in* 6.

53 Præterea excommunicatus caret fructibus Beneficii *c. pastoralis.* ubi Abb. & Dec. *de appell.* Rot. *decis.* 8. *in antiq. de sent. excom. decis.* 5. *de pœn.* Vivius, *com. opin.* 884. *num.* 7. Put. *decis.* 28. *lib.* 1. extenditur hæc pœna etiam ad Episcopos excommunicatos. Innoc. *in c.* 1. *de Jud.* non obstante appellatione. DD. apud Ugol. *l. c. cap.* 12. Limita, si injuste excommunicatus fuit absolutus. *gl. in d. c. pastoralis*, ubi Innoc. & Dec. Covar. *lib.* 3. *var. res. c.* 13. *num.* 8. *vers. duodecimo.* Ugol. *l. c. num.* 4. Item si excommunicatus probavit, nullam, & invalidam fuisse censuram; nisi interim alii dicti fructus quæsiti fuissent. Ugol. *l. c.* Item si aliunde excommunicatus se alere non potest. Ulterius non procedit conclusio quoad fructus ante excommunicationem perceptos, uti neque ad patrimoniales, licet ad illorum titulum ordinatus esset. Imo neque potest excommunicatus administrare bona beneficii, aliter administratio non valet in foro interno, bene vero in externo, si fuit utilis. Ugol. *l. c.* §. 1. plura apud Garz. *de benef. part.* 7. *c.* 13. §. 1.

Excommunicato non possunt conferri dignitates, vel 54
beneficia, aliter collatio non valet. juxta *cap. pastoralis, de Cler. excom.* Navar. *in man. c.* 27. Suarez *de censur. disp.* 13. *sect.* 1. etiamsi excommunicatio sit injusta, secus, si sit nulla. late Garz. *de benef. lib.* 2. *part.* 7. *cap.* 13. *per tot.* Imo juxta Suarez *l. c.* excommunicatus occultus deberet se excusare, si beneficium illi conferretur, etiam detegendo censuram, si posset sine infamia, vel scandalo. Et etiamsi cessaverit excommunicatio per absolutionem, tamen collatio dicto excommunicato facta non convalescet, ex quo ab initio fuerit nulla; sed absolutus nova indiget collatione, titulo, vel saltem dispensatione. Rebuff. *in d. c. pastoralis. num.* 62. *ad fin.* & ibi Anchar. *num.* 3. Henric. Bohic. *ibid. num.* 5. *vers. unde Goffred.* apud Rot. *decis.* 83. *p.* 7. *rec. a num.* 15. Beneficium collatum tamen ante excommunicationem excommunicatus non amittit, etiamsi insordescat *ut infra num.* 65. donec per sententiam privetur. Garz. *de benef. p.* 7. *cap.* 13. §. 1. *num.* 90. *seqq.* ubi tamen, *& num.* 92. quod talis ipso jure amittat fructus in utroque foro, (ut supra diximus *num. antecedenti.*) ex Marant. in Specul. *part.* 6. *de appell. num.* 179. Gig. *de pens. quæst.* 64. Covar. *lib.* 3. *var. res. c.* 13. *num.* 8. Paris. *de resignat. lib.* 4. *q.* 3. *num.* 52. Ugol. *d. tab.* 2. *c.* 13. §. 1. Genuens. *in prax. cap.* 21. *in annot. num.* 16. & aliis contra nonnullos. Limita quoad recurrentes ad Judices Laicos contra Ecclesiasticum &c. isti enim non solum incurrunt in excommunicationem in Bulla Cœnæ, & ex Constitutione Martini V. & Innoc. VIII. quæ incipit *Officii nostri.* sed etiam amittunt ipso jure beneficia, ut patet ex dictis constitutionibus, secundum quas in supremis Urbis Tribunalibus pluries judicatum fuisse testatur Farin. *cons.* 68. *num.* 5. *lib.* 1. apud Rot. *cit. num.* 2. modo tamen præcedat sententia, non condemnans quidem ad privationem ipso jure irrogatam, sed declarans delictum, cui dicta pœna est inflicta. ex tex. *in cap. cum secundum, de hæret. in* 6. Felin. *in c. Rodulphus. num.* 35 *vers. sed declaratoria, de rescr.* Covar. *in* 4. *decret. p.* 2. *cap.* 6. §. 8. *num.* 10. Gratian. *disc. for. c.* 36. *num.* 11. Castr. Palao *de relig. tom.* 1. *tract.* 3. *disp.* 2. *pun.* 2. *num.* 7. *&* 8. Sanch. *de matr. lib.* 9. *disp.* 30. *num.* 2. *& resp. moral. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 23. *num.* 3. & alii apud Rot. *cit. num.* 6. Impetrans tamen beneficium tanquam vacans ob recursum factum ad Judices Laicos, deberet dictum recursum concludenter probare; ut infra in Verbo *recursus.* & Rot. *cit. decis.* 4. & ut infra diximus *num.* 65. de probanda pertinacia, & contemptu in insordescente. Si tamen talis excommunicatus ob recursum absolvatur, antequam beneficium sic vacans fuerit alteri collatum, illud eo ipso recuperat; quia sublato impedimento censuræ, reviviscit titulus per excommunicationem ligatus, non extinctus, ac mediante absolutione in integrum restituitur, quasi postliminio reversus, ut dicit Rot. *cit. num.* 20. *arg. cap. nos sanctorum c. juratos.* 15. *q.* 16. Bohic. *loc. cit. sub num.* 5. *vers. sed si beneficium.* & ut per scribentes *in c. quamvis, de rescr. in* 6. Jas. post Specul. *in L. posthumo. num.* 38. *in fin. C. de bon. possess. cont. tab.* Rol. *cons.* 45. *num.* 29. *lib.* 4. Odd. *de restit. in integr. p.* 2. *quæst.* 48. *art.* 3. *num.* 32. apud Rot. *decis.* 255. *num.* 3. *p.* 3. *rec.* Nec facit, quod alias dicunt D. D. quod nempe absolutus a censuris non inde recuperet beneficia, cum privatio beneficii, & excommunicatio sint pœnæ diversæ, & sublata pœna spirituali excommunicationis non censeatur sublata pœna temporalis privationis. ad not. per Bal. *in L. placet. num.* 15. *&* 16. *C. de sacros. Eccles.* Covar. *in cap. alma. p.* 1. §. 7. *num.* 2. *vers.* 7. Rebuff. *in c. pastoralis. num.* 62. *de Cler. excom.* Suarez *de censur. disp.* 13. *sect.* 1. *vers. hinc colligimus.* quia illi DD. vel loquuntur, quando constat, ex duabus pœnis unam tantum fuisse remissam. ut Bal. *in d. L. placet.* secus si absolvatur cum plenaria restitutione, tam ab excommunicatione, quam a pœnis inde incursis indefinite quoad utrumque forum; vel loquuntur in casu, quo collatio beneficii fuit facta post incursam excommunicationem, quæ non convalescit per absolutionem, ut dictum: vel certe quando absolutio fuit data post colla-

collationem beneficii jam alteri factam. ut Roman. *conſ.* 369. *a n.* 39. *ſeqq.* ita Rot. *in. dec.* 255. *p.* 3. *& deciſ.* 83. *p.* 7. *rec.* Porro excommunicato neque penſio conferri poteſt, licet antiquam poſſit retinere, ſi non inſordeſcat. Garz. *l. c.* Ciarlin. *contr. for. c.* 115. *nec* beneficium commendari, aut permutari &c. Ugolin. §. 2.

55 Inſuper excommunicatus non poteſt eſſe tutor, aut curator, neque agere in judicio. *cap. exceptionem, de except.* gloſ. *in cap. intelleximus, de jud.* Rot. *deciſ.* 7. *de except. in nov.* Vivius *com. opinion. opin.* 268. *n.* 1. Ugol. *l. c. cap.* 14. *&* 15. quæ procedunt, ſive fuerit excommunicatus a Jure, ſive ab homine, tam coram Judice Ordinario, quam delegato, tam Eccleſiaſtico, quam ſæculari, imo nec reconvenire poteſt. Ugol. *l. c. num.* 3. *cap. inter potiorem, de except.* ubi gl. & Abb. *& cap.* 2. *de Ord. cogn.* Rot. *l. c.* (Excipere tamen poteſt v. g. de pretio non ſoluto) adeo ut contra excommunicatum, licet agere non poſſit, currat præſcriptio; quia culpa ſua impeditur. *cap. nemo Epiſcoporum.* 11. *q.* 3. *cap. ex litteris, de conſtit.* Capel. Tholoſ. *deciſ.* 137. ubi addenda; niſi fecerit quantum potuerit, ut abſolveretur, aut injuſte excommunicatus fuiſſet. Ugol. *num.* 4. Imo nec per procuratorem agere poteſt, ſive hic fuerit conſtitutus poſt, ſive ante excommunicationem. *cap. fin.* ubi Innoc. *de procurat.* Abb. *licet, de Offic. deleg.* addend. ad Capell. Tholoſan. *deciſ.* 143. Ugol. *l. c. nu.* 5. licet offerret probare nullitatem excommunicationis; quia pendente cognitione debet abſtinere. DD. apud Ugolin. *nu.* 7. poteſt etiam agere in judicio ad probandam nullitatem cenſuræ, & de hoc eſt tex. *in c. ſolet.* 2. *de ſent. excom. in* 6. *& cup. cum contingat.* 36. *de offic. deleg.* juxta quos textus ergo, ſi proponens nulliter fuiſſe excommunicatum, petat abſolvi ad cautelam, tunc etiam ante omnem nullitatis probationem abſolutio erit eidem impertienda. *cit. cap. ſolet. &c. venerabilibus.* §. *porro* Abb. *in d. c. cum contingat. nu.* 2. Rot. *dec.* 9. *de ſent. excom. in antiquis.* & hoc etiam excommunicatore opponente, quod ſi vero proponatur, excommunicationem fuiſſe injuſtam, erit ante omnia abſolvendus antequam audiatur, non ad cautelam, ſed abſolute, & poſtea poteſt facere ſuas probationes; quod ſi vero proponatur, excommunicationem fuiſſe nullam, abſque hoc, quod petatur abſolutio ad cautelam, tunc non ſtatim abſolvitur, ſed debent recipi probationes utriuſque partis ſuper nullitate, & validitate. Abb. *in d. c. n.* 2. *verſ.* 2. *regula.* Covar. *in c. alma, de ſent. excom. in* 6. *p.* 1. §. 12. *n.* 7. *verſ. primum;* quia tunc ſi probatur nullitas, non indiget abſolutione, & ideo auditur abſque abſolutione, ſi illam ad cautelam ſaltem non petit; & ſi probatur validitas, tunc abſolvitur, præſtita cautione de parendo juri, & præſtitis præſtandis, ſatisfacta parte &c. prout infra. vide Rot. *dec.* 568 *p.* 3. *rec. tom.* 3. ubi hæc materia uberrime diſcutitur & videre poteris plures caſus, in quibus etiam allegans injuſtitiam ante abſolutionem auditur. Et citatus ad inſtantiam excommunicati non tenetur comparere. Innoc. & DD. *in cap.* 2. *de dilat.*

56 Non impeditur tamen Excommunicatus, quin in judicio ſe poſſit defendere, etiam per procuratorem; ſicut etiam poteſt petere in judicio, ut debitor, ſi eſt fugitivus, capiatur. Item poteſt in Judicio probare nullitatem excommunicationis, pluresque alios caſus, vide apud Ugol. *l. c.* §. 1. *per tot.* Mareſc. *l.* 2. *var. reſ. c.* 42. Dec. *in c. decernimus. de Jud.* Dian. *mor. p.* 5. *tr.* 9. *reſ.* 110. ſic poteſt eſſe in Judicio uti reus conventus. Ugol. *l. c. tot. c.* 16. ubi poteſt omnia, quæ poteſt reus. juxta Mareſcot. & Dian. *l. c.*

57 Excommunicatus neque poteſt eſſe teſtis in judicio. Ugol. *c.* 17. Diana *l. c. reſ.* 113. Gabr. *de teſt. concl.* 19. Vivius *com. opin.* 260. niſi contra hæreticum. *cap. in fidei, de hæret. in* 6. Imo neque in teſtamentis, inſtrumentis & contractibus, quamvis talis contractus valeat, ſed per talem teſtem non probatur. Ugol. *l. c.* §. 1. Neque poteſt eſſe advocatus, acta tamen valent, uti etiam ſententia lata ad conſilium ſapientis excommunicati. Ugol. *cap.* 18. ubi DD. Neque poteſt creari Doctor, aut eques. Idem §. 1. Neque poteſt conſtitui procurator, aliter conſtitutio non valet. Idem *c.* 19. neque convaleſcit conſtitutio per abſolutionem. idem. §. 1.

58 Contractum vero quamvis excommunicatus celebrare non poſſit licite, tamen celebratus contractus valet, ſicut votum ſolenne emittere non poteſt; tamen emiſſum valet, idem de profeſſione dicendo. Limit. primo, niſi in contrarium cautum eſſet, uti *in cap. excommunicamus*, §. *credentes*, & ibi gl. *de hæret.* Limit. ſecundo ſi contractus eſſet initus ratione publici officii; tunc enim non valet, ſi excommunicatus ſit denunciatus, vel publicus. Limit. tertio, ſi fuit excommunicatus ob crimen, quod ipſum inhabilem reddit ad contrahendum, uti ob hæreſin. *cap. cum ſecundum, de hæret. in* 6. Limit. quarto, quoad contractum, per quem quis obligatur communicare cum excommunicato. Ugol. *c.* 2. §. 1. *&* 2. Ita teſtamentum facere non poteſt, factum tamen valet. Ugol. *c.* 21. Gabr. *de teſtam. concl.* 1. Graſſ. *in §. teſtamentum, q.* 24. Covar. *de teſtam. n.* 18. *p.* 2. Poteſt tamen excommunicatus hæres inſtitui, & ſuccedere ab inteſtato, hæreditatemque adire. Ugol. §. 1. *&* 2. Gabr. *l. c.*

Excommunicatus ab omnibus eſt vitandus, dummodo fuerit denunciatus. juxta *Extrav. ad evitanda.* Cov. *in cap. alma. p.* 1. §. 2. *n.* 7. vel ſit notorius Clerici percuſſor, taliter, ut nulla tergiverſatione poſſit celari, vel aliquo juris ſuffragio excuſari. Abb. *in cap. cum ſit Romana, de appell.* Ugol. *de cenſ. tab.* 1. *c.* 13. §. 7. etiam ab illis, qui non ſunt ſubditi excommunicantis. *c.* 1. *& c. fin. de conſtit.* Abb. *in c. cum inter, de conſuet.* Etiam ab excommunicante. Covar. *l. c.* §. 2. *p.* 1. *n.* 2. Innoc. *in c. quod in dubio, de ſent. excom.* ubi gl. Et quidem omni in loco, ab illo, qui ſcit, licet alii ignorent. Neque conſuetudo contraria valeat. Ugol. *l. c.* §. 11. 59

Poteſt tamen excommunicatus communicare cum hominibus ad effectum, ut abſolutionem impetrare poſſit. Ugol. *de excom. tab.* 2. *cap.* 22. §. 1. *cap. reſponſo, & cap. cum voluntate, de ſent. excom.* 60

Et an metus cadens in conſtantem virum, excuſet communicantem cum excommunicato, vide Ugol. *de cenſ. tab.* 2. *c.* 23. Utilitas animæ, & corporis excuſat, ſic excuſatur uxor communicans cum marito excommunicato, & econtra. Ugol. *loc. cit.* §. 6. & filii non tenentur vitare parentes, & econtra, etiam legitimi tantum, etiam poſt excommunicationem geniti, uti nec ſervi, vel ancillæ, dominos. Ugol. §. 7. 61

Communicans cum excommunicato vitando incidit in excommunicationem minorem. Covar. *in c. alma. p.* 1. §. 3. *n.* 3. S. Thom. *q.* 23. *a.* 2. *in* 3. *p.* Innoc. *in c.* 2. *de Cler. excom. miniſt. & in c.* 1. *de ſent. excom.* Abb. *in c. ſacris, de iis, quæ vi, met. cauſ. fiunt. & in c. ſignificavit, de ſent excom.* etiam poſt mortem excommunicati, utens ejus communione. Si tamen quis communicat cum excommunicato in crimine, propter quod fuit excommunicatus, incidit tunc in excommunicationem majorem. *c. nuper. eod. in* 6. Covar. *in c. alma, p.* 1. §. 3. *n.* 4. Ugol. *c.* 23. §. 13. *n.* 2. Et hæc excommunicatio eſt a jure, ut tenent DD. *in d. c. nuper, & in c. ſtatuimus, de ſent. excom.* Ugol. *l. c. n.* 4. Præterea Laici communicantes cum excommunicato excommunicatione majori, & vitando, ſi ter moniti non deſint, poſſunt excommunicari majori excommunicatione. *c. quod in dubiis, de ſent. excom.* P. Pirrhing. *l.* 5. *tit.* 39. *ſect.* 4. *n.* 133. *verſ. notandum ſecundo, & nu.* 135. *c. ſtatutum, & c. ſtatuimus, de ſent. excom. in* 6. ubi gl. & *in verb. monitionem.* debent tamen nominatim fuiſſe moniti. *c. conſtitutionem, de ſent. excom. in* 6. Pirrhing. *l. c. n.* 138. ob *c.* 3. *de ſent. excom. in* 6. 62

Sed quid ſi monitus nominatim, ut exeat ex Eccleſia ob excommunicationem, non vult exire? Reſp. quod incurrit excommunicationem majorem reſervatam S. Pontifici, ipſo facto. *Clem. gravis.* 2. *de ſent. excom.* P. Pirrhing. *l. c.* §. 6. *n.* 244. 63

Porro, licet quis inciderit in excommunicationem latam a Jure; non propterea vitandus erit, niſi prius fuerit declaratus. Covar. *in c. alma. p.* 1. §. 2. *num.* 7. *per tot.* P. Pirrhing. *l.* 5. *tit.* 39. *n.* 113. §. porro ubi Laym. *l.* 1. *tr.* 5. *p.* 2. *c.* 4. *n.* 1. Suarez *de cenſ. diſ.* 9. *ſect.* 2. *nu.* 5. Avila *p.* 2. *de cenſ. diſ.* 2. *dub.* 2. & alii. Quia etiam quis in dubio excommunicatus non præſumitur. Covar. *in Clem. ſi furioſus, de homicid.* Sperel. *deciſc.* 175. *a n.* 1. Innoc. *in cap. per tuas, de Simon.* adeo, ut ante declarationem celebrans non fiat irregularis quoad forum externum, cum pœnæ in foro externo non incurrantur ante declarationem. Riccius *in prax. p.* 2. *reſ.* 272. apud quem Navar. *in manual. c.* 27. *n.* 66. Molin. *de Juſt. & Jur. diſp.* 86. Covar. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 6. §. 8. *n.* 10. licet ſecus ſit quoad forum internum, cum in illo cenſuræ ſortiantur effectum abſque alia declaratione, ut ex 64

Cajetan. *in Summ. verb. censura.* dicit Riccius *l. cit. in fin.* & ideo celebrans in excommunicatione, etiamsi per accidens, quia forsan est occulta &c. nondum sit deducta ad forum contentiosum, tamen fiet irregularis, quæ in tali casu oritur ex excommunicatione etiam occulta, seu non denunciata. Sayr. *l. 7. c. 9. n. 18.* apud P. Thes. *de pœn. Eccles. p. 2. verb. censura c. 11. nu. 1. vers. amplia.* Hinc est, quod si post celebrationem in excommunicatione occulta, illa deveniat ad forum contentiosum, declaratus excommunicatus, soleat declarari etiam irregularis ob celebrationem in excommunicatione factam, vide DD. *in tit. de Cler. excom. &c. minist.* ubi de aliquibus causis excusantibus. Et ita excommunicatus non declaratus non est vitandus, licet per sententiam fuerit condemnatus de crimine, cui est annexa excommunicatio. Dian. *mor. p. 5. tr. 9. res. 62.* Suarez *de cens. disp. 9. sect. 2.*

65 Excommunicatus pro alia causa, quam pro hæresi, insordescens per annum, est suspectus de hæresi, & super illa potest inquiri. Ugol. *de censur. c. 24. §. 3.* Riccius *in prax. insordesc. p. 3. res. 209.* juxta Concil. Trid. *sess. 25. c. 3. in fin. de reform.* Habetur pro confesso, & convicto de delicto principali, pro quo fuit citatus, & in contumaciam excommunicatus. Riccius *res. 210.* dummodo per illum steterit: secus si fuit legitime impeditus. Potest temporaliter puniri ob contemptum. Felin. *in c. postulasse, de homicid.* Abb. *in c. gravve de pœn.* Limita in causa civili, in qua etiam per plures annos insordescens non habetur pro convicto. Riccius *l. c. res. 209. & 210.* Potest privari beneficio, si perseverat animo pertinaci, indurato, & in contemptum clavium, etiam pro causa civili. Idem *res. 211. & 305.* quo casu tamen ab impetrante esset probanda hæc pertinacia, & contemptus. ad tex. *in c. cum bonæ, de ætat. & qualit. cap. cum contumacia de hæret. in 6.* quæ pertinacia, & contempus remaneret excluſa, si excommunicatus absolutionem petiisset, seu nulliter impetrasset, cum ad istum effectum exclusionis contemptus quælibet causa, etiam injusta sufficiat. ut per Covar. *in cap. alma mater, §. 7. n. 6. de sent. excom. in 6.* & sic non sufficeret probare perseverantiam. Rot. *decis. 132. n. 6. p. 1. rec.* Nec juvatur absolutione generali, quæ a Papa solet dari in impetratione gratiæ, vel Benenficii, Idem Riccius *res. 213.* Antonel. *de regim. Eccles. l. 6. c. 20. n. 6.* Pax Jordan. *de re benef. l. 10. tit. 21.* vide etiam infra *in prax. Clausularum Apost. claus. 30.* Non potest tamen condemnari ut hæreticus, nisi purgatio ei fuerit indicta, & terminus assignatus. Hostiens. *in cap. excommunicamus, de hæret.* Riccius *res. 217.* Antonel. *l. c.* Rot. apud Dian. *p. 4. tr. 7. res. 18.* ubi vide. An vero privatus beneficio ob insordescentiam, si absolvatur, beneficium recuperet? vide *sup. n. 54.*

66 Excommunicatio canonis, *si quis suadente,* incurritur per omnem actionem injuriosam contra personam Clerici in facto consistentem. Item, per ratihabitionem percussionis suo nomine factæ, licet Clericus contentus esset. Item non impediendo, cum quis tenetur ex justitia, secus si tantum ex charitate. Item compellendo Clericum per manuum injectionem ex odio ad aliquid faciendum, etiam ad sui defensionem, ex intervallo. Sperel. *decis. 45.* Barb. *de Jur. Eccles. l. 1. c. 39. §. 2.* Diana *p. 9. tr. 4. res. 10. 27. & 35.* ubi de diversis manuum injectionibus. Limit. in Patre, vel Magistro percutiente ad correctionem. DD. *cit.* Item mandando Clericum percuti. *c. 6. de sent. excom. §. illi vero.*

67 Homo singularis excomunicari potest, non universitas. Innoc. *in cap. gravem de sent. excom.* Abb. *in cap. bona, nu. 10. de elect. & in cap. dilecta,* ubi Felin. *de except.* quia universitas homo non est, sed corpus fictum; tum quia ne innocentes excommunicentur. Ugol. *c. 26. n. 4.* bene vero illi, qui sunt de universitate. *cap. ex parte, de privil. cap. quamquam, de censib. in 6.* Pajatel. *annot. 53. n. 39.* Tusc. *litt. V. concl. 266.* Seraph. *de privil. juram. privil. 83. n. 28.* Ugol. *l. c. §. 1. & 4.* Pirrhing. *l. 5. tit. 39. sect. 2. §. 1.* Dian. *p. 5. tr. 9. res. 38.*

68 Excommunicatio non potest ferri, nisi contra contumacem, ad quam tamen requiritur culpa mortalis. Covar. *in cap. alma, p. 1. §. 9.* Ugol. *c. 27.* & probatur ex Concil. Trid. *sess. 25. c. 3. de reform.* Navar. *in man. c. 27.* Verum an quilibet contumax etiam in re levi vi possit excommunicari? resolve cum Covar. *loc. cit.* affirmative; quando adest contemptus, prout plerumque adest in comparere recusante, seu non comparente, coram suo Judice citante, ex quacumque demum causa, sive gravi, sive levi fuerit citatus: secus si non adest contemptus, ubi vide.

Excommunicatio contra scienter aliquid facientes lata afficit etiam ignorantes affectate. Laym. *lib. 1. mor. tr. 5. p. cap. 5. n. 7.* Sanch. *de matr. lib. 9. disp. 32. num. 40.* Diana *p. 3. tr. 6. res. 7.* & lata contra usurpantes, extenditur etiam ad mandantes. Riccius *in prax. cen. sur. p. 4. res. 142.* 69

Excommunicatio lata ob pensionem non solutam, non incurritur, nisi pensionarius declaret, se velle illam incurri. Paris. *de resign. l. 6. quæs. 2. nu. 139.* Garz. *de benef. p. 1. c. 5. n. 581. seq.* quia est lata in favorem pensionarii. Imo requiritur, quod pensionarius illam intimet titulari, & cum declaratione Judicis affigat cedulones. Bonac. *de cens. disp. 1. q. 2. punct. 4.* nec sufficit intimatio facta procuratori. Gig. *de pens. q. 77.* Cassad. *decis. 2.* Garz. *de benef. p. 1. c. 5. n. 582.* Paris. *l. c.* 70

Excommunicationis sententia debet ferri in scriptis. *cap. cum medicinalis, de sent. excom. in 6.* Suar. *de cens. disp. 2. sect. 13.* Sperel. *decis. 39. n. 1.* Riccius *in prax. excom. res. 440. part. 1.* 71

Excommunicatus ob percussionem levem Clerici potest absolvi ab Episcopo. *cap. pervenit, de sent. excom.* Si vero percussio fuit gravis, a solo Pontifice. Riccius *in prax. var. res. p. 1. res. 446. cap. non dubium est: d. tit.* quando vero dicatur percussio gravis, vide Dian. *p. 9. tr. 4. res. 19.* ubi DD. Et si percussus est Regularis, excommunicatus debet absolvi a Superiore illius Regularis, cum onere se præsentandi sub pœna reincidentiæ, sicut quilibet alius excommunicatus, qui absolvitur ab inferiori, ut in articulo mortis. Bonac. *de cens. disp. 1. q. 3.* & probatur ex *cap. eos, de sent. excom. in 6.* Ricc. *resol. 149.* qui tamen id tantum admittit, quando etiam percutiens est Regularis, secus si est Laicus, nam tunc debet absolvi ab Episcopo. *cap. Monachi vero, de sent. excom.* & excommunicatus sub pœna reincidentiæ non satisfaciens, reincidit in excommunicationem ipso jure sine alia declaratione. Riccius *in prax. res. 607. part. 1.* 72

Et regulariter excommunicatus non est absolvendus, nisi prius satisfecerit parti, & de expensis &c. Riccius *in prax. p. 2. res. 15.* si fuit excommunicatus in contumaciam. Neque potest absolvi, nisi parte citata, ad cujus instantiam fuit excommunicatus. Riccius *l. c.* Et licet absolutio data, parte læsa non citata, sit valida, tamen absolvens peccat graviter contra justitiam. Navar. *in man. cap. 27.* Bonac. *de cens. disp. 1. q. 2. punct. 9. n. 1.* & probatur *ex cap. venerab. de sent. excom. in 6.* nisi absolvens esset delegatus ad absolvendum, parti prius satisfacto, tunc enim aliter nec valide absolveret. 73

Porro absolutio potest dari etiam absenti. Pignat. *cons. 20. tom. 1.* Thes. *de pœn. Eccles. p. 1. cap. 22.* Dian. *mor. p. 1. tr. 11. res. 20. & 21. vers. tertia differentia.* Ad reincidentiam dupliciter datur. Primo, cum datur ad tempus, vel effectum limitatum, uti v. g. ad ferendum testimonium, juxta *c. veniens de test.* uti solet dari in Bullis, vel litteris Apostolicis. *c. Apostolicæ, de except.* secundo, cum datur in perpetuum sub conditione, v. g. satisfactionis, qua non impleta, reincidit in excommunicationem. Passerin. *de pollut. Eccles. disp. 8. c. 15.* Covar. *in c. alma. p. 1. §. 11.* Pirrhing *l. 5. tit. 39. sect. 5. §. 4. n. 164.* Bonac. *l. cit.* diximus de hoc etiam supra in verbo *Absolutio.* 74

Datur etiam absolutio ab excommunicatione ad cautelam. De qua, & de alia, vide quæ diximus supra in verb. *Absolutio.* 75

Excommunicatio minor est censura Ecclesiastica separans fidelem a passiva Sacramentorum participatione. *c. si celebrat, de Cler. excom. minist.* Ugol. *de cens. tab. 3. c. 5. §. 1.* An talis excommunicatus autem possit licite Sacramenta aliis conferre, seu administrare, disputatur a DD. affirmativam tenet Ugolin. *cap. 6. §. 2.* nisi forsan, aliis administrando, & ille eadem percipiat, uti fit in celebratione Missæ. Hæc excommunicatio fertur ab illis, qui possunt ferre majorem. Ecclesiasticas dignitates, & beneficia, nec per electionem, nec per collationem, vel alium modum, talis excommunicatione minori irretitus consequi potest, & collatio illi facta, vel electio non valet, licet excommunicatio ignoretur. Covar. *in cap. alma p. 1. §. 8. n. 3.* Dec. *in cap. dilecti,* 76

de

de excep. Ugol. *l. c.* §. 3. ubi rationes dat, & contrarias resolvit. In reliquis omnibus ligatus minori excommunicatione communionem habet; scilicet in divinis, profanis, Jurisdictione, Judicis, contractibus, ultimis voluntatibus, quotidianis congressibus &c. Navar. *in man. cap.* 27. Covar. *l. c.* talis excommunicatus non fit irregularis, si celebret, & sacrum faciat, quamvis mortaliter peccet, sicut in perceptione aliorum Sacramentorum, & arbitraria pœna punitur. vide Ugolin. *loc. cit.* §. 2. Covar. *loc. cit.* §. 8. *num.* 1. *seqq.*

§. III.

Censura suspensionis.

77 Suspensio est censura Ecclesiastica, qua persona Ecclesiastica impeditur, ne functiones Beneficii, vel Officii, vel Ordinis, exercere possit in totum, vel in partem. Navar. *in man. c.* 27. Ugol. *de cens. tab.* 4. *c.* 10. Bonac. *de cens. disp.* 3. *p.* 1. ubi Suarez & alii.

78 Alia est pœnalis, alia medicinalis: illa infertur in vindictam delicti præteriti, uti cum quis suspenditur ob peccatum præteritum; & hæc dicitur proprie pœna, non censura, hæc infertur ad emendationem, & bonum delinquentis: & hæc proprie est censura, Bonac. *l. c. n.* 2. Differt ab excommunicatione minori: quia hæc privat perceptione passiva Sacramentorum; suspensio vero exercitio, & ministerio activo illorum.

79 Suspensio pœnalis non prærequirit monitionem, maxime, cum est ob delictum notorium. *cap.* 1. *de excess. Pral.* Abb. *in cap. reprehensibilis, de appell.* Pignatel. *cons.* 162. *n.* 4. *tom.* 1. & non suspenditur per appellationem. Ugol. *de cens. tab.* 4. *c.* 5. §. 2. *n.* 3.

80 Porro suspendere potest, qui potest excommunicare, uti etiam absolvere. Ugol. *de cens. tab.* 1. *c.* 1. *&* 2.

81 Suspensio in jure, contra quos feratur, vide *Clem.* 1. §. *pen. de hæret. Clem.* 2. *de pœn. cap.* 2. *de temp. ord. in* 6. *cap. fin. eod. in* 6. *cap. provida, de elect. in* 6. *cap.* 2. *de reb. Eccles. non alien. in* 6. *cap.* 2. *de solut. Extravag. ad Sacrosancta, de sent. excom. extrav. dispendiis, de postul. Prel. Extr.* 3. *de privil. cap. cupientes, de elect. in* 6. §. *cæterum cap.* 1. *de re jud. in* 6. *Clem.* 2. *de vit. & honest. Cler. cap. dilectus, de tempor. ord. Clem.* 1. *de stat. Monach. si quis. Clem.* 3. §. *quibus, de pœn. Clem.* 1. *de reb. Eccles. non alien. Clem.* 1. *de decim. Extrav. un. de reb. Eccles. non alien. cap. fin. de Off. Ord. in* 6. *cap. quia sæpe, de elect. in* 6. *cap.* 2. *in fin. eod. c.* 1. *de usur. c. fin. de reb. Eccles. non alien. Extrav.* 1. *de elect.*

82 Suspensus a Jure, an possit absolvi a suo Episcopo? dubitatur a D. D. Resp. tamen, quod, quando suspensio fuit lata in pœnam, non possit a proprio Episcopo absolvi. juxta *gl. in Clem.* 1. *de hæret. & in c. cupientes, de elect. in* 6. Abb. *in cap. tam in litteris, de test. & in cap.* 2. *de solut.* Ugol. *de cens. tab.* 4. *c.* 4. §. 1. licet suspensio fuisset lata jure specialiter statuto, & non communi. Idem dic, cum suspensio non est lata indefinite, sed etiam quando est lata ad tempus. Limit. si Legislator specialim absolutionem Episcopo reliquit, dummodo delictum non sit tale, in quo dispensari non potest. *cap. tam in litteris, de test.* Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 6. *de ref.* Si vero fuit suspensus a Jure ob contumaciam, tunc potest a proprio Episcopo absolvi. juxta *cap. nuper., de sent. excom.* quando tamen ad cautelam tantum absolveretur, juxta *cap. venerabili, de sent. excom.* vel cum absolvitur, antequam a contumacia discedat. *cap. venerabilibus, de sent. excom. in* 6. nam post discessum a contumacia, suspensio tollitur ipso jure. *cap. cum cessante, de appell.* Uti etiam lata donec satisfecerit, post satisfactionem, ipso jure tollitur. Ugol. *loc. cit.* §. 2. *n.* 2. Item ad tempus lata, elapso tempore, tollitur ipso jure. Navar. *in man. cap.* 27. Riccius *in prax. suspens. ref.* 452. *part.* 1. Suarez *de cens. disp.* 26. *sect.* 1. Bonac. *de cens. disp.* 3. *p.* 1. *num.* 2. *punct.* 3. Lata vero ad arbitrium durat, donec durat arbitrium ferentis, vel illius, ad cujus arbitrium fuit lata, uti si S. Pontifex aliquem suspendit ad suum beneplacitum, manet suspensio, quamdiu durat beneplacitum Pontificis, quod tamen extinguitur morte ipsius. *cap. si gratiose, de rescr. in* 6. quia Beneplacitum est voluntas, quæ morte extinguitur, sicut extinguitur, si ab officio removetur, ratione cujus suspendit. *cap.* 3. *de suppl. negl. Prel. in* 6.

83 Quæres: an suspensus a Jure, si divina ex officio facit, ut prius, fiat irregularis? Resp. affirmative. Suar. *de cens. disp.* 27. *sect.* 2. probatur *ex cap.* 11. *de sent. excom. in* 6. *cap.* 1. *de sent. & re jud. in* 6. *c. si quis, de Cler. excom. minist.* sive suspensio sit lata in pœnam, sive ad medelam. Ugol. *de cens. tab.* 4. *c.* 5. §. 1.

Suspensus non prohibetur recipere Sacramenta, esse 84
Judex in prophanis, actor in Judicio, & testis, contrahere, testari, & cum hominibus conversari. Ugol. *de cens. tab.* 4. *cap.* 6. §. 3. bene verum est, quod suspensus pro contumacia, ratione peccati, non potest recipere Sacramenta.

Suspensus ab Officio est suspensus ab ordine, a Ju- 85
risdictione, & ab administratione, vel functione ministerii Ecclesiastici. *cap.* 1. §. *fin. de re jud. in* 6. Innoc. *in cap. dilectus, de consuet.* ubi Abb. Ugol. *loc. cit.* §. 3. Et in uno loco suspensus ubique remanet suspensus, nisi locus suspensionis fuerit limitatus. Suarez *de cens. disp.* 26. *sect.* 1. Bonac. *de cens. disp.* 3. *p.* 3. *num.* 7. Ugol. *loc. cit.* §. 2. *num.* 4. Sicut excommunicatus in uno loco est ubique excommunicatus. Ampliatur etiam ad suspensum a beneficio D.D. *cit.*

Suspensus vero ab ordine, a Jurisdictione suspensus 86
non est, nec econtra: excipe Jurisdictionem fori pœnitentiæ. Ugol. *l. c.* §. 5. sicut etiam suspensus ab ordinibus majoribus non est suspensus a minoribus, secus econtra. Dian. *p.* 5. *tr.* 10. *res.* 5. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 2. *cap.* 10. *a num.* 5. *c. cum illorum, de sent. excom.* Piasec. *in prax. Episc. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 78. Barb. *de Offic. Episc. p.* 2. *alleg.* 6. *n.* 4. Ugol. tamen, quod suspensus a minore sit suspensus a majore ordine, dicit, ut procedat, quando ita constat de mente suspendentis: Item cum suspenditur ab eo, in quo non peccavit; item ubi majus sine minoris haberi non potest: uti suspensus a Diaconatu, sine quo Missa celebrari non potest, est etiam suspensus a celebratione Missarum. Limit. primo cum quis speciatim tantum a minore fuit suspensus. ut *in cap. fin. de temp. ord. in* 6. Limit. secundo cum quis suspenditur ab eo ordine, in quo peccavit. Limit. tertio, ubi major sine minore haberi potest. Ita suspensus a Diaconatu, excepto Missæ sacrificio, reliqua sacerdotis munera obire potest. vide Ugol. *loc. cit.*

Suspensus a Jurisdictione suspenditur ab iis tantum, 87
quæ sunt Jurisdictionis Ecclesiasticæ, uti a censuris ferendis, Beneficiis conferendis, electis confirmandis, jure dicendo. *gl. in cap. transmissam, de elect.* Limit. si in parte tantum fuit suspensus; quia illa excepta alias exercere poterit. juxta *c. nonne, de præs.* vide Ugol. *loc. cit.* §. 6. *&* 7.

Suspensus a beneficio est suspensus a fructibus, seu 88
a jure illos percipiendi. Secus ab Officio, licet illud competat ratione beneficii: nam aliud est officium, aliud beneficium; & in pœnalibus non est facienda extensio. Ugol. *loc. cit. cap.* 8. §. 2. *&* 6. Suarez *de cens. disp.* 27. *sect.* 1. Bonac. *de cens. disp.* 3. *p.* 2. *n.* 12. contra alios. Sicut nec suspensus ab administratione Sacramentorum est suspensus a celebratione Missæ; quia celebratio Missæ non comprehenditur sub administratione Sacramentorum. Dian. *p.* 5. *tr.* 10. *res.* 6. Antonel. *de Regim. Eccles. lib.* 2. *cap.* 10. Porro nomine fructuum beneficii veniunt oblationes, decimæ, distributiones, pensiones ædium locatarum, imo erat etiam administratione. Ugol. *loc. cit.* sive sit suspensus a Jure, sive ab homine. Ugol. §. 3. *c. cupientes, de elect. in* 6. Abb. & Innoc. *in cap. sicut, de cohab. Cler.* etiam occultus. ut supra *n.* 52.

Sed dubitari potest, an Episcopus incurrat suspensio- 89
nem, ubi speciatim de illo a Jure, vel ab homine mentio non fit? Resp. est negativa; & probatur *ex cap. si compromissarius.* §. *hujusmodi, de elect. in* 6. ubi gl. *& cap. cupientes.* §. *cæterum, & in cap. quia periculosum, de sent. excom. in* 6. vide Ugolin. *loc. cit.* §. 3. *num.* 2. *& tab.* 1. *cap.* 17. §. 6. *num.* 12. ne Pontificalis officii executio impediatur.

Quæritur, an suspensus a beneficio, si habeat plu- 90
ra beneficia, sit suspensus ab omnibus? R. si causa, ob quam aliquis speciatim fuit suspensus, specialiter ad aliquam Ecclesiam pertinet, ab illis tantum Beneficiis erit suspensus, quæ habet in dicta Ecclesia, in qua peccavit; uti si aliquis Canonicus in electione sui Episcopi fecit contra *cap.* 1. *de elect. in* 6. Si vero causa, ob quam quis fuit suspensus est generalis, ab omnibus erit suspensus. D. D. apud Ugol. *de cens. tab.* 4. *cap.* 8. §. 4. ita erit etiam suspensus a pensione, juxta Suarez

rez *de cenſ. diſp. 27. ſect. 1.* & alios apud Dian. *mor. p. 5. tr. 10. reſ. 15.* ubi tamen etiam contrariam ſententiam probabilem judicat, ex quo penſio non ſit Beneficium.

91 Quæres ulterius; an ſuſpenſus ab Ordinario ſimpliciter a beneficio, ſi habeat extra Diœceſin ſuſpendentis beneficium, ſit quoque ab illo ſuſpenſus? Reſp. ſi ſuſpenſio eſt ab homine, & ſuſpendens voluit etiam ſuſpendere a Beneficiis extra territorium, tunc erit ſuſpenſus ab illis; ſed executionem hujus ſuſpenſionis habebit Judex territorii, in quo ſunt Beneficia. juxta *cap. poſtulaſti, de for. comp.* Ugolin. *loc. cit. §. 5.* ſecus tamen eſſet, ſi ſuſpendens id nollet, quod procedit, etiamſi nihil dixerit. Neque refert, quod ſuſpenſus ab officio in uno loco, ſit ubique ſuſpenſus; quia Officium eſt ubique idem; jus vero percipiendi fructus Beneficii in una Eccleſia eſt diverſum a Jure percipiendi fructus beneficii in alia Eccleſia, ex quibus apparet, quem ab aliquo beneficio ſuſpenſum eſſe poſſe, ab alio autem non. vide Ugol. late *l. c.*

92 Suſpenſus a beneficio non poteſt acquirere aliud Beneficium. *gl. fin. in c. per inquiſitionem, de elect. in 6.* ubi Abb. *& in cap. Apoſtolicæ, de except.* Ugol. *loc. cit. §. 6.* contrarium tenet Diana *part. 5. tract. 10. reſol. 7.* apud quem alii, ſaltem quod talis collatio ſuſpenſo facta non ſit ipſo jure irrita, ſed irritanda: ſed contra hanc doctrinam Dianæ ſtat Garz. *de benef. part. 7. c. 14. n. 1. & 3.* ubi Rot. porro affirmativam ſententiam limitat Ugolin. *loc. cit.* ubi quis ab aliquo tantum beneficio ſuſpenſus eſt, ſeu a Beneficiis alicujus tantum Eccleſiæ: nam tunc alibi aliud Beneficium ei conferri poterit. Suſpenſus tamen a beneficio non prohibetur Beneficium conferre. Suarez *de cenſ. diſp. 25.* Dian. *mor. p. 5. tr. 10. reſ. 8.*

93 Suſpenſus a beneficio non eſt ſuſpenſus ab Officio. *gl. in cap. cum Vintonenſis, de elect.* ubi Abb. *& in cap. Apoſtolicæ, de except.* Ugolin. *loc. cit. §. 8.* Dian. *mor. part. 5. tract. 10. reſol. 1.* apud quem plurimi, cum in pœnalibus non ſit facienda extenſio. *cap. odia, de R. J. in 6.* & talis poteſt eligere; quia eligere non eſt fructus beneficii, ſed Officii. *cap. cum in cunctis, §. fin. de elect.* & electio non eſt quid pecunia æſtimabile, quales ſunt fructus beneficii. Ugol. *loc. cit.*

94 Poteſtne ſuſpenſio fieri contra Capitulum? R. quod ſic: quia Collegium Eccleſiaſticum poteſt habere Officium, & Beneficium Eccleſiaſticum: quare tunc Capitulum non poſſet conferre beneficia, nec officii munera obire, aut fructus beneficii percipere. Item ſede vacante non poſſet deputare œconomum, neque Vicarium, qui Juriſdictionem exerceat, neque ea, quæ ſunt ordinis, delegare. *cap. is cui, de elect. in 6.* Suſpenſo tamen Capitulo ſinguli de Capitulo ſuſpenſi non ſunt: quia ſingulorum eſſe non dicitur, quod eſt univerſitatis, & ex diverſis non fit illatio. *cap. 2. de tranſlat.* Quamvis Clero ſuſpenſo, ſinguli de Clero ſuſpenſi dicantur; quia *Clerus* eſt nomen collectivum, & non eſt corpus fictum, uti Capitulum. vide Ugol. *l. c. cap. 13. §. 2. & 3.*

95 Suſpenſus per annum, ſi incidit biſextus, non tenetur in illa ſtare ad computum biſexti, ſed anni communis; quia annus intelligitur de communi, maxime in pœnalibus. *cap. in pœnis, de Reg. Jur. in 6.* Bonac. *de cenſ. diſp. 3. p. 3. & 5.* idem dic de menſe, niſi conſtet aliter de mente ſuſpendentis. Ugol. *de cenſ. tab. 4. cap. 15. §. 1.* Suarez *de cenſ. diſp. 29. ſect. 1.*

96 Suſpenſus ab Ordine ſuſcepto, ſeu illius exercitio, ſuſcipiendo ſacros Ordines non fit irregularis; tum quia hæc ſuſceptio ordinum majorum non eſt exercitium Ordinis, a quo eſt ſuſpenſus: tum quia hæc irregularitas non eſt in jure expreſſa: & *cap. 1. de eo, qui furt. ord. ſuſcept. & c. cum illorum, de ſent. excom.* loquuntur tantum de excommunicato. ita Antonel. *de regim Eccleſ. lib. 2. cap. 10. n. 21.* Diana *p. 4. tr. 2. reſol. 92.* apud quos Laym. *in Theol. mor. lib. 1. tr. 5. p. 3. c. 1. corol. 6.* Suarez *de cenſur. diſp. 42. ſect. 3. num. 2. ſeu diſp. 31. ſect. 1.* Bonacin. *de cenſur. diſp. 7. q. 3. punc. 4. num. 2. ſeu punc. 6.* & alii contra Covar. *in cap. alma mater part. 2. §. 3. num. 5.* qui tamen ibi loquitur de homicida caſuali, & contra Navar. *lib. 1. conſ. 32. de tempor. ord.* & alios, quamvis talis peccet mortaliter ob indecentiam. juxta Laym. *loc. cit.* Suſpenſus tamen propter delictum ab officio, ſi ejus miniſterium exequatur, vel ab aliquo ordine Eccleſiaſtico, ſi eundem exerceat, fit irregularis. vide Covar. *in cap. ſi furioſus p. 1. §. 1.* Imo ſecundum aliquos talis poteſt deponi, etiam ſine alia monitione. juxta *cap. latores, de Cler. excom.* ubi Abb. contrarium tamen tuetur Suarez *de cenſur. diſp. 11. ſect. 3. num. 2.* vide P. Pirrhing. *lib. 5. tit. 27. num. 5. & 6.*

Suſpenſus ob malam ordinum ſuſceptionem, uti per 97
ſaltum, non eſt capax conſequendi Beneficium Eccleſiaſticum. *gl. in cap. dudum, de elect.* Pariſ. *de reſign. lib. 4. q. 2. n. 102.* Carol. de Graff. *de effect. Cleric. eff. 15. nu. 34.* Barb. *de Offic. Epiſc. alleg. 47. n. 4.* Et collatio Beneficii tali ſuſpenſo facta, eſt ipſo jure nulla. *cap. fin. de Cler. excom. cap. cum dilectus, de conſuet.* Abb. *in cap. bonæ, de ætat. & qual.* Lambertin. *de Jurepatr. p. 1. lib. 2. q. 9.* Ugol. *de cenſ. tab. 4. c. 6. §. 7. n. 4. & cap. 8. §. 6. n. 1.* Garz. *de benef. p. 7. cap. 14.* Sperel. *dec. 114.*

§. IV.

Cenſura Interdicti.

Interdicere poteſt, qui excommunicare, & ſuſpen- 98
dere; hinc non tantum homo, ſed etiam lex interdicit. In jure, quando, & contra quos feratur interdictum, vide *in extr. un. de cenſ. §. alioquin. & extrav. un. de reb. Eccleſ. non alien. cap. Epiſcoporum, de privileg. in 6. extr. 3. de privileg. c. quamquam, de cenſ. in 6. c. 1. de uſur. in 6. c. un. de injur. in 6. c. felicis, de pœn. in 6. Clem. 1. de pœn. c. ubi periculum, de elect. in 6. Extr. un. de conſuet. c. 1. de ſepult. in 6.*

Interdictum aliud eſt locale, aliud perſonale. *c. ſi ſen-* 99
tentia, & cap. ſi Civitas, & cap. præſenti, de ſent. excom. in 6. Locale iterum duplex eſt, aliud generale, aliud ſingulare. Locale generale eſt, cum locus univerſalis obligatur, uti Regnum, Provincia, Civitas, terra, caſtrum, villa, Parochia. gl. Abb. & Franc. *in c. præſenti cit.* Covar. *in c. alma, p. 2. §. 1. n. 9.* Singulare eſt, quo ſingularis locus unus, vel plures ſpeciatim, & non collectivo, vel univerſitatis nomine obligantur; licet etiam plures Eccleſiæ, vel etiam omnes interdicantur; quia ly. *omnes*, non eſt nomen collectivum. Covar. *l. c. nu. 2.* Navar. *in man. cap. 27. num. 166.* Ugol. *de cenſ. tab. 5. c. 6.*

Interdictum perſonale eſt etiam duplex, aliud gene- 100
rale, aliud ſingulare. Illud eſt, quod fertur in Univerſitatem hominum, vel in corpus ex pluribus hominibus uni nomini ſubjectis conſtans, uti populus, Collegium, & Capitulum. juxta *c. ſi ſententia, de ſent. excom. in 6.* Speciale vero eſt, quod fertur in unum, vel plures homines, non nomine collectivo, uti in omnes Clericos Frinſingenſes. &c.

Interdicto locali generali, dummodo denunciatum 101
ſit, & non ſuſpenſum, prohibentur Sacramenta, quæ in loco nec confici, nec adminiſtrari poſſunt. *in fin. de ſent. excom. in 6.* & tunc extrema unctio adminiſtrari non poteſt Laicis, Clericis, neque Regularibus. *cap. quod in te, de pœnit.* Covar. *in 2 p. §. 2. nu. 7.* Ugol. *loc. cit. c. 7. §. 1.* Navar. *in man. c. 27. num. 179.* Neque Sacramentum ordinis. Covar. *in c. alma. p. 2. §. 3. num. 4.* Abb. *in c. non eſt vobis, de ſponſal.* Ugol. *loc. cit. §. 2.* Neque matrimonium licite poteſt contrahi, licet valide; quia interdicti tempore omnia Sacramenta ſunt prohibita, quæ non ſunt excepta, & rationes, ob quas reliqua Sacramenta excipiuntur ac permittuntur, ceſſant in matrimonio, cum extra locum legitime contrahi poſſit. juxta *c. ſi ſententia. de ſent. excom. in 6.* nec Eccleſiis debitus honor ſubtrahatur, nec hæreſes pullulent. Limit. quoad ſponſalia, quæ non ſunt Sacramentum. vide Ugol. *loc. cit. §. 3.* Suarez *de cenſ. diſp. 33. ſect. 1.*

Sacramenta excepta, quæ tempore interdicti gene- 102
ralis localis non prohibentur, ſunt Baptiſmus, qui tam adultis, quam parvulis poteſt adminiſtrari, ſicut etiam Catechiſmus, & exorciſmi tunc liciti ſunt, & fons Baptiſmalis poteſt benedici, imo poteſt etiam ſolemniter, & cum patrinis miniſtrari. *cap. reſponſo, de ſent. excom. c. non eſt vobis, de ſponſal.* ubi gl. & Abb. *c. quoniam, de ſent. excom. in 6.* Sylveſter, *in verb. interdictum. 5. num. 9. verſ. fallit tamen.* Navar. *in man. c. 27. num. 178.* Covar. *in cap. alma. p. 2. §. 2. num. 7.* Ugol. *loc. cit. §. 4.* Suar *loc. cit.* Bonac. *de cenſ. diſp. 5. p. 3. §. 1.* Item confirmatio, quæ poteſt miniſtrari tam parvulis, quam adultis: & propterea Chriſma die Jovis ſancto, etiam interdicti tempore confici poteſt. *c.* DD. *mox ſup. cit.* & Ugol. §. 5. ſervata tamen forma *cap. fin. de ſent. excom. in 6.* Item Eucharis-

chariſtia tempore interdicti generalis localis poteſt miniſtrari morientibus, & de quorum ſalute probabiliter dubitatur, licet ægroti non ſint, damnatis ad mortem &c. & Clerici Miſſam facientes licite ſumunt Euchariſtiam. Non celebrantibus miniſtratur Euchariſtia illicite. Ugol. §. 6. *n.* 5. Covar. *in c. alma. p.* 2. §. 5. *nu.* 6. *verſ. duodecimo*; & ad infirmos poteſt deferri pulſata campanula, accenſis facibus & comitante populo, DD. apud Ugol. *de cenſ. tab.* 5. *c.* 7. §. 5. Covar. *in c. alma. p.* 2. §. 2. *n.* 7. Navar. *in man. c.* 27. *n.* 179. Feder. de Sen. *conſ.* 70. *num.* 3. Item pœnitentiæ Sacramentum, tam ægrotis, quam ſanis tempore interdicti generali localis miniſtrari poteſt. *cap. fin. de ſent. excom. in* 6. ubi gl. *in verb. ſani.* Anchar. *n.* 9. Abb. *in cap. quod in te, de pœnit.* Limit. primo in excommunicatis ob cauſam, propter quam interdictum latum eſt, excepto articulo mortis. Limit. ſecundo, quoad illos, quorum culpa, dolo, vel fraude eſt latum interdictum, niſi prius ſatisfecerint, ad normam *cap. fin. de ſent. excom. in* 6. Ugol. *l. c.* §. 7. Bonac. *de cenſ. diſp.* 5. *p.* 3. §. 1. Covar. *loc. cit.*

103 Licet tempore interdicti localis generalis ea, quæ ordinis divini non ſunt, fieri poſſint, uti preces privatæ, campanas pulſare, præterquam ad divina, concionari, legere Pſalmos, & mulierem poſt partum in Eccleſiam introducere, juxta Ugol. *loc. cit. cap.* 8. Navar. *in man. cap.* 27. *n.* 171. Abb. *in c. fin. de exceſſ. Prælat.* Fuſcum, *de viſitat. c.* 14. *n.* 12. *lib.* 1. Majol. *de irreg. c.* 20. *num.* 3. *lib.* 3. Tamen officia divina a Clericis de more fieri non poſſunt. Dicuntur autem de more fieri, videlicet pulſatis campanis, patefactis Eccleſiæ valvis, Chriſti fidelibus ad intereſſendum admiſſis. ita *d. cap. fin. & cap. licet, de privil. in* 6. Covar. & Navar. *loc. cit.* Ugol. §. 1. & 2. *c.* 8. ſicut etiam alta voce cantando. DD. *mox. cit.* Bonac. *de cenſ. diſp.* 5. *p.* 3. Limita in Nativitate Chriſti Domini, Paſchate, feſtis Pentecoſtes, Aſſumptionis B. M. V. Corporis Chriſti, & illius octava, in quibus poſſunt fieri divina eodem modo, ac ſi interdictum latum non eſſet, admiſſis etiam interdictis, non tamen excommunicatis. Covar. *loc. cit.* §. 5. *n.* 1. Navar. *in man cap.* 27. *n.* 128. Bonac. *loc. cit.* Ugol. §. 6. & 7. ubi, an hæc feſta incipiant a primis veſperis, & terminentur in ſecundis? quæ quidem in feſtis Paſchatis, & Pentecoſtes procedunt tantum quoad primum diem, & non ſequentes. DD. *ſup. cit.* & Ugol. §. 9. In prædictis tamen feſtis exceptis extrema unctio morientibus, & Euchariſtia bene valentibus adminiſtrari non poteſt; quia *cap. fin. de ſent. excom. in* 6. tantum concedit, ut divina officia celebrari poſſint, nulla de his Sacramentis facta mentione: caſus autem non exceptus manet ſub diſpoſitione Juris communis. Covarruv. & Ugolin. *loc. cit.*

104 Tempore interdicti, tam localis, quam perſonalis, tam generalis, quam ſpecialis, ſepultura Eccleſiaſtica prohibetur. DD. *in Clem.* 1. *de ſepult. c. quod in te, de pœnit. & remiſſ. c. ſi Civitas, de ſent. excom.* licet ſepeliendi non eſſent interdicti. Sylveſt. *in verb. interdictum.* 5. *q.* 8. Suarez *de cenſ. d.* 35. *ſect.* 1. Ugol. *d. tab.* 5. *c.* 9. §. 1. 2. & 3. Bonac. *de cenſ. d.* 5. *p.* 5. *num.* 2. Covar. *in c. alma mater, p.* 2. §. 4. *n.* 5. etiam in diebus Nativitatis, Paſchatis, Pentecoſtes, Aſſumpt. B. M. V. & Corporis Chriſti. juxta *gl. in d. Clem.* 1. ubi Franc. Federic. de Sen. *conſ.* 111. *n.* 6. Covar. & Ugol. *loc. cit.* §. 1. quamvis in prædictis diebus Officium Defunctorum celebrari poſſit, ſed ſine ſepultura. Suar. *l. c.* uti & Bonac. contra Sylveſt. & alios. Clerici tamen, tam ſæculares, quam regulares ſepeliri poſſunt, ſed privatim, ſine campanarum pulſatione, & omnibus aliis ſolemnitatibus, & cum ſilentio, juxta *cap. quod in te, de pœnit.* Abb. & Anchar. *in cap. fi. de ſent. excom. in* 6. Feder. de Sen. *conſ.* 159. Navar. *in man. c.* 27. *n.* 176. Covar. *in c. alma. p.* 2. §. 2. *num.* 7. Ugol. *loc. cit.* §. 2. licet verbaliter depoſiti eſſent; nam tales non amittunt hoc Privilegium. Excipe primo illos, qui interdictum violarunt. Secundo conjugatos, item excommunicatos, aut interdictos. Item illos, qui delictum commiſerunt, quod etiam ſine interdicto ſepultura Eccleſiaſtica privat: uti habetur *in cap.* 2. *de torneam. cap. un. de vit. & honeſt. Cler. in* 6. *cap. audientia, & cap. contingit, de ſent. excom.* Item illos, qui fuerunt degradati. juxta *c.* 2. *de privil. in* 6. Extra locum tamen interdicto ſubjectum etiam Laici in loco ſacro, & ſolemniter ſepeliri poſſunt. Ugol. §. 4. Feder. de Sen. *conſ.* 208. modo aliud ipſis non obſtet.

105 Quæres, an tempore interdicti generalis localis poſſit aliqui admitti ex Laicis? Reſp. poſſe admitti amentes, uſu rationis carentes; quia iſti non ſunt capaces præcepti. Covar. *in cap. alma. p.* 2. §. 4. Suarez *de cenſ. diſp* 34. *ſect.* 3. Bonac. *de cenſ. diſp.* 5. *p.* 4. *n.* 20. Item Clerici conjugati, ſi ſunt adſcripti Eccleſiæ. Ugol. *d. tab.* 5. *cap.* 8. §. 5. Bonac. *loc. cit.* uti etiam illi, qui inſerviunt Miſſæ.

Quæres ſecundo, an ſepultus in loco non ſacro tempore interdicti localis poſſit ablato interdicto exhumari, & ſepeliri in loco ſacro? R. quod ſic; quia ſublata cauſa tollitur effectus. Ugol. *loc. cit. cap.* 9. §. 4. Alterius *diſp.* 6. *c.* 2. Bonac. tamen *diſp.* 5. *p.* 5. *nu.* 8. *de cenſ.* tenet contrarium, quod etiam tenet Ugol. quando fuerunt mortui contumaces. 106

Veniendo ad interdictum locale ſpeciale Eccleſia ſpeciatim interdicta, in illa, uti in capellis, quæ ſunt illius pars, aut illius cœmiterio, divina fieri nequeunt. Ugol. *loc. cit. cap.* 10. Covar. *d. p.* 2. §. 2. *in cap. alma.* Neque adminiſtrari debent Sacramenta, ſcilicet extrema unctio, ordo, & matrimonium. Covar. & Ugol. *loc. cit.* uti neque Euchariſtia, & pœnitentia, niſi in periculo mortis & alibi haberi non poſſint. Limit. in Baptiſmo, ſi alibi adminiſtrari non poteſt. Item nec danda eſt ſepultura ſacra, niſi defunctus eſſet Clericus; quo caſu diſtinguendum eſt: ut ſi Clericus alio in loco non interdicto ſepeliri poſſit, ibi ſit ſepeliendus. Joan. Andr. apud Ugol. §. 2. cui ipſe conſentit; ſi vero alibi ſepeliri. Ut ſupra dictum eſt. Ugol. & Covar. *loc. cit.* Hoſt. *in cap. fin. de exceſſ. Præl.* plura vide apud Ugol. *loc. cit.* 107

Electiones vero in Eccleſia interdicta fieri non prohibentur, quia tantum Sacramenta, Divina Officia, & ſepultura prohibentur. Abb. *in cap.* 1. *de poſtul. Præl.* Fuſc. *de Viſitat. & Regim. Eccleſ. cap.* 32. *lib.* 2. *num.* 2. Ugol. *l. c. num.* 5. 108

Certum eſt, quod interdictum locale, tam generale, quam ſpeciale, violetur, ſi divinum Officium a Clericis de more, ut ſupra, celebratur, non ſubmiſſa voce, non januis clauſis, campanis pulſatis &c. ſed dubium eſt, an dicatur violatum, ſi dictæ conditiones partim ſerventur, partim vero non? Reſp. ſi unica tantum ex conditionibns non ſervetur, jam violatur interdictum. Covar. *in c. alma p.* 2. §. 4. *num.* 6. Sylveſt. *in verb. Interdictum* 5. *q.* 5. *verſ. primum.* Ugol. *l. c. cap.* 11. *num.* 2. 109

Tempore interdicti localis ſpecialis non eſt licitum ſingulis diebus celebrare Miſſas, ſed tantum ſemel in hebdomade ad renovandam Euchariſtiam, ſervata tamen forma *cap. fin. de ſent. excom. in* 6. ſcilicet ut fiat januis clauſis. Ugol. *tab.* 5. *cap.* 10. *poſt num.* 5. Bonac. *de cenſ. diſp.* 5. *p.* 4. *num.* 7. Fuſc. *de viſit. cap.* 32. *num.* 4. Navar. *in man. cap.* 27. *num.* 173. Covar. *loc. cit.* §. 5. Imo nec in Feſtis Nativitatis, Paſchatis, Pentecoſtes, Aſſumpt. B. M. V. Corporis Chriſti, niſi in loco nulla alia adeſſet Eccleſia, quam interdicta: quia tunc in illa celebrari poteſt, ſervata tamen forma *d. cap. fin.* ſcilicet januis clauſis. DD. *mox cit.* 110

Porro celebrantes divina Officia, & Sacramenta prohibita adminiſtrantes fiunt irregulares, ſi ſcienter hoc faciunt, neque habent Privilegium celebrandi in loco interdicto; & a ſolo Pontifice abſolvi poſſunt. *cap. is qui* §. 1. *de ſent. excom. in* 6. ubi Anchar. Franc. & DD. Abb. *in cap. poſtulaſti, de Cler. excom. miniſtr.* Covar. *l. c. p.* 2. §. 2. *num.* 2. Ugol. *loc. cit.* §. 1. *num.* 1. *cap.* 11. Imo etiam ordines ſuſcipientes in loco interdicto. DD. *mox. cit.* Limit. primo quoad ignorantes probabiliter, vel ſi interdictum non fuit denunciatum. juxta *Extravag. ad evitanda.* Navar. *in man. cap.* 27. *num.* 187. Covar. & Ugol. *l. c.* quam tamen irregularitatem non incurrunt audientes tantum divina. 111

Præterea violantes interdictum non poſſunt eligi ad dignitates Eccleſiaſticas, nec eligere. *cit. cap. is qui, de ſent. excom. in* 6. cum *DD. cit.* neque ad eaſdem poſtulari, & Abbates Officio, & beneficio ſuſpenſi ſunt. *cap. fin. de exceſſ. Prælat.* & ita ſuſpenſus non poteſt exercere, quæ ſunt Juriſdictionis. Covar. *l. c.* & Abb. *ut ſupra.* Præterea ad Eccleſiam acceſſum non habent, donec ſatisfecerint. *cap. Epiſcoporum, de privil. in* 6. Poſſunt deponi ab Ordinibus, & Eccleſiaſticis Beneficiis privari debent. Et Regulares, qui interdictum violant, ubi Eccleſia Catholica, vel matrix illud obſervat, ſunt ipſo jure excommunicati. *Clem.* 1. *de ſent. excom.* ubi 112

DD.

DD. Navar. *in man. cap.* 27. *num.* 146. Ugol. *loc. cit. num.* 10. Dominique temporales, qui in locis interdicto subjectis celebrare aliquem cogunt, statim sunt excommunicati. *Clem.* 2. *de sent. excom.* Navar. *in man. cap.* 25. Ugol. *l. c. n.* 11.

113 Regulares qui in suas Ecclesias (sermo est de fratribus minoribus) ad divina Officia, fratres, vel sorores tertii Ordinis S. Francisci, recipiunt, sunt ipso jure excommunicati. *Clem.* 3. *de sent. excom.* Navar. *loc. cit. num.* 16. Ugol. *num.* 12. Et mortuos in loco interdicto, in casibus non permissis, sepelientes, ipso facto excommunicationem incurrunt, ad arbitrium Ordinarii. Ugol. *num.* 13.

114 Interdictum personale generale est interdictum latum in corpus ex pluribus hominibus uni nomini subjectis, constans; uti in Universitatem, Collegium, Capitulum. Personale singulare est interdictum latum in singulares homines, unum, vel plures. Personale generale afficit omnes personas de universitate, Collegio, vel Capitulo, qui proinde homines de Universitate personaliter interdicta non sunt participes divinorum officiorum Ecclesiæ, non tantum in loco Universitatis, sed in omni alio, quia tunc interdictum personis inhæret, & quocumque proficiscantur, eos sequitur. Licet suffragiorum Ecclesiæ participes esse possint. Covar. *loc. c it.* §. 1. *num.* 4. *vers. adnotandum*. Ugol. *loc. cit.* §. 1. *cap.* 12. & ideo divina ab hominibus, vel Clericis Universitatis celebrari non possunt *cap. si sententia, de sent. excom. in* 6. neque ad formam, vel normam *cap. fin. cod.* Calderin. *de interd. memb.* 6. Anchar. *in d. cap. fin. q.* 1. Sylvest. *in verb. interdictum* 5. *num.* 2. *vers.* 1. Ita nec Sacramenta possunt administrare; excepto Baptismo, & pœnitentia in necessitate. Missæ Sacrificio, & cæteris divinis, interdicti non possunt interesse, nec videre, nec audire, excepta concione, & festis Nativitatis, ac de quibus *in cit. cap. fin.* Feder. de Senis *cons.* 188. & 208. *num.* 1. Neque possunt suscipere, vel recipere Sacramenta, exceptis Baptismo, Confirmatione, pœnitentia, & Eucharistia morientium, exceptis iis, quorum culpa interdictum latum est, nisi satisfecerint. Carent etiam sepultura Ecclesiastica. Ugolin. *l. c.* §. 4.

115 Quæres, an interdictum tolli debeat, si quis ex universitate interdicta velit, & promittat satisfacere? Resp. si is promittat satisfacere, cujus culpa latum fuit interdictum, & hoc fuit latum in contumaciam, affirmative; quia censuræ feruntur, ut recedatur a contumacia. *c.* 1. *de except. in* 6. *c. non est vobis, de sponsal. c. ex litt. de consuet.* gl. & Franc. *in c. præsenti, de sent. excom.* Ugol. *d.* §. 4. *num.* 2. secus, si fuit latum in pœnam. Si vero alius, qui non dedit causam interdicto, vult satisfacere, & causa non est perpetua, sed ad tempus, uti commodum pecuniarium; iterum Resp. est affirmativa: sed in utroque casu, tam quando is, qui dedit causam interdicto, vult satisfacere, quam alius pro illo, requiritur, quod de parendo Ecclesiæ promittant, & caveant. Si vero causa est perpetua, uti ratione decimæ, tunc ab alio satisfieri non potest. Ugol. *l. c.*

116 Interdicto personali speciali subjectus officia divina celebrare nequit, neque Sacrum facere. juxta *cap. Latores, de Cler. excom. minist.* licet vellet celebrare ad normam *cap. fin. de sent. excom. in* 6. §. *adjicimus*. Sylvest. *in verb. interdictum* 5. *q.* 1. Covar. *in cap. alma. p.* 2. §. 4. *nu.* 3. Anchar. *d. q.* 1. Ugol. *loc. cit. cap.* 15. Neque in Nativitate Domini, aut aliis festis, de quibus supra. Ita neque Sacramenta administrare, aut divinis officiis, dum fiunt, interesse potest, uti nec illa audire, nec videre. Neque præsente interdicto divina fieri possunt. *Clem.* 2. *de sent. excom.* & poterit talis vi expelli, licet sit Clericus; quia hæc est defensio necessaria Divinorum. Nec potest interdictus talis suscipere Sacramenta illa, quæ in interdicto generali fuerunt excepta. Ugol. *de cens. tab.* 5. *cap.* 15. §. 3. *gl. in cap. præsenti, de sent. excom. in* 6. ubi Franc. caret etiam sepultura Ecclesiastica; orare tamen pro interdicto, & oblationes recipere non est prohibitum. Innoc. *in cap. fin. de excess. Prælat.* Sicut etiam interdictus non prohibetur ingredi Ecclesiam, modo nec divina faciat, nec Divinis intersit, nisi specialiter ingressu Ecclesiæ arceatur. Ugol. §. 4.

117 Interdictum, uti etiam suspensio, potest fieri, etiam quoad aliquos tantum effectus, uti ab ingressu Ecclesiæ; & interdictus ab ingressu Ecclesiæ non potest ingredi Ecclesiam, neque per transitum, nisi tempore, quo officia divina non celebrantur. Abb. *in cap. cum Ecclesia, de immunit. Eccles.* Calderin. *de interd. Eccles. memb.* 2. Fusc. *de visit. cap.* 32. *lib.* 2. *num.* 7. Ugol. *l. c. c.* 16. §. 1. contra Navar. *in man. cap.* 27. *num.* 170. Covarruviam *in cap. alma. p.* 2. §. 1. *num.* 3. *vers. poterit.* & probatur ex *cap. is cui. de sent. excom. in* 6. quod ampliatur, licet Ecclesia consecrata non sit, modo de consensu Episcopi ædificata. Excipiuntur tamen festi illi dies, de quibus in *sæpe d. cap. fin. de sent. excom.* Neque potest divina facere, aliter fit irregularis. gl. & DD. *in cap.* 2. *verb. interdictum, de cens. lib.* 6. Innoc. *in cap. sacro, num.* 2. *de sent. excommun.* Abb. *in cap. dilectus, de consuet.* Imo neque in festis diebus, de quibus in *d. cap. fin.* in quibus licet possit divina audire, non potest tamen divina facere, imo neque divina facienti inservire.

Interdictus ab ingressu Ecclesiæ, non potest interesse 118
divinis, dum ab aliis fiunt, neque Sacramenta recipere, neque privatas preces fundere. Innoc. *in d. cap. sacro.* Felin. *in cap. a nobis, de excep. num.* 6. *vers. & licet* Covar. *l. c. vers. poterit.* & DD. *in cit. cap. is cui, de sent. excom. in* 6. Ugol. §. 3. exceptis festis, de quibus *in d. cap. fin.* in quibus potest divinis interesse, & preces fundere privatas, extra Ecclesiam tamen potest omnia facere, ut prius. *gl. in d. c. is cui.* Gemin. & Anchar. Innoc. & Butr. *in cap. sacro, de sent. excom.* Navar. & Abb. *loc. cit.* Covar. & Ugol. *uti supra*. Neque sepultura Ecclesiastica interdictus ab ingressu Ecclesiæ gaudet. Bene verum est, quod si hoc interdictum fuit latum ob contumaciam, hac cessante, ipso facto, & jure est absolutus; si vero in pœnam, opus habebit absolutione.

Interdictus violans interdictum celebrando divina ut 119
prius, fit irregularis, secus vero audiendo tantum, vel interessendo, licet peccet mortaliter. Et excommunicatus, si in loco interdicto a celebrantibus nominatim monitus ut exeat, non obedit, est ipso jure interdictus. Et ille, qui in loco interdicto monitus nominatim ut exhat, audit divina &c. incurrit excommunicationem. *Clem.* 2. *de sent. excom.* Ugol. *cap.* 17. §. 1. *num.* 3. Et Domini temporales, qui in loco interdicto per præconem publice interdictos ad Ecclesiam vocant ad divina, vel prohibent, ne moniti discedant, sunt excommunicati. Sylvester *in verb. excommunicatio* 7. *num.* 51. Navar. *in man. cap.* 25. *num.* 93.

Celebrans vero coram interdicto, non fit irregularis; 120
sepeliens tamen interdictum in Ecclesia est ipso facto excommunicatus. Sylvest. *in verb. excommunicatio* 9. *num.* 66. dummodo interdictus sit notorie talis, vel denunciatus. Interdictum enim violans, quod non fuit denunciatum, non incidit in præfatas pœnas, juxta *Extravag. ad evitanda.* idem dic, si habeat privilegium contra interdictum, vel sit casus exceptus. Ugol. §. 2. Navar. *loc. cit. cap.* 27.

Interdici potest quilibet homo, cujuscumque dignita- 121
tis, item Universitas, tam Ecclesiastica, quam non Ecclesiastica non solum pro suo delicto, sed etiam alterius, scilicet Domini, vel Rectoris Universitatis, habentis Jurisdictionem temporalem in illam. *c. non est vobis, de sponsal. c. sane*, ubi Felin. *de Offic. Deleg. c. ubi periculum, de elect. in* 6. Covar. *loc. cit. p.* 2. §. 1. quia pœna subditorum redundat etiam in Dominos. *cap. si sententia, de sent. excom. in* 6. Ugol. *loc. cit. cap.* 20. §. 1. *num.* 2. Covar. *loc. cit.* sic etiam ob delictum Episcopi, potest Civitas subjici interdicto. Felin. Covar. & Ugol. *loc. cit.* dummodo delictum grave sit.

Universitate interdicta, singuli ex ea, etiam infan- 122
tes, & lactentes, amentes, repugnantes ne delictum committatur, etiam in dignitate positi, alibi etiam habitantes, interdicti sunt. Covar. & Ugol. *l. c.* Majol. *de irregul. cap.* 20. Navar. *in man. cap.* 27. *num.* 168. Sylvest. *in verb. interdictum* 2. *num.* 16. Etiam illi, qui post latum interdictum de universitate facti sunt, non vero qui simpliciter in universitate habitant, & ad illam non pertinent. D. D. *sup. cit.* Ugol. §. 3. Illi vero, qui de universitate interdicta esse desierunt, liberantur interdicto, uti Monasterium ingressi, etiam ante professionem; quia cum de Clero facti sint, de populo esse desierunt. Ugol. §. 4. ubi Calderin. *de interdicto.* 2. *memb. vers. sed primo*. Gemin. & Franc. *in cap. si sententia, de sent. excom.* ubi alii. Et populo interdicto Clerus interdictus non est, nec econtra. Covar. *loc. cit. num.* 6. Ugol. §. 5. Secus

fami-

familia interdicta; quia tunc omnes de familia, etiam Clerici, interdicti sunt. Sylvest. *in verb. interdictum. 2. num. 17. vers. decimum sextum*. Majol. *loc. cit.* Et interdicto Clero, etiam Religiosos Regulares interdictos esse, docet Covar. *l. c.* quamvis contrarium doceat Sylvest. *l. c.*

123 Loco generali interdicto, uti Civitate, interdicta sunt quoque illius suburbia, & continentia ædificia. *cap. si Civitas, de sent. excom. in 6.* licet non subessent eidem Domino, ne interdictum vilipendi valeat. Covar. *loc. cit.* non tamen alia loca illis suburbiis vicina. Ugol. *cap. 21. §. 1. num. 2.* Imo locus adjectus, v. g. Regno interdicto, si Regni pars sit, erit pariter interdictus; secus, si pars illius non sit.

124 An vero loco destructo, si postea reædificetur, uti Ecclesia, interdicta remaneat? vide D. D. apud Ugol. §. 6. affirmantes.

CENSUS.

Praxis Census.

1 Census est jus percipiendi responsionem ex re alterius justo modo acquisitum, ad hæredes, & successores quoscumque transitorium, manente re apud imponentem. Cencius *de cens. p. 1. cap. 1. q. 3. a. 2. num. 1.* Scaccia *de commerc. & camb. §. 1. q. 1. n. 174. vers. & quod in contractu*. Estque contractus nominatus; quia est venditio, & emptio respective, & habet proprium, & speciale nomen. Cenc. *loc. cit. q. 4. a. 1.* ubi D.D.

2 Censum quilibet imponere potest super re sua, licet illius nudam duntaxat habeat proprietatem, non vero super re alterius. Molin. *de contr. tom. 2. d. 394. n. 9.* Cenc. *loc. cit. cap. 2. q. 1. a. 1. n. 6.* aliter census non valet, juxta Bullam Pii V. ut tenuit Rot. apud Cenc. *decis. 309. n. 6.* nisi concurreret Domini consensus. Scac. *de commerc. §. 1. q. 1. n. 181.* Rot. apud Cenc. *decis. 13.*

3 Porro licet Census constitutus super re aliena non valeat in præjudicium Domini rei, super qua constituitur, valet tamen in præjudicium constituentis, qui tenebitur ad interesse. Rot. apud Seraphin. *p. 1. decis. 785.* Cenc. *l. c. num. 12.*

4 Ex definitione census sequitur, censum impositum super re emphyteutica validum esse, nisi a Domino directi fuisset expresse prohibita alienari. Sperel. *decis. 120. n. 17. & 66.* Cenc. *de cens. p. 1. cap. 2. a. 2. quæst. 2.* sermo est de censu non perpetuo, sed qui durat, durante vita Emphyteutæ, vel vassalli censum imponentis. Bonac. *de contr. d. 3. q. 4. a. 27. num. 54.* Cenc. *loc. cit. num. 9.* Clar. *in §. feudum. q. 37.* nisi in investitura Dominus directi dedisset facultatem alienandi: tunc enim emphyteuta, vel Vassallus possent etiam censum perpetuum in re emphyteutica constituere. Sperel. *loc. cit.* Specul. *tit. de locat. §. nunc aliqua*. Bonac. *loc. cit.* Seraphin. *decis. 79.* contra Corbulum, *de Jur. Emphyt. ampl. 49.* videri potest etiam Pajatel. *exped. & annot. 10.* Roderic. *de ann. reddit. lib. 1. q. 3. num. 7. vers. quod limitandum est*. Rot. apud Seraph. *decis. 794. num. 9.* & poc Cenc. *dec. 77.* Item, nisi emphyteusis, vel feudum essent hæreditaria, vel acquisita pro se, & hæredibus. Cenc. *loc. cit. num. 17.*

5 Hinc sequitur secundo, quod hæres gravatus possit constituere censum super fideicommisso, non quidem perpetuo duraturum, sed tantum durante vita dicti hæredis gravati. Rot. apud Cenc. *decis. 40. num. 8.* & ipse Cenc. *loc. cit. a. 6. a n. 1. quæst. 1.* Limit. si hæres, non tantum fuit gravatus restituere, sed insuper expresse prohibitus alienare fundum, super quo vult creare censum; tunc enim census ab initio esset nullus, ut tuentur Cenc. *l. c. num. 5.* & citat communiorem. Gratian. *discept. for. tom. 1. cap. 175. num. 14. & cap. 43. num. 24. vers. idem est in rebus*. Rot. post Cenc. *decis. 43.* quia prohibitus alienare censetur etiam prohibitus censum imponere. contra Maresc. *lib. 2. var. res. cap. 61. num. 1.* qui vult, etiam in secundo casu censum ab initio esse validum.

6 Limit. I. Si census imponitur ex causa necessaria, uti reparationis bonorum hæreditariorum. Peregr. *de fideicom. a. 50. num. 8.* vel pro extinctione æris alieni testatoris alienationem prohibentis; quia causæ necessitatis excipiuntur in prohibitione alienationis in Jure. juxta *L. peto. §. prædium ff. de leg. 2.* Rot. post Cenc. *decis. 52.* ipse Cenc. *l. c. a num. 20.*

7 Limit. II. Si prohibitio alienationis fuit nuda ab omni causa, tam expressa, quam tacita; nam talis prohibitio habet vim consilii. Maresc. *lib. 1. var. res. cap. 72. num. 5. & 6.*

Limit. III. Si census non ponitur super bonis, sed 8
tantum super fructibus, sine ulla obligatione bonorum. Corbul. *de Jur. Emphyt. can. 14. ampl. 49. num. 1.* dummodo census super fructibus non sit perpetuus.

Limit. IV. Ex causa dotis constituendæ. Gratian. *disc.* 9
for. tom. 1. cap. 43. a num. 27. Peregr. *de fideicom. a. 42. num. 96.* Cenc. *loc. cit. num. 31.* non obstante alienationis prohibitione. D. D. *cit.* & Menoch. *de præs. lib. 4. præs. 189. num. 5.*

Limit. V. Si fideicommissarius, ad cujus favorem fuit 10
prohibita alienatio, census constitutioni consensit. Peregr. *loc. cit. a. 40.* Rot. post Cenc. *decis. 14. num. 4.* ipse Cenc. *l. c. num. 35.*

Limit. VI. Super melioramentis fideicommissi, super 11
quibus potest constitui census, non obstante prohibitione. Cenc. *loc. cit. num. 37.* apud quem Rot. *decis. 55.* coram Penia; sed generaliter, quando possit constitui census super melioramentis; vide Rot. *decis. 116. p. 6. rec.*

Limit. VII. Quia quocumque in casu census ab ini- 12
tio est invalidus favore fideicommissariorum, & vocatorum in casum alienationis, in damnum tamen constituentis semper valet. Rot. post Cenc. *dec. 13. & 59. & 66.* ipse Cenc. *l. c. num. 44.* Et creans nulliter censum tenetur ad omnia damna, & interesse, licet ignorasset, fundum censui subjectum fuisse prohibitum alienari; licet ad talem damnorum refectionem se non obligasset. Rot. *cit. decis. 13.* quod quidem interesse non incipit currere, nisi a die, quo cessatum fuit a solutione. Rot. post Cenc. *dec. 44. num. 4.* Cenc. *loc. cit. n. 46.* & esset taxandum ad illam quantitatem, quæ pro censu annuo fuit conventa, quæ ex instrumento probari potest. Rot. post Cenc. *decis. 58. & 61. 62. 63.*

Tandem scias, quod licet census impositio sit ipso 13
jure nulla ab initio; si tamen Dominus census sit in possessione exigendi censum, vel quasi, non poterit, purificato fideicommisso retardari ab hæredibus debitoris solutio census, sub prætextu nullitatis, donec fideicommissarius concludenter probaverit fideicommissum, & quantum illud se extendat. Rot. post Cenc. *decis. 57.*

Si vero fundus, super quo fuit creatus census, sit 14
pro medietate prohibitus alienari, & pro medietate liber, census valebit pro parte libera. Gabr. *de Reg. Jur. concl. 12.* Rot. apud Maresc. *lib. 1. var. res. cap. 72.* Cenc. *loc. cit. num. 38.*

Ad hæc census impositus super bonis fideicommissi, 15
si adsunt bona libera, sustinetur in liberis. Pajatel. *inspect. & annot. 17.* Rot. apud Farinac. *decis. 83.* Cenc. *loc. cit. a. 7.* Maresc. *loc. cit.* quia voluntas agentis regulatur a potestate. Rot. post Cenc. *decis. 93. num. 3.* dummodo pars libera sit capax totius census, juxta Rot. apud Cenc. *decis. 49. 65. & 66. loc. cit. n. 8.* licet fundus fuerit designatus cum confinibus, & creans censum dixisset, fundum ad se spectare, & nulli obligatum. Rot. post Cenc. *decis. 39. & DD. cit.*

A minori census imponi non potest; quia sicut non 16
potest alienare bona immobilia sine solemnitatibus, quæ videri possunt apud Mant. *de tacit. lib. 4. sect. 6. a num. 1.* ita nec censum imponere. Tiraq. *de retr. lignag.* apud Cenc. ut infra §. 1. *gl. 6.* Corbul. *de Jur. emphyt. caus. 14. ampl. 49.* Roder. *de ann. reddit. lib. 1. q. 14. num. 10.* Cenc. *de cens. p. 1. cap. 2. q. 1. a. 2. num. 3.* & post illum Rot. *dec. 309. num. 1.* licet censum imponeret ad favorem alterius minoris, vel mulieris. Rot. post Cenc. *dec. 18. num. 6.* Imo licet minor existat in patria potestate; quia licet patris præsentia suppleat solemnitates statutarias, cum consensus patris integret personam filii, tamen hoc non procedit in alienationibus factis a filiofamilias, sed in aliis obligationibus simplicibus. Cenc. *loc. cit. num. 11. & seq.* Et in testamento minor non valet censum imponere, ita ut, si imposuerit, habeat restitutionem in integrum, non solum ut non obligetur ad solvendum censum, sed etiam ut non teneatur restituere sortem. Oddo *de restit. in integr. p. 2. q. 56. num. 46.* Cenc. *loc. cit. num. 15.* nisi fuerit factus locupletior. Roderic. *l. c. q. 14. n. 14.* Rot. coram Seraph. *dec. 1242. p. 2.*

Limita, si minor, postquam factus fuit major, cen- 17
sum solvit; quia ex tali solutione convalidatur impositio invalida. *L. si præteritus, ff. de bonor. posses. cont. tab.* Mascard. *de prob. concl. 915.* Rot. post Cenc. *dec.*

19. *num.*

19. *num.* 3. Idem dic, ſi minor factus major, non reclamet, nam ex taciturnitate per quinquennium, poſtquam fuit factus major, reſultat ratificatio impoſitionis, ſaltem ex novo conſenſu. Cenc. *loc. cit. num.* 23. & de illius nullitate non poteſt opponere. *L.* 1. *&* 2. *Cod. ſi major factus.* Menoch. *de recup. poſſeſ. remed.* 15. *num.* 148. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 65. Dummodo dolus non interceſſerit; quia dolus excludit ratificationem, ſufficitque dolus præſumptus. Marc. Ant. *reſ.* 3. *num.* 20. & dummodo tacens, & ſolvens poſtquam fuit factus major, habuerit ſcientiam dictæ nullitatis cenſus, quæ ſcientia requiritur ad inducendam ratificationem. Gregor. *deciſ.* 260. *n.* 15. ubi Addend. *num.* 22. apud Rot. *dec.* 260. *p.* 6. *rec. num.* 12. *&* 13. ubi aliæ Rotæ.

18 Neque in impoſitione cenſus a minore facta ſufficiunt ſolemnitates, ſi non adſit cauſa juſta. juxta Mant. *d. tit.* 6. *num.* 6. uti dotanti ſororem, quando maritus alia bona ſtabilia recipere nollet. Cenc. *loc. cit. num.* 27. & Rot. poſt Cenc. *deciſ.* 23. vel ſolvendi æs alienum minoris. Paciſ. *de ſalv. Interd. inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 132. Rot. poſt Cenc. *deciſ.* 24. *num.* 7. maxime ſi creditores inſtent. Imo etiam pro extinguendo cenſu majori. Roder. *d. q.* 14. licet quoad cenſum æqualem, neget Rot. poſt Cenc. *deciſ.* 26 *num.* 4. apud Cenc. *loc. cit. num.* 33. quia per Conſtitutionem Martini V. & Calixti III. *in cap.* 1. *&* 2. *de empt.* minor non poteſt cogi ad cenſus extinctionem, & de cauſa aliter conſtare debet, quam per aſſertionem contrahentium. *L. magis puto. ff. de reb. eor. L. ob æs. C. de præjud. min.* Pariſ. *conſ.* 85. *num.* 19. *&* 36. *lib.* 3. Mont. *de tutel. cap.* 33. *num.* 1. *& ſeq.* apud Rot. *dec.* 98. *p.* 6. *rec. num.* 3.

19 Licet vero Roderic. *loc. cit.* velit, emptorem cenſus debere eſſe ſolicitum, ut pretium convertatur in cauſam expreſſam, tamen Rot. poſt Cenc. *deciſ.* 25. tenuit contrarium, adeo ut nec teneatur probare verſionem. Cenc. *loc. cit. n.* 38. *cit.* Rot. tamen diſtinguit, quod nempe emptor ex cauſa neceſſaria pro ſolvendo ære alieno pupilli &c. vel Eccleſiæ, debeat eſſe ſolicitus, ut pretium convertatur v. g. in ſolutione æris alieni, pro quo fuit facta venditio, ſecus in venditione facta ex cauſa voluntaria. ubi de materia, quam vide.

20 Mulier major poteſt creare cenſum ſine ſolemnitatibus, niſi illas forte requirat ſtatutum. Rot. poſt Cenc. *deciſ.* 31. *num.* 3. ipſe Cenc. *loc. cit. num.* 40. quo caſu tamen, ſi contractus etiam ſine ſolemnitatibus initus apparebit evidenter utilis mulieri, valebit. Rot. poſt Cenc. *deciſ.* 34. Bene verum eſt, quod in muliere contractus nullus nunquam convaleſcere poſſit per quamcumque ratificationem, uti diximus in minore facto majori fieri poſſe; quia in muliere ſemper manet ratio imbecillitatis reſultantis ex ſexus fragilitate. Seraphin. *deciſ.* 346. *num.* 1. Cenc. *l. c. n.* 47.

21 Prodigus, poſtquam illi fuit interdicta bonorum adminiſtratio, non poteſt creare cenſum, uti nec bona alienare. Tiraquel. *d.* §. 1. *gl.* 6. *de retr.* Rot. poſt Cenc. *deciſ.* 27. 36. *&* 37. apud Cenc. *loc. cit. a.* 3. niſi notorie conſtet illum rediiſſe ad frugem & hoc probetur. Cenc. *l. c. n.* 13.

22 Filiusfamilias, licet in bonis caſtrenſibus, vel quaſi, ſicut etiam in adventitiis, in quibus pater non habet uſumfructum, poſſit cenſum imponere; in profectitiis tamen, & adventitiis, in quibus pater habet uſumfructum, non poteſt in præjudicium patris. Cenc. *a.* 4.

23 Ita Dominus, qui habet dominium reſolubile poteſt creare cenſum; quia pendente termino ad reſolvendum eſt vere Dominus. Tiraq. *de retr.* §. 2. *gl.* 1. Corbul. *de Jur. emphyt. cauſ.* 14. *ampl.* 27.

24 Et maritus poteſt imponere cenſum in fundo dotali æſtimato æſtimatione, quæ facit emptionem. Rol. *conſ.* 64. ſecus in fundo inæſtimato, vel æſtimato æſtimatione non faciente emptionem. Bonac. *de contr. d.* 3. *q.* 4. *punct. un. n.* 10. Azor. *inſt. mor. p.* 3. *lib.* 10. *cap.* 7. *q.* 6. apud Cenc. *a.* 5. *n.* 10.

25 Adminiſtrator bonorum publicorum non poteſt ſuper illis cenſum imponere. Tiraq. *de retr.* §. 1. *gl.* 6. *num.* 6. apud Cenc. *p.* 1. *cap.* 2. *q.* 3. *a.* 1. quia nemo poteſt onus reale imponere ſuper rebus alienis. *L. ſi rem alienam. ff. de pignor. act.* Bal. *in cap. ad audientiam, de reſcr.* niſi ſpeciale mandatum habeat ad alienanda bona univerſitatis, vel niſi in creatione talis adminiſtratoris fuiſſent adhibitæ ſolemnitates requiſitæ ad alienationem bonorum univerſitatis. Cenc. *loc. cit. num.* 11. ubi DD. Præterea, ut valeat creatio cenſus in bonis univerſitatis, debet adminiſtrator jurare, ſe credere, talem cenſus impoſitionem eſſe utilem univerſitati, & ut Judex deſuper decretum ſuum interponat. juxta *L. fin. Cod. de vend. rer. univerſ.* Roderic. *de ann. reddit. lib.* 1. *q.* 14. *num.* 67. Cenc. *loc. cit.* Imo juxta eoſdem eſt neceſſarius conſenſus Principis, quibus adde Caſtill. *de uſufr. cap.* 54. *num.* 46.

Clericus non poteſt creare cenſum ſuper bonis ſui Be- 26
neficii, niſi ex cauſa, & ſervatis ſolemnitatibus: ſermo eſt de bonis tam mobilibus, quam immobilibus, juxta Bullam Pii V. Corbul. *de jur. emphyt. cauſ.* 14. *ampl.* 49. *n.* 4. Bonac. *de contr. diſp.* 3. *q.* 4. *punct. un. num.* 11. Rot. poſt Cenc. *deciſ.* 27. Imo nec ſuper patrimonialibus, ad quorum titulum fuit ordinatus. Cenc. *loc. cit. a.* 2. *num.* 5. Licet ſecus ſit in uſufructuario, qui poteſt ſuper commoditate uſusfructus creare cenſum, non quidem perpetuum, ſed durante Jure uſufructuarii, quo reſoluto, reſolvitur jus acceptoris. Cenc. *l. c. a.* 3.

Fideicommiſſarius, licet ante reſtitutionem ſibi ſal- 27
tem verbaliter factam, non habeat jus in re ad fideicommiſſum, tamen habet jus ad rem, & ideo poteſt ſuper fideicommiſſo cenſum creare, etiam ante reſtitutionem verbaliter factam: nam ſi valet cenſus ſuper re aliena in præjudicium conſtituentis, valebit etiam ſuper re, ad quam conſtituens habet jus ad rem. Cenc. *a.* 5.

§. II.

Super quibus poſſit creari Cenſus?

Cenſus non tantum poteſt conſtitui ſuper rebus im- 28
mobilibus, juxta Conſtitutiones Martini V. Calixti III. & Pii V. ſed etiam ſuper rebus, quæ pro immobilibus habentur; uti ſuper domibus, molendinis, jure gabellarum, & aliis juribus perpetuis in Civitate exiſtentibus. Molin. *de contr. p.* 2. *d.* 389. Leo *in theſ. for. Eccleſ. p.* 2. *cap.* 15. *de cenſ. apud* Cenc. *cap.* 3. *q.* 1. *a.* 1. *p.* 1.

Et quia cenſus, licet ex propria natura computetur 29
inter mobilia, & immobilia; quia nec tangi, nec palpari poteſt, uti mobilia, & immobilia. juxta Rot. poſt Cenc. *deciſ.* 3. tamen, quia neceſsario cohæret rei immobili, reputatur inter immobilia. Menoch. *de retin. remed.* 3. *num.* 284. Gabr. *de verb. ſignif. concl.* 8. *num.* 4. Tiraq. *de retr. lignag.* §. 1. *gl.* 6. *num.* 3. *&* 4. Rot. poſt Cenc. *deciſ.* 81. *num.* 7. *&* 82. *&* 84. apud Cenc. *loc. cit. a.* 2. *num.* 6. ubi late probatur.

Limit. I. In cenſibus temporalibus, qui non haben- 30
tur pro re immobili. Menoch. *de arbitr. caſ.* 233. Roderic. *de ann. reddit. lib.* 1. *q.* 3. *&* 14. *num.* 8. Cenc. *loc. cit. num.* 20. Gabr. *loc. cit.*

Limit. II. Quoad ipſos fructus, qui debent reſponde- 31
ri, qui pro mobilibus habentur. Roderic. *loc. cit.* Rot. poſt Cenc. *deciſ.* 86. *num.* 7. Et ideo pecunia, quæ ex legato debet inveſtiri in immobilibus, poteſt inveſtiri in emptione cenſus perpetui. Cenc. *l. c.*

Unde ſequitur, quod ſuper cenſu perpetuo alius cen- 32
ſus imponi poſſit. Molin. *de contr. p.* 2. *d.* 389. Leo *in theſ. for. Eccleſ. p.* 2. *cap.* 15. *num.* 7. Bonac. *de contr. diſp.* 3. *q.* 4. *punct.* 1. *num.* 16. apud Cenc. *l. c. a.* 3.

Super rebus vero mobilibus, quia ex ſua natura fru- 33
ctum non ferunt, neque in ſe moventibus; quia ſe moventium vita non eſt perpetua, ſed brevis, cenſus imponi non poteſt, ut patet ex Bulla Pii V. Cenc. *a.* 4. apud quem Azor. *inſtit. mor. p.* 3. *lib.* 10. *cap.* 5. Molin. *l. c.*

Ita neque ſuper juribus, & actionibus perſonalibus; 34
quia ſicut de jure non debentur fructus fructuum, nec uſuræ uſurarum. *L. fin. Cod. de uſur.* ita nec permittitur, ut inter eoſdem debitorem, & creditorem pro intereſſe intereſſe non ſoluto debeatur, etiam ratione lucri ceſſantis. Cenc. *loc. cit. a.* 5. *num.* 8. qui citat Rot. Genuenſ. *deciſ.* 87. viderique poteſt Bulla Pii V. & quod ſuper credito non poſſit in terminis Bullæ imponi cenſus, nec ſuper juribus incorporalibus, & actionibus tam ad res mobiles, quam immobiles competentibus. tenent. Rebel. *de oblig. juſt. lib.* 10. *q.* 6. *num.* 4. *verſ. non tamen.* Eugen. *conſ.* 100. *num.* 39. *lib.* 1. Cenc. *loc. cit. num.* 5. *ſeqq.* Maſtrill. *in addit. ad Petr. Gregor. de cenſib. q.* 5. *num.* 105. apud Rot. *deciſ.* 116. *p.* 6. *rec.*

An ſuper perſona ſola, poſſit conſtitui cenſus, in quo 35
ſola

sola persona obligetur; controvertitur. Et quidem, quod abstrahendo a Constitutionibus Martini V. Calixti III. & Pii V. sit licitus, maxime si persona est industrialis, tenent plurimi, tum Theologi, tum Canonistæ, apud Cenc. *de cens. loc. cit. a.* 6. quia quilibet potest operas suas sub certa pensione locare. *L. qui operas. ff. locat.* tum quia res censuata succedit loco pignoris, persona vero principaliter obligatur. juxta *L. fundus, ff. de ann. leg.* Covar. *var. res. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 5. & alii apud Roderic. *de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 19. sed negativa sententia est communior, uti probat Cenc. *loc. cit. num.* 10. Molin. *de contr. p.* 2. *disc.* 387. *num.* 4. ratio est; quia operæ hominum liberorum non possunt considerari ut fructus, cum liber homo non sit in commercio. *L. si in empt. ff. de contr. empt.* quia omnes homines liberi nascuntur. *L. manumissiones. ff. de just. & jur.* & ideo ejus persona principaliter obligati non potest. *Authent. imo, Cod. de oblig. & act. L.* 2. *Cod. quæres pign. oblig. poss. cap.* 2. *extr. de pignor.* tum quia de natura census est, ut constituatur jus in re transitorium ad quemcumque, etiam singularem successorem; tum quia obligare personam ad annuam pensionem pro usu pecuniæ, qua census emitur, est usurarium; quia pecunia est de rebus, quæ usu consumuntur, estque sterilis, nec pecuniam parere potest sine usura. *L. usus pecuniæ. ff. de verb. signif.* ad rationes contrarias dic, quod, qui locat operas, tenetur operari ad beneficium conductoris, & merces solvitur proportionata ad laborem; in censu vero nullæ considerantur operæ; ad secundum, falsum est, principaliter obligari personam, sed verissimum est, principaliter rem obligari.

36 Post constitutiones vero dd. Summ. Pontificum census personalis omnino illicitus est, etiam ante promulgationem Bullæ Pii V. post cujus promulgationem, & ubi recepta est, dubium cadere non potest. Ubi vero usu recepta non est, licet aliqui teneant, non esse illicitum censum personalem, tamen communis, & probabilior est contraria; quia in iis, quæ respiciunt declarationem juris naturalis, & tollunt periculum usurarum, omnes obligat, etiamsi non sit usu recepta, ut probat. Rot. post Cenc. *decis.* 80. & ipse Cenc. *loc. cit. n.* 48. & quod Bulla Pii V. sit servanda in toto orbe, etiam in Germania, decidit Rot. apud Merlin. *decis.* 626. *num.* 3. & post Cenc. *decis.* 80. ob animarum salutem.

37 Porro fundus, super quo imponitur census, debet esse frugifer, uti patet ex Bulla Pii V. quia per censum emitur jus percipiendi annuam responsionem, vel in fructibus, vel in pecunia ex fundo. Et licet fundus non soleat secundum communem æstimationem fructum ferre, nisi quinque pro centenario, tamen census potest imponi, etiam ad rationem septem pro centenario, imo octo, & decem, dummodo fundus reddat tot fructus, qui sufficiant pro satisfactione dictæ annuæ responsionis. Scacc. *de commer.* §. 1. *q.* 1. *num.* 242. Cenc. *loc. cit. q.* 2. *a.* 1. *num.* 8. Bonac. *de contr. disp.* 3. *q.* 4. *punct. un. num.* 20. Leo *in thes. for. Eccles. p.* 2. *cap.* 15. *num.* 59. *de cens.*

38 Licet vero fundus debeat esse frugifer, non requiritur tamen, quod actu ferat fructus, sed quod ex sui natura sit aptus ferre fructus; quia fructiferum dicitur, quod est aptum ad fructificandum.

39 Sed quid si fundus non ferat integrum censum, vel non sit capax, eritne census nullus in totum? Resp. est negativa, sed tantum erit nullus quoad excessum. Rot. post Cenc. *decis.* 90. ubi census impositus super duobus fundis, uno deficiente, sustinetur in alio, si sit capax ferre totum censum. & alia Rot. post Cenc. *decis.* 66. ratio est; quia in dividuis, utile per inutile non vitiatur. *cap. utile, de Reg. Jur. in* 6. Scaccia *l. c. num.* 240. & 300.

40 Aliud dubium est, an census debeatur, si fundus census pro aliquo tempore non ferat fructus sufficientes? Resp. si fundus ab initio creationis census revera non erat capax totius census, non debetur; quia census creari non potest, ut obligetur duntaxat persona imponentis. Cenc. *de cens. p.* 1. *cap.* 3. *q.* 2. *a.* 3. ubi D.D. Azor. *inst. mor. p.* 3. *lib.* 10. *cap.* 6. Si vero fundus solummodo post constitutionem census, ex aliquo casu, uti hostium incursu, sterilitate &c. non sufficit pro solutione census; tunc debitor tenetur ad totum censum, maxime si sterilitas &c. ex culpa debitoris contigerit, & debet aliunde supplere ex fructibus aliorum bonorum.

Sot. *de just. lib.* 6. *q.* 5. *a.* 5. *circa medium, ante* 1. *corollar.* quia census non imponitur super fructibus fundi, sed super ipso fundo. Cenc. *loc. cit. num.* 6. & ita declaravit Pius V. in quadam Bulla ad declarationem suæ Constitutionis de censibus: tum quia sterilitas junius anni compensatur ubertate alterius anni. Rot. post Cenc. *decis.* 10. Bonac. *de contr. disp.* 3. *q.* 4. *punct. un. num.* 27. Cenc. tamen *l. c. num.* 11. vult, Dominum census debere expectare, donec fructibus colligendis ex eodem fundo censuato sequentibus annis possit fieri integra solutio. ob *L. ex eo. ff. de vin. tritic. & oleo legat.* & tenent Gig. *de pens. q.* 62. *n.* 7. Felin. *in cap. ad audientiam.* 2. *de rescr. n.* 17. nisi tamen culpa debitoris intercedat, nam tunc posset statim obligari. Gigas *l. c. n.* 9.

Dubitari tamen non debet, quin super re magni red- 41
ditus possit imponi parvus census. Rot. post Cenc. *decis.* 1. Ita super eodem fundo capaci possunt imponi plures census diversis temporibus. Scaccia *loc. cit. n.* 206. apud quem Azor. *inst. mor. pact.* 3. *l.* 10. *tit. de cens. c.* 6. *quæs.* 2. *vers. in primis. col.* 281. Rot. post Cenc. *decis.* 6. etiam non requisito consensu prioris Domini census. vide Cenc. *d. part.* 1. *cap.* 3. *quæs.* 2. *art.* 4. & 5.

Census constitutus super universitate bonorum, sine 42
expressione alicujus fundi certi, licet non repugnet juri naturali, quia Nicolaus V. id concessit Siculis, & Neapolitanis. Cenc. *loc. cit. q.* 3. *a.* 1. tamen est contra naturam contractus. Rot. post Cenc. *decis.* 93. DD. cum communiori apud Cenc. *loc. cit.* ratio est: quia alias emptor nullum subiret periculum, sed esset tutus, contra *L.* 2. *Cod. de peric. & commod. rei. vend.* Rot. post Cenc. *decis.* 94. tum quia census creatus super universitate bonorum, est suspectus fraudis usuratiæ. Neque refert, quod ad validitatem venditionis, sufficiat res, & pretium; quia requiritur etiam, quod res sit idonea ad venditionem, alias etiam venditio rei sacræ, & religiosæ valeret, quod tamen est falsum. Fab. de Monte, *de empt. & vend. q.* 4. requiritur ergo res, quæ non sit prohibita alienari, vel censuari. Post Bullam vero Pii V. dubium non est, invalidum esse censum super universitate bonorum. Leo *in thes. for. Eccles. p.* 2. *c.* 15. *num.* 8. Rot. post Cenc. *decis.* 94. Roder. *de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 7. *num.* 13. Rot. post Cenc. *decis.* 95. & 96. Cenc. *loc. cit. num.* 22.

Sed, eratne necessaria expressio finium ante Bullam 43
Pii V. tempore Martini V. & Calixti III.? Affirmat Cenc. *loc. cit. num.* 24. quia in *Extrav.* 1. *de empt. & vend.* habentur hæc verba: „ *Bonis in ipso contractu tunc expressis, pro ipsius census annui exsolutione in perpetuum obligatis* „ nam ly *expressis*, idem significat ac claris, & specificatis. *L. si servus. ff. de assign. libertor. & L. ratum, ff. de solut.* sic.

Super pluribus fundis incertis, & illimitatis, seu su- 44
per uno fundo certo, & certis finibus designato, & generaliter super omnibus bonis, non pro faciliori census actione, sed pro census perpetuatione super omnibus bonis census creari nequit; quia alias non daretur casus, in quo census periret. Ita juxta Constit. Pii V. Molin. *de contr. p.* 2. *d.* 389. *n.* 4. Rot. post Cenc. *decis.* 80. ipse Cenc. *loc. cit. a.* 2. *n.* 2. Super uno vero fundo certo, & designato, ac limitato, cum generali hypotheca super omnibus bonis, valet. Grat. *discept. for. tom.* 1. *cap.* 141. Rot. post Cenc. *decis.* 97. & 103. differentia est, quia in priori casu non obligantur omnia bona ad meliorem exactionem, sed perpetuatur census. In secundo vero casu omnia bona sunt obligata, non ad perpetuandum censum, sed ad meliorem assecurationem solutionis. Leo *in thes. for. Eccles. p.* 2. *cap.* 15. *n.* 8. Rot. quam citat Cenc. *loc. cit. n.* 11. posset quidem creari super pluribus fundis, certis tamen, & limitatis, & expressis omnium vocabulis, & confinibus. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 7. *n.* 6. *vers. quæritur deinde.* Gratian. *loc. cit.* Bonac. *de contr. disp.* 3. *q.* 4. *pun. un.* Cenc. *loc. cit. n.* 15. & post illum Rot. *decis.* 90.

Imo potest census de uno fundo in alium transferri si- 45
ne novo consensu fidejussorum, absque eo, quod fiat aliqua novatio. Rot. apud Cenc. *decis.* 104. *post illius tractatum*, maxime si adsit clausula „ *circa novationem, absque præjudicio jurium &c.* Pacif. *de salv. interd. inspect.* 3. *cap.* 2. *num.* 212. Grat. *disc. for. tom.* 1. *cap.* 113. *nu.* 81. & alii apud Cenc. *loc. cit. n.* 25. & post illum Rot. *decis.* 105. & 60. & 106. Dummodo tamen fundus, super quo creatur census, sit liber, saltem pro parte, & in ea quantitate,

quod possit supportare censum. Rot. post Cenc, *decis. 49. & 64. & 66. & 67.*

46 Notandum in omnibus, quod census debet creari juxta Bullam Pii V. aliter non valet. Rot. post Cenc. *decis. 5. 7.* & ad illius valorem requiritur, quod super illo fiat instrumentum publicum coram Notario. Grat. *disc. for. tom. 2. cap. 208. num. 7.* Roder. *de ann. reddit. lib. 1. q. 15. num. 1.* Farin. *cons. 112.* attenta dispositione dictæ Bullæ.

47 Census vero creatio, cum in facto consistat, debet probari ab allegante. Cenc. *p. 1. cap. 4. num. 6.* & post illum Rot. *decis. 111.* Et primo quidem probatur per instrumentum publicum. Rot. post Cenc. *decis. 5. & 68.* Item per testes. Mascard. *de prob. vol. 1. q. 5.* Rot. post Cenc. *decis. 96.* ipse Cenc. *loc. cit. num. 18.* Item per confessionem debitoris, tam judicialem, quam extrajudicialem. Roderic. *de ann. reddit. lib. 1. q. 15.* Cenc. *loc. cit. num. 19.* & post illum Rot. *decis. 112. & 113.* an autem, & quando sufficiat exactio decem v. g. annorum, vide DD. *cit.* & Gratian. *l. sup. c.*

48 Census in alium transferri potest omni titulo habili ad acquirendum dominium, uti donationis, transactionis, si census erat constitutus ante transactionem, legati, sententiæ, consuetudinis, præscriptionis. Menoch. *de præs. lib. 4. præs. 107.* Covar. *lib. 3. var. res. cap. 7.* Molin. *de contr. p. 2. d. 387.* apud Cenc. *p. 2. a. 1. c. 1.* Item titulo venditionis. Idem *a. 2.* Menoch. *loc. cit.* Roder. *de ann. reddit. lib. 2. q. 5. num. 7.* dummodo concurrat pretium certum juxta Bullam Pii V. & quidem justum, hoc est, correspondens fructibus, qui ex re censuata percipiuntur, & circa pretii justitiam attenditur consuetudo Regionum. Covar. *lib. 3. var. res. cap. 10.* Grat. *disc. for. tom. 1. cap. 141. num. 27.* Leo, *in thes. for. Eccles. p. 1. cap. 15. num. 12.* Rot. post Cenc. *decis. 117. & 17.* Pretium tamen debet consistere in pecunia numerata. *L. 1. ff. de contr. empt. L. 1. ff. de rer. permut.* quod intellige, juxta tenorem Bullæ Pii V. non tantum in conventione, sed etiam in solutione. Molin. *de contr. par. 2. d. 390.* Roder. *de ann. reddit. q. 13.* Cenc. *par. 2. cap. 1. q. 1. a. 5. a numero 6. de cens.* & post illum Rot. *decis. 118. & 119. & 120. & ut infra num. 93.* Imo etiam præscindendo a Constitutione Pii V. pretium census debet solvi in pecunia numerata, juxta Constitutiones Martini V. & Calixti III. Cenc. *loc. cit. num. 10. & seq.* Hinc nullus est census, in quo loco pretii dantur in solutum fructus aliorum censuum decursi, & non soluti. Rot. post Cenc. *decis. 120. & 119.* Valeret tamen, si ex instrumento appareret de integra pretii solutione in pecunia numerata, licet illico eædem pecuniæ forent dandæ ad censum ipsimet emptori; nam, cum numeratio pecuniæ facta ad computum pretii prædii empti afferat emptori utilitatem, consequendo liberationem ab obligatione solvendi pretium, licet dictæ pecuniæ apud venditorem prædii maneant momento temporis, tamen ex ista momentanea solutione dominium acquisivit ille, qui eas restituit ad censum emptori prædii. Rot. post Cenc. *decis. 2. & 123.* ipsemet Cenc. *l. c. n. 23.*

49 Et licet obligationi solvendi pretium in pecunia numerata satisfiat, si pro pecunia daretur in solutum census creatus, attento jure communi. Molin. *cit. d. 390.* Roder. *loc. cit. lib. 1. q. 13.* tamen post Bullam Pii V. contrarium est dicendum. Bonac. *disp. 3. q. 4. pun. un. de contr.* Molin. *loc. cit.* Azor. *inst. mor. p. 3. lib. 10. cap. 8. q. 1.* Cenc. *de cens. loc. cit. num. 34.* Ad hæc pretium debet totum solvi in pecunia numerata; quia forma a Pio V. præscripta ad unguem est servanda; & quidem numerari debet coram Notario, & testibus. Rot. post Cenc. *decis. 128. & 120.* ipse Cenc. *loc. cit. a. 7. num. 10.* qui vult, non esse satisfactum Bullæ, licet constaret realiter, & cum effectu, pretium census perveniisse ad manus venditoris illius, si tunc pecunia non numeretur in ipso contractu *loc. cit. num. 15.* quamvis contrarium etiam quoad forum externum teneant non pauci apud eundem. *l. c.* Rot. post illum, *decis. 92.* & fuit declaratum a Gregorio XIII. *& decis. 103.* Quomodo vero solutio probetur facta coram Notario, & testibus, vide Cenc. *loc. cit. a. 8. per tot.*

§. III.

De pactis illicitis in censu.

Pactum, quod est contra substantiam contractus censualis, vitiat totum contractum ab initio. Roder. *de ann. reddit. lib. 2. q. 1. num. 2. extrav. fin. de cond. appos.* Covar. *de sponsal. p. 2. cap. 3. §. 1.* quæ nullitas non sanatur pœnitentia, vel renunciatione emptoris census. Si vero non est contra substantiam contractus, pactum vitiatur, & habetur pro non adjecto, valetque contractus. Surd. *de alim. tit. 9. q. 22. num. 34.* Grat. *disc. for. tom. 1. cap. 141. num. 20.* Scaccia *de commerc. §. 1. q. 2. ampl. 20. num. 14. & 15.* Rot. post Cenc. *decis. 144. & 124. & 145.* ipse Cenc. *de cens. p. 2. cap. 1. q. 3. a. 1. num. 12. & seq.* 50

Limit. si pactum contra substantiam posset transmutare, vel transformare contractum in alium contractum, sive ejusdem, sive alterius nominis; tunc enim pactum non vitiaret totum contractum. Cenc. *l. c. num. 14.* Roderic. *d. lib. 2. q. 2.* 51

Sic pactum contra naturam contractus, non vitiat ipsum contractum, sed ipsum vitiatur; substantia vero contractus nihil est aliud, quam ipsa dispositio contrahentium; natura vero contractus est qualitas innata ab initio contractus, quæ semper inest, nisi pactum excludat. In mutuo substantialia contractus sunt, ut mutuetur aliquid consistens in numero, pondere, vel mensura, & reddatur idem in genere. *L. 2. §. 1. si cert. pet.* naturale vero mutui est, ut reddatur in eadem bonitate. Ita venditionis substantialia sunt res, quæ venditur, pretium, & consensus contrahentium. *L. 1. & 2. L. nec emptio. ff. de contrah. empt.* Fab. de Monte, *de vendit. &c. q. 5. num. 1. & 72.* ejusdem naturalia sunt obligatio de evictione, & quod pretium solvatur in numerata pecunia. Cenc. *loc. cit. a num. 19.* In censu, secundum Bullam Pii V. illius substantialia sunt, ut res, super qua creatur census, sit immobilis, vel pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, certis finibus designata, & justum pretium consistens in pecunia numerata solvenda coram Notario, & testibus in ipsa instrumenti celebratione. Rot. post Cenc. *de cens. decis. 146. & 147.* Cætera sunt naturalia. 52

Jam, pactum anticipatæ solutionis non est contra substantiam census, & ideo illum non vitiat; quia tamen hoc pactum est injustum, quod obligetur venditor ad solvendum, antequam debeat, Cenc. *de cens. p. 2. cap. 1. q. 3. a. 2.* post quem Rot. *decis. 115.* ideo tantum vitiatur, & habetur pro non adjecto. Grat. *discep. form. tom. 1. cap. 141. num. 23.* Rot. post Cenc. *decis. 116. & 95. & 308.* Si vero anticipata solutio non fuit deducta in pactum nec expresse, nec tacite, sed fiat ex mera liberalitate, non videtur contrariari Bullæ Pii V. Bonac. *de contr. disp. 3. q. 4. punct. un. num. 25.* Rot. post. Cenc. *decis. 123.* 53

Ita pactum, quod casus fortuitus spectet ad venditorem census, si illos venditor census in se suscepit, valet. Cenc. *p. 2. cap. 1. q. 3. a. 3. num. 2.* fermo est de casu fortuito, quem in se suscepit venditor, qui potest contingere circa fructus. Rot. post Cenc. *decis. 144.* nisi casus esset insolitissimus, qui in simplici sermone casuum fortuitorum non venit. Gomez. *var. res. tom. 2. cap. 3. num. 19.* apud Cenc. *l. c. num. 5. & 6.* ubi DD. secus de casu, qui potest contingere in re censuata, si casualiter, aut fulmine pareat. Molin. *de contr. d. 390. num. 6.* Scaccia *de commerc. §. 1. q. 1. num. 176.* Rot. post Cenc. *decis. 10.* vide Bullam Pii V. *de cens. verb. conventiones.* 54

Sic pactum restringens venditori census facultatem alienandi rem censui suppositam est nullum, ex Bulla Pii V. Imo etiam de jure communi. *L. nemo, ff. de pact. L. in re mandata, Cod. mand.* Molin. *de contr. p. 2. d. 290.* Rot. post. Cenc. *decis. 148. num. 12.* Quod vero non possit alienari irrequisito Domino, vel sine ejus consensu, vel nisi in personam ipsius Domini, non est iniquum. Scot. *de Just. lib. 6. q. 5. a. 2. vers. circa secundum argumentum. verb. in primis*, potest tamen Domino census a Judice præfigi terminus, saltem duorum mensium ad deliberandum, an velit emere. Cenc. *loc. cit. nu. 11. & seq.* Et quia tale pactum non est contra naturam con- 55

contractus, non vitiat, sed vitiatur. Rot. post Cenc. *decis.* 2.

56 Ita pacta continentia, morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel cambium, per Bullam Pianam reprobantur; quæ tamen prohibitio; utpote exorbitans, non potest trahi ad interesse damni emergentis. Cenc. *loc. cit. a* 5. *num.* 2. Bonac. *de contr. disp.* 3. *q.* 4. *pun. un. num.* 38. Hæc autem, quæ dicta sunt de pacto lucri cessantis, procedunt, quando ab initio contractus fuit conventum de certa quantitate solvenda ratione lucri cessantis, vel fuit conventum de quantitate incerta, liquidanda solo juramento Domini census, non vero, si cum debitis circumstantiis justificaretur, & liquidaretur interesse ratione moræ. Scacc. *de com.* §. 1. *qu.* 7. *p.* 2. *ampl.* 8. *num.* 296. Cenc. *loc. cit. num.* 10. Ita, quod morosus debitor teneatur ad expensas, & salaria, fuit ab eodem Pio V. reprobatum. Sermo est de expensis, quæ fiunt in scriptura, vel instrumento super censu confectis, non vero quæ fiunt in lite super censu mota. Cenc. *num.* 16. Item pactum, quod morosus debitor amittat rem censuatam, vel ejus partem. Cenc. *num.* 18. Roderic. *de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 1. *num.* 29. *vers. decimaquinta*. Imo nec licitum est ratione fidejussoris. Roderic. *loc. cit. lib.* 2. *q. num.* 5. *seqq.* Cenc. *num.* 20. contra Covar. *var. res. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 7. *& alios*. Sic, quod morosus incidat in aliquam pœnam. Roderic. *loc. cit. q.* 10. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 1. *num.* 7. apud Cenc. *num.* 21. Secus dicendum quoad censuras; quia in illis non potest cadere suspicio usuræ. Hæc autem supra recensita pacta non vitiant, sed vitiantur.

57 Ita pactum, quod debitor census illum solvat liberum ab omni onere, etiam illo, quod ex natura contractus spectat ad emptorem, est illicitum, & habetur pro non adjecto. Honded. *cons.* 35. Roder. *l. c. lib.* 2. *q.* 4. *num.* 26. Cenc. *a.* 6. *num.* 1.

58 Ita pactum auferens, vel restringens facultatem redimendi censum; quia pactum, quod possit redimi census, est de natura census, & licet non fuerit expressum, tacite inest, est invalidum, & habetur pro non adjecto. Cenc. *a.* 7. Soto, *de Just. lib.* 6. *q.* 5. *a.* 3. *concl.* 2.

59 Ita pactum inducens necessitatem extinguendi censum, vel quod Dominus census posset ad libitum suum repetere pretium, per Bullam Pii V. reprobatur. Soto, *de just. & Jur. lib.* 6. *q.* 5. *a.* 3. *concl.* 1. Gail. *pract. obs. lib.* 2. *obs.* 7. *num.* 14. Covar. *var. res. lib.* 3. *cap.* 7. *nu.* 3. *vers. secunda ratio. & cap.* 9. *num.* 4. Mantic. *de tac. & ambig. lib.* 4. *tit.* 31. *a num.* 8. Grat. *disc. for. tom.* 1. *cap.* 14. Rot. post Cenc. *decis.* 154. *num.* 2. *& dec.* 11. & alii apud ipsum Cenc. *loc. cit. a.* 8. Leotard. *de Usur. q.* 68. Diana *p.* 3. *tr.* 5. *res.* 75. apud quem Theologi plures. Difficultas est, an tale pactum sit contra substantiam contractus? & quidem inspecto jure communi affirmative respondendum est, cum Rot. coram Seraph. *dec.* 269. *p.* 1. & coram Coccin. post Cenc. *dec.* 147. *num.* 4. ea ratione, quod hoc pactum reducit censum ad naturam puri mutui. Castr. *cons.* 312. *lib.* 1. Nat. *cons.* 123. *lib.* 1. *num.* 9. quod maxime procedit juxta Constit. Martini V. & Calixti III. Rot. post Cenc. *dec.* 152. *num.* 7. & 8. ipse Cenc. *loc. cit.* Leotard. *uti supra*. Inspecta vero forma Pii V. non est contra substantiam census. Cenc. *l. c. & a.* 1. juxta quam tale pactum non vitiat contractum, sed vitiatur. ita Covar. *loc. cit.* Gomez. *de cens. cap.* 3. Roderic. *de ann. reddit. lib.* 1. *q.* 4. *a num.* 3. Valent. *de cens. punct.* 6. qui refert, tale pactum in Comitiis August. *anno* 1548. a Carolo V. fuisse prohibitum; & quod non vitiet, patet; quia tale pactum potest addi emptionibus aliarum rerum, ut fatetur Covar. *loc. cit. cap.* 5. *num.* 3. Molin. *de contr. d.* 377. *num.* 11. Joan. de Lugo *d.* 26. *sect.* 13. *a num.* 200. Idem dicendum est, quando tale pactum fuit adjectum contra debitorem morosum.

§. IV.

Fundus censuatus, an vendi possit?

60 Resp. est affirmativa; quia quilibet est rei suæ moderator, & arbiter. *L. in re mandata, Cod. mandati*, & expresse in Bulla Pii V. quæ facultas nullo pacto adjecto auferri potest. Rot. post Cenc. *dec.* 90. *num.* 11. Neque obstat, quod fundus sit domino census hypothecatus; quia licet hypotheca impediat translationem dominii rei hypothecatæ, tamen non impedit venditionem; quia venditor non tenetur dominium rei venditæ transferre, sed tantum rem venditam tradere. *L. ex empto, ff. de act. empt. L.* 1. *ff. de rer. permut.* Cenc. *p.* 2. *cap.* 2. *q.* 1. *a.* 1. ubi Rot. apud Seraph. *decis.* 787. *p.* 1. *num.* 13. Imo emptor fundi, cognita veritate, non potest agere ad contractus rescissionem, sed tantum ut venditor liberet fundum a censu, & solvat census decursos, & decurrendos. Guttier. *pract. quæst. lib.* 2. *cap.* 169. Cenc. *loc. cit. & p.* 1. *cap.* 3. *q.* 4. *num.* 20. Porro fundo censuato vendito, census transit cum ipso fundo. Covar. *var. res. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 8. Rot. post Cenc. *dec.* 90. In tali tamen alienatione Domino census facienda est denunciatio venditionis faciendæ, & Dominus census habet prælationem omnibus emere volentibus; quia id etiam pacto fieri potest, ut supra notatum. Et hæc denunciatio requiritur pro forma, ut venditio aliter facta non valeat, licet Dominus census aliunde sciat, imo forte præsens fuerit; quia hæc denunciatio non requiritur tantum, ut Dominus sciat, sed ut ipse deliberare possit, an velit præferri. Rot. post Cenc. *dec.* 158. Bar. *in L. denunciasse*. §. *quid ergo. & L. qui uxori, ff. ad L. Jul. de adult.* & procedit, licet non totus fundus vendatur, sed pars, & facta denunciatione, Dominus habet mensem ad deliberandum, qui est continuus, prout in dubio quilibet terminus censetur continuus. Tiraquel. *de retract.* §. 1. *gl.* 11. *num.* 21. Bar. *in tr. de tempor. util. vel contin. cap.* 8. Asinius *in prax. Jud. cap.* 8. *num.* 17. Cenc. *loc. cit. num.* 21. *art.* 2. Mensis vero debet esse prout currit, scilicet triginta dierum. Tiraquel. *l. c.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 50.

Porro licet Dominus census habeat prælationis privi- 61
legium, tamen non potest illum emere, nisi cum iisdem conditionibus, & pactis, quibus alii emptores. Rot. post Cenc. *dec.* 71. *num.* 2. Corbul. *de jur. emphyt. caus.* 14. *q.* 2. *num.* 2. Est tamen verum, quod hæc prælatio competens Domino census non præjudicat proximioribus consanguineis Domini fundi, in locis, in quibus ex statuto habent jus prælationis. Rot. post Cenc. *dec.* 306. Scacc. *de commerc.* §. 1. *q.* 1. *n.* 245. *vers. secunda difficultas est*. Cenc. *loc. cit. art.* 3. *n.* 9.

Quod si omissa denunciatione fundus censitus, fuit 62
alii venditus, Dominus census habebit jus retractus. Rot. post Cenc. *dec.* 159. non quidem contra omnes emptores; uti secundum, & tertium, sed contra primum tantum, & contra venditorem fundi potest agere ad interesse; quamvis non desint, qui velint, posse agere etiam contra tertium emptorem. Molin. *de contr. p.* 2. *d.* 372. Rot. apud Seraph. *dec.* 1474. apud Cenc. *loc. cit. a* 4. *num.* 5. sed videri potest Mantic. *de tac. & ambig. lib.* 4. *tit.* 32. late quæstionem examinans. Et retractus habet etiam locum, quando venditio fuit facta a Judice ex officio. Rot. post Cenc. *dec.* 156. Et quando duo habent censum super eodem fundo, adeoque hypothecam in exigendo præfertur primus emptor. Tiraquel. *de retract.* §. 3. *gl.* 1. *num.* 5. Guttier. *pract. quæst. cap.* 166. *num.* 4. Cenc. *loc. cit. q.* 2. *a.* 2. si vero plures adsint census Domini super eodem fundo, quis tunc in emptione præferatur, vide infra *numer.* 91.

Sicut vero Dominus fundi potest fundum censitum 63
vendere, ita Dominus census potest censum hypothecare, quæ tamen hypotheca extinguetur, quando extinguitur, vel redimitur census: quia resoluto jure] datoris, resolvitur etiam jus acceptoris. Cenc. *loc. cit. a.* 6. *num.* 3. Potest etiam census locari, cedi, vel permutari, aut in solutum dari. apud eundem, & Molin. *de contr. p.* 2. *disp.* 383. *num.* 5. Item in dotem dari, aut vendi. Cenc. *loc. cit. num.* 14. *&* 15. dummodo serventur, quæ præscribuntur in Bulla Pii V. Rot. post Cenc. *dec.* 142. Et qui censum a Domino census emit, si velit alii vendere, debet vendere pretio semel, & prima vice constituto, ita ut hoc, ob temporum varietatem, neque crescere, neque decrescere possit. Roder. *lib.* 1. *q.* 8. Cenc. *loc. cit. num.* 19. Item potest legari. Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 107. *num.* 10. Fructus vero census inexacti, an spectent ad hæredes, vel legatarios? vide Cenc. *ibidem a n.* 28.

§. V.

Censum quis teneatur solvere? & in quo loco & tempore?

64 Censum tenetur solvere, qui illum imposuit, & illius hæredes, etiam cassionarius, licet super suis bonis, non suo, sed alterius intuitu censum imposuerit, quo tamen casu potest contra illum agere, & juris remediis compellere, ut se liberet a censu imposito, & illius fructibus. Rot. post Cenc. *decis.* 188. ipse Cenc. *p.* 2. *cap.* 2. *q.* 3. *a.* 1. Imo tenetur ille, qui creavit censum, ad illius solutionem, etiam postquam vendidit fundum censuatum; quia adhuc potest conveniri actione personali. Rot. post Cenc. *decis.* 90. Item solvere tenetur, qui hoc onus sibi accollavit. Rot. post Cenc. *decis.* 191. Cravet. *cons.* 217. *num.* 7. & 8. Surd. *decis.* 32. apud Cenc. *l. c. n.* 16.

65 Non tamen quilibet hæres tenetur in solidum, sed pro sua portione hæreditatis. *L. pro hæreditariis, Cod. de hæred. vel act. vend.* Cenc. *loc. cit. num.* 21. sive hæreditatem adiverint simpliciter, sive cum beneficio Legis, & inventarii. Etiam fidejussor tenetur ad solutionem census, maxime si se obligavit principaliter, & in solidum. Rot. post Cenc. *dec.* 58. plura de fidejussoribus, vide in praxi fidejussorum. & Cenc. *l. c. art.* 2. *& seqq.*

66 Censum solvere tenetur etiam possessor fundi, si census fuit impositus super fundo, & illius proprietate ob contractam hypothecam, & jus reale; quia tale jus transit ad quemcumque successorem, etiam singularem, & possessorem fundi. Corbul. *de Jur. emphyt. cauf.* 14. *ampl.* 49. *num.* 8. Honded. *cons.* 17. *lib.* 2. Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 33. *n.* 14. Grat. *discept. for. to.* 1. *cap.* 141. Rot. post Cenc. *decis.* 18. & quidem etiam non facta excussione debitoris principalis. Afflict. *decis.* 95. Grat. *loc. cit.* etsi possideat jure emphyteutico. Secus si tantum super fructibus. vide Cenc. *loc. cit. p.* 2. *cap.* 2. *q.* 3. *a.* 6.

67 An usufructuarius teneatur solvere censum? dubitatur. Affirmant Carocius, *de locat. & cond. tit. de usufr. q.* 16. *num.* 12. Castill. *de usufr. cap.* 57. *num.* 14. & alii apud Cenc. *loc. cit. a.* 7. *num.* 1. contrarium tenet Menoch. *cons.* 997. *lib.* 10. Costa *de ratione ratæ, q.* 72. Roder. *de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 1. apud eundem Cenc. *loc. cit. nu.* 3. quos vide.

68 Possidens partem fundi censiti potest in solidum conveniri ad integri census solutionem. Molin. *de contr. p.* 2. *d.* 387. Honded. *cons.* 17. *lib.* 2. *num.* 12. Grat. *disc. for. tom.* 1. *cap.* 141. sed contrariam tenet Covar. *var res. lib.* 3. *cap.* 7. *nu.* 8. Lupus *ad L.* 2. *Cod. de pact. inter vend. comment.* 2. §. 2. *a num.* 67. Cenc. *loc. cit. a.* 8. *nu.* 4. quam appellant æquiorem.

69 Difficultas est, an qui aliquando solvit, cogendus sit solvere etiam in futurum? Resp. si is, qui petit solutionem, non tantum probat solutionem, sed etiam causam solutionis, scilicet impositionem census per instrumentum, tenetur solvere etiam in futurum; quia actor ex tali instrumento habet intentionem fundatam, & probationem probatam. Bal. *in L. Imperator, ff. de stat. hom.* si tamen reus vellet contra tale instrumentum opponere nullitatem illius, esset audiendus; quia titulus nullus, ex solutionibus præteritis, non potest revalidari. *L. si certis annis, Cod. de pact.* Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 131. *num.* 21. Cenc. *a.* 9. *num.* 6. quæ quidem nullitas, si opponitur per viam actionis, petendo contractum declarari nullum, aut reduci &c. supersedetur in executione, & retardatur solutio. juxta Innoc. *in cap. cum non in Jure. X. de off. deleg.* Lancell. *de attent. p.* 2. *cap.* 16. *num.* 47. Si vero opponatur per viam exceptionis, non retardatur. D. D. *mox cit.* & Cenc. *de cens. p.* 2. *cap.* 2. *q.* 4. *num.* 6. Rot. post Cenc. *decis.* 209. 210. 211. 212. *&* 213. nisi excepto sit evidens, manifesta, & notoria ex eodem instrumento, vel possit in continenti probari. Graff. *de except.* 20. *num.* 12. Cenc. *loc. cit.* si vero qui petit censum, non probat per instrumentum causam solutionis legitimam, ob quam solutiones retro factæ legitimæ fuerint, causam tamen allegat, & solutiones probat fuisse factas ex causa allegata, qui solvit de præterito, adhuc cogitur solvere. Covar. *in reg. possessor, p.* 2. §. 4. *num.* 2. *de reg. Jur. in* 6. Roder. *de ann. reddit. lib.* 1. *q.* 15. *num.* 5. Cenc. *loc. cit. quæst.* 3. *a.* 9. *num.* 8. quia actor non tenetur probare veritatem causæ, ob quam solutio facta est. *L. cum de in rem verso. ff. de usur.* Quod vero solutio fuerit facta ex causa census, potest probari primo per instrumentum refutationis, & quietantiæ habitæ a Domino census. Mascard. *de prob. concl.* 1319. Rot. post Cenc. *dec.* 210. ipse Cenc. *loc. cit. q.* 4. *a.* 6. *num.* 7. Item ex libro rationum tam Domini census, qui contra scribentem plene probat, quam ex libro debitoris. Rot. post Cenc. *dec.* 226. Item ex confessione creditoris, & Domini census, quæ contra ipsum probat, imo contra hæredes illius, & successores singulares habentes titulum ab eo. Item per testes duos saltem regulariter. Mascard. *de prob. concl.* 1319. Afflict. *dec.* 13. *num.* 26. Cacheran. *dec. Pedem.* 53. *num.* 7. & 15. & alii apud Cenc. *d. part.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 4. *art.* 6. *num.* 18. *seq.* contra Salycet. *in L.* 2. *num.* 17. *vers. item quod Cod. de jur. emphyt.* qui videtur requirere quinque testes. Dummodo tamen deponant de solutione facta ex causa census. Item de præsumptionibus, & conjecturis. Rot. post Cenc. *dec.* 209. Mascard. *loc. cit.* Menoch. *de retin. possess. remed. ult. num.* 39. *& de præs. lib.* 3. *præs.* 139. Corbul. *de Jur. Emphyt. cauf.* 15. Thesaur. *dec.* 114. *num.* 4. & alii apud Cenc. *loc. cit.* Si vero petens solutionem probat solutionem, sed non constat, ex qua causa solutio facta fuerit, & tunc non cogitur solvere. Menoch. *præs.* 131. *num.* 54. Roderic. *de ann. red. lib.* 1. *q.* 15. *num.* 2. Cenc. *loc. cit. de quæs.* 3. *a.* 9. *num.* 16. & est tex. *in cap. pervenit.* 5. *de censib.* ubi etiam Gonzal. *num.* 4. apud quem Menchaca *illust. quæst.* 84. Duard. *de censib. quæs.* 17. *num.* 14. quia tempus non est modus inducendi obligationem. *L. obligationes. num.* 44. §. 1. *vers. Placet. ff. de O. & A. L. si interrogatione.* 1. *L. adversus.* 3. *L. creditor.* 7. *C. de usur. L. operis.* 31. *ff. de oper. libert.* Si tamen tempus sit longissimum 30. vel. 40. annorum, vel immemoriale, tunc præsumitur titulus, atque ideo, qui tanto tempore solvit, tenetur adhuc solvere, quamvis debitor causam non alleget. Menoch. & Covar. *loc. cit.* Menchac. *ubi supra num.* 48. & tunc creditori competit etiam remedium recuperandæ possessionis. *arg. L. Aquilius. ff. de donat.* Menoch. *de recuper. remed.* 1. *num.* 81. Tusc. *litt. P. concl.* 447. *& litt. S. concl.* 388. Mascard. *de probat. concl.* 1388. Petr. Barbos. *in L. si de vi. num.* 133. *ff. de jud.* quorum sententiam in praxi sustinendam dicit Gonzal. *loc. cit.* & ratio est; quia quamvis solum tempus non sit modus inducendi obligationem, quia tamen tanto tempore præsumitur titulus, ideo si debitor causam non solvendi non probet, vincit præsumptio. Cujac. *lib.* 29. *qq. Papin. in L. cum de in rem verso. ff. de usur.* Gilken. & alii apud cit. Gonzalez.

70 Census est solvendus tempore, & loco conventis. Cenc. *quæs.* 4. *art.* 2. *&* 5. & si non adest conventio, statur consuetudini Regionis Gigas *de pension. quæs.* 93. plura apud Cenc. *l. c.* sed

71 In qua moneta sit facienda solutio census, vel capitalis ejusdem in redemptione? vide Cenc. *p.* 2. *cap.* 2. *quæs.* 4. *art.* 4. *per totum.* Mynsing. *singul. observat. cent.* 4. *obs.* 1. Brun. *de augment. monet. p.* 17. *limit.* 8. *q.* 4. Rot. post Cenc. *decis.* 214. 215. 216. *&* 217. *&* 219. Thes. *decis.* 174. *n.* 5. Gail. *lib.* 2. *obs.* 73. Gabr. *de solut. concl.* 1. & quæ infra dicentur in verb. *solutio.* & quid juris, si moneta crescat, vel decrescat in valore, vide etiam Gonzal. *in c. cum Canonicis.* 26. *de censib.* ubi DD. & est de hoc tex. *in c. olim.* 20. *de censib.*

72 Dominus census fructus ex contractu nullo perceptos tenetur restituere, vel in sortem imputare. Rot. post Cenc. *decis.* 12. ob Bullam Pii V. *super reformatione censuum.* & infra *num.* 90. latius.

73 Census ad exactionem plura competunt remedia. Primo petitorium, juxta Rot. post Cenc. *dec.* 230. Tiraq. *de retr.* §. 1. *gl.* 6. Cenc. *de cens. loc. cit. q.* 5. *a.* 1. Item possessorium. Neque manutentio in jure exigendi retardatur ob exceptionem nullitatis, etiam pendente judicio super nullitate, neque pendente appellatione, vel restitutione in integrum, neque exceptione fideicommissi, neque exceptione extinctionis census, vel alia, requirente altiorem indaginem. Osasc. *dec.* 99. *num.* 49. Rot. post. Cenc. *dec.* 232. *&* 240. Gratian. *discep. for. cap.* 208. *num.* 14. Roder. *de ann. red. lib.* 1. *q.* 16. *nu.* 29. Cenc. *loc. cit. a.* 2. dummodo probetur possessio, quæ qualiter probetur, vide Cenc. *loc. cit. a.* 4. *a. num.* 20. Mascard. *de prob. concl.* 279. Rot. post Cenc. *dec.* 68. 78.

68. 78. 96. & 210. fructus tamen rei, Dominus cenſus ob negligentiam debitoris, propria authoritate capere non poteſt; niſi inter contrahentes aliter fuerit pactum, vel in inſtrumento ad favorem Domini adeſſet clauſula *precarii*. Rot. poſt Cenc. *deciſ.* 150. Item via executiva propter inſtrumentum. Cenc. *loc. cit. a.* 6. Rot. poſt illum *dec.* 255. quæ remedia tranſeunt etiam ad hæredes, & contra hæredes. Rot. poſt Cenc. *dec.* 256. non vero contra poſſeſſorem bonorum cenſitorum. Cenc. *l. c.* Roder. *l. c. lib.* 2. *q.* 9. *num.* 53.

74 Limita, quod via executiva non competit, quando inſtrumentum cenſus per ſententiam fuit vulneratum. Rot. poſt Cenc. *deciſ.* 256. ipſe Cenc. *loc. cit. a.* 6. *num.* 24. Item quando cœptum fuit agi via ordinaria. Rot. poſt Cenc. *dec.* 260. quia tunc dicitur renunciatum viæ executivæ, niſi conventus via ordinaria fuerit contumax, vel actor proteſtando ſibi reſervaſſet viam executivam. Menoch. *de adipiſc. remed.* 6. Cenc. *num.* 28. Volens autem agere via executiva debet producere inſtrumentum ante dictam viam executivam, nec ſufficit illud producere poſt illam. Rot. poſt Cenc. *dec.* 255.

75 Datur etiam actio perſonalis contra eum, qui cenſum conſtituit. Rot. poſt Cenc. *dec.* 90. & 230. & etiam contra illius hæredes, etiam poſt venditum fundum cenſitum. Covar. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 6. Rot. poſt Cenc. *dec.* 90. ipſe Cenc. *loc. cit. a.* 7. non vero contra tertium poſſeſſorem, niſi ipſe ſe obligarit ſolvere cenſum. Cenc. *loc. cit. num.* 16. datur tamen contra illum actio in rem ſcripta. Cenc. *loc. cit. a.* 8. ubi Rot. & DD. uti etiam interdictum Salvianum ob hypothecam. Cenc. *tot. art.* 9.

§. VI.

De extinctione cenſus.

76 Si petit totus fundus, etiam totus cenſus extinguitur. Redoan. *de alien. rer. Eccleſ. tit. de conſt. ann. cenſ. num.* 47. Cotbul. *de Jur. Emphyt. cauſ.* 14. *ampl.* 49. *num.* 11. Valent. Azor. Cæval. & alii, quos ſequitur Cenc. *de cenſ. p.* 3. *cap.* 1. *q.* 1. *a.* 1. contra Covar. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 3. *verſ. quod item dicimus*. Rodericum *de ann. red. lib.* 2. *q.* 9. *num.* 75. & alios: quia eſt contra rationem venditionis, quod venditor poſt perfectum contractum ſuſtineat rei periculum. *L. id quod, ff. de peric. & commod. rei vend.* cum Cenc. ſtat. Scaccia *de commerc.* §. 1. *q.* 1. *n.* 176. & quælibet res perit ſuo Domino. Rot. poſt Cenc. *dec.* 1. Amplia, ut extinguatur non tantum obligatio ſolvendi fructus, ſed etiam capitale, nec valet pactum contrarium; nam alias valeret cenſus perſonalis contra ſuperius dicta; & concluſio procedit etiam in cenſibus creatis ante Bullam Pii V.

77 Si vero fundus perit in parte, pro parte etiam perit cenſus, poſt Pium V. Rot. poſt Cenc. *dec.* 88. quia idem debet eſſe judicium de parte ad partem, ac de toto ad totum: niſi tamen pars remanens ſufficeret integro cenſui. Cenc. *loc. cit. a.* 2. Pacific. *de ſalv. Interd. inſpect.* 5. *cap. un. num.* 147. Rot. poſt Cenc. *dec.* 1.

78 Porro concluſio procedit, ſive fundus pereat caſu fortuito ſive facto ipſius domini fundi: uti ſi molendinum, ſuper quo fuit creatus cenſus, a Domino deſtruatur, & aliud conſtruatur in alio loco. Molin. *de contract. p.* 2. *diſp.* 394. *num.* 3. Pacif. *de ſalvian. interd. inſpect.* 5. *num.* 153. *cap.* 1. Cenc. *loc. cit. art.* 3. & apud illum Rot. *deciſ.* 1418. coram Seraph. Bene tamen verum eſt, quod dominus cenſus in tali caſu, uti molendini, poſſit repetere pretium cenſus, & intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis, vel certe cogere ad novum cenſum conſtituendum ſuper novo molendino &c. Scaccia *loc. cit. d.* §. 1. *q.* 1. *num.* 178. Idem dicendum eſt, ſi fundus redditur totaliter, vel pro parte infructuoſus. Cenc. *loc. cit. quæſ.* 2.

79 Quod ſi domus, vel molendinum &c. quod caſu perierat, reædificetur, cenſus non ſuſtinetur ſuper domo, vel molendino reædificato ex Navar. *de uſur. quæſ.* 25. *num.* 118. tenuit Rota coram Seraphin. *d. deciſ.* 1418. apud Rot. *deciſ.* 235. *p.* 7. *rec. num.* 10. *ſeqq.* quia molendinum &c. de novo ſtructum, cum ſit aliud ab antiquo, non poteſt eſſe obnoxium oneri, quod erat impoſitum priori. ut pluribus Cenc. *p.* 3. *cap.* 1. *q.* 1. *art.* 3. *num.* 6. *per text. in L. quid tamen.* §. 1. *ff. quib. mod. uſufr. vel res amitt. & L. ſi ita legatur.* §. *fin. ff. de leg.* 1. Azor. *inſtit. mor. p.* 3. *lib.* 10. *cap.* 16. *ſub litt. D.* Avendan. *in tract. de cenſ. Hiſpanorum cap.* 60. *num.* 14. ita Rot. *cit. dec.* 235. Et ſi fundus, qui v. g. aquarum Inundatione perierat, ad culturam redigatur, fructus, qui poſtea colligerentur, computari non deberent, nec illorum ratio haberi, niſi deductis expenſis in tali reductione factis: cum fructus non dicantur, niſi deductis expenſis. ex tex. *in L. divortio.* §. *impendia ff. ſolut. matr. L. ſi a Domino, vel a patre.* §. *ult. ff. de petit. hæred.* quem ſingularem, & unicum vocat Roman. *ſingula.* 334. *L. fundus, qui dotis. ff. famil. erciſc.* quem tex. in hoc paſſu commendat Angel. *in L. ait. Prætor.* §. *per hanc. ff. de his, quæ in fraud. cred. L. ſi fructus. ff. de uſur.* ibi: *quod in fructus redigendos impenſum eſt, non ambigitur, ipſos fructus diminuere debere*. gloſ. Bart. & Angel. *in L. fundo. ff. de re jud.* Tiraquel. *de retr. lignag.* §. 14. *gl.* 1. *num.* 1. & 2. ubi plures ita Rot. *deciſ.* 175. *p.* 2. *rec. num.* 5.

Extinguitur etiam redemptione per actualem pretii 80
reſtitutionem a Domino acceptatam, & ſi non reſtituatur tota, & integra ſumma, ſed ſolum aliqua pars, cenſus non dicitur in totum extinctus, ſed ſolum pro parte ſortis ſolutæ, & reſtitutæ, & fructus debebuntur ſolum pro parte ſortis non ſolutæ, ut pluribus comprobat Rubeus *in annot. ad deciſ.* 454. *p.* 4. *rec. tom.* 2. *ad text. in L.* 1. *in fin. Cod. quando liceat ab empt. diſced.* §. *hoc amplius inſt. quib. mod. toll. oblig.* niſi aliter conſtet de voluntate contrahentium, vel expreſſis verbis, vel ſecutis poſtea ſolutionibus pro parte non ſoluta; nam ex actu ſubſecuto intelligitur, qualis fuerit animus. *arg. L. ſed Julianus.* §. *proinde*, & ibi Bart. *ff. ad Maced. L. Paulus reſpondit. ff. rem ratam habere*. Cravet. *conſ.* 77. *num.* 10. Surd. *conſ.* 150. *num.* 95. Oſach. *deciſ. Pedem.* 71. *num.* 33. Cenc. *de cenſ. q.* 107. *num.* 6. 7. & 8. & alii quos refert Paulus Rubeus *loc. cit. num.* 1. & 64. *ſeqq.*

An vero cenſus poſſit redimi per partes invito Do- 81
mino, eſt controverſum. negant Gratian. *diſc. for. cap.* 323. *num.* 4. ob incommoditatem, quam affert particularis ſolutio. & *cap.* 117. *num.* 20. ubi de veriori; & apud illum Roderic. *de ann. reddit. lib.* 1. *q.* 18. *num.* 37. & *lib.* 2. *quæſ.* 16. *num.* 34. Rot. poſt Cenc. *dec.* 283. *num.* 9. Lup. *in L.* 2. *comment.* 2. §. 2. *num.* 71. *C. de pact. int. empt. & vend.* Milanes *deciſ. ſicil.* 2. *n.* 75. *lib.* 2. & alii plures. idem in ſimili tenet Bart. *in L. uxorem* 39. §. *agri plagam. num.* 3. *ff. de leg.* 3. & *in L. cui uſufructus.* 30. *ff. de uſufr. leg.* & alii apud Rubeum *l. ſup. cit. num.* 68. *ſeqq.* Affirmant Cenc. *p.* 3. *cap.* 1. *q.* 3. *art.* 8. *num.* 16. *ſeq.* Sotus *de juſt. & jur. lib.* 6. *cap.* 5. *art.* 3. *verſ. quarta concluſio*. Lopez *de contract. lib.* 1. *cap.* 59. *verſ. igitur*. Guttierez *pract. lib.* 2. *cap.* 174. *num.* 3. Navar. *in comment. de uſur. num.* 78. *in fin.* & *num.* 95. Boccac. *de cenſ. p.* 1. *num.* 12. & 13. & *p.* 2. *num.* 106. Felician. *in eod. tract. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 16. & alii apud Rubeum *l. c.* prior ſententia ergo procedere poteſt, ubi tantum minutim quis vellet illum redimere, quo caſu procederet ratio abſurdi, quam afferunt Sotus, & Gratian. *loc. cit.* Secunda vero ſententia procedere poteſt, ubi quis parte conſiderabili, puta medietate, redimere vellet, pro cujus ſententia ſtat tex. apertus *in cap.* 1. *de empt. & vend. inter extravag. communes.* ibi *ipſum annum cenſum in totum, vel in partem pro eadem ſumma denariorum, quam ab ipſis receperunt, quandoque vellent redimere*. Ubi vero a partibus conventum fuit, ut poſſit redimi per partes, vel ut debeat totus ſimul redimi, & non liceat per partes, pactum eſt licitum, & valet. commun. apud Cenc. *loc. cit. num.* 32. Sotus *loc. cit.* Bonac. *de contract. diſp.* 3. *q.* 4. *punc. un. num.* 46. Rubeus *loc. cit.*

In redemptione cenſus tamen debet diſdicta præce- 82
dere, ſaltem per duos menſes, ut ſtatuit Pius V. & debet fieri de mandato, & decreto Judicis. Roderic. *loc. cit. lib.* 1. *q.* 18. *num.* 54. Tiraq. *de retract.* §. 8. *gloſ.* 5. *num.* 2. Cenc. *loc. cit. art.* 9. & ſufficit Judex denunciare volentis; de qua materia diſdictæ vide plura apud Cenc. *loc. cit.* & etiamſi ſi in inſtrumento nulla ſit facta mentio hujus diſdictæ, tamen intelligitur de illa inter partes conventum, cum illa ſit de natura actus, & ideo ineſt, etiamſi non exprimatur. arg. *L. non dubitatur. C. de evict.* Gratian. *diſc. for. cap.* 8. *n.* 14. quem refert etiam Salgad. *in Labyrint. credit. p.* 2. *cap.*

29. *n.* 60. quàm tamen ēmptor rēmittere potest, cum sit in illius favorem inducta. Boccac. *de censib. p.* 2. *n.* 49. Seraphin. *decis.* 143. *sub n.* 3. apud Rot. *decis.* 202. *p.* 12. *rec. n.* 25. *seqq.* Et si Dominus census nolit recipere pretium, debitor citat creditorem ad videndum fieri depositum. Cenc. *l. c.* & ut infra in verbo *debitor. n.* 24.

83 Potest autem illum redimere non tantum constituens, sed etiam illius hæredes: alius vero extraneus non potest, si vellet cessionem jurium; secus si tantum vellet redimere; quia tunc verum est, quod potest quis pro alio rem, & negotia gerere utiliter. *L. solvendo, ff. de negot. gest. L. solutionem. ff. de solut.* prioris casus vero ratio est, quia nemo potest cogi ad contrahendum, & vendendum. *L. invitus. C. de contr. vend. L. quod nostrum. ff. de Reg. Jur.* Rot. post Cenc. *decis.* 238. ipse Cenc. *loc. c. q.* 3. *p.* 3. *c.* 1. *art.* 3. *n.* 13.

84 Et quia supra diximus, Dominum census venditorem cogere non posse ad redimendum: id tamen limit. Primo, si debitor denunciavit, & dein pœniteat. ex Bulla Pii V. §. *cum vero*. Rot. *rec. p.* 5. *tom.* 1. *dec.* 374. *n.* 10. Secundo, si census fuit creatus super re aliena, vel certe fideicommisso subjecta, cum talis census non valeat, ut supra diximus. Tertio, si debitor fundum censitum dolo destruxit, vel fecit infructuosum. ut supra *numero* 78. Quarto, si debitor non implevit promissa, v. g. non dando fidejussorem &c. sicut & aliis in casibus, quos vide apud Cenc. *loc. cit. tot. art.* 4. & Scacc. *de commerc.* §. 1. *q.* 7. *ampl.* 8. *n.* 295. Gratian. *disc. for. cap.* 175. *n.* 16. *tom.* 1. *& cap.* 301. *n.* 6. *tom.* 2.

85 Sunt etiam casus, in quibus debitor census non tenetur solvere, licet non redemerit censum: primo, si Dominus census recipiat pecunias ad computum fortis principalis. Tiraquel. *de retract. convent. ad fin. a n.* 64. *ad* 85. apud Cenc. *d. p.* 3. *c.* 1. *quæs.* 3. *art.* 5. & post illum Rota *decis.* 283. dummodo pecuniæ a Domino sint receptæ sine protestatione, vel ex partim conventione constet, illas voluisse pro parte non soluta manere censum extinctum. Secundo, si intra annum post factam disdictam non procuravit Dominus census solutionem: tunc enim, cum durante dicto tempore sit in facultate Domini census cogere illius debitorem ad restituendam sibi sortem principalem, ideo etiam debet abstinere a perceptione fructuum, & sibi imputare, si dictam principalem sortem non recepit. Cenc. *loc. cit. n.* 10. ubi Rot. & hoc multo magis, si fuerit relaxatum mandatum de acceptanda revenditione &c. ut tenuit Rot. *decis.* 278. *p.* 5. *rec. tom.* 1. *nu.* 4. *seqq.* Tertio, si Domino census fuerunt data certa assignamenta pro census extinctione, dummodo ex eis cum effectu fuerit consecutus satisfactionem, vel per illum steterit, & dummodo assignamenta fuerint data titulo solutionis, & non majoris assecurationis. Afflict. *decis.* 397. Cenc. *l. c.* & post illum Rot. *decis.* 389. Menoch. *de præs. l.* 2. *præsum.* 93.

86 In redemptione census potest restitui pretium in alia specie, quam in pecunia numerata, imo & traditione ipsius fundi censuati. Bonac. *de contract. disp.* 3. *quæs.* 4. *punc. un.* Rot. post Cenc. *decis.* 142. *&* 186. dummodo concurrat consensus creditoris. Cenc. *loc. cit. art.* 6. Gratian. *disc. for. cap.* 321. *numero* 16. Molin. *de contract. p.* 2. *disp.* 394. *n.* 7. Tiraquel. *de retr. lignag.* §. 1. *gl.* 6. *num.* 21. juxta quos extinguitur etiam compensatione. & Navar. *de usur. num.* 124. Roderic. *de ann. reddit. lib.* 2. *quæs.* 18. apud Rot. *decis.* 354. *p.* 5. *rec. tom.* 1. *n.* 2. *&* 3. ubi ex Cenc. *l. c.* quod censuarius cogitur compensare, cum compensatio habeat vim solutionis; quæ compensatio quidem non inducitur ipso jure, sed solum facta congrua oppositione, quæ loco oblationis pro extinctione census sit. Peregr. *cons.* 107. *num.* 3. *vers. & ad hoc extat. lib.* 2. Navar. *de usur. q.* 40. *num.* 125. Roderic. *de ann. reddit. lib.* 2. *quæs.* 18. *num.* 9. *& seqq.* apud Rot. *decis.* 29. *p.* 9. *rec. tom.* 1.

87 Ad revendendum censum non tantum tenetur Dominus, sed etiam hæredes pro portionibus hæreditariis; imo etiam tertius. DD. quos sequitur Cenc. *de censib. l. c. art.* 7. *n.* 27. magis communiter. Covar. *var. res. l.* 3. *c.* 8. *n.* 3.

88 Tandem census extinguitur præscriptione. Roderic. *de ann. reddit. lib.* 1. *quæs.* 17. *nu.* 3. Marta *voto* 125. Cenc. *de cons. p.* 3. *c.* 1. *quæs.* 8. *art.* 1. & post illum Rota *decis.* 264. quia jura realia præscribuntur. Balb. *de præscr. p.* 4. *q.* 5. *a nu.* 2. & non solum potest præscribi toti censui, sed etiam parti; & præscribens, seu qui se fundat in præscriptione, sufficit, quod neget, solutionem fuisse factam, nec tenetur ad probandam negativam. Mar. Antonin. *var. res. lib.* 2. *res.* 5. *num.* 16. Natta *cons.* 627. Cravet. *cons.* 57. nisi constaret de impedimento legitimo Domini census exigendi fructus; quia non valenti agere non currit præscriptio. *L.* 1. *C. de ann. except.* Rot. post Cenc. *decis.* 265. Neque præscriptio prodest illi, qui est in mala fide. DD. *sup. cit.* nam mala fides impedit etiam immemorabilem, & nocet non tantum debitori, sed etiam hæredibus, ut non possint inchoare præscriptionem; ut plura suo loco.

Difficultas est: an præscriptio, de qua supra, prosit 89
tantum pro annis præteritis, an etiam futuris? communissima distinguit inter annuas præstationes, quæ debentur ex ultima voluntate, uti legato, aut ex contractu conditionato, & illas, quæ debentur ex contractu puro: priori casu vult, tot esse debere præscriptiones, quot sunt anni: secundo vero casu sufficere unicam prescriptionem. juxta *c. de quarta, de præsc.* nam tunc unica est obligatio, & stipulatio: legatum vero annuum, licet pro primo anno sit purum, pro aliis tamen est conditionale. *L. si stichum. ff. de V. O.* in obligatione vero conditionali non incipit præscriptio, nisi a die purificatæ conditionis. *L. cum notissimi. C. de præscr.* Roderic. *de annuis reddit. lib.* 1. *q.* 17. *nu.* 102. hanc sententiam sic distinguentem sequuntur Abb. *in cap. auditis. n.* 3. *de præscr.* Aufrer. ad Capel. Tholos. *decis.* 343. Gig. *de pension. quæs.* 83. *n.* 7. Gomez. *var. res. tom.* 2. *cap.* 11. *nu.* 45. Mar. Antonin. *var. res. lib.* 2. *res.* 5. Gail. *pract. observ. lib.* 2. *obs.* 73. Gratian. *disc. for. tom.* 3. *cap.* 490. Rot. post Cenc. *decis.* 302. ipse Cenc. *p.* 3. *c.* 1. *quæs.* 8. *art.* 2. *a num.* 3. qui Cenc. *loc. cit. nu.* 17. auctoritate Rot. coram Puteo, tenet, quod ideo præscriptio in censibus prosit tantum pro annis præteritis, non vero futuris: ex eo motivo, quod non valenti agere non currat præscriptio: Dominus autem census non potest petere fructus decurrendos videatur etiam Rot. post Cenc. *decis.* 230. *numero* 13. tum quia contractus censualis habet in se conditionem, quod census sit redimibilis ad voluntatem, & arbitrium venditoris, & ante declarationem illius voluntatis, non potest dici nata actio. Pacific. *de salvian. interd. inspect.* 2. *cap.* 2. *n.* 292. Cenc. *loc. cit.* quæ sententia vel maxime procedit, si versamur in pura negligentia vel Domini census in petendo annuos fructus, vel debitoris in solvendo: verum si dicti fructus fuerint postea petiti, & in judicio contradictorio denegati, tam pro tempore præterito, quam futuro, forsan ab illo, qui fundum censuarium bona fide possidet, & postea cum acquiescentia Domini suam prætensionem ulterius non urgentis, nec a dicto bonæ fidei possessore, nec ab illius successoribus. spatio 50. vel 60. annorum, & ultra, fuerint soluti, videtur forsan contrarium dicendum: uti infra forsan suo loco dicemus de exemptione a solutione decimarum, quæ tam pro præterito, quam in futurum præscribi potest, si probetur, illas fuisse in judicio contradictorio petitas, & denegatas, cum subsecuta acquiescentia, & patientia creditoris spatio longi temporis ad talem præscriptionem requisiti, quamvis etiam decimæ non maturentur, nec peti possint, nisi de anno, in annum; verum quidquid sit de hac limitatione, & ab illa præscindendo, remanet vera doctrina, quod in censu, in fructibus decursis, sicut & in aliis annuis præstationibus, utpote conditionalibus, non sufficiat unica præscriptio, sed tot esse debebunt, quot sunt anni decursi. prout ultra DD. *cit.* tenet Gratian. *disc. for. c.* 399. *n.* 29. *&* *c.* 490. *n.* 1. *&* *c.* 883. *n.* 14. ubi Burr. *in cap. pervenit. nu.* 27. *de censib.* Fulgos. *cons.* 164. *nu.* 1. Capel. Tholos. *decis.* 343. Boer. *decis.* 366. Guid. Pap. *decis.* 406. *ad fin.* Mohed. *decis.* 226. Castrens. *in L. plures.* 18. *num.* 6. *post med. vers. breviter opinio. C. de fid. instrum.* Bal. *in L. cum notissimi.* 7. §. *in iis in pr. C. de præsc.* 30. *vel* 40. *ann.* Azor. *in tract. de usucap. & præscr. rubr. de præscr.* 30. *vel* 40. *ann. nu.* 6. Suord. *cons.* 302. *n.* 8. & alii. & tenuit. Rot. *in una Arimin. census. Lunæ.* 24. *Martii*

1659.

1659. quæ est *decis.* 47. *in p.* 13. *rec.* ubi etiam, quod quod sortem præscriptio currere non possit: quia donec fiat a debitore declaratio, se velle censum redimere, nulla prorsus competit actio creditori pro repetitione capitalis, qua deficiente non admittitur præscriptio. *L.* 1. *in fin. C. de annal. excep.* Purpurat. *cons.* 171. *n.* 2. *l.* 1. & sic sublata facultate repetendi sortem semper durat causa productiva fructuum; qui antequam per lapsum temporis in esse deducantur, sunt pars quidditativa sortis, & in tantum possunt præscribi, in quantum præscribitur ipsa sors, qui virtualiter insunt. Rot. *decis.* 35. *n.* 21. *& seqq.* post Anchar. *in L. accessorium. n.* 7. *vers. sed videtur. de R. I. in* 6.

90 Quæres primo: an data census nullitate attamen debeantur fructus pro tempore, quo census habuit implicitum statum validitatis; & sic ante oppositionem de nullitate? affirmative respondit Rota *decis.* 41. *p.* 6. *rec. n.* 26. ubi alia Rota *decis.* 29. *n.* 5. post Cenc. Gratian. *disc. for. cap.* 559. *nu.* 64. verum contrarium dicenduta est, ut recedendo a decisis *dictæ decis.* 41. respondit alia Rot. *decis.* 99. *d. p.* 6. *rec.* ubi quod ex censu nullo fructus uliqui citra labem usurariæ pravitatis percipi possint. ob tex. *in cap. tua nos. & cap. tuas, de usur.* Abb. *cons.* 4. *num.* 4. *l.* 1. Cenc. *de censib. p.* 2. *c.* 2. *q.* 4. *art.* 7. *n.* 1. *& seqq.* & post illum Rot. *decis.* 12. *n.* 4. *art.* 7. *n.* 1. *& seqq.* & post illum Rot. *decis.* 12. *n.* 2. ubi, quod data census nullitate, fructus soluti imputantur in sortem ex legis ministerio, & sine facto hominis. & *decis.* 31. *n.* 6. post cit. Cen, ubi, quod sors permanet purum mutuum, in quo non cadit fructuum perceptio. & *decis.* 119. *num.* 3. *& seqq.* ubi ex communi Theolog. & Canonistarum sententia, quod pecuniæ hujusmodi pro fructibus receptæ, tanquam usuræ nunquam transeunt in dominium recipientis. *& in decis.* 227. *num.* 3. *& dec.* 228. *n.* 1. ubi quod tales fructus ex censu nullo soluti repeti possunt per condictionem indebiti. vide etiam infra *n.* 92. Census tamen validus si remanet extinctus, non est prohibitum exigere fructus illius decursos ante extinctionem. Rot. *decis.* 232. post Cenc. *dec.* 228. *p.* 5. *rec. & decis.* 140. *p.* 11. *rec. n.* 11.

91 Quær. secundo, si duo super eodem fundo capaci censum emerint, & postea debitor census fundum censitum vendere velit, quis ex dictis Dominis in emptione sit præferendus? seu in jure retractus, quatenus fundus jam sit alii tertio venditus? Resp. quod ille sit præferendus, qui censum antiquiorem habet; quia talis dicitur habere jus antiquius. Bart. *in L. singularibus. n.* 1. *vers. si vero non. ff. de leg.* 1. Rot. *decis.* 475. *n.* 14. *& seq. p.* 1. *divers.* etiamsi census junior sit majoris quantitatis, quam primus. Rot. *decis.* 17. *p.* 4. *rec. tom.* 2. *n.* 12. ubi Bal. *in L.* 1. *n.* 5. *vers. non obstat, quod si alius. C. de commun. serv. manum.* Ruin. *cons.* 27. *nu.* 5. *&* 12. *l.* 4. quia tales census solum differunt secundum plus, & minus, non tamen in substantia, & ideo ex hoc capite unus non dicitur magis privilegiatus altero. Tiraquel. *de retr. lignag.* §. 11. *glos.* 6. *nu.* 11. *&* 17. & alii apud *cit.* Rot.

92 Quær. tertio, an ex censu nullo, etiamsi non debeantur fructus qua tales, illi saltem non debeantur ratione damni, & interesse? & an valeat pactum contrahentium, ut sic census sit nullus, teneatur venditor restituere sortem cum interesse, & damnis? Resp. affirmative, si census sit nullus ex parte materiæ; quia nemque fundus censitus non erat capax census, aut non liber, sed fideicommisso subjectus &c. ut supra diximus *n.* 12. negative vero, si census fuit nullus ob non servatam formam Bullæ Pianæ, prout distinguit Cenc. *quæs.* 88. *sub n.* 15. *vers. ego vero.* apud Rot. *decis.* 11. *p.* 12. *rec. n.* 23. *seqq.* ubi aliæ Rotæ.

93 Quær. quarto, an census sustineatur, si pecunia in ipso contractu non fuit numerata, si constet revera, quod paulo post, puta post unum, aut alterum diem &c. fuit numerata, & soluta? Resp. negative; quia constitutio Piana requirit numerationem pecuniæ in ipso actu impositionis census, & celebrationis contractus, & quidem pro forma ad excludendas fraudes, non solum in actu intervenientes, sed etiam possibiles. Rot. *decis.* 11. *p.* 12. *rec. n.* 13. *seqq.* ubi Honded. *cons.* 25. *n.* 34. *l.* 1. Gratian. *decis. Marchiæ* 224. *per tot.* Cenc. *quæs.* 50. *n.* 16. *& seq.* Duard. *cod. tract.* §. 2. *quæs.* 9. *n.* 3. *& seq.* & ut supra *n.* 48.

CESSIO JURIUM.

Praxis cessionis Jurium.

Juri suo cedere possunt illi, qui possunt alienare, 1
vel transigere. Hinc cedere non potest decoctus jura sua. Noguerol. *alleg.* 16. *n.* 102. Ita Ecclesia, & minores, sicut non possunt alienare immobilia sine solemnitatibus, sicut nec mobilia pretiosa, quæ servando servari possunt, ita neque jus, aut actionem ad illa cedere possunt. *c.* 2. *de reb. Eccles. non alien. in* 6. *Clem.* 2. *eod.* Molina *de Just. & Jur. tr.* 2. *c.* 224. Mantic. *de tacit. l.* 4. *tit.* 6. *n.* 39. Cyriac. *l.* 1. *contr.* 181. *n.* 17. Tusc. *litt. A. concl.* 621. *n.* 12. apud Oleam *de cession. tit.* 2. *q.* 1. Possunt tamen, licet sine solemnitatibus cedere non possint, in ipso acquisitionis actu jura sibi donata retrocedere. *cap. verum*, 4. *de condit. appos.* Grat. *discep. for. c.* 242. *n.* 30. Cyriac. *contr. l.* 2. *contr.* 239. *n.* 15. *&* 240. quia Ecclesia, & minores sine solemnitatibus ementes possunt in continenti se obligare ad retrovendendum. Grat. *l. c.* Olea *l. c. q.* 2. *n.* 3. secus ex intervallo. DD. *cit.*

Ita debitor non potest in præjudicium creditorum Jus 2
quæsitum cedere. *L. debitorem. Cod. de pignor.* quamvis in jure nondum quæsito, sed quærendo possit illis præjudicare, uti repudiando hæreditatem sibi delatam. *L. debitorem*, 20. *ff. quæ in fraud. cred.* quia jus quærendum nondum est in bonis debitoris. *L. vitia rerum, ff. ad Leg. falcid.* vide Olem, *q.* 3. *n.* 5. *& seq.* Cancer. *l.* 1. *var. res. c.* 3. *n.* 69. Sanch. *de matrim. l.* 6. *dis.* 4. *a n.* 8. Cutell. *de donat. contempl. matrim. tom.* 1. *tr.* 1. *discurs.* 2. *p.* 2. *a. num.* 26. quæ in foro externo certa sunt, quidquid sit in interno. Hæc de cessione simplici clara sunt. Sed quid in cessione translativa? Ces. cum translativa in alium supponat jus quæsitum in transferente, non posse a debitore fieri in præjudicium creditorum. *L. si avia, Cod. de Jur. deliber.* Mascard. *tom.* 1. *concl.* 44. Menoch. *præs.* 101. *l.* 4. *nu.* 98. Cutell. *tom.* 1. *tract.* 1. *disc.* 2. *part.* 6. *nu.* 95. ibi: *nec facit*; & Olea *loc. c. n.* 36. *& seqq.* Limita, si cessio fieret in eum, qui absque cessione succedere potest, uti cohæres, vel substitutus, aut hæres ab intestato. Cutell. *loc. cit.* Cancer. 3. *p. var. res. c.* 15. *n.* 160. vides ergo aliud esse simpliciter repudiare hæreditatem, aut legatum, & aliud illud in alium transferre, seu cedere illi, qui absque tali cessione illud acquirere non potuisset: & prius fieri potest, quia hæres, aut legatarius nondum fecit per acceptationem, suam rem legatam; non item secundum; ex quo enim hæres, aut legatarius rem legatam alteri cedat, videtur tacite illam adire, aut acceptare; & ita talis non tam diceretur omittere, quam patrimonium diminuere, quod fieri non potest in præjudicium creditorum, nisi cessionarius, etiam non obstante cessione, illam rem legatam acquisivisset. vide *DD. cit.*

Non tantum cessiones a minoribus factæ ut supra 3
dictum est, non valent, sed neque factæ a majoribus, si fiant in potentiores, ut quando creditor actionem, & nomen debitoris sui potentiori cedit. juxta *L.* 1. *& 2. Cod. ne liceat potentioribus*; & licet facta timore futuræ litis valeat, tamen cedens incidit in edictum Prætoris *De alien. jud. mutan. caus. facta.* Potentiorum vero dici potest vel ratione officii, vel ratione divitiarum aut privilegii. Osas. *dec.* 144. *num.* 12. Trentacinq. *lib.* 2. *var. res. tit. de postul. res.* 2. *a num.* 6. Cancer. *lib.* 1. *var. res. c.* 12. *num.* 65. Olea *de cess. tit.* 2. *q.* 4. *num.* 14.

Cedens vero, ut incidat in pœnam, debet esse do- 4
losus, & quod cedat causa opprimendi adversarium. DD. *mox. cit.* unde si facit ex causa necessaria, evitat pœnam, & valet cessio, uti facta fisco, ut se liberet a carceribus. Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 129. *num.* 41. Mart. *de jurisd. p.* 4. *cent.* 1. *cas.* 91. *num.* 11. & probatur *ex L. ex hoc edicto* §. *ait Prætor, ff. de alien. jud. mut. caus.* Sed, dicetur ne Ecclesia potentior, ut in illam cessio fieri nequeat, vel etiam Clericit? affirmant multi apud Oleam *l. c. n.* 44. Mascard. *de prob. concl.* 558. *num.* 20. Vera tamen sententia est negativa, & cessio in eorum favorem facta non subjacet pœnæ. *L.* 2. *Cod. ne licat potentiori*, nisi Ecclesia,

vel

vel Clerici jurisdictionem haberent in Laicum, contra quem fit cessio. Menoch. *l.* 1. Trentacinq. & Mart. *ubi supra*. Graff. *de effect. cleric. eff.* 34. Olea *loc. cit. nu.* 45. quamvis ipse Olea *num.* 48. ab hac sententia recedat, & verius judicet, minorem, & Ecclesiam inter potentiores, ratione privilegiorum, quæ habent, esse referendos, ideoque si de fraude appareat, exceptione, & edicto Prætoris posse repelli, & citat Farin. *in fragm. n.* 308. *&* 311. nisi parati sint non alio jure uti, quam quo uteretur is, a quo causam habuerunt ex Cujacio *lib.* 8. *obs.* 31. ibi: *vel si non denegaretur actio &c.* An autem possit fieri cessio in Clericos ratione mutandi judicii? vide Oleam *loc. cit. a num.* 46.

5 Ita nec tutori, nec curatori actio cedi potest contra minorem, ne tutores, vel curatores cessionis colore bonis minorum, vel pupillorum insidientur. Olea *de cess. tit.* 2. *quæst.* 6. *num.* 6. Escobar, *de ratiocin. cap.* 23. *num.* 59. Limit. nisi debitum, quod tutori, vel curatori ceditur contra minorem, dum curam eius gerit, vel post illam finitam, esset ita liquidum, ut nulla tergiversatione celari posset. Olea *loc. cit. num.* 13. ubi Trentacinq.

6 Neque jura personalia personis ipsis annexa cedi possunt. *L. mulier. ff. de jur. dot.* Archid. *in cap. privil. de Reg. Jur. in* 6. Tiraquel. *de retr.* §. 26. *gl.* 1. *num.* 46. Olea *loc. cit. tit.* 3. *quæst.* 1. tales sunt actio directa. DD. *mox cit.* & Noal. *de transmis. cap.* 24. *num.* 14. Scacc. *de commerc.* §. 2. *gl.* 5. *num.* 89. *vers. declara quinto.* Ususfructus etiam cedi non potest. *L. si usus fructus, ff. de jur. dot.* Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 55. *num.* 4. *& tit.* 5. *num.* 9. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 7. *gl.* 3. *p.* 8. *num.* 28. Cenc. *de cens. quæst.* 21. *num.* 10. Limita quoad commoditatem fructuum, quæ cedi potest. Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 32. *num.* 4. Solorzan. *de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 14. ita usus jus, tanquam personale, cedi non potest. *L. si habitatio, ff. de habitat.* Noal. *de transmiss. cap.* 66. Habitationis facultas, vel commoditas habitationis, quæ non in jus sonat, sed in factum, cedi non potest. *L. apud Julianum. ff. de leg.* 1. Ita privilegium personale cedibile non est, neque transmittitur. Olea *loc. cit. num.* 21. Noal. *de trasmis. cas.* 23. *num.* 21. Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 22. *nu.* 15. *& tit.* 8. *privil.* 55. Ita facultas eligendi, vel nominandi, quam quis habet jure proprio, & ad proprium commodum, ac utilitatem, uti ex legato, vel stipulatione eligendi rem legatam, licet in alium transferri possit, tamen facultas competens ad alterius utilitatem, uti nominandi aliquem ad successionem; non potest cedi. vide Oleam *de cess. tit.* 3. *quæst.* 1. Notal. *de transmiss. cap.* 23. *& cas.* 16. 35. *&* 36. Cyriac. *lib.* 2. *contr.* 297. Ludovis. *dec.* 456. *num.* 4.

7 Retractus sanguinis, licet cedi, aut transferri non possit, juxta Tiraquel. *de retr.* §. 26. *gl. num.* 1. Olea *loc. cit. quæst.* 2. quia sanguinis qualitas transmissibilis non est. *L. Jus agnationis, ff. de pact. & L. Jura sanguinis, ff. de Reg. Jur.* & retractus est restringendus ad eas personas, & gradus, quibus lex retrahere permittit; neque in hæredem consanguinei transeat, si in hærede sanguinis, & gradus qualitas deficiat. Tiraquel. *d. gl.* 1. *num.* 4. Olea *loc. cit. num.* 9. Grat. *disc. for. cap.* 433. *num.* 36. Imo nemo, licet consanguineus in commodum alterius, maxime non consanguinei retrahere permittatur. Gail. *lib.* 2. *obs.* 19. *num.* 10. Costa, *de port. ratæ quæst.* 100. *num.* 2. neque in commodum consanguinei remotioris, omisso proximiore. Escobar. *de ratioc. cap.* 6. *num.* 47. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 7. *gl.* 3. *p.* 1. *num.* 33. nec jus retractus, quod competit domino directio rei emphyteuticæ, cedi possit, quia est personalissimum, & personæ Domini directi inhæret. Tiraq. *loc. cit.* Cyriac. *lib.* 2. *contr.* 253. *&* 254. Grat. *loc. cit. &* 177. apud Oleam *loc. cit. num.* 22. tamen jus retractus conventionale cedi potest. Fachin. *lib.* 2. *contr. Jur. cap.* 11. Noal. *de transmiss. cas.* 57. Olea *loc. cit. num.* 37. & probatur ex *L. si creditor. ff. de distract. pignor.* Cyriac. *lib.* 2. *contr.* 208. *num.* 51. Cutel. *de donat. contempl. matr. tr.* 2. *disc.* 1. *special.* 21. & alii plurimi apud Oleam *loc. cit.* quem vide. Limita, si aliter pactum fuisset, ut hoc jus esset personale vide Oleam *l. c. num.* 41.

8 Etiam primogenitura cedi non poted; quia hæreditas viventis non est, neque vendi, aut cedi potest. *L. fin. Cod. de pact.* Cyriac. *lib.* 1. *controvers.* 88. *num.* 7. Cutell. *loc. cit. disc.* 3. *p.* 6. *num.* 118. Excepta primogenitura, quæ in certa re, jure particulari, ex contractu, vel alia dispositione competit, v. g. ex fundatione majoratus, vendi, & cedi potest. Solorza *de Jur. Ind. lib.* 2. *cap.* 19. *tom.* 2. *num.* 5. Grat. *discep. for. cap.* 456. Olea *loc. cit. quæst.* 3. *nu.* 9. dummodo non fiat in extraneum, vel in remotiorem, in præjudicium proximioris. Solorz. & Olea *loc. cit.* apud quos DD.

Etiam jus societatis cedi non potest; quia est personale, cum in societate sit electa industria personæ. *L.* 9
qui admittitur. ff. pro socio. Osasch. *decis.* 86. *num.* 8. Gratian. *disc.* 547. *num.* 37. Noal. *de transmiss. cas.* 60. & probatur ex *L. ult. ff. de verb. oblig.* Tiraquel. *de retr.* §. 26. *gl.* 1. *num.* 57. Olea *l. cap. quæst.* 5. *a num.* 3.

Operæ artificiales, quæ consistunt in opere duntaxat 10
artificis, quamvis cedi possint, ut docent Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 54. *num.* 10. *& tit.* 9. *quæst.* 22. Caroc. *de locat. quæst.* 27. *num.* 18. Olea *loc. cit. quæst.* 6. *num.* 11. tamen operæ officiales, quæ in officio personæ consistunt, cedi non possunt. *L. operæ, ff. de oper. libert.* Tiraq. *de retr.* §. 26. *gl.* 1. *num.* 48. Caroc. *l. c.* & DD. apud Olea *loc. cit. nu.* 13. quia operæ officiales respiciunt personam ejus, cui præstantur, & ita personales sunt, ita nec jus Vassalagii Dominus cedere potest. Tiraq. *l. cit. num.* 75. & Olea *num.* 23.

Jus repetendi dotes, marito vergente ad inopiam, 11
quod habet mulier, eo modo, quo habet, cedere potest. Fontanel. *de pact. nupt. gl.* 2. *claus.* 7. *p.* 10. *n.* 61. Gratian. *disc.* 666. & plures apud Oleam *loc. cit. n.* 24. *quæs.* 7.

Tandem regula est, quod omne id, quod cedi po- 12
test, possit etiam transmitti, & quod transmitti non potest, neque cedi potest. *L. ex pluribus ff. de admin. tut.* Tiraq. *de retr.* §. 26. *gl.* 1. *a num.* 44. Surd. *de alim. tit.* 8. *privileg.* 55. *num.* 7. Cyriac. *lib.* 1. *contr* 139. *num.* 7. Olea *loc. cit. quæst.* 8. *num.* 2. Noal. *de transmiss. cas.* 13. *num.* 4.

Utrum fideicommissum universale transmitti possit, 13
controversum est, affirmant Olea, *de cess.* 3. *quæst.* 8. *num.* 11. cum Cenc. *de cens. quæst.* 27. *nu.* 4. negant Noal. *cas.* 8. *nu.* 130. cum quo Fusar. *de substit. quæst.* 524. *num.* 6. quos vide.

Sed, possuntne cedi jura passiva, vel actiones passi- 14
væ? Resp. negative secundum communiorem apud Oleam, *de cess. jur. tit.* 3. *quæst.* 9. *num.* 8. Negusan. *de pignor. membr.* 3. *p.* 2. *num.* 23. ratio est: quia cessio est juris proprii in alium facta translatio, actiones vero passive nostræ non sunt, neque in nostris bonis, sed creditorum. *L. postquam, ff. de usufr. L. mulier. bona, ff. de jur. dot.* Fontanel *de pact. nupt claus.* 7. *gl.* 3. *p.* 10. *num.* 58. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 10. *num.* 21. Cyriac. *lib.* 1. *contr.* 59. *num.* 5. Merlin. *de pignor. lib.* 1. *quæst.* 8. *num.* 4. & ita in usufructuarium universalem bonorum, imo nec in emptorem hæreditatis transeunt debita, ut contra illos agere possint creditores, uti infra in verb. *debitor.*

Quæ jura, & actiones transeant, & competant ces- 15
sionario? vide Oleam *de cess. tot. tit.* 6. *& tit.* 3. *quæst.* 10. Ubi de jure in spe, & futuro.

Quær. an cessio jurium, sit stricti juris? Olea, 16
contra multos, tenet affirmativam, *d. tit.* 6. *quæst.* 6. Neque refert, quod cessio facta contra debitorem extendatur ad fidejussorem, & quod cessa actione personali, hypothecaria quoque cessa dicatur; quia hoc quidem verum est, sed ex eo, quod hypothecaria sit accessoria personali, & obligatio fidejussoria accessoria principali. juxta Hering. *de fidejus. cap.* 3. *num.* 29. Olea *loc. cit. quæst.* 6. *num* 9.

Omnes exceptiones, quæ obstant cedenti, obstant 17
etiam cessionario, nisi essent personales, ratio est; quia res transit cum suo onere; quales sunt exceptio pacti, sive cessio esset facta ex causa lucrativa, sive onerosa. Cancer. *p.* 2. *var. res. cap.* 6. *num.* 78. Olea *de cess. tit.* 6. *quæst.* 11. Bertaz. *claus.* 29. *gl.* 7. *num.* 3. Item consensus exceptio, rei judicatæ, usuræ, evictionis imminentis, quæ obstaret venditori agenti ad pretium. Gomez. *tom.* 2. *var. res. cap.* 2. *num.* 39. Gratian. *discep. for. cap.* 175. *num.* 20. Item exceptio præscriptionis. Olea *loc. cit. num.* 15. nam

Cessionarius continuat possessionem cedentis, & il- 18
lum repræsentat, etiam quoad privilegia possessionis cameralis, quod non potest opponi cedenti, nec potest opponi cessionario. Ciarlin, *contr. for. cap.* 206. *&* 205. 121. *&* 160. *num.* 28. Cenc. *de cens. p.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 2.

art.

art. 1. Spetel. dec. 177. num. 57. Et lis cœpta cûm cedente afficit etiam cessionarium, sicut pendens contra resignantem afficit resignatarium. Paris. *de resign. lib. 11. cap. 3. num. 35.* Rot. apud. Post. *de manut. dec. 176.* Eccles. *obs. 204. num. 9. & 10.* & an teneatur cessionarius ad juramentum in litem? vide Olea *d. tit. 6. post. quæst. 11. in Miscell.*

19 Cedens tenetur tradere cessionario instrumentum nominis cessi, ut agere queat contra debitorem cessum. Gratian. *disc. for. cap. 501.* Cenc. *de cens. quæst. 72. num. 23.* Ludovis. *dec. 579. num. 1.* ubi Beltramin. *num. 4.* apud Oleam *loc. cit. tit. 7. quæst. 1.* Cyriac. *lib. 2. contr. 375. num. 15.* Rot. apud Farin. *p. 2. noviss. dec. 671. num. 4.* Neque sufficit, quod constet de credito per sententiam. Hering. *de fidejuss. cap. 27. p. 3.* Pasqual. *de patr. pot. p. 1. cap. 8. num. 181.* Limita, si creditor juramento suo affirmaret, se amisisse: tunc enim liberaretur. An vero sufficiat, quod cedens ostendat, & indicet Notarium, qui fecit instrumentum? ut tenuit Rot. apud Seraph. *dec. 1477. num. 8.* vel requiratur actualis traditio? ut tenuit Rot. *dec. 14. num. 3. p. 4. divers.* vide Cenc. *loc. cit.* Pacif. *de salv. interd. inspect. 3. cap. 4. a num. 208.* Olea *loc. cit. nu. 12.*

20 Periculum nominis cessi, quando illud fuit venditum, vel in solutum datum, tunc cedens ad aliud non tenetur, quam quod nomen cessum sit verum, non tamen quod sit exigibile. *L. si nomen. 4. ff. de hæred. vel act. vend.* Cyriac. *lib. 1. contr. 169. num. 10. & lib. 2. contr. 225. & 375. num. 12.* Cenc. *de cens. q. 72. num. 23.* apud Oleam *loc. cit. quæst. 3. num. 3.* ubi alii; licet cedens promiserit defendere, & servare indemnem cessionarium. Addend. ad Lodovis. *dec. 579.* Mantic. *de tacit. lib. 4. tit. 14.* & DD. *sup. cit.* apud Oleam *loc. cit. quæst. 3.* Si tamen cedens, vel vendens nomen, scivit, actionem esse inanem ob inopiam debitoris, decepitque, vel induxit emptorem, & cessionarium ad comparandum nomen, tunc tenebitur restituere pretium, & de dolo. *L. si plus. §. fin. ff. de evict.* Olea *tit. 7. quæst. 3.* nisi cessionarius sciverit, debitorem cessum non esse solvendo, & tamen cessionem acceptaverit: nam tunc totum periculum præsens, & futurum ad cessionarium spectaret. Olea *loc. cit. nu. 7.* Si vero uterque ignoravit debitoris inopiam, tunc cessionarius regressum habet contra cedentem, ut pretium ab eo recuperet; quia cum debitor non est solvendo, idem est, ac si cedens nihil cessisset, & debet succurri cessionario potius, qui agit de damno vitando, quam cedenti, qui agit de lucro captando. Roder. *de ann. reddit. lib. 2. quæst. 21. num. 22.* Cenc. *de cens. quæst. 72. num. 23.* apud Olea *loc. cit. num. 8.* Neque requiritur, quod cessionarius cedenti litem denuncier. Roder. & Olea *loc. cit.* apud. quem plura de hac materia.

21 Si vero nomen debitoris non venditur, nec datur in solutum, sed simpliciter ceditur, solutionis causa, tunc nominis periculum ad cedentem spectat, ut ad evictionem tam Juris, quam facti teneatur: qui talis cessio tantum importat mandatum de exigendo, & non est datio in solutum, vel delegatio, sed simplex cessio ad commoditatem cedentis, nec loco solutionis habetur, nisi secuta solutione, & illi inest conditio tacita, si cessionario fuerit solutum. Cancer. *p. 2. var. res. cap. 6. num. 183.* Scacc. *de commerc. §. 2. gl. 5. num. 250.* Salgad. *in Labyr. creditor. p. 3. cap. 2. num. 45.* Merlin. *de pignor. lib. 5. quæst. 3. num. 5. & quæst. 5. & 13. num. 9.* Leotard. *de usur. quæst. 39. num. 51.*

22 Cedens vero nomen jam solutum, vel actionem, qua caret, tenetur pœna Stellionatus. Farin. *in prax. quæst. 19.* Salgad. *loc. cit. p. 1. cap. 14. num. 99.* Olea. *loc. cit. quæst. 2. a num. 6.* & tenetur refundere expensas, quas cessionarius fecit in lite contra debitorem cessum. Faber. *in Cod. ad tit. de hæred. vel act. vend. def. 12.* Olea *loc. cit. num. 8.*

23 Cessio facta sine causa, & sine titulo, est nulla. *L. fin. Cod. mandati.* Ciarlin. *contr. for. cap. 179. num. 20.* Graff. *de excep. except. 40.* Sicut est nulla, quando titulus fuit nullus, uti facta titulo venditionis, si venditio est invalida, cessio quoque nulla est. Gratian. *disc. for. cap. 479. num. 72.* Farin. *de falsit. quæst. 162.* Mant. *de tacit. lib. 4. tit. 13. num. 16.* Menoch. *lib. 3. præs. 129. num. 29.* & ita, sicut falsa causa vitiat contractum, ita & cessionem. Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 21. quæst. 2. & per tot.* & alii apud Olea *loc. cit. tit. 8. quæst. 1. a num. 3.* præsumitur enim tunc simulate facta. *DD. cit.*

Quæritur: an cedens post cessionem possit aliquid 24 facere in præjudicium cessionarii, uti confitendo, liberando, vel exigendo? Hanc quæstionem vide apud Cacheran. *decis. 52. & 45.* Gait. *de credito cap. 2. a n. 420.* Cenc. *de cens. quæst. 67. num. 6.* Merlin. *de pignor. lib. 2. quæst. 32.* Salgad. *in Labyr. Creditor. p. 1. cap. 27. nu. 44. & 46.* Olea *de cess. tit. 8. quæst. 2.*

Porro in cessione, quando nempe creditor nomen 25 debitoris alteri cedit, non requiritur citatio ipsius debitoris. Bal. *in L. fin. in 1. col. C. qui admittit.* apud Gabr. *de citat. concl. 1. num. 468.*

¶ CHRISMA.

Chrisma quid sit, & a quo peti debeat?

Chrisma est oleum sanctum, quod conficitur singu- 1
lo anno ab Episcopo ex balsamo, & cum hoc benedicuntur vasa sacra Ecclesiæ, & fiunt sacra: sic etiam altaria, manus Sacerdotum promotorum; & confirmantur fideles chrismate, vide Sylvest. in *ver. oleum*, ubi quod triplex est oleum Sanctum, chrisma ad consecrationem, Oleum Sanctum pro catechumenis, & baptizandis, & Oleum Sanctum pro extrema unctione Sacramentali.

Peti debet per subditos a suo Episcopo; imo etiam 2
per exemptos peti debet ab Episcopo, in cuius diœcesi sunt exempti. Cald. *cons. 519.* alias *4. de privil.* ubi, quod privilegium, quod possit peti a quocunque, inducit exemptionem; quia hæc petitio est signum subjectionis, & idem dicit de Oleo Sancto. ¶

CITATIO.

Praxis Citationis.

Citatio est actus judicialis, sed Judicii præparato- 1
rius, quo is, quem in judicio sisti opus est, judicis mandato, legitime vocatur in Judicium, juris experiundi causa. Wesemb. *in paratit. l. ff. de in jus vocand. num. 13. & L. 1. ff. eod.* diciturque Judiciorum fundamentum. *L. 3. §. Prætor. & tot. tit. de in jus vocand. §. fin. de pœn. temer. litig.* ita ut omnis actus Judiciarius contra non citatum factus regulariter sit ipso jure nullus. Dicitur enim esse de jure naturali, ita ut nec Princeps supplere possit talem defectum, ut *in Clem. Pastoralis, de re jud. cap. Deus omnipotens 1. quæst. 3.* Pax Jord. *de re judic. lib. 14. tit. 1. a. num. 2.* Vantius *de nullit. ex def. cit. num. 8.* ubi late. Riccius *in prax. Bull. Clem. VIII. res. 35. p. 4.* ubi DD. Et hoc propter defensionem, quæ est juris naturalis etiam in judicialibus, ut reus contra adversarios se defendere possit. Jord. *loc. cit.* ideoque non tantum in omnibus litibus, & causis, sed etiam in singulis eorum actibus citatio requiritur. Marant. *de Ord. Jud. p. 6. de citat. num. 4.* Gail. *lib. 1. obs. 48. num. 1. & 2.* Pirhing. *lib. 2. decretal. tit. 2. sect. 7. §. 1. num. 12.* ut infra plura. Hic interim est obiter notandum ex Gabr. *com. concl. de citat. concl. 1.* quod actus nullus ex defectu citationis intelligatur nullus tantum volente eo, cuius favore citatio requirebatur, nec poterunt alii, eo nolente, talem nullitatem deducere, & citat Ruin. *cons. 89. col. fin. vol. 5.*

Citatio alia est realis, ut quæ fit per capturam, de 2
qua supra diximus *in praxi capturæ*, alia verbalis, quando reus per Nuncium viva voce, & in faciem in judicium vocatur: de qua *in cap. dilecti. 6. vers. injunximus viva voce ut citarent eundem, de dol. & contum.* Alia quæ fit litteris, alia quæ fit per edictum. Jod. & Pirhing. *loc. cit.*

Alia simplex est, seu dilatoria, & alia peremptoria; 3
prior citatum non prius contumacem reddit, nisi tribus vicibus sit emissa. *L. tres denunciationes, 9. Cod. quomod. & quando.* Eccles. *obs. for. 33. de appell.* & quidem semper cum debito termino, seu intervallo inter singulas pro qualitate personæ, causæ, temporis, loci &c. a Judice decernendo ut in *L. non numquam, 72. ff. de Jud.* Posterior est, quæ pro tribus simplicibus, & dilatoriis citationibus facta est, in qua tamen debet poni verbum „ *peremptorie* „ Eccles. *loc. cit.* Vant.

de

de nullit. ex def. cit. num. 105. & continere tantum temporis, quantum aliæ tres citationes diverso tempore factæ. *L. consentaneum*, 8. *Cod. quomod. & quand. d. L. nonnunquam. ff. de Judic.* Gail. *lib.* 1. *obs.* 53. *num.* 20. & 22. Pirhing. *loc. cit. num.* 215. & an valeat citatio sine expressione termini? vide Scacc. *de jud. lib.* 1. *c.* 91. *num.* 17. *vers. quid dicendum.* & infra. Citatio tamen una peremptoria non sufficit, quando statutum requirit tres, vel binas. Scacc. *de Jud. c.* 91. Eccles. *obs. for.* 37. ubi DD.

4 Alia citatio fit per proclama, quæ ab edictali differt, quod illa fiat per vocem præconis, & ideo sit infirmior, hæc vero affigatur &c. vide Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 35. *per tot.*

5 Citatio per litteras, vel edictalis, fit primo, cum citatur persona aliqua illustris. Marant. in Specul. *p.* 6. *membr.* 1. Scacc. *loc. cit. cap.* 33. Secundo cum quis citatur realiter. Tertio cum quis citatur subditus, sed extra Provinciam, nec habet domum, in qua citari possit, vel citandus impedit, ne citari possit. *Clem.* 1. *de Judic.* ubi DD. Eccles. *obs. for.* 32. *de appell.*

6 Citatio per edictum potest tantum decerni a Judice Ordinario, non vero a Delegato. (nisi sit delegatus a Principe) Riccius *in prax. cit. edict. part.* 3. *res.* 96. *num.* 2. Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 34. & hic tantum in subsidium, quando citandus aliter non potest citari, neque personaliter; nec ad domum, uti cum facit, ne citatio ad ipsum possit pervenire, vel cum non patet tutus accessus, & adest perhorrescentia, quæ tamen prius debet probari summarie, nec sufficit juramentum, licet testes essent tantum singulares, vel de credulitate sufficerent. Item cum quis fuit citatus extra Curiam, & est contumax. Item si persona est vagabunda, & agitur de re mobili: nam si de immobili ageretur, tunc citatio esset affigenda in loco rei immobilis. Item cum contradictor est incertus. vide Scacc. *Jud. loc. cit.* ubi Vant. Gail. & DD. vide Riccium *loc. cit.*

7 Citatio per edictum debet fieri in scriptis, & pluribus locis, saltem duobus publicari, seu affigi, debetque relinqui copia, licet fuerit affixa, aliter dicitur nulliter executa, & quando fiat? vide Riccium *in prax. citat. edictal. tit.* 2. *p.* 3. *res.* 96. quamvis citationis copia regulariter non sit danda reo, nisi petatur, tamen si fuerit affixa ad valvas, debet relinqui copia parti. Ricc. *loc. cit. num.* 6. vide Scacc. *de Jud. lib.* 1. *c.* 45. Debet etiam fieri summaria inquisitio ante affixionem, ex qua constet de fuga, latitatione citandi, seu de non tuto accessu &c. Bart. *in Extravag. ad Regimen. verb. edictum, de ejus conf.* 460. Socin. *de citat. a.* 23. Jord. *de re Judic. lib.* 14. *tit.* 1. *num.* 27. apud quem vide alia requisita ad hanc citationem edictalem. & apud Riccium. *l. c.*

8 Citatio per edictum, quæ fit contra interesse prætendentes, fieri non potest, nisi cum est incerta persona citanda, & nullam habet domum: secus si persona sit certa. Tusc. *litt. C. concl.* 256. Marant. in Specul. *p.* 6. *memb.* 1. *num.* 89. Capyc. *dec.* 87. Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 23.

9 Citatio per edictum fit etiam, cum reperitur animal sine custodia damnum dans, cujus formam vide apud Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 34. *vers. juxta primum, Ut omnes interesse prætendentes compareant, quod alias si in termino non compareant, hastæ supponetur &c.* vide ibidem.

10 Citatio per edictum conceditur etiam in odium notorii spolii, & sic Judex Laicus poterit indirecte, citando omnes, citare Clericum, ad dicendum, cur non debeat spoliatus immitti: quia hoc sapit extrajudicialem defensionem, & Clericus comparens esset acter. Scaccia *loc. cit. num.* 30. Afflict. *decis.* 24. *a num.* 3. de quo vide infra in verb. *Clericus.* §. 5. *vers. limit. quarto. num.* 79.

§. I.

Alia requisita ad legitimam citationem, & quomodo, & in quo loco exequenda?

11 Citatio, ut legitime, & valide fiat, debet in primis continere nomen & cognomen Judicis, ut reus cognoscere possit, an citetur a Judice competente. Cast. *in L. si in Judicii nomine. ff. de judic.* Specul. *lib.* 2. *p.* 1. *de citat.* §. *jam de citatione in princ.* Abb. *in cap. cum Bonæ, de ætat. & qual. ord.* Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 32. Vant. *de nullit. ex def. cit. num.* 48. Eccles. *obs. for.* 4. *num.* 18. Gail. *lib.* 1. *obs.* 48. Item, ut possit cognoscere, an fuerit erratum in nomine Judicis: nam talis error vitiaret citationem. Vant. Gail. & Scacc. *loc. cit.* ubi DD. sicut etiam ut possit citatus cognoscere, an Judex citans sit ordinarius, vel delegatus; nam hic non potest citare, nisi una cum citatione copiam factæ sibi delegationis trasmittat, & ita de commissione prius doceat. *cap. cum in Jure.* 31. *de Off. Deleg.* Gail. *obs.* 48. *num.* 17. P. Pirhing. *lib.* 2. *decret. tit.* 2. *sect.* 7. *num.* 216. late Eccles. *obs. for.* 37. *de appell.*

12 Debet quoque citatio continere nomen, & cognomen rei. Marant. in Specul. aur. *p.* 6. *memb.* 1. Gail. *lib.* 1. *obs.* 49. Vant. & Scacc. *loc. cit. num.* 11. alias citatio foret nulla, licet constet de persona citati. Tusc. *litt. C. concl.* 232. Ciarl. *c.* 160. *num.* 43. Et hoc, ut citatus cognoscat, an citatio ipsum concernat, & ne actor variare amplius possit. Limita primo, si citaretur aliqua universitas: tunc enim sufficit generalem citationem fieri, nempe Decani, & Capituli, Abbatis & conventus &c. Gail. *loc. cit. num.* 6. & 7. Limit. secundo, si nomen citandi nesciatur: tunc enim potest describi per alias demonstrationes, uti effigiem, barbam, ætatem, staturam &c. DD. *cit.*

13 Insuper citatio continere debet nomen actoris. DD. *cit.* quia citatio sine partis instantia regulariter non valet. *L. fin. ff. de bon. auctor. Jud. possid.* Marant. *loc. cit.* Vant. & Gail. apud Scacc. *loc. cit.* nisi tamen causa concernat utilitatem publicam: tunc enim valet citatio Judicis sine instantia partis facta; ex quo Judex tunc possit in officio procedere. Gail. *lib.* 1. *obs.* 50. *a num.* 3. Pirhing. *l. c. num.* 218.

14 Debet etiam citatio continere causam, & quidem expresse, & in specie, propter quam citatur, ita ut non sufficiat commissio Judicis. *L. ad peremptorium* 68. *junct. gl. marg. ff. de Judic.* ut reus possit deliberare, num liti cedere, an vero contendere velit, & ut possit paratus comparere, & ne citatio sit æquivoca, secundum communiorem cum Scacc. *de Jud. l. c. nu.* 14. late Eccles. *obs. for.* 111. *per tot.* quæ causa tamen in Judice ordinario citante semper præsumitur, dummodo citet ad partis instantiam, & sic citatio ejus sine causa valet. ita Marant. *p.* 6. *de cit. num.* 69. Vant. *de nullit. ex defect. cit. a num.* 50. apud Pac. Jord. *de re jud. lib.* 14. *tit.* 1. *num.* 44. *vers. quartum.* quod an sit verum, lectori judicandum relinquo: ergo certe a prima non discederem, maxime in civilibus, & si citandus agat in remotis; quomodo enim citatus sine causa deliberare poterit, an velit comparere, & litem contestari, nec ne? & quomodo poterit etiam instructus comparere? Quamvis libelli tenor non sit necessario litteris citationis inserendus, ut ex communi Gail. *lib.* 1. *obs.* 51. *num.* 1. & 2. apud P. Pirhing. *l. c. num.* 219.

15 Ulterius, citatio ut valeat, requirit commissionem Judicis. Bar. & Bald. *in L. neminem, Cod. de exhib. reis.* Felin. *in cap.* 1. *de Jud.* Vant. *de nullit. ex def. cit. num.* 40. *seqq.* Gail. *lib.* 1. *obs.* 54. *num.* 1. Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 7. quia decretum de citando est sententia interlocutoria: sententiæ autem prolatio pertinet ad Judicem, non ad nuncios, & de commissione debet apparere; quia non præsumitur regulariter, nisi probetur. Gail. *lib.* 1. *obs.* 54. *num.* 4. & 5. Mynsing. *cent.* 6. *obs.* 10. *num.* 4. P. Pirhing. *loc. cit. num.* 223. Nec sufficit, quod nuncius referat se citasse de mandato Judicis. Aret. *conf.* 33. Felin. *in c. quoniam. de prob.* Vant. *loc. cit. num.* 40. Scacc. *l. c. num.* 7. licet multi teneant contrarium: qua tamen in re consuetudo est observanda; & in multis locis de consuetudine, quando sunt nuncii ordinarii, jurati, & publici, creditur eorum relationibus, quod citaverint de Judicis commissione, & citati credere tenentur; signanter in civilibus. Bald. *in L. neminem. Cod. de exhib. reis.* & alii apud Pac. Jord. *lib.* 14. *tit.* 1. *de re Jud. num.* 47. Porro hæc Judicis commissio secundum multos debet esse specialis, & secundum multos sufficit generalis, quos vide apud Scacc. *l. c.* in quibus proinde attendi debet consuetudo. Eccles. *obs. for.* 1. *num.* 28. nam citatio quæ non fit juxta consuetum Curiæ procedentis stylum, non efficit reum contumacem, si non compareat. Marsil. *sig.* 118. apud Jord. *loc. cit. num.* 44.

16 Citatio debet etiam continere locum, in quo citatus

tus comparere debeat; tum ut sciat citatus ipsum locum, tum ut sciat, an locus sit tutus. Ubi tamen hæc distinctio adhibenda, quod in citatione, quæ fit a Judice delegato, necessario locus sit exprimendus, ad quem quis citatur, aliter citatus comparere non tenebitur; quia tunc citatio esset obscura, & incerta, & ideo nulla, Marant. Vant. Gail. & Scacc. *l. c.* & est tex. *in L. aut qui aliter. 5. §. 1. ff. quod vi aut clam. L. si ut proponis. 5. Cod. quom. & quand. cap. statutum. 11. §. in nullo:* & ibi *gl. verb. citet partes, de rescr. in 6.* Non vero in citatione, quæ fit a Judicibus ordinariis: cum enim ipsi certas, & notorias habeant sedes, citando simpliciter, absque expressione loci, censentur citasse ad consuetum judicii locum, & sic talis citatio evadit clara & certa, cum reus scire possit, ubi comparere debeat. *ad cap. cum parati*, & ibi DD. *de appell.* Bar. & Ang. *in L. ut proponis. la. 2. Cod. quom. & quand. Jud.* Marant. *loc. cit. nu. 46.* apud Jord. *l. sup. cit. n. 76.* qui subdit, quod cum Judex Ordinarius (seu supremus Princeps, vel Præses Provinciæ) in quacumque parte suæ Diœcesis pro tribunali sedere possit, ibique jus dicere, si extra consuetum tribunal causas cognoscere statuat, opus habebit in citatione locum exprimere; quem vide. & etiam P. Pirhing. *l. c. n.* 220.

17 Necesse est etiam in citatione exprimere terminum, & diem certum, quo citatus compareat, juxta distinctionem, citationis simplicis, & peremptoriæ supra datam: quod si dies, seu terminus nimis brevis ad comparendum in citatione apponatur, citatio erit nulla. *L. aut qui aliter. ff. quod vi aut clam.* & appellari poterit. Gail. *lib. 1. obs. 53. num. 19.* Pirhing. *l. c. num.* 221. hora vero non est necessario apponenda; quia subintelligitur de consueta. Inn. *in cap. cum nobis olim. de elect.* Pax Jord. *l. cit. n. 61.* ubi plures dat ampliationes, & limitationes; ubi nota, quod dies executæ citationis non computatur in termino, secundum commun. practicam, de qua Jas. *in L. 1. num. 20. ff. si quis caution.* Guidopap. *q. 770.* & alii apud Eccles. *obs. for. 28. a n. 8.* ubi testatur de praxi Senat. Pedem. secus tamen est de ultima die termini in citatione apposita, quæ computatur in termino. *arg. L. 1. §. quod dicimus. ff. de succes. edict. & L. pater. §. sexaginta. ff. ad L. Jul. de adulter.* Bar. *de cit. n. 10.* Jas. *in d. L. 1. n. 20.* Eccles. *l. cit.*

18 Et citatio die feriata ad non feriatam fieri, & exequi potest, nisi error Judicis sit expressus. Marant. *p. 6. de citat. n. 120.* nisi citatio requirat causæ cognitionem: tunc enim non posset decerni die feriato. Scacc. *de jud. lib. 1. c. 32. n. 9.* quamvis, tam quoad executionem citationis, seu intimationem citando faciendam, quam quoad mandatum judicis de citando, an nempe hæc fieri possint die feriata ad non feriatam, discrepent DD. quoad primum membrum enim affirmativam defendit P. Pirhing. *lib. 2. decret. tit. 9. de feriis n. 29.* negativam vero tenet Abb. *in cap. ult. de fer.* Suarez *tom. 1. relig. lib. 2. cap. 30. n. 5.* Fagnan. *in cit. c. ult. n. 53.* apud eundem Pirhing. *l. c.* Et quoad secundum membrum, negativam ex communi docet Abb. *in cit. cap. ult. n. 20.* Suar. *l. c. nu. 4.* Affirmativam autem tuentur Joan. And. *in cit. cap. ult. num. 3.* Gail. *lib. 1. obs. 53. n. 5.* quos sequitur Fagnan. *in cit. cap. ult. n. 49. & seqq.* apud Pirhing. *l. c.* in hoc dubio ergo recurrendum erit ad consuetudinem cujuslibet Tribunalis. An autem valeat citatio facta die non feriata ad feriatam, & quomodo? vide P. Pirhing. *d. l. 2. tit. 9. de fer. n. 30.* Eccles. *obs. for. 28. de appell.*

19 Præter hæc, citatio debet esse personalis, ut afficiat citatum, & reddat eum contumacem, aliter est nulla. Inn. *in cap. fin. de eo qui mit. in posses.* Felin. *in cap. cum sit Romana. de appell.* Covar. *in cap. alma mater. p. 2. §. 9. nu. 4.* Leo *in thes. for. Eccles. p. 2. cap. 17.* Cassad. *dec. 2.* Bellam. *dec. 186.* Cæs. de Graff. *de dol. & contum. dec. 7.* Menoch. *de arbitr. Jud. cent. 6. cas. 541.* apud Sperel. *dec. 48. num. 3.* apud quos etiam de citatione excommunicandi. late Vantius *de nullit. ex def. cit. n. 83.* Gail. *lib. 1. obs. 49. a n. 8.* Limit. cum citandus dolo latitat: tunc enim sufficit, si citatio ad domum fiat, vel per edictum; ut supra diximus. Clem. *causa. de elect.* Gail. *pract. obs. lib. 1. obs. 55.* Scacc. *de jud. lib. 1. cap. 45.* Sayr. *de cens. lib. 1. cap. 12.* Suarez. *de cens. dis. 3. sect. 11.* & alii apud Sperel. *l. c. nu. 34.* Ugol. *de cens. tab. 1. cap. 18. §. 1.* Bonac. *de cens. disp. 1. q. 1. punc. 9. nu. 9.* quia dolosus non debet ex dolo commodum reportare, sed habetur, ac si personaliter fuisset citatus. *L. dies cautionis. ff. de damn. infect.* Ciarl. *cap. 148. a n. 11.* ubi DD. an, & quando vero præsumatur facta domi, vel personaliter? vide Scacc. *de Jud. loc. cit. cap. 48.* Tusc. *litt. C. concl. 248.* Marant. *de ord. Jud. p. 6. membr. 1.* quod si citandus plures domos, & domicilia habeat, citatio debet fieri ad eam domum, in qua majori anni parte degere solebat; si vero æquali parte in omnibus degere solebat, citabitur ad eam domum, in qua latitans citationis tempore degebat. Asin. *in prax. Jud. §. 6. c. 1. & seqq.* Pirhing. *l. 2. decret. tit. 2. sect. 7. n. 224.*

Ergo citatio si fieri potest, debet esse personalis, & 20
citatio ad domum non sufficit, nisi prius persona citanda perquiratur per Civitatem, loca publica aut in suburbiis. Vant. *de nullit. ex def. cit. a n. 93.* Asin. *in prax. c. 1. n. 4.* & alii apud Eccles. *obs. for. 116.* quibus diligentiis peractis, si citandus omnino inveniri non possit, tunc ad domum citari potest, cum a Civitate abest vel a Provincia, aut certe dolo latitat, ut citari non possit, ex supra dictis. quibus addo Roman. *cons. 454. n. 5.* apud Eccles. *l. c.* juxta quos; DD. nuncius debet in his adhibere omnem diligentiam, & de illa in relatione attestari; cui in hoc puncto credetur. Bald. *in L. properandum. §. & si quidem. n. 13. Cod. de Jud.* Bar. *in L. si tamen. n. 3. ff. de leg. 2.* Tiraq. *de retr. lignag. §. 8. gl. 9. n. 23.* & alii apud Eccles. *loc. cit.* modo tamen referat de dicta diligentia facta, & non solum dicat, se citasse domi. DD. *cit.* Prædicta Limit. primo in causis, quæ celeritatem desiderant, ut est causa alimentorum, & similes; in quibus, ad hoc ut citatio ad domum facta sufficiat, satis est, quod citatus fuerit prius in Judicio perquisitus, qui si ibi non reperiatur, non est necesario perquirendus in aliis locis, licet ibi sit. Bar. *in L. dies cautionis. 4. §. ait Prætor. ff. de damn. infect.* Eccles. *loc. cit.* Limit. secundo si debet citari is, qui semel fuit in judicio, quo casu sufficit, ad hoc ut citatio domi facta subsistat, quod forte in dicto Judicio non reperiatur. Bart. & Vant. apud Eccles. *loc. cit. & obs. 45. n. 5. de appell.*

Citatio tamen, licet non fuerit personaliter facta, 21
nihilo minus sustinetur, si alias ad citati notitiam pervenit: quia notitia citationis ad domum factæ æquiparatur citationi personali. Seraphin. *dec. 90.* & DD. *sup. cit.* & generaliter, citatio licet non fuerit legitime executa a nuncio, tamen si venit ad notitiam citati ligat. Rom. *cons. 360.* Gail. *l. 1. obs. 48. n. 4.* Scacc. *de Jud. l. 1 c. 45.* Vant. *de nullit. tit. qualiter sententia. n. 122.* Boer. *dec. 235.* Rot. *divers. dec. 151.* quod tamen procedit, nisi statutum det formam citandi, & imponat pœnam nullitatis actus; tunc enim si nuncius illam formam non servaverit, prout illam servare tenetur sub pœna nullitatis. Tiraq. *de retr. lignag. §. 8. gl. 3.* ubi multos citat; & citatus non comparuerit, etiam si citationis notitiam habuerit, non redditur contumax, & actus facti illo absente sunt nulli, tanquam non citato; nam tunc forma statuti specifice, & non per æquipollens servari debet. *gl. in L. hac consultissima: in verb. judicio. Cod. qui testam. fac. poss.* Alex. *cons. 212. l. 2.* Vant. *tit. quot. & quib. mod. num. 55.* Rol. a Vall. *cons. 60. l. 4.* Menoch. *de arbitr. q. 30. n. 5. l. 1.* & alii apud Eccles. *obs. 37. de appell. n. 6.*

Citatio quæ fit personaliter, potest fieri sine scriptis, 22
secus quæ fit ad domum. Marant. in Specul. *p. 6. memb. 1.* & DD. *sup. cit.* Citatio tamen verbalis debet fieri coram duobus testibus, aliter nuncio non creditur. vide Scacc. *de Jud. l. 1. c. 32. nu. 23.* quorum nomina in testimonialibus relationis describenda sunt, aliter citatus non comparens non fit contumax. vide etiam Eccles. *l. c.* ubi testatur de consuetudine Pedem.

Citatio vero quæ fit ad domum, debet fieri in scri- 23
ptis, & est assignanda manibus domesticorum, vel ostio affigenda. Vant. *de nullit. ex def. cit. n. 88.* licet non sit præsens unus testis, imo quandoque projicitur quomodocumque in domum; quæ tamen non valeret, si ex Judicis commissione debebat esse personalis. Scacc. *l. 1. c. 48. de Jud.*

De cætero citatio verbalis non prohibetur fieri in 24
Ecclesia, nec per illam censetur fieri injuria Ecclesiæ, vel ejusdem immunitati. Bar. *in tr. de citat. q. 3.* Pax

Jord.

Jord. *de re judic. lib.* 14. *tit.* 1. *de cit. num.* 6. non obſtante, quod quis invitus citari non poſſit in propria domo, ſed citandus ſit ad domum. *L. plerique. ff. de in jus vocando:* diſparitas enim eſt, quod domus ſit juris proprii, quam proinde nemo invito Domino regulariter ingredi poteſt: Eccleſia vero eſt juris communis, in qua quilibet habet participationem. Jord. *loc. cit.* Sed an hæc procedant etiam in citatione facienda de mandato Judicis Laici? major eſt difficultas, & pro negativa videtur facere textus *in L.* 3. *ff. de off. Præſ. & L. obſervare.* §. *fin. ff. de Off. Proconſ.* in quibus habetur, quod Judex extra ſuum territorium habetur pro privato: & extra territorium jus dicenti impune non paretur. *L. fin. ff. de juriſd. omn. Jud. L. dum virum. Cod. de decurion. lib.* 10. *cap. ut animarum. in fin. de conſtitut. in* 6. quibus accedit, quod citatio dicitur actus judicialis, qui non poteſt a Laico in Eccleſia exerceri. Bal. *in L.* 2. *num.* 4. *Cod. do ſacroſ. Eccleſ.* verum, his non obſtantibus, affirmativa vera eſt, quam pluribus defendit Eccleſ. *obſ. for.* 7. *n.* 18. ubi plures citat, & ſignanter gloſ. *in L. præſenti. in vera. conveniendos. C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* cum ſit quædeam pura executio nuncii, quæ non eſt de proceſsus legitimitate, & licet commiſſio de citando ſit actus judicialis, non tamen eſt talis ipſa executio; & ideo talis citatio de mandato Judicis Laici in Eccleſia facta, etiam irrequiſito Judice Eccleſiaſtico, valida erit, etiam pro cauſa criminis, ita ut contra reum non comparentem, in contumaciam procedi poſſit. ita Eccleſ. *loc. c.* qui plures citat, & inter alios Abb. *in cap. inter alia, num.* 9. *in fin. verſ. poterit ergo tunc citari in Eccleſia. de immun. Eccleſ.* Marant. in Specul. *part.* 6. *de cit. n.* 129. ubi de communi. & citatio in cauſa alicujus Eccleſiæ contra Clericum facta, qui in dicta Eccleſia tenetur reſidere, ſi fuit facta in eadem Eccleſia, valet: ſicut etiam in cauſa matrimoniali. Scacc. *de Judic. lib.* 1. *cap.* 45.

25 Quæres, an Judex poſſit citare perſonaliter, aut realiter reum exiſtentem in alieno territorio? Reſp. de Jure Canonico negative, ita ut ſententia lata contra citatum exiſtentem extra ſuum territorium ſit ipſo jure nulla: quod probatur in *Clem. Paſtoralis. de re jud.* at de jure civili, ſunt, qui diſtinguant; quod nempe, quando territoria duo ſunt ſub diverſis principibus, citatio talis in territorio alterius fieri non poſſit. *gl. in cit. Clem. Paſtoralis. in verb. nota.* Bar. *in L.* 1. §. *Præſides. ff. de requir. reis.* Aretin. *conſ.* 135. *num.* 4. ſecus vero ſi duo territoria ſunt ſub eodem Principe, quamvis ſub diverſis Præſidibus. *gl. in d. clem. Paſtoralis.* Bart. *l. c.* Grat. *diſc. for. cap.* 655. *nu.* 17. apud Eccleſ. *obſ. for.* 177. *num.* 17. ſed contrariam etiam in ſecundo caſu, quando nempe territoria ſunt ſub eodem Principe, ſed ſeparata, & juriſdictiones diſtinctæ, defendit Salyc. *in L. omnes.* §. *executoribus. Cod. de Epiſc. & Cler.* & quod tunc ſint neceſſariæ requiſitotiæ: ut tradit etiam Rebuff. *de lit. requiſ. in præf. n.* 1. 3. & 37. apud Eccleſ. *loc. cit.* quam ſententiam etiam tenet Covar. *pract. quæſt. cap.* 10. *num.* 7. & illam probat ex *cit. Clem. Paſtoralis. & L. ult. ff. de juriſd. omn. Jud.* dicitque, quod poſt varias diſputationes ita reſponderint Jac. de Bel. *in repert.* §. *contrahentes. de for. comp. in* 6. *num.* 131. Joan. Fab. *in* §. *ult. inſt. de pœn. temer. litig.* & alii. Idque praxin forenſem recepiſſe.

26 Tandem ad valorem citationis requiritur, quod producatur, & reproducatur in actis. Scacc. *de Jud. l.* 1. *cap.* 89. hinc nuncius debet facere relationem ejuſdem executionis factæ, quæ relatio eſt de ſubſtantia citationis, ut de ea in actis legitime conſtet, alias totus corrueret proceſſus. Marant. in Specul. *p.* 6. *de cit. num.* 54. *memb.* 1. Gail. *obſ.* 54. *lib.* 1. Eccleſ. *obſ. for.* 37. *de appell.* Quæ tamen relatio, & reproductio fit abſque ulteriori partis citatione. Gabr. qui alios citat, *concl.* 1. *de cit. limit.* 38. *num.* 385. Pax Jord. *lib.* 14. *tit.* 1. *de re judiciar. nu.* 17. Et fieri poteſt etiam ipſi ſoli Notario, etiam Judice non præſente, qui eandem actis inſerere debet. Jord. *loc. cit.* Cui nuncii relationi, ſi ſit facta cum deſcriptione teſtium citationi præſentium, ut ſupra notavimus, ob ejuſdem juramentum, & publicum officium, creditur. *gl. in cum parati.* 19. *verb. ſuus nuncius. de appell.* Limita primo, niſi citatus eſſet Perſona illuſtris; aut in dignitate conſtituta; & jurato affirmaret, ſe citatum non fuiſſe: tunc enim huic magis, quam nuncio, qui plerumque eſt perſona vilis, creditur. Marant. *de ord. jud. p.* 6. *de citat. n.* 53. *ſeqq.* Mynſing. *cent.* 6. *obſ.* 10. *a. n.* 8. P. Pirhing. *l.* 2. *tit.* 2. *ſect.* 7. *n.* 225. Jord. *lib.* 14. *tit.* 1. *de re jud. num.* 17. & 50. Gabr. *de citat. concl.* 4. *num.* 8. Limita ſecundo: ſi nuncius referret, citatum eſſe vere contumacem; quia forſan dixerit, ſe nolle comparere, aut ſimilia, tunc enim in hoc paſſu ei non creditur. Gabr. *de cit. concl.* 4. quem vide. ubi plures caſus, in quibus nuncio, vel creditur vel non creditur. Jord. *loc. cit.* Imo nec creditur ei, de tenore citationis. Fel. *in cap. quoniam. nu.* 51. *de prob.* Jord. *loc. cit.* ubi citat duas Rotæ Rom. deciſiones; & ideo non ſufficit actuarium atteſtari in actis, citationem fuiſſe legitime executam per nuncium, & reproductam, niſi inferatur proceſſui totus citationis tenor. Jord. *loc. cit.*

Citationem Auditoris Cametæ extra curiam quilibet 27
poteſt exequi; ſed de conſuetudine Notarius coram duobus teſtibus debet exequi, & executionem ſub proprio ſigno, & manu in calce citationis referre; & relationem extendit per modum inſtrumenti publici. Vant. *de nullit. ex def. cit. num.* 149. Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 8. & hæc executio debet eſſe perſonalis, ſi fieri poteſt, aliter poteſt fieri ad domum, vel Eccleſiam. vide Vant. *loc. cit. nu.* 86. 122. & 139. poteſt talis citatio exequi etiam a parte principali. Scacc. *loc. cit.*

Porro citatio nulliter facta convalidatur multis mo- 28
dis, & primo per comparitionem citandi. Felin. *in cap. gratum. nnm.* 4. *verſ. ſecundo nota, de Off. deleg. & in cap. contingit, de reſcr.* Gabr. *de cit. concl.* 3. *num. ult.* Jord. *loc. cit. num.* 177. an autem convalidetur ex ſola notitia citationis factæ, vidimus ſupra. Ulterius ſanatur, quando quis ſe habet pro citato, & pro tali quocumque modo ſe declarat. Jord. *loc. cit.* apud quem vide alios modos, quibus hæc nullitas citationis ſanatur.

§. II.

Quando, & in quibus ſit neceſſaria citatio?

Regula eſt univerſalis, quod in quovis actu judicia- 29
li, ſive extrajudiciali, qui poteſt eſſe tertio præjudicialis, citari debeant omnes, quorum intereſt, & qui ex illo actu lædi poſsunt. *L. de unoquoque.* 47. *ff. de re jud. L. nam ita.* 39. *ff. de adopt. L. ſi quando.* 19. *Cod. de teſt.* Marant. *de ord. Jud. de cit. p.* 6. Gail. *ſæpe cit. obſ.* 48. Gabr. *de cit. concl.* 1. *n.* 1. ſub pœna nullitatis actus: ut ſupra ab intio notavimus; quod procedit etiam in Papa, Imperatore, & aliis Principibus, qui etiam regulariter debent citare partes. Gabr. d. *concl.* 1. apud quem poteris videre multas ampliationes, & limitationes. Quod ampliatur, ut quando requiritur citatio, non ſufficiat intimatio actus jam facti ſine illa. Gabr. *l. cit.* Pax Jord. *l. ſup. cit. num.* 105. & quidem ante litem conteſtatam citandus eſt principalis, ſi ſit præſens, alias procurator, ſi adſit: poſt litem vero conteſtatam, quia jam procurator Dominus litis effectus eſt, debet ipſe citari, ſive præſens, ſive abſens ſit Dominus. Bart. *in tr. de citat. q.* 4. ita ut alias actus ſit nullus, utpote ſine citatione celebratus. Pax Jord. *lib.* 14. *tit.* 1. *num.* 54. *de re judic.* ubi dat rationem: quia qui litigat per procuratorem in civilibus videtur proteſtari, ſe nolle comparere per ſe ipſum, ideo citatio ipſum non arctat, niſi etiam citetur procurator: idem dic de citatione ad audiendam ſententiam, nam ſufficiet citare procuratorem. Vant. *de nullit. ex defect. citat. n.* 85. Ciarlin. *contr. for. c.* 47. *num.* 55. nec ſufficeret citare Dominum.

Citatio eſt etiam neceſsaria ad ſententiam, & qui- 30
dem perſonalis, ac utriuſque partis. Lap. & Abb. *in Clem. ſæpe. de verb. oblig.* niſi fieret ad inſtantiam partis: tunc enim una tantum pars eſset citanda; nam pars, quæ facit citare alteram partem, & ſe ipſam citare cenſetur. Secus ſi ex officio. Nec ſufficit generalis citatio ad cognoſcendam voluntatem Judicis, ſed debet eſse ſpecialis ad audiendam ſententiam. Riccius *in prax. Bull. Clem. VIII. reſ.* 32. & 33. *part.* 4. *gl. in Clem. ſæpe, in verb. ad id. de verb. ſignif.* Gabr. *de cit.*

conl.

concl. 1. n. 300. Alex. *conf. 105.* Iate Eccles. *obs. for. 101. a num. 1. ad 3.* Neque sufficit prior citatio, si fuit circumducta per non comparitionem citantis vel ob aliam causam. Pax Jord. *l. 4. tit. 2. n. 122.* Riccius *l. c.* ex urgentissima tamen causa potest fieri ad domum. Gabr. *l. c. concl. 1.* Vant. *de nullit. ex def. cit. an. 82.* & plerique apud Riccium *loc. c. ref. 32.* & Judice mutato nova requiritur citatio. Idem. *ref. 33.* Gabr. *loc. c. n. 120.* nisi causa fuerit bene discussa, & de omnibus cognitum ex evidentia facti. Vant. apud Ciarlin. *cap. 49. num. 55.* & alii. Seraph. *decis. 388.* Et de jure ad audiendam sententiam citatio debet fieri ad certam diem, & si illa die non feratur, sententia est ipso jure nulla. Joan. Sichard. *in L. ut si proponis. la 2. n. 7. & 10. Cod. quom. & quand.* Gabr. *l. c. num. 116.* ita ut citatio pro singulis diebus, & horis dicatur nimis vaga, etiamsi fiat pro prima die juridica, & postea pro singulis diebus, & horis; quia tunc sustineretur pro dicta juridica die, & sequenti ad summum, & non ultra. ita Put. *decis. 152.* Crescent. *decis. 10. de dol. & contum.* Grat. *disc. for. c. 208. n. 28.* apud Eccles. *loc. cit. num. 9.*

31 Limit. primo hæc conclusio, quod ad sententiam requiratur citatio, quando partes sunt præsentes; tunc enim non sunt necessario citandæ ad sententiam. Angel. *in L. de unoquoque ff. de re jud.* cum aliis cumulatis a Gabr. *de cit. concl. 1. nu. 411.* apud Eccles. *loc. cit.* ubi quod etiam sufficit præsentia procuratoris. Seraph. *dec. 388.*

32 Limit. secundo, quando Judex in prima citatione fuisset comminatus, quod citato non comparente procederet contra eum ad omnes actus, etiam ad sententiam. Bart. *in L. impuberibus. §. item si quis. ff. de suspect. tut. & in L. consentaneum. Cod. quom. & quand.* Gabr. *concl. 1. n. 401.* Eccles. *loc. cit. n. 4.* Item quando quis fuit citatus ad omnes actus, & in singulis fuit contumax; non enim debet tunc citari ad sententiam. Specul. *in tit. de cit. §. 3. a. n. 8.* dummodo tamen judex in peremptorio fuerit comminatus, se pronunciaturum. *ad c. fin. de dol. & cont. & L. properandum. Cod. de jud.* Gabr. *loc. cit.* apud Pac. Jord. *l. 14. tit. 1. nu. 129.* alias enim deberet citari etiam ad sententiam. Jas. *in L. nec quicquam. n. 50. ff. de Off. Proconf.* Rebuff. *de contum. & defect. art. 8. gl. 2. nu. 13.* apud Eccles. *obs. for. 33. de appell.* Item, quando quis fuit citatus ad totam causam, & ad omnes actus: nam tanta est vis hujusmodi citationis „ *ad omnes, & singulos actus*, ut omnia comprehendat, & virtute illius possit contra non comparentem ad sententiam definitivam perveniri. Angel. *in L. qui ante Calendas. n. 4. ff. de Verb. oblig.* Eccles. *d. obs. 33.* cum hac tamen moderatione, quod taliter citari possit duntaxat ille, qui agit in remotis, & longinquis Regionibus. Jas. *in d. L. nec quicquam. n. 37.* Castr. *conf. 81. l. 2. n. 3.* secus, quando quis est prope locum Judicii; quia tunc in omnibus actibus requiritur specialis citatio. Alex. *in d. L. qui ante Calendas. n. 11. ff. de verb. oblig.* Marant. in Specul. *p. 6. membr. 1. num. 118.* Scacc. *de Judic. cap. 88.* ubi de communi. Eccles. *loc. cit. n. 7.* & tunc procedit regula, quod contumax in uno actu non fit contumax in aliis. *glos. in cap. ult. in verb. non teneris. de dol. & contum. in 6. cap. olim. in fin.* ubi DD. *de test.* Rebuff. *d. art. 8.* & alii apud Eccles. *loc. cit.* quamvis non desint, qui defendant, quod citatus ad processum, iterum sit citandus ad sententiam, etiam fuerit additum, quod aliter procederetur prout juris. ita *gl. in L. quæsitum. ff. de re jud.* Bart. *in L. statu liberos. §. stichus. ff. de stat. liber.* Rebuff. *d. gl. 2. n. 13.* Castr. *in L. in peremptorio. ff. de Jud.* & alii, quos vide apud Eccles. *d. obs. 33.*

33 Limit. tertio, quando quis fuit monitus a Judice, ut tali tempore compareat ad audiendam sententiam: nam simplex admonitio judicis habet vim peremptorii, & constituit jussum comparere in vera contumacia, obtinetque locum citationis *gl. in L. si apparitor. Cod. de cohort. lib. 12. L. 2.* & ibi *gl. Cod. quom. & quand.* Cæpol. *caut. 45. in fin.* Marant. in Specul. *p. 6. de cit. n. 49.* & alii apud Eccles. *obs. for. 101.* ubi late.

34 Limit. quarto, in simplici declaratione sententiæ, non respiciente ejusdem substantialia: tunc enim non esse opus citatione partis dicit Cavalcan. *conf. 19. num. 4.* Mascard. *de probat. concl. 124. n. 34.* apud Eccles. *obs. for. 30. n. 14.* quamvis secus sit in declaratione versante circa substantialia. ut tenet Inn. *in cap. olim. de verb. signif.* Ruin. *conf. 38. n. 10. l. 1.* Mascard. *loc. cit.* & alii apud Eccles. *loc. cit.* ex quo etiam interpretatio debeat fieri cum causæ cognitione. Milan. *decis. 2. n. 38. l. 1.* apud eundem Eccles. *loc. cit.*

Sed in executione sententiæ, quæ fieri petitur super eadem re, super qua lata fuit sententia, an sit necessaria nova citatio? controversum est inter DD. pro negativa stant Bar. *in L. a divo Pio. §. in venditione. nu. 2. ff. de re jud.* & ibi Jas. *num. 2.* Inn. *in cap. cum super, in fin. de re jud.* Marant. in Specul. *p. 6. act. ult. de execut. sent.* Gabr. *tit. de citat. concl. 1. nu. 131.* & alii apud Eccles. *obs. for. 53. de appell.* sed affirmativam defendunt Rebuff. *tit. de exec. sent. art. 7. gl. 11. n. 10.* Asin. *in prax. §. 31. c. 4. num. 1.* Maresc. *var. resol. l. 1. c. 31. n. 1.* qui hanc dicit veriorem, & æquiorem. Bal. *in L. 1. n. 13. Cod. de Jur. & fact. ignor.* ratio est, quod alioquin pars propter multas exceptiones, quas fortasse opponeret, lædi posset; quibus accedit Scacc. *tit. de appell. quæst. 11. n. 188.* & alii apud eundem Eccles. *loc. cit.* Quæ affirmativa vel maxime etiam procedit, si non Judex, qui condemnavit, sed ejus successor sententiam exequi vellet, vel non contra reum, sed contra jus successorem: tunc enim de jure communi necessaria est citatio. ut voluerunt Bald. *in L. ordo. Cod. de execut. rei jud.* Alex. *in de. L. a divo. Pio. §. in venditione. n. 35.* Marant. in Specul. *d. act. ult. n. 18.* Rot. apud Ludovis. *dec. 545. n. 6.* Asin. Maresc. & alii apud Eccles. *loc. cit.* quem vide; ubi etiam quod requiratur, quoties non imploratur officium judicis pro executione sententiæ, sed intentatur actio in factum ratione judicati, imo tunc requiritur novus libellus, litis contestatio & alia. ubi multos citat. 35

Limit. quinto in sententia ferenda contra illum, qui captus, vel arrestatus auffugit; non enim opus est tunc alia citatione. Oldr. *conf. 55. in 17. casu.* Marian. *de cit. col. 65.* Gabr. *concl. 1. de cit. lim. 58. num. 422.* Specul. *in tit. de citat. §. 3. in fin. per cap. ex litteris. de excess. Prælat.* & alii apud Pacem Jord. *lib. 14. tit. 1. nu. 128.* alias limitationes vide apud eundem Jord. *loc. cit. a num. 123.* an autem citatio ad sententiam debeat esse peremptoria, vel triplex, vide Felin. *in cap. consuluit. num. 8. de offic. deleg.* Riccium *d. ref. 32. num. 6.* 36

Nunc divertendo ad conclusionem primam, quod citatio sit necessaria ad omnes actus præjudiciales, ampliatur, id procedere etiam in notoriis. Scacc. *de Jud. l. 1. c. 88.* in qua opinione DD. non conveniunt, sed multi stant tam pro affirmativa, quam pro negativa. & ideo Gabr. *de cit. concl. 1.* & Marant. *ad tit. de cit. a n. 2. ad 39.* Farin. *de delict. & pœn. q. 21. a n. 66.* faciunt in hac quæstione multas ampliationes, & limitationes, ad quos me remitto. 37

Citatio est etiam necessaria in declaratione caducitatis a Domino facta contra emphyteutam ob canonem non solutum &c. Sperel. *dec. 71. n. 12.* qui tamen contrariam sententiam tanquam veriorem tenet; quia non solvens canonem ipso jure cadit a jure suo. & citat Corn. *conf. 115. n. 7. 8. l. 1.* Gabr. *l. c. concl. 1. lim. 86. n. 474.* Mantic. qui de communi, & veriori, *de tacit. l. 22. tit. 27. a n. 31. ad 33.* Gratian. *disc. for. c. 36. n. 10. seq.* & alios. 38

Item citatio est necessaria in taxatione expensarum, nisi pars condemnata in prolatione sententiæ fuerit contumax. Dec. *in cap. pastoralis. §. verum. de appell. n. 31.* Tiraquel. *in res inter alios. limit. 17. nu. 53. in fin.* ubi dicit, hanc opinionem in praxi servari. Rebuff. *de expens. art. 5. gl. un. n. 6.* Canonistæ *in c. finem litibus. de dol. & contum.* Gabr. *de cit. concl. 1.* cum aliis, quos vide apud Eccles. *obs. for. 52. de appell.* nisi eadem die, qua fertur sententia cum expensarum condemnatione subsequatur taxatio. Bald. *in L. terminato. n. 8. Cod. de fact. & expens. lit.* dicens ita intelligendos esse DD. qui alia contrarium dicere videntur; quod si tamen victus, & in expensis condemnatus fuit contumax in causa principali, non est necessario citandus ad expensarum taxationem. Bald. *in d. L. terminato.* & Canonistæ *in cit. c. finem litibus.* quos vide apud Eccles. *l. c.* 39

40 Item, quamvis in causa judicati, & virtute instrumentorum habentium executionem paratam &c. dum capiuntur pignora, ad effectum illa subhastandi, & deinde subhastantur, non requiratur citatio, ex quo non sint actus magni præjudicii, sed reparabiles, quando Judex procedit ad interpositionem decreti. Marant. in Specul. *p. 6. tit. de execut. sent. num.* 19. Afflict. *decis.* 358. *num.* 3. Asin. *in prax.* §. 7. *limit.* 11. *num.* 9. Grat. *disc. for. cap.* 375. *num.* 1. Mangil. *de subhastat. quæst.* 147. & ibi Rot. Eccles. *obs. for.* 120. tamen quando post pignorationem, & subhastationes Judex procedit ad ultimum actum, scilicet interpositionis decreti super distractione, seu adjudicatione, debet pars citari; quia tractatur de magno præjudicio, utpote de translatione dominii. Afflict. *loc. cit.* Marant. *loc. cit.* ubi dicit, ita se vidisse practicari, ut Judex saltem semel partem citet ad allegandum, cur pignora vendi non debeant. &c. quam citationem esse necessariam asserit Rol. a Valle *cons.* 32. *lib.* 1. *num.* 30. Guido Pap. *quæst.* 329. Grat. *disc. for. cap.* 375. *num.* 1. & alii apud Eccles. *obs. for.* 143. ubi late; & de materia, quando hoc decretum interponitur contra pupillorum &c.

41 Item citatio requiritur ad obtinendam possessionem alicujus rei, quam alius injuste possidet: ideoque illa requiritur, quoties agitur de ejiciendo aliquem etiam injustum, & illicitum detentorem a possessione. Rot. *in antiquis in decis.* 5. *de restit. spoliat.* Bal. *in dec.* 245. Magon. *decis.* 20. Cravet. *cons.* 172. *num.* 10. Riccius *in prax. var. res. p.* 3. *res.* 582. Gabr. *commun. conclus. de citat. concl.* 1. *num.* 72. ubi alii, & diximus infra *in praxi Clausul. Apostol. claus.* 4. *amoto. &c.* quod procedit, etiamsi possessor fuerit ignoratus, ac ideo omissus; nam postea comparens, tanquam non citatus, annullat omnia gesta, nec ei præjudicatur. Gabr. *loc. cit. num.* 73. Nec sufficit possessorem citare per proclama generale, seu cum clausula „ *citamus omnes interesse habentes* „ sed si de illo constat, debet personaliter citari. *DD. cit.* Conclusio tamen limitatur primo, si fiat restitutio ad possessionem antiquam, quam alius occupaverat post judicis inhibitionem. Calcan. *cons.* 82. *col. penult.* apud Gabr. *loc. cit. num.* 74. Secundo limitatur, quando quis notorie injuste possideret. Gabr. *loc. cit. num.* 76. *&* 446. ubi de executore Apostolico; citandus enim non est is, cui certum est defensionem non competere, nec contradicere posse; ad id, quod aliquo invito fieri potest, potest etiam fieri ipso absente, & non citato. *L. qui potest. ff. de R. I.* vide Vantium *de nullit. ex defect. citat. num.* 20. adverte tamen, hanc secundam limitationem esse valde periculosam, ne quis debeat postea purgare attentata, propter difficultatem, & arbitria quæ intrant in judicando, quando possessori nulla potuerit competere defensio; & ideo semper tutius erit partem citare. Tertio limitatur, quando quis fuit in processu citatus, in quo agebatur de ejiciendo ipsum e possessione; tunc enim non est necesse, eum etiam citare in actu tradendæ possessionis. Gab. *num.* 78. Quarto limitatur, dum agitur de possessione vacante obtinenda; cum tunc nullus adsit, qui hac possessionis obtentione lædi possit; & ideo nulla requiritur citatio. *L. ille a quo* §. *si de testamento. ff. ad Trebell.* Menoch. *de recuper. remed.* 6. *num.* 87. & alii multi apud Riccium. *loc. cit.* Gabr. *l. c. num.* 367.

42 Citatio requiritur etiam in examine testium, ad perpetuam rei memoriam; debet enim tunc citari pars ad videndum illos jurare. Socin. jun. *cons.* 86. *num.* 14. *lib.* 2. Tusc. *litt. C. concl.* 155. Eccles. *obs. for.* 66. *de appell.* & quidem personaliter. Bellam. *in cap. quoniam frequenter.* §. 1. *num.* 11. *ut lit. non constet.* ubi Bald. Dyn. *in L. dies cautioni.* §. *Prætor. ait. ff. de damn. infect.* & alii apud Eccles. *l. cit.* nisi pars citanda agat in remotis; nam tunc sufficit illam citare ad domum solitæ habitationis, aut per edictum, si domum non habeat. Bald. *in auth. sed & si quis. num.* 7. *Cod. de test.* aut nisi receptio testium tantum fiat, non ut eorum dicta statim publicentur, sed ut clausula, & sigillata teneantur, donec lis debito modo moveatur. Bart. *in L.* 4. §. *Prætor ait. ff. de damn. in fect.* Tusc. *loc. cit.* Rol. *cons.* 23. *num.* 11. Felin. *in cap. significavit. num.* 3. *de test.* cum aliis apud Eccles. *l. c.* & quod hoc casu sufficiat una citatio non peremptoria, tenet Scacc. *de Jud. caus. concl. crim. & hæret. cap.* 91. *num.* 36. imo illa etiam omitti omnino possent, si periculum esset in mora, ut citationi ob mortem, aut absentiam testium imminentem locus esse non possit. ita Felin. *in cap.* 2. *num.* 13. *de test.* Bald. *in d. cap. quoniam frequenter. num.* 4. Vestr. *in prax. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 3. Maran. in Specul. *p.* 6. *de citat. num.* 29. Rebuff. *de inquisit. seu commiss. art.* 12. *gl.* 2. Mascard. *de prob. concl.* 683. *num.* 4. Farin. *quæst.* 72. *num.* 38. *in prax. crim.* Eccl. *loc. cit.*

Nunc redeundo ad principalem conclusionem, quod 43
citatio requiratur in quolibet actu, qui potest esse parti præjudicialis, illam Limit. I. Si citandus alias sit præsens in judicio; tunc enim non est opus alia citatione, dummodo tamen a Judice certioretur de actu, qui fit in sua causa. Marant. *p.* 6. *de citat. nu.* 12. Gail. *lib.* 1. *obs.* 48. Gabr. ubi multos allegat. *loc. cit. num.* 411. quamvis contrarium teneat Bar. *in L.* 1. *ff. de in jus vocando*, quod nempe reus in judicio respondere non teneatur, nisi citetur: sed primam sententiam tenet Pax Jord. *lib.* 14. *tit.* 1. *num.* 141. quod reus non possit dicere „ *cita me* „ bene vero possit petere terminum ad deliberandum; & dat rationem; quia nempe certioratus non debet ultra certiorari. *L.* 1. *ff. de act. empt.* non enim refert, qualiter quis sit in judicio, per citationem, vel sine. *L. de unoquoque. ff. de judiciis.* & not. *in cap. ult. de elect. in* 6. nam citatio non fit ad deliberandum, sed ad comparendum.

Limit. II. Si citatio sit notoria, v. g. ob delictum 44
Rei notorium; ita ut nulla tergiversatione celari possit, & quod nulla omnino excusatio ipsi competat; tunc enim potest statim ad definitivam procedi. *cap. de manifesta.* 17. *caus.* 2. *quæst.* 1. vide P. Pirhing. *lib.* 2. *tit.* 2. *sect.* 7. §. 3. *num.* 227. secus si simus in notorio, quod posset excusari. vide Gabr. *de cit. concl.* 1. *a num.* 2. *seqq.* ubi DD.

Limit. III. Si reus sit suspectus de fuga, vel alias pe- 45
riculum sit in mora. Gabr. *concl.* 1. *num.* 302. 304. *seqq.*
Limit. IV. Si citandus, etsi præsens esset, non posset tamen actum impedire, vel contradicere. *arg. L. qui potest.* 26. *ff. de Reg. Jur*, Pirhing. *loc. cit.* Gabr. *de cit. concl.* 1. *num.* 348. ubi DD.

Limit. V. Quando alicujus negotium non principa- 46
liter, sed secundario, & in consequentiam tantum tangitur; ut quando citatur principalis debitor non est necessario citandus etiam fidejussor. Marant. *l. c.* Pirhing. *ubi supra.* DD. apud Vant. *de nullit. ex def. cit. n.* 19.

Limit. VI. In omnibus causis, in quibus proceditur 47
sine figura Judicii, sive de plano; tunc enim valet etiam sententia lata pro reo absente non citato. Marant. & Pirhing. *loc. cit.* Quod tamen requiratur citatio etiam in causis summariis, in quibus proceditur omisso Juris Ordine, & sine figura Judicii; tenent Capyc. *dec.* 1. *num.* 35. *&* 36. Cacheran. *in dec.* 79. *sub num.* 13. Grat. *in decis.* 231. *num.* 2. *&* 4. & alii apud Riccium *in prax. var. res. p.* 3. 582. etiam in causis modici præjudicii. Roman. *in singul.* 403. Marsil. *in L. de unoquoque. ff. de re jud.* & Gabr. *in com. concl. tit. de cit. num.* 36. *seqq.* ubi late. Etiam quod sententia esset prolata in favorem non citati. Ricc. *loc. cit.* Gabr. *loc. cit. num.* 67. ubi DD. & Alex. *in L. properandum.* §. *sin autem reus. Cod. de jud. col.* 2. qui dicit, quod glos. ibi, quæ contrarium tenet, communiter reprobetur. supra *num.* 1.

Limit. VII. In illo, qui frivole, & frustratorie ap- 48
pellavit ab interlocutoria, vel gravamine, ex quo tunc videatur protestari, quod nolit amplius comparere: tunc enim non debet amplius citari etiam ad sententiam, nisi sponte ab appellatione recesserit. *cap. fin.* ubi gl. *de dol. & contum. in* 6. Gabr. *num.* 425. similiter nec ille, qui citatus statim executa citatione ascendit equum, & ivit ultra mare; nam tunc sufficienter verbis, & factis satis se declarat, quod nolit comparere. Gabr. *de cit. concl. num.* 317. ubi alios cumulat. Pax Jord. *l. sup. cit. nu.* 137. Item nec citatus, qui absolute respondit in citatione, se nolle comparere. Riccius *in prax. var. resol. p.* 2. *res.* 418. ubi DD. Gabr. *loc. cit. num.* 429. ubi ampliat, & limitat. Vant. *de nullit. ex def. cit. num.* 98. Nec citatus ad totam causam, si discesserit, non relicto procuratore. Limita de stylo. vide Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 88. *num.* 17. Vant. *a num.* 98. & alios.

Limit. VIII. Quando Judex procedit ex officio, 49
quoad illas causas, in quibus ex officio procedere potest, & quando procedit ad suam tantum informationem;

tunc

tunc enim citatio non requiritur. Bald. *in L. non dubium. col. 6. Cod. de L. L.* Gabr. *l. c.* cum ibi *alleg. n.* 344. Jord. *l. cit.*

50 Limit. IX. In causa hæresis; in qua contra inquisitum potentem testes recipi possunt, etiam parte non citata. *cap. fin. de hæret. in* 6. Gabr. *l. cit. num.* 343. vide Scacc. *de jud. l.* 1. *c.* 43. Jord. *l. c. n.* 139. Plures alias limitationes vide apud Marant. *d. p.* 6. *de cit.* Gabr. *com. conl. l.* 2. *a concl.* 1. *an.* 302. Jord. *loc. cit.*

51 Quær. an requiratur citatio coram judice a quo, post desertionem ob non interpositam, seu introductam appellationem in executione sententiæ? & negativam tenet Marant. in Specul. *p.* 6. *tit. de appell. num.* 200. Surd. *cons.* 139. *n.* 5. Mastril. *dec.* 166. Scacc. *de appell. q.* 11. *n.* 150. *vers. adverte*. Eccles. *obs. for.* 7. *de appell.* sed, cum nullus actus coram judice ad quem fuerit factus, poterit Judex a quo sententiam exequi sine pronunciatione desertionis. Quod est utile propter celeritatem executionis. Castill. *dec.* 83. *num.* 1. verum, quod, quando appellatio facta est deserta regulariter, debeat pars citari ad dicendum causas, quare sententia exequi non debeat, tenent Gratian. *disc. for. c.* 40. *num.* 3. *& cap.* 61. *num.* 1. Bar. *in. L.* 1. *num.* 9. *ff. nil innov. appell. pend.* Bald. *dec.* 465. Asin. *in prax.* §. 7. *c.* 5. *limit.* 9. *n.* 1. Marescot. *var. res. c.* 31. *nu.* 2. Alex. *in L. a divo Pio.* §. *in venditione. n.* 32. *ff. de re jud.* Scacc. *de appell. q.* 11. *nu.* 192. Marant. in Specul. *p.* 6. *act. ult. n.* 16. Eccles. *l. cit. n.* 3.

52 Quær. secundo, an sit necessaria citatio in concessione sequestri. Resp. quod si sit periculum in mora, uti timor fugæ, dilapidationis &c. quod citatio partis necessaria non sit. Jas. *in L. si fidejussor.* 5. *si satisdatum* 9. *ff. qui satisd. cog.* Joan. Sichard. *in L. un. nu.* 2. *Cod de prohib. seq. pec.* Caroc. *de sequestr. p.* 3. & alii apud Eccles. *obs. for.* 201. secus vero si periculum non sit in mora. Rebuff. *de sequestr. art.* 1. *gl.* 1. *n.* 22. Guid. Pap. *q.* 246. Angel. *cons.* 107. *n.* 2. Mynsing. *obs.* 11. *n.* 2. *cent.* 2. Rot. apud Farin. *q.* 654. *nu.* 2. *in select. p.* 2. & alii apud Eccles. *l. c.* qui asserit in illa patria Sen. Pedem. observari primam opinionem in sequestratione rei mobilis, ne debitor citatus instruatur ad fugam una cum ipsa re, vel illam dilapidet; de cujus tamen suspicione debet prius doceri. quem vide.

§. III.

De effectibus citationis.

53 Citatio arctat citatum ad comparendum, nisi justa causa excusetur, aliter punitur ut contumax; de quo infra in verb. *contumacia.* antequam tamen contra contumacem procedatur, actor comparere debet in termino illi assignato, & alterius contumaciam accusare. Judex tamen non tenetur contra contumacem procedere. *ad L. non quicquid. ff. de jurisd. omn. jud.* sed potest facere gratiam parti contumaci, eique parcere, etiam in præjudicium alterius partis. Imo etiam citationem circumducere potest, alia parte non citata. Specul. *l.* 2. *p.* 1. *tit. de contum.* §. 2. *n. ult.* & ibi Bald. *in addend. post princ.* Goffr. *in sum. de Offic. deleg. nu.* 58. Jord. *l.* 14. *tit.* 1. *n.* 117. ubi etiam *n. seqq.* aliqua notat de circumductione citationis.

54 Citatio inducit præventionem in concursum Jurisdictionis plurium Judicum, ita ut citatus coram judice citante comparere debeat, etiamsi postea alienæ Jurisdictionis esse cæperit. *cap. pen. de for. comp. L. si quis posteaquam. 7. ff. de jud.* Marant. *dis.* 6. *n.* 20. Gail. *l.* 1. *obs.* 74. *n.* 18. quamvis citatio non tollat exceptionem declinatoriam competentem ante præventionem. *L. si quis ex aliena.* 5. *ff. de jud. L.* 2. *ff. si quis in jus voc.* Pirhing. *l.* 2. *tit.* 2. *n.* 228. *vers. secundo.*

55 Citatio perpetuat Jurisdictionem judicis delegati, etiamsi nondum ad notitiam citati pervenerit, si tamen de mandato judicis jam emanarit; ita ut morte delegantis non expiret jurisdictio delegati, *cap. gratum.* 20. *de Offic. Jud. deleg.* Gail. *obs.* 74. Mynsing. *cent.* 4. *obs.* 26. *n.* 3. Pirhing. *loc. cit.* vide Gabr. *de citat. concl.* 2. *&* 3.

56 Citatio interrumpit præscriptionem 30. vel 40. ann. etiamsi fuerit unica, & simplex, & non peremptoria, dummodo valida. Gail. & Mynsing. *l. c. gl. in L. sicut.* 3. *verb. executorem. & in L. cum notissimi verb. solam*

conventionem. Cod. de præscr. 30. *vel.* 40. *ann.* Pirhing. *loc. cit.* nisi tamen fraudulenter fieret ad interrumpendam præscriptionem, non ad judicium prosequendum. Pax Jord. *lib.* 14. *tit.* 1. *n.* 167. nisi citatio fieret, postquam usucapio jam est impleta.

Citatio inducit vitium litigiosi, ut lite pendente ni- 57
hil possit innovari. *auth. litigiosa. Cod. de litig. & Clem.* 2. *juncta gl. verb. ad hoc ut lit. pend.* dummodo citatio ad notitiam citati pervenerit, aut per eum steterit, quo minus perveniret, & sit legitime executa, cum expressione causæ, propter quam fuit citatus, DD. *sup. cit.* & Marant. *p.* 6. *de citat. n.* 70.

Citatio edictalis, in qua fuerunt citati omnes sua 58
interesse putantes, facit, quod sententia lata contra omnes citatos prosit auctori indirecte contra omnes, ac si nominatim fuissent citati, cum agitur de conservatione, seu manutentione, nisi dein aliquis compareret, ostenderet vel aliquod impedimentum legitimum, vel ignorantiam citationis; quia tunc denuo esset admittendus ad agendum, vel excipiendum. Felin. *in cap. gratum. de Offic. & potest. Jud. deleg.* Imo posset a die scientiæ quandocumque appellare. Mascard. *de prob. concl.* 121. Scacc. *de Jud. l.* 1. *c.* 34. *n.* 17.

Citatio per edictum affixa in locis rei emendæ vi- 59
cinis reddit emptorem securum ab evictione. Gail. *l.* 1. *obs.* 57. *num.* 18. Marant. in Specul. *p.* 6. *memb.* 1. qui loquitur de creditore posterire vendente rem sibi hypothecatam, qui citans omnes interesse prætendentes liberatur. Item citatio per edictum præservat hæredem, ne teneatur ultra vires hæreditarias. de quo in Verbo *Hæres*.

Citatio cum clausula, *si sua putaverit interesse*, an, 60
& quando arctet Clericum ad comparendum coram judice Laico, ita ut possit contra eum non comparentem, tanquam contra contumacem procedi? vide Eccles. *obs. for.* 29. *de appell. & in verb. debitor. n.* 107.

Citationis defectus impedit executionem rei judica- 61
tæ, sententiarum etiam conformium. Ruginel. *de appel.* §. 4. Scacc. *de appell. q.* 9. *remed.* 1. *concl.* 4. *n.* 34. *vers. intellige*. Vant. *de nullitatibus ex defect. l. c. n.* 2. 3. *& seq.* & alii apud Ciarlin. *c.* 49. *nu.* 43. Ita ut huic nullitati derogari non possit, cum proveniat ex jure naturali, & divino, & ideo etiam non comprehenditur in statuto excludente nullitates. *loc. c.* & hæc procedunt tam si citatio sit omissa, quam si sit nulliter facta. idem Scacc. *num.* 35. modo tamen illius defectus non consistat tantum in ordine, & in falsa causa. Idem Scacc. & citationis defectus, cum sit juris naturalis, & divini, est insanabilis. ut late Felin. *in cap. ex parte. num.* 10. *de Offic. deleg. L. de unoquoque. ff. de re jud.* Scacc. *loc. c.* nisi paucis in casibus, de quibus supra.

Citatus a judice incompetente debet comparere, & 62
allegare suam exemptionem, aliter propter suam contumaciam perdit privilegium. Riccius *in prax. var. res. p.* 2. *res.* 148. & videtur prorogare. Ciarlin. *c.* 44. *&* 164. ubi DD. nisi notorium sit, judicem non habere jurisdictionem; tunc enim non tenetur comparere ad allegandam suam exemptionem &c. ut v. g. in Clerico citato a Judice sæculari. Mynsing. *cent.* 6. *obs.* 7. Pirhing. *l.* 2. *tit.* 2. *sect.* 7. §. 3. *vers. porro*. Secus in dubio; tunc enim debet se sistere, & allegare incompetentiam, seu privilegium &c. *L.* 2. *& ibi gl. verb. sciatur. ff. si quis in jus vocat*. De qua competentia Judex citans ipsemet cognoscere potest, utrum sua sit jurisdictio, nec ne. *L. si quis ex aliena.* 5. *ff. de Jud.* Gail. *obs.* 48. *an.* 8. P. Pirhing. *l. sup. cit. &* §. 2. *n.* 216. §. *porro*. neque tunc censetur esse judex in causa propria. ut ex *gl. in cit. L.* 2. *vers. sciatur, & cit. L. si quis ex aliena. verb. æstimare. in fin.* Pirhing. *l. cit.*

Citatus ad unam causam, an teneatur respondere 63
etiam in alia, pro qua non fuit citatus? affirmative respondet Scacc. *l. c.* Gail. *l.* 1. *obs.* 51. & hic faciunt ea, quæ supra notavimus, an citati debeat, qui alias præsens est in judicio.

Citatus non tenetur comparere personaliter, sed po- 64
test per scripturam responsivam transmissam, & a notario productam, se sistere secus citans. Scacc. *de Jud. l.* 1. *c.* 91. seu per procuratorem L. 1. §. *usus. ff. de procur.*. nisi arctetur ad personaliter comparendum, quod facere possunt judices Ecclesiastici cum suis subditis, etiam in casibus, in quibus admittitur procurator,

ad effectum, aut faciendi correctionem verbalem, pœnitentiam imponendam, aut ex alia rationabili causa. Diaz. *in pract. crim.* Farin. *de var. crim. quæst. 99. nu.* 121. & alii apud Jord. *l. sup. cit. num.* 11.

65 Citatus non tenetur comparere, si locus, ad quem fuit citatus, non est tutus. *L.* 2. *ff. si quis caut.* Specul. *tit. de citat.* §. 1. Gail. *lib.* 1, *obs.* 52. Clar. *lib.* 5. *quæst.* 34. licet illi offeratur salvus conductus; quia non tenetur ei credere. *cap. accedens.* 2. ubi Felin. *ut lit. non contest.* nam salvus conductus dicitur fragilis cautio. *L. qui ita. ff. ad S. C. Trebell.* Mascard. *de prob. concl.* 19. Gail. *lib.* 1. *obs.* 52. *num.* 3. *seq.* Limita, cum guerra esset generalis, & Duces belli consueverunt dare salvum conductum, & illum observare: tunc enim allegans, locum tutum non esse, non audiretur. Rot. *decis.* 12. apud Scacc. *loc. cit. num.* 28. Limita secundo, cum accessus non esset tutus propter bannum datum; nam tunc habito, & publicato salvo conductu teneretur comparere. Ampliatur conclusio, ut procedat, licet accessus non esset tutus culpa ipsius citati: nam magis debet attendi æquitas, quam culpa delinquentis. Masc. & DD. *sup. cit.* Item, licet citaretur coram Ordinario. Et cum locus est notorie non tutus, citatio est ipso jure nulla, aliter venit annullanda ope exceptionis, probato, locum non esse tutum. Afflict. *dec.* 289. *num.* 24. Scacc. *loc. cit.* Et non tutus accessus non dicitur solum ratione inimicitiæ, sed etiam ratione pestis, vel intemperiei. Imo non tutus accessus dicitur non solum, cum periculum imminet citato, sed etiam si imminet ejus advocato, vel procuratori, aut testibus. vide DD. *cit.* vel si est transeundum per loca non tuta ad locum tutum. Eccles. *obs. for.* 62. *de appell.* Judex autem non admittens exceptionem loci non tuti, vel incommodi, infert citato gravamen, a quo licite appellatur, etiam post litis contestationem, non obstante, quod hæc sit exceptio dilatoria; quia continet gravamen successivum. Gail. *lib.* 1. *obs.* 52. *num.* 3. P. Pirhing. *lib.* 2. *tit.* 2. *sect.* 7. §. 1. *num.* 220.

66 Citatus ad solvendum, si fatetur debitum, non tetur ad expensas citationis, si prius non præcesserit urbana monitio: si vero dicta monitio præcessit, tenetur. Felin. *in cap. novit. de Jud.* Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 9. quando vero & qualiter probetur urbana monitio, vide *Monitio*.

CLAUSULÆ COMMUNES.

Praxis Clausularum communium.

1 Clausulas in instrumentis apponi consuetas, respicientes solennitatem actus, Notarius etiam non rogatus apponere potest, quas licet in publicatione non expresserit, tamen pro expressis habentur. Felin. *in cap. ex litteris.* 3. *sub num.* 13. *vers. si autem concernunt solennitatem, & si non exprimantur, habentur pro expressis. de fid. instrum.* ubi inter alios Bal. *in cap. cum M.* 9. *num.* 29. *in fin. vers. ibi vel esse debuerit, de constit.* Farin. *quæst.* 157. *num.* 31. per glos. 2. *in L. generali.* 3. *C. de tabul. lib.* 10. Honded. *cons.* 99. *num.* 24. *vol.* 2. quia censetur rogatus apponere clausulas consuetas. Cagnol. *in L. librarius.* 92. *vel* 93. *ff. de R. I.* Farin. *loc. cit. num.* 31. apud Cyriac. *contr. for.* 406. *num.* 20. 26. *& seqq. lib.* 3. ubi, quod Notarius tales clausulas apponens, in extensione instrumenti non per hoc argui debeat de falso, etiamsi non fuerit expresse rogatus, nec de illis in publicatione mentionem fecerit. &

2 Clausulæ, quando sunt de illis, quæ regulariter consueverunt apponi in omnibus instrumentis, testamentis &c. præsumuntur appositæ de Notariorum stylo: & tunc, etiamsi in publicatione testamenti fuerint appositæ, si tamen testator erat persona idiota, ut v. g. rusticus, mulier &c. quæ non intelligit virtutem clausularum, tunc nihil operantur, nisi constet, testatorem fuisse certificatum de earum viribus; ut de clausula codicillari, cum clausula. *omni meliori modo.* tradit Gabr. *de consuet. concl.* 1. *nu.* 7. ubi Imol. *in L. Lucius. col. pen. ff. de vulg. & pupill.* Socin. *in cons.* 93. *col.* 6. *vol.* 4. Butsat. *cons.* 18. *sub num.* 18. Honded. *cons.* 74. *num.* 46. *vol.* 1. Turret. *in tract. de clausul. codicill. quæs.* 9. *num.* 2. quæ certificatio non præsumitur, sed probanda est, per Mascard. *de probat. in verb. certificatio concl.* 283. apud Cyriac. *contr. for.* 360. *lib.* 2. *num.* 86. *ad* 107.

Quando vero clausulæ sunt de illis, quæ regulariter 3
non consueverunt in testamentis apponi, prout esset clausula derogatoria ad futura testamenta, tunc censentur appositæ de voluntate expressa testatoris; quia Notarius censetur fideliter scribere, nec potest argui de falso, etiamsi testator esset persona idiota, quæ potest vel Notarium, vel peritiorem desuper consuluisse. ut per Menoch. *cons.* 170. *sub num.* 24. apud Cyriac. *l. cit.*

Et dum Notarius clausulas coram testatore legit, si 4
ille non contradixit, videtur illas approbare. Aret. *in cons. fin.* Corn. *cons.* 150. *col.* 2. *vol.* 3. *& cons.* 225. *col. fin. vol.* 3. Alex. *cons.* 142. *col.* 3. *vol.* 2. apud Gabr. *l. c. num.* 6. ubi tamen *num. seq.* ut supra notavimus, quod, sit testator sit persona idiota, debeat Notarius illas eidem declarare.

Quia tamen magna est inter DD. contentio, quando clausula *Codicillaris*, sicut & aliæ, censeantur appositæ de voluntate testatoris, vel contrahentium, an vero potius de stylo Notariorum, ideo in hac quæstione ad illos te remittimus. & videre poteris Menoch. *de arbitr. cas.* 144. *num.* 9. *seqq. & de præsum. lib.* 2. *præs.* 79. *num.* 4. *& lib.* 4. *præs.* 31. *a num.* 1. Pasqual. *de patr. potest. p.* 2. *cap.* 8. *num.* 2. ubi Rol. a Valle *cons.* 61. *nu.* 65. *lib.* 2. *& cons.* 7. *per tot. lib.* 4. Thes. *decis.* 141. *num.* 3. Mascard. *de prob. concl.* 300. Mantic. *de conject. ult. vol. lib.* 1. *tit.* 10. *per tot.* & alii. Altograd. *contr. for.* 82. *num.* 31. *seqq.* ubi Honded. *cons.* 33. *lib.* 1. *a num.* 41. Fusar. *de substit. quæs.* 593. *num.* 170. Simon de Præt. *de interpret. ult. vol. fol.* 373. *num.* 11. *& seqq.* apud eundem Altograd. ubi, quod clausulæ censentur potius positæ de stylo Notarii, quando alias aliqui ex contrahentibus nimium læderentur. Rot. coram Coccin. *decis.* 1366. *num.* 5. Gabr. *lib.* 6. *de consuet. concl.* 4. ubi DD. more suo solito. ubi *num.* 5. quod per Notarium appositæ censeantur, quando continent aliquid contra verisimilem mentem contrahencium: alias secus.

Clausula generalis antecedens explicatur per specialem 5
subsequentem. glos. *in L. ille a quo* 13. §. *quid ergo. verb. verba fidcicommissi. ff. ad Trebell.* Mantic. *de conject. lib.* 6. *tit.* 13. *num.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 147. Navar. *cons.* 6. *num.* 9. *de hæret.* & alii apud Rot. *decis.* 79. *p.* 6. *rec.* si tamen specialis sit clara: nam si sit dubia, non restringit generalem antecedentem. *L. regula. ff. de Jur. & fact. ignor.* Dec. *cons.* 125. Vivian. *de Jure patr. p.* 2. *lib.* 13. *cap.* 8. *num.* 286. & econtra dispositio generalis sequens explicatur per specialem antecedentem. *L. si de certa.* 31. *C. de transact. L. legatorum petitio.* §. *fin. ff. de leg.* 2. *L. quoties. C. famil. erciscund.* & DD. apud Rot. *loc. cit.* Et clausula generalis est restringenda secundum naturam actus, cui apponitur, & refertur tantum ad ea, quæ fuerunt specificata. *d. L. si de certa. C. transact.* ubi DD. *L. jubemus. C. ad Vellejan.* dummodo præcesserit clausula specialis: quia tunc generalis sequens restringitur ad præcedentia narrata: nec generalis comprehendit majora expressis? & in privilegiis posita non porrigitur ad ea, quæ ignorata sunt. Natta *cons.* 209. Marta *de clausul. p.* 4. *claus.* 1. *&* 2. Vivian. *in prax. Jurispatr. p.* 2. *lib.* 13. *cap.* 8. *num.* 279. *& seq.* Barbos. *claus.* 116. Seraph. *decis.* 325.

Clausula universalis comprehendit omnia. Schroeder. 6
de feud. p. 10. *sect.* 5. ampliat significatum verbi, cui adjungitur, nec ullam patitur limitationem. Mart. *p.* 4. *claus.* 4. Barbos. *claus.* 126. Vivian. *l. c. a. n.* 284. & ita hæc clausula est majoris efficaciæ, quam clausula generalis.

Clausulæ quæ veniunt accessorie ad contractum, si 7
contractus est simulatus, & ipsæ simulatæ judicantur. Aretin. *in L.* 1. §. *si vir uxori. col.* 3. *ante med. vers. sed hoc esset conceden. de plano. ff. de acquir. possess.* quem sequitur Alciat. *ibid. col.* 2. *in princ. num.* 4. ubi etiam Bologn. *num.* 65. *in princ.* apud Rot. *decis.* 81. *num.* 7. *p.* 9. *rec. tom.* 1.

Clausula revocatoria alicujus legis in tantum primam 8
legem revocare videtur, in quantum cum lege revocante repugnantiam continet, & non in plus. Bart. *in extravag. ad reprimen. super vers. non obstan. L. un.* §. *his tantummodo.* cum glos. *C. de latin. libert. tollen.* gl. *in authen. de hæredibus ab intest. circa prin. in verb. vacantibus.* quam singularem dicit Roman. *cons.* 57. *nu.* 2. apud Rot. *decis.* 289. *num.* 6. *p.* 3. *rec.*

Clausulæ appositæ in prima commissione censentur 9
repetitæ in secunda: & sic avocata causa ab uno judice, & alteri delegata, censetur secundo Judici delegatio facta cum eisdem clausulis, quæ in prima &c. Ægid.

decis.

decis. 41. Caſsad. *decis.* 8. *n.* 5. *de eſer.* apud Rot. *decis.* 510. *p.* 2. *rec. n.* 1. An vero clauſulæ appoſitæ in prima commiſſione cenſeantur repetitæ in aliis? dic affirmative, ſi prima commiſſio adhuc petſeverat; ſecus ſi fuit de medio ſublata, quaſi non emanaſset. ita Rot. *decis.* 140. *n.* 6. & 7. *p.* 6. *rec.* ubi, quod ſi cum cauſa antiqua complicata eſt nova cauſa, tunc clauſulæ cenſentur repetitæ, quatenus quis velit proſequi cauſam antiquam: ſecus ſi ea omiſsa novam cauſam proſequatur. Mareſc. *l.* 1. *var. reſ. c.* 87. *n.* 1. *ſeqq.*

10 Clauſulæ appoſitæ in privilegiis cenſentur habere clauſulam, *quatenus pars uti velit.* Oldrad. *conſ.* 206. Sarnen. *de trien. q.* 94. *n.* 11. & *de annua. q.* 4. *num.* 4. apud Rot. *decis.* 229. *n.* 12. *p.* 2. *rec.*

11 Clauſulæ præſervativæ aſservant tantum jus realiter præexiſtens, non vero illud de novo tribuunt. Aym. *conſ.* 15. *n.* 1. *ad med.* & *conſ.* 29. *n.* 8. Rot. *decis.* 197. *n.* 9. *p.* 4. *diverſ.* & *decis.* 418. *n.* 6. *p.* 13. *rec.*

12 Clauſula plura reſpiciens determinabilia debet omnia uniformiter determinare, & æqualiter, ſi ſubeſt eadem ratio in determinabilibus. *L. jam hoc jure. ff. de vulgar.* & *pupill.* Dec. *conſ.* 456. ſecus ſi non militat eadem ratio. *L. ſi ita ſcriptum. ff. de manumiſſ. teſtam.* Cacheran. *decis.* 20. *n.* 5. Mart. *de clauſ. p.* 4. *clauſ.* 5. & alli apud Vivian. *l. c. n.* 287. Habens plures intellectus qualiter interpretanda ſit? vide Vivian. *loc. c. a num.* 292. Mantic. *de conject. l.* 2. *c.* 8. *n.* 6.

13 Clauſulæ executivæ, quæ a Notariis poni ſolent poſt perfectum contractum, ut clauſula *de quibus &c. quæ omnia &c.* non ampliant, nec mutant principalem diſpoſitionem, niſi fuerint appoſitæ in verbis ſubſtantialibus. Dec. *in cap. ult. de pact.* Cacheran. *decis.* 164. *n.* 3. *Clem.* 1. *de præb.* Abb. *in cap. cum noſtris, de conceſſ. præb.* Gratian. *diſc. for. c.* 201. *nu.* 92. licet tunc remanerent ſuperfluæ. vide Vivian. *l. c. n.* 298. & in literis Apoſtolicis nihil operantur; quia ponuntur præter mentem Pontificis. Honded. *conſ.* 14. Barboſ. *de clauſul. clauſ.* 115. Imol. *in d. clem.* 1. Seraphin. *deciſ.* 433. Mart. *p.* 4. *clauſ.* 20. apud Vivian. *l. c.*

14 Clauſula *ſuper quibus omnibus, & ſingulis, petit ſibi jus, & juſtitiam adminiſtrari.* eſt propria libellorum, & illos ſalvat ab omni ineptitudine, & in ſpecie a defectu concluſionis, ita ut ſuſtineantur ex cauſa apta, licet ſit concluſum ſuper inepta. Marant. in Specul. *p.* 6. *de libell. oblat. numer.* 15. Capyc. *deciſ.* 10. *num.* 22. Pellegrin. *in pract. civil. p.* 2. *ſect.* 3. *ſubſect.* 3. *interſec.* 1. *n.* 2. *verſ. tertio.* Gabr. *com. concl. l.* 6. *tit. de clauſ. concl.* 4. *n.* 23. ubi DD. & apud Vantium *de nullit. ex defect. proceſſ. num.* 25. Secundo operatur, quod Judex poſſit pronunciare etiam ſuper non petitis. Abb. *in cap. fin. de jurejur.* Capyc. *d. deciſ.* 10. *num.* 22. Alciat. *conſ.* 216. *in fin.* ubi ait, quod vigore dictæ clauſulæ poteſt actor obtinere in actione perſonali, licet intentaverit realem. & Cephal. *conſ.* 400. *numer.* 1. *vol.* 3. Afflict. *deciſ.* 95. *n.* 7. & 9. Joſeph. Ludovic. *deciſ. Lucens.* 46. *n.* 5. & *ſeq.* ubi, quod ſi per actorem petita fuerunt tantum quinque, & probatum in decem, poteſt fieri condemnatio in decem. & alii apud Pellegrin. *loc. cit.* Gabr. *loc. cit. num.* 20. apud quem inter alios Barboſ. *in cap.* 1. *num.* 22. *de offic. deleg.* Quarto in ſimili hæc clauſula operatur, quod ſi actor concludat in poſſeſſorio, nihilo minus obtinere poſſit in petitorio, & econtra; dummodo tamen narrativa tam petitorium, quam poſſeſſorium reſpicere poſſit, alias ſecus. Corn. *conſ.* 91. *incip. in cauſa. in pr. lib.* 4. Tuſc. *litt. C. concl.* 359. *n.* 5. Cravet. *conſ.* 299. *n.* 2. Grammat. *deciſ.* 19. *num.* 16. apud Pellegrin. *l. c. verſ. quinto operatur.* DD. apud Gabr. *l. c. a num.* 16. Gail. *obſ.* 61. *lib.* 1. *num.* 11. & ſic. Quamvis alias ad cognoſcendum qualis actio ſit ab actore intentata, attendatur concluſio libelli, non vero narrativa, tamen ſecus eſt, quando in libello appoſita fuit hæc clauſula. Alex. *conſ.* 111. *lib.* 1. & *conſ.* 117. & 192. *l.* 2. Buttius *conſ.* 63. Socin. *conſ.* 160. *ad fin. lib.* 2. Tuſc. *d. concl.* 359. apud Pellegrin. *loc. cit. verſ. octavo operatur.* Quinto operatur, ut virtute dictæ clauſulæ omnis actio cenſeatur intentata, quæ ex narratis colligi poteſt. Marian. *in cap.* 2. *col.* 48. *verſ. primus effectus*}, *de libell. oblat.* Barboſ. *in cap.* 1. *col.* 2. *verſ. nota ibi etiam juſtitiam. de offic. deleg.* & DD. apud Gabr *l. c. num.* 8. & Pellegr. *ubi ſupra verſ. nono ut omnis.* ubi Tuſc. *d. conel.* 356. Marta *de clauſ. p.* 1. *clauſ.* 65. *num.* 2. &

alii apud Gail. *d. obſ.* 61. modo tamen non conſtet ex proſecutis, quod actor voluerit ſe reſtringere ad certum remedium; tunc enim hæc clauſula nihil operaretur in alio remedio. Innoc. *in c. cum dilectus. col.* 1. *verſ. quid dicemus, de ord. cognit.* & Hoſt. *col.* 1. *in fin. verſ. qualis erit finis.* Spec. *in tit. de libelli concept.* §. *jam nunc viden. verſ. item talis.* apud Gabr. *l. c. num.* 12. Similiter ſi ex narratis, actio aliqua non competat, nec colligi poſſit, hæc clauſula nihil operaretur. DD. apud Gabr. *n.* 9. & 14. Tandem ſalvat libellos ab omni contrarietate, ſi in contrarietate non fuit perſeveratum; ſicut etiam ſententiam latam informem libello. Marant. in Specul. *p.* 6. *membr.* 3. Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 50. ac etiam operatur, ut Judex poſſit, ac debeat deferre juramentum in ſupplementum actori ſemiplene, vel pluſquam-ſemiplene probanti, quamvis non fuerit expreſſe petitum. Maſcard. *de probat. concl.* 954. *num.* 48. Abb. *in cap. fin. verſ. ſed nec obſtat, de Jurejur.* Pellegrin. *l. c. num.* 2. *verſ. decimo operatur.* Gabr. *l. c. n.* 26. Gail. *lib.* 1. *pract. obſ.* 108. *nu.* 7. ubi DD. alios dictæ clauſulæ effectus, & alias clauſulas ſalutares in libellis apponi ſolitas, ultra DD. *cit.* vide etiam Scacc. & Marant. *loc. cit.* Eccleſ. *obſ. for. ſenat. Pedem. obſ.* 22. *n.* 17. *ſeqq.* & infra *in praxi Libelli.*

Clauſula *ſalva moderatione*, poſita in ſententia facit eſſe locum compoſitioni etiam poſt illam; ita ut virtute illius poſſit Epiſcopus componere cum reo, etiam poſt ſententiam condemnatoriam. Riccius *in prax. compoſit. reſ.* 223. *num.* 3. *p.* 4. apud quem Genuenſ. *in prax. Curiæ Archi-Epiſc. cap.* 48. *num.* 3. *in impreſſione Romana* & alii. quamvis idem Ricc. teneat, tutius eſſe abſtinere. 15

Clauſula *cum acceſſibus, & regreſſibus* regulariter facit venditam eſse ſervitutem, vel in diviſionem bonorum datam. vide Ciarlin. *lib.* 1. *contr. jur. cap.* 76. *n.* 13. late Cyriac. *lib.* 1. *contr. for.* 27. *n.* 1. apud quem Cæpol. *de ſervit. urban. præd. in tit. de ſervit. itineris, ſeu actus. c.* 38. *ſub n.* 3. & alii. 16

Clauſula *ne plus petri poſſit*, refertur ad uniformia in teſtamento; unde legatarius non obſtante hac clauſula, adhuc poteſt ſuccedere in fideicommiſso. Ciarlin. *lib.* 2. *contr. jur. c.* 219. *n.* 77. apud quem Bart. *in L. fideicommiſſa.* §. *ſi quis ita. in fin. de legat.* 3. ita declarans textum *in L. Paulo Callimacho.* §. 1. *eod.* & alii. 17

Clauſula *ſalvo conſenſu Domini, & non aliter, nec alio modo* liberat vendentem feudum a caducitate. Curt. ſen. *conſ.* 8. Clar. *in* §. *fendum. quæſt.* 31. Simon de Præt. *de interpret. ult. volunt. interp.* 1. *dub.* 3. Menoch. *conſ.* 38. Petra *de fideicom.* & alii plurimi apud Mareſc. *lib.* 1. *var. reſ. p.* 2. *cap.* 78. quos vide; licet contrarium doceat Ciarlin. *loc. cit. cap.* 106. *num.* 33. qui plures alios citat; quia tunc hæc clauſula eſset potius eluſoria ſecuta traditione; ſed in contrarium ſtant *deciſ.* Rot. allegatæ a Mareſc. *loc. cit. n.* 2. ſi adſit illa clauſula *non alias, aliter, nec alio modo*, quia illa ceſsante nihil videretur actum. ubi vide late. 18

Clauſula *& ſi quid pluris dono* in venditione poſita, non aufert beneficium *L.* 2. *C. de reſcind. vend.* quia intelligitur de modica læſione. *L. hæc adjectio. ff. de V. S.* Fachin. *lib.* 2. *contr. jur. c.* 19. & dummodo exceſsus non tangat ſummam quingentorum aureorum: quia tunc eſset neceſsaria inſinuatio. vide etiam Covar. *l.* 2. *var. reſ. c.* 4. Pinel. *in cit. L.* 2. *C. de reſcind. vend. p.* 1. *c.* 2. 19

Clauſula *ad habendum &c.* vel *quibus dederit*. in emphyteuſi dat liberam diſponendi facultatem, & facit locum etiam hæredibus extraneis. Ciarlin. *cap.* 6. ubi DD. Mantic. *de tacit. & ambig. l.* 22. *tit.* 19. *n.* 25. late Mareſc. *ut ſtatim infra*, ubi plurimi. Limita ſi fuit poſita tantum in executivis, & non diſpoſitivis. Mareſc. *l.* 3. *var. reſ. c.* 2. Honded. *conſ.* 33. ubi DD. Dec. 496. Natta *conſ.* 582. Surd. *conſ.* 65. Peregrin. *de fideicom. art.* 14. Farin. *deciſ.* 294. *p.* 2. *n.* 7. ubi quando dicatur poſita tantum in executivis, an vero diſpoſitivis. 20

Clauſulæ *tunc & eo caſu* in ſubſtitutione operatur, ut ſubſtitutio non poſſit extendi ad alium caſum etiam ſimilem. DD. apud Fachin. *l.* 4. *contr. jur. c.* 46. quamvis ipſe circa finem teneat, quod non obſtante hac clauſula poſſit fieri extenſio ad caſus ſimiles. 21

Clauſula *codicillaris* obliquat inſtitutionem, & facit, 22

ut directa tranſeat in fideicommiſſariam. Fachin. *loc. cit. cap.* 91. Item facit, quod filius teneatur reſtituere hæreditatem vocatis dempta legitima, licet eſſet poſthumus ignoranter præteritus. Clarus *in §. teſtamentum; quæſt.* 46. ſed contrarium tenet Fachin. *loc. cit. cap.* 11. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 479. *num.* 6. 19. *&* 22. Ciarlin. *cap.* 11. *num.* 17. maxime ſi eſſet reſtituenda extraneo. Rot. *deciſ.* 405. *p.* 9. *rec. tom.* 2. *nu.* 53. *ſeqq.* ubi dat rationem; quia nempe non præſumitur, quod teſtator, ſi ſciviſſet, ſe præterire filium, voluiſſet illum gravare de reſtituendo hæreditatem extraneo.

23 Clauſula *per perpetuum* facit emphyteuſim alienabilem etiam in extraneos. Ciarlin. *contr. for. cap.* 6. ubi DD. Limita in Eccleſiaſtica; quia cum ſui natura non ſit tranſitoria in extraneos, ideo clauſula debet reſtringi ad terminos habiles. Ciarlin. *loc. cit.* & juxta ſubjectam materiam, gloſ. *in L. in perpetuum. ff. de procur.* Alex. *in L.* 2. *num.* 2. *ff. ſolut. matr.* Seraphin. *deciſ.* 874. *nu.* 5. apud Rot. *deciſ.* 427. *p.* 9. *rec. tom.* 2. quamvis ergo dicta clauſula *in perpetuum* perpetuet conceſſionem emphyteuſis Eccleſiaſticæ inter perſonas comprehenſas, illam tamen non extendit ad extraneos non vocatos, & probat tex. *in §. emphyteuſim. verſ. licentia. auth. de non alien.* Rol. *conſ.* 96. *num.* 7. 8. *&* 9. *lib.* 1. Alex. *conſ.* 9. *ſub num.* 9. *in fin. verſ. ſed ſolum dicunt. lib.* 2. Mantic. *de tacit. lib.* 27. *tit.* 10. *num.* 11. & alii apud Rot. *cit. nu.* 23. *ſeqq. & nu.* 26. ubi, quod hæc clauſula appoſita in conceſſione ex pacto, non facit illam hæreditariam, & citat Dec. ubi de magis communi *in cap. in præſentia num.* 53. *verſ. ſit ergo concluſio. de prob.* Roland. *d. conſ.* 96. *nu.* 6. 18. *&* 19. Mantic. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 19. *nu.* 27.

24 Clauſula *conſtituti* poſita in inſtrumento dotali impedit excutionem aliorum creditorum, etiam non probata viri inopia. Grammat. *dec.* 92. *loc. cit. cap.* 94. *num.* 18. Et illa ſtante, non eſt neceſſaria exceſſio bonorum principalis. Gabr. *de fidejuſſ. concl.* 1. *num.* 52.

25 Clauſula *ſi, & in quantum*, poſita in admiſſione poſitionum, ita præſervat jus reſpondentis, ut confeſſio emanata, perinde ſit, ac ſi non emanaſſet, poſtquam certum eſt, quod illæ poſitiones non erant admittendæ, & ita quod reus non tenebatur illis reſpondere. Rot. *in una Romana aliorum* 28. *Febr.* 1582. *coram. Orano.* Bal. *in L.* 2. *in fin. C. qui legit. perſ. hab. ſtand. in Judic.* Rimin. ſen. *conſ.* 496. *num.* 9. *vol.* 3. Curt. jun. *in L. cum & Judices, §. quod obſervari. nu.* 106. *C. de juram. quod propt. calumn. datur.* apud Rot. *dec.* 27. *p.* 9. *rec. tom.* 1.

26 Clauſula *ſine præjudicio* præſervat præjudicium in aliis, non autem in expreſſis. Oldrad. *conſ.* 330. *num.* 9. *in fin.* Gratian. *diſc. for. cap.* 867. *num.* 10. Mart. *de clauſ. p.* 1. *clauſ.* 142. *nu.* 2. apud Rot. *deciſ.* 23. *p.* 9. *rec. tom.* 1.

Clauſulam *omni meliori modo* inveniens infra *clauſ.* 19.

CLAUSULÆ APOSTOLICÆ.

Praxis Clauſularum Apoſtolicarum.

1 Clauſula I. *motu proprio, & certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis*, circa quam clauſulam regula eſt, quod aufert omnem ſupreptionem. juxta DD. *in cap. motu proprio, de præb. in* 6. *Clem. ſi Romanus Pontifex.* 4. *eod. tit. de præb.* & ibi gloſ. *in verb. Beneficium.* Abb. *in cap. ad aures num.* 5. & ibi Felin. *nu.* 16. *de reſcr.* & alii apud Pal. Rub. *in annot. ad deciſ.* 90. *p.* 9. *rec. Rot. Rom. num.* 91. ubi quod impetratio ſecundi beneficii cum hac clauſula non ſit ſubreptitia, etiam non facta mentione de primo. Et concluſio ampliatur adeo, ut impetrans gratiam ſub iſta clauſula, non teneatur illam juſtificare; ut ſpecialiter de penſionario tenent Achil. *dec.* 174. Put. *deciſ.* 101. Maſcard. *de probat. concl.* 622. *&* 1233. Fatin. *de teſtib. quæſt.* 63. Garz. *de benef. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 501. & alii apud Vivian. *in prax. Juriſpatr. p.* 2. *lib.* 13. *cap.* 8. *num.* 21. Et quod conceſſionem faciat favorabilem, & ampliet, tenet Gozadin. *conſ.* 8. Grat. *con.* 9. Curt. ſen. *conſ.* 66. Riccius *in prax. clauſul. p.* 3. *reſ.* 100.

Quamvis vero juxta notata, gratia, vel narrativa gratiæ conceſſæ *motu proprio* &c. non ſit juſtificanda, cum ſolo verbo Papæ innitatur. *ſupra cit. Clem. ſi Romanus. Clem.* 1. *verb. feciſſe narramus, de probat.* & contra clauſulam *motu proprio* non poſſit dari de ſubreptione, cum nemo poſſit dicere aliquid ſurripere, Papa concedente motu proprio &c. DD. *cit.* & Pal. Rub. *l. cit. num.* 134. *&* 135. Non tamen per dictam clauſulam eſt ſublata facultas impugnandi gratiam, & probandi falſum fuiſſe narratum Pontifici. Pariſ. *conſ.* 74. *num.* 32. *&* 33. *lib.* 4. Rot. *deciſ.* 33. *num.* 6. 7. *&* 8. *de præb. in antiq.* Caſſad. *dec.* 3. *nu.* 4. *de conceſſ. præb.* Boer. *deciſ.* 286. *circa fin.* ibi: *licet non poſſit allegari defectus ſubreptionis, quando eſt inſerta clauſula* motu proprio, *tamen poteſt allegari defectus intentionis Papæ* &c. Simonet. *de reſervat. quæſt.* 14. *num.* 5. & alii apud cit. Rubeum *num.* 140. ubi plura. & Rot. coram Merlino *deciſ.* 318. *inter ejuſdem impreſſ.* alias *dec.* 119. *p.* 5. *rec. num.* 4. ubi quod motus proprius ſolum in hoc efficit, quod onus probandi non incumbit utenti gratia; quia ille fundat ſuam intentionem in ipſo motu proprio, ſed hoc onus incumbit impugnanti. ex Felin. *in cap. cauſam quæ. il. num.* 3. *&* 4. *de teſtib.* Gabr. *de probat. concl.* 2. *num.* 61. Caputaq. *dec.* 77. *p.* 3. *num.* 4. Put. *deciſ.* 323. *num.* 5. *lib.* 2. Seraph. *dec.* 1484. *num.* 11. hæc clauſula ergo plures patitur limitationes; & quidem ultra dicta

Limitatur primo, ſi Pontifex non teſtetur de facto proprio, ſed de facto alieno, quo caſu cauſam iuſtificandam eſſe, tenet Puteus *deciſ.* 323. *lib.* 2. maxime ſi talis narrativa tenderet in alicujus præjudicium. Pariſ. *conſ.* 74. *lib.* 4. Mareſc. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 1. *num.* 168. & ſtatim infra.

Limitatur ſecundo, quod quamvis, ſi gratia eſt ſubreptitia ex taciturnitate cauſæ finalis, non vitietur ob clauſulam *motu proprio*; vitietur tamen expreſſione falſæ cauſæ: ut docet Amicus apud Dianam *p.* 8. *tr.* 3. *reſ.* 70. Menoch. *de arbitr. caſ.* 201. *num.* 83. ubi Abb. Anchar. & alii. Gratian. *diſc. for. cap.* 508. *nu.* 23. Mareſc. *l. cit. num.* 169. Sed quod motus proprius, quando nulla præceſſit petitio a parte facta ipſius gratiæ, tollat ſubreptionem, & obreptionem, hoc eſt procedentem tam ex taciturnitate cauſæ finalis, quam expreſſione falſæ, docent Portell. Suarez, Bonac. & alii apud eundem Dianam *l. c.* ſecus vero ſi partis petitio præceſſit: qui tunc concordant, tam expreſſione falſæ cauſæ, quam taciturnitate cauſæ finalis vitiari gratiam; quia ſicut per importunitatem Papa conceſſit, ita per eandem dicta clauſula poſita cenſetur, & huic diſtinctioni favet Rot. Rom. *in una Caſſalen. Beneficiorum* 10. *Decemb.* 1627. coram Merlin. *deciſ.* 318. *inter ejus impreſſ. alias dec.* 119. *p.* 5. *rec.* ubi *num.* 6. quod eſt ſubreptio in gratia facta ad ſupplicationem partis, eſt defectus intentionis in gratia facta motu proprio, etiam ex taciturnitate; & quod clauſula *motus proprii* non tollat ſubreptionem, quando exprimitur cauſa falſa, vel de facto alieno: ultra DD. *cit.* docent Felin. *in cap. cauſam, de teſtib.* Gabr. *de clauſul. concl.* 2. Put. *dec.* 187. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 21. Garz. *de benef. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 502. Abb. *in cap. ad aures, de teſtib.* gloſ. & Faber. *in clem. un. de offic. deleg.* Marta *de clauſul. clauſ.* 19. Riccius *in prax. alien. rer. Eccleſ. reſ.* 93. & deducitur ex tex. *in cap.* 2. *de reſcr.* vide etiam Scacc. *de judic. lib. quæſt.* 64. gloſ. *in cap. Romanus, de præb.* Hoſtienſ. & Ancharan. *id d. cap. cauſam, de teſtib.* Vivian. *in prax. Juriſpatr. lib.* 13. *p.* 2. *cap.* 8. *nu.* 21. & alii innumeri.

Limit. tertio, quia clauſula motus proprii non tollit ſubreptionem in præjudicium tertii. Riccius *in prax. p.* 3. *reſol.* 506. *& reſ.* 100. Sarnen. *de jur. quæſ. q.* 1. *num.* 2. *& quæſt.* 4. *num.* 7. Alex. *conſ.* 37. *lib.* 1. Socin. jun. *conſ.* 64. & tenuit Rot. teſte eodem Ric. Gig. *de penſ. quæſt.* 9. *nu.* 5. *& quæſt.* 29. *num.* 4. Gratian. *diſc. for. cap.* 624. *num.* 22. *& cap.* 421. *num.* 42. *ſeqq.* Bellam. *deciſ.* 392. Abb. & Felin. *in cap. ad aures, te teſtib.* Gabr. *de clauſ. concl.* 2. Papa enim cenſetur circumventus in gratia etiam motu proprio emanata, ſi in ea aliquid tendat ad præjudicium tertii, cum ejus intentio nunquam ſit velle præjudicare juribus tertii. ut poſt Dec. Ruin. & alios tenuit Rot. coram Dunozet. *p.* 8. *rec. dec.* 4. apud Rubeum *l. ſup. cit. num.* 147. & Rot. coram Merlin. *d. dec.* 318. Neque firmat privilegium contra jus tertii. Gabr. *de clauſ. clauſ.* 2. Rot. *in novis. deciſ.* 451. *p.* 1. Vivian. *l. ſup. cit.* Riccius *d. reſ.* 100. Et ideo non derogat legem, per quam eſt jus quæſitum fiſco; quia juxta concluſa nihil operatur in præjudicium tertii, niſi fuerit dictum „*non obſtante jure quæſito.* ratio eſt; quia regula de Jure quæſito non tollendo, præſervat quodcumque Jus, quomodolibet

quæſi-

quæſitum. Cæſar. de Graſſ. *dec.* 1. Put. *dec.* 387. maxime ſi præceſſit partis poſtulatio. vide Peregrin. *de Jure fiſci lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 37. de qua regula plura ſuo loco.

Limit. quarto, quod licet clauſula motus proprii tollat omnem ſubreptionem, non tamen tollit obſtacula cohærentia perſonæ, nec ſupplet dictæ perſonæ inhabilitatem, ut ſi taceatur irregularitas, defectus legitimæ ætatis &c. Sanch. *de matr. lib.* 8. *diſp.* 21. *num.* 49. cum ibi allegatis. Felin. *in c. ad aures, de reſcript.* Rot. apud Scacc. *de Judic. lib.* 1. *cap.* 64. *num.* 14. Pariſ. *lib.*] 1. *conſ.* 1. Menoch. *de arbitr. caſ.* 201. *num.* 81. *ſeq.* ubi Dec. *conſ.* 602. *num.* 19. & Alciat. *reſp.* 25. *num.* 5. & quod ſic non inferat diſpenſationem in dictis obſtaculis &c. maxime firmat. Jo. Andr. *in Clem. per litteras, de præb.* Dec. *in cap. ad hæc, de reſcr. & conſ.* 168. *& conſ.* 10. Et quod non ſuppleat defectus, licet adeſſet clauſula *ſupplentes*; quia hæc tantum ſupplet defectus narratos, docet Ægid. *dec.* 33. Dec. *d. conſ.* 10.] at hæc perſonæ inhabilitas non poterit opponi per viam ſubreptionis, ſed per viam juris communis, in quo tunc Pontifex non intendit diſpenſare; nam pars, cum nihil petierit, non ſubrepſit. gloſ. *in Clem. ſi Roman. verb. validam, de præb.* & in *cap. ſi motu proprio verb. ob hoc. eod. in* 6. apud Sanch. *l. c.*

Limit. quinto, quod clauſula *motus proprii* &c. ex taciturnitate cauſæ &c. nihil operetur, ſi fuit poſita in litteris diſpenſationum; quia diſpenſatio ſine cauſa facta eſſet, juxta Oldrad. *conſ.* 250. Dec. *conſ.* 606. Anchar. *conſ.* 342. ſiquidem ſimus in materia juris divini, vel naturalis, quia tunc certo peccaret mortaliter propter abuſum poteſtatis; imo nulliter diſpenſaret ſecundum multos; quia Pontifex eſt inferior, quoad jus divinum, & naturale. Gobat. *de impedim. matrim. caſ.* 22. *num.* 603. S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 49. *a.*] 5. Innoc. *in cap. innotuit., de elect.* licet adeſſet clauſula *ſupplentes omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus*. Niſi ſimus in defectibus provenientibus a Jure poſitivo; imo neque ſupplet defectus provenientes a Jure poſitivo, niſi ſpecificentur; ut ſupra dictum eſt. & tenet Joan. Andr. *in Clem. Paſtoralis, de re jud.* Butr. & Imol. *in cap.* 1. *de tranſact. & in cap. illa, de elect.* Alex. *conſ.* 79. Socin. *conſ.* 164. quia diſpoſitio, & mens Pontificis non fertur ad incognita; & cjuſmodi clauſulæ nihil operantur in facto incognito. Angel. *in L. ſed & ſi quis. ff. ſi quis caution.* Roman. *conſ.* 327. Decius *conſ.* 161. Riccius *in prax. clauſul. p.* 3. *d. reſ.* 100. Bene verum eſt, quod tanta ſit virtus hujus clauſulæ in litteris diſpenſationum poſitæ, ubi nullius jus læditur, ut claudat os partibus, ut diſpenſationem etiam ſine cauſa emanatam, ſeu proviſionem plurium beneficiorum cum dicta clauſula, non poſſint impugnare; quia in effectu aliud non eſſet, quam redarguere Pontificem de mendacio prout notavit Rubeus *l. ſup. cit. nu.* 125. *ſeqq.* & DD. *in cap. ſi motu proprio, de præb. in* 6. quod enim Principi placet, legis habet vigorem. *L.* 1. *ff. de conſtit. Princ.* & quod Pontifex vult, nos pariter eo contenti eſſe debemus, licet forſan in foro interno malum ſit: ut poſt Cavalcan. *in conſ.* 58. *col.* 4. *verſ. ſexto ad idem.* Cravet. *conſ.* 137. *num.* 9. *verſ. ſuperior ita tolerat, & ita nos tolerare debemus &c.*

Limita ſexto, ut clauſula *motus proprii* nihil operetur in iis, quæ ſunt tantum facti, & non juris. Marta *de clauſul. claus.* 73. Riccius *l. ſup. cit. n.* 11. Bal. *in L. impetrata. C. ſent. reſcind. non poſſ.* Alex. *conſ.* 120. *&* 125. Mareſc. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 1. *num.* 163. Menoch. *de arbitr. caſ.* 201. Pariſ. *con.* 1. *vol.* 1. Socin. jun. *conſ.* 77. Rol. *conſ.* 7. *vol.* 3. Vivian. *in prax. juriſpatr. p.* 2. *lib.* 13. *cap.* 8. *nu.* 21. Mar. Antonin. *lib.* 1. *var. ref.* 86. Sarnen. *de non tollen. jur. quæſito. quæſt.* 13. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 6. & 32. Garc. *de benef. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 502. Seraphin. *deciſ.* 365. 390. & 480. vide etiam Barboſ. *de clauſulis clauſ.* 37. & tandem.

Limita ſeptimo, *ut motus proprius* non tollat defectum intentionis Papæ. Joan. Andr. *in cap. motu proprio, de præb. in* 6. Rubeus *in annot. ad d. deciſ.* 90. *Rot. Roman. p.* 9. *rec. tom.* 1. *num.* 139. Sanch. *de matrim. d. lib.* 8. *diſp.* 21. *num.* 51. ubi quod non obſtante dicta clauſula, gratia non valeat, ſi qualitas beneficio intrinſeca taceatur, non ob vitium ſubreptionis, ſed quia non apparet de concedentis voluntate. apud quem Abb. *in cap. ad aures. num.* 5. *de reſcr.* Rebuff. *in concordat. titul. de form. mandat. Apoſtol. in clauſula motu proprio.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 3. *caſ.* 201. *num.* 80. vide etiam Pyrr. Corrad. *in prax. benef. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 46. ubi quod gratia conceſſa etiam cum tali clauſula, non ſuſtinetur, ſi non fuit facta mentio ſeu expreſſio menſis Epiſcopalis, ſeu Ordinarii, cum eidem Pontifex præjudicare non intendat; & hic faciunt, quæ ſupra diximus *in limit. tertia. & in verſ. quamvis.*

Quær. an per clauſulam *motus proprii*, cenſeatur inducta, ſeu diſpenſata beneficiorum pluralitas. Reſp. negative. gloſ. *in Clem. ſi Romanus. in verb. validum: verſ. etiamſi illa ex talium pluralitate procedat &c. de præb. & in d. c. motu proprio. verb. Benef. verſ. cum per hoc ſibi diſpenſatum non ſit &c. de præb. & in c. final. in fin. dc offic. deleg. in* 6. Bonif. *in d. Clem. ſi Romanus. num.* 30. Abb. *in cap. cum olim. col.* 4. *de re jud.* & alii apud Rub. *l. cit. num.* 143. & apud Gabr. *lib.* 6. *com. concl. tit. de clauſul. num.* 48. apud quem toto dicto titulo plura videre poteris de hac clauſula, & de ejuſdem effectibus.

Clauſula II. *ſupplentes*; uti ſupra diximus, etiam cum clauſula *motus proprii*, non ſupplet defectum Juris naturalis uti citationis &c. vel divini, ſed tantum Juris poſitivi, & illos etiam non quoſcumque, ſed tantum expreſſos ex Ægid. *deciſ.* 33. Dec. *conſ.* 10. Jo. Andr. *in Clem. Paſtoralis, de re jud.* Pyrr. Corrad. *qui infra. a num.* 6. *ſeqq.*

Præterea hæc clauſula non ſupplet defectum cauſæ. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. verb. alienatio. verſ. & ſi ſit facta*. Magon. *deciſ. Lucen. deciſ. deciſ.* 12. ſic non ſupplet defectum cauſæ, puta neceſſitatis, vel utilitatis in alienationibus rerum Eccleſiæ. Pyrr. Corrad. *qui infra. num.* 7. & poſita in litteris *ſi in evidentem*, non ſupplet defectus ſubſtantiales. Mar. Antonin. *var. reſ. lib.* 1. *reſ.* 5. Decius *conſ.* 14. niſi de dictis defectibus facta ſit mentio in ſpecie, Abb. *in cap.* 1. *num.* 5. *verſ. an autem ſuppletio, de tranſlat.* apud Pyrr. Corrad. *in prax. diſpenſ. Apoſtol. lib.* 9. *cap.* 6. *num.* 4. Neque tollit defectum poteſtatis facientis actum. Rot. *in novis. deciſ.* 2. *de util. vel inutil.* Abb. *in cap. inter dilectos, de fid. inſtrum.*

Inſuper hæc clauſula non operatur in præjudicium tertii. Ruin. *conſ.* 35. *num.* 35. niſi concedens habuerit plenam notitiam juris tertii, & hoc non obſtante concedat actum de ſui natura tertio præjudicialem, nec tunc erit opus derogationi regulæ „ *de Jure quæſito non tollendo*. Gratian. *diſc. for. cap.* 599. *a num.* 9. ubi Cornel. *conſ.* 83. *circa primum conſultationis, col. penult. poſt med. verſ. tertio reſpondetur. num.* 16. *lib.* 4. & alii. ſed de hac regula *de Jure quæſito* &c. plura ſuo loco. Neque tollit defectus concernentes perſonam impetrantis, illique adhærentes, ſed tantum defectus, ſi qui fuerint contra ſolemnia juris. Marta *de clauſul. p.* 1. *clauſ.* 181. Seraphin. *deciſ.* 975. Vivian. *in prax. Juriſpatr. p.* 2. *lib.* 13. *cap.* 8. *num.* 164. Specul. *tit. de legato.* §. *nunc oſtendendum. num.* 15. *lib.* 1. *p.* 1. Barboſ. *de clauſ.* 14. hinc non inducit abſolutionem a cenſuris, & pœnis, quas forſan contrahentes incurrerunt ob traditam rei alienatæ poſſeſſionem ante obtentum, & executum Beneplacitum Apoſtolicum. Pyrr. Corrad. *l. c. num.* 11.

Clauſula III. *ſine retardatione ſolutionis penſionis.* limitat juriſdictionem commiſſarii, & facit illam conditionalem, ita ut non poſſit procedere, niſi ſoluta prius penſione. Put. *dec.* 29. *de penſion.* Rot. ſæpius apud Riccium *in prax. clauſul. p.* 3. *reſ.* 108. Cæſar. de Graſſ. *dec.* 101. Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 5. §. 4. *num.* 465. *&* 518. Mareſc. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 21. *&* 22. *num.* 3. apud quem Rota ſæpius. Gigas *de penſion. quæſ.* 35. *num.* 9. Staphil. *de litt. juſtit.* §. *in primis num.* 84. Sarnen. *in compend. ſignat. nu.* 8. Vivian. *l. ſup. cit. num.* 273. Limita, niſi illi eſſent adjecta illa verba, vel clauſula *arbitrio Rotæ*: quia hæc intelligitur *prout de jure*; cum omne arbitrium debeat eſſe juri conſonum. Cæſ. de Graſſ. *d. dec.* 101. & ideo tunc poteſt ad ulteriora procedi, etiam ſolutione retardata. Garz. & Mareſc. *loc. cit. num.* 27. ubi alii.

Porro concluſio adeo eſt vera, ut non poſſit commiſſarius procedere ad ulteriora, niſi ſoluta prius penſione, ut ſententia lata ante penſionis ſolutionem, & omnia geſta ſint nullius valoris. Put. *dec.* 19. apud quem Rot. Riccius *l. ſup. cit. d. ref.* 108. *num.* 13. dicitur autem huic clauſulæ ſatisfactum, quomodocumque realis fiat ſolutio, etiamſi eſſet coacta.

Hæc

Hæc ergo clauſula operatur, quod titularis teneatur ad ſolutionem penſionis, etiam lite pendente. Riccius *in prax. reſol.* 379. *p.* 1. *&* *d. reſ.* 108. Gigas *de penſ. d. quæſt.* 35. *num.* 9. Patiſ. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 153. Garz. *de benef. p.* 5. *c.* 5. §. 4. *a num.* 516. Covat. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 1. *num.* 9. *in fin.* quod ampliative procedit, licet a ſententia fuerit appellatum. Rot. apud Ricc. *l. c.* licet etiam ſententia fuerit lata ſuper ſpolio, etiam non docto de aliqua quaſi poſſeſſione exigendi; ſed ſufficit, quod litteræ fuerint expeditæ Romæ. Rot. ſæpius apud Ricc. *l. cit.* quia litteris expeditis ob illarum reverentiam eſt procedendum ad præſtationem penſionis, etiamſi non conſtet de aliqua poſſeſſione. Rot. *deciſ.* 301. *p.* 1. *diverſ. & deciſ.* 193. *p.* 3. *rec. nu.* 15. Imo ſufficit ſola ſupplicatio ſignata ſine expeditione litterarum. per Rot. apud eund. Et hoc licet ex actis conſtet de nullitate penſionis; uti quia non fuit ab impetrante facta mentio alterius penſionis, quam obtinebat. Jo. Paul. *deciſ.* 61. Riccius *l. c.* & alii apud eundem. Mareſc. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 22. Matta *de clauſul. p.* 1. *clauſ.* 165. Marcheſ. *de commiſſ. p.* 1. *cap.* 4. Vivian. *l. c. num.* 274. licet hæc nullitas reſultaret ex ventre litterarum. Put. *lib.* 1. *deciſ.* 34. apud quem Rota; maxime ſi adeſt quaſi poſſeſſio exigendi. idem Put. *deciſ.* 245. ubi Rota. Sed quod nullitate reſultante, vel apparente ex ventre litterarum non ſit ſolvenda penſio lite pendente, virtute ipſius clauſulæ, tenuerunt Caſſad. *dec.* 10. *de reſcr.* Graſſ. *deciſ.* 8. *de re jud.* Sarnen. *in compend. ſignat. num.* 84. Achil. *deciſ.* 4. Rot. *p.* 1. *diverſ. dec.* 310.

Prædicta tamen, quod nempe hæc clauſula ſuſpendat juriſdictionem ante ſolutionem penſionis, procedunt in præjudicium titularis, ad hoc ut non audiatur opponens de nullitate penſionis ſolutione prius non facta, non autem in præjudicium penſionarii, ad illum impediendum, ne agere poſſit pro manutentione, & ſolutione dictæ penſionis, ne alias quod in illius favorem inductum eſt, in ipſius præjudicium retorqueatur. ut dixit Rota *dec.* 193. *p.* 3. *rec. num.* 15. *in fin.*

Porro hæc clauſula non ſolet apponi pro penſione impoſita ab inferiore, uti Epiſcopo, vel ſuper pluribus beneficiis, quæ poſtea fuerit diverſis collata. Garz. *de benef. p.* 1. *cap.* 5. §. 4. *num.* 528. Vivian. *in prax. Juriſpatr. l. c. n.* 275. Seraphin. *deciſ.* 1017. Barboſ. *de clauſul. clauſ.* 93. Gigas *de penſion. quæſt.* 85. *num.* 1.

Præterea hæc clauſula poſita in commiſſione appellationis refertur ad ſummam contentam in ſententia. Rot. apud Riccium *in prax. clauſul. p.* 2. *reſ.* 108. *num.* 16. *p.* 1. *diverſ. dec.* 310. Et in qualibet commiſſione cenſetur repetita. Caſſad. *dc reſcript. deciſ.* 8. Datur etiam translatario, qui nunquam exegit, dummodo transferens eſſet in quaſi poſſeſſione exigendi, juſtificata tamen translatione, ac etiam reſervatione antiquæ, licet adſit clauſula *arbitrio Rotæ*. Sarnenſ. *in compend. ſignat. num.* 85. Riccius *loc. cit.* qui teſtatur ita fuiſſe deciſum a Rota.

Ulterius obſervandum venit, quod hæc clauſula poſita in commiſſione appellationis præſervat juriſdictionem Judicis a quo, ita ut poſſit cogere titularem ad ſolvendum. juxta Lancellot. *de attent. poſt inhibit. cap.* 20. *limit.* 13. *num.* 2. Hæc enim clauſula ponitur ad obviandum fraudibus ſolvere recuſantium, vel differentium. Gig. *de penſ. quæſt.* 35. & ne interim penſionarius penſione carere debeat forte cavillatione partis litigantis; & poſita in commiſſione principalis afficit etiam tertium venientem ad cauſam pro ſuo intereſſe. Veral. *lib.* 1. *dec.* 1. apud Riccium *l. c.*

Bene verum eſt, quod hæc clauſula non datur pluribus in caſibus: & primo, ſi penſionarius per longum tempus non petit penſionem. Gigas *de penſion. quæſt.* 85. *num.* 3. dummodo potuerit petere, & neglexerit; aliter, non data negligentia, non videtur depoſuiſſe animum exigendi, ac ita habuiſſe animum remittendi. Riccius *loc. cit.* qui teſtatur ita fuiſſe deciſum a Rota. Secundo, quando penſio fuit impoſita pluribus beneficiis, quæ poſtmodum fuerunt pluribus collata, juxta ſuperius dicta; alios caſus, in quibus hæc clauſula non ſolet apponi, vide apud Gig. *l. c. quæſt.* 85. & alios apud Garz. *l. c. num.* 529.

4 Clauſula IV. *Amoto quolibet detentore*, intelligitur non de detentore juris, hoc eſt, qui contradicit de jure, ſed de detentore facti, hoc eſt, qui tantum de facto contradicit. ita Riccius *in prax. var. reſ. p.* 2. *reſ.* 297. *&* *p.* 3. *reſ.* 103. Staphil. *de titul. gratiæ, tit. de vi, & effect. clauſul.* Et ideo executor vi hujus clauſulæ non poteſt amovere aliquem de poſſeſſione colorata, niſi fuerit intruſus. juxta Staphil. *loc. cit.* & patet ex *cap. cum univerſorum, de rer. permut.*

Requirit obſervantiam juris judiciarii, cum agitur de amovendo. Abb. *in cap. de cætero*, & ibi Felin. *de re jud.* Mar. Antonin. *l.* 1. *var. reſ.* 70. Barboſ. *de clauſul. clauſ.* 5. Achil. de Graſſ. *ſuper reg. de triennal. deciſ.* 6. Vivian. *l. ſup. cit. num.* 36. quia facit de executore mero mixtum, juxta Felin. & Vivian. *l. c.* quia beneficii poſſeſſor etiam intruſus aut injuſtus non poteſt amoveri niſi citatus; ut diximus in verbo *Citatio*, & in verbo *executor.* & tenet Abb. *l. c.* Sperel. *dec.* 66. *n.* 22. vide etiam Garz. *de benef. p.* 6. *cap.* 3. *num.* 45. *ſeqq.*

Præterea hæc clauſula habet vim expreſſionis, coloratæ poſſeſſionis de qua poſſeſſione facienda eſt mentio. *cap. cum in noſtris, de conceſſ. præb.* Matta *de clauſul. p.* 1. *clauſ.* 9. *&* 10. Barb. *clauſ.* 5. Joan. Andr. *in d. cap. cum in noſtris. num.* 23. & Abb. *num.* 21. Felin. *in cap. cum in noſtra. num.* 23. *verſ. ſecundo nota de reſcript.* Rot. *dec.* 353. *p.* 4. *rec. tom.* 1. *num.* 2. Et præſervat gratiam a ſubreptione. Garz. *de benef. p.* 10. *cap.* 1. *num.* 66. & probatur ex *cap. propoſuit, de conceſſ. præb.* ubi Abb. & Jo. Andr. Sylva *de benef. p.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 304. & Rot. apud Riccium *in prax. clauſul. p.* 3. *reſ.* 103. Vivian. *l. c. num.* 38. Guid. Pap. *ſingul.* 827. vide etiam Garz. *p.* 6. *cap.* 3.

Limita, prædicta procedere tantum, quando iſta clauſula fuit poſita in litteris principalibus, ſecus ſi tantum in executivis. Abb. *in cap. cum in noſtris, de conceſſ. præb.* Calderin. *de conceſſ. præb. conſ.* 21. & probatur ex *clem.* 1. *de præb.* Riccius *l. c.* contra Felin. *in cap. cum in noſtra, de reſcr.* Sylvam. *l. c.* Zabarel. *conſ.* 8. & alios. vide etiam Riccium *in prax. p.* 2. *reſ.* 158.

Hæc clauſula *amoto &c.* quando nullus adeſt legitimus contradictor, nec poſſeſſor, non facit executorem mixtum, ſed remanet merus, & ab eo non datur appellatio. ad notat. per Felin. *num.* 22. *verſ. item amplia, de præſum.* Ancharan. *conſ.* 297. *num.* 7. *&* *ſeq.* Rebuff. *in prax. in forma novæ proviſionis. in verb. amoto. verſ. nec virtute hujus clauſulæ* apud Rot. *deciſ.* 333. *p.* 4. *rec. tom.* 2. *num.* 2. ubi etiam *num.* 3. quod, quando non apparet legitimus contradictor, ſufficiat, quod ſe extrajudicialiter informaverit, cum in extrajudicialibus credatur facienti. Ægid. *deciſ.* 567. Put. *deciſ.* 144. *lib.* 2. ubi etiam quod tertius interveniens pro ſuo intereſſe non ſit legitimus contradictor ad impediendam executionem litterarum Apoſtol.

Clauſula V. *Inducas, & inductum defendas*, dat e- 5
xecutori facultatem, & poteſtatem immittendi in poſſeſſionem, & in ea defendendi. Riccius *in prax. p.* 2. *reſ.* 299. Non tribuit perpetuam juriſdictionem, ſed tantum donec clauſula fuerit rite executioni mandata. Riccius *in prax. clauſul. p.* 3. *reſ.* 101. & uſque ad annum, juxta *cap. quærenti, de offic. delez.* ubi Felin. *in fin.* ubi de communi. Abb. *in cap. pro illorum. num.* 11. *de præb.* Put. *deciſ.* 20. *lib.* 2. *in novis.* vel etiam poſt annum reſpectu moleſtiæ, quæ fit ex cauſa antiqua. Riccius *loc. cit.* apud quem Calderin. & Joan. Andr. ac Cardin. *conſ.* 10. *num.* 14. & apud Rot. *deciſ.* 256. *p.* 7. *rec. num.* 18.

Præterea hæc clauſula tollit omne vitium attentatorum; quia eaſdem habet virtutes, ac clauſula *appellatione remota*, quæ tollit attentata Lancellot. *de attentat. p.* 2. *cap.* 12. *limit.* 8. *num.* 1. Mar. Antonin. *lib.* 1. *var. reſ.* 50. Vivian. *in prax. Juriſpatr. p.* 2. *lib.* 13. *cap.* 8. *num.* 31. Put. *deciſ.* 328.

Et quia hæc clauſula tantum temporalem tribuit juriſdictionem, & ideo, negotio executo, expirat juriſdictio, licet nova emergat turbatio; quia executor jam functus eſt officio ſuo. Innoc. *in d. cap. pro illorum. de præb. n.* 3. *verſ. in aliis*, licet nulliter fuerit functus officio ſuo, juxta Riccium *loc. cit. num.* 5. 6

Clauſula VI. *Appellatione remota &c*, intelligitur de appellatione frivola, ſeu facti, & non quando ſententia eſt notorie injuſta. Riccius *in prax. clauſul. p.* 3. *reſ.* 97. gloſ. *in cap. ex conqueſtione, de reſtit. ſpol.* Abb. *in cap. inter cætera, de re jud.* Lancellot. *de attent. tit. de appell. pend. limit.* 8. *num.* 44. *ac per tot.* ubi late de natura hujus clauſulæ. *p.* 2. *cap.* 12. Graſſ. *dec.* 2. Abb. *in cap.* 1. *de reſcr.* Veral. *dec.* 87. non obſtante particu-

in

la universali *omni & quacumque*. Menoch. *de adipisc. remed.* 4. *num.* 850. & *de arbitr. cas.* 197. *num.* 3. Marchesan. & Gratian. apud Dian. *p.* 9. *tr.* 7. *res.* 28. Monet. *de commut. ult. vol. cap.* 11. *num.* 467. Mart. *de clausul. p.* 1. *clausul.* 12. Gratian. *disc. for. cap.* 494. *nu.* 2. & alii apud Vivian. *l. sup. cit. num.* 43. ubi etiam Barbos. *de clausul. clausul.* 7. Seraphin. *decis.* 1176. & 1471.

Præterea hæc clausula tanquam odiosa non operatur contra tertium, qui non litigavit, sed tantum contra litigantes. DD. *in cap. super eo, de offic. deleg.* & *in cap. cum super, de re jud.* Menoch. *de adipisc. remed.* 4. *num.* 846. & alii plurimi apud Riccium *in praxi clausul. part.* 3. *resol.* 97. ubi Rot.

Insuper effectus hujus clausulæ est, quod in appellatione sit inferenda causa, propter quam justificetur appellatio, quæ debet ab appellante probari. Vivian. *l. c.* Franc. *in cap. pastoralis, de appell.* Felin. *in c. quoad consultationem, de re jud.* Riccius *l. c.* qui testatur ita fuisse decisum a Rota.

Porro etiamsi per hanc clausulam sit ablata appellatio, non censetur tamen ablata restitutio in integrum. glos. *fin. in L. un. C. si de moment. possess.* Barbos. *clausul.* 9. *n.* 29. *decis.* 109. *n.* 5. *inter impressas* post Cenc. *de censib.* apud Bichium *dec.* 234. *num.* 37. Similiter hæc clausula, quamvis tollat appellationem, non tamen tollit causæ cognitionem, & processum ordinarium usque ad sententiam definitivam. Bichius *decis.* 256. *n.* 14. sed

Quod hac clausula in contractibus a partibus apposita possit procedi executive, tenet Felin. *in cap. pastoralis.* §. *cum autem. num.* 28. *de offic. Jud. deleg.* ubi quod magis operatur ista specialis provisio hominis, quam Principis cum dicta clausula delegantis. Franc. *in c. pastoralis. num.* 11. *de appell.* Mandel. *cons.* 281. *num.* 2. Ruginel. *de appellat.* §. 2. *c.* 3. *num.* 625. Coler. *de proces. execut. p.* 2. *c.* 1. *num.* 100. & alii apud Rot. *decis.* 369. *p.* 17. *rec. num.* 2. & 3.

7 Clausula VII. *Quorum tenores* habet diversos effectus. Primus est, quod per illam derogatur cuicumque constitutioni anteriori, etiam habenti clausulam derogatoriam. Gabr. *de clausul. concl.* 5. quando nempe non fuit posita in rescriptis, sed in constitutionibus. *num.* 16. apud quem plura videre poteris de hac clausula. Marta *de clausul. lib.* 1. *clausul.* 193. Vivian. *l. sup. cit. num.* 92. late Rota *in decis.* 630. *p.* 4. *rec. tom.* 3. ubi etiam an censeatur derogatum privilegiis jurispatronatus; & operatur individuam omnium expressionem cum omnibus suis qualitatibus. Felin. *in cap. nonnulli, de rescr.* & sufficit pro plena specificatione etiam eorum, quorum Pontifex non habet notitiam. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 36. *num.* 60. Et hæc clausula fuit ideo adinventa, ut Papæ non censeatur imposita lex repetendi de verbo ad verbum anteriores constitutiones in contrarium facientes, quæ impositio ridicula esset, ut dixit Rot. *decis.* 666. *p.* 1. *rec. num.* 4. cum DD. ibi allegatis; sed ut possit derogare constitutionibus omnibus, etiam illis, quarum alias notitiam non habet, alias enim nimium arctaretur, vel si illas ob ignorantiam earundem revocare non posset, vel si illas, quarum notitiam habet, novæ constitutioni inserere deberet, cum enim tot ac tantæ sint, partim corpori juris insertæ, partim a prædecessoribus emanatæ, hoc esset vix non impossibile, vel certe valde difficile. vide Pyr. Corrad. *in prax. dispens. Apostol. lib.* 20. *cap.* 4. *num.* 20. *seqq.* Rot. *decis.* 630. *p.* 4. *rec. tom.* 3. *num.* 44. ubi Gregor. XV. *decis.* 109. *num.* 10. quod dicitur *in annotat. ad eundem. num.* 14. Hæc clausula ergo operatur, ac si tenor priorum constitutionum contrariarum litteris derogatoriis fuisset insertus. DD. *cit.* & alii apud Rot. *decis.* 666. *p.* 1. *rec. num.* 3. Habet etiam vim cujuscumque litis, prætensionis, & juris in Judicium deducti, & tollit subreptionis vitium. Garz. *de benef. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 234. Vivian. *l. sup. cit.* Derogat Regulis Cancellariæ eodem modo, ac si fuissent expressæ in specie. Gratian. *disc. for. c.* 182. *num.* 18. Maresc. *lib.* 1. *var. res. c.* 19. *nu.* 19. & alii apud Vivian. *loc. cit.* Barbos. *clausul.* 70. Mantic. *decis.* 76. Seraphin. & alii.

Quæ prædicta procedunt in constitutionibus motu proprio emanatis: at in rescriptis ad instantiam partis emanatis aliter dicendum est, juxta ea, quæ de clausula *pro expressis* tradit Gabr. *de clausul. concl.* 5. *num.* 4. & 9. ac proinde tunc, quamvis alias hæc clausula operetur expressionem specificam omnium eorum, ad quæ relata est, ita ut omnia præsumantur Pontifici narrata. Butr. *cons.* 2. *alias* 49. *nu.* 5. & 6. Mohed. *decis.* 1. *de resc.* Cassad. *decis.* 10. *super regul.* apud Rot. *decis.* 466. *p.* 1. *rec. num.* 5. ubi Gemin. *cons.* 65. *n.* 28. & *decis.* 506. *d. part.* 1. & sic tollat vitium subreptionis, contineatque expressionem omnium contentorum in gratia confirmata. Butr. *d. cons.* 2. Felin. *in c. nonnulli, sub num.* 6. *de rescr.* & alii apud Rot. *decis.* 297. *num.* 7. *p.* 4. *rec. tom.* 2. tamen non operatur circa non expressa, nec circa ea, de quibus Papa non habuit notitiam. Veral. *decis.* 121. *p.* 1. 1. apud Rot. *decis.* 128. *p.* 2. *rec. num.* 5. etiamsi adsit conjuncta clausula *ex certa scientia*, quia etiam illa non operatur nisi circa ea, quæ Princeps præsumitur scire, prout sunt illa, quæ in jure consistunt, secus circa ea, quæ sunt facti, quæ ignorare præsumitur. Bal. *in L. fin. num.* 6. *vers. dicas etiam. C. sent. rescind. non posse.* & hæc vel maxime, si agatur de præjudicio tertii; prout de clausula *pro expressis* tenet Gabr. *loc. cit. num.* 13. & ut supra diximus in clausula *motus proprii*, ubi quod Papa nunquam præsumitur velle alicui præjudicare, ut alteri faveat. Et quod hæc clausula in rescriptis posita nosi suffragatur in illis, quorum specialis mentio requiritur, tenet Dec. *cons.* 142. *sub num.* 7. *vers. non obstat, cum seq.* Rot. coram Seraphin. *decis.* 981. *num.* 8. & alii apud *decis.* 233. *p.* 12. *rec. num.* 5. & *decis.* 148. *p.* 19. *rec.* maxime si in indulto &c. ad supplicationem concesso adsit clausula, *ut asseritur, de præmissis notitiam non habentes.* Rot. *cit. decis.* 148. *a num.* 19.

Clausula VIII. *Sine præjudicio executionis litterarum* 8
Apostolicarum, & parito Brevi, & judicato, posita in Bullis, seu litteris appellationum, facit, quod Judex ad quem, ante executionem sententiæ latæ a Judice a quo, non possit sese causæ intromittere. Riccius *in praxi p.* 2. *res.* 368. & *p.* 3. *res.* 112. *in prax. clausul.* Maresc. *lib.* 1. *var. resc. c.* 86. & 87. apud quem videre poteris plures ejus effectus. Et ideo per hanc clausulam sustinetur, & valet executio facta appellatione pendente sine vitio attentatorum, & nullitatis. Seraph. *decis.* 247. & 1098. & 1484. Graz. *de benef. p.* 1. *c. num.* 573. Marta *de clausul. p.* 1. *clausul.* 160. Barb. *clausul.* 91. Vivian. *in prax. Jurispatr. p.* 2. *lib.* 13. *cap.* 8. *num.* 272. Marches. *de commiss. p.* 2. *cap.* 5. & Rot. coram. Seraphin. de qua testatur Riccius *in prax. clausul. d. res.* 112. *nu.* 8. præservat enim jurisdionem Judicis a quo, ita ut possit procedere ad ulteriorem executionem, nec impediatur per aliquam inhibitionem Judicis ad quem. Cæs. de Grass. *decis.* 3. *num.* 4. *de sent. & re jud.* Marches. *de commiss. appell. p.* 2. *c.* 5. *num.* 19. apud Gratian. *disc. for. c.* 41. *num.* 22. nisi dictum fuerit *sine præjudicio executionis* N. B. *faciendæ coram Judice appellationis*; tunc enim aufertur potestas exequendi Judici a quo, & transfertur ad Judicem ad quem. Rot. *divers. decis.* 473. *num.* 3. *lib.* 3. *p.* 3. apud Gratian. *loc. cit. num.* 21.

Præterea hæc clausula solum præservat facultatem executori litterarum Apostolicarum exequendi, non obstante judicio ordinario. Put. *decis.* 71. *lib.* 1. Riccius *d. obs.* 112. *num.* 1. & ideo non impedit, quominus Judex possit procedere etiam executione ab executore omissa, dummodo illi non obstet, aut impediat. Riccius *loc. cit. num.* 2. ubi Rota.

Hæc clausula tamen non impedit, quin facta executione possit dici de ejusdem nullitate; quia tunc dictæ clausulæ jam fuit satisfactum; illiusque effectus consummatus, diciturque executor post executionem factam functus officio suo, & sic non potest pati impedire alios juris effectus. Riccius *loc. cit. num.* 3. ubi Rota. Vivian. *loc. cit. num.* 269. ubi Put. *dec.* 419. *lib.* 2. Rot. *dec.* 98. *p.* 4. *rec. tom.* 2. *num.* 10. & ad Judicem a quo spectat cognitio, an fuerit modus excessus in exequendo. Berou. *cons.* 52. *nu.* 18. *lib.* 3. Lancellot. *de attent. p.* 2. *c.* 12. *limit.* 53. 33. apud Rot. *dec.* 8. *num.* 2. *p.* 6. rec. si executio fuit facta a Judice ad quem, si vero fuit facta a Judice a quo, tunc detecta ejusdem injustitia &c. revocatur a Judice ad quem, etiam per viam manutentionis. Rot. *dec.* 132. *p.* 7. *rec.*

Insuper hæc clausula non extendit suum effectum ad litteras posteriores commissione, in qua posita fuit, sed tantum ad anteriores, si posteriores non faciunt litis mentionem. Vivian. *l. c. n.* 270.

Ulterius, si hæc fuit posita in litteris commissionis causæ principalis, facit, quod non possit commissarius

pro-

procederé in negotio, seu causa principali, nisi parito litteris. Rot. apud Riccium *loc. cit.* Put. *dec. 19. & 34. l. 1.* Vivian. *loc. cit.* Mar. Anton. *var. res. l. 1. ref. 8.* Marches. *loc. cit.* Maresc. *d. c. 138. nu. 4.* & vi hujus clausulæ provisus ab Ordinario debet reddere possessionem proviso ab ipso Pontifice. Riccius & Vivian. *loc. c.*

9 Clausula vero *parito Brevi*, dat jurisdictionem duntaxat conditionalem, ita ut executor[1], vel commissarius virtute commissionis sibi factæ, cui inserta sit hæc clausula, procedere non possit, nisi ex actis sibi constet, paritum fuisse Brevi. Marta *de clausul. p. 1. clauſ. 90.* & probatur ex textu *in c. cum dilecta, de rescr.* Put. *l. 1. dec. 429.* & cum hæc clausula, uti dicebamus, importet conditionem, debet præcise adimpleri, & non sufficit simplex oblatio; sed requiritur effectus usque ad finem litis. Marta *loc. cit. clauſ. 91.* Vivian. *l. c. num. 333.* Maresc. *l. 1. var. res. c. 86. & 87.* ubi plures effectus hujus clausulæ. Garz. *de benef. p. 6. c. 3. a n. 110.* Debet ergo constare de reali paritione, etiam cum expensarum refectione. Staphil. *de liter. instit. de clauſ. Et per Breve Sanctitatis vestræ, nu. 9.* Vestr. *in prax. l. 8. c. 3. sub n. 10.* Lancellot. *de attent. p. 2. c. 18. num. 142.* apud Rot. *dec. 123. num. 1. p. 4. rec. tom. 2.* ubi *nu. 2. & 3.* quod non admittatur ad hunc effectum compensatio, maxime cum credito nondum liquido, vel inæquali: ut de quantitate ad speciem, & econtra. & citat Surd. *cons. 112. num. 55.* Socin. jun. *cons. 60. num. 3. lib. 1.* Boer. *cons. 14. num. 3.* Menoch. *præsumpt. 109. num. 18. & 38. lib. 4.* Sed quod diximus de refectione expensarum, intelligendum est, quando in sententia adest condemnatio in easdem. Rot. *d. decis. 123. num. 8.* ubi Staphil. & Vestr. *ll. cit.* alias, quando talis condemnatio non reperitur, est regula, quod hæc clausula non capiat expensas. ut in prædicta Rot. *num. 6. & decis. 322. num. 15. p. 12. rec.* si vero adsit res judicata, & expensæ non sint liquidæ, ille qui petit ad ulteriora procedi, debet illas liquidare, vel impetrare commissionem ad liquidandum, cum facultate procedendi eo elapso in negotio principali, ad hoc ut tollatur suspensio jurisdictionis per dictam clausulam *parito* &c. inducta. juxta praxim Rotæ, de qua testatur Seraphin. *decis. 655.* apud Rot. *cit. num. 9.* de qua vide etiam Maresc. *l. 1. var. res. cap. 87. n. 6. & 7.* quod autem de expensis fuit dictum, id intelligitur, & dicitur etiam de fructibus: & si adsunt tres sententiæ, etiamsi non omnes condemnent in fructus, & expensas, sufficit tamen quod duæ condemnent, etiamsi prima non condemnet, sed sufficit, quod non absolvat. Covar. *pract. quæst. c. 25. n. 6. vers. etenim, cum vers. sequentibus*, quem sequitur Rot. *dec. 335. p. 16. rec. n. 14.*

Tria ergo requiruntur, ad hoc, ut dictæ clausulæ sit satisfactum; ut nempe reus rem, ac illius possessionem dimittat, fructus restituat & expensas refundat. *c. ult. de rest. spol. Clem. ut calumniis, de re jud.* Staphil. *de litter. gratiæ c. quando petitur. n. 8. & 9.* Vestr. *l. sup. cit.* Lancellot. *de attent. rest. in in integr. pend. p. 2. c. 18. n. 127. & seq.* & alii apud Rot. *d. dec. 335. p. 16. rec.* quibus cessantibus Judex ad quem nullam habet jurisdictionem, ut supra dictum est, qui ob dictæ jurisdictionis defectum ad ulteriora procedere non potest, nec ex capite læsionis, nec ex capite injustitiæ, aut quovis alio. arg. *in L. 1. & tot. tit. C. si a non competenti. c. inter monasterium, de re judic.* Verall. *decis. 150. nu. 6. p. 5.* & apud Cavalcan. *decis. 110. n. 1.* ne sit in potestate judicis ad quem sub quocumque prætextu eludere hujusmodi rescripta; quia alias actum esset de hac clausula, ut dixit Rot. coram Penia *decis. 1309. n. 8.* sed tunc recurrendum erit ad Pontificem, ut remissionem cum dicta clausula factam modificaret alia clausula *arbitrio Rotæ*. vide Rot. *cit. decis. 335. a n. 4.* Limita tamen primo; si nullitas, vel injustitia esset notoria. ut per Verall. *decis. 188. p. 3.* Maresc. *d. c. 87. n. 33.* Limita secundo post paritionem præstitam, post quam non impeditur Judex ad quem, quin executionem nulliter, vel injuste factam etiam per viam manutentionis revocare possit, ut in priori clausula „ *sine præjudicio* &c. diximus. Addend. ad Gregor. XV. *decis. 91. num. 13.* apud Rot. *d. decis. 322. p. 12. rec.* Limita tertio, si pars adversa, ad cujus favorem hæc clausula *parito* fuit apposita, patiatur de meritis, & justitia causæ principalis cognoscere; quia tunc illi censetur renunciare, quæ renunciatio etiam tacite fieri potest. Marta *de clausul. p. 1. clauſ. 2. sub n. 10. vers. limitata nisi esset.* Marches. *de commiss. p. 2. fol. 128. sub n. 6.* Maresc. *d. c. 87. n. 34. & 35.* Achil. *dec. 12. sub n. 1. & seqq. de rescr.* Verall. *dec. 125. nu. 2. p. 3.* Coccin. *dec. 47. n. 14. & seqq.* Rot. *dec. 322. p. 12. rec.* habet enim hæc clausula tacitam conditionem, *quatenus ille, ad cujus favorem fuit apposita, ea uti velit.* Maresc. & DD. *cit.*

Porro, redeundo ad conclusionem principalem, ad hoc ut huic clausulæ dicatur satisfactum, debent fructus, & expensæ usque ad obulum restitui. Rot. *d. dec. 335. nu. 2.* & quidem actualiter, nec sufficit oblatio; ut supra diximus, quod tamen cum distinctione tradit Maresc. *loc. cit.* quod id procedat, quando hæc clausula fuit apposita in litteris Principis; secus vero si est apposita in pacto inter partes, & non in commissione; quia tunc si fructus sunt illiquidi, sufficit oblatio cum depositione unius Julii. Angel. *in L. 4. §. ait Prætor. ff. de re jud.* Alex. *cons. 24. n. 9. l. 4.* Capyc. *dec. 17. n. 5.* & hanc opinionem cit. Maresc. *n. 9.* vocat communem, per Caputaq. *dec. 150. n. 5. p. 1.*

In liquidatione vero fructuum restituendorum, quos quis actualiter percepit, debet probatio concludere per necesse, & non per possibile. Veral. *dec. 30. p. 2.* Secus vero ubi quis condemnatus fuit ad restituendos fructus, qui percipi potuerunt. Veral. *l. c.* Fab. Turret. *cons. 34. n. 4.* apud Maresc. *l. c. num. 8.* ubi Rota.

Et quod de dimissione possessionis diximus, intelligendum est de possessione naturali; nam possessio civilis, & solo animo retenta, non continetur sub hac clausula, cui proinde satisfit dimissione possessionis naturalis. Rot. *d. dec. 322. p. 12. rec.* & hinc est, quod postquam satisfactum fuit huic clausulæ, possit satisfaciens adhuc petere manutentionem, dato de injustitia &c. executionis, seu rei judicatæ, ut supra diximus. plura de hac clausula videri poterunt apud Maresc. *d. c. 87. per tot.*

An vero hæc clausula posita in prima commissione censeatur repetita in secunda, vide quæ supra diximus *in praxi clausularum communium. n. 9.*

Idem quoque operatur clausula *parito judicato*, & impedit manutentionem. vide *DD. supra cit.*

Clausula IX. *Volumus autem*, facit conditionem, & 10
aliquid post se relinquit, facit esse conditionale, adeoque adimplendum pro valore gratiæ. Rot. *dec. 539. p. 5. rec. tom. 2.* ubi plura.

Clausula X. *Vocatis vocandis „ Servatis, servandis,* 11
vel *si tibi constiterit.* & quidem prima clausula *vocatis* &c. facit executorem de mero mixtum, ita ut teneatur assumere partes Judicis, etiam clausula *servatis servandis*. Riccius *in prax. clauſ. p. 3. ref. 98.* ubi DD. Maresc. *l. 2. var. res. c. 1. nu. 80.* ubi Rot. Gratian. *disc. for. c. 596. n. 30.* & in specie de hac clausula vide quæ diximus *in prax. alienat.* qui executor tenetur servare formam rescripti, alias omnia acta per ipsum gesta corruunt, & laborant vitio nullitatis. *c. exhibita*, ubi DD. & Abb. *de Judic.* Dec. *cons. 173.* & DD. *in c. fin. de præsum.* Et ita citare debet eos, qui de jure veniunt citandi. Cardin. *cons. 63. in princ.* Felin. *in c. de cætero, n. 2. de re judic.* & alii apud Rot. *dec. 391. p. 4. rec. tom. 1. & dec. 525. n. 4. p. 2. rec.* Intelligitur tamen hæc clausula de vocandis de jure. Veral. *decis. 58.* Abb. *loc. cit.* Mar. Antonin. *l. 1. var. ref. 58.* Vivian. *loc. sup. cit. num. 28.* Tollit vitium subreptionis. Card. *cons. 29.* Riccius, & Vivian. *ubi supra.* Marta *de clauſ. p. 1. caluſ. 190.* Garz. *de benef. p. 12. c. 2. §. 1. n. 140.* facit causam appellabilem, cum facit executorem mixtum, qui debeat judicialiter procedere, & per sententiam &c. DD. *cit.* Barb. *clauſ. 109.* Seraphin. *decis. 338.* Vivian. *loc. c.* Rot. *dec. 558. nu. 3. p. 1. rec. nu. 3.* Bene verum est, quod in materia executiva, etsi Judex, seu executor non pronunciet, sed relaxet mandatum executor non pronunciet, sed relaxet mandatum executivum, tamen non sit locus appellationi quoad effectum suspensivum; quia in executione litterarum Apostolicarum proceditur ad instar *Legis fin. C. de edict. Divi Adrian. tollend.* Abb. *in c. constitutis. n. 14. in fin. de appell.* Menoch. *de adipisc. remed. 6. n. 35.* Mohed. *decis. 13. in lit. pend.* in quo remedio etiamsi procedatur judicialiter, & citatis citandis, nihilo minus non retardatur executio sub prætextu appellationis. ita Rot. *d. decis. 558. p. 1. rec. n. 4.* apud quam *n. 7.* aliam limi-

tatio-

tationem videre poteris. At vero quando non sumus in exequutivis, appellatio datur etiam ad devolutivum; & ita executio facta, seu possessio capta non expectato decendio ad appellandum dato, dicitur attentata. vide Rot. *decis.* 166. *p.* 16. *rec.* & quæ diximus *in praxi appellationis*. de hac clausula vide late Pyr. Corrad. *in praxi dispens. Apostol. lib.* 9. *c.* 5. *n.* 3. *seqq.*

Eosdem operatur effectus clausula *si tibi constiterit*, quæ etiam requirit causæ cognitionem, ac partis citationem, nisi adesset adjuncta clausula *extrajudicialiter*, vel nisi narrata verificarentur ex actis, & coram eodem Judice. glos. *in Clem. præsenti*, *de censib.* Lap. *alleg.* 60. Felin. *in c. si constiterit*, *de accusat.* Abb. *in c. conquerente*, *de restit. spol. num.* 9. Et requirit plenam probationem *c. quia circa*, *de consang. & affinit.* Marta *de clausul. p.* 1. *claus.* 90. Riccius *in prax. clausul. p.* 3. *ref.* 104. & quod requirat causæ cognitionem tradit Innoc. *in c. fin.* ubi Bald. *de præsum.* Garz. *de benef. p.* 6. *c.* 3. *a num.* 36. Barbos. *claus.* 18. & 87. Seraphin. *decis.* 637. Crescent. *de reser. decis.* 6. & *de privileg. decis.* 12. Cavalcan. *dec.* 22. *p.* 1. & alii apud Vivian. *in prax. Jurispat. p.* 2. *lib.* 13. *c.* 8. *n.* 4. ubi Rot. qui omnes concludunt, requiri concludentes, & plenas probationes; neque statur assertioni executoris. vide late Pyr. Corrad. *in prax. dispens. Apost. lib.* 9. *c.* 5. *a num.* 51. *ad* 56. ubi differentia inter Clausulam *si tibi constiterit*, & clausulam *repereris*, sed vide infra *num.* 18. distinctionem Maresc. cotti. Idem facit clausula *cognitio* prius. Ciarlin. *contr. for. c.* 10. *num.* 71. ubi DD.

12 Clausula XI. *verificato prius*, est frequens in litteris Apostolicis super provisione beneficii Jurispatronatus, & ideo facit gratiam esse pure conditionalem, & debere plene, & concludenter probari, ut collatio valeat, & ideo requirit causæ cognitionem. *c. quia circa*, *de consang. & affin.* Marta *de clausul. p.* 1. *claus.* 190. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 18. Garz. *de benef. p.* 6. *c.* 3. *a num.* 39. & alii apud Vivian. *loc. cit. nu.* 3. Praxis vero solet esse talis: comparet provisus coram Ordinario, exhibet litteras Apostolicas, & dicit, quod intendit verificare jusjpatronatus ex fundatione, vel dotatione &c. juxta narrata in litteris, & instat citari procuratorem fiscalem ad assistendum tali verificationi jurispatronatus, cum protestatione, quod non intendit ipsum admittere in contradictorem legitimum, nisi quatenus importat quoad verificationem dicti jurispatronatus, & illius probationem, & non alias, aliter, nec alio modo: citato vero procuratore fiscali producit sua jura, & facit illa a testibus citatis recognosci, petitque illa recipi, & admitti; & Ordinarius illa admittit si, & in quantum &c. & postmodum declarat, jusjpatronatus fuisse verificatum, vel non. ita Vivian. *l. c. n.* 12.

13 Clausulæ XII. *Ut asseris*, & *Ut asseritur* inter se differunt, quod clausula *ut asseris* arctat supplicantem ad verificanda narrata; quia censetur narrativa partis, quæ si non verificatur, gratia est subreptitia, secus vero clausula ut asseritur; quia non est narrativa partis, sed Papæ, quæ non indiget justificatione. Rebuff. *in concord. tit. de form. mand.* Apostill. *verb. nec non omnia*, *vers. nota tamen.* Marta *de clausul. p.* 1. *claus.* 170. *in fin.* Cassad. *decis.* 4. *de prob. in princ.* Rot. *decis.* 60. *num.* 2. *de rescript. in antiq. & decis.* 412. *num.* 2. & 447. *num.* 1. *p.* 2. *divers.* apud Rot. *dec.* 371. *p.* 5. *rec. tom.* 1. *num.* 12. *seqq.* ubi late. Vivian. *l. sup. cit. c.* 8. *num.* 131. Seraphin. *dec.* 388. Riccius *in prax. clausul. p.* 3. *ref.* 99. Et si clausula loquatur alternative, puta, *ut asseris de jurepatronatus Laicorum*, *vel Clericorum* sufficit, quod unum horum sit verum. Riccius *loc. cit.*

14 Clausula XIII. *Quatenus Juspatronatus mixtum* importat causæ cognitionem vel informationem, non quidem judicialem, sed tantum extrajudicialem. Riccius *in prax. clausul. p.* 3. *ref.* 105. Cavalc. *p.* 1. *dec.* 22. *num.* 5. apud eundem Riccium *num.* 6. ubi quomodo probetur jusjpatronatus mixtum, scilicet partim Ecclesiasticum, & partim Laicale.

15 Clausula XIV. *ex nunc prout ex tunc* trahit unum tempus ad aliud, & facit ut unum tempus alteri insit. Tiraq. *de retract. convent.* §. 2. *glos. un. num.* 86. Surd. *decis.* 113. Negusan. *de pignor. p.* 2. *membr.* 2. Vivian. *loc. cit. num.* 53. & probatur *ex L. hujusmodi*. *ff. de V. O.* ubi D. D.

Porro advertendum, quod secundum diversam hujus clausulæ relationem, diversum quoque operatur effectum: si enim referatur ad tempus futurum, importat, quod non censeatur actus gestus, sed referatur ad tempus, ad quod fit relatio. Cæphal. *cons.* 153. & ideo tempus futurum non trahitur ad præsens, facit tamen, quod actus nunc valeat, ac tunc valeret. Tiraquel. *de retract. d.* §. 2. *glos. un. nu.* 86. Marta *de clausul. p.* 1. *claus.* 54. Maresc. *lib.* 2. *var. res. c.* 39. *num.* 28. & 29. Barbos. *claus.* 26. Vivian. *ubi supra*.

Verum si fuerit posita in statutis, non retrotrahitur ad initium dispositionis, sed debet expectari conditionis eventus. Tiraquel. *loc. cit.* Riccius *in prax. clausul. p.* 3. *ref.* 106. Si vero dicta clausula fuerit posita in contractu, retro transfert dominium. Bar. *in L. qui absenti*, *ff. de acquir. posses.* Riccius *uti supra*.

Et quando est posita a Papa in beneficio vacante, non suspendit gratiam, secus si in vacaturo, maxime cum agitur de jure tertii, in cujus præjudicium non operatur. Riccius *loc. cit.* ubi Put. *decis.* 190. & de hac clausula in provisione beneficiorum posita diximus etiam supra *in praxi Beneficiorum*, & in praxi *Coadjutoriæ*, & alibi; & videre potes etiam Pyr. Corrad. *in prax. dispens. Apost. lib.* 6. *c.* 1. *num.* 43.

Similiter hæc clausula posita in reservatione pensionis, ut quando Pontifex reservat pensionem ad favorem alicujus nondum Clerici pro tempore quo Clericus factus fuerit cum prædicta clausula *ex nunc prout ex tunc*, & *ex tunc prout ex nunc*. suspendit gratiam, & differt ad tempus habile, quo scilicet pensionarius Clericus fuerit factus, cum gratia non habeat effectum nisi in tempore habili. *L. in tempus. ff. de hæred. instit.* & illa clausula tantummodo tribuit spem pensionem exigendi, quamprimum pensionarius fuerit factus Clericus. Cassad. *decis.* 3. *num.* 4. *circa med.* ubi *n. seq. circa fin.* quod sive fuerit dictum *ex tunc prout ex nunc*, sive *ex nunc prout ex tunc*, nulla adsit differentia, sed dispositio pendet a futuro eventu, & ideo pensionarius factus Clericus non poterit exigere terminos pensionis decurso tempore, quo nondum erat Clericus. Nec obstat quod dicit Alex. *in L.* 1. *C. de cond. inser.* quod nempe quando verba *ex nunc prout ex tunc &c.* ponuntur in aliqua dispositione, illius effectus videatur collatus ad tempus præsens, quo verba proferuntur per retrotractionem: nam id solum procedit in dispositione pura, non autem in conditionali, & est tex. *in c. præterea*, 2. *de appell.* ubi Innoc. & Joan. Andr. qui dicunt, quod actus tunc trahitur ad diem conditionis, & ante non operatur; nec facit actum de conditionali purum: quamvis enim dictio *ex nunc* sit demonstrativa temporis præsentis. ut in *L.* 1. *ff. de cond. indeb.* & *L.* 1. §. *nunc tractemus. ff. de tut. & rat. distrah.* Menoch. *cons.* 4. *num.* 3. Tusc. *litt. D. concl.* 317. *num.* 1. Barbos. *dict.* 149. *de diction.* tamen dictio *ex tunc* addita extremitatem temporis, & conditionem significat. ut in *L.* 4. §. *fin.* ubi glos. & Bart. *ff. de condit. & demonstr. & in L. Gallus in princ.* ubi glos. *verb. tunc. ff. de liber. & posth.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib.* 3. *tit.* 14. *num.* 10. Peregr. *de fideicom. art.* 29. *num.* 28. vide late Pyr. Corrad. *in prax. benef. lib.* 1. *c.* 5. *num.* 180. cum multis *seqq.* Ulterius hæc clausula actui conditionali apposita non patitur retrotractionem, quando alteri medio tempore fuit jus quæsitum. Cassad. *decis.* 3. *num.* 15. *de præb.* Mohed. *decis.* 21. *num.* 4. *eod. tit.* Put. *decis.* 186. *lib.* 2. *in correct.* Achil. *decis.* 14. *num.* 7. *de Appell.* Cott. *decis.* 19. glos. *in Clem. un. vers. ex tunc.* ubi Card. *num.* 9. Anchar. *num.* 6. *de conces. præb.* & alii apud Rot. *decis.* 602. *num.* 24. *part.* 5. *recent. tom.* 2. Neque retrotrahitur, quando ante purificatam conditionem res devenit ad casum, a quo incipere non potest. Cost. *de retract. c.* 7. *num.* 1. Rot. *loc. cit. a num.* 25. Et quod hæc clausula contractui conditionali adjecta, non soleat habere vim retrotractivam nec pariat suum effectum, nisi a die purificatæ, & existentis conditionis, ad tex. *in Clem.* 1. ubi glos. *verb. ex tunc*, *de præb.* tenet Rot. *dec.* 330. *num.* 29. *p.* 11. *rec.* ubi Honded. *consil.* 18. *num.* 43. *lib.* 2. Marcabr. *cons.* 31. *per tot.* & præsertim *num.* 3. *cum seqq.* Paris. *cons.* 82. *num.* 17. *vers. quibus non obstat*, *lib.* 4. Modern. Lusitan. *de clausul. claus.* 61. *num.* 4. *in fin.* & alii. & signanter in terminis acquisitionis fructuum pendente conditione perceptorum, quod dicta clausula *ex nunc* &c. non operatur retrotractionem, consuluit Menoch. *cons.* 946. *num.* 34. & 35. Curt. jun. *cons.* 74. *num.* 8. & *consil.* 76. *num.* 5. Altogrd. *cons.* 13. *num.* 24. *vers. merito.*

Sal-

Salgad. *labyr. credit. p. 2. c. 21. num. 42. & 43.* apud cit. Rot. *num. 29.*

16 Clauſula XV. *Si & in quantum*, eſt valde frequens in decretis judicialibus, in admiſſione præſentationum ad beneficia patronata &c. & facit actum eſſe pure conditionalem, & valere tantum, quantum de jure valere poteſt, & non pluris, nec alias. Seraphin. *dec. 49.* Sperel. *dec. 180. num. 1.* apud quem videri poſſunt D. D. & Rot. *deciſ. 53. num. 42. p. 5. rec. tom. 1.* & diximus aliqua ſupra *in prax. clauſul. commun. num. 25.*

17 Clauſula XVI. *Gratis ubique* &c. eſt frequens in diſpenſationibus, quæ emanant in Curia, non tamen derogat conſuetudini legitime præſcriptæ aliquid accipiendi pro labore in examine teſtium: quæ quidem conſuetudo pluribus in Epiſcopatibus viget; & ita docet Diana & DD. apud eundem. *p. 8. tract. 3. reſ. 111.* ſed quia de hac materia plura dicemus in praxi *diſpenſationum*, ideo ad illum locum te remittimus. & in verb. *Executor. verſ. Verba Depoſita per te omni &c.* ubi contra præſentem Dianæ doctrinam aliqua ſcripſimus.

18 Clauſula XVII. *Si ita eſt &c.* quamquam multi velint, hanc clauſulam eſſe conditionalem, & importare conditionem, ita ut ſit neceſſaria cauſæ cognitio, & citatio &c. teſte Riccio *in prax. clauſul. p. 3. reſ. 111.* & in hanc ſententiam deſcendit Rota, teſte eodem Riccio *loc. cit.* tamen contraria opinio, quam tuentur plerique DD. eſt tenenda, ut, quandoquidem hæc clauſula ſit de illis, quæ tacite inſunt, nullam requirat cauſæ cognitionem, vel citationem, neque reddere gratiam ullo modo conditionalem. ob tex. *in L. conditiones. ff. de condit. & demonſtr.* ita contra Felin. *in c. ult. de præſum.* docet Lapus *alleg. 60.* Mareſc. *lib. 2. var. reſc. c. 1. num. 158. 159. & 160.* Ægid. *dec. 4.* Cardin. *in Clem. 2. de offic. Deleg.* Vivian. *l. ſup. cit. num. 50.* quæ ſecunda opinio procedere poteſt in reſcriptis gratiæ. Secus vero in reſcriptis juſtitiæ, & ubi agitur de præjudicio tertii, quo caſu prima ſententia tenenda videtur; & tunc illa clauſula requirit ſaltem extrajudicialem cognitionem, & citationem intereſſe habentium, vel de quorum poſſibili præjudicio agitur. ut ex tex. *in cap. omnia. 3. q. 9.* tenuit Rot. *deciſ. 226. p. 18. rec.* ubi Marchef. *de commiſ. p. 1. for. 322. num. 81.* Achill. *deciſ. 2. n. 1. de fil. Presbyl.* Put. *deciſ. 22. lib. 2. in correct.* Duran. *deciſ. 78. num. 6. & 10.* imo quod tunc illa clauſula efficiat executorem de mero mixtum, ſicut clauſula *ſi tibi conſtiterit*, de qua ſupra, tenet alia Rota *dec. 148. p. 19. rec. num. 8.* ut de clauſula *ſi inveneris, ſi repereris* diſtinguit Mareſc. *loc. cit. n. 157. & 151.* ubi DD. quod nempe prædictæ clauſulæ de ſui natura non importent juſtificationem aliquam judicialem, niſi quando adjiciuntur in perſonam Judicis, & circa materiam judicialem; quamvis tamen in reſcriptis gratiæ, ut diſpenſationis &c. non requirat cauſæ cognitionem judicialem, citationem &c. hoc tamen operatur, quod ſit verificanda narrativa gratiæ. Caputaq. *deciſ. 240. p. 2.* Cæſar de Graſſ. *deciſ. 1. num. 3. de reſcr.* apud Pyr. Corrad. *in prax. diſpenſ. Apoſt. lib. 7. cap. 6. num. 30.*

19 Clauſula XVIII. *Tunc, & eo caſu*, cum ſit reſtrictiva, reſtringit, & arctat diſpoſitionem ad caſum expreſſum duntaxat, neque patitur ullam extenſionem etiam ad caſus omnino ſimiles. Menoch. *conſ. 532.* Honded. *conſ. 96.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſ. 460.* Roman. *conſ. 131.* Sperel. *deciſ. 144. num. 18.* qui teſtatur, ita pluries fuiſſe deciſum a Rota. vide quæ pauca notavimus *in prax. clauſul. commun. num. 21.*

20 Clauſula XIX. *Omni meliori modo* facit, ut actus valeat eo modo, quo valere poteſt. Felin. *in cap. cum nuper, de offic. deleg.* Rot. apud Sperel. *deciſ. 144.* Fuſar. *de fideicom. quæſt. 145. num. 63. ſeqq.* ubi plures hujus clauſulæ effectus. Diſpoſitionem tamen non extendit, nec ampliat omiſſum, niſi cum hac clauſula adſit copula, vel aliqua dictio copulativa; ut *omni & alio meliori modo &c.* tunc enim operatur etiam circa ea, quæ non fuerunt expreſſa. vide Mareſc. *lib. 1. var. reſ. cap. 29. nu. 72. & lib. 2. cap. 140. num. 46.* Felin. *in d. cap. cum nuper.* Dec. *conſ. 11.* Vivian. *in prax. Juriſpatr. p. 2. lib. 13. cap. 8. num. 335.* Rot. *deciſ. 108. p. 7. rec. num. 26.* Et eundem habet vigorem ac robur, ac clauſula *pleno jure*. Ruin. *lib. 2. conſ. 47.*

Imo tanta eſt hujus clauſulæ virtus, ut poſita in teſtamento, ſuppleat clauſulam codicillarem, & propter illam dicta clauſula habeatur pro appoſita. Marta *de clauſul. p. 1. clauſ. 88. & p. 3. clauſ. 56.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 1. tit. 9. num. 11.* Bal. *in L. codicillis. ff. de leg. 2.* Vivian. *ubi ſupra.* Gratian. *diſc. for. cap. 216. num. 34.* & alii apud cit. Vivian.

Eadem clauſula poſita in contractibus ſanat omnes defectus circa illos. Marta *de clauſul. p. 1. clauſ. 84.* Ciarlin. *contr. for. lib. 2. cap. 124. num. 5.* Sperel. *loc. cit.*

Si vero fuit poſita in libello, videtur, quod libellans noluerit ſe obligare ad ſpecificata. Mar. Antonin. *var. reſ. lib. 2. reſ. 46.* Vivian. *ubi ſupra.* apud quem Cravet. *conſ. 327.*

Hæc tamen clauſula non eſt tantæ virtutis, ut varios ſenſum clarum, ſed tantum operatur in dubio, neque ſe extendit ad non excogitata, aut ad illicita, vel legibus repugnantia. Seraphin. *deciſ. 101. & 1184.* Barboſ. *de clauſul. clauſ. 52.* Surd. *deciſ. 7.* Mantic. *deciſ. 217.* nec ſuſtinet voluntatem contrariam legibus. Surd. *deciſ. 7.* Ciarlin. *cap. 33. num. 111. & cap. 91. num. 11.*

Clauſula XX. *Statum, & merita cauſæ* eſt frequens 21
in commiſſionibus appellationum, & facit, ac ſi ſpecifice Pontifici fuiſſet narratus non reditus pro Apoſtolis, & cætera, quæ in ſpecie, ac individualiter ad ſub vel obreptionem vitandam fuiſſent neceſſario exprimenda. vide Riccium *in praxi ſubrept. p. 3. reſ. 439. num. 5.* dummodo fuerit appoſita motu proprio, ſecus ſi ad inſtantiam partis. vide etiam Sperel. *deciſ. 85. num. 37.* Mareſc. *lib. 2. var. reſol. cap. 47. num. 6.* Mart. *de clauſul. p. 1. clauſ. 15.* Gabr. *de clauſ. concl. 5. num. 4.* Honded. *conſ. 39.* ubi DD. & probat Felin. *in cap. cæterum, de reſcr.* Rot. *de reſc. in nov. deciſ. 20.* Caſſad. *de præb. deciſ. 18.* Achil. de Graſſ. *deciſ. 9.* Vivian. *loc. cit. num. 245.* Non ſupplet tamen mentionem rei judicatæ. Marta *de clauſul. p. 1. clauſ. 174.* apud Vivian. *loc. cit.* quia res judicata requirit ſpecificam & individuam mentionem. Addend. ad Gregor. XV. *deciſ. 2. num. 17.* ubi Rota penes Marchef. *de commiſ. tom. 1. fol. 384.* niſi res judicata eſſet jam deducta in controverſiam; quia tunc ſufficit facere mentionem de lite per clauſulam *cujus litis ſtatim.* Addend. ad Gregor. *loc. cit. num. 18.* ubi Rota. hinc

Clauſula *cujus litis ſtatum &c.* in litteris poſita, illas a ſubreptione præſervat ob non factam litis expreſſionem. Gemin. *conſ. 120. num. 6.* Gregor. XV. *deciſ. 2. num. 5. & 6.* ubi Gemin. *loc. cit.* Achil. *deciſ. 9. de reſcr.* Rot. *deciſ. 413. p. 18. rec. tom. 2. num. 16. & deciſ. 424. n. 14. d. p. 18.* nam illa clauſula illius litis omiſſionem ſupplet, & operatur, ac ſi ſufficiens mentio facta fuerit. Rot. *deciſ. 667. num. 18. d. p. 18. rec.* Mantic. *deciſ. 213. num. 8.* Rot. *deciſ. 605. num. 11. p. 2. rec.* Rebuff. *in prax. p. 3. ſing. in verſ. quatenus litigioſum litis ſtatum.* Addend. ad Gregor. *d. deciſ. 2. num. 16.* Mart. *de clauſul. p. 1. clauſ. 174.* ubi late. Non tamen operatur, quod capi poſſit poſſeſſio abſque vitio attentatorum. Addend. *loc. cit. num. 16.* ubi Rotæ.

Clauſula XXI. *Sine præjudicio*; & *dummodo tempo-* 22
re datæ non ſit alteri jus quæſitum &c. & prima quidem *ſine præjudicio* &c. præſervat jus ſuum cuique tam in petitorio, quam poſſeſſorio. Rot. poſt Cenc. *de cenſib. dec. 250. ante num. 8.* Poſtius *de manuten. obſ. 35. num. 46. & obſ. 32. num. 16.* Garz. *de benef. p. 5. c. 5. num. 65.* Vivian. *in prax. Juriſpatr. p. 2. lib. 5. cap. 2. num. 12. in fin.* Ciarlin. *contr. for. cap. 132. lib. 2. a num. 19.* late Mareſc. *lib. 2. var. reſ. cap. 138. a num. 1.* Quod idem importat clauſula *pro nunc.* juxta Gozzadin. *conſ. 23. & 32.* Natta conſ. 77. apud Ciarlin. *loc. cit.*

Quod tamen diximus, hanc clauſulam præſervare cuique ſuum jus etiam in poſſeſſorio, cum diſtinctione intelligit Addend. ad Gregor. XV. *deciſ. 332.* quod id procedat in actu facto ab ipſo Judice dando v. g. alicui immiſſionem cum dicta clauſula, ex quo intentio Judicis non ſit velle alicui præjudicium inferre, imo nec poteſt ullo modo partibus præjudicare. D. D. *cit.* & Peregr. *de fideicom. art. 48. ſub num. 36.* etiamſi pars forſan tali decreto Judicis acquieſcat, ſed cum tali clauſula, *ſine præjudicio jurium ſuorum.* ut de acquieſcente ſequeſtro docet Addend. ad cit. Ludovif. *deciſ. 9. num. 15.* ubi Card. *in Clem. un. num. 32. de ſequeſtr.* & Rot. Secus vero quando verſamur in actu poſſeſſorio voluntarie facto ab ipſamet parte; ut quando quis ſolvit de per ſe cum clauſula *ſine præjudicio jurium ſuorum*, vel cum prædicta clauſula alteri poſſeſſionem tradit; tunc enim illa clauſula non præſervat parti poſſeſſionem, ſed conſtituit

ſtituit adverſarium in poſſeſſione manutenibili. ita in terminis *cit.* Addend. *n.* 6. authoritate plurium Rotarum, nempe *dec.* 332. apud Mantic. *& deciſ.* 756. *nu.* 2. apud Seraphin. & aliarum. & hoc donec pars doceat de Jure ſuo in petitorio.

Sic non obſtante dicta clauſula Dominus rei emphyteuticæ ſibi præjudicat, ſi poſt declarationem caducitatis ob non ſolutum canonem &c. denuo canonem poſt dictam declarationem decurſum recipiat, nec clauſula *ſine præjudicio devolutionis ſeu caducitatis* præſervat Domino dictum jus: ut contra Bart. *in L.* 2. *numer.* 8. *in fin. C. de Jur. emphyt.* tenet Ruin. *conſ.* 110. *numer.* 4. *lib.* 1. ubi quod ſententia Bart. ſit Clar. *in §. emphyteuſis. q.* 10. *paulo poſt princ.* dicens incompatibile eſſe, quod canon recipiatur pro tempore decurſo poſt caducitatem, & quod ſalvum ſit jus caducitatis, & alii apud Mareſc. *loc. cit. numer.* 6. *ſeqq.* eſſet enim tunc proteſtatio contraria facto, quæ nihil operatur. *cap. cum M. Ferrarienſ. de conſtit. cap. ſollicitudinem, de appell.*

Porro principalis concluſio ampliatur, quod reddat actum cum iſta clauſula, conditionalem, ita ut quatenus per illum inferatur præjudicium, habeatur pro non facto. DD. *cit.* & Put. *deciſ.* 32. *numer.* 1. *lib.* 2. Mareſc. *loc. cit. numer.* 2. quæ conditio tamen non eſt actus ſuſpenſiva, ſed reſolutiva, ita ut actus pro non facto habeatur, ſeu reſolvatur, quamprimum conſtat de præjudicio: interim tamen, quamdiu de tali præjudicio non conſtat, habeatur pro puro. Peregr. *de fideicom. art.* 47. *ſub numer.* 29. *verſ. intellige.* Honded. *conſ.* 86. *numer.* 44. *lib.* 2. Seraph. *deciſ.* 877. *numer.* 2. *&* 3. Addend. ad Gregor. XV. *d. deciſ.* 332. *num.* 6. ubi Rot. *rec. dec.* 513. *p.* 1. *num.* 3. idem dicit eadem Addend. ad *cit.* Gregor. XV. *deciſ.* 350. ubi, quod ideo non ſit juſtificanda per impetrantem. per Mareſc. *var. reſ. lib.* 2. *cap.* 1. *numer.* 173. ſicut dicitur de clauſula *dummodo collatio ad nos hac vice pertineat*, quæ non eſt juſtificanda ab impetrante. Marta *de clauſ. p.* 1. *clauſ.* 37. *numer.* 4. & Rot. *in una Vercell. Beneficii.* 16. *Novembr.* 1601. *coram Litta.* Neque illa clauſula tangit punctum ſub-vel obreptionis; quia ſunt verba Papæ nolentis alicui præjudicare, non narrativa partis. Greg. XV. *d. dec.* 350. *numer.* 3.

Prædicta clauſula in litteris ſemper ſubintelligitur, etiamſi non fuerit illis appoſita. Sarnen. *in Jur. quæſt. non tollend. q.* 1. *in princ.* nam Principis gratia ſemper intelligitur ſine alterius injuria. *L.* 2. *§. ſi quis a Principe. & §. merito. ff. ne quid in loco publ. cap. ſuper eo, de offic. Deleg.* Ludoviſ. *dec.* 383. *num.* 2. Pyr. Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 14. *numer.* 56. Et ſic facit executorem mixtum, cum requirat cauſæ cognitionem. Caputaq. *deciſ.* 284. *in fin. p.* 2. apud Ludoviſ. *deciſ.* 413. *numer.* 3. & ibi Addend. *nu.* 4. *circa fin.*

Prædicta limit. primo, quod illa clauſula non ſoleat apponi, nec cenſeatur in litteris Apoſt. appoſita, quando in illis adeſt clauſula *vocatis* &c. per quam ſufficienter conſulitur intereſſe prætendentibus. Pyr. Corrad. *loc. cit. num.* 74.

Limit. ſecundo illam clauſulam debere intelligi de alio præjudicio non expreſſo, ſecus de expreſſo in litteris. Oldrad. *conſ.* 330. *in fin.* Seraph. *dec.* 756. *numer.* 2. *& dec.* 1445. *numer.* 3. Rot. *deciſ.* 236. *numer.* 3. *p.* 1. *diverſ.* Honded. *conſ.* 86. *numer.* 46. *lib.* 2. Marta *de clauſul. clauſ.* 157. *num.* 3. *p.* 1. quos allegat. Addend. ad Ludoviſ. *deciſ.* 332. *numer.* 7. Et certe quando Papa facit actum de ſui natura alicui præjudicialem, ut contingit in exemptionibus &c. virtualiter declarat afficere illas perſonas, ad quas præjudicium ſpectare poteſt, etiamſi de illis mentionem non fecerit. Rot. *p.* 5. *rec. tom.* 1. *deciſ.* 24. *numer.* 1. & hoc etiamſi in litteris ver. gr. exemptionis ponatur dicta clauſula *ſine præjudicio*, quia intelligeretur de aliis præjudiciis, quam de narratis, & illis, quæ exemptio de ſui natura ſecum traheret. vide Pyr. Corrad. *loc. cit. & num.* 60. ubi exemplificat; ne alias gratia reddatur fruſtratoria; neque tunc, quando Papa facit actum de natura ſua præjudicialem, opus erit derogatione regulæ *de jure quæſito non tollendo*. vide DD.

cit. & Pariſ. *conſ.* 70. *numer.* 12. *lib.* 1. Sarnen. *de non tollen. jur. quæſt. quæſt.* 1. Caſtr. *conſ.* 472. *lib.* 1. Corn. *conſ.* 83. *numer.* 6. *lib.* 4. Caſſad. *dec.* 1. *de privileg.* Gratian. *diſc. for. cap.* 867. *numer.* 10. Quæ tamen intelligenda veniunt in iis caſibus, in quibus non poteſt dari de ignorantia Pontificis, aut de ſubreptione dici, ex quo ipſe Pontifex ſcit per ſimiles actus ſemper alicui præjudicari, nec ſine tali præjudicio gratia effectum habere poteſt, de quo caſu loquuntur DD. nam in aliis ſemper remanet verum, quod ſupra diximus, quod Pontifex nunquam intendat alicui præjudicare, & quod ſubreptio eatenus vitiet gratiam, quatenus aliquid fuerit prætermiſſum in petitione illius gratiæ, quod ſi fuiſſet expreſſum, vel Princeps non conceſſiſſet, vel certe difficilius. *cap. ſuper litteris.* ubi Felin. *numer.* 8. *de reſcr.* Sanch. *de matr. lib.* 8. *diſp.* 21. *numer.* 11. *&* 17. Caſſad. *deciſ.* 12. *numer.* 14. *de præb.* Rot. *deciſ.* 24. *p.* 5. *rec. tom.* 1. & alibi plura ſuo loco.

Prædictæ clauſulæ ſimilis eſt hæc *ſine præjudicio venientium ab inteſtato*, quæ in legitimatione poſita habilitat legitimatum ad ſuccedendum ex teſtamento, non vero ab inteſtato. Covarruv. *in quartum decretal. p.* 2. *cap.* 8. §. 10. ubi DD. Ludoviſ. *deciſ.* 135. *numer.* 5. ubi Paul. de Caſtr. *in L. Gallus.* §. *& quid ſi tantum. numer.* 16. *in fin. ff. de liber. & poſth.* Pariſ. *conſ.* 14. *ſub numer.* 44. *lib.* 2. & alii. & ideo legitimatus cum tali clauſula in teſtamento inſtitutus hæres univerſalis, non excludit matrem, ac ſorores &c. teſtatoris a legitima. Rot. *deciſ.* 572. *p.* 5. *rec. tom.* 2. *num.* 22. ubi alia Rot. ac Surd. *conſ.* 404. *numer.* 9. *vol.* 3. Mareſc. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 10. *numer.* 8. *&* 9. Mangil. *de imput. quæſt.* 6. *numer.* 26. & alii. Nec legitimatus cum tali clauſula poteſt dicere nullum teſtamentum ex cauſa præteritionis. Angel. *conſ.* 264. *poſt numer.* 3. Socin. *conſ.* 41. *ſub numer.* 8. Capyc. *dec.* 22. *numer.* 4. Ludoviſ. *d. deciſ.* 145. *numer.* 7. Rot. *d. deciſ.* 572. *p.* 5. *rec.* ubi Gratian. *diſc. for. cap.* 496. *numer.* 37. *& ſeqq.* & alii, quia taliter legitimatus ſolum habilitatur, ut poſſit pater illi ex teſtamento relinquere. Paul. de Caſtr. *in d. §. & quid ſi tantum.* Felin. *in cap. cum olim. poſt numer.* 17. *de re jud.* Ludoviſ. *loc. cit. numer.* 13. nec per hoc pater compellitur illi aliquid relinquere cum præjudicio venientium ab inteſtato. Rot. *d. deciſ.* 572. *numer.* 9. & DD. *cit.* qui ideo ampliant etiam primam noſtram concluſionem, ut legitimatus cum tali clauſula nec poſſit petere legitimam, ſi illa non fuerit eidem a teſtatore in teſtamento relicta. Et licet aliqui velint, legitimatum cum hac clauſula facere deficere conditionem „ *ſi ſine liberis.* Ruin. *conſ.* 173. *lib.* 1. Rol. *lib.* 3. *conſ.* 83. etiam ſubſtituto filio teſtatoris. Rot. apud Mareſc. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 88. *numer.* 1. Bal. tamen *conſ.* 347. *num.* 3. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 318. Mant. *de conjectur. lib.* 11. *tit.* 10. *num.* 25. Peregr. *de fideicom. art.* 23. *a numer.* 79. cum aliis d. Mareſc. *loc. cit.* & ipſemet Mareſc. *lib.* 3. *var. reſ. cap.* 20. tenent ſententiam contrariam, tanquam communiorem, & probabiliorem, ipſe Mareſc. tamen. *d. cap.* 20. diſtinguit inter legitimatum, qui ſit filius teſtatoris, & extraneum, ad quem te remitto.

Habens poteſtatem a Principe legitimandi cum hac clauſula, etiamſi in legitimatione illam non ponat, tamen tunc illa ineſt, & ſubintelligitur. Ludoviſ. *d. dec.* 135. *num.* 2. *ſeq q.*

Alia clauſula, *dummodo tempore data &c.* intelligitur de jure valido, & canonizabili. Marta *de clauſul. p.* 1. *clauſ.* 35. Item de jure pleno, & radicato. Put. *dec.* 257. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 51. Sperel. *dec.* 52. *numer.* 7. facit gratiam eſſe conditionalem. Grillinz. *conſ.* 23. Seraph. *deciſ.* 1153. Monet. *de mutat. ult. vol. cap.* 11. *numer.* 463. eodem tamen modo, de quo ſupra in clauſula *ſine præjudicio*. Præſervat jura tertii. Gratian. *diſc. for. cap* 780. *numer.* 1. Garz. *de benef. p.* 4. *cap.* 3. *numer.* 20. Et non tantum præſervat jus quæſitum in re, juxta Monec. *loc. cit. cap.* 12. Vivian. *in praxi Juriſpatr. p.* 2. *lib.* 13. *cap.* 8. *numer.* 73. apud quem Rebuff. *in prax. benef. in forma nov. proviſ. fol. mihi* 163. Mar. Antonin. *var. reſ. lib.* 1. *reſ.* 9. Sed etiam jus ad rem, quod quis habet per præſentationem, electionem, vel collationem, ſi jus eſt conſiderabile, ob regulam *de Jure*

quæsito non tollendo. Maresc. *lib.* 2. *var. res. c.* 1. *num.* 172. Marta *de clauſ. p.* 3. *clauſ.* 35. Gratian. & Garz. *loc. cit.* Vivian. *uti ſupra*. Caſſad. *de præb. dec.* 3. niſi de mente contraria Pontificis aliunde clare appareret, & dummodo præſentatio fuerit acceptata: imo hæc clauſula, licet non fuerit expreſſa, ſemper ſubintelligitur; uti ſupra diximus de clauſula *ſine præjudicio*.

Sed quamvis dicta clauſula præſervet jus quæſitum ad rem, ut ultra præcitatos tenent Bellam. *dec.* 167. & 191. Put. *dec.* 103. Ant. Faber. *dec.* 22. *C. de S. S. Eccleſ.* & plures apud Riccium *in praxi Juriſpatr. reſ.* 188. *p.* 1. tamen non ſuſpendit executionem litterarum Apoſtolicarum. Rot. apud Archil. de Graſſ. *dec.* 18. Garz. *de benef. p.* 10. *c.* 1. *ſub n.* 74. *circa fin.* Maresc. *d. c.* 1. *n.* 172. *ſeq.* apud Sperel. *d. dec.* 52. *n.* 5. ubi Rot. ex quo non ſit ab impetrante juſtificanda, ſed prætendens aliquod jus ſe habere, & ideo ſibi fuiſſe præſervatum per illam clauſulam, debet de illo docere. DD. *cit.* & diximus ſupra in clauſula *ſine præjudicio*.

Limita primo, quod per dictam clauſulam non præſervetur jus ad rem, quod quis habet ob expectativam; quia hoc jus non eſt conſiderabile, ita ut nec de illo ſit facienda mentio in impetratione. de quo vide Garz. *de benef. p.* 4. *cap.* 3. *num.* 17. & 18. & *p.* 10. *cap.* 1. *num.* 74. *in fin.*

Limita ſecundo, quando in litteris adeſſet clauſula *anteferri*; quia per hanc aufertur, & derogatur cuicumque juri ad rem, quovis modo quæſito. *cap. pen. de præb. in* 6. Felin. *in cap. cauſam, de teſtib.* Lap. *alleg.* 79. Veral. *deciſ.* 217. & alii apud Vivian. *l. c. num.* 86. Ricc. *d. reſ.* 188. *n.* 4. maxime ſi in iiſdem adeſſet clauſula derogatoria *obſtantium* cum decreto irritante. Creſcent. *de præb. deciſ.* 6. Felin. *in cap. noſtra, de reſcr.* tertio venit limitandum in jure quæſito ad rem alio modo, quam fuerit narratum in litteris. Creſcent. *l. c.* Oldrad. *conſ.* 330.

25 Clauſula XXII. *anteferri* tollit omnem ſubreptionem, & facit de poſteriore priorem. *cap. mandatum, de reſcr.* Bellam. *dec.* 33. & non retrotrahitur in præjudicium juris quæſiti ad rem, niſi conſtet aliter de mente Pontificis: & nihil operatur, niſi ille, cui fuit data, ea utatur. Mart. *de clauſ. p.* 1. *clauſ.* 212. tollit quaſcumque expectativas, tam generales, quam ſpeciales, & reſervationes. Non tollit jus in re, ſed ad rem, juxta ſuperius dicta *in clauſula* 21. Barboſ. *de clauſ. clauſ.* 6. & 8. Vivian. *loc. cit. num.* 102.

26 Clauſula XXIII. *arbitrio tuo*, vel *judicio tuo*, ambæ important arbitrium boni viri. Menoch. *de arbitr. Jud. quæſt.* 8. *numer.* 29. Farin. *conſ.* 168. Sperel. *dec.* 101. *n.* 45. Et tunc arbitrium eſt regulandum ſecundum juris diſpoſitionem. Rot. apud Seraph. *deciſ.* 29. & 1429. Aliquando tamen etiam importat liberam voluntatem, teſte Surdo *conſ.* 10. uti de clauſula *arbitrio Rotæ*. dicit Maresc. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 87. *n.* 40. & *cap.* 97. *n.* 3. & *cap.* 22. *nu.* 30. uti ſi adſunt verba *ſecundum liberam voluntatem, alte & baſſe* &c. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 6. Scacc. *de Judic. lib.* 1. *c.* 53. vide Pyr. Corrad. *in prax. diſpenſ. Apoſt. lib.* 8. *cap.* 6. *num.* 61. ubi, quod executor diſpenſationis cum clauſula *ſi tibi videbitur*, cui æquipollet clauſula *arbitrio tuo*, vel *conſcientiæ tuæ*. ad *cap. fideicommiſſa*. §. *quamquam. ff. de leg.* 3. Lap. *alleg.* 60. *n.* 4. & *ſeqq.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 70. *n.* 26. & *ſeqq.* apud Rot. *dec.* 426. *p.* 5. *ree. tom.* 2. *a num.* 9. poſſit diſpenſationem denegare, ſi ita ex aliqua cauſa eidem videbitur; quia in hoc debet ſe regulare prout de jure. tex. *in L.* 1. *ff. de leg.* 2. *d. L. fideicommiſſa*. §. *quamquam. ff. de leg.* 3. Bart. *in L. ſi ſic in princ. n.* 2. *ff. de leg.* 1. *c.* 2. & ibi gloſ. *verb. viſum fuerit, de corp. vit.*

Hinc eſt, quod executor conſtitutus cum hac clauſula poſſit procedere abſque citatione, & juris ordine non ſervato, ſed tantum extrajudicialiter informatus, & eruditus. Lap. *d. alleg.* 60. *numer.* 4. Menoch. *d. quæſt.* 70. *numer.* 6. Rot. *deciſ.* 14. & 15. *de dol. & contum. in antiq. & deciſ.* 426. *p.* 5. *rec. tom.* 2. *num.* 10.

Et ideo a tali executore non datur appellatio ſaltem quoad effectum ſuſpenſivum, ſed poteſt dictus executor, non obſtante appellatione, ad ulteriora procedere abſque vitio attentatorum. Rot. *d. deciſ.* 426. *num.* 12. & 13.

Clauſula XXIV. *Audiat, cognoſcat, & juſtitiam* 27
faciat, regulariter aufert rem judicatam, dummodo Summ. Pontifici fuerit narratum extare rem judicatam; aliter enim reſcriptum eſſet ſubreptitium. Bal. *in cap.* 2. *de offic. Deleg.* Ruginel. *de appell.* §. 6. *gloſſ.* 8. *numer.* 12. Felin. *in cap.* 1. *de conſtit.* Dec. *conſ.* 198. Menoch. *de arbitr. quæſt.* 52. *a nu.* 10. Ciarlin. *contr. for. lib.* 1. *cap.* 13. *numer.* 18. quod tamen *numer.* 20. limitat, quando Judex, cui committitur a Principe cauſa, eſt delegatus, ſecus ſi ſit ordinarius; quia tunc Princeps eidem committendo, dicitur potius excitare, quam delegare juriſdictionem, nec per hoc Judex alias ordinarius efficitur delegatus. ad gloſ. *in cap. ſæpe*. & ibi DD. *de offic. Præſul.* Felin. *in cap. licet in corrigendis. de offic. Jud. Ord.* Menoch. *conſ.* 340. *n.* 14. & 15. & *conſ.* 406. *n.* 58. & alii.

Clauſula XXV. *Dummodo ſeptem Miſſæ &c. in al-* 28
tari privilegiato &c. intelligitur in ſenſu accommodo, ita ut procedat regulariter, & ordinarie, hoc eſt, ut ordinarie dicantur in dicto Altari ſeptem Miſſæ de die; ſed non ſimpliciter: quare licet quandoque, ſed raro numerus ſeptem Miſſarum deficiat, non vitiatur per hoc gratia, juxta Zipæum, & Sylvium apud Dianam *mor. p.* 9. *tract.* 2. *reſ.* 9.

Clauſula XXVI. *Pro jurato* ex Summi Pontificis 29
Decreto habet omnes vires juramenti, exceptis perjurio, & foro, quibus demptis idem operatur, quod juramentum. Ciarlin. *lib.* 1. *contr. for. cap.* 2. *numer.* 13. & *lib.* 2. *cap.* 136. *numer.* 2. ubi Natta *conſ.* 479. *numer.* 12. Rol. *conſ.* 69. *numer.* 35. *lib.* 4. Surd. *deciſ.* 154. *numer.* 2. & alii. Non obligat tamen debitorem ad obſervantiam contractus invalidi, nec per hoc efficitur perjurus. de quo vide Ciarlin. *d. cap.* 2. & *cap.* 121. *numer.* 17. & hæc clauſula parit quidem effectum civilem juramenti erga hominem, ſed non inducit Sacramentum & religionem juramenti formalis erga Deum, adeo ut tranſgreſſor dicatur perjurus. DD. *cit.* & Rot. coram Merlin. *dec.* 506. *numer.* 49. inter ejuſdem impreſſiones.

Clauſula XXVII. *Arbitrio Rotæ*, intelligitur omiſ- 30
ſo rigore juris, & ſervata æquitate juriſgentium. Bal. *conſ.* 177. *lib.* 1. Aym. *conſ.* 190. *numer.* 3. Menoch. *de arbitr. quæſt.* 15. *numer.* 8. Maresc. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 97. ubi Rota. & qui ſupra *clauſ.* 23. *arbitrio tuo*. quia licet hæc ipſa clauſula importet, & ſignificet, *prout de jure*, tamen dat facultatem diſcedendi aliqualiter a regulis, & rigore juris. Creſcent. *de teſti. dec.* 4. ne alias ſi redigatur ad meros terminos juris, illa commiſſio reddatur ſuperflua. ut poſt Imol. *in L. filiusfam. de donat.* tradit Felin. *in cap.* 1. *numer.* 51. *col.* 4. *verſ. & ſi dicatur arbitrio ſuo, de conſtit.* Decian. *in L. in perſonam*. §. *generaliter. d. R. I.* & Rot. apud Maresc. *loc. cit.* maxime ſi commiſſio fuit facta illi, qui alias habet juriſdictionem. Maresc. *l. c.* Ciarlin. *lib.* 1. *contr. jur. cap.* 10. *num.* 58.

Clauſula XXVIII. *Conſcientiæ tuæ committimus*, 31
oneramus &c. *diſcretioni tuæ* &c. denotat, electam fuiſſe induſtriam perſonæ, & ideo executorem, vel delegatum non poſſe ſubdelegare. Genuen. *in prax. cap.* 69. Felin. *in c. ult. de offic. Deleg.* Seraph. *dec.* 448. & 1176. & alii apud Vivian. *in prax. Juriſpatr. p.* 2. *lib.* 13. *cap.* 8. *numer.* 181. & quod Judex debeat judicare ſecundum allegata, & probata. vide Barboſ. *de clauſul. clauſ.* 13. Mart. *de clauſul. p.* 1. *clauſ.* 274. Abb. Card. & Felin. *in cap. paſtoralis, de offic. Deleg.* & de hac clauſula notavimus aliqua infra in verbo *Executor*. Non requirit partis citationem, ſed eſt contenta etiam extrajudiciali informatione. Sanch. *de matrim. lib.* 9. *diſp.* 35. *numer.* 15. Seraph. *deciſ.* 448. Verum quamvis hæc clauſula *conſcientiam tuam oneramus, diſcretioni tuæ committimus &c.* faciat, ut poſſit quandoque Judex ſe extrajudicialiter informare. DD. *cit.* & Lap. *alleg.* 15. *nn.* 8. Bal. *in L.* 1. *n.* 11. *C. ſi plures &c. & conſ.* 298. *n.* 7. *l.* 1. conſcientia Judicis tamen proficiſci debet non de proprio capite, ſed ex utero legis, in ea figendo pedes. ut dicit Rota *dec.* 94. *p.* 7. *rec. numer.* 48. apud quam Menoch. *de arbitr. l.* 1. *q. q.* 17. *n.* 14. Lancellot.

de

de attent. p. 2. c. 12. limit. 10. *nu.* 8. *seqq.* nam similes clausulæ censentur referri in monitionem, & ad excitandum Judicis officium, ac munus, quod illum obligat ut sequatur non privatam ipsius, sed communem, & publicam conscientiam a legibus efformandam, ut tradit Rot. *dec.* 156. *p.* 18. *rec. tom.* 1. *num.* 9. ubi alia Rot. *dec.* 18. *alias* 443. *de conceſſ. præb. in nov.* Magon. *dec. Lucen.* 39. *num.* 19. Mastril. *decis.* 232. *num.* 95. *per* Marches. *de commiss. p.* 1. *c.* 5. *de commiss. appell. in Roman. Cur. num.* 77. *seqq.* Solorzan. *de Jur. Indiar. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 11. Barbos. *de clausul. claus.* 24. *per tot.* & alii. Et quod diximus, hanc clausulam contentam esse informatione etiam extrajudiciali, procedit in commissionibus puræ gratiæ, quamvis forsan aliter dicendum sit in commissionibus justitiæ, vel certe quando potest lædi jus tertii; tunc enim clausula *discretioni tuæ committimus &c. & super quo conscientiam tuam oneramus* &c. videtur requirere causæ cognitionem, & ordinem judiciarium, per ea quæ tradit Rot. *dec.* 325. *p.* 10. *rec. num.* 11. ubi Felin. *in cap. canonum statuta. n.* 51. *& seqq. de constit.* Alex. *cons.* 218. *num.* 6. *lib.* 2. Asin. *in prax. judic. c.* 5. §. 7. *limit.* 6. *num.* 2. *&* 3. maxime si esset adjuncta clausula *servatis servandis*, quæ æquipollet clausulæ *vocatis vocandis*, ut supra diximus, quæ non est contenta extrajudiciali informatione. Rot. *d. decis.* 94. *p.* 7. *rec. n.* 49. hinc est, quod a sententia Judicis, cujus conscientia, sive ex juris communis, sive ex Principis commissione & dispositione onerata erat, appellari possit, saltem quoad devolutivum, ita ut ipsius sententia constito de injustitia &c. corrigi possit, imo etiam quoad suspensivum, si simus in causa magni præjudicii, ut probat Lancellot. *de attent. p.* 2. *c.* 12. *lim.* 10. *per tot.* ubi DD. vide etiam Rot. *dec.* 156. *p.* 18. *rec. tom.* 1. *n.* 10.

32 Clausula XXIX. *Volumus autem, quod si alias Christi fidelibus dictam Ecclesiam visitantibus* &c. est frequens in indulgentiarum litteris, seu Brevibus; & non facit, indulgentiam esse absolute nullam, nisi ipse Summus Pont. concedens aliam indulgentiam concesserit, secus si alii duntaxat Pontifices concesserunt; cum verbum *concesserimus*, quod in litteris apponitur, sit personale, & ideo tunc secunda indulgentia non esset absolute nulla. Sanch. *de matrim. l.* 8. *disp.* 28. *sub. n.* 46. Graz. *de benef. p.* 5. *c.* 1. *n.* 650. Præterea intelligitur de indulgentia simili expressæ in Brevi: & hinc si una fuit concessa pro festo S. Joannis, & altera concedatur pro festo S. Petri etiam in eadem Ecclesia, maxime in diverso Altari, valet indulgentia. Diana *mor. p.* 6. *tr.* 8. *res.* 31. Bonacin. *de Sacram. disp.* 6. *quæst.* 1. *punc.* 7. *n.* 4. *vers. quæritur*. vide Pac. Jordan. *de re sacra. l.* 5. *tit.* 16. *a n.* 71.

33 Clausula XXX. *Te a quibusvis excommunicationis &c. absolventes*, tollit ab impetrante obstaculum gratiæ, & facit illum capacem ejusdem. Dec. *in cap. Apostolicæ, de excep.* Boer. *dec.* 290. Rebuff. *in praxi form. provis. fol. mihi* 157. & secundum multos comprehendit etiam irregularitatem; quia irregularitas est pœna Ecclesiastica, & clausula extenditur ad pœnas Ecclesiasticas; sed secundum multos alios irregularitatem non complectitur, quia ab irregularitate non datur absolutio, sed dispensatio. DD. videri possunt pro utraque parte apud Garz. *de benef. p.* 7. *c.* 11. *an.* 54. *seqq.* Monet. *de commut. ult. vol. cap.* 10. Certe excommunicationem incursam propter hæresim non comprehendit; quia in absolutione generali non veniunt ea, quæ speciali egent expressione; & aliunde Pontifex hæreticos non vult habilitare ad beneficia. Garz. *loc. cit. & cap.* 12. *a nu.* 60. *&* 66. ubi plures hujus clausulæ effectus. Riccius *in prax. clausul. res.* 102. Sicut non habet effectum in illo, qui per annum perseverat cum insordescentia in excommunicatione; quia habetur suspectus de hæresi. Rot. *lib.* 3. *p.* 3. *dec.* 580. *in nov.* apud Riccium *l. c.* ob regulam Cancellariæ *de insordescentibus* a Sixto V. factam, quam refert Quarant. *in Summ. Bullar. verb. Regula &c.* Vivian. *in prax. Jurispatr. l. sup. cit. n.* 125. & ut supra *in prax. censuræ. n.* 65. & vide etiam de hac clausula in verbo *Absolutio*. Et hæc clausula non habet locum in excommunicatione incursa post litterarum impetrationem, & ante illarum executionem. Pax Jordan. *de re benef. lib.* 10. *tit.* 21. *num.* 22.

34 Clausula XXXI. *In tua, & tuæ familiæ præsentia* ut sitata est in Brevibus Oratorii privati, & extenditur etiam ad familiam Domino absente, secundum Dianam *p.* 9. *tr.* 1. *res.* 2. ubi Navar. *in Summ. Bullar. tom.* 1. *tit. de orat.* Et tunc nomine familiæ veniunt etiam ii, qui extra domum Domini ejusdem tamen expensis vivunt. Palaus *tom.* 4. *tr.* 25. *disp. un. punc.* 6. Et nomine consanguineorum veniunt tantum ii, qui sunt in primo gradu. vide Dian. *loc. cit. res.* 28. nisi aliud appareat, qui tamen contrarium tenet, scilicet omnes consanguineos, tam ascendentes, quam descendentes usque ad quartum gradum, ex Castropal. *tom.* 4. *tr.* 25. *disp. un. pun.* 6. *n.* 8.

Clausula XXXII. *Consentientibus dilectis filiis* &c. 35
solet poni in rescripto, vel Beneplacito Apostolico, quod datur Canonicis pro alienatione bonorum Ecclesiæ, & requirit consensum expressum, ita ut tacitus non sufficiat; quia ubi in aliquo actu requiritur consensus, intelligitur de expresso. Paris. *de resig. lib.* 8. *quæst.* 8. *a nu.* 25. & plures quos citat, & sequitur Riccius *in prax. p.* 1. *res.* 83. Et dicitur consensus expressus, qui resultat ex verbis, tacitus vero ex factis. Paris. *loc. cit.* glos. *in Clem. sæpe, de V. S.* Riccius *loc. cit.* Put. *lib.* 3. *dec.* 18. *&* 282. Seraph. *dec.* 1163. Marta *de clausul. p.* 1. *claus.* 3. Vivian. *loc. cit. cap.* 8. *nu.* 104. & hanc materiam tractavimus supra in praxi *alienationis*.

Clausula XXXIII. *Ut pretium subrogetur in aliud* 36
prædium emendum, est familiaris in Beneplacito Apostolico pro alienatione bonorum Ecclesiæ: & non aggravat emptorem, sed venditorem. Riccius *in prax. p.* 1. *res.* 96. Gratian. *l.* 1. *disc. for. c.* 45. *nu.* 26. vide supra in verbo *alienatio*.

Clausula XXXIV. *Dummodo centum pro Rectore* 37
&c. quamvis dictio *dummodo* de sui natura non importet conditionem, sed admonitionem. Joan. Andr. *in cap. non potest, de præb. in* 6. quem sequitur Rota *de condit. appos. dec.* 1. *in antiq.* tamen regulariter est conditionalis, & habet vim conditionis suspensivæ. Bot. *dec.* 525. *p.* 5. *rec. tom.* 2. *n.* 2. Pyr. Corrad. *in prax. benef. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 30. ubi Rot, & ideo requirit justificationem narratorum, & reddit executorem mixtum. Rot. *dec.* 505. *p.* 18. *rec. tom.* 2. & hinc est, quod hæc clausula *dummodo remaneant centum pro Rectore* importet necessitatem probandi concludenter illos centum, & quidem liberos. Ricc. *in praxi pension. res.* 376. *p.* 1. *& res.* 109. *p.* 3. nec sufficit probatio per famam. Ricc. *loc. cit. n.* 1. ubi DD. Et hæc clausula est probanda a pensionario, licet agatur contra eum, qui pensioni consensit. Rot. *p.* 2. *in rec. dec.* 417. Marta *de clausul. p.* 1. *claus.* 43. Vivian. *loc. c. n.* 114. & cum habeat tractum successivum requirit justificationem omni tempore. Rot. *dec.* 680. *&* 798. *p.* 18. *rec. tom.* 2. Limita, si hæc clausula non fuit apposita reservationi pensionis, sed ad limitandam clausulam antecedentem. vide Maresc. *lib.* 2. *var. res. cap.* 1. *n.* 72. *seq.* Seraph. *dec.* 951. *&* 1122. Garz. *de benef. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 371. 397. *&* 404. de hac clausula vide etiam quæ fusius diximus supra in verbo *Beneficium. n.* 174. & infra in prax. *resignationis*. & Pyrrh. Corrad. *in prax. benef. de. l.* 5. *c.* 1. *an.* 30. *seqq.* ex quo

Hoc unum adhuc hic notandum duximus, quod hujusmodi ducati accipiendi sint juxta morem Regionis, in quo est beneficium pensione gravatum, juxta binas declarationes Sacr. Congregat. Concilii, quas refert Corrad. *cit. n.* 33. quarum tenor sic sonat. *Sac. Congregatio Concil. Trid. censuit, valorem centum ducatorum, de quibus hoc decreto statuitur, ut debeant remanere Rectori Parochialis Ecclesiæ, quæ pensione gravatur, esse intelligendum juxta morem cujusque Regionis.* & alia 30. Martii 1594. declaravit his verbis. *Congregatio Concilii censuit, valorem centum ducatorum, qui ex Decreto c.* 13. *sess.* 24. *de reform. debent remanere Rectori Parochialis Ecclesiæ, quæ pensione gravatur, esse intelligendum juxta morem cujusque Regionis*. quas refert etiam Graz. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *num.* 373. *&* *in addit. ad d. c.* 5. *eod. n.* 373. ubi Zechus *in tract. de Republ. Eccles. c.* 28. *de Parocho. n.* 4. *& in tract. de benef. & pension. c.* 11. *nu.* 6. Sarnen. *in reg. de valor. quæst.* 9. *vers. sequitur in textu aut ducatos ad fin.* & Gig. *cons.* 158. Imo hodie in Romana Curia servatur, quod illi centum ducati intelligantur centum scuta monetæ Romanæ, ad rationem decem Juliorum pro quolibet scuto dictæ Romanæ monetæ,

tæ, nisi addatur *de camera*, ut *centum ducati de camera*, de quo vide Corrad. *loc. cit. a nu.* 35. ubi Rot. sed hoc unum est, quod supra notavimus in Verbo *Beneficium. a num.* 167. quod Rectori debeant tot remanere, ut commode vivere possit; ita ut etiamsi Rector consenserit tali reservationi, ac ita alias sibi imputare debeat, si congrua quæ sibi remansit, sit tenuis, si tamen sit ita tenuis, ut Rector non possit se sustentare, & sustinere onera Ecclesiæ, tunc posset tali reservationi, ac solutioni contravenire; quia tunc non haberet locum illa ratio, quod debeat sibi imputare, cum non agatur solum de præjudicio personæ, sed de præjudicio Ecclesiæ, & ordinis Clericalis. Addend. ad Ludovis. *dec.* 429. *n.* 8. ubi Rot. *dec.* 420. *p.* 1. *rec. n.* 4. ne ob prædictam egestatem sint ludibrio ipsis Parochianis &c. Rota *d. dec.* 420. *n.* 5. & ne alias intenti ad quærendum sibi victum, deserant curam animarum. vide Corrad. *loc. cit. num.* 35. *vers. & sic.* apud quem plura de hac materia.

38 Clausula XXXV. *Dummodo intrusus non sit*, intelligitur de intrusione, præter illam quæ fuit expressa, & narrata. Crescent. *de Jurepatr. dec.* 7. Marta *de clausul. p.* 1. *claus.* 38. ubi quod faciat gratiam conditionalem. Rot. *dec.* 569. *p.* 5. *rec. tom.* 2. *num.* 4. maxime si adsit dictio *alias:* ut puta *dummodo alias intrusus* &c. quæ in hoc proposito significato alium modum quam expressum. Bart. *in L.* 1. *num.* 12. *vers. quandoque est adverbium qualitatis. ff. de condit. & demonstr.* Hond. *cons.* 70. *num.* 32. *lib.* 2. Rot. *loc. cit. d. dec.* 569. *& dec.* 549. *d. p.* 3. *rec. num.* 8. Dicitur vero intrusus, qui cum sola supplicatione signata, ante litteras expeditas capit possessionem. Riccius *in prax. p.* 2. *res.* 224. apud quem plura de materia intrusionis, & quis dicatur intrusus: sed vide infra. Item dicitur intrusus, qui propria auctoritate occupavit beneficium, vel qui sine titulo, & colore saltem canonico, uti si conferens authoritatem non habebat. Calderin. *de V. S. cons.* 13. Rot. apud Vivian. *in prax. Jurispatr. l.* 13. *c.* 8. *n.* 107. Marta *loc. cit.*

Sed regulariter ad effectum subrogationis intrusus non dicitur, qui possessionem accepit non propria auctoritate, sed auctore Prætore. Rot. *d. decis.* 549. *p.* 5. *rec. tom.* 2. *n.* 11. cum hæc clausula intelligenda sit de vere intruso. Cassad. *decis.* 6. *in princ. & n.* 2. *& seq. de caus. possess. & propriet.* Sarnen. *ad reg. de subrogan. quæst.* 4. *in princ. & in fin. & ad reg. de trien. quæst.* 47. *in princ.* Gig. *tract. ne intrus. nu.* 77. *in fin.* Mantic. *dec.* 71. *n.* 4. Rot. *loc. cit. nu.* 12. & sic qui possessionem cepit de manu executoris vigore litterarum Apostolicarum, etiamsi fuerit nulliter capta forsan ob omissionem citationis &c. non dicitur ad hunc effectum intrusus. DD. *cit.* & Rot. *dec.* 124. *p.* 11. *rec. a n.* 12. *seqq. ac per tot.* ubi plura de hac materia, quæ etiam vocatur magistralis, & ad hoc ut denegetur gratiosa subrogatio, intrusio debet esse de tempore petitæ subrogationis. Sarnen. *in reg. de subrogan. collitig. quæst.* 18. *n.* 3. Gigas *de intruso. nu.* 82. Rebuff. *in prax. p.* 2. *reg. de subrogan. collit. gloss.* 4. *n.* 3. apud Rot. *dec.* 531. *p.* 2. *rec. n.* 2. & ideo hanc clausulam, *dummodo intrusus non sit &c.* sufficit justificare de tempore signatæ supplicationis, quia gratia justificanda est de tempore datæ. *cap. cum te.* ubi Felin. *n.* 18. *de rescript.* Franc. *in cap. cum illis, sub n.* 8. *de præb. in* 6. Alex. *cons.* 42. *nu.* 8. *lib.* 4. & qualitas adjecta verbo intelligenda est secundum tempus verbi. *L. ex facto ff. de vulgar. & pupill.* Rot. *decis.* 124. *p.* 11. *rec.* non attento quid acciderit medio tempore inter supplicationem signatam, & litterarum desuper expeditionem. Rot. *l. c. a.* 36. *ad* 46. *& seqq.* ubi late. dixi quoad effectum subrogationis, quidquid sit quoad alios effectus, de quibus forsan loquitur Riccius, & DD. ab eodem allegati. *p.* 2. *res.* 224. *var. res. n.* 2. *vers. septimo*, ubi, quod intrusus dicatur ille, qui intrat possessionem Beneficii non levatis Bullis, cum sola signatura, ob *extravag. injunctæ, de elect.* Zerol. *in vers. Bullæ.* §. 1. Rebuff. *in prax. benef. in* 3. *part. signat. in vers. datum. nu.* 8. ubi dicit, quem cum sola signatura non posse facere fructus suos.

Itaque ad effectum subrogationis, hæc clausula intelligenda est de vera, & propria intrusione, cum scilicet quis, vel propria auctoritate, vel sine titulo ejus, qui potest conferre, possessionem invasit, ut decidit Rot. utraque parte bis informante *in d. dec.* 124. *p.* 11. *rec. n.* 10. *&* 11. ubi Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 20. *n.* 82. & Rot. *decis.* 21. *sub n.* 4. *in fin. vers. qui respond. & n.* 5. *p.* 2. *divers.* contra Mandos. *in reg. de subrogand. qu.* 4. *sub n.* 2. *vers. eo tamen.* Rebuff. *l. c. tit. subrog. gloss.* 4. *n.* 4. *& seqq.* Filiuc. *oper. mor. tom.* 3. *tr.* 41. *n.* 79. Garz. *de benef. p.* 11. *c.* 10. *n.* 266. qui voluerunt comprehendi omnem intrusionis speciem, & quod hæc clausula intelligenda sit tantummodo de vera intrusione, tenet etiam Sarnen. *super regul. de trienn. quæst.* 47. *n.* 3. *in fin.* ubi rationem dat; quia ubi constitutio est pœnalis, non includit omnes species intrusionis, solum vere, & proprie intrusos, & alias nunquam daretur casus, quod vitium possessionis antea captæ purgaretur per subsequentem subrogationem gratiosam, & sic destrueretur receptissima conclusio pluribus comprobata; & firmata apud Card. Mantic. *dec.* 71. *n.* 10. & generaliter quod possessio lite pendente capta a subrogato in jus, & successionem defuncti non dicatur intrusiva, dicit Lancellot. *de attent. p.* 2. *c.* 3. *n.* 87. *& c.* 4. *in præfat. n.* 349. *& seq.*

Intrusus etiam dici non potest, qui fructus non habuit, aut percepit. Gigas *de intruso a num.* 70. *ad* 77. nam intrusus non dicitur, nisi quis possessionem, & fructus perceperit. Felin. *in cap. veniens, in vers. septimo, de accusat.* Gigas *l. c.* Rot. *dec.* 405. *p.* 13. *rec. n.* 14. ubi aliæ Rotæ.

Et ideo secundum DD. *cit.* ad effectum subrogationis, hæc clausula intelligenda est de vera intrusione, existente tempore petitæ subrogationis, seu signatæ supplicationis.

Clausula XXXVI. *Habita, vel non habita possessione*, ponitur frequenter in reservatione pensionis, & non operatur ultra duos, vel tres annos ex benignitate Rotæ, cum subest tamen justa causa. Maresc. *lib.* 2. *var. res. cap.* 18. *num.* 4. Riccius *in prax. clausul. p.* 3. *res.* 107. Vivian. *loc. sup. cit. num.* 210. dummodo lis non sit calumniosa, & titularis succumbat bona fide. Et hæc clausula solet ut plurimum tantum poni in litteris, quæ mittuntur extra Italiam, ob difficultatem probandi possessionem, vel intrusionem. Riccius *l. c.* & de hac clausula ultra DD. *cit.* vide etiam Barbos. *de claus sul. claus.* 28. 39

Clausula XXXVII *Quam, & quas* in commissionibus posita operatur, quod jurisdictio non videatur restricta ad expressa, sed possit deduci omne jus, & omnis actio competens. Sarnen. *in reg. de infirmat. quæst.* 34. *n.* 4. Achil. *dec.* 14. *de rescr. & dec.* 22. *nu.* 2. *de appell.* & Rotæ apud Maresc. *l.* 1. *var. res. c.* 20. *nu.* 1. Gratian. *disc. for. c.* 494. *num.* 22. licet remedia sint contraria, etiam in appellatione. Maresc. *l. c. n.* 4. & per hanc videtur commissum totum negotium principale. Honded. *cons.* 27. Vivian. *loc. pluries sup. cit. n.* 251. Et per istam clausulam, si non præcessit appellatio, potest procedi uti in prima instantia. Peregr. *dec.* 94. *l.* 1. Maresc. *loc. cit. num.* 6. *&* 7. ubi alii. 40

Limita, hæc procedere, quando hæc clausula stat simpliciter, secus si fuit addita dictio „ *de*, *& super præmissis*; tunc enim hæc clausula staret restrictive. Maresc. *loc. cit. num.* 3. ubi Rota.

Præterea hæc clausula sapit æquitatem. Seraph. *dec.* 57. 644. *&* 1241. Barbos. *de claus. claus.* 67. Item facit, quod super petitorio, & titulo beneficii actum videatur, cum lis est inter præsentatos, secus si inter præsentantes. Ciarlin. *lib.* 2. *contr. for. cap.* 216. ubi plura de hac clausula, & apud Maresc. *l. c.* quos vide.

Clausula XXXVIII. *Summarie, simpliciter, sine strepitu, sine figura judicii, sola veritate inspecta, & de plano.* & quidem clausula *Summarie*, tollit solemnitates juris alias in judicio ordinario requisitas, puta libellum, litis contestationem, conclusionem in causa, & hujusmodi. ita Dec. *cons.* 449. Gravat. ad Vestr. *in prax. l.* 5. *c.* 4. Marant. *ord. Judic. p.* 4. *dist.* 9. quamquam Scacc. *de Judic. l.* 1. *c.* 53. contrarium teneat. Unde judicium, in quo non servatur talis ordo, dicitur summarium. *Clem. sepe*, & ibi glos. & alii, *de V. S.* Bart. *in extravag. ad reprimenda, ver. summarie, & ver. figura.* Pellegrin. *in pract. civil. p.* 2. *sect.* 2. *subsect.* 1. *intersecat. un. n.* 4. *seqq.* ubi plures effectus hujus clausulæ videre poteris. 41

Non aufert tamen probationes necessarias, sicut nec libellum brevem & alias, quæ sunt de substantia; quia alias nullum esset judicium, aut causæ cognitio. vide Mart. *de clausul. p.* 1. *claus.* 180. Barbos. *claus.* 103. Gratian. *disc. for. c.* 569. *a n.* 30. hinc

Limit.

Limit. primo, quod non tollat citationem; quia est de jure divino, & naturali, ut diximus supra in verbo *Citatio*. Ludovis. *dec.* 545. *n.* 5. Gabr. *de citat. concl.* 1. *n.* 36. *& seqq.* ubi late. Limita secundo, quod non tollat defensionem; cum sit de jure naturali, & ideo fieri possunt oppositiones defensionem concernentes. Roman. *cons.* 314. *n.* 3. Pellegr. *loc. cit. n.* 6. *vers. tertio limit.* Limit. tertio, quod per istam clausulam non sit sublatum juramentum calumniæ. Seraphin. *de privil. juram. privil.* 33. *n.* 67. apud Pellegr. *loc. c. vers. quarto limitatur*. ubi etiam *vers. sequenti* quod virtute hujus clausulæ non revocentur attentata ex Stephan. Gratian. *decis. Marchiæ* 176. *n.* 16.

Porro causæ summariæ, partim sunt tales a jure, ut Beneficiales, matrimoniales, Decimales, usurariæ &c. & ut in *Clem. dispendiosam, de Judic.* sicut & causæ hæresis, ut *in cap. fin. de hæret. in* 6. in quibus proinde proceditur simpliciter, de plano, ac sine figura Judicii &c. partim sunt tales a natura causarum, ut sunt causæ notoriæ, in quibus ordo est ordinem non servare. *cap ad nostram.* 3. *de jurejur. cap. tua. cap. vestra. de cohab. Cler. & mulier.* de quibus vide Pellegr. *l. c.* sicut & de modo procedendi in illis; aliæ vero sunt tales ab homine, de quibus hic sermo est. & ideo

Notandum est, Commissiones cum talibus clausulis solum fieri posse a Principe superiorem non cognoscente, prout est Summ. Pontifex. *Clem. sæpe, de V. S.* & ideo inferiores superiorem cognoscentes non possunt regulariter in Commissionibus ponere similes clausulas, quibus censeatur sublatus Juris ordo, puta libelli oblatio, litis contestatio, conclusio, publicatio &c. etiamsi sit legatus a Latere, ut tradit Pellegrin. *l. cit. n.* 9. ubi citat glos. *in cap. fin. de hæret. in* 6. *in verb. figura*. Felin. *in cap.* 1. §. 1. *col.* 1. *n.* 2. *vers. legatus non committit, de rescript.* Spec. *lib.* 1. *rubr. de legat.* §. 4. incipit *supersit. n.* 4. *&* 5. Butr. *cons.* 66. *n.* 3. *vers. item in generali*. ubi Addent. *in verb. summarie*. Alex. *cons.* 106. *n.* 12. *l.* 2. Osasc. *dec.* 1. *n.* 18.

42 Huic clausulæ *summarie*, adnecti solent aliæ clausulæ *simpliciter, sine strepitu &c.* ut supra, quæ eosdem fere pariunt effectus, ac clausula *summarie*, & clausula *simpliciter* operatur, quod Judex debeat seu possit audire partes in occulto extra tribunal, & quod propterea non possit allegari suspectus, & quod parti non detur dilatio ad quærendum advocatos. Scacc. *l. sup. cit. nu.* 16. non tamen dat facultatem procedendi nulliter, puta sine citatione &c. *Clem.* 2. *de Judic.* Marta *l. c. clausl.* 164. Barb. *l. c.* Vivian. *uti supra n.* 215.

43 Et Clausula *sine strepitu, & figura judicii*, etiam idem operatur ac prima, & secunda, & ideo Judex non tenetur servare ordinem judiciarium inductum a Jure Canonico, vel Civili, sed solum formam a Jure naturali, vel gentium introductam. Pellegr. *loc. cit. n.* 18. *vers. hinc fit.* & ideo non tollitur citatio, probationes necessariæ, testes, scripturæ, ac aliæ defensiones. Marant. *d. dist.* 9. *n.* 1. *&* 42. Pellegr. *loc. cit. & n.* 19. ubi videbis plures effectus hujus clausulæ.

44 Clausula *sola veritate inspecta*, ultra dicta, operatur quod Judex possit pronunciare etiam super non petitis. Marant. in Specul. *d. p.* 4. *dist.* 9. Scacc. *loc. cit.* ubi DD. Vivian. *ubi supra*. hinc ob hanc clausulam speciale est, quod possit ferri sententia non conformis libello, & super aliis, quam super petitis. Jason. *in L. vinum. n.* 24. *ff. si cert. pet.* & ibid. Purpurat. *nu.* 115. & super causa probata; licet in libello non deducta, contra regulam *L. habebat. ff. de instit. act. L. ut fundus. ff. commun. divid.* Neviz. *cons.* 97. *n.* 21. Surd. *dec.* 284. *n.* 14. Rot. apud Farin. *dec.* 123. *n.* 1. *in select. p.* 2. & alii apud Eccles. *obs. for. sen. Pedem. obs.* 22. *n.* 11. *seqq.*

45 Idem importat clausula *manu regia*, in qua etiam censetur data facultas procedendi de facto, & sine ullo Juris ordine. Natt. *in Clem. sæpe.* §. *non sic tamen vers. visis supra scriptis. n.* 95. Marant. in Specul. *d. p.* 4. *dist.* 9. *n.* 8. Rot. *decis.* 446. *p.* 2. *rec. n.* 1. ubi in puncto quod possit procedi executive absque ulla sententia. ex Bart. *in extravag. ad reprimenda, in verb. figura in fin.* ac tandem

46 Clausula *de plano* fere idem operatur, ac clausulæ priores, ac si quidem causa sit levis momenti, possunt omitti solemnitates juris, uti supra dictum est; at si causa est magni momenti, facit, ut possit quidem procedi etiam die feriato in utilitatem hominum, etiam extra locum solitæ residentiæ, at *id de plano* intelligitur tantum abbreviatis, & explosis solennitatibus, & dilationibus perniciosis, non tamen quod possit omitti ordo judiciarius, de quo *in cap. olim, de accusat.* Scaccia *de Judic. l.* 1. *c.* 53. ubi DD. Bart. *in d. extrav. ad reprimen. verb. de plano. n.* 2. *vers. fallit.* Natta *in d. Clem. sæpe, in princ. n.* 52. *& in* §. *quæ omnia. n.* 68. *vers. item quod de V. S.* Pellegr. *loc. cit.*

Porro, quia prædictæ clausulæ solent simul poni in commissionibus, ideo omnes simul prædictos operabuntur effectus; de quibus qui plura in individuis cupit, videat Marant. in Specul. *d. p.* 3. *dist.* 9. *n.* 32. ubi refert quindecim effectus. Pellegr. *l. cit.* ubi etiam plurimos refert. Rol. a Valle *cons.* 7. *num.* 31. *ad* 39. *lib.* 3. & alios passim.

Hoc interim notat Pellegrin. *l. c. n.* 11. quod in o- 47
mnibus causis summariis, de quibus supra, Judex possit, si eidem placuerit, juris ordinem servare, ut in causis ordinariis, arg. tex. *in c. novit, de Jud.* ubi Innoc. *circa princ.* late Felin. *in cap. cum dilecta, col.* 14. *vers. ampliatione, de rescr.* Bal. *in L. nulla, circa fin. ff. de legib. & in L. testamentum. not.* 3. *C. de testamen.*

Clausula XXXIX. *Si per diligentem examinationem* 48
illum idoneum repereris &c. non importat causæ cognitionem judicialem. Lap. *alleg.* 15. Masc. *de probat. concl.* 878. quia examen habilitatis est actus extrajudicialis. Paris. *de resign. lib.* 10. *quæst.* 3. *num.* 69. Marta *de clau. sul.* 171. Garz. *de benef. p.* 6. *c.* 2. *n.* 231. Barbos. *clausl.* 98. apud Vivian. *in prax. Jurispatr. p.* 2. *lib.* 13. *cap.* 8. *n.* 18.

Idem importat clausula *si inveneris* vel *repereris*, nisi dirigatur in personam Judicis, & circa materiam judicialem: tunc enim idem operatur quod clausula *si tibi constiterit*, de qua supra diximus. Vivian. *l. c. n.* 19. & tunc requirit citationem &c. vide Maresc. *l.* 2. *var. res. c.* 1. *n.* 157.

Hæc clausula *si per diligentem &c.* posita in dimissorialibus ad Ordines suscipiendos, non solum intelligitur de scientia, verum etiam de natalibus, ætate, moribus &c. ad normam Concil. Trid. *sess.* 23. *c.* 5. *de reform.* ibi. *de ipsorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus &c.* non propterea inducit conditionem, seu formam annullantem actum, ob illius non observantiam, sed libere poterit Episcopus omittere examen, si alias Ordinandi doctrina sit Episcopo nota. ita Pyr. Corrad. *in prax. dispensat. Apostol. lib.* 4. *cap.* 7. *numer.* 1. *&* 9. econtra

Posita in mandatis de providendo de Parochialibus importat conditionem, & operatur, quod examen cum examinatoribus Synodalibus requiratur pro forma, ita ut prætermitti illud nequeat, quamvis revera impertans sit idoneus; cum hoc temperamento tamen, quod sufficiat examen factum ante dictum mandatum, ita ut si ordinarius oratorem ante receptionem, & præsentationem factam dicti mandati de providendo, ad illam Parochialem examinaverit, & dignum repererit, non teneatur illum de novo examinare. ita Pyr. Corrad. *in prax. benef. l.* 3. *c. n.* 14. *&* 15. ubi Rot. *in una Pistorien. Parochialis. 6. Febr.* 1623. coram Merlin. relata a Vivian. *post tract. de Jurepatr. decis.* 81. si mandans ignoravit examen jam fuisse factum, & sic clausulæ adimplementum. ad tex. *in L. hæc conditio.* §. *fin.* & ibi Bart. & Soccin. *ff. de condit. & demonstr.*

Limit. si examen fuit factum in genere ad omnes Parochiales, non vero ad illam, de qua mandatum fuit datum de providendo; quia tunc esset opus novo examine, ut concordando dicta Garz. *de benef. p.* 6. *cap.* 2. *numer.* 253. *& seqq.* Gonz. *super reg.* 8. *glos.* 4. *numer.* 89. 96. *seq.* docet Corrad. *loc. cit. vers. quære.*

Clausulua XL. *Contradictores compescendo* intelligi- 49
tur tantum de contradictoribus de facto, non vero de illis, qui contradicunt de jure. *cap. is cui, de præb. in* 6. Marta *de clausul. p.* 1. *clausl.* 21. Garz. *de benef. p.* 6. *cap.* 2. *n.* 110. Barbos. *clausl.* 5. apud Vivian. *loc. c. n.* 39. & vide quæ supra clausulam *amoto &c. num.* 4. cum qua cohæret

Clausula XLI. *Prout juris, & de jure*, importat 50
conditionem, & judicem respicit; ac omnia quæ illam præcedunt secundum jura sunt regulanda. *cap. causam quæ, de rescr.* ubi Abb. Mart. *l. c. clausl.* 112. Vivian. *uti supra. n.* 44.

Clausula XLII. *perinde valere*, gratiam Pontifi- 51
cis

cis invalidâm ex aliquo capite revalida., & confirmar, & reſpicit retro, ita ut valeat a die primæ gratiæ, ſi nulli præjudicatur, ſecus contra jus tertii interim quæſitum. Put. *p. 2. deciſ.* 190. Menoch. *de arbitrar. l. 2. caſ.* 185. Neque operatur, ſi diſpoſitio principalis, vel cauſa ceſſet. Gabr. *de clauſul. concl. 3. n.* 82. apud Vivian. *n.* 64. ubi etiam Pariſ. *de reſignat. l. 8. quæſt.* 11. *n.* 46. Sicque tollit defectum diſpenſationis. Mart. *l. c. clauſ.* 321. Barboſ. *clauſ.* 56. Vivian. *l. c. an.* 62.

52 Clauſula XLIII. *Non aliter, alias, nec alio modo* &c. importat conditionem. Dec. *conſ.* 528. Rot. apud Vivian. *loc. cit. num.* 69. *& deciſ. 9. p.* 18. *rec. tom.* 1. *num.* 14. ubi Cæphal. *conſ.* 118. *num.* 13. *lib.* 1. & ideo neceſſitatem inducit ad unguem ſervandi ea, quæ in diſpoſitione, aut litteris &c. ſunt demandata. Rot. *deciſ.* 252. *d. p.* 18. *rec.* alias removet conſenſum ab actu, perinde, ac ſi non eſſet geſtus. Grat. *conſ.* 138. *num.* 13. *lib.* 1. Caputaq. *deciſ.* 82. *num.* 4. *p.* 3. Rot. *deciſ.* 169. *p.* 2. *rec. tom.* 1. *n.* 17. & ſic importat conditionem præciſam. Veral. *deciſ.* 82. Alex. *conſ.* 3. *l.* 1. & quidem ſuſpenſivam. Clar. *in §. emphyt. quæſ.* 13. *verſ. item quæro, circa med.* Eſt quoque limitativa voluntatis, & præſervativa ſui juris in caſu contrario. Marta *loc. cit. clauſ.* 76. Gratian. *diſc. for. cap.* 532. *n.* 21. *& cap.* 587. *nu.* 11. & alibi Seraph. *deciſ.* 838. *&* 1603. Barb. *clauſ.* 39. Vivian. *loc. cit.* Et tandem eſt tantæ efficaciæ, ut ſi non concurunt in actu omnes qualitates præcedentes, annullat diſpoſitionem, in qua proferuntur. Tiraqu. *de retract.* §. 8. *gloſ. 6. n.* 2 Pariſ. *conſ.* 19. *n.* 10. *l.* 2. Rol. a Valle *conſ.* 63. *n.* 39. *& ſeqq. l.* 4. Mantic. *de tacit. l.* 4. *tit.* 30. *n.* 31. apud Rot. *deciſ.* 11. *p.* 9. *rec.*

53 Clauſula XLIV. *Pro expreſſis habentes* operatur expreſſionem omnium qualitatum, & circumſtantiarum, quæ eſſent exprimendæ. Marta *clauſ.* 101. Barboſ. *clauſ.* 59. Vivian. *l. c. num.* 148. ſed quia hæc convenit clauſulæ *quorum tenores*, ideo vide quæ ſupra diximus *nu.* 7. & in clauſula *ſupplentes. num.* 2. & Gabr. *commun. concluſ. lib.* 6. *tit. de clauſul. concluſ.* 5. ubi late de hac clauſula.

54 Clauſula XLV. *Non obſtantibus &c.* tollit obſtantia omnia gratiæ. Mareſc. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 19. etiam privilegia non clauſa in corpore juris, imo & clauſa in dicto corpore juris, de quo vide Gratian. *diſc. for. c.* 421. *n.* 15. *ſeq. & c.* 458. *n.* 6. non tamen tollit ſtatutum particulare ſuper certo beneficio editum; niſi de illo expreſsa mentio fiat. Rot. *dec.* 114. *n.* 28. *p.* 9. *rec. tom.* 1. neque alicui alii ſtatuto particulari. Felin. *in cap. non nulli n.* 23. *de reſcr.* Vivian. *in prax. juriſpatr. l.* 13. *c.* 8. *n.* 156. nec operatur in præjudicium tertii. Mareſc. *l.* 2. *var. reſ. c.* 40. *nu.* 22. ubi Gozadin. *conſ.* 14. *col.* 3. *verſ. duodecimo conſidera. & col. fin. verſ. non obſtat.* nam Papa non præſumitur habere notitiam juris, quod ex ſpeciali conceſſione alicui competit. Mareſc. *l. c. num.* 23. *&* 24. ubi Rot. & per DD. *in cap.* 1. *de reſcr.* dicentes, nunquam cenſeri derogatum priori privilegio per aliud ſubſequens, niſi de illo fiat mentio, propter illius præſumptam ignorantiam. *L. decurionibus. C. de Silen. lib.* 11. Jaſ. *in L. poſtquam liti. num.* 11. *C. de pact.* Felin. *in cap. non nulli. num.* 23. *de reſcr.* Dec. *in cap. quæ in Eccleſiarum. num.* 44. *de conſtit.* Put. *deciſ.* 39. *l.* 3. inſuper non auget gratiam, ſed declarat intentionem concedentis, quatenus ſit dubia contra conceſſa. *clem.* 1. *de præb.* Vivian *loc. cit.* non tollit obſtacula perſonalia. Calderin. *conſ.* 1. *de reſc.* Vivian. *loc cit.* ubi quod non derogat diſpoſitioni firmatæ conſenſu partium. Cravet. *conſ.* 241. nec ejus quæſitum Laico ex fundatione, vel dotatione, etiamſi adſit clauſula *motu proprio*, niſi exprimatur. Staphil. *de vi, & effect. clauſul.* §. *de cauſulis non obſtantium num.* 1. *& ſeqq.* apud Vivian. *loc. cit.* non derogat Regulis Cancellariæ, niſi exprimatur, de quo vide Mareſc. *l. c. num.* 16. *ſeqq.* Neque Conciliis generalibus. Mareſc. *loc. cit. num.* 14. ubi Bal. *in L. humanum. in* 3. *notab. de leg.* Archid. *in cap.* 1. *col.* 2. *n.* 2. *verſ. quod ſpecialiter intelligi poteſt, de conſtit. in* 6. Felin. *in c.* 1. *n.* 23. *eod.* & alii. ubi vide. Et ſi gratia, cui hæc clauſula eſt adjecta, ſit nulla, ipſa quoque clauſula eſt nulla. Seraph. *deciſ.* 433. Barb. *clauſ.* 43. *& ſeqq.* Vivian. *loc. cit. num.* 163. Mareſc. *loc. cit.* apud quos plura de hac clauſula; concorda etiam quæ diximus in clauſula *motu proprio. num.* 1. & in clauſula *ſupplentes num.* 2. & in clauſula *quorum tenores. num.* 7.

Hæc clauſula non inducit diſpenſationem. tex. eſt *in cap. non poteſt, in fin.* & ibi gloſ. & communiter Canoniſtæ, *de præb. in* 6. Staphil. *de litt. Grat. clauſula non obſtantibus. n.* 3. Rub. *ad deciſ.* 90. *Rot. Rom. p.* 9. *rec. tom.* 1. *n.* 106.

Clauſula XLVI. *Decretum irritans*, irritat collatio- 56
nem factam ab Ordinario in contrarium ipſo jure. Mareſc. *lib.* 2. *var. reſ. c.* 38. *per tot.* Gratian. *diſcep. for. cap.* 283. *num.* 2. nec valet actus in contrarium geſtus etiam de partium conſenſu. *cap. ſtatutum, de reſcript. in* 6. & ibi gloſ. *in verb. committatur, & cap. diſpendia, eod.* inducit enim formam. Bald. *in L.* 1. *verſ. quæro ergo. ff. de liber. & poſthum.* Gratian. *conſ.* 16. *num.* 14. *lib.* 1. Gabr. *de clauſul. concl.* 3. *num.* 18. *ſeqq.* Mareſc. *loc. cit. num.* 8. ita ut nec pars, cujus commodum reſpicit, poſſit eidem renunciare. DD. apud Gabr. *loc. cit. a num.* 18. quamvis contrarium defendat Rebuf. *in prax. benef. p.* 1. *tit. de forma novæ proviſionis, in verb. nos enim*; ubi, quod collatio Ordinarii facta de conſenſu impetrantis valeat, non obſtante hac clauſula, cum habeat conditionem, *quatenus impetrans illa uti velit.* per Joan. Monac. *in cap. ſtatutum, de præb. in* 6. concorda has opiniones cum Gabr. *loc. cit. num.* 30. quod ſecunda opinio Rebuffi procedat, antequam pars dicto decreto utatur: prima autem procedat, poſtquam decretum cœpit ligare, quia pars voluit eo uti. Inficit poſſeſſionem & titulum. Caſſad. *deciſ.* 1. *&* 2. *de reſtit. ſpol.* Gabr. *de clauſul. d. concl.* 3. *num.* 50. ubi Rot. *in nov. deciſ.* 16. & alii, ut infra *in prax. decret. irrit. num.* 3. Mareſc. *loc. cit. ex cap. ſi eo tempore, de elect. in* 6. Prob. *in cap. tibi qui, num.* 18. *de præb. d. lib.* 6. Caſſad. *deciſ.* 11. *num.* 5. *ſuper regula*, ita ut nullum remedium poſſeſſorium competere valeat. Pyrrh. Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *tit.* 15. *num.* 175. & infra ſtatim *verſ. quamvis.* & conſequenter reddit judicium ipſo jure nullum tam in petitorio, quam in poſſeſſorio. Ferret. *conſ.* 15. *num.* 1. *& ſeqq.* maxime ſtante clauſula *ſublata*, quæ facit, ut inferioris manus omnino ligatæ ſint. Caputaq. *deciſ.* 134. *p.* 3. Mareſc. *loc. cit. a num.* 15. non tamen irritat actum jam perfectum, & conſummatum ante dicti decreti interpoſitionem. Gemin. *in d. c. ſi eo tempore, in* 3. *notab.* Mareſc. *loc. cit. num.* 2. ubi aliæ limitationes.

Ligat etiam ignorantes. *cap.* 1. *verb. adjiciebatur inſuper, de conceſſ. præb. & cap. quondam, ver. prima enim collatio, de præb. in* 6. *& cap. dudum, ver. & quod decretum noſtrum, eod.* DD. apud Gabr. *loc. cit. num.* 1. quod ampliatur, etiamſi in favorem ignorantis fiat diſpoſitio. Gabr. *loc. cit. num.* 6. ob tex. *in cap. quoddam*, & ibi Franc. notat per illum tex. *in* 2. *notab. de præb. in* 6. Limita hanc concluſionem; quia reſpectu pœnæ decretum irritans non ligat ignorantes. *cap. ſi beneficia*, & ibi Anchar. *in* 2. *notab. de præb. in* 6. gloſ. *in clem. nolentes, de hæret. in verb. ex tunc.* Imol. *in Clem.* 1. *col. pen. verſ. quid, de elect.* ubi etiam Barb. *num.* 25. *de elect.* Rebuff. *in prax. benef. p.* 1. *tit. de forma novæ proviſionis. in verb. nos enim. pag. mihi* 171. Felin. *in cap. cognoſcentes, col.* 5. *verſ. quarto limita, & in cap. fin. col.* 12. *verſ. facit ſingulare dictum, de conſtit.* & alii apud Gabr. *loc. cit. num.* 8. apud quem vide alias limitationes. vide etiam Mart. *de clauſ. p.* 1. *clauſ.* 255. Garz. *de benef. p.* 5. *cap.* 1. *a num.* 21. Vivian. *l. c. num.* 170. Seraph. *deciſ.* 141. Barboſ. *clauſ.* 112. Mant. *deciſ.* 286. apud quos plura de hac clauſula.

Sicque decretum irritans operatur nullitatem eorum, quæ fiunt contra diſpoſitionem, vel gratiam, in qua illud continetur. *cap. ſi poſtquam, de elect. in* 6. Sarnen. *in reg. de triennal. quæſt.* 46. *n.* 2. *& in reg. de annal. quæſt.* 4. *n.* 3. Caſſad. *deciſ.* 12. *num.* 7. Mareſc. *l. c. n.* 15.

Quamvis tamen, ut diximus remedium non competat, ſi poſſeſſio ſit *decreto irritante* infecta, antequam ex iſto capite poſſit denegari manutentio, prius cognoſci debet, an ſit locus diſpoſitioni, quæ habet tale Decretum irritans. Garz. *de benef. p.* 5. *cap.* 1. *num.* 430. *& ſeqq.* ubi Rotæ. Beltramin. ad Ludoviſ. *deciſ.* 283. *num.* 8. nam decretum irritans tunc demum inficit poſſeſſionem, quando certum eſt illud intrare, ita ut in dubio poſſeſſor ſit interim manutenendus ſaltem ratione ſuæ detentationis. Lancellot. *de attent. p.* 3. *c.* 24. *q.* 1. *n.* 80. Rot. *deciſ.* 48. *p.* 5. *rec. tom.* 1. *n.* 5. vide etiam aliqua infra in verb. *Decretum irritans.*

Clau-

56 Clauſula XLVII. *Diſtrictius inhibentes* non irritat actum contrarium, ſed tantum prohibet. gloſ. *in Clem. 1. de jurejur.* niſi adſit decretum irritans. Vivian. *l. c. num.* 183.

Clauſula XLVIII. *Derogatoria*, adjuncta cum clauſula *quorum tenores* tollit diſpoſitiones contrarias, & idem operatur, ac ſi nominatim fuiſſet contrariis derogatum. *L. omnes. C. de præſcr.* 30. *annor.* ibi. *tanquam per hanc legem ſpecialiter, & nominatim fuiſſent enumeratæ.* ubi Ang. *col.* 1. & DD. apud Mareſc. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 40. *num.* 1. & concorda quæ ſupra diximus in clauſula *quorum tenores*, & in clauſula *non obſtantibus*.

Non tollit tamen partium conventiones, niſi de illis fiat ſpecialis mentio. Ferret. *conſ.* 319. *num.* 2. *vol.* 2. apud Vivian. *num.* 188. & ſic non operatur in diſpoſitionibus privatorum. Ang. *in L. ſed & ſi quis. §. quæſitum, verſ. ultimo ſcias. ff. ſi quis caution.* & ibi Fulgoſ. *in fin. verſ. dubitat.* Sylva *de beneſ. p.* 3. *quæſt.* 14. *col.* 7. *verſ. nono proiſta parte.* & alii apud Mareſc. *l. c. n.* 12.

Quær. ſi diſpoſitio, cui derogatur, habeat clauſulas prægnantes, & cum derogatoriis derogatoriarum ad diſpoſitiones ſequentes, an nihilo minus ſufficiat derogatio generalis, cum clauſula *quorum tenores*? affirmative de ſtylo Curiæ reſpondet Caſſad. *deciſ.* 10. *num.* 2. *ſuper regul.* Sarnen. *ad proœm. regul. quæſt.* 6. *num.* 7. *& ad reg. de trien. quæſt.* 17. *num.* 5. Gabr. *de clauſ. concl.* 5. *num.* 14. apud Mareſc. *l. c. num.* 4. ubi Rot. Beltramin. ad Ludoviſ. *deciſ.* 110. *num.* 14. at quod de jure communi, & ſic de ſtylo Curiæ circumſcripto ſequens diſpoſitio per derogatoriam generalem non tollat antecedentem habentem prædictas clauſulas prægnantes, niſi de illis fiat mentio cum expreſſa derogatione, eſt tex. *in cap. nonnulli, de reſc. L. ſi quis, in princ. de leg.* 3. & tenent Federic. de Sen. *conſ.* 233. *per tot.* Pariſ. *conſ.* 42. *num.* 15. *verſ. præterea, cum ſeq. lib.* 4. Selva *de benef. p.* 3. *quæſ.* 14. *num.* 7. *uſque ad fin.* Caſſad. *deciſ.* 38. *per tot.* Gabr. *l. cit.* ubi de communi. *num.* 13. apud Mareſc. *l. cit. num.* 11.

Et hæc clauſula derogatoria generalis non operatur niſi quoad ea, quæ ſunt contraria; hinc non derogat toti conſtitutioni antecedenti, ſed ſolum quoad illa, quæ ſunt contraria. DD. apud Mareſc. *l. cit. num.* 5. apud quem vide plura de hac clauſula. & *lib.* 1. *cap.* 51. *a num.* 21. & apud Mart. *p.* 1. *clauſ.* 261. Seraph. *deciſ.* 261. Gratian. *diſc. for. cap.* 48. ubi *num.* 30. quod per derogatorias generales non cenſeatur derogatum privilegiis conceſſis ob publicam utilitatem. Gabr. *de clauſul. d. concl.* 5. Caſſad. *d. deciſ.* 10. *ſuper reg.* Vivian. *ubi ſupra. num.* 189. Barb. *clauſ.* 114.

58 Clauſula XLIX. *Circa, vel circiter, & ipſo facto, ipſoque jure, De jure, & de facto.* & prima quidem in ætate intelligitur de quinque, vel ſex menſibus. Vivian. *l. cit. num.* 204. Menoch. *de arbitr. caſ.* 46. *num.* 5. ubi Alex. *lib.* 1. *vel* 6. *conſ.* 88. *num.* 15. plura vide apud Mareſc. *l. c.* ubi etiam de teſtibus deponentibus, aliquem poſſediſſe 10. vel 20. annis *circiter*, quomodo ſint intelligendi, & an probent? & regulariter hæc clauſula intelligitur de modico tempore. Barb. *de diction. dict.* 132. ſicut & in aliis rebus dictio *circiter* ultra modicum non operatur. Rot. *deciſ.* 556. *p.* 5. *rec. tom.* 2. *num.* 23. ubi Surd. *conſ.* 376. *num.* 15. Menoch. *de arbitr. caſ.* 46. *num.* 5. Marta *de clauſul. p.* 1. *clauſ.* 59. Rot. *deciſ.* 73. *num.* 3. *p.* 2. *rec.* & apud Beltramin. ad Ludoviſ. *deciſ.* 128. ubi etiam, quod quantum importet, remittatur arbitrio Judicis juxta ſubjectam materiam judicare debentis. Ludoviſ. *d. deciſ.* 128. *num.* 4. *ſeqq.* ubi plura; & quando fit mentio de annis cum dictione *incirca* poſſit verificari in duobus, vel tribus annis addendo, vel detrahendo dicit Corn. *conſ.* 179. *num.* 5. *lib.* 3. Mart. *d. clauſ.* 59. *num.* 1. Beltramin. *l. cit.* ubi Rot. & quod ſtante hac dictione *circa* poſſit diminui ſexta pars temporis expreſſi tenuit Rot. *in una Meliten. Parochialis S. Nicolai de Viſano* 22. *Junii* 1572. *in miſcellan.* coram Verall. *num.* 85. *&* 86. quam refert Rot. *deciſ.* 744. *p.* 2. *rec. num.* 6. ubi etiam quod gratia ſalvatur a ſub-vel obreptione, etiamſi ſit erratum in ſexta parte. & tenet etiam Rot. *in una Calaguritan. Archi-Epiſcopatus.* 20. *Maii* 1584. *&* 17. *Junii* 1585. coram Gipſio; ex quibus fuit etiam judicatum, teſtes non concludere, nec probare actum certo tempore, ſeu anno geſtum, ſi deponant v. g. de 30. vel 40. annis *circiter*. ita Rot. *d. dec.* 774. cum illa dictio *circiter* arguat incertitudinem. Natt. poſt Bartol. *conſ.* 53. *num.* 3. *verſ. præterea, lib.* 1. Butr. *in cap. fin. in fin. de deſponſat. impub.* Corn. *conſ.* 73. *num.* 4. *lib.* 3. & alii; at quod, quando teſtes dicunt a tot annis *circiter*, tollantur ſex menſes, tenuit Rot. *dec.* 86. *in miſcell.* ut per Cottam. *& deciſ.* 297. *lib.* 2. *p.* 3. *diverſ. num.* 1. ubi de ætate narrata in coadjutoria 60. annor. vel *circa* ſolum tollitur dimidius annus. apud Garz. *ut infra*. Item quando reſignare ſeu permutare volens beneficium narravit, quod illud jam poſſederit per quinque vel ſex annos *circiter*, ad effectum, ut reſignatio, ſeu permutatio admitteretur, vel quando in diſpenſationibus, vel aliis conceſſionibus dicitur eſſe in tali ætate *circiter*, quod non teneatur præciſe verificare tempus narratum cum particula *circiter*, ſed ſufficienter narratum tempus probetur, etiamſi forſan deſint quinque, vel ſex menſes. ita Garz. *de benef. p.* 11. *cap.* 3. §. 1. *num.* 49. *arg. text. in L. non tantum. ff. de excuſat. tut.* Alex. *conſ.* 88. *lib.* 6. Rebuff. *in L. cæterorum ff. de V. S. in fin. & in prax. tit. de diſpenſat. ratione ætatis, verſ. ſeu circa, & alibi.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 44. *n.* 5.

Secunda clauſula *ipſo jure*, & *ipſo facto* æquiparantur, de quibus ultra Vivian. *l. cit. num.* 216. vide Rebuff. *in prax. p.* 3. *de mod. amitt. benef. num.* 1. *cap.* 2. *ut Cler. vel Monac. in* 6. *L. quiſquis. C. ad L. Jul. Majeſt. c. cum ſecundum, de hæret. in* 6. 59

Tertia clauſula *de jure, & de facto* facit, quod delegatus poſſit procedere etiam diebus feriatis *ob neceſſitatem hominum*, uti in arbitrio: in arbitratore vero etiam in feriatis *ad honorem DEI*, & quod uterque poſſit judicare ſecundum veritatem, & ſuam conſcientiam. Lap. *alleg.* 78. etiam ſine partis citatione. Angel. *conſ.* 367. Mart. *l. cit. clauſ.* 257. concorda, quæ ſupra diximus *clauſ.* 38. 60

Clauſula L. *Sine vitio ſpolii, & ſalvo jure*; & prima facit, quod ſpoliatus non poſſit agere ſpolio. de qua vide Lancellot. *de attent. lit. pend. in præfat. nu.* 455. *& ſeqq.* non tamen excuſat a vitio attentatorum, ſi poſſeſſio fuit capta lite pendente, niſi adſit etiam clauſula *ſine vitio attentatorum*. Verall. *deciſ.* 151. *p.* 3. Vivian. *l. cit. num.* 238. 61

Secunda clauſula *ſalvo jure* præſervat jus, & eſt modificativa illius, cui apponitur. Barb. *clauſ.* 83. Marta *clauſ.* 355. Vivian. *l. cit. num.* 263. 62

Clauſula LI. *In omnibus, & per omnia* ob ſuam univerſalitatem facit, ut comprehendatur, quæ alias non comprehenderentur, & extendit mandatum etiam ad rem ſubrogatam, habetque vim ſpecialis ſpecificationis: non tamen comprehendit in ſolita, nec reſervata Pontifici, nec operatur ultra mentem. Mart. *l. cit. clauſ.* 62. Barboſ. *clauſ.* 36. Vivian. *l. c. num.* 345. 63

Plures clauſulas paſſim videbis in praxi *Diſpenſationum, Executorum Apoſtol. Gratiæ, Juriſpatr. Beneficiorum*, & alibi ſuis locis.

CLERICI.

Practicabilia Clericorum.

§. I.

Clericorum obligatio ratione Clericatus.

Prima Clerici obligatio eſt caſtitatis, ſive ex voto, juxta Sanct. *lib.* 7. *de matrim. diſp.* 27. *num.* 10. Pont. *de matr. lib.* 7. *cap.* 27. *num.* 7. Suar. *de Relig. tom.* 3. *lib.* 9. *cap.* 17. ſive ex præcepto. juxta Valent. Sot. Palud. quos citat, & ſequitur Averſa *q.* 4. *ſect.* 7. *verb. præferendus*; ſive ex utroque. juxta Coning. *diſſ.* 20. *dub.* 13. Certe impedimentum dirimens, quod naſcitur ex Ordinibus majoribus, deſcendit ex præcepto Eccleſiæ, ut patet ex Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 9. ſed 1.

Quær. contrahitne impedimentum diremens ille Clericus, qui ſuſcipit minores ordines, credens iis eſſe annexum votum caſtitatis, imo hoc impedimentum? affirmant Abb. Joan. Andr. Butr. Anchar. & Imol. apud Gobat. *de imped. matr. caſ.* 13. *num.* 275. ſed contrarium videtur verius, & probabilius: quia nemo privata authoritate poteſt conſtituere impedimentum dirimens, licet contrahendo peccaret. Eſcobar. *in Theol. mor. lib.* 27. *c.* 28. Sanch. *de matr. lib.* 7. *num.* 5. *diſp.* 31. Gobat. *l. cit.* 2

Sub-

3 Subdiaconus verò uxorem ducens, ultra alias pœnas, de quibus infra, etiam uxore dimissa, non debet promoveri ad majores, nisi in Monasterio laudabiliter vixerit. *cap. 2. qui Cler. vel. Monach.* Gobat. *l. c.*

Secunda obligatio est recitandi horas canonicas. *cap. Presbyt. de celebr. miss. c. ult. dist. 92.* Sermo est de illis, qui sunt in sacris, cujus obligationis finis fuit cultus Dei, & populi spiritualis utilitas, & profectus; causa vero fuit, quia Ecclesia militans voluit imitari triumphantem, in qua Beati semper laudant Deum. Ex quibus difficile non est resolvere illam quæstionem, an horas Canonicas recitans cum voluntaria distractione satisfaciat præcepto, & suæ obligationi, & quatenus habeat beneficium, teneatur ad restitutionem fructuum? Resp. enim non satisfacere, & teneri ad restitutionem. patet *ex cap. dolentes, de celebr. miss.* quod quidem non præcipit nudam horarum recitationem; quia hæc erat jam præcepta *in cap. fin. dist. 92.* tum quia Concil. Trid. noluit aliud, quam tollere abusus in celebratione; in recitatione vero quoad substantiam non erat ullus defectus, sed tantum in modo; quia indevote, & non studiose celebrabantur, non tantum quoad devotionem externam ob intermixtas fabulas, & comessationes, & non studiose dicebantur quoad labia; quia non distincte, sed cum syncopis dicebantur: sed etiam quoad devotionem internam: nam postquam prohibuit confabulationes, & comessationes in celebratione horarum, & ita compositionem corporum, & humiliationem præcepit, & insuper devotionem quoad actus externos prohibendo syncopationes &c. adhuc præcepit devotionem; ne vero hoc verbum *devote* sit superfluum, aliter non potest intelligi, quam de devotionem interna; uti patet ex Concil. Trid. *sess. 24. c. 12.* illis verbis: *reverenter:* ecce corporis compositionem! *distincte:* ecce pronunciationis ordinationem! *devote laudare:* ecce internam attentionem! accedit Concil. Vienn. *in Clem. 1. de celeb. miss.* ubi dicitur, officium esse celebrandum animi devotione, quid clarius? ita etiam Moguntinum *de hor. Canon.* ait. *articulate, distincte, & cum attentione omnia pronuncient.* Tandem Concil. per illa verba „ *quantum Deus dederit*, clare demonstrat, quod præcipiat devotionem illam, quæ est donum Dei, non vero devotionem externam, & materialem, tantum hypocritis communem. Ad hæc, Concilium præcipit orationem; cum vero oratio sit ascensus mentis in Deum, necessario præcipit attentionem internam; & ita hanc sententiam tenent, S. Thom. 2. 2. q. 82. a. 13. ad 3.* Abb. *in d. c. dolentes, de celebr. miss.* Innoc. Jo. Andr. Imol. Hostiens. Hugo Victorin. Cajet. & alii apud Fagnan. *in d. cap. dolentes, a num. 39.* Neque dicas, Ecclesiam non posse præcipere actus internos: quia quidquid sit de mere internis, certe illos, qui vel sunt essentialiter conjuncti cum actu externo, vel sunt essentialiter conjuncti cum actu externo, vel actum externum in genere morali constituunt, præcipere potest, & de facto præcipit: ut patet in intentione, quam præcipere potest, & præcepit; & ita hæreticum mentalem excommunicat; & occultum, non quidem illum ligando quoad forum externum, & Ecclesiam militantem, nisi illam cogitationem v. g. scribendo ad actum externum deduxerit; sed illum saltem ligando quoad Deum, ita ut admittens voluntarie has cogitationes internas cum consensu &c. mortaliter peccet; & talis potest per inquisitores puniri, si illis hæc hæretica cogitatio nota fiat. Clar. *in prax. §. fin. q. 91.* Menoch. *de arbitr. cas. 360. num. 6.* ubi alii. Ita excommunicat Monachos ad Curias Principum se conferentes animo nocendi, uti accusandi &c. *Clem. cupientes, §. qui vero, de pœn. & Clem. 1. de hæret.* Ita ratam habens in mente percussionem Clerici, est excommunicatus quoad Deum, ut supra; & sic de aliis; & ita claves Ecclesiæ ligant in foro interiori etiam peccata cogitationum &c.

5 Neque urgeas quasi laqueus fidelibus injiciatur, præcipiendo impossibilia: quia sicut non injicit laqueum, cum præcipit internam intentionem, ita neque præcipiendo attentionem internam: sicut enim intentio alia est formalis, quam semper habere esset difficile, alia virtualis, quæ difficilis non est, & durat, nisi formaliter, vel æquivalenter revocetur: ita & attentio alia est formalis, quam semper habere difficile est, alia virtualis, quæ manet, nisi per distractionem voluntariam revocetur, & difficilis non est, sicut non est difficile cum gratia Dei voluntariam mentis evagationem impedire.

Tertia obligatio est tituli patrimonii, de quo plura infra in verbo *Ordo.*

Quarta obligatio est ferendi habitum, & Tonsuram: 6
ita ut constituti in minoribus, si incedunt sine habitu, & tonsuta, sine alia monitione foro Laicali subjiciantur. Concil. Trid. *sess. 23. cap. 6. de reform.* & S. Congr. apud Bellet. *disquis. Cleric. de favore Cleri. person. §. 8. n. 6. ver. propterea.* Riccius *in prax. for. Eccles. p. 3. res. 476. & p. 4. res. 237. & part. 1. res. 540.* Navar. *de privil. cons. ult. num. 6.* Antonel. *de regim. Eccles. lib. 4. cap. 2. num. 1.* Barbos. *de Offic. Epis. p. 2. alleg. 12. num. 19.* Sperel. *dec. 26. num. 3.* Pignatel. *tom. 3. cons. 20. num. 1.* Dummodo tanta adsit perseverantia in dimissione habitus, & tonsuræ, ut publice reputetur pro Laico. *cap. si Judex de sent. excom. in 6.* Prosper de Augustin. *in addit. ad Quarant. in verb. habitus clericalis, vers. prænarrata Constit.* Uti si per annum habitum, & tonsuram non tulit: alias Clericus, solitus ferre habitum, & Tonsuram, non amittit privilegium fori: licet sine habitu, & tonsura capiatur, Augustin. *l. cit.* Barb. & Antonel. *ubi supra.* Dian. *mor. p. 1. tr. 2. res. 33.* plura apud Sperel. *l. cit.* Hæc procedunt quoad privilegium fori, non vero canonis; uti declaravit S. Congr. apud Bellet. *l. c. num. 19.* Riccius *in prax. p. 1. res. 541.* Reassumentes tamen habitum, & tonsuram recuperant privilegium ex nunc, sed non prout ex tunc: & ideo pensionem interim amissam non recuperant, maxime in præjudicium tertii, quia per dimissionem habitus suspenditur quidem privilegium, non tamen prorsus amittitur. Sperel. *dec. 26. n. 20. seq.* Barb. *de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2 nu. 26.* vide etiam Ciarlin. *cap. 53. a num. 20.* Graff. *de effect. Cler. eff. 1. num. 1232. seq.*

Præterea dimittens habitum Clericalem, amittit qui- 7
dem beneficium ipso jure, debet tamen per sententiam declarari. Capon. *disc. for. 78.* Capyc. Latro *dec. 73.* Sperel. *dec. 66. a num. 12.* videri potest Bulla Sixti V. apud Quarant. *V. habitus clericalis*, quæ incipit *Pastoralis.* item videri potest *Clem. 2. de vit. & honest. Cler.* & Concil. Trid. *sess. 14. cap. 6. de reform.* Limita, si iter, paupertas, infirmitas, aut periculum excusent, aut si tantum domi, & non extra dimittatur. Et impetrans tali casu non tantum debebit probare probanda, sed etiam citare illum, qui privatur. Sperel. *dec. 66. num. 20.* vide Antonel. *de regim. Eccles. lib. 3. cap. 1.* Quarant. *l. cit.* Graf. *de effect. Cleric. eff. 1. num. 1167. seqq.* Barb. *de Offic. Epis. p. 2. alleg. 9.*

Sed poteritne dici apostata, dimittens habitum cle- 8
ricalem? Resp. si sit in sacris, aut Beneficiatus, & se gerit pro laico, affirmative: secus si est tantum in minoribus, & caret beneficio: quia talis pro libitu potest redire ad sæculum. *gl. in cap. pen. de Apost.* Menoch. *de arbitr. cas. 546. num. 52.* & alii apud Sperel. *dec. 66. num. 6.*

Dicitur vero vestis Clericalis, quæ est consuetudi- 9
naria regionis: vel si non adest consuetudinaria, per quam Clericus discernitur a Laico. Covar. *pract. quæst. cap. 31. num. 7. vers. quarto.* Sanch. *de matr. lib. 7. disp. 46. nu. 6.* Menoch. *de arbitr. cas. 392.* Graff. *de effect. cler. in prælud. num. 270. seq.* Ciarl. *contr. for. cap. 53. num. 17.* Riccius *p. 3. res. 496.* Clar. *in §. fin. q. 36.* Farin. *in prax. q. 8.* Scacc. *de Jud. cap. 11. lib. 1.* Mascard. *de prob. concl. 1.* & alii apud Barb. *de Off. Epis. alleg. 9.* Habitus, an sit Clericalis, vel Laicalis, solus Judex Ecclesiasticus cognoscit. Covar. *pract. qq. cap. 33. num. 1.* Guazzin. *defens. 1. cap. 3.* Mascard. *de prob. concl. 689.* Mart. *de Jurisd. part. 2. c. 31.* Scacc. *de Jud. lib. 1. cap. 11.* Farin. *in prax. quæs. 8.* Bonac. *de Judic. quæs. 2. pun. 1. §. 4.* Dian. *part. 1. tr. 2. res. 27.* ubi plures. vide etiam Carol. de Graff. *de effect. Cler. eff. 1. num. 1262. seqq.* apud quem DD. & 10
alii plures similes casus. Sperel. *dec. 133. num. 42.*

Quod tamen diximus de quarta obligatione intelligi debet de simplicibus minoristis, ut patet: nam quoad Beneficiatum, vel constitutum in Sacris, ut amittat privilegium fori ob non delationem habitus, & tonsuræ, requiritur præcedens trina monitio. *cap. fin. de vit. & honest. Cler. cap. in audientia, & cap. contingit, de sent. excom.* Bonac. *de LL. d. 10. q. 2. pun. 1. §. 4. nu. 16.* Ricc. *in prax. p. 3. res. 310.* Dian. *p. 1. tr. 2. res. 29.* apud Antonel. *de regim. Eccles. lib. 4. tit. 2. num. 3.* Ampliatur, ut licet se immiscetet enormitatibus, dimisso

missо habitu ; adhuc sine monitione prædicta, non amitteret privilegium fori. *cap. cum non ab homine, de Jud.* Navar. *conſ. ult. de privil.* Barb. *d. alleg.* 12. *num.* 23. & alii apud Antonel. *l. cit.* & ut perdat privilegia ob carentiam requisitorum Concil. Trid. requiritur declaratoria. Sperel. *dec.* 132. *num.* 68.

11 Redeundo ad primam obligationem, sciendum, quod Clericus in sacris constitutus contrahens matrimonium, perdit beneficium, & licet ante consummationem ingrediatur Monasterium, & sic matrimonium resolvatur, tamen beneficium non recuperat ; quia semel extinctum jus non revivisci, nisi matrimonium fuisset nullum ex defectu consensus. Abb. & DD. *in cap.* 1. *de Cler. conjug. & in cap.* 1. *eod. in* 6. Gig *de pens. q.* 54. Ciarl. *contr. for. cap.* 36. *num.* 55. fit irregularis, & est ipso jure excommunicatus, deponitur ab officio, & beneficio. Abb. *in cap.* 1. *& 2. qui Clerici &c.* Farin. *p.* 3. *q.* 138. *num.* 90. Et sub figura matrimonii Virginem violans patitur pœnam stupri. plura vide Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 33. Dian. *p.* 4. *tr.* 7. *res.* 5. & circa amissionem beneficii, vide etiam quæ supra notavimus in verb. *Beneficium quoad vacationem*.

12 Jam licet Clerici in sacris constituti non possint contrahere matrimonium, in minoribus constituti tamen possunt. ut patet ex *tot. tit. de Cler. conjug.* Et tales Clerici conjugati gaudent privilegio fori & canonis, licet non abstineant a negotiis sæcularibus. DD. apud Ciarl. *contr. for. cap.* 53. *num.* 26. Barbos. *d. alleg.* 12. *num.* 30. Sanch. *de matr. lib.* 7. *disp.* 46. *num.* 26. Riccius *in prax. p.* 2. *res.* 172. Covar. *pract. quæst. cap.* 31. *num.* 8. *vers. sexto.* contrarium tamen tenet Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 11. post Clar. *in §. fin. q.* 36. *num.* 11. *vers. hæc vero*. Limit. in causis civilibus descendentibus ex contractu, vel ultima voluntate. Barb. *l. cit.* Tusc. *litt. C. concl.* 395. Farin. *in prax. q.* 8. Covar. *pract. quæst. d. cap.* 31. *num.* 7. sed contra limitationem tenent Ciarl. *l. cit. num.* 34. Dian. *p.* 1. *tr.* 2. *res.* 50. Pignatel. *conſ.* 45. *tom.* 1. Verum, ut tales Clerici conjugati gaudeant hoc privilegio fori, & canonis, requiritur, quod ferant habitum, & tonsuram: aliter, si non erant soliti ferre habitum &c. & communiter reputabantur pro Laicis, erunt subditi Judici Laico, nec recuperabunt privilegium per reassumptionem ; quia, utpote factam in præjudicium Jurisdictionis Laicæ, non valet, maxime si Laicus prævenit. Farin. *in prax. q.* 8. Ciarl. Graff. & Sanch. *l. cit.* Riccius *in prax. var. res. p.* 2. *res.* 172. Antonel. *l. sup. cit. lib.* 4. *cap.* 1. Capon. *disc. for.* 401. *concl.* 5. *num.* 4.

13 Clericus conjugatus, mortua uxore unica, & Virgine, recuperat omnia privilegia Clericalia, etiam competentia Clericis non conjugatis, quia res revertitur ad pristinam naturam, dummodo incedat in habitu, & tonsura. Abb. *in cap. Clericus.* 2. *de vit. & honest. Cler.* Franc. *in cap. un. de Cler. conjug. in* 6. Clar. *in §. fin. q.* 36. *num.* 18. Graff. & Sanch. *l. cit.* Barb. *de off. Epis. alleg.* 12. *num.* 28. Si vero reassumit habitum viva uxore unica, & Virgine, sive quæ Virgo ducta fuit, tantum recuperat privilegium fori, & canonis, quod per dimissionem habitus fuerat suspensum. Graff. *l. cit.* Mart. *de Juris d. p.* 2. *cap.* 32. Dian. *p.* 1. *tr.* 2. *res.* 79. S. Congr. apud Ciarl. *l. cit.* Riccius *ubi sup.* Antonel. *l. cit. lib.* 4. *cap.* 1. Maxime si tempore delicti illas, scilicet vestes, habuit. Covar. Sanch. Ciarl. & Riccius *l. c.* Antonel. *ubi sup. cap.* 2.

14 Et quamvis Clericus conjugatus bigamus nullum habeat privilegium fori, neque canonis, juxta Clar. *in §. fin. q.* 36. *nu.* 9. Covar. *pract. quæst. cap.* 31. Farin. *in prax. q.* 8. Sanch. *de matr. lib.* 7. *disp.* 46. *num.* 2. Graff. *l. c. eff.* 1. *nu.* 8. Marta *de Juris d. p.* 4. *cap.* 153. Barb. *de off. Epis. alleg.* 12. *num.* 26. Ciarl. *contr. for. cap.* 53. Neque Clericali, nisi fuit dispensatus. Rot. apud Rub. *dec.* 450. *nu.* 2. *& 31. part.* 5. *rec. tom.* 2. ubi plura. Dian. *p.* 4. *tr.* 1. *res.* 27. Tamen Clericus conjugatus non tenetur probare, quod illa, quam duxit, fuerit virgo, sed sufficit, quod probet, se duxisse unicam, & quod illa fuerit reputata pro Virgine; quia Virgo præsumitur, nisi contrarium probetur. Covar. & Farin. *l. cit.* Riccius *in prax. p.* 3. *res.* 113. Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 11. & illius cognitio spectat ad Judicem Ecclesiasticum. Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 37. Debet tamen plene probare, se incessisse in habitu, & tonsura, & inservisse alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi. Ciarl. *d. c.* 53. *num.* 14. Sperel. *dec.* 26. Antonel. *l. cit.* Pignatel. *tom.* 2. *conſ.* 42. Dian. *p.* 9. *tr.* 6. *res.* 6. Concil. Trid. *sess.* 23. *c.* 6. Menoch. *de præs. lib.* 6. *præs.* 76. Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 11. licet sit Beneficiatus; imo licet non esset conjugatus, aliter potest a Judice Laico, etiam non præmissa trina monitione, capi. Clar. *l. cit.* Grat. *disc. for. cap.* 190. Riccius *in prax. Clerit. res.* 530. Ciarl. *contr. for. cap.* 20. Cabal. *res. crim. cas.* 224. Graz. *de benef. p.* 2. *cap.* 2. Bene verum est, quod ad hoc privilegium non requiritur continuata servitus, sed sufficit interpolata. Scacc. *l. cit.* Ita tandem ut possit habere beneficium, seu privilegium fori, & canonis, debet probare, quod incesserit in habitu Clericali, & tonsuram tulerit, ac alicui Ecclesiæ, de mandato Episcopi, inservierit. juxta Concil. Trid. *sess.* 23. *cap.* 6. *de reform.* Sperel. *dec.* 26. Ciarl. *l. c.* vel quod studeat in Universitate. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 4. *c.* 1. plura decreta ac resolutiones S. Congr. immunitatis vide apud Pignatel. *tom.* 2. *conſ.* 42. *num.* 25.

§. II.

Quæ sint prohibita Clericis, quæ permissa?

Primo videndum de Clericis Beneficiatis, & quidem quoad fructus Beneficiorum, an sint illorum Domini, ut de illis possint testari. Et quod attinet ad dominium fructuum, communissima DD sententia est, Clericos Beneficiatos esse fructuum Dominos; & patet primo ex Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 12. *vers. provisi autem, & vers. præterea obtinentibus & sess.* 23. *cap.* 1. *verb. si quis autem de reformat.* ex constitutione Pii V. 138. & *ex cap. un. de Cler. non resid. in* 6. quia fructus Beneficiorum assignantur in laboris stipendium, & non sustentationis subsidium: juxta *cap. Clerici omnes* 1. *q.* 2. sed in stipendio laboris acquiritur dominium, ut patet in stipendio militum, & Doctorum. Secundo patet ; quia post divisionem a Dionysio Papa factam, illi, quibus divisiones illæ obvenerunt, acquisiverunt dominium in portione sua. Ita pauperes sunt Domini in portione sua; & licet aliquid illis superfit, non tenentur aliis pauperibus dare. Et ita fabrica acquisivit dominium in sua portione, nec tenetur superflua egenis dare, & divisione transfertur dominium, non secus ac venditione. *L.* 1. *Cod. communia utr.* Et hanc sententiam defendunt Covar. *in cap. cum in officiis. num.* 3. *& 4. de testam.* Garz. *de benef. p.* 2. 2. *cap.* 1. *a num.* 1. qui cit. S. Thom. 2. 2. *q.* 185. *a.* 7. *& quodlib.* 9. *a.* 8. late Soto *de Just. & Jur. lib.* 10. *art.* 2. 3. *& seqq. q.* 4. Paris. *de resign lib.* 1. *q.* 6. *a num.* 44. Ciarlin. *contr. for. cap.* 16. *num.* 10. Barb. *de Off. Epis. alleg.* 114. *num.* 4. Bonac. *de oblig. benef. d.* 4. *punct.* 4. *num.* 1. Clar. *in §. testamentum, q.* 27. Fachin. *lib.* 5. *contr. Jur. cap.* 89. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 20. Vivian. *in prax. Juris p. p.* 3. *lib.* 14. *c.* 8. *num.* 6. adeo ut Beneficiatus etiam vane & male consumens fructus beneficii non teneatur ad restitutionem ; quia non peccat contra justitiam, sed ad summum contra charitatem, si in notabili quantitate id faceret. ita S. Thom. & multis, quos citat, & sequitur Garz. *l. cit. num.* 6. Barbos. *de Off. Epis. alleg.* 114. *num.* 4. circa finem, qui alios citat. 15

Quæ licet vera sint, tamen non sequitur propterea, Beneficiatos posse testari de fructibus, vel acquisitis ex illis; quia non valet consequentia, ut patet in minoribus, &c. qui licet Domini sint, testari tamen non possunt, sicut non licet etiam arguere; non possunt testari, ergo Domini non sunt, ut patet ex mox dictis; & probat Barb. *l. cit. num.* 5. Ad hæc, quod non posse testari, controvertitur inter DD. nam licet in Episcopis conveniant, eos non posse testari ob specialem probitionem; tamen in aliis clericis non conveniunt. nam Garz. *l. cit. num.* 7. tenet de jure, quod omnes Beneficiati testari prohibeantur de fructibus Beneficiorum, vel acquisitis ex eis, sed post mortem pertinere ad successores in beneficio, vel ad Ecclesiam. *cap. Episcopi. cap. sine manifesta.* 12. *q.* 1. *cap.* 1. *de pecul. Cler. cap.* 1. *c. cum in officiis & cap. relatum, de testam.* ubi Covar. Navar. *q.* 3. *monit.* 4. *num.* 2. *de spol. §.* 6. *num.* 5. Sarmient. 2. *p. cap.* 4. etiam quoad bona acquisita ex fructibus parce vivendo, & necessitati suæ subtrahendo. Piasec. *in prax. Epis. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 39. & plures, quos sequitur Garz. *l. cit.* Imo nec de distributionibus quotidianis. Abb. *in cap. cum esses, de testam. nu.* 23. Navar. *de reddit. q.* 1. *num.* 30. Sarmient. *p.* 3. *cap.* 5. *num.* 6. Garz. *loc. cit.* 16

num.

num. 10. & probant *ex cap. cum in officiis, cap. ad hæc, & cap. quia nos, de teſtam.* ubi prohibentur Beneficiati teſtari de fructibus intuitu Eccleſiæ acquiſitis, quales ſunt etiam diſtributiones. Contrariam autem ſententiam tenet communis DD. Covar. *in d. cap. cum in officiis. num.* 4. apud quem Palud. *in* 4. *ſent. diſt.* 15. *quæſ.* 3. *arg.* 6. Clar. *in §. teſtamentum. q.* 27. *num.* 8. qui tamen loquitur de Clerico, qui non habet adminiſtrationem bonorum Eccleſiæ, ſed de ſimplici, & perſonali Beneficiato. Monet. *de diſtrib. p.* 3. *q.* 2. 3. & 4. Tuſc. *concl.* 512. *litt. D.* quæ ſententia forte procedere poteſt in diſtributionibus extraordinariis, uti funeralium, vel anniverſariorum. Hæc de Jure; nam de conſuetudine Hiſpaniæ, Galliæ & Germaniæ poſſunt teſtari, & illis ab inteſtato ſucceditur: quam quidem conſuetudinem ſæpius approbavit Rot. Rom. judicando, quam refert Garz. *l. cit. num.* 12. *ſeqq.* & Bonac. *de oblig. Beneficiat. diſp.* 4. *pun.* 3. *num.* 7. Tiraq. *de retr. convent.* §. 5. *gl.* 4. Bellet. *diſquiſ. Cler. tit. de bon. Cler.* §. 15. *nu.* 4. Et hanc ſententiam tenent innumeri, quos citat, & ſequitur Barb. *de Offic. Epiſc. alleg.* 114. *nu.* 6. Navar. *in man. cap.* 25. *num.* 129. & *de reddit. q.* 3. *num.* 10. Sarmient. *de reddit. Eccleſ. p.* 4. *c.* 1. *num.* 8. Graſſ. *in §. teſtamentum. q.* 34. *num.* 9. Vivian. *de Jurep. p.* 3. *lib.* 14. *cap.* 8. Tranched. *conſ.* 73. videri poteſt Quarant. *in Summ. Bullar. verb. ſpolia*, & ibi declaratio Pii IV. Et procedunt prædicta etiam vigore Bullæ Julii III. ab Urbano VIII. confirmatæ; videri etiam poſſunt Sperel. *deciſ.* 28. *per tot.* Noal. *de tranſmiſ. caſ.* 70. vide etiam Graſſ. *de effect. Cleric. in prælud. num.* 164.

17 Sed quæres, concluſio an procedat etiam quoad uſus profanos, ita ut teſtari poſſint ad favorem conſanguineorum? Reſp. affirmative; quia hæc conſuetudo non eſt contra Jus Divinum, ſed humanum, quod prohibuit teſtari de redditibus Eccleſiaſticis; nec eſt irrationabilis; quia non præjudicatur Eccleſiæ, ſed ſucceſſori, juxta *d. cap. relatum, de teſtam. il.* 2. & *cap. præſenti, de Offic. Ord. in* 6. vel Cameræ Apoſtolicæ, ubi habet Collectores. Imo hæc conſuetudo eſt immemorabilis: cum ſcientia, & tolerantia Papæ, quæ æquivaleret privilegio. juxta *Extravag. ſuſcepti. de elect.* & ita tenent Garz. *loc. cit. a num.* 16. Covar. *ubi ſupra.* Piaſec. *in prax. Epiſc. p.* 3. *cap.* 5. *num.* 40. Monet. *de diſtrib. p.* 3. *q.* 2. *num.* 5. & *q.* 4. *num.* 11. Barb. *loc. cit. num.* 6. Et quare Clerici, non vero Epiſcopi poſſint teſtari, ratio eſt; quia Jus reſiſtit Epiſcopis, non autem Clericis. *cap. quia ſæpe.* 40. *de elect. in* 6. *Clem. ſtatutum, eod.* Covar. *in c. relatum, de teſtam.*

18 Neque contra hanc conſuetudinem objici poteſt, quod non valeat, eo quod ſit contra Jus divinum, nempe in præjudicium pauperum; quia, ut patet ex Pyrrh. Corrad. *de diſpenſ. lib.* 10. *cap.* 1. *ſeq.* Summ. Pontifex cum Epiſcopis, & Epiſcopi cum Parochis diſpenſare ſolent, & dare licentiam teſtandi; quod facere non poſſent, ſi prohibitio teſtandi eſſet de Jure Divino; cum inferior diſpenſare non poſſit in lege Superioris. DD. plerique apud Sperel. *dec.* 110. Garz. *de benef. p.* 7. *c.* 5. & *p.* 11. *c.* 5. Saneh. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 5. Pont. *de matr. lib.* 8. *c.* 6. Sperel. *dec.* 51. *num.* 11. & Rot. apud eundem. *dec.* 110.

19 Quær. an Clerici poſſint vivere ex bonis beneficii, & patrimonialia conſervare ad alios uſus quoſcumque? Reſp. eſt affirmativa, juxta Innoc. *in cap. Epiſcopus de præb.* Abb. *in c. cum in officiis, de teſtam. & in cap.* 3. *de pecul. Cler.* Covar. *in c.* 1. *de teſtam. num.* 2. Navar. *de reddit. Eccleſ. q.* 1. Menoch. *de arbitr. caſ.* 195. Surd. *de alim. tit.* 9. *q.* 12. *num.* 11. Bellet. *l. cit.* §. 6. Ciarl. *contr. for. cap.* 16. *num.* 14. Imo ſi vixerit clericus de patrimonio, poteſt illud compenſare cum fructibus beneficii. Ciarl. *l. c.* Covar. *in cap. cum in officiis, de teſtam.* & præſumitur vivere de fructibus Beneficii. Surd. & Ciarl. *loc. cit.*

20 Clerici conſtituti in majoribus, negotiari non poſſunt ſub mortali. Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 6. *cap.* 7. Genuenſ. *in prax. c.* 62. Riccius *in prax. p.* 1. *reſ.* 328. & ſecundum communem neque per interpoſitam perſonam. *cap. avaritiæ, de elect. in* 6. Abb. *in c. ſecundo, ne Cler. vel Monach.* Neque poſſunt conducere aliena bona, niſi propria non ſufficerent, & aliter vivere commode non poſſent. *cap.* 1. *ne Cler. vel. Monach.* Navar. *in man. cap.* 25. *num.* 110. Riccius, & Antonel. *loc. cit.* neque per interpoſitam perſonam Graſſ. *de effect. Cler. eff.* 6. *per tot.* plures apud Riccium *l. c. n.* 6. & *dec.* 205. *p.* 3.

Dicitur vero negotiatio, qua quis animo lucrandi, 21
vilius aliquid emit, ut immutatum carius vendat, & ex tali venditione, & emptione in foro externo præſumitur animus lucri; licet ſecus ſit in interno. Bonac. *de contract. diſp.* 3. *q. ult. pun.* 2. §. 2.

Hinc vendens ſuos fructus, non dicitur negotiari, 22
nec tenetur ad gabellas. Pignatel. *tom.* 2. *conſ.* 34. ubi late juxta *Clem. fin. de cenſ. &c. quamquam. eod. in* 6.

Hinc etiam emens tempore penuriæ, vel ante, vi- 23
ctualia, ut abundet tempore penuriæ, non tantum pro uſibus ſuis, ſed etiam ut aliis vendat pretio currenti, ſi facit ex motivo charitatis, & non lucri, non eſt illicitus negotiator. Riccius *in prax. p.* 3. *reſ.* 199. *num.* 3. ubi DD. jura, & deciſiones. Abb. & Innoc. *in c.* 1. *ne Cler. vel Monach.*

Sic exercens artificium, non dicitur negotiator; quia 24
artificium differt a negotiatione. *cap. nunquam, de conſecrat. diſt.* 5. *cap. Clericus, diſt.* 91. *gl. in c. canonum.* 14. *q.* 4. Riccius *l. cit. reſ.* 204. eſt enim actus, cum quis emit aliquam rem, & eam reducit in aliam formam. Riccius *d. reſ.* 204.

Quod vero Clericus non poſſit negotiari, limitatur 25
multipliciter. Primo, ut poſſit negotiari ratione ſocietatis, quam habet cum colonis partiariis, ut puta, quando Clericus dat prædia, colonus vero animalia, ſemina, operas &c. ut fructus inde naſcentes æqualiter dividantur. Abb. *in cap. tua nobis. il.* 2. *de decim.* Sperel. *dec.* 41. *num.* 75. Molin. *de contr. diſp.* 342. *num.* 10. Item in cauſa neceſſitatis; ut ſe, ſuoſque alat. Barb. *de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 119. tertio, ratione tutelæ legitimæ licite negotiatur pro ſuo pupillo, vel minore, dummodo id fiat ſine habitus dedecore: uti declaravit S. Congr. apud Riccium *l. cit. reſ.* 206. Secus in tutela teſtamentaria, vel dativa; quia etiam volens non poteſt habere tutelam teſtamentariam, vel dativam, ſed ſolum legitimam, & etiam illam, ſi non vult, non tenetur acceptare. Barb. *de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 113. DD. apud Riccium *l. cit.* & probatur ex *c. Cyprianus.* 23. *q.* 3.

Quær. primo, poteſtne Clericus in propria domo 26
per famulum &c. vendere proprios fructus cum lucro? affirmat Diana *p.* 8. *tr.* 7. *reſ.* 26. ex conſuetudine. negat Laym. *lib.* 3. *tr.* 4. *c.* 17. §. 7. *num.* 40. cum non deceat, ut in propria domo tabernam conſtituat: ſecus extra propriam domum.

Quær. ſecundo: propter unicam negotiationem po- 27
teſtne Clericus puniri? Reſp. negative; ita plerique apud Riccium *l. cit. reſ.* 201. quia talis non dicitur negotiator, & debet etiam præcedere triplex monitio. Barb. *de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 39. §. 5. *num.* 65. & *c.* 40. *num.* 120. ubi quod talis non peccaret mortaliter. Dian. *p.* 3. *tr.* 1. *reſ.* 44. & *p.* 4. *tr.* 1. *reſ.* 28. ubi quod talis, ex iſta una aut altera negotiatione, non obligaretur ad ſolvendas gabellas.

Quær. tertio: an Clericus negotiator teneatur lu- 28
crum reſtituere, vel dare pauperibus? affirmant multi, ut Abb. Hoſt. & alii *in cap. quia plerique, de Immun. Eccleſ.* quia lucrum fuit perceptum ex peccato mortali, dummodo hoc ſit notorium, vel publicum; alii negant, Clericum ad id teneri de neceſſitate, ſed tantum de conſilio, ſecundum quos poteſt lucrum relinquere hæredibus. ita Innoc. *in d. cap. quia plerique.* Archid. *in cap. quia habetis.* 14. *q.* 5. Abb. *in cap. cum ſit extra, de Judæis. gl. in cap. fin. de ſimon.* & poſt Bullam Pii IV. debent dari Cameræ Apoſtolicæ. vide Riccium *in prax. loc. cit. reſ.* 203.

Quæres quarto, an Clericis ſit ſaltem licita ſocie- 29
tas? Reſp. quod quia ſocietas omnium bonorum non includit negotiationem, ſicut particularis, ideo Clericis non eſt prohibita ſocietas univerſalis, bene vero particularis. Pet. de Ubal. *in tr. de duob. frat. p.* 6. *q.* 17. Hector. Felician. *de ſociet. cap.* 12. Ciarl. *contr. for. cap.* 16. apud quem alii. *num.* 29. & 30.

Quær. quinto, an Clericus poſſit aſſumi ad officium 30
ſæculare? Reſp. negative; quia miniſtrans Deo non debet ſe negotiis ſæcularibus immiſcere. *cap.* 1. 2. & 3. *ne Cler. vel. Monach.* Riccius *in prax. p.* 2. *reſ.* 413. Abb. *in cap. decernimus, de Jud.* Anſald. *de Juriſd. p.* 2. *tit.* 11. *c.* 30. Neque poteſt licite pro aliis fidejubere, aliter poteſt arbitrio Epiſcopi puniri, licet fidejuſſio teneat. Limit. primo in cauſa dotis; ſecundo ex neceſſitate in contractu, non tamen in Judicio. Riccius *loc. cit. reſ.* 483.

Quær.

31 Quær. sexto, an Clericus possit exercere medicinam? Resp. negative, aliter si est in majoribus, & fuit monitus, perdit privilegium. Bellet. *disquis. Cler. tit. de favor. Cler. person.* §. 9. *num.* 1. Si vero est in minoribus, sed sine beneficio, non prohibetur exercere, secus si est Beneficiatus. *cap.* 1. *ne Cler. vel Monach. in* 6. Covar. *in Clem. si furiosus. p.* 2. §. 4. *num.* 3. *de homicid.* & Bellet. *l. c.* §. 30. *num.* 1. Leo *in thes. for. Eccles.* 3. *cap.* 9. *num.* 47. Tusc. *litt. C. concl.* 381. *num.* 1. Ciarl. *contr. for. cap.* 20. *num.* 77. nisi in causa necessitatis, modo abstineat ab incisione, nec turpe fieret irregularis, etiamsi ægrotus moreretur. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 7. Neque potest advocatum agere, procurare, vel patrocinari apud Judicem Laicum, secus apud Ecclesiasticum si causa est Ecclesiastica: si vero est sæcularis, & prosequitur propriam causam, vel Ecclesiæ, aut miserabilium personarum, vel conjunctorum, etiam ex cognatione spirituali, potest advocare etiam coram Judice sæculari. *c. sicut accepimus, ne Cler. vel Monach.* Barb. *de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 83. *seqq.* fallit in Clerico in minoribus constituto non habente Beneficium, aut stipendium Ecclesiasticum. Barb. *num.* 90. Neque potest esse testis in causa civili sine licentia Episcopi. *cap. testimonium. q.* 1. Abb. *in cap.* 1. *de juram. calum.* secus extrajudicialiter. Barb. *l. cit.* Neque esse Notarius, nisi in causa hæresis, neque exercere Notariatus officium, nisi fuerit creatus a Papa, vel delegato Apostolico. Abb. Specul. & Host. *in c. sicut, ne Cler. vel Monach.* Mart. *de jurisd. p.* 4. *cas.* 87. Tusc. *litt. N. concl.* 71. Ciarl. *contr. for. cap.* 63. vide Barbos. *l. cit. a num.* 91. Limit. in foro Ecclesiastico, materia spirituali, casu necessitatis, vel si non habet aliunde, unde vivat, vel si vellet edere in publicam formam instrumentum, de quo ante Clericatum fuit rogatus. Leo *in thes. for. Eccles. p.* 3. *c.* 4. Mart. *l. cit.* Bellet. *disquis. cler. p.* 1. *tit.* 1. §. 20. Si post trinam monitionem macellariam, vel tabernam exercet personaliter, est privandus privilegio Clerici. Menoch. *de arbitr. cas.* 412. Sperel. *dec.* 106. *num.* 44.

32 Quær. septimo an Clericus possit esse executor testamentarius? negat Ansald. ad causas non pias: affirmat Diana, etiam ad causas non pias *p.* 8. *tr.* 5. *res.* 7. Covar. *in cap. tuæ, de testam.* etiam coram Judice Laico; an autem etiam Religiosi possint esse executores, vide Covar. *loc. cit.*

§. III.

In quantum conveniri possint Clerici?

33 Clerici, etiam minores, non possunt conveniri, nisi in quantum facere possunt, etiam pro debito civili, & obligatione personali, neque possunt carcerari, neque excommunicari. *argum. cap. pervenit, de fidejuss. cap. Odoardus, de solut.* & quando gaudeant privilegio hujus *cap. Odoardus*, vide infra in verbo *debitor.* Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 1. Farin. *in prax. cap.* 27. Graff. *de effect. Cleric. eff.* 7. *num* 1. Sed pro debitis solvendis coguntur vel per sequestrationem fructuum. *cit. cap. pervenit.* vel per distractionem patrimonialium, vel ab illis exigitur cautio juratoria de solvendo ubi pervenerint ad pinguiorem fortunam, ne bonis cedere cogantur. Farin. *loc. cit.* Ciarl. *contr. for. cap.* 101. *a num.* 1. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 5. *cap.* 13. licet contractus fuerit juratus, vel sententia transiverit in judicatum, etiam post tres conformes: quia adhuc gaudet beneficio *cap. Odoardus*, nisi ludo luxuria sua bona consumpserit. Genuens. *in prax. cap.* 3. apud quem videri possunt plures limitationes & ampliationes *in impress. Venet.* Sperel. *dec.* 158. *num.* 17. Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 40. *n.* 24. *& tot. cap.* plura de materia *c. Odoardus*.

34 Huic privilegio *cap. Odoardus* non potest Clericus renunciare, sive sit in majoribus Ordinibus constitutus, sive in minoribus, sive sit Beneficiatus, sive non (modo non sit conjugatus) & incedat in habitu, & Tonsura, ac inserviat alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi. Barbos. Riccius, Bellet. & Ciarlin. *loc. cit.*

35 Sed an amittat hoc privilegium per obligationem Cameralem, vel si est obligatus in forma Cameræ, dubitatur? Quod non amittat, tenet Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 1. Graff. *de effect. Cler. eff.* 7. & plures apud Ciarlin. *l. c.* Sed communior, & in praxi receptior est, quod amittat. Gales. *de oblig. Camer. p.* 1. *q.* 2. Farin. *in prax. q.* 27. Scacc. *de Jud. lib.* 1. *c.* 62. Bellet. Ciarl. & Tusc. *loc. cit.* Riccius *in prax. cap. Odoardus, & res.* 224. *p* 3. Hinc contra pensionarium illo non gaudet. Covar. *loc. cit.* Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *num.* 27. sed vide in verbo *debitor. num.* 42.

Porro Clericus vigore obligationis Cameralis, potest 36 carcerari, & excommunicari. DD. *cit.* non quidem ab Episcopo, sed ab auditore cameræ, & non nisi in subsidium, quando scilicet contra eum non potest fieri executio realis, vel personalis, juxta Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 3. *de reform.* Scacc. *de Jud lib.* 1. *c.* 32. Rot. apud Ciarl. *loc. cit.* Et hæc procedendo de rigore: secus de æquitate etiam in Curia Romana.

§. IV.

Alia specialia de Clericis, & quidem partim prohibita, partim permissa.

Certum est, Clericos de bonis Ecclesiæ testari non pos- 37 se. Clar. *in* §. *testamentum, q.* 27. quia non sunt eorum Domini, sed tantum administratores. DD. apud Covar. *in c. cum in officiis, de testam.* an vero possint testari de fructibus sui beneficii, supra diximus, *num.* 16. quamvis clericus non prohibeatur de fructibus sui beneficii dotare suam filiam spuriam. Riccius *in prax. var. res. p.* 2. *res.* 32. ubi DD.

Præterea Clericus olim furiosus, nunc sanæ mentis, 38 est capax omnis beneficii. Ricc. *in prax. res.* 598. *p.* 1. Laborans vero morbo caduco, cum sit irregularis, non est habilis ad beneficia quemcumque ordinem requirentia. Riccius *loc. cit. res.* 600. ubi Rot.

Quær. an Clericus hæres teneatur ultra vires hære- 39 ditarias. Resp. Quod si non confecit inventarium, tenetur ultra vires hæreditarias; Limit. si est institutus hæres intuitu Ecclesiæ. *L. fin. Cod. de Jud. delib.* Abb. & alii apud Sperel. *dec.* 135. *num.* 21.

Quær. secundo, an Clerici possint cogi ab Episcopo 40 vivere in communi? Resp. affirmative *c. quoniam, ubi gl. de vit. & honest. Cler.* P. Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 11. si subsit justa causa *c. quoniam, de vit. & honest. cler.*

Quær. tertio, an Clericus Beneficiatus possit adire 41 studia sine licentia sui Episcopi? Resp. de Jure communi potuisse. Navar. *cap.* 25. *num.* 121. *notab.* 2. quem refert Zerol. *in prax. verb. studium. vers. ad primum*. Riccius *in prax. var. res. p.* 2. *res.* 223. secus jam post Bullam Pii V Zelor. & Riccius *loc. cit.* ubi alii. Imo propter absentiam post trinam monitionem, potest privari. *cap. conquerente, cap. ex parte, c. tuæ, & cap fin. de cler. non resid.* Riccius *loc. cit. res.* 356. Si tamen Beneficium est tale, quod obligat ad residentiam, aliter non potest prohiberi ab Episcopo, quominus discedat, prout sunt beneficia simplicia, in quibus cum ex antiquissima consuetudine non requiratur residentia, nisi statuto, fundatione &c. aliter sit dispositum, ideo Episcopus non potest cogere obtinentes similia beneficia extra Ecclesiam Cathedralem, vel Collegiatam ad personalem residentiam, ita, ut donec probetur hoc onus personaliter residendi, possit beneficio deservire per substitutum. vide DD. apud Riccium *in prax. resid. part.* 3. *resol.* 387. *&* 396. SS. Congreg. apud Garz. *de benef. part.* 3. *c.* 2. *num.* 7. *seqq.* plura in verb. *Beneficium*.

Quer. quarto, quam pœnam incurrat Clericus mi- 42 nor resignans Beneficium. Resp. amittere privilegium fori, quod habebat ob illud Beneficium. Ricc. *in prax. privil. for. res.* 308. neque sufficit, quod talis inserviat Ecclesiæ in temporalibus, sed debet inservire in spiritualibus. Riccius *in prax. p.* 3. *res.* 309. Porro ut gaudeat privilegio fori, sufficit, quod Beneficium habeat in commendam perpetuam. Riccius *loc. cit. res.* 311. licet nullos ex Beneficio redditus percepisset. idem *res.* 312.

§. V.

De aliis privilegiis Clericorum.

Primum est Clericale, scilicet immunitas a gabel- 43 lis, & aliis oneribus realibus, & personalibus, licet sint primæ tantum tonsuræ, tam quoad ipsos, quam quoad eorum bona. *L.* 2. *L. placet, Cod. de S. S. Eccles. c. non minus, de immunit. Eccles. c. quamquam, de cens.*

censf. in 6. Bulla Cœnæ *can.* 18. *c. Clericis, de immun. Eccles. in 6.* Leo *in thes. for. Eccles. c.* 14. Barb. *de Offic. Episc. alleg.* 13. ubi plura. *& de Jur. Eccles. lib.* 1. *c.* 39. §. 5. Ciarl. *contr. for. c.* 22. *&* 146. etiam pro sua familia. Riccius *in prax. var. res. p.* 2. *res.* 183. *& p.* 3. *res.* 133. Dian. *p.* 1. *tr.* 2. *res.* 35. ut infra *num.* 48. *seqq.* dummodo non sint negotiatores; quia tunc non essent immunes. *cap. quamquam, de cens. in* 6. Barb. *loc. cit.* Sperel. *dec.* 94. Dian. *loc. cit. res.* 46. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 4. *c.* 6. apud quos plura de Clerico negotiatore quoad hunc effectum.

44 Bene verum est, non obstante hac immunitate, teneri Clericos denunciare bona, quæ emunt vel pro se, vel pro familia, & quæ transportant, aliter illa cadere in commissum gabellario, si ita videbitur Judici Ecclesiastico, cujus erit judicare. Ciarlin. *contr. for. cap.* 146. Graff. *de effect. Cleric. eff.* 3. *nu.* 257. *seq.* Barbos. *de offic. Episc. alleg.* 13. *num.* 16. *&* 17. & apud illos plurimi alii; & circa modum illa denunciandi fuit judicatum *in una Barchinon. exemptionis. Mercurii* 13. *Junii* 1646. quæ reperitur inter recent. *dec.* 412. *p.* 9. *tom.* 2. *num.* 23. sufficiens esse, quod Ecclesiastici in ingressu vel egressu Civitatis bona quæ per se, vel eorum famulos &c. inducere, vel extrahere intendunt, ostendant officiali ibidem residenti, & si aliqua inter eos oriatur contentio, vel quia ille neget, personam esse Ecclesiasticam, vel bona esse ejus propria, aut certe negotiationi parata, prima quidem decidatur ex habitu & tonsura, quibus bona deferens, vel is, cujus nomine deferuntur, incedit, cum ex illis talis præsumatur. *c. si Judex Laicus.* §. *idem esse censemus, de sent. excom. in* 6. altera vero decidatur ejusdem juramento juxta glos. *in Clem. præsenti, in verb. non negotiandi, vers. si autem, de censib.* vel certe adiri debebit Judex Ecclesiasticus. juxta Lap. Abb. & Imol. *sub num.* 10. *vers. juxta prædicta, & nu.* 11. Card. *sub num.* 9. *vers. quarto quæro, & vers. sexto quæro,* ac Vital. *sub num.* 36. *vers. conclude, in d. Clent. præsenti.* Bertachin. *de gabell. p.* 7. *sub num.* 13. *vers. statur autem, & sub n.* 24. *vers. nec præterea.* Rol. *cons.* 71. *n.* 24. *ac seqq. lib.* 4. & alii; ut ita contra sacros Canones nova onera, servitutesque Clericis non imponantur: nam alias experientia demonstrat, (sunt verba Rotæ) quod officiales illi ex insita quadam eorum muneri asperitate sese frequenter quibuscumque molestos &c. reddere solent. *L. quantæ. ff. de publican.* & maxime Ecclesiasticis personis. *cap. Laicos, & cap. Laici* 2. *q.* 7. *c. Clericis, de immun. Eccles. in* 6. illos longa mora, jurgiis, contentionibus &c. defatigando &c. quod non est permittendum. Ecclesia tamen, si ejus ministri erraverint, vel etiam Clericus, si sit minorennis, habet restitutionem in integrum. juxta Ciarlin. *l. c. a num.* 28.

45 Porro Clerici sunt immunes a collectis, licet habitum susceperint in fraudem, dummodo habeant cætera requisita Concil. Trid. Riccius *in prax. p.* 4. *res.* 459. *&* 460. adeo ut sponte solventes, etiam titulo eleemosynæ, ubi est statutum, quod omnes solvant, incidant in casum Bullæ Cœnæ. S. Congr. apud Sperel. *dec.* 12. *num.* 56.

46 Et non possunt collectari etiam in summa necessitate, etiam ubi facultates sæcularium non sufficiunt inconsulto Summo Pontifice, si consuli potest: si vero non potest, requiritur necessario consensus Episcopi, & Cleri; nec sufficit consensus Episcopi, & Capituli. Dian. *p.* 5. *tr.* 1. *res.* 11. Marchin. *de peste, p.* 4. *cap.* 4. Rol. apud Dian. *loc. cit.* & tunc non ad facultates publicas Laicorum, sed etiam singulorum attendendum est, juxta Bullam Urbani VIII. non obstante quacumque consuetudine. Dian. *p.* 1. *tr.* 2. *res.* 96. Pignatel. *cons.* 50. *tom.* 1. late Sperel. *decis.* 182. cum immunitas hæc sit de Jure divino.

47 Et sunt exempti a potestate Laicali, non tantum quoad personas, sed etiam quoad bona patrimonialia. Imol. *in c. constit. de rest. in integr.* Bellet. & alii apud Ciarlin. *contr. for. cap.* 45. *num.* 4. Sperel. *dec.* 182. Eccles. *obs. for.* 186. *num.* 5. Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 28. etiam in realibus. Dian. *p.* 7. *tr.* 1. *res.* 1. adeo ut bona Clericorum patrimonialia, sive sint affecta, uti illa, ad quorum titulum sunt ordinati, sive libera, gaudeant immunitate a collectis, & gabellis. Felin. & DD. *in c. Ecclesia S. Mariæ num.* 51. *de constit.* Bellet. *de exempt. Cler.* Marta *de Jurisd. p.* 4. *c.* 48. *&* 49. Gratian. *decis. for. c.* 159. Duard. *in Bullam Cœnæ, can.* 18. *q.* 5. & probatur ex *c. quamquam, de cens. in* 6. *& c.* 2. *de immun. Eccles. in* 6. *L. item nulla communitas. Cod. de Episc. & Cler.* Pignatel. *cons.* 50. *tom.* 1. *& tom.* 2. *cons.* 30. *&* 54. Riccius *in prax. bonor. patrim. p.* 4. *res.* 94. ubi alii.

Dicta bona sunt etiam exempta a Jurisdictione Lai- 48
corum, & respectu fori parificantur cum Clericis. *c. si Clericus Laicum, de for. comp.* Graff. *de effect. Cler. eff.* 1. *a num.* 10. ubi DD. Barbos. *de Offic. Episc. alleg.* 19. Riccius *l. c. res.* 93. Pignatel. *cons.* 49. apud quem plura Concilia, & Constitutiones Pontificiæ *tom.* 1. Ratio dictorum est; quia jus imponendi, vel exigendi gabellas, aut collectas supponit, imo arguit imperium, & respective subjectionem, per quæ jus territorii fundatur, patet ex illo Pauli ad Rom. 13. *necessitate subditi estote non solum propter iram; sed etiam propter conscientiam; ideo enim tributa præstatis. c. si tributum* 11. *quæst.* 1. *cap. illud* 10. *quæst.* 3. *L. nulli* 21. §. *quod in via. C. de Episc. & Cler. L. vectigalia C. de vectigal.* Bal. *in c.* 1. *de pace ten.* neque imponi possunt nisi ab habente jurisdictionem. Bar. *in L. præscriptum* §. *ult. ff. de muner. & honor.* Socin. Sen. *cons.* 187. *n.* 3. Rosenthal. *de feud. cap.* 5. *concluf.* 73. *n.* 5. citatus a Jacobo Pignatello *t.* 2. *cons.* 30. *nu.* 11. Thomat. *de collect. nu.* 6. Mynsing. *dec.* 11. *respons.* 1. *num.* 97. Garsias *de expens. c.* 12. *n.* 64. & innumeri apud Pignatel. *l. c.* Sperel. *dec.* 35. *num.* 17. Clochius *de contrib. concluf.* 28. *&* 29. Sed Laici nullam habent jurisdictionem in personas Ecclesiasticas, & illarum bona; quia illa dicuntur *sancta sanctorum. c. nulli liceat, & cap. quicumque* 12. *quæst.* 2. & dicuntur patrimonium Christi. *cap. cum ex eo de elect. in* 6. & Felin. *in c. constitutus, de rescript.* & personæ Ecclesiasticæ & illarum bone sunt sors, & pars Dei *Psalm.* 104. Matth. 17. 2. Timoth. 2. *ad Hebræos cap.* 4. & patet ex *cap. quæ in Ecclesiarum, & cap. S. Mariæ, de constit.* Alciatus *in c. cum non ab homine n.* 18. *de Jud.* Rota coram Coccino *dec.* 1598. *n.* 3. *& dec.* 574. Christineus *to.* 1. *dec.* 203. Diana *par.* 5. *tract.* 1. *res.* 4. *& par.* 6. *tract.* 3. *res.* 7. Bellarmin. *to.* 1. *controv. lib.* 1. *de cleric. c.* 28. *v. secunda propositio.* Suarez. *lib.* 3. *de LL. c.* 34. *& adversus Regem Angliæ lib.* 4. *c.* 16. Covar. *pract. qq. c.* 31. Del Bene *de Immun. Eccles. par.* 1. *c.* 8. *dub.* 2. *& par.* 2. *c.* 14. *dub.* 5. apud quem innumeri Marta *de Jurisdict. cas.* 52. *n.* 8. & plurimi apud Emman. Gonzalez. *in lib.* 1. *decretal. tit.* 2. *d. c. quæ in Ecclesiarum.* ubi etiam Barbos. Pignatel. *tom.* 1. *cons.* 166. *a n.* 11. *& tom.* 2. *cons.* 30. argumento textus *in L.* 5. *C. de SS. Eccles. auth. Item nulla. C. de Episc. & Cler. & cap.* 4. *de Immun. Eccles.* Sixtinus *de regal. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 107. Fagnan. 2. *par. tertii decretal. in c. non minus, de Immun. Eccles. num.* 31. apud quem Hostien. Abb. Joan. Andr. & alii, sed unus pro multis sufficiat Carol. de Graff. *de effect. Cleric. effect.* 3. innumeros citans.

Neque potest responderi, quod Laici, licet non pos- 49
sint exercere jurisdictionem contra Clericos in personis suis, possint tamen illam exercere in rebus, & bonis; quia eo ipso quod personæ Clericorum sunt exemptæ a Jurisdictione sæculari, sunt etiam exempta bona illorum, quia bona adhærent personæ Clericorum, & tunc persona dicitur perfecte exempta, quando etiam ejus bona exempta sunt; uti optime discurrit P. Suaz. *contra Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 24. *num.* 11. & probatur quia *in c. un. de Cler. conjug. in* 6. statuitur, quod persona Clerici non possit in rebus molestari, ne per unam viam concedatur, quod per aliam denegatur. Neque etiam facit ad rem, quod Clerici considerentur ut Cives; quia Clerici non tantum ut Clerici, sed etiam ut Cives sunt exempti, ut sæpius declaravit S. Congreg. Immunitatis apud Pignatel. *to.* 2. *cons.* 50. *n.* 16. *seq.*

Et in specie, quod bona Ecclesiarum, & Ecclesia- 50
sticorum sint exempta a collectis, est adeo certum, ut Rota Romana hanc veritatem vocet Catholicam coram Merlino apud Rubeum *dec.* 339. *pur.* 6. *recent.* Ita enim definitum fuit in Concil. Later. sub Alexandro 3. *par.* 1. *c.* 19. sub Innoc. 3. *cap.* 46. cui interfuerunt Reges Hierusalem, Franciæ, Hispaniæ, Angliæ, & Cyprii, nec non oratores Imperii; & habetur *in c. non minus de Immun. Eccles.* in quo quia præsentium temporum calamitates, quæ Clerum plus nimio aggravant, ad vivum sunt descriptæ, ideo illud transcribere, prout jacet, placuit. Ita ergo sonat. *Non minus pro peccato, quod faciunt, quam pro illorum detrimento, quod sustinent, grave nimis esse dignoscitur, quod in diversis partibus mundi consules Civitatis, & Rectores, nec non alii, qui potestatem videntur habere, tot onera frequenter*

ter Ecclesiis imponunt, & itagravibus eas, & crebris exactionibus premunt, ut deterioris conditionis sub eis factum Sacerdotium videatur, quam sub Pharaone fuerit, qui Divinæ legis notitiam non habebat, ille quidem omnibus aliis servituti subactis Sacerdotes suos, & possessiones eorum in pristina libertate dimisit, & de publicis eis alimoniam subministravit, isti vero onera sua fere universa imponunt Ecclesiis, & tot angariis eas affligunt, ut eis, illud quoque, quod Hieremias deplorat, competere videatur. Princeps provinciarum facta est sub tributo. *sive quidem fossata, seu expeditiones, sive alia quælibet sibi arbitrentur agenda, de bonis Ecclesiarum, & Clericorum, & pauperum Christi usibus deputatis cuncta volunt fere compleri; jurisdictiones etiam, & authoritates Episcoporum, & aliorum Prælatorum ita evacuant, ut nihil potestatis in suis videatur hominibus mansisse. Super quo dolendum pro Ecclesiis, dolendum etiam est nihilominus pro ipsis, qui & timorem DEI, & Ecclesiastici Ordinis reverentiam videntur penitus abjecisse; quo circa sub anathematis districtione severius prohibemus, ne talia de cætero attentare præsumant, nisi Episcopus, & Clerus tantam necessitatem vel utilitatem inspexerint, ut absque ulla occasione ad relevandas communes utilitates, vel necessitates, ubi Laicorum non suppetunt facultates, subsidia per Ecclesiasticos existiment conferenda: si autem consules, aut alii de cætero ista commiserint, & commoniti forte desistere noluerint, tam ipsi, quam fautores illorum excommunicationi se noverint subjacere &c.*

51 Idem decernitur *in c. adversus de Immun. Eccles. & c. 1. & 3. de Immun. Eccles. in 6. Clem. un. de Immun. Eccles.* & in Concil. Trid. *sess. 25. c. 20. de reform.* quod innovat antiquos canones, sicut etiam Bulla Cœnæ §. 18. Imo monet Baron. *tom. 3. annal. sub anno* 585. *num.* 13. sublatis Ethnicis neminem ex orthodoxis, & illibatæ Religionis Imperatoribus tributum de bonis Ecclesiarum exegisse. Et Justinianus hanc Clericorum immunitatem etiam respectu bonorum edicto sancivit. *L. sancimus 20. C. de SS. Eccles.* & Constantinus I. Imperator palam Immunitatem Ecclesiasticam, seu melius ejus usum exhibuit apud Eusebium *lib. 10. Histor. Eccles. cap. 7.* & ita tenet omnes ferme tam Legistæ quam Canonistæ, ut videri potest apud Carolum de Grass. *de effect. Cleric. eff. 3. per totum.* Thesaur. *dec.* 234. Sperel. *dec.* 35. Ciarlin. *controv. for. cap.* 103. Pignatel. *tom. 2. cons.* 34. qui plures citat desuper declarationes S. Congreg. Immunitatis. Del Bene *de Immun. c. 8. dub. 2.* Rotam Merlino apud Rubeum *par. 6. rec. dec.* 339. & coram Coccino apud Rubeum *par. 7. rec. dec.* 159. adeo ut de veritate Immunitatis & exemptionis Ecclesiasticorum & eorundem bonorum apud Catholicos dubitari vix possit; tanto minus cum huic adstipulentur Doctores etiam Acatholici, Sixtinus, *l. c.* Clochius *de contrib. c.* 12. *n.* 83. Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 5. c. 4. n.* 161. 165. *& seqq.*

52 Neque certæ huic veritati obstare potest, quod a Laicis objici solet, quod ejusmodi onera jam olim imposita essent prædiis, quæ postea ad Ecclesias, & Ecclesiasticos pervenerunt, & ideo cum hoc onere transivisse juxta *c. tributum. 23. quæst.* 8. quia tres species bonorum distingui debent; prima est illorum, quæ Ecclesia possidet jure spirituali, & Divino, uti decimæ, & oblationes, & hæc semper, & perpetuo immunia sunt & fuerunt ab oneribus sæcularibus quibuscumque tam præteritis, quam futuris; quia illa immediate habet a Deo, nec commiscenda sunt cum Laicis. *Num. c.* 18. Canonistæ. *in c. si tributum.* 11. *quæst. 1. & in can. secundum* 23. *quæst.* 8. DD. ac Rotæ supra citatæ.

53 Alia sunt bona, quæ a privatis quidem habuit Ecclesia, sed ad cultum Divinum, & officium spirituale sunt destinata, uti situs Ecclesiarum, cœmeteriorum, hortus juxta Ecclesiam, & hæc pariter sunt immunia ab omnibus tributis, nedum publicis, & regiis; sed etiam privatis, & præexistentibus ob eorum specialem sanctitatem juxta *c. secundum. 23. quæst.* 8. Bal. *in L. omnes num. 12. C. de SS. Eccles.* Turrecremata *in c. si tributum.* 11. *quæst. 1. & in summa de Eccles. lib. 1. c.* 98. Suaz. contra Regem Angliæ. *de Immun. Eccl. lib. 4. c. 17. n. 6. & 7. & cap. 19. n. 8. & cap. 20. n. 7.* Rota *uti supra.* Fagnan. *in d. cap. non minus num.* 8. Tertia species bonorum est, quæ possidet Ecclesia forte temporali, & jure civili, uti titulo venditionis, legati, vel simili. Et in hac tertia bonorum specie iterum distingui debet inter onera imposita de tempore, quo penes Ecclesiam reperiuntur; & quoad hæc sunt omnino immunia; uti supra proba.

tum fuit, & Bar. *in L. rescripto §. si. n. 5. v. videte ff. de minor.* ingenue fatetur nullum dari remedium, seu cautelam, quod Clericis vel Ecclesiis pro eorum prædiis imponatur collecta, & Catholici fateri debent. Et licet idem Bart. subdat, Laicos posse a principio efficere tributaria, & affecta oneribus omnia prædia eorum territorii, ita ut agri, qui postea ad Ecclesias pervenerint, sint obnoxii collectis imponendis, tamen fallitur; quia indirecte permitteretur contra libertatem Ecclesiasticam, quod directe prohibitum est per *c. quæ in Ecclesiarum; de constit. auth. cassa. C. de SS. Eccles.* nam licet eo tempore, quo universum territorium efficitur tributarium; prædia sint sub jurisdictione Laicorum; tamen hoc tempus inspici non debet; sed id, quo collectæ imponuntur; tunc enim formam habent, & solummodo radicem quamdam causalem, & remotam habuerunt a statuto, quod etiam, dum facit territorium tributarium pro collectis imponendis, habet tacitam conditionem scilicet, *si imponantur*, quæ conditio cum sit potestativa, non retrotrahitur in præjudicium Ecclesiæ, quæ medio tempore acquisivit, nec tunc subjacet jurisdictioni Laicorum, uti contra Bart. argumentatur Bal. *in L. omnes. num. 12. 13. & 14. C. sine cens. vel relig. fund. compar. non poss. & in L placet. num. 10. C. de SS. Eccles.* ubi quod hæc onera tunc certa non essent, prout requiritur, ut cum illis bona ad Ecclesias transeant, & tributum non potest considerari nisi post indictionem, & specificationem, quæ fieri non potest, postquam res transiit ad Ecclesiam. Abb. *in c. fin. num. 13. de vita & honest. Cler.* Ruinus *cons. 117. num. 8. lib. 4.* Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ num. 76. de constit.* ubi fuit decisum a senatu Mediolanensi. Alba *cons. 8. a num. 4.* Card. Alban. *de Immun. Eccles. num. 92.* qui dicit, hanc opinionem Legistarum validissimis rationibus confirmatam, & grave piaculum committere, quicumque contrarium sentit. Cæval. *commun. contra commun. quæst. 899. num. 72.* Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 5. cap. 13. quæst. 1.* Guttierez *pract. qq. lib. 2. quæst.* 132. *num. 5.* & plures apud Sperel. *dec. 35. num. 2.* Fagnan. *in 2. par. tertii Decretal. in c. non minus, de Immun. Eccles.* Neque potest dici, statuentes tunc vinculum injecisse, cum territorium tributarium fecerunt, quando habebant jurisdictionem in prædiis, quæ postea ad Ecclesiam pervenerunt, & sic cum suo onere transire; quia vinculum proprie injicitur, dum collecta imponitur, & res non dicitur tributaria, nisi quando revera, & ipso facto debita est solutio suis singulis temporibus, quando vero ad Ecclesiam transierunt, sunt extra jurisdictionem Laicalem, & inhabilia ad recipienda onera Laicalia, & ideo Bart. hanc suam cautelam retractavit ut testatur Rubeus *in annot. ad decis.* 412. *p. 9. tom. 1. recent. per totam*, quæ est Magistralis.

Veniendo ad onera imposita, priusquam prædia ad 54
Ecclesiam pervenerint, tenetur Ecclesia, quando copulative hæc concurrunt, quod onera sint vere realia ipsis fundis infixa, imposita bonis propter bona, non vero personis propter bona; item quod sint perpetua, certa, & invariabilia; non vero aliquibus causis urgentibus, & illis cessantibus removenda. Canonistæ *in c. 1. de Immun. Eccles. in 6.* Abb. *in c. fin. 12. de vita, & honest. Cler.* Turrecremata *l. cit.* Felin. *cons. 46. num. 4.* Rota citata, & coram Penia *Brundosinæ gabellæ 13. feb. 1604. dec. 1079. n. 17.* S. Congreg. *in una Auximana 22. Jan. 1629. & in una Firmana 9. Octobris. 1629. sub Urbano 8.* Suaz. Grass. & Sperell. *ll. cc.* apud quos innumeri alii, quibus addendus est Festasius *de collect. par. 4. cap. 2. num. 31.* Bellon. *cons. 40.*

Neque relevat, quod a Laicis opponitur, nimirum 55
universalis observantia in contrarium. Quia dubitari hodie vix amplius potest, quin Immunitas Ecclesiastica, & exemptio Clericorum sit juris Divini; etiam quoad Clericorum bona, ut disertis verbis asseritur *in c. quamquan, de censib. in 6.* similibus verbis. *Ecclesiæ, Ecclesiasticæque personæ, & res ipsorum non solum a jure humano, quin imo Divino a secularium personarum exactionibus sint immunes.* Et Concil. Trid. *sess. 25. c. 20. de reform.* dicitur. *Immunitas hæc Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus instituta est.* Et licet hæc immunitas expresse non legatur in S. Scriptura, tamen ad hoc ut Juris Divini dicatur, sufficit, quod ex testimoniis, & exemplis ex S. Scriptura deductis, & desumptis, vel traditione Ecclesiæ deducatur, prout egregie deduci-

tur *ex Gen. c.* 47. ubi Joseph. Prorex Pharaonis sacerdotes, & eorum agros etiam a Rege eis traditos in primæva libertate dimisit, quamvis reliquos totius populi servituti Regis subegerit; & ideo Concil. Lateran. *in d. c. non minus.* intulit, non decere Ecclesiam Dei minus liberam esse tempore Principium Christianorum, quam fuerit tempore Pharaonis, imo tempore Ethnicorum, qui suos sacrificulos una cum bonis ipsorum immunes a tributis reddebant, ut observavit Præpos. *in d. c. si tributum* 5. ubi Cardin. 11. *quæst.* 1. & plura exempla deduci possunt ex *primo Esdræ c.* 7. *& Num. c.* 3. & probatur ex illo Matthæi *cap.* 17. ubi filius Regis, qualis est Christus, pronunciatur immunis a tributis. Ecclesiam vero & Ecclesiasticos tanquam sponsam, familiaresque & domestices Christi eadem gaudere prærogativa, inferunt SS. Augustinus & Hieronymus *lib.* 1. *quæst. Evangelicarum quæst.* 23. Videantur P. Suarez. contra Regem Angliæ *de Immun. Eccl. lib.* 4. *cap.* 5. *nu.* 12. *& cap.* 8. *nu.* 16. Card. Bellarmin. *controv. to.* 2. *lib.* 1. *de Clericis. c.* 28. *propos.* 4. *&* 5. & est sententia communissima Legistarum, Canonistarum, & Theologorum apud Sperel. *dec.* 37. *& dec.* 126. *n.* 57. Carol. de Graff. & Ciarlin. *ll. cc.* Dianam *par.* 1. *tract.* 2. *de Immun. resol.* 1. Thomas Del Bene *de Immun. to.* 1. *cap.* 5. *dub.* 8. Fagnan. 2. *par. tertii Decretal. in cap. non minus, de Immun.* qui hoc probat etiam *ex L. sancimus C. de SS. Eccles.* illis verbis. *competens prærogativa cælesti favore conservetur*, quam sententiam canonizavit Rota coram Merlino apud Rubeum *par.* 6. *rec. dec.* 339. & coram Coccino *in causa Barcinonem.* 20. *Jun.* 1630. cum qua sæpius pertransit S. Congreg. Immunitatis. & Concil. Lateran. sub Leone X. in Bulla *de reform.* §. *& cum fructuum.* Concil. Salisburgense sub Pellegrino *an.* 386. Conc. Colonien. celebratum *anno* 1530. *par.* 9. *cap.* 20. his verbis. *Immunitas Ecclesiastica vetustissima res est jure pariter Divino, & humano introductæ*; adeo ut contrariæ sententiæ Covar. *pract. quæst. cap.* 31. modica remaneat probabilitatis umbra, ob tam claros S. Scripturæ textus, SS. Patrum interpretationem, S. Rotæ decisiones, S. Congreg. declarationes, infinitorum Doctorum sententiam, quo supposito nulla contra jus Divinum consuetudo allegari potest utpote invalida; quia nequit voluntas, seu actio humana quantocumque tempore vel numero multiplicetur, contra Dei voluntatem prævalere; adeo ut talis consuetudo iniqua sit, utpote rationi contraria. *c. ult. de consuetudine.* Covar. *pract. quæst. cap.* 31. *n.* 5. Felin. *in cap.* 1. *de treuga & pace.* Duardus *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *conclus.* 7. *quæst.* 37. *n.* 3. Azorius *lib.* 5. *instit. moral. par.* 2. *cap.* 14. *quæst.* 1. Panorm. *in cap. non minus n.* 17. *de Immun. Eccles.* Sperel. *decis.* 37. *num.* 28. licet si immemorialis juxta Rotam *decis.* 20. *de consuet.* Abb. & alios *in cap.* 2. *de jud. & cap. Ecclesia S. Mariæ de constit.* Tum quia Laici sunt incapaces ejusmodi jurisdictionis, quo casu immemorabilis nihil potest operari, licet esset mille annorum.

56 Neque refert, quod idem possit immemorabilis, quod privilegium, & illa habeat vim pacti, tituli, & legis; quia hoc non procedit, ubi adest incapacitas subjecti, ut probat textus *in cap. quanto, de consuet.* Imola *in cap.* 1. *de apost.* Abb. *in cap. super quibusdam. de V. S.* Bal. *in L. si solemnibus. Cod. de fide instrum.* Felin. *in cap. dilecti. de præb.* Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 131. *num.* 47. & Sperell. *l. c. num.* 37. tum quia a jure scripto consuetudo ubi improbatur, non valet regula; quia tunc non habet vim tituli, nec privilegii juxta *cap. satis, de officio archidiac.* Jo. Andr. *in cap.* 1. *de Cler. ægrot.* Menoch. *d. præs.* 131. *num.* 47. Put. *dec.* 457. *num.* 4.

57 Sed fingamus, hanc Immunitatem esse duntaxat Juris positivi; adhuc immemorabilis eam abrogare non potest nec in parte, nec in toto; quia tam a Jure civili, quam Canonico est reprobata. De Jure quidem civili in *auth. Cassa. Cod. de SS. Eccles.* §. *illicitas.* De Jure Canonico *in cap. Clerici, de Judic. cap. cum terra, de elect. cap. ad nostram. & cap. cum inter, de consuet. cap. quamquam, de censib. in* 6. *cap. Clericis, de Immun. Eccles. in* 6. Ubi hæc consuetudo vocatur *horrendus potestatis Laicalis abusus*, & ita tanquam SS. Canon. inimica non est attendenda. *Cap. qualiter.* Ubi Abb. *de Judic. cap.* 1. *de consuet.* Rota apud Sperell. *dec.* 37. *num.* 42. & talis consuetudo etiam immemorabilis reprobatur in Bulla Cœnæ, uti communiter tenuit Rota, & DD. Canonistæ ac Theologi apud Azorium *institutionum moralium tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *quæst.* 1. §. *sed dubitari potest.* Suaz. *l. c.* Tum quia talis consuetudo est Ecclesiæ plurimum onerosa, & jus non solum tali consuetudini resistit, sed illam tanquam irrationabilem reprobat. Suaz. *l. c.* feriendo excommunicationis sententiam contra introducentes juxta *cap. noverit, de sent. excom.* Bulla Cœnæ *censura* 15. Carol. de Grassis. *de effectu Clericatus effectu* 3. *num.* 118. Marta *de Jurisdict. par.* 4. *cas.* 11. *num.* 56. Ciarlin. *controv. for. p.* 2. *cap.* 129. *num.* 44.

Neque potest responderi, quod immemorabilis præ- 58
scriptio faciat præsumere præcedentem consensum apostolicum; quia hoc non procedit in consuetudine per SS. Can. improbata. Suaz. *l. cit.* & quando privilegium est odiosum, & accedit personarum incapacitas; imo ob Bullam Cœnæ excluditur consensus apostolicus; quia cum singulis annis publicetur, constat de positivo dissensu. Sperel. *loc. cit. num.* 59. Neque refert, quod S. Pontifex non ignoret, multa in aliquibus provinciis contra libertatem Ecclesiasticam fieri; quia licet non 61
puniat, non ideo consentit, sed ad vitanda majora mala dissimulat, juxta illud quod dicitur *in cap. cum jam dudum, de præb. multa per patientiam tolerantur, quæ si in judicium deducerentur, nequiquam valerent.* neque juvare potest excusatio multorum, quod hæc consuetudo sit mixta Laicorum, & Ecclesiasticorum, & ita subsistere possit; quia inprimis falsum est, esse consuetudinem Ecclesiasticorum; quia licet videantur sponte solvere, inviti tamen id faciunt metu executionis armatæ, & manus regiæ, quam exigentes collectas semper comminantur, & majorum malorum; merito dubitantes, ne dum Romæ consulitur, Saguntum expugnetur, ut est per se notum, & quatenus citra veri præjudicium essent consuetudines ejusmodi mixtæ Clericorum, adhuc nihil valerent; quia Prælati Papa inferiores, nec per pactum expressum, nec per concordiam possunt in aliquo præjudicare Ecclesiasticæ Immunitati absque expresso consensu S. Pontificis. Paulus de Castro *cons.* 423. *num.* 2. *lib.* 2. Cæval. *in speculo Communi, contra communem quæst.* 899. *nu.* 107. Rota coram Merlino *l. c.* Sperell. *l. c. num.* 63. Suaz. *l. c.* & quia exemptio competit statui Clericali uti Universo, non potest illi a Clericis nec expresse nec tacite renunciari. Hinc est, quod Bonifacius octavus *in c. Clericis, de Immun. Ecclesiarum in* 6. tam acerbe invehatur in illos, qui ejusmodi exactionibus vel consentiunt, vel dissimulanter connivent illis verbis. *Quod dolentes referimus, nonnulli Ecclesiarum Prælati, Ecclesiasticæque personæ trepidantes, ubi trepidandum non est, transitoriam pacem quærentes, plus timentes Majestatem temporalem offendere, quam æternam, talium abusibus non tam temerarie, quam improvide acquiescunt sedis apostolicæ authoritate, seu licentia non obtenta.*

Dicunt Laici præterea, collectas non indici tantum a Laicis, sed etiam ab Ecclesiasticis, uti Prælatis maxime regularium, qui provincialibus Comitiis interveniunt. Sed hæ sunt excusationes ad excusandas excusationes in peccatis, nam quærimus, quam Prælati provinciales habeant jurisdictionem in Clerum sæcularem, a quo, & quando concessam? si nullam, uti revera nullam habent, quomodo mittunt falcem in alienam messem, quomodo collectas non subditis imponere præsumunt? quin incurrant pœnas contra violantes immunitatem Ecclesiasticam tum in Jure, tum in Bulla cœnæ latas? & contra usurpantes jurisdictionem Ecclesiasticam, seu Episcopalem? nam in *cap. non minus.* Episcopo cum Clero permittitur cognitio necessitatis collectarum imponendarum & hoc non nisi, ubi periculum est in mora. De Prælatis Regularium provincialibus altum silentium, consultius apud Deum agent, si de alieno non erunt liberales, aliis onera importabilia imponentes, quæ illi digito movere nolunt.

Sed audi Laicos clamantes. Ecclesiastici sunt mem- 60
bra Reipublicæ, ergo tenentur & illi contribuere pro necessitatibus Reipublicæ. Negatur consequentia; non enim omnia membra eundem actum habent juxta Apostolum *ad Rom.* 12. alias Clerici tenebuntur agere opificia, ferere agros, militiam sequi sæcularem contra textum *in cap. petitio. de homicid.* S. Thomas 2. 2. *quæst.* 4. *a.* 2. *ad* 2. cum Clericorum arma sint lacrymæ, &

oratio-

orationes. *cap. Clerici. 23. quæst. 8. cap. ex multa. de voto.* Admittimus, Clericos teneri succurrere Reipublicæ, sed suo in ministerio, & actu, nimirum Divinorum officiorum celebratione, publicis, & privatis precibus, quod etiam diligenter fit. *cap. singula. 78. dist.* alias valebit etiam sequens argumentatio contra Laicos. Laici sunt membra corporis mystici Ecclesiæ, ergo tenentur ad solvendum cathedraticum, charitativum subsidium &c. ad quæ tenentur Ecclesiastici juxta *cap. conquerente, de officio ordinarii*, & Abb. *cons.* 26. quem tamen argumentandi modum nolunt intelligere.

61 Solet etiam citari contra nos doctissimus D. Dominicus Bassus; sed immerito; quia postquam cum Illustrissimo Domino Cancellario Schmidt solvit omnia motiva Laicorum pro fundanda potestate sæculari ad collectandum Clerum, consuluit Clericis, ut solvant; sed quia aliud est consulere spontaneam solutionem, aliud decidere, Clerum esse obligatum solvere, ideo potius nostris militat sub signis.

62 Citatur etiam contra hanc sententiam P. Haunoldus; sed quæstio illius est, an, & quibus legibus civilibus possint Clerici, & Religiosi teneri salva immunitate Ecclesiastica, hoc est, illis legibus, quæ favore canonum adversus Laicam potestatem sunt munita. Ecce! hic non agitur, an Clerici possint obligari Legibus, quæ sunt contra immunitatem Ecclesiasticam, multo minus statutis Laicorum contra eandem Immunitatem, quæ est nostra difficultas. Et licet concludat obligationem directe a legibus civilibus provenientem in Clericis servandi leges, hoc inde probat, quod S. Pontifex velit illas servari; sed S. Pontifex non vult servari leges, & statuta contra Immunitatem Ecclesiasticam lata. Ergo Haunoldus non vult, Clericos teneri legibus, & statutis contra Immunitatem Ecclesiasticam. Minor fuit jam ostensa toto isto discursu, & ob excommunicationis sententiam contra statuentes latam. Et solum loquitur de obligatione quoad vim directivam, non vero quoad vim potestativam. Ad hæc sententia Haunoldi suos habet contradictores Theologos, & Canonistas, uti a Laicis intelligitur, in tali authoritate, & numero, ut nobis, qui contrariam pro vera tenemus, omnino probari non possit. Et quod S. Pontifex velit ejusmodi leges, & statuta a Clericis servari, est vigilantium somnium, nisi ab eodem fuerint approbatæ; & tunc non sunt servandæ uti Leges Civiles, sed uti Pontificiæ. Buttius, Hostiens. Jo. Andr. Archid. cum aliis apud Pignatellum *to.* 1. *cons.* 166. *n.* 8. Del Bene *de Immun. l. c.*

63 Urgent Laici. Sunt ejusmodi Collectæ principaliter indictæ ad defensionem patriæ, cujus membra sunt Clerici, qui defensionis commoda non minus, quam Laici sentiunt, adeoque oneribus se subtrahere non possunt, juxta illud juris adagium. *Qui sentit commoda* &c. Resp. hæc omnia non ignorasse Christum, Pontifices, & Imperatores, qui optime norunt, Clerum esse membrum Reipublicæ in temporalibus, & tamen eundem a Collectis exemerunt, & respective exemptum declararunt ab oneribus ordinariis, & extraordinariis; imo non obligatum, districte etiam eidem inhibendo solutionem illarum. Quid ergo dicemus? quod sit iniquitas apud Deum? absit. Quod tot Pontifices, tot Concilia, tot Imperatores, tot Reges, & Principes, qui Concilio Lateranensi interfuerunt, & ejusdem decretis humiliter se subjecerunt, subditis & Reipublicæ fuerint injurii, & iniqui? procul tam temeraria cogitatio! audiant Laici S. Paulum eorum lamentationes evertentem illis verbis. *si nos vobis ministramus spiritualia, magnum non est, si nos carnalia vestra metamus.* Verum est sæculares juvare Clerum, Ecclesias, & Ecclesiasticorum bona defendere; sed verum pariter est, eosdem reciproce juvari a Clero in spiritualibus, uti sacramentorum administratione, precibus tam publicis, quam privatis, & similibus, & quatenus necessitas esset ita urgens, serventur illa quæ *in cap. non minus.* præscripta fuere, & habebunt Clerum votis suis faventem.

64 Bona vero a Laico Clericis, vel Ecclesiæ vendita, quæ sunt destinata ad cultum Divinum, transeunt sine omni onere, quo erant affecta tam ordinario, quam extraordinario. *cap. dudum. 23. quæst. 8.* Suaz. *in defens. fidei. lib. 4. cap. 17. 18. & 19.* Rota apud Sperel. *dec.* 35. Innoc. *in cap. non minus, de Immun. Eccles.* Cardin. *in Begnudelli Bibliotheca.* Tom. I. *Clem. 1. de vita & honest. Cleric.* Graff. *l. c. eff.* 4. Kloghius *de contrib. cap.* 12. *num.* 83.

Bona vero Laicorum, quæ transeunt in Clericos ti- 65
tulo mere temporali, puta emptionis, vel alio, transeunt cum illo onere reali, quo erant affecta, secus cum onere personali, vel mixto. Onus mere reale vocatur ordinarium, & mixtum extraordinarium. Mere reale onus est, quod bonis est affixum propter ipsa bona, & de, vel ex ipsis bonis solvendum. Uti Decimæ prædiales &c. & tale onus debet esse certum, perpetuum, & invariabile, non vero ex aliquibus urgentiis impositum, & illis in totum, vel in parte cessantibus auferendum, vel minuendum; nam tunc dicitur, & est onus extraordinarium, & non transit in Clericos. DD. apud Sperell. *l. c.* Pignatell. *to. 2. cons.* 54.

Neque refert, quod bona sint descripta in æstimo 66
cum tali onere; quia per hoc onus non evadit reale; nam mutatione personæ ipsa quoque res mutatur, & sicut bona, quæ a Clericis transeunt in Laicos, amittunt privilegium, ita econtra. De hac materia vide decisionem magistralem apud Rotam Romanam *par. 9. recent. tom. 2. dec.* 412. & ibi annotationes Pauli Rubei, ubi contraria resolvit, & signanter quod non liceat Principi sæculari convenire cum suis subditis sæcularibus, quod omnia bona sint subjecta oneribus realibus, ita ut transeant ad Ecclesiam cum suo onere, quia sic esset in arbitrio Principum sæcularium eludere immunitatem Ecclesiasticam, & sic per indirectum permitteretur, quod directe omnino est prohibitum. *auth. cassa C. de SS. Eccles.* & notant addentes ad Burratum *dec.* 780. *in litt. A. sub vers. tertia autem species*, & alii, & in casu quo teneantur, an possint ad id cogi a Judice sæculari, diximus in verb. *Ecclesia.* Lim. si alienationes fierent in fraudem, quia tunc fraus non patrocinaretur. Lim. præterea in Clerico Negotiatore. Item si Laicus, uti potest, ea conditione vendidit, ut maneret affectum onetibus talibus &c. Riccius *in praxi par. 3. res.* 133. Kloghius & Barb. *ll. cc.* Item lim. in Clerico conjugato etiam cum Virgine. Antonellus *de regim. Eccles. lib. 4. cap. 5. num.* 20. uti supra.

Alterum privilegium quod Clericis competit, est fo- 67
ri. Videri possunt DD. *supra citati* pro privilegio Clericali, & ad hoc sufficit possessio Clericatus. Diana *par. 3. tr. 1. res.* 48. Mascard. *de prob. conclus.* 362. Bonacina *in Decal. disp.* 10. *quæs.* 2. vel certe transfert onus probandi contrarium in Judicem Laicum. Graff. *de eff. Cler. in prælad. num.* 226. apud Dian. *l. c.* adeo ut Clericus non possit prorogare jurisdictionem Laicalem. *cap. significasti de foro compet.* Bar. *in L. 1. ff. de Judic.* Ciarl. *controv. for. cap.* 44. Scaccia *de Judic. lib. 1. cap.* 11. neque renunciare privilegio fori etiam cum consensu Episcopi; quia est inductum favore totius ordinis Clericalis. Scaccia *l. c.* Barb. *de Jure Eccles. lib. 1. cap.* 39. §. 2. *num.* 8. Hæc hodie clara sunt, & nullam etiam apud Legistas habent difficultatem, & tamen eo jam devenit Laicorum audacia, ut Ecclesiasticos, &, quod magis mirandum, etiam Prælatos sua trahere ad subsellia non tantum actionibus in realibus, sed etiam personalibus minime vereantur, &, quod magis dolendum, ipsimet prælati non tantum ultro compareant, sed unus alterum etiam ad tribunal Laicum, etiam in personalibus citare non dubitet; ut nunc merito Bonifacii octavi querelæ, & lamentationes contra Philippum Francorum Regem tunc editæ etiamnum repeti merito possent tenoris sequentis. *Prælatos insuper, & alias personas Ecclesiasticas tam Religiosos, quam seculares regni tui etiam super personalibus actionibus, juribus, & immobilibus bonis, quæ a te non habent in feudum, ad tuum judicium pertrahis, & coarctas.* Ita Palatius in vita Bonifacii 8. *vol. fol. mihi* 150. Sed dicent, Prælati sunt status provinciæ; & tanquam status possunt personaliter conveniri. Resp. tales fuisse etiam Prælatos in Francia, contra quam Bonifacius ita acerbe lamentatur. Ad hæc sunt status quidem provinciæ Prælati, sed status Ecclesiastici, quales sunt Episcopi Principes Imperii, qui tamen in personalibus non conveniuntur coram Dieta Imperii. Præterea si hæc excusatio valeret, auferretur de facili privilegium fori Clericis competens: nam etiam Clerici sunt cives Provinciæ, & membra, & tamen coram suo Judice in personalibus conveniendos esse nemo dubitat; quia cives sunt Ecclesiastici, membra Ecclesiastica &c. Et

68 Privilegium ex emptionis a foro Laicali, est de Jure divino. Concil. Trid. *sess. 25. cap. 20. de reform.* & patet ex illis verbis Constantini: *Vos a nemine judicari potestis; quia ad solius Dei judicium reservamini.* Abb. *in cap. solitæ, de major. & obed. & in cap. at si Clerici, de Jud.* Gig. *de Crimin. læsæ Majest. lib. 1.* Clar. *in §. fin. q. 36.* Graff. *de effect. Cler. eff. 1. a n. 2.* Scacc. *l. c.* Barb. *de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 5.* Tambur. *de Jur. Abb. tom. 1. disp. 15. qu. 19.* Suar. *in defens. fid. lib. 4. cap. 5.* Dian. *part. 7. tract. 1. resol. 1. 2. & seqq.* & plurimi apud Sperel. *dec. 133.* & S. Congr. Hinc Clericus in Laicum tanquam arbitrum compromittere non potest, bene tamen ut arbitratorem. Gail. *lib. 1. obs. 37.* dummodo causa non sit spiritualis.

69 Hinc Clericus citans Clericum ante Judicem Laicum, amittit causam, & privatur communione. Ansald. *de Jurisd. p. 2. tit. 11. cap. 1.* Abb. *in cap. si diligenti, de for. comp.* Et habens recursum ad Judicem Laicum, est excommunicatus ipso Jure. *cap. gravem, de sent. excom.* Rot. apud Merlin. *decis. 15. & 16.* Bulla Cœnæ §. 1. *& 16.*

70 Clericus in tantum gaudet fori privilegio, ut trahat ad se Laicum litis, vel criminis consortem, cohæredem, vel correum in materia individua, secus in dividua. *L. si communi, ff. quemadm. serv. amit.* Felin. *in cap. 1. de præscr.* Covar. *pract. quæst. cap. 34. n. 2.* Gail. *obs. 37. lib. 1. n. 2. vers. tertio.* Farin. *in prax. quæst. 8. n. 151.* Fachin. *lib. 9. controv. Jur. cap. 31.* Graff. *de effect. Cler. eff. n. 137.* Mart. *de Jurisd. p. 4. cas. 118.* Ciar. *contr. for. cap. 34. a num. 29.* etiam in causis perplexis, in quibus ob divisionem fori potest oriri perplexitas; tunc enim, ne oriatur coram uno Judice causa est terminanda, uti in mandante, & mandatario delicti. Ciarl. *l. c.* Sperel. *decis. 19.* Fachin. *l. c.* Scacc. *de Jud. lib. 1. cap. 11.* Barb. *de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. a num. 94.* Dian. *q. 3. tr. 1. res. 1.* contra Ansald. *de Jurisd. p. 2. tit. 4. cap. 20.*

71 Ampliatur, ut Clericus recipiens depositum coram Judice Laico non possit pro illius restitutione conveniri coram Judice Laico. Barb. *l. c.* idem dic de fidejussore.

72 Ampliatur præterea, ut Clericus succedens Laico ante litem cœptam, non obstante priori hypotheca, vel obligatione Laici, non possit conveniri nisi coram Ecclesiastico. Bar. *in L. hæres absens*, & ibi DD. *ff. de Jud.* Abb. Butr. & Canonistæ *in cap. quia V. extra. de Jud.* Marant. in Specul. *p. 5. n. 13.* Gail. *lib. 1. obs. 37.* Sperel. *decis. 7. n. 1.* licet Laicus fuisset in forma Cameræ obligatus. Imo non tenetur litem prosequi coram Laico, coram quo fuit cœpta, si processus fuit nullus. Ciarl. *contr. for. cap. 160. n. 52.* Graff. *de effect. Cler. eff. 1. num. 298. seq.* Gail. *lib. 1. observ. 37.* Scacc. *l. c.* Barb. *ubi supra a num. 101.* ubi multos allegat, qui defendunt, Clericum non teneri litem prosequi coram judice Laico, etiamsi processus non fuerit nullus, ex quo mutata persona, mutetur judicium: sed pluras allegat in contrarium, quem vide.

73 Ampliatur ulterius, ut Clericus veniens ad causam principaliter pro suo interesse, trahat causam ad suum forum. Anchar. *in cap. ea quæ, de Reg. Jur. in 6.* Sper. *dec. 24. a num. 1.* Ciarl. & Barb. *l. c.*

74 Ampliatur quarto, ut Clericus succedens Laico in Jure universali post litem cœptam, non teneatur prosequi litem coram quo fuit cœpta. de quo vide Abb. & Fel. *in cap. quia de Jud.* Graff. *de effect. Cler. eff. 1. n. 281.* Scacc. *de Jud. l. c.* Gail. *loc. cit.* Marta *de Jurisd. p. 4. cas. 33.* Gratian. *disc. for. cap. 16. ante num. 34.* Sperel. *l. c.* Barb. *de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. a n. 101.* Dian. *p. 1. tr. 2. res. 24.* quamvis contrarium doceant multi apud Sperel. *l. c.*

75 Ampliatur quinto, ut nec Clericus tutor possit coram Laico conveniri pro reddenda ratione administrationis, licet acceptarit legitimam tutelam; quia non potest prorogare Jurisdictionem Judicis Laici, ut supra dictum est. Riccius *in prax. var. res. p. 3. res. 505.* & gaudet eadem exemptione etiam quoad patrimonialia, & quoad alia officia sæcularia. Ambrosin. *de imm. c. 20.* Duard. *in Bull. Cœn. can. 15.* Mart. *loc. c. cas. 147.* Pignatel. *tom. 2. cons. 27.* Barb. *l. c.* contra Capon. & Ansald. Item si fidejussit pro Laico. Ricc. *p. 2. res. 483. num. 4.* & 5. Bajard. ad Clar. *in §. fin. qu. 95.* neque in officio delinquens. Riccius *p. 2. res. 486. nu. 4.* Scacc. *de Jud. lib. 1. cap. 11. num. 94.*

Limita primo in reconventionis causa, in qua in civilibus causam spiritualem, vel illis annexam nihil tangentibus, reconveniri potest coram Judice Laico. juxta gloss. *in cap. at si Clerici. verb. non tenet, de Judic.* Pasqual. *de patr. potest. p. 1. cap. 8. num. 4.* Scacc. *l. c.* Pignatel. *tom. 3. cons. 27.* Farin. *in prax. quæs. 8. num. 99. seqq.* Graff. *de effect. Cler. eff. 1. num. 745.* Ciarlin. *contr. for. cap. 53. num. 31.* Barbos. *d. cap. 39. §. 2. a num. 137.* ubi late, plurimæque DD. ampliationes, & limitationes. Quamvis, spectato jure communi, quod ne quidem in causa mere civili Clericus reconveniri possit coram Judice Laico, verius judicet P. Pirhing. *lib. 2. decretal. tit. 4. num. 9.* ubi Abb. *in d. cap. at si Clerici. num. 22. & 23.* Ob rationes; tum quia leges civiles reconventionem permittentes pertinent solum ad subditos Laicos, cum non possint obligare Clericos de jure divino a Jurisdictione Laicali exemptos, ut supra diximus, nec constat, quod Jus Canonicum tales leges approbaverit, ideoque erit standum generali prohibitioni, ne Clericus trahatur ad forum Laicale; tum quia Clerici nec propria sponte possunt se subjicere jurisdictioni Laicali, *arg. cap. si diligenti. 12. de for. comp.* & ad contraria respondet cit. P. Pirhing. Et hanc sententiam defendunt etiam plurimi, quorum aliqui videri possunt apud Farin. *l. cit.* Felin. *in repert. in verb. Clericus.* ubi de magis communi. & alii, & hæc quæstio certe gravis est, & difficilis, ita, ut dicit Petr. August. Morla, apud cit. Graff. ut indigeat nova Pontificis decisione, & certe priorem sententiam reprobare non audet P. Pirhing. ob innumeros DD. qui illam defendunt, & Jo. Andr. & Abb. *in d. cap. at si Clerici*, asserunt standum esse consuetudini apud Afflict. *decis. Neapol. 173. num. 2.* cui merito adstipulamur, quæ posterior sententia etiam limitanda est, si reconventio fiat per modum exceptionis, v. g. compensationis, vel in causa accessoria, & connexa. Pirhing. *l. c.* hinc Judex Laicus cognoscere potest circa expensas a Clerico actore, qui succubuit, solvendas. Imol. *in cit. cap. at si Clerici. num. 5.* Et prima sententia limitatur, ut Clericus ad solvendum &c. personaliter a Judice Laico cogi non possit, sed hoc fieri debebit per Judicem Ecclesiasticum. Dian. *p. 4. tr. 1. res. 65.* Bonac. *in Bull. Cœnæ disp. 1. q. 16.* Barb. *l. c. num. 156.* Felin. *in cit. cap. at si Clerici. num. 10. fall. 4.* ob defectum jurisdictionis Judicis Laici.

Limita secundo, quod Clericus tanquam auctor laudatus, uti qui tenetur de evictione, non trahit causam ad suum forum. Abb. *in cap. fin. num. 8. de empt. & vend. & in cap. quoniam frequenter. §. in aliis. n. 28. ut lit. non contest.* Covar. *pract. quæst. cap. 8. num. 3.* Barbos. *de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 116.* quia tamen non conveniunt DD. etiam in hac quæstione, ut videre est apud cit. Barbos. & apud Fachin. *contr. jur. lib. 2. cap. 38.* ideo distinguendum erit, quod nempe, quando Clericus in judicium venit tantum accessorie, ut emptorem defendat, non trahat judicium ad suum forum. Ciarlin. *contr. for. cap. 171. nu. 22.* ubi Abb. *in d. cap. fin. de empt. & vend. num. 8.* Dec. *cons. 700. num. 6.* Natt. *cons. 99. num. 3. lib. 2.* Rimin. *jun. cons. 422. num. 14.* & alii. late Mangil. *de evict. quæs. 6. num. 13. & passim. tot. quæst.* cum tunc privilegio Clericali non derogetur, ex quo sententia, seu judicium non contra Clericorum venditorem, sed contra Laicum emptorem proferatur. Barbos. *l. cit. num. 118.* Quod si vero Clericus principaliter veniat pro suo interesse, ut quia nominans est dicti Clerici colonus, cujus principaliter interest illum defendere, vel quia Clericus in judicium fuit conventus evictionis nomine, & sic principaliter contra ipsum actio intentata, tunc dicendum est, quod sit conveniendus coram suo Judice. Barbos. *loc. cit.* Fachin. *ubi supra.* late Mangil. *loc. cit. d quæs. 6.* ubi contraria resolvit, aliosque citat; cum tunc principaliter & judicium, & sententia contra Clericum feratur, & sic Laicus non est Judex competens. Anchar. *in c. ea quæ quæs. 17. vers. qua rat. de R. I. in 6.* Abb. *in d. cap. cum sit generale num. 13.* ubi Innoc. & alii apud Ciarlin. *loc. cit. num. 24.*

Limit. tertio, quia Clericus actor sequitur forum rei Laici. Canonistæ *in cap. quod Clericus, de for. comp.* Sperel. *dec. 100. & 10.* sublimit. in causis Ecclesiasticis, quales sunt Jurispatt. matrimonii, ejusque dispensationum; causæ decimales, nisi quæstio sit puri facti, de quo

suo

ſuo loco, cauſa poſſeſſionis ſpiritualis; Item in cauſis mixti fori, in quibus eſt locus prævention̄i, quales ſunt, cauſæ alimentorum, dotis, niſi hæc petatur cum divortio; quia tunc hæc cauſa eſt pure Eccleſiaſtica, vel cauſæ civiles, quæ agitantur in perſonas miſerabiles, pupillos, viduas, pauperes &c. vide Scacc. *de Jud. lib. 1. c. 12. nu. 17.* Sperel. *dec. 98.* Covar. *pract. quæſt. cap. 35.* Monet. *de decim. cap. 8. q. 1.* Antonel. *de regim. Eccleſ lib. 5. cap. ult. §. 2.* Ciarl. *contr. for. c. 125. & 56. & 171. num. 48.* Concil. Trid. *ſeſſ. 24. c. 10.* Barboſ. *de Offic. Epiſc. alleg. 81.* Sanch. *de matr. lib. 10. diſp. 8.* quæ poſſunt tractari coram Judice Eccleſiaſtico. ut probatur ex *cap. ſi Clericus, & cap. cum ſit generale, de for. comp.* Scacc. *de Jud. lib. 1. cap. 11.* & quidem in cauſis decimarum, hæreſis, matrimonii, ſimoniæ, & Beneficii, & aliarum ſpiritualium cauſarum Eccleſiaſticus procedit privative quoad Laicum. DD. *cit.*

79 Limit. quarto, quia Clerici ſpoliantes Laicum poſſunt conveniri coram Judice Laico. Scacc. *loc. cit. num. 95.* non quidem directe, ſed indirecte, nam tunc Laicus poteſt reſtituere ſpoliatum in ſuam poſſeſſionem, per viam quamdam defenſionis extrajudicialis, citando quoſcumque intereſſe prætendentes. Afflict. *deciſ. 24.* Marant. in Specul. *p. 4. diſt. 11.* Scacc. *l. c.* Idem dic de ſequeſtratariis & depoſitariis. Eccleſ. *obſ. for. 186.* hoc eſt bene verum, quod Clericus ſpoliator comparens, & poſſidere ſe allegans, poſſit petere remiſſionem ad ſuum Judicem, quæ erit concedenda, cum habeat privilegium fori. Menoch. *de recuper. poſſ. remed. 15. num. 227. uſque ad num. 234.* Gutier. *canonic. quæſ. cap. 34. num. 31.* apud Gratian. *diſc. for cap. 238. num. 73.* ubi alios tradit modos eludendi hanc cautelam, citandi Clericos per citationem generalem *quorumcumque intereſſe ſe habere putantium*: quos vide apud d. Menoch.

80 Et licet Eccleſia, ſi ratione ſuorum bonorum petat reſtitutionem in integrum, poſſit hoc facere coram Judice Eccleſiaſtico, uti defendit Sperel. *dec. 135. num. 9.* citans Abb. & Felin. *in cap. cum ſit generale, de for. comp.* Contrarium tamen in Clerico petente reſtitutionem in integrum ratione bonorum ſuorum patrimonialium tenet gl. *in c. un. de reſt. in integr.* Abb. *in c. 1. de conſuet, & in cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtit.* Marant. *de ord. Jud. p. 6. de appell.* Covar. *lib. 1. var. reſ. cap. 4. num. 2.* Oddo *de reſt. in integr. p. 2. q. 3.* apud Sperel. *loc. cit.* juxta quos illam petere debet coram Judice Rei conventi.

81 At quod Clericus, non tantum pro re Eccleſiæ, ſed etiam pro bonis ſuis patrimonialibus agens contra Laicum ex canone, vel remedio integrandæ, aut retinendæ, habeat fori electionem, eſt tex. *in c. cum ſit generale, de for. comp.* ubi Felin. *c. quamquam, de cenſ. in 6.* quia in materia ſubjectionis æquiparantur bona Eccleſiarum, & Clericorum. *cap. ſi Clericus, de for. comp.* etiam quoad privilegium fori. *cap. S. Mariæ, de conſtit. c. fin. de vit. & honeſt. Cler.* & DD. apud Sperel. *dec. 142.* Tum quia ſpolians Clericum ſuis bonis peccat in in Eccleſiam; quia bona patrimonialia Clericorum ſunt Eccleſiæ quoad defenſionem. *cap. de Laicis. 12. q. 2. c. irreligioſum. & c. eos. diſt. 87.* vide Sperel. *loc. cit.* Dian. *p. 3. tr. 1. reſ. 29.* Antonel. *de regim. Eccleſ. lib. 5. c. 3.* dummodo conſtet, rem eſſe Clerici: ſecus ſi id negetur. Ciarlin. *contr. for. c. 171. num. 50. c. 5. de form. comp.*

82 Hinc Clericus Laicum de rebus Eccleſiæ, vel ſuis recte convenit in foro Eccleſiaſtico, *c. ſi Clericus Laicum.* ubi Abb. Felin. & DD. *de for. comp.* Graſſ. *de effect. Cler. eff. 1. nu. 521.* Bellet. *diſquiſ. Cler. p. 1. tit. de favor. Cler. real. §. 5.* Ciarl. *contr. for. cap. 171. num. 48.* Sperel. *dec. 98.* Barb. *in d. c. ſi Clericus. num. 2.* Dian. *p. 5. t. 1. reſ. 7.* Grat. *diſc. for. cap. 238.* Rot. apud Dian. *loc. cit.* maxime ſi agit ſpolio. Anſald. *de Juriſd. p. 2. tit. 11. c. 22.* plura videri poſſunt infra in verb. *Judex.*

83 Limit. quinto in cauſa feudali, in qua Clericus poteſt conveniri coram Judice Laico, vel paribus Curiæ. *c. verum c. ex tranſmiſſa, de for. comp. c. caterum, de Jud.* Bonac. *in Decal. diſp. 10. q. 2. pun. 1. §. 4.* Gail. *lib. 1. obſ. 37. & de pace publ. lib. 1. c. 8. num. 8.* Clar. *in §. feudum. q. 90. num. 8.* niſi feudum Eccleſiaſticum eſſet. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 1. c. 39. §. 2. a num. 129.* Dian. *p. tr. 1. reſ. 59.*

84 Limit. ſexto in aliquibus, ut Clericus in actione reali, vel in rem, poſſit coram Judice Laico conveniri. ita Boer. *dec. 64. num. 6.* Mynſing. *cent. 1. obſ. 22, & cent. 4. obſ. 95.* Gail. *lib. 1. obſ. 37. n. 4.* Oſaſch. *dec. 68. n. 34.* qui ultimus declarat, id eſſe verum, ſi fiat indirecte, non conſtringendo Clericos, vel Eccleſiaſticas perſonas, ſed res ipſas oneri affectas; & ita in cenſibus, & tributis Clericos coram ſæculari conveniri poſſe. Joan. Andr. *in cap. non eſt in mora, de Reg. Jur. n. 7.* Abb. *in c. cum homines, num. 9. de decim.* Thomat. *de collect. §. videndum, a n. 10.* probantque *ex cap. quod Clericis, cap. ſi diligenti, de for. comp. auth. ſtatuimus, & authen. hodie. Cod. de Epiſ. & Cler.* Sed contraria vera eſt, quam, reprobata Galliæ conſuetudine, probant plures. Faber. *in d. c. ſtatuimus, & authen. ſed hodie.* Marant. *de Ord. Jud. p. 4. diſt. 11.* Rolan. *conſ. 12. n. 37. & conſ. 23. num. 13. lib. 2.* Aponte *de laudemiis, qu. 51. n. 5.* Grat. *diſc. for. c. 16. a num. 20.* Graſſ. *de effect. Cler. eff. 1. num. 10. & 387.* Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib. 1. c. 39. §. 2. n. 107.* Sperel. *deciſ. 135.* Mart. *de Juriſd. p. 4. caſ. 4. a num. 20.* Farin. *de inquiſit. q. 8. a num. 21.* Pax Jord. *de re judic. lib. 13. tit. 8. nu. 14.* & ut ſupra; ratio eſt; quia canones, & Jura generaliter loquuntur, & ſine diſtinctione inter actionem realem, & perſonalem: cum autem Jus non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, ut probat Barboſ. *loc. cit. num. 106.* tum quia in concurſu fori ratione rei, & ratione perſonæ, præfertur forus perſonæ. *L. quod legatur, ff. de Jud.* quia res, & bona ſunt acceſſoria perſonæ. *L. in peculium ff. de uſur.* & dignior trahit ad ſe minus dignum *c. quod in dubio, de conſacr. Eccleſ.* tum quia ſicut bona aſſumentis militiam ſæcularem mutant ſtatum, & forum, *L. ex eo, Cod. de agent. in reb. L. Magiſteriæ. Cod. de Juriſd. omn. Jud.* ita bona aſſumentis militiam Eccleſiaſticam. Innoc. *in c. 2. de major. & obed.* & quoad forum debemus potius ſequi conditionem perſonæ, quam rei; quia in Judiciis quaſi contrahitur. Abb. *in cap. 17. de Jud.* & conſuetudo in contrarium valere non poteſt, utpote contra Jus divinum: quia in Judiciis etiam realibus quaſi contrahitur, & perſonaliter, obligatur perſona foro Judicis ſæcularis. Bal. *in c. 2. de Jud.* Cenedus *in collectan. jur. Can. p. 1. collect. 37. n. 14.* Rot. quam citat Graſſ. *loc. cit. n. 387.*

85 Hoc privilegium fori tamen Clericis in minoribus conſtitutis non competit, niſi aut habeant Beneficium, aut Clericalem habitum, & tonſuram deferant, & alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi ſerviant. Conc. Tr. *ſeſſ. 23. cap. 6. de reform.* Et ita Beneficiatus licet non deferat habitum, & tonſuram, propter particulam disjunctivam, gaudebit privilegio. Clar. *in §. fin. qu. 35. a num. 16.* Graſſ. *de effect. Cler. eff. 1. num. 1195.* Farinac. *loc. cit.* Garz. *de benef. p. 2. cap. 2. num. 4.* Genuenſ. *in prax. c. 7. num. 7.* Dian. *p. 1. tract. 2. reſ. 28.* Barboſ. *de Jur. Eccleſ. loc. cit. nu. 13.* quæ ſaltem procedunt, donec Clericus ob non delationem habitus beneficio privetur, aut illo privatus declaretur; de quo ſupra. Garz. *l. c. n. 5.* Neque ad hoc ut Beneficiatus gaudeat privilegio, requiritur, quod habeat poſſeſſionem, ſed ſufficit legitima collatio. Gig. *de penſ. q. 94. num. 12.* Pariſ. *de reſign. lib. 7. q 1. num. 47.* Genuenſ. *loc. cit.* Leo *in theſ. for. Eccleſ. p. 1. cap. 11. num. 2.* Garz. *loc. cit. num. 14.* Dian. *p. 1. tract. 3. reſ. 29.* & ad hunc effectum ſufficit Beneficium etiam modicum. DD. *cit.* imo ſufficit ſolus titulus, licet non habeat fructus; ſufficit etiam coadjutoria cum futura ſucceſſione. Barboſ. *de Off. Epiſc. alleg. 12. nu. 9. & de Jur. Eccleſ. lib. 1. c. 39. §. 2. n. 19.* & DD. *mox cit.* ſufficit etiam penſio Eccleſiaſtica ſolita dari in titulum. S. Congr. apud Sper. *dec. 132. num. 11.* Gig. *de penſ. q. 28.* Barboſ. *de Off. Epiſc. alleg. 12. num. 8. & de Jur. Eccleſ. loc. cit. num. 21.*

86 Sed ſicut Clericus gaudet privilegio fori, gaudetne etiam immunitate Eccleſiaſtica; etiam quoad Judicem Eccleſiaſticum in criminibus non exceptis? quæſtio hæc eſt valde controverſa; & Canoniſtæ ſunt adeo diviſi, ut ambigas, quænam ſit communior; pro affirmativa ſtat Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib. 2. cap. 3. num. 137. cum plurimis ſeqq.* ubi cum innumeris DD. contraria reſolvit, quia immunitas hæc datur Eccleſiæ, vel Clerico ob Eccleſiam; & communis apud Ciarl. *contr. for. cap. 10. num. 17.* Covar. *var. reſ. cap. 20. lib. 2. num. 16.* Antonel. *de regim. Eccleſ. lib. 1. cap. 9. §. 2. num. 47.* Tuſc. *litt. E. concl. 9.* Clar. *in §. fin. q. 30.* Dian. *reſ. mor. lib. 1. p. 1. reſ. 24.* & probatur ex *c. nullus Clericorum 17. q. 4.* Innoc. *in c. inter alia,* & ibi Calder. *q. 6. de immunit. Eccleſ.* Contrariam docent Abb. in *cit. cap. inter alia* Angel. *in Sum. verb. immunitas. num. 14.* Sylveſt. *in Sum. verb.*

Immunitas. 3. *q.* 3. Genuenſ. *in prax. cap.* 17. Tranch. *conſ.* 30. ubi late Thom. del Bene *de immun. p.* 2. *cap.* 16. Navar. *in man. cap.* 15. Suar. *de Relig. tom.* 1. *tr.* 2. *lib.* 3. *c.* 10. Guazz. *defenſ.* 1. *cap.* 38. *num.* 49. Graſſ. *de effect. Cler. eff.* 38. Sperel. *dec.* 59. Sed prior eſt probabilior, & melioribus nititur fundamentis, inter quæ illud non contemnendum, quod ante Clericatum gaudebat immunitate; ergo etiam poſt, alias per Clericatum fuiſſet factus deterioris conditionis; quam etiam defendit Pignatel. *tom.* 1. *conſ.* 178. *num.* 5. ubi declaratio S. Congreg. Sperel. *l. c. num.* 35. *verſ. contrariam tamen.* apud quos alii. quæ S. Congr. declaratio tollit probabilitatem ſententiæ contrariæ.

87 Neque poteſt Clericus extrahi ab Eccleſia Regularium exemptorum ab Epiſcopo in omni ſententia, & non obſtante quacumque conſuetudine; quia licet talis Eccleſia regularis ſit in Diœceſi, non eſt tamen de diœceſi, & ſic non eſt de territorio Epiſcopi. Ciarl. *l. c. num.* 21. *cap. cum Epiſcopus, de offic. ord. in* 6. *cap.* 1. *de privil. in* 6. Suarez *de Relig. lib.* 3. *cap.* 13. Farin. *in append. cap.* 22. Niſi conſentiat Superior Regularis, vel niſi eſſemus in delictis exceptis.

88 Quia Clericus eſt exemptus a Juriſdictione Laica, ideo ligari Laicorum legibus, aut ſtatutis non poteſt, quantumvis honeſtis; quia ad obligandum non ſufficit honeſtas legis, ubi deeſt poteſtas, & juriſdictio legislatoris. ad tex. *in cap. cum non ab homine, cap. novit, de Jud.* Mart. *de juriſd. p.* 4. *caſ.* 5. Ciarl. *contr for. c.* 45. Sperel. *dec.* 11. 12. *&* 14. Poteſt tamen uti ſtatuto non ut lege, ſed ut privilegio. *cap. ſi in adjutorium, diſt.* 10. Abb. *in cap.* 2. *de vit. & honeſt. Cler.* Ciarl. *loc. cit.* apud quem Bellet. nec ligatur ſtatuto de compromittendo. Ciarl. *c.* 170. *num.* 40. Graſſ. *de eff. Cler. eff.* 2. *nu.* 412. *&* 414.

89 Ampliatur, licet ſtatutum fuiſſet editum ob bonum publicum, quia Clericus nihilo minus non obligatur ſaltem quoad vim coactivam, bene vero quoad vim directivam; hinc ſtatutum prohibens armorum delationem, tenetur Clericus ſervare quoad vim directivam, non quidem formaliter vi ſtatuti laicalis, ſed virtute Canonum armorum delationem prohibentium. Suar. *de LL. lib.* 3. *cap.* 34. & contra Regem Angliæ, *de Immun. lib.* 4. *c.* 16. Sperel. *dec.* 123. *num.* 75. contra Anſald. *de juriſd. p.* 2. *tit.* 11. *c.* 22.

90 Sed quæres, Clericus vendens rem cariori pretio, quam a poteſtate Laica fuit taxatum, peccatne, & teneturne ad reſtitutionem? Reſp. affirmative: quia pretium juſtum eſt, quod fuit taxatum a poteſtate Laica, & ita pretium Clerici fuit injuſtum. Navar. *in man. cap.* 23. Bonac. *de L. L. diſp.* 1. *q.* 1. *pun.* 6. Genuenſ. *in prax. c.* 47. apud Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 1. §. 7. *num.* 86.

91 Succedit privilegium canonis *ſi quis ſuadente &c.* 17. *q.* 4. propter quod ſi Judex Laicus Clericum ſpoliat armis ſine Epiſcopi licentia, incidit in excommunicationem. Sperel. *deciſ.* 45. *&* 124. Dian. *p.* 5. *tr.* 1. *reſ.* 4. quod extenditur ad Clericum venatorem; quia licet venatio clamoſa cum canibus, & accipitribus ſit prohibita Clericis. *cap. Epiſcopum* 34. *diſt. cap. omnibus. c.* 1. *de Cler. venat.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 413. Barb. *de jur. Eccl. lib.* 1. *c.* 40. *num.* 79. Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. Sperel. *deciſ.* 124. *n.* 28. tamen venatio non in perpetuum prohibetur, ſed permittitur, ſi raro fiat, vel recreationis cauſa. gloſ. *in d. cap.* 1. *de Cler. venat. verb. voluptate.* ubi Abb. Dian. *p.* 3. *tr.* 6. *reſ.* 19. *&* *p.* 9. *reſ.* 40. & ſæculari Curiæ ſibi arma auferri volenti, poteſt impune reſiſtere, & vim vi repellere. Sperel. *loc. cit.* nec ad Laicos ſpectat punire Clericos ſacrorum Canonum tranſgreſſores.

92 Ita poteſtas Laica capiens Clericorum, & ad carceres ſuos ducens, incidit in excommunicationem *cap. ſi quis ſuadente.* & Bull. Cœn. licet ceperit in fragranti; niſi fuiſſet ſuſpectus de fuga. Menoch. & Sperel. *loc. cit.* Neque poſſunt Laici arma Clericis ablata ſibi retinere: quia vel Clerici deliquerunt, vel non? ſi non, ergo injuſte illis auferuntur, ſi deliquerunt; cum ſint corpus delicti, debent conſignari illi Judici, qui eſt competens in illis, ſcilicet Eccleſiaſtico. Sperel. *loc. cit.* quando vero Clericus eſt ſuſpectus de fuga, non poteſt retineri ultra viginti horas. Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 11. Farin. *in prax. q.* 8. Dian. *p.* 1. *tr.* 2. *reſ.* 10. Imo Clericus pluries pro armorum delatione captus, & ſe non correxit, non dicitur incorrigibilis, ut a Judice Laico poſſit carcerari, & puniri, poſt trinam Epiſcopi monitionem, niſi dimiſſo habitu Clericali, aſſumptis armis illicitis, inhoneſte ſe geſſerit. Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. Sperel. *deciſ.* 125. Sed debent, ad hoc ut amittat privilegium fori, vel canonis, præcedere hæc: primo delictum; ſecundo trina monitio continua cum limitatione tamen, ut ſupra: tertio contemptus; & hæc requiruntur pro forma, & non poſſunt per æquipollens impleri. Sperel. & Farin. *l. c.* Imo Clericaliter incedens, neque eſt declarandus incorrigibilis ad effectum, ut poſſit puniri a Judice Laico, niſi in enormibus delictis depoſitione dignis, pro quibus illum Eccleſia coercere non poteſt. *c. cum non ab homine. de Jud. c. perpendimus* 23. *de ſent. excom.* Talia delicta ſunt furtum, perjurium, homicidium, uſura, & ſimilia. P. Pirhing. *lib.* 5. *tit.* 19. *ſect.* 6. §. 2. Scacc. *de Jud. lib.* 1. *c.* 11. *num.* 62. Sperel. *deciſ.* 125. *num.* 19. *& per tot.* ubi late tractat hanc materiam; qui ſi adhuc eſt incorrigibilis; eſt excommunicandus; & contumacia creſcente anathematizandus, tandem cum in profundum venerit, & Eccleſia non habeat ultra quod faciat, per ſæcularem comprimendus eſt poteſtatem. Farin. *d. q.* 8. Ambroſin. *de immun. Eccleſ. cap.* 17. quo tamen in caſu ad excommunicationem, ante trinam monitionem, non eſt deveniendum: quia eſt pœna contumaciæ, non delicti. *c. ſacro. de ſent. excom.* Abb. *in cap. cum non ab homine, de Jud.* & poſtmodum perſeverante contumacia, eſt anathematizandus; neque hæc ſufficiuntur ut declaretur incorrigibilis, ad effectum ut tradi poſſit Judici Laico, ſed requiritur contemptus, ſine quo dici non poteſt incorrigibilis, ut perdat privilegium fori. Sperel. *loc. cit.* & ut dici poſſit, quod Eccleſia non habeat ultra, quid faciat, non ſufficit pœnarum defectus, ſed quod propter Rei potentiam non poſſit illum punire, eo quod non poſſit habere in fortiis, qui caſus apud Epiſcopos habentes carceres, vix contingere poteſt; neque iſta ſufficiunt, niſi præcedat ſententia declaratoria Judicis Eccleſiaſtici de incorrigibilitate, niſi incorrigibilitas tranſierit in notorium. Abb. *in c. cum non ab homine, de Jud.* Graſſ. *de effect. Cler. eff.* 1. *num.* 809. Clar. *in* §. *fin. q.* 36. *num.* 34. Sperel. *l. c. num.* 30. *&* 33. vide Scacc. *de Jud. lib.* 1. *c.* 11.

93 Et ut Clericus immiſcens ſe enormitatibus perdat privilegium fori, non ſufficit unum delictum enorme, niſi præceſſerit trina monitio, ſed plura requiruntur. *cap.* 1. *de Apoſt.* Farin. *de inquiſ. q.* 8. Dian. *p.* 1. *tr.* 2. *reſ.* 23. Barb. *cit. c.* 39. *de jur. Eccleſ. & de Off. Epiſc. alleg.* 12. *nu.* 24. Cabal. *reſc. crim. caſ.* 60. Sperel. *deciſ.* 132. *num.* 65. *ſeqq.* Et etiam requiritur, quod in enormitatibus fuerit deprehenſus; vide Sperel. *loc. cit.* Fachin. *lib.* 9. *contr. jur. cap.* 28. Scacc. *l. c.*

94 Clericus de Jure non poteſt degradari realiter, niſi propter incorrigibilitatem, qualecumque delictum commiſerit, licet ipſum occiderit Pontificem. *cit. cap. cum non ab homine, de jud.* Scacc. *loc. cit. n.* 60. ſed tunc ob tale crimen debet detrudi in carcerem, vel Monaſterium. De conſuetudine tamen degradatur ob ſceleris enormitatem. Barboſ. *de offic. Epiſc. alleg.* 110. Scacc. *loc. cit.*

95 Clerici etiam in crimine læſæ Majeſtatis ſunt immunes, & exempti a Judice Laico. Felin. *in prax. q.* 8. Mart. *de juriſd. p.* 4. *caſ.* 133. & ita practicavit Philippus II. in Hiſpania, & Ludovicus XIII. in Gallia, teſte Dian. *p.* 7. *tr.* 1. *reſ.* 10. *&* *p.* 1. *tr.* 2. *reſ.* 19. Genuenſ. *in prax. c.* 72. Et Clericus offendens Principem ſæcularem, non committit crimen læſæ Majeſtatis. Antonel. *de reg. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 9. *nu.* 98. quia ad hunc effectum Reus debet eſſe ſubditus Principis offenſi *&* *num.* 104. & eſt tex. & gl. *in Clem. paſtoralis, de ſent. & re jud.* Gig. *de crim. læſæ Majeſtatis. lib.* 3. *q.* 9. Gomez *de delict. cap.* 2. Clar. *in* §. *læſæ Majeſtatis. num.* 6. *&* 7. ubi Gomez *in* §. *rurſus inſt. de act. poſt num.* 24. Riccius *in prax. pœnarum. reſ.* 322.

96 Quær. primo: an Clerici teneantur ad taxam factam a communitate pro ſalario medici? Reſp. affirmative. ita Pignatel. *conſ.* 77. *tom.* 1. Graſſ. *de effect. Cler. eff.* 3. *num.* 251. *&* 271.

97 Quær. ſecundo: an Clericus non ſufficienter punitus a Judice Eccleſiaſtico, poſſit a Laicis privari ſuis bonis? Reſ. negative, exceptis feudis. ita Dian. *p.* 4. *tr.* 1. *reſ.* 4.

98 Quær. tertio: an Clericus poſſit jurare coram Judice Laico, & ab illo examinari? Reſp. ſine conſenſu

Epi-

Episcopi; negative; cum consensu vero, affirmative in causa civili, nam in criminali nec cum consensu Episcopi potest. Sperel. *decis.* 50. Riccius *in prax. var. p. 2. res.* 459. *cap. pervenit, de jurejur.* Bonac. *in Decal. disp. 4. q. 1. pun. 10. numer. 1.* Abb. *in cap. cum nuntius, de test.* Farin. *de test. q. 61.* Mascard. *de prob. concl. 1358.*

99 Quær. quarto: an Clericus delinquens in Clericatu, si postmodum contrahat matrimonium, possit a Judice Laico puniri? Resp. negative. Dian. *p. 4. tr. 1. res. 6.* Clar. *in §. fin. q. 36. numer. 11.* Genuens. *in prax. cap. 8.*

100 Quær. quinto: an Clericus possit degradari propter delictum enorme, etiam non expressum in jure? Resp. duas esse sententias; prima affirmat, posse degradari pro delictis similibus illis, quæ in jure fuerunt expressa; & hanc tenent ultra sexaginta Doctores, quos citat Cartarius *dec. Archi Episc. 66.* & apud Dian. *p. 10. tr. 11. res. 52.* quale vero dicatur delictum enorme, relinquitur arbitrio judicis. Clar. *in §. fin. q. 36.* Laym. putant, talia delicta fore homicidium qualificatum, uti Prælati, Sacerdotis, fratris, aut patris: assassinium, furtum, sacrilegium, deprædationem communium bonorum, & generaliter omnia delicta, quibus a Jure Civili statuta est pœna mortis. Contrariam tamen, scilicet negativam tenent ultra triginta Doctores apud eundem Cartarium, & Dian. *loc. cit.*

§. VI.

Qualis Judex cognoscat, an Clericus gaudeat privilegio fori, & in quæstione Clericatus, an scilicet captus sit Clericus?

101 Certum est, quod, an Clericus gaudeat privilegio fori, vel illud amiserit, item an sit Clericus nec ne, atque ideo an sit remittendus, solus Judex Ecclesiasticus cognoscat. tex. *in cap. si Judex Laicus, de sent. excom. in 6.* Covar. *pract. quæst. cap. 33. num. 1. in fin.* Mascard. *de prob. concl. 680. num. 7.* Menoch. *de præsump. lib. 6. præs. 76. n. 34.* Gratian. *disc. for. c. 190. n. 13.* Barbos. *ad Concil. Trid. sess. 23. c. 6. in vers. quando Reus, de reform.* Ciarlin. *contr. cap. 20. a num. 42.* Sperel. *decis. 17.* Cabal. *ref. crim. cas. 60. nu. 11.* Grass. *de effect. Cler. eff. 1. a num. 1256.* Alex. Ambrosin. *in tract. de immun. Eccles. c. 23. n. 15.* ubi quod contrarium tenentes deviare dicantur a communi opinione, & a dispositione Canonum. & alii apud Guazzin. *ad defens. 1. c. 3. n. 1.*

102 Et interim dum hæc quæstio discutitur, Judex sæcularis non potest ad ulteriora procedere, sed supersedere debet. Bal. *in L. si qua per calumniam. numer. 4. C. de Episc. & Cler.* Covar. *loc. cit. numer. 1.* Decian. *in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 110.* Guazzin. *loc. cit. num. 4.* Ciarlin. *ubi supra num. 42.* & DD. *loc.*

103 Si tamen Clericus fuit captus in habitu sæculari, manet in carceribus ejusdem judicis sæcularis donec causa cognoscatur, secus si illum cepit in habitu Clericali, vel certe fama erat, quod esset Clericus; tunc enim esset statim remittendus ad Judicem Ecclesiasticum, etiam ante causæ determinationem. Covar. & Guazzin. *loc. cit.* ubi alii. Tusc. *litt. C. concl. 385.* Mart. *de jurisd. p. 2. cap. 31.* Ciarlin. *loc cit. a n. 43.*

104 Sic etiam si Clericus captus a Judice Laico dum dubitatur an sit clericus, vel Laicus petat se ad Judicem Ecclesiasticum remitti, vel Judex Ecclesiasticus dictam remissionem requirat, debet remitti, licet denudato capite non inveniatur tonsura, maxime si erat solitus incedere in habitu Clericali, etiamsi sine illo fuerit captus; quia non censetur dimisisse habitum animo deferendi, sed animo liberius peccandi, & hoc vel magis si edidit patentes Clericatus. Riccius *in prax. res. 540. n. 5.* Barb. *de offic. Episc. alleg. 9. n. 20.* Sperel. *l. c.* Ciarl. *uti supra.*

105 Hinc etiamsi aliquis sine habitu captus fuerit, si ostendat Episcopi litteras, erit statim remittendus. Bal. *in L. si qua. nu. 5. vers. sed pone. C. de Episc. & Cler.* quem sequitur Alex. *cons. 149. n. 5. l. 6.* Tusc. *litt. C. concl. 378. n. 20. & concl. 385. a n. 19. & 32.* Decian. *in tract. crim. p. 1. lib. 4. cap. 9. num. 26. & 112.* ubi, quod Judex sæcularis visis litteris ordinationis non debet anxie discutere, an aliquid contra eas opponere valeat, sed statim remittere debet. apud Ciarlin. *loc. cit. n. 48.* ubi Genuens. *in prax. Archi-Episc. c. 7. n. 11.* idem tenet Guaz. *loc. cit. n. 9.* ubi Rol. *cons. 4. l. 1. n. 5.* Trentacinq. *cons. 11. n. 6. vol. 2.*

Quamvis Ciarlin. *loc. cit. n. 50.* teneat quod, si dictus Clericus notorie diu se gessit pro Laico, faciendo actus cum Clericatu incompatibiles, ita ut communiter haberetur pro Laico, & hoc satis constabat Judici, etiamsi tunc ostenderet instrumentum suæ ordinationis, non statim remittendus sit; quia tunc talis remissionis petitio videtur calumniosa, ut probare videtur tex. *in cap. si Judex Laicus.* 106

Similiter Guazzin. *loc. cit. n. 5.* tenet quod, si captus voluerit remitti ad judicem Ecclesiasticum tanquam Clericus, si ad oculum appareat non incedere in tonsura, Judex Laicus possit denegare remissionem ad judicem Ecclesiasticum, tanquam calumniosam, ubi post Steph. Aufrer. *in tract. de potest. sæcul. & Eccles. in in 20. fallent.* Mascard. *de prob. concl. 189. num. 8. & seq.* Farin. *quæs. 8. n. 34. in fin.* Sigism. Scacc. *in tract. crim. c. 11. n. 89.* Decian. *in tract. crim. tom. 1. l. 4. c. 9. n. 101.* Ambrosin. *de immun. Eccles. c. 13. n. 15. vers. pro concord.* si non habeat ordinationis instrumentum, juxta supra dicta, & continuo se gessit pro Laico. Ciarlin. *loc. cit. num. 67.* Ricc. *in prax. Cler. res. 540. num. 7.* 107

Ex quibus sequitur, quod ad effectum remittendi Clericum sufficiat probare Clericatum per præsumptionem, quæ sit tanta, ut transferat onus probandi in adversarium, puta delatione habitus & tonsuræ, instrumento ordinationis, publica voce, & fama &c. ita ut singula sufficiant. vide Guazz. *loc. c. n. 9. vers. quinto quoad effectum.* Ciarlin. *l. c. n. 31. seqq. & DD. cit.* 108

Quod autem diximus, quæstionem Clericatus &c. pertinere ad solum Judicem Ecclesiasticum, intelligendum est, quod nihilo minus debeat vocare, & citare advocatum fiscalem Judicis sæcularis, & eum, cujus interest. Juxta cit. *cap. si Judex Laicus, de sent. excom. in 6.* Sperel. *dec. 17.* Ansald. *de jurisd. p. 2. tit. 11. cap. 35.* Pignatel. *tom. 2. cons. 44.* Scacc. *de Jud. l. 1. c. 11.* & DD. *supra cit.* apud quos plura de hac materia. 109

Quia vero Clericatus non præsumitur; quia Laici omnes nascimur, Menoch. *de præsum. l. 6. præst. 76. a n. 1.* Tusc. *litt. C. concl. 378.* Mascard. *de probat concl. 307.* Mart. *de jurisd. p. 2. c. 31.* Garz. *de Benef. p. 7. c. 1. n. 138.* Ciarl. *d. c. 20.* ideo a prætendente se talem esse ad effectum privilegii fori, & canonis &c. probari debet; probatur autem per testes, si Clericus allegat litteras patentes fuisse deperditas. Item per publicam famam. DD. apud Sperel. *cit. c.* Garz. *l. c. num. 139.* Item per protocollum Notarii, nisi diu notorie se pro Laico gessisset, & quod testes debeant interfuisse ordinationi, docet Mascard. *de prob. concl. 303.* Capon. *disc. for. 401. concl. 3.* Grass. *de effect. cler. in prælud. n. 206. seqq.* ubi DD. apud quos plura quomodo probetur Clericatus. late Farin. *quæs. 8. numer. 40.* Guazzin. *loc. cit.* Ex quibus ergo patet, minorem probationem requiri ad remissoriam faciendam, quam in causa principali, ad videndum an gaudeat privilegio fori &c. 110

§. VII.

De Delictis, & pœnis Clericorum.

In primis Clericus non potest donare suæ concubinæ; nisi pro meritis probatis, aut pro illa dotanda, de quibus vide late Mantic. *de tac. & ambig. lib. 21. tit. 3. a n. 13.* Ciarl. *contr. for. cap. 23.* & concubinarius, vel fornicarius publicus, seu notorius est suspensus, & celebrans fit irregularis. *cap. nullus. cap. præterea dist. 32. cap. si qui sunt. dist. 81. cap. vestra, & cap. fin. de cohab. Cler.* ubi Abb. Lambertin. *de Jurep. p. 1. l. 2. q. 9. n. 20.* Clar. *in §. fornicatio. n. 4.* & DD. apud Garz. *de Benef. p. 7. c. 14. n. 15. seqq.* qui tamen circa hoc ultimum, quod nempe fiat irregularis, tenet contrarium, imo, quod etiam pœna suspensionis non sit amplius in usu. quem vide *num. 32.* & *p. 11. c. 10. a n. 181.* in quibus locis tenet, quod talis non sit suspensus ipso jure, sed post trinam monitionem tantum suspendendus ut infra. 111

112 II. Clerici, uti etiam Regulares, prohibentur ſtudere Juri Civili, niſi id faciant, ut melius addiſcant Jus Canonicum. *cap. 2. ne Cler. vel Monac. in 6.* aliter fiunt irregulares. Bonac. *de cenſ. diſp. 7. q. 3. pun. 7. §. un.* vel niſi in clauſtris, aut privatim ſtudeant. Dian. *p. 3. tr. 2. reſ. 79.* aliter incutrunt excommunicationem. *cap. ſuper ſpecula, ne Cler. vel Mon.*

113 III. Clerici ob crimen uſurarum, ſunt deponendi: ſed prius ab ordinis exercitio ſuſpenduntur. *cap. præterea, de uſur.* & ſi poſt ſuſpenſionem non reſipiſcunt, deponuntur. Hoſt. *in ſum. de uſur.* Covar. *l. 3. var. reſ. c. 3.* Sper. *dec. 116.* & ſic debent eſſe incorrigibiles, ut eſt tex. *in c. 2. diſt. 47.*

114 Sed an poſſint reſtitui lapſo tempore ab Epiſcopo, controvertitur; affirmant multi apud Sperel. *dec. 116.* quia condemnatus, vel depoſitus ob contumaciam non fit infamis. Negant alii: quia incurrit uſurarius Juris infamiam. *cap. inter dilectos, de exceſſ. Prælat.* ubi Abb. Covar. *l. c.* & depoſitio etiam verbalis, irrogat infamiam: quod tamen illam infamiam Epiſcopus poſſit tollere, videtur tenere Covar. *loc. cit. num. 3.* ex gloſſ. communiter recepta in *d. cap. præterea. de uſur.*

115 IV. Clericus committens delictum, propter quod ipſo jure privatur Beneficio, an perdat totaliter illius dominium, debeatque illud dimittere in conſcientia etiam ante Judicis ſententiam ſeu declaratoriam? non conveniunt Doctores. affirmativam tanquam veriorem defendit Garz. *de Benef. p. 11. c. 10. nu. 18. ſeqq.* ubi illam rationibus, & auctoritatibus comprobat, & inter alios citat Abb. *in repetit. cap. extirpandæ. §. qui vero. nu. 12. de præb.* Felin. *in cap. in noſtra, de reſcr. corol. 2. n. 12. & 13. & in cap. inquiſitionis, de accuſat. n. 7.* Navar. *in manual. c. 23. n. 67.* Pariſ. *de reſignat. l. 3. quæſt. 1. a n. 21. & 22.* qui alios citat, & hanc ſententiam defendunt etiam Anchar. *in cap. cum ſecundum leges, de hæret. in 6.* & quod talis beneficiatus non faciat fructus ſuos, defendit Azor. *inſtit. mor. l. 5. c. 8. quæſt. 3. circa med.* & alii plurimi apud Garz. *loc. cit. nu. 11.* quia licet lex inducens privationem bonorum ipſo jure propter aliquod crimen non poſſit obligare delinquentem, ut is exequatur in ſe pœnam ante ſententiam; quia eſſet intolerabilis; tamen ſecus eſt in beneficiis, & officiis publicis, quæ dependent ab Eccleſia, vel Republica, a quibus conferuntur, & ſic poſſunt ab eis dari, & auferri, prout placuerit ex cauſa; quia lex poteſt etiam impedire acquiſitionem fructuum, & obventionum: tum quia hujuſmodi beneficia poſſunt impetrari, & conferri aliis, illo etiam non vocato, ut dicit tex. *in cap. licet Epiſcopus, de præb. in 6.* Felin. *in cap. cæterum, de reſc.* Rochus *de Jurepatr. verb. honorificum. n. 87.* Hojed. *de incompat. benef. cap. 4.* Pariſ. *l. c. & l. 11. quæſt. 10.* &tempus ad præſentandum, vel conferendum curret a die habitæ ſcientiæ criminis. Quamvis hæc ſententia vera nobis videatur, tamen etiam contraria ſententia non caret ſuis ferme innumeris, & magni nominis authoritatibus, quas longa ſerie videre poteris apud Garz. *l. c. nu. 8.* & ſignanter Covarru. *in 4. 2. part. c. 6. §. 8. n. 8. verſ. quod ipſe intelligerem.* Zerol. *in prax. Epiſc. verb. privatio. verſ. ad quintum, omiſſis &c.* Ugolin. *de ſimon. tab. 1. c. 21. §. 3. verſ. quoad privationem.* Suarez *de L. L. l. 5. c. 8. n. 3. & n. 5.* ubi hanc ſententiam vocat probabiliorem, & ſecuram, & oppoſitam nimis acerbam. Et eſt tex. *in cap. ſecundum leges, de hæret. in 6.* Quarant. *in ſum. Bullar. verb. alienatio. n. 49.* P. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. p. 1. c. 30.* ubi de communi, & quod retineat poſſeſſionem naturalem juſtam, vel etiam titulum utilem *& p. 2. verb. ſimonia c. 4. n. 1.* Ciarlin. *c. 115. contr. for. n. 31.*

Quæ poſterior ſententia tamen limitatur a ſuis primo, quando lex expreſſe privaret beneficio propter aliquod delictum, ita ut expreſſe ſtatuat, ut reus teneatur illud beneficium dimittere ante omnem ſententiam declaratoriam. Azor. *l. c.* Suarez *ubi ſupra.* ibi: *niſi ex aliis verbis legis &c. aliquid amplius colligatur.* P. Theſaur. *l. c. verſ. limita II.* ubi quod lex poſſit ſic obligare; & exempla ponit *in p. 2. cap. 2. verb. ſimonia.*

Limita ſecundo in pœna privationis beneficii nondum abſolute quæſiti, ſed ſub certo aliquo modo, vel conditione reſolutiva. Leſſ. *lib. 2. cap. 34. nu. 101.* DD. apud Garz. *d. p. 11. cap. 10. num. 29.* quem refert P. Theſ. *l. c. verſ. limita I.* Hinc eſt, quod Parochus non ſuſcipiens ſacerdotium infra annum, teneatur in conſcientia dimittere Parochiam etiam ante ſententiam, aut præviam monitionem. *cap. licet Canon. il. 1. de elect. in 6.* Rebuff. *in prax. tit. de non promot. intra annum.* Navar. *in man. cap. 24. numer. 118. verſ. 8.* Zerol. *in prax. p. 1. verb. beneficium. verſ. dico quarto principaliter.* Hojed. *de incompat. p. 1. cap. 24. num. 19.* & alii apud Barboſ. *de offic. & pot. Paroch. p. 1. cap. 5. num. 1.* Et hæc quoad forum internum.

Quoad forum externum vero, dato etiam quod in foro conſcientiæ retineat jus in beneficio &c. donec per ſententiam privetur, aut privatus declaretur, ſecuta tamen privatione, ſeu declaratione tenebitur reſtituere fructus, quos percepit a die commiſſi delicti, vel percipere potuit, ſive extent, ſive ſint conſumpti, & ſive ſit effectus locupletior, ſive non, ut pluribus probat Mareſc. *lib. 2. var. reſ. cap. 34. num. 4. & 6. per tex. in L. eum qui, in princ. ff. de his, quib. ut indign.* Gloſ. *in auth. de inceſt. nupt. §. 1. verſ. imminere.* Felin. *in cap. Rodulphus. nu. 38. de reſcr.* Tiraquel. *in L. ſi unquam. in verb. revertatur. num. 209. C. de revoc. don.* quia retinens beneficium, quo eſt privatus ipſo jure, dicitur intruſus. Felin. *in cap. in noſtra corol. 2. de reſcr.* ita Mareſc. *l. c. num. 4. & 5.* ubi & quod furtum committat. Theſaur. *l. c. verſ. ampl. II.* ubi tamen concedit, quod poſſit ſibi aliquid retinere pro compenſatione laborum, ſeu ſervitutis Eccleſiæ exhibitæ. Sanchez *in Decalog. c. 26. n. 11.*

Ex quibus colligitur primo, quod talis declaratio, ſeu condemnatio retrotrahatur uſque ad diem commiſſi criminis, propter illa verba *ipſo jure, ipſo facto &c.* Suarez *de LL. d. lib. 5. cap. 8. num. 3. verſ. ſecundo hinc fit.* ita ut reſcindantur ipſo jure omnia acta ex jure dicti beneficii. P. Theſaur. *l. c. verſ. limit. III. & cap. 6.* qui tamen limitat quoad acta facta ex publica poteſtate, ſcilicet actu juriſdictionis ut in Epiſcopo, ſeu Prælato, qui tale crimen inducens pœnam privationis ipſo jure &c. commiſit, beneficia conferente &c. Ubi dat rationem; quia & ſi quis incidit in pœnam privationis latæ ſententiæ, tamen quamdiu delictum manet occultum, acta per eum ſunt valida, neque caſſantur per declaratoriam ſubſecutam; quia retinuit poſſeſſionem, & titulum coloratum. *arg. l. Barbarius,* & ibi DD. *ff. de offic. Præſ.* Felin. *in cap. Rodulphus. num. 43. poſt med. de reſcript.* Garz. *p. 5. cap. 4. de benef. num. 328. & 329. ſeq.* ubi late, apud quos DD. plura de hac re. Ubi quod idem procedat, etiamſi fuiſſet declaratus, ſed tamen appellaſſet &c. vide.

Colligitur ſecundo, quod quis poſt commiſſum tale delictum poſſit quidem ante declaratoriam beneficium reſignare; ſed poſt declaratoriam reſignatio eo ipſo caſſetur. Sanchez *l. c. num. 9.* Theſ. *l. c. verſ. amplia III.* & ſic optime poſſunt procedere, nempe quoad forum externum, illa, quæ pluribus tradit Pariſ. *de reſignat. Benef. d. lib. 3. quæſ. 1. a num. 21.*

116 V. Armorum delatio eſt prohibita Clericis. *cap. 1. cap. cum a Judæis cap. quicumque. 23. q. fin. Clem. 1. de vit. & honeſt. Cler.* Menoch. *de arbitr. caſ. 394. num. 31.* Graſſ. *de effect. Cler. eff. 20.* & quidem ſub pœna excommunicationis ferendæ. *cap. 2. de vit. & honeſt. Cler.* Covar. *pract. quæſt. cap. 33. & lib. 2. var. reſ. cap. 20. verſ. trigeſimo ſexto.* Barb. *de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 40. num. 137.* Tranched. *conſ. 104.* & niſi reſipuerint, tamquam S. S. Canonum contemptores ſunt deponendi. Sperel. *dec. 122.* Regulares vero ferentes arma ſeu tenentes infra ſcepta ſui monaſterii ſine Abbatis licentia, ſunt ipſo facto excommunicati. *Clem. ne in agro, de ſtat. Monach.* §. *quia vero. in fin.* Abb. *in cap. 2. de vit. & honeſt. Cler.* Limita, cum feruntur pro neceſſaria defenſione ſui: quia ſi eſt licitus finis, debent etiam eſſe licita media ad illum. *L. 2. ff. de juriſd. omn. jud.* Cabal. *reſ. crim. caſ. 62. a num. 1.* Ciarlin. *loc. cit. a num. 18.* Barb. *loc. cit. a num. 139.*

117 Blaſphemator, aut negotiator, qua pœna puniatur, vide Riccium *in prax. pœn. reſ. 327. & 328.* Barboſ. *l. ſup. c. an. 114.*

118 VI. Clericus ſodomita, poſt Bullam Pii V. quæ incipit *horrendum ſcelus.* eſt ipſo jure privatus ſuis Beneficiis, quoad utrumque forum. Garz. *de benef. p. 11. c. 10. §. 2.* quamvis an iſta Bulla ſit recepta quoad forum internum, videatur dubitare ipſe Garz. *l. c. n. 197. in fin.* & negativam cum Dian. *part. 2. tr. 3. miſcellan. reſ. 61.* & aliis, tenet Barboſ. *de Jur. Eccleſ. cap. 40. n. 48. in fin. 1.* & principalis concluſio procedit, dummodo

do exercuerit sodomiam, quod non verificatur in uno vel altero actu, sed plures requiruntur. Genuens. *in prax. cap.* 82. Leo *in thes. fori Eccles. p.* 3. *c.* 4. *n.* 29. *&* 30. Del Rio *de Magia l.* 5. *sect.* 16. *p.* 808. *vers. secundo loco.* Barbos. *de off. Episc. alleg.* 44. ubi DD. & fit irregularis, licet sodomitaverit fœminam. Garz. *loc. cit.* Riccius *in prax. p.* 1. *res.* 313. & quod possit degradari, tenent DD. apud Farin.. *q.* 148. Menoch. *de arbit. cas.* 286. & licet delictum sit occultum, & egerit pœnitentiam Clericus, tamen remanet suspensus. Menoch. *loc. cit.* Contrarium tamen tenet Quarant. *in Summ. Bull. verb. Sodomia.* Barbos. *l. c. numer.* 27. *de offic. Episc.* ubi alii.

119 Ob simplicem vero fornicationem non potest deponi. Imol. *in cap. ut Clerici, de vit. & honest. Cler.* Abb. *in cap. fin. de purg. vulgari. & in cap. significasti, de adulter.* Riccius *in prax. var. res.* 614. apud quem DD. *part.* 1.

120 VII. Clericus gerens se pro Sacerdote, cum talis non sit, deponitur, ut imposterum non ordinetur. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 8. & probatur *ex cap.* 1. *de Cler. non ord. ministr.* & infra *n.* 125.

121 VIII. Clericus jaculator, Histrio, & Scurra per annum artem exercens; vel brevius, & ter monitus non resipiscens, ipso jure privatur privilegio Clericali. *cap. un. de vit. & hon. Cler. in* 6. Farin. *de inquis. q.* 8. Grass. *de effect. Cler. eff.* 1. *num.* 1234. Bonac. *in Decal. disp.* 10. *q.* 2. *pun.* 1. §. 4. ampliatur ad exercentem negotia sæcularia, si ter monitus non desistit; item ad lanienam, vel cauponam publice exercentem *Clem.* 1. *de vit. & hon. Cler.* DD. *cit.* item ad assassinium, dummodo fuerit talis declaratus a Judice. Bonac. & Grass. *loc. cit.*

122 IX. Clericus concubinarius non est eo ipso privatus suis beneficiis, imo nec est privandus, nec deponendus, sed suspendendus. glos. *in cap. Maximianus, dist.* 81. Clar. *in* §. *fornicatio. num.* 3. nisi ter monitus non desistat: tunc enim esset beneficiis privandus. Concil. Trid. *sess.* 25. *c.* 14. *de reform.* Dian. *p.* 5. *tr.* 1. *res.* 49. Farin. *cons.* 80. *n.* 13. *&* 47. *&* *p.* 4. *quæs.* 138. *nu.* 81. apud Garz. *de benef. p.* 11. *c.* 10. *a nu.* 101. Riccius *p.* 3. *res.* 304. juxta quos requiritur trina monitio contra nonnullos. Genuens. *in prax. Archi-Episc. c.* 37. *impress. Venet.* ubi Rot. coram Penia impressa *in d. cons.* 80. Farinacii. quæ monitio debet esse specialis in personam facta. glos. *in Clem.* 1. *de vit. & honest. Cler.* ubi Card. Imol. & alii apud Genuens. *l. c.* & est tex. *in cap. sicut, & cap. si autem, de cohab. Cler. & mulier.* Limita ad effectum illos extraordinarie puniendi; tunc enim non requiritur trina monitio. *cap. tua nos, eod. tit.* Genuens. *loc. c. n.* 6.

123 X. Clericus stuprans per vim, punitur depositione, & detruditur in Monasterium, vel in carcerem. DD. apud Farin. *q.* 147. Clar. *in* §. *stuprum. nu.* 3. Stuprans vero sine vi, punitur arbitrarie. Menoch. *de arbitr. cas.* 288. tenetur stupratam dotare. Clar. *loc. cit. vers. sed quæro.* Riccius *in prax. p.* 2. *res.* 414. Si vero est in sacris, & stuprata hoc scivit nec stuprum fuit violentum, stuprator excusatur a dotando; quia tunc non dicitur decepta. Antonel. *de regim. Eccles. l.* 6. *c.* 30. & citat Graff. *dec. aur. lib.* 2. *p.* 1. *c.* 79. *num.* 12. Quæ tamen Antonelli doctrina, si dubium esset, an Clericus in sacris constitutus decepisset, aut deceptus fuisset, procedere non posset; quia cum *cap. si seduxerit.* 1. *de adult. & stupr.* fundetur in præsumptione, quod corrupta non fecisset sui corporis copiam, nisi stuprans promisisset, quod stupratam vellet ducere, aut dotare, & eadem præsumptio militet etiam in corrupta a Clerico in sacris constituto, quod illi non consensisset, nisi dotem, aut damnorum resarcitionem promisisset, & ita ex promisso eandem teneretur dotare, ideo tantum, & ad summum procedere posset, quando constaret, quod Clericus a stuprata fuerit seductus, aut alias constaret, quod sine ulla promissione Clerico consenserit, & sic juribus suis renunciaverit, & sic dicti Antonelli doctrina concordari posset cum aliis DD. nempe Farin. *in prax. crim. quæs.* 147. *n.* 107. *&* 112. *tit. de delict. carn.* Molin. *de just. tr.* 3. *disp.* 104. P. Thes. *de pœn. Eccles. p.* 2. *un. verb. stuprum.* P. Pirhing. *lib.* 5. *decret. tit.* 16. *sect.* 2. §. 2. *num.* 42. *&* 47. *in fin.* & alii; qui volunt absolute, Clericum in sacris constitutum Virginem stuprantem teneri ad dotandum; quod certe æquitas suadet, ut sic damnum, quod fuit tum puellæ, tum ejusdem parentibus illatum, resarciatur.

XI. Clericus accusans aliquem criminaliter, si propterea sequatur pœna sanguinis, vel mutilationis, fit irregularis, nisi accusaverit cum protestatione citra pœnam sanguinis. Riccius *in prax. irregularitatis. res.* 464. *p.* 1. ob tex. *in cap. Prælatis de homic. in* 6. 124

XII. Clerici non Sacerdotes celebrantes Missam, fiunt irregulares. Gavant. *in Enchirid. Episc. verb. irregularitas.* & plurimi apud Dian. *p.* 3. *tr.* 2. *res.* 77. probatur *ex cap.* 1. *de Cler. non ord. minist.* Bonac. *de cens. disp.* 7. *q.* 3. Antonel. *de regim. Eccles.* 6. *c.* 8. 125

XIII. Clericus ebriosus, si monitus non resipiscit, est suspendendus ab officio, vel Beneficio. *cap. a crapula, de vit. & hon. Cler.* ubi Abb. P. Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 4. 126

XIV. Clericus se ipsum percutiens, incidit in pœnam canonis, *si quis suadente.* Riccius *in prax. var. res. p.* 2. *res.* 472. Grass. *de effect. Cler. eff.* 9. apud quem ultra triginta DD. quidquid dicant nonnulli apud Dian. *p.* 3. *tr.* 5. *res.* 81. Consentiens vero suæ percussioni, vel injuriæ, est excommunicandus. Bonac. *de cens. disp.* 2. *q.* 4. *punct.* 25. 127

XV. Clericus blasphemus, si non habet beneficium, pro prima vice punitur pœna pecuniaria, vel corporaliter; secunda vice carceribus mancipatur: tertia vice verbaliter degradatur, & ad triremes mittitur. ita Bulla Pii V. contra blasphemos, quæ incipit *Pius Episcopus*; quæ in Bullario est sexta. Riccius *in prax. res.* 316. apud Ciarlin. *contr. for. c.* 15. *num.* 68. 128

XVI. Clericus in civilibus consentiens in Judicem Laicum, potest puniri arbitrio Episcopi. Ansald. *de Jurisd. p.* 2. *tit.* 11. *cap.* 1. Farin. *de inquis. lib.* 1. *q.* 8. Cabal. *res. crim. cas.* 225. & in criminalibus consentiens in judicem Laicum, potest deponi. *cap. placuit.* 11. *q.* 1. Ansald. *loc. cit.* nam Laici Clericos punire non possunt, etiam quando eorum pecora damnum dederunt agris, neque indirecte auferendo animalia; quia taliter revera ipsi Clerici punirentur; animalia enim puniri non possunt. *cap.* 2. *de const.* Barb. *de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 122. Dian. *p.* 1. *tr.* 2. *res.* 80. Et sunt Laici incapaces Jurisdictionis in Clericos, nisi habeant privilegium a Sum. Pontif. ut habere perhibentur Reges Galliæ; non obstante quacumque consuetudine, etiam immemoriali. Dian. *p.* 7. *tr.* 1. *res.* 18. apud quem DD. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 10. Neque possunt puniri a Laicis, si vendunt vinum ultra taxam. Dian. *p.* 1. *tr.* 2. *res.* 71. neque falsis mensuris utentes. idem *res.* 76. Barb. *in collectam. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 17. apud quem Matta, & alii; neque delinquentem in officio sæculari. Squillant. *de privil. Cler. cap.* 7. Bonac. *in Bull. Cœn. disp.* 1. *q.* 16. Dian. *p.* 4. *tr.* 1. *res.* 39.

XVII. Clerici abortum procurantes fœtus, juxta Bullam Sixti V. quæ incipit *effrænatam*; privantur privilegio Clericali, dignitatibus, & officiis, ac Beneficiis, & hæc Bulla obligat in conscientia, etiam ante sententiam, juxta Garz. *de benef. p.* 11. *cap.* 10. *num.* 18. qui citat Abb. Felin. Navar. Paris. & alios; quod ante sententiam non obliget, tenet Sanctarel. *de Apost. cap.* 4. Barb. *de off. Episc. alleg.* 44. nisi casus esset manifestus: tunc enim obligaret etiam ante sententiam. P. Thesaut. *de pœn. Eccles. p.* 2. *cap.* 1. *verb. abortus. vers. II. privationem & p.* 1. *cap.* 27. *&* 30. ubi tamen absolute tenet, quod similes pœnæ in nullo foro ligent ante declaratoriam. vide supra *num.* 115. 130

XVIII. Clerici falsitatem in litteris Apostolicis exercentes, ultra excommunicationem, Beneficiis, & officiis ipso jure privantur, & præterea degradandi sunt & tradendi Curiæ sæculari. *cap. ad falsariorum, de crim. fals.* Thesaur. *de pœn. Eccles. p.* 2. *verb. falsificatio cap.* 14. vide *cap. ad falsariorum, de crim. falsi.* Graz. *de benef. p.* 11. *c.* 10. *n.* 70. Barbos. *in d. cap. falsariorum*, ubi dicit: quod ad incurrendam dictam pœnam sufficiat unicus actus: licet verbum „ *exercens* „ denotet frequentiam actuum. vide Farin. *in prax. p.* 6. *de falsit. q.* 151. *n.* 12 falsificantes vero litteras aliorum Principum, ultra exilium, deponuntur. *cap. ad audientiam de crim. fals. gl. in cap. cum non ab homine, ver. postmodum, de Jud.* In aliis causis vero ob falsitatem, puniuntur arbitrio Judicis. Clar. *in* §. *falsum. vers. sed quæro.* Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 26. *num.* 131

3. *&*

3. & *seq.* Menoch. *de arbitr. cas.* 318. & 306. ubi late & *num.* 7.

132 XIX. Clerici perjuri, non sunt privati ipso jure Beneficiis, sed sunt privandi *c. querelam, de jurejur.* Antonel. *de regim. Eccles. l.* 6. *c.* 27. Abb. & Feln. *in d. cap. querelam.* Farin. *l.* 5. *q.* 160. Garz. *de benef. p.* 11. *c.* 10. §. 2. *n.* 167. Clar. *in* §. *perjurium vers. item Clericus.* apud quos alii. Perjurus vero dicitur, quicumque jurans, qualicumque verborum forma, promissa non servat. *cap. quacumque arte.* 22. *q.* 5. Limit. si lege cogente non servat promissa, vel juramentum. Pasqual. *de pater. potest. p.* 1. *c.* 8. vel superiore præcipiente: uti parte &c. Pasqual. *l. c.* alios casus a pœna excusantes vide apud Antonel. *l. c.*

133 XX. Clerici propter furtum puniuntur pœna depositionis. *cap. presbyter. dist.* 81. *cap. cum non ab homine, de jud.* Ciarl. *contr. for. c.* 207. *n.* 16. & ita punitur homicidium, licet sit qualificatum. Ansald. *de Jur. p.* 3. *tit. un. c.* 6. Covar. *in Clem. si furiosus.* 2. *par.* §. 3. *n.* 7. Farin. *l.* 1. *q.* 8. *de inquis. & de homicid. q.* 119. *inspect.* 3. cujus loco hodie successit pœna triremium. Farin. *in prax. quæst.* 114. *n.* 55. Ciarl. *l. c. nu.* 14. non privatur ipso jure Beneficiis, sed per sententiam. DD. apud Garz. *p.* 11. *c.* 10. *de benef. n.* 39. & hoc licet homicidium esset qualificatum. Limit. si esset commissum contra Episcopum, vel Cardinalem, vel si esset assassinium. Farin. *l. c.* fit tamen inhabilis ad alia beneficia obtinenda. Navar. *in man. c.* 27. *nu.* 140. Innoc. *in cap. cum nostris, de conces. præb.*

134 XXI. Clericus invadens gladio evaginato Vicarium generalem, potest damnari ad triremes. Riccius *in prax. var. res. p.* 2. *res.* 132. & 104.

135 XXII. Clericus assassinus potest absque degradatione verbali, non tamen sine reali, a Judice sæculari puniri. Carrer. *in pract.* 3. *tr. de homicid.* Covar. *l.* 2. *var. res. c.* 20. *vers. Sexto deducitur.* Gabr. *com. concl. lib.* 7. *concl.* 1. *n.* 32. dummodo præcedat declaratoria, quod sit assassinus: quæ, an debeat fieri a Judice Ecclesiastico, vel sufficiat, si fiat a Judice Laico, controvertitur inter DD. Legistas & Canonistas apud Farin. *q.* 123. *inspect.* 3. *de homic. q.* 46. & quod de Jure res videatur clara, quod spectet ad Judicem Ecclesiasticum, tenet Clar. *in* §. *fin. quæs.* 38. *vers. bene verum est*, quidquid deinde de consuetudine observetur. Barb. *in cap.* 1. *n.* 14. *de homic. in* 6. Dian. *p.* 1. *tr.* 2. *res.* 51. *vers. dico igitur*, ubi quod alias Judex Laicus incurret in excommunicationem Bullæ Cœnæ (quod idem dicit etiam de Clerico incorrigibili, sodomita &c.) Salzedo ad Diaz *in prax. c.* 100. §. *notabis*, ubi de communi. & alii apud P. Thesaur. *de pœn. Eccles. p.* 2. *verb. assassinium*, *cap. un.* ubi, quod consuetudini contrariæ censeatur derogatum per Bull. Cœnæ Domini, ex Rot. *decis.* 10. *n.* 24. *p.* 2. *noviss.*

136 * Clerici a profanis Bacchanalium licentiis specialiter abstinere jubentur. Benedict. XIV. Const. *Inter cætera.* *

137 Clericus licet regulariter torqueri non possit, de licentia tamen Episcopi, potest a Laicis torqueri; quia alias nunquam posset torqueri. Riccius *in prax. par.* 1. *res.* 537. Scacc. *de Jud. l.* 1. *c.* 11. Farin. *de indic. q.* 41.

138 Clericus alienæ diœcesis non est admittendus ad celebrandum nisi habeat formatas, & commendatitias proprii Episcopi. *cap. fraternitati, de Cler. non resid.*

139 Clerici, licet juxta communiorem possint retinere feudum Laicale. Fachin. *lib.* 7. *contr. Jur. cap.* 35. Clar. *in* §. *feudum q.* 78. *num.* 4. Mynsing. *cent.* 5. *obs.* 48. tamen non possunt dici illorum vasalli; quia esset indignum, sicut indignum esset Pontificem vel Imperatorem, si ab aliis feudum haberent, dici eorundem vasallos. Mart. *de Jurisd. p.* 4. *cent.* 2. *cas.* 188. Clerici vero qua tales sunt superiores Imperatore. Dian. *p.* 5. *tr.* 1. *res.* 19. contrarium tamen volunt multi apud eundem Dian. *loc. cit.*

140 Clerici, quia non tenentur ad hospitandum milites, imo hoc privilegium communicent Patri, & fratri in communi secum viventibus. juxta *L.* 1. *Cod. de Episc. & Cler.* Ricc. *p.* 3. *res.* 28. Gras. *de effect. Cler. eff.* 3. *num.* 122. Dian. *p.* 4. *tr.* 1. *res.* 32. ideo contravenientes possunt arbitrio Episcopi puniri. Cabal. *res. crim. cas.* 225. *num.* 9. Farin. *in pract. crim. de inquis. quæst.* 8. *num.* 10. Genuens. *in prax. Curiæ Archi-Episc. Neapol. cap.* 6. *nu.* 9.

Clericus, quando Laicus citavit quoscumque sua interesse putantes, quæ citatio dicitur invitatoria, non arctatoria, si comparet, tenetur stare sententiæ ejusdem Judicis Laici. Scacc. *de Jud. l.* 1. *c.* 11. *n.* 100. Vant. *de nullit. ex def. Jurisd. n.* 101. Eccles. *obs.* 186. *n.* 12. Barbos. *de Jur. Eccles. l.* 1. *c.* 39. §. 2. *n.* 105. Bellet. *p.* 1. §. 3. Farin. *in prax. q.* 8. an vero clericus aliter citatus comparere debeat, aut possit coram judice Laico, vide supra in verbo *Citatio.* 141

Clericorum nomine, in odiosis non veniunt Canonici. Riccius *in prax. var. res. p.* 2. *res.* 292. 142

COADJUTORIA.

Praxis Coadjutoriæ.

Coadjutor non datur, nisi ob causam urgentem necessitatis, vel utilitatis Ecclesiæ, a Summo Pontifice approbatam; sermo est de Coadjutore Episcopi. Paris. *de resign. l.* 7. *c.* 20. Navar. *cons.* 1. *de Cler. ægrot.* 1

Coadjutor alius est perpetuus, & cum futura successione, alius temporalis. Perpetuus, & cum futura successione, non dicitur Beneficium, nec tenetur ad horas canonicas. Navar. Suar. & alii apud Garz. *de benef. p.* 4. *c.* 5. *n.* 122. & *p.* 3. *c.* 1. *n.* 109. ubi S. Congr. sub Paulo V. Barb. *de jur. Eccles. lib.* 3. *c.* 10. *num.* 49. Dian. *p.* 5. *tr.* 13. *res.* 75. Rot. apud Merlin. *decis.* 141. *n.* 4. & perpetuus, & cum futura successione non potest dari, nisi a Pontifice. Garz. *l. c.* Barbos. *de off. Episcop. alleg.* 118. Paris. *de resign. l.* 7. *q.* 20. *n.* 14. Quarant. *in Sum. Bullar. verb. Archi-Episcopus. n.* 9. Monet. *de distrib. p.* 2. *q.* 1. *n.* 33. 2

Porro causæ dandi coadjutorem Ecclesiæ Cathedrali, vel Episcopo solent esse; Senectus Episcopi, ejus ægritudo, dementia, inhabilitas, si sit suspectus de dilapidatione. Barbos. *d. alleg.* 118. Garz. & Paris. *loc. c.* Idem dic de coadjutore dando Parochis infirmis &c. quia justum est, quod Rector factus inutilis privetur, cum afflictis non sit addenda afflictio. *cap. de Rectoribus. cap. fin. cap. ex parte, de Cler. ægrot. c.* 1. *eod. in* 6. Navar. *eod. tit. cons.* 1. Garz. & Barbos. *l. c. & lib.* 3. *Jur. Eccles. cap.* 10. *a n.* 5. *usque ad* 14. & coadjutor datur etiam capto ab hostibus. 3

Coadjutor, licet non sit stricte Beneficiatus, tamen tenetur ferre habitum, & Tonsuram, & gaudet privilegio fori, gaudet etiam regula de annali, & triennali possessione. D. D. *mox. cit.* Gras. *l. c. a n.* 97. Barbos. *d. c.* 10. *n.* 83. *seq.* 4

Coadjutor Episcopi non potest ingredi Civitatem Pontificaliter, licet sit cum futura successione; quia licet habeat jus ad rem, non tamen habet jus in re, neque potest uti uti cruce in Pontificalibus functionibus; quia caret Jurisdictione, cujus crux est signum. Sac. Congr. apud Barbos. *de Jur. Eccles. l. c. n.* 35. potest tamen absente Episcopo, exercens Pontificalia uti cappa, cum illa sit tantum ornamentum dignitatis Episcopalis: præsente vero Episcopo debet uti mantelleto, & rocheto, nunquam tamen cum mozzeta. Barbos. *d. alleg.* 118. apud quem declaratio S. Congr. & apud de Matta *de consistor. caus. sect.* 22. *n.* 44. ubi quod etiam eidem Pontificaliter celebranti Canonici assistere debeant, & illi aliter venienti, obviam ire, & alia. 5

Quæres: quid si tempore datæ coadjutoriæ, coadjutus esset mortuus, haberetne locum successio? Resp. negative: quia coadjutoria a principio nulla est, cum mortuo non detur coadjutor, neque mortuus pro ea supplicat, vel consentit. Rot. *decis.* 349. *p.* 4. *rec. tom.* 1. secus si tempore datæ coadjutus vivebat, licet decesserit, antequam coadjutoria habuerit suum effectum. Put. *dec.* 98. Garz. *l. c. n.* 132. Et hoc, licet in litteris Apostolicis diceretur, quod sit locus futuræ successioni, etsi Beneficium vacet tempore datæ: nam intelligitur „ *& si tunc de Jure vacet*, ut quia forte coadjutus sine titulo possidebat: non vero si vacet de Jure, & de facto. vide Rot. apud Garz. *l. c.* contrariam tamen tenet Gonz. *super reg.* 8. *Cancel. gl.* 5. *n.* 9. *n.* 53. quam æquiorem vocat de Matta *l. c. a n.* 34. si loquamur de coadjutoriis cum futura successione in dignitatibus inferioribus, in quibus respicitur tantum favor coadjutoris; secus in illis, quæ dantur Archi-Episcopis, aut Episcopis &c. ob rationem contrariam. 6

Coadjutoria temporalis, & revocabilis, datur Ecclesiæ, 7

fiæ, seu Rectori Beneficii parochialis ob senium, morbum non perpetuum, vel illiteraturam. juxta Concil. Trid. *sess. 21. c. 9. de reform.* & hæc spectat ad Episcopum, tanquam Sedis Apostolicæ Delegatum. ut declaravit S. Congr. & tenuit Rot. apud Garz. *loc. cit. a nu. 7.* Sed nota, quod in prioribus casibus Episcopus det coadjutorem Jure suo ordinario: illiteratis vero tanquam Delegatus Apostolicus. Riccius *in prax. p. 4. ref.* 548. quæ procedunt, etiamsi alias collatio Beneficii spectaret ad Prælatum Episcopo inferiorem, nisi illud eidem esset pleno Jure subjectum. vide de Matta *l. c. sect. 22. n. 32.* nec talis deputatio dicitur attentata, licet fiat pendente appellatione; quia hæc non operatur effectum suspensivum. Rot. apud Garz. *l. c. num. 9.* Riccius *loc. cit. ref.* 552. Barbos. *de Jur. Eccles. lib. 3. c. 10. num. 14.* Sac. Congr. & Rot. apud Ricc. *in prax. p. 4. ref.* 546.

8 Coadjutor cum futura successione tenetur, coadjuto volente, pro eo deservire, aliter tenetur ad damna, & interesse. ita contra Navar. *cons. 2. de Cler. ægrot. n. 3. & 4.* Garz. *loc. cit. num. 56.* & quidem ratione officii, licet nihil illi detur pro servitio: sibi enim debet imputare, & volenti, ac scienti non fit injuria; maxime quia compensatur cum futura successione. Gonzal. *ad reg. Cancel. gl. 5. §. 9. nn. 122.* Ampliatur, ut neque coadjuto absente, vel ægrotante, possit pro eo servire, nisi eodem coadjuto volente, & consentiente, ut tenuit Rot. apud Garz. *loc. cit. num. 60. ex cap. un. de Cler. ægrot. in 6.* Campeg. *de coadjut. Episc. num. 9.*

9 Coadjutor non eximit coadjutum a residentia, maxime si est imperitus, ne sit melioris conditionis stultus, quam providus. S. Congreg. apud Barbos. *de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 10. numer. 29. & 30.* & ibi Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 4. §. 9. n. 30.* Quarant. *in Sum. Bullar. verb. residentia. vers. præter summistas.* Garz. *de Benef. p. 4. c. 5. n. 8.* & alii.

10 Habet vocem activam, & passivam in provisionibus Canonicatuum, & aliis functionibus ordinariis. Garz. *l. c.* ita tamen, ut ambo tam coadjutus, quam coadjutor in Ecclesia, aut capitulo eodem tempore esse non possint. idem *n. 107.* Matta *l. c. nu. 40.* ægrotans, aut alias impeditus habetur pro præsente, si erat alias solitus residere. Garz. *l. c.*

11 Quær. primo, an Coadjutor, cum in Capitulo agitur de interesse coadjuti, teneatur exire? Resp. negative: quia licet repræhesentet coadjutum, non tamen servit nomine illius, sed proprio vel Ecclesiæ. ita Garz. *l. c. nu. 95.*

12 Quær. secundo, ubi debeat sedere coadjutor Canonici? Resp. si est coadjutor cum futura successione, non potest sedere in loco coadjuti, sed in ultimo. S. Congr. apud Gonzal. *reg. 8. Cancel. gl. 5.* Garz. *loc. c.* Barb. *l. 3. de Jur. Eccles. c. 10. n. 65. & de Canon. c. 29.* Gratian. *disc. for. c. 106. n. 39.* & alii apud Dian. *p. 4. tr. 4. ref. 88.* Monet. *de opt. Canon. c. 4. q. 8. n. 141.* Et si est coadjutor præbendæ Diaconalis, præcedit canonicos præbendæ Subdiaconalis. Gavant. *in verb. coadjutor.* Distributiones vero debentur coadjuto, non coadjutori, ne inducta in favorem tendant in damnum, contra *cap. quod ob gratiam, de Reg. Jur. in 6.* ita Rot. apud Bonac. *de hor. canon. disp. 2. q. 4. pun. 4.* Gonzal. *loc. c.* Riccius *dec. 444.* Monet. *de distrib. p. 2. quæst. 1. n. 34.*

13 Coadjutus vero habetur pro præsenti ratione infirmitatis, & aliorum legitimorum impedimentorum, ac si non haberet coadjutorem, licet coadjutor non interfit, nec resideat. Navar. *cons. 1. de Cler. ægrot. n. 6.* Garz. *l. c. n. 63.* Gonzal. *ad reg. Cancell. d. §. 9. n. 116.* ne concessa in favorem in damnum detorqueantur. *cap. ad Apostolicæ, de regul.* Rot. apud Garz. *l. c.*

14 Coadjutor cum futura successione, non tenetur ad professionem fidei, nisi cum successioni locus fuerit, nec capit possessionem nisi post mortem coadjuti; ad quam capiendam tamen tunc tenetur; quia prima, vivente coadjuto, capta, non sufficit. Barb. *de Jur. Eccles. l. 3. c. 10. a n. 60.* apud quem Graz. *de benef. p. 3. c. 3. n. 26.* & infra *n. 25.* & mortuo coadjuto coadjutor accipit sedem, quam habebat vivente coadjuto. Rot. apud Garz. *p. 5. cap. 4. nu. 69.* qui tamen *nu. 73.* contrarium sentit, & citat pro se Rotam ac alios DD. quod nempe talis acquirat novissimum locum. ut infra *num. 25.* Gonzal. & Barb. *loc. cit. num. 63. & 65.*

Coadjutor vero, qui facit functiones, ad quas te- 15
netur coadjutus, debet illas facere in novissimo loco: & Canonici, licet posterius provisi, præcedunt coadjutoribus, non obstante quacumque consuetudine in contrarium, nisi aliter disponatur in literis coadjutoriæ. S. Rituum Congr. apud Barb. *loc. cit. n. 66.* & diximus in verbo *Canonicus*. & infra *n. 25.* nisi coadjutor in dignitate esset; quia tunc absente, vel impedito suo coadjuto, præcederet omnibus Canonicis, & idem stallum obtineret, quod haberet coadjutus, si esset præsens. S. Congreg. apud Barbos. *l. c. n. 68.*

Quær. tertio: an coadjutor comprehendatur in sta- 16
tuto Capituli, quod ex aliqua causa facit jubilare Canonicos? Resp. negative. S. Congreg. apud Barb. *l. c. n. 70.* quidquid in contrarium dicat Garz. *l. c. n. 89.* Neque si optat, sed coadjuto. Monet. *de opt. can. q. 8. n. 152.* & S. Congr. apud Barbos. *loc. c. n. 71.* Neque in ingressu tenetur fabricæ aliquid solvere. Barbos. *l. c. n. 72.* Garz. *l. c. n. n. 78.* Neque potest esse executor, vel Delegatus Apostolicus; quia non est in dignitate constitutus. Garz. *l. c. n. 138. dub. 29.* Neque percipit fructus in absentia, uti causa studiorum, neque tenetur ad onera Canonicorum juniorum, sed tantum coadjuti. Garz. *l. c. dub. 33.* S. Congr. apud Barbos. *l. c. n. 75.* Neque potest exercere officia, ad quæ coadjutus electus est; quia in iis, quæ coadjuto speciali nomine competunt, non venit coadjutor. Garz. *in addit. ad c. 5. n. 88.* Barb. *d. c. 10. nn. 81.* Neque coadjutore absente coadjutus amittit distributiones, & ægrotus habetur pro præsente. DD. *mox cit.* Et quia futura successio est gratia Beneficialis; ideo tenetur facere mentionem de Beneficiis obtentis. Garz. *in addit. ad d. 5. dub. 36. num. 146.* aliter gratia vitiatur. Barb. *loc. c. numer. 92.*

Quær. quarto: quam potestatem habeat coadjutor E- 17
piscopi cum futura successione? Resp. hanc esse desumendam a forma literarum Apostolicarum. Panvin. *de visit. p. 1. q. 2. num. 22.* Paris. *de resig. lib. 6. q. 20. num. 20.* Barb. *de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 10. num. 23.* Garz. *d. p. 4. cap. 5.* Si vero hæc non possit colligi ex literis, tunc si coadjutor fuit Episcopo datus ob temporalia, tunc illius potestas erit tantum quoad temporalia. juxta *cap. venerab. de offic. deleg.* Si vero ob spiritualia, tunc potestas erit circa spiritualia de consensu tamen coadjuti; nam in spiritualibus hic semper requiritur. Panvin. *de off. Capit. sede vac. p. 2. q. 1. n. 8.* Barb. & Garz. *loc. cit.* Paris. *d. q. 20. numer. 23.* si vero datur dementiæ causa, tunc habet potestatem tam circa spiritualia, quam temporalia. Barb. *de pot. Episc. alleg. 63. num. 13. & de Jur. Eccles. loc. cit. n. 25.* Garz. & Paris. *l. c. n. 25.*

Quær. quinto: An coadjutor possit cedere coadju- 18
toriæ, etiam invito coadjuto? Resp. affirmative: juxta Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gl. 5. §. 9. numer. 121.* Garz. *loc. cit. num. 125.* cum consensu tamen illius, a quo fuit deputatus: futuræ vero successioni potest renunciare etiam sine consensu Superioris: quia favori pro se introducto quilibet renunciare potest.

Quær. sexto: an confessio coadjutoris noceat coad- 19
juto, vel e contra? Resp. negative, juxta Achil. de Graff. *dec. 162.* Gonzal. *l. c.* Gorz. *l. c. n. 127.* Neque sententiæ latæ contra coadjutum nocent coadjutori, nisi iste quoque fuerit saltem per proclama citatus. Rot. quam citat Garz. *l. c. a n. 128.*

Sed potestne coadjutor in electionibus, vel aliis pro- 20
visionibus constituere procuratorem, sicut potest coadjutus, juxta *cap. pen. de elect. in 6.* Resp. affirmative; quia coadjutor non agit nomine coadjuti, sed proprio, vel Ecclesiæ, & ita non est procurator coadjuti. Garz. *loc. cit. num. 135. vers. nihilo minus*, licet contrarium tenere videatur Abb. *in cap. fin. §. fin. numer. 4. de offic. deleg.*

Porro sicut Canon.cus habens dignitatem, & Cano- 21
nicatum in titulum, non habet nisi unam vocem, ita habens dignitatem in Capitulo, ratione cujus habet vocem, si fiat coadjutor non habet nisi unam vocem. Garz. *loc. cit. num. 136.* quamvis affirmet Marta *loc. cit. num. 43.* quando agitur de re utili, & favorabili Ecclesiæ, secus in damnosa.

Quær. septimo: an coadjutori debeatur sustentatio a 22
coadjuto? Resp. affirmative, juxta *cap. 3. de Cler. ægr.*

cap.

cap. cum ſecundum Apoſtolum, de præb. ubi Abb. Conc. Trid. *ſeſſ. 21. cap. 6. de reform.* Gonzal. *loc. cit. n. 96.* Navar. *de Cler. ægrot. conſ. 2.* Garz. *loc. cit. num. 145.* niſi inter coadjutum, & coadjutorem aliter fuerit conventum. Hinc proventus erunt coadjuri, quibus eidem prius providendum erit, & ſi nihil ſuperſit pro congrua coadjutoris, ſupplendum erit a Parochianis, quibus inſervit. Matta *de conſiſtor. cauſ. ſect. 22. a n. 18.* quod ſi etiam Parochiani non poſſint, providendum erit ab Epiſcopo. gl. *in cap. de Rectoribus, de Cler. ægr.* vel certe a decimatoribus etiam Laicis. de quo vide Rot. *dec. 420. p. 1. rec. dec. 437. p. 3. & dec. 1. p. 19. rec.*

23 Quær. octavo: an mulctæ quæ imponuntur præbendatis ob defectus in ſervitio commiſſos, poſſint imponi coadjuto ob culpam coadjutoris, aut illius defectus? Reſp. affirmative; ſed coadjutus habebit regreſſum contra coadjutorem, ut de ſuo ſatisfaciat, & damnum reſarciatur. Limit. quoad pœnas judiciales, non obſtante ſtatuto contrario; quia eſſet injuſtum, & contra jus: niſi a Pontifice fuiſſet confirmmatum. Garz *l. c. n. 143.*

24 Sed poſſuntne Capitula rejicere coadjutorem, vel illi poteſtatem ſuam limitare? Reſp. negative. juxta *cap. cum inferior. diſt. 21. & cap. cum inferior. de major. & obed.* Garz. *n. 144.* & infra plura.

25 Et quod ſupra diximus, coadjutorem debere facere functiones coadjuti, in noviſſimo loco &c. ampliatur, quod coadjutor datus cum futura ſucceſſione, & cum omnibus prærogativis, & præeminentiis coadjuti, non poſſit per hoc præcedere Canonicos veros, quos præcedebat coadjutus. Rot. *dec. 657. p. 1. rec. edit. Venet.* imo ad effectum antianitatis acquirendæ, non attenditur tempus admiſſionis, ſed tempus captæ poſſeſſionis per mortem coadjuti. *L. 1. Cod. de conſul. l. 12. c. 1. de major. & obd. gl. in cap. fin. verb. antiquiores, de conſuet. in 6.* Jaſ. *conſ. 392. lib. 2. num. 15. & 16.* Ruin. *conſ. 19. num. 9. lib. 2.* Mohed. *dec. 25. num. 2. de præb.* late Rot. *in una Hiſpblen. præeminentiarum. an. 1613.* quæ in ordine eſt *dec. 456. p. 1. rec. edit. Venet. & anno 1617.* quæ eſt *deciſ. 410. p. 4. rec. to. 1.* ubi rationem inter alias aſſignat; quia alias ſequeretur abſurdum, quod nempe coadjutores nunquam tenerentur ad officia juniorum, ſeu novitiorum. Et quia coadjutoria poſt mortem coadjuti ad iſtum effectum ceſſat cum omnibus ſuis effectibus. *cap. grandi in fin.* & ibi Gemin. *nu. 7. de ſupplen. neglig. Prælat. in 6.* Abb. *in cap. fin. num. 4.* & alii: & ideo coadjutor poſt mortem coadjuti debet capere novam poſſeſſionem. ut ex S. Congr. apud Rot. *cit.* & quidem capitulariter a coadjutore Canonici. Rot. *deciſ. 122. p. 10. rec.* coadjutor enim vivente coadjuto non habet poſſeſſionem beneficii, in quo eſt deputatus coadjutor: cum enim illam habeat coadjutus, non poſſunt duo in ſolidum idem Beneficium eodem reſpectu poſſidere. *L. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſeſ. L. ſi duo. ff. de precar. L. ſi certo, §. ſi duobus ff. commod.*

26 Extra Eccleſiam Cathedralem tamen, in abſentia coadjuti, ex forma coadjutoriæ, Canonicum coadjutorem præcedere alios non Canonicos, quos præcedunt veri Canonici, declaravit S. Rit. Congreg. ut ex Aldano refert Barb. Apoſt. *dec. collect. 175. nnm. 9. & de Canon. & dignit. cap. 29. num. 50.* & ad Concil. Trid. *cap. 7. de reform. ſeſſ. ult. n. 40. & Jur. Eccleſ. univ. cap. 10. lib. 3. num. 91.* quem refert Rot. *in una Conchen. præeminent. coram Taja. an. 1677.* quæ eſt *dec. 99. p. 19. rec.*

27 Ea eſt natura coadjutoriæ, ut videatur conceſſa in gratiam coadjuti, non coadjutoris. Put. *dec. 98. lib. 2.* Rot. *dec. 456. p. 1. rec.* imo illa fuit principaliter inventa, ne Eccleſia ob impedimentum coadjuti ſuo ſervitio defraudetur. *cap. 1. de Cler. ægrot.* Put. *dec. 226. vel 225. in correct. lib. 3. nu. 13. & diſponitur in* Trid. *ſeſſ. 25. cap. 7. reform.* ideo coadjutor, ob impotentiam, aut morbum &c. coadjuti, datus, tenetur reſidere in Eccleſia, in qua coadjutor deputatus eſt, alias poteſt deveniri ad illius privationem. ita Rot. *dec. 322. p. 3. rec.* ſervata tamen Juris forma, de qua *in cap. ex jure, de Cler. non reſid. & in gl. in cap. quoniam frequenter, in verb. canonibus, ut lit. non. conteſt.* Rot. *dec. 276. p. 1. rec.* imo ſi coadjutor etiam cum futura ſucceſſione datus, ante mortem coadjuti fiat cæcus, irregularis &c. ita ut Eccleſiæ, & coadjuto inſervire non poſſit, expirat illius coadjutoria, ita ut coadjuto poſſit a Pontifice dari novus coadjutor, etiam cum futura ſucceſſione, non obſtante jure primi coadjutoris: nam cum coadjutoria non tribuat coadjutori jus, ſed ſolum exercitium, remanente jure penes coadjutum. Hoſt. *in cap. de Rectoribus. in verb. animarum. de Cler. ægrot.* ubi etiam Jo. Andr. *nu. 1. in verſ. cauſam habeant.* Card. *nu. 1.* Anan. *num. 2.* Abb. *in fin.* & alii. Boich. *in cap. conſultationibus nu. 8. eod. tit.* Anchar. *in cap. grandi. n. 5. verſ. nam jus. de ſup. negl. Prel.* Garz. *de Benef. p. 4. cap. 5. n. 35.* ſuperveniente impotentia illud exercitium ceſſat, nec obſtat etiam Jus futuræ ſucceſſionis; quia cum propter impotentiam res venerit ad caſum, a quo incipere non potuit, vitiatur. *L. ſi a me & L. ſi alteri alias incipit. Julianus. ff. de Jud.* late Rot. *in una Valent. coadjutoriæ an. 1637.* quæ eſt *dec. dec. 602. p. 5. rec. tom. 2.*

Sed quæres, quid Juris in coadjutoria cum futura 28
ſucceſſione data in *forma Dignum*, ſi ante illius executionem decedat coadjutus, qui tamen vivebat tempore datæ, an illa ſuſtineatur? Reſp. affirmative: ita ut purificata coram executore idoneitate proviſi, ſive coadjutoris, collatio facta dicitur in ipſo inſtanti reſcripti Apoſtolici, non vero illo tempore, quo exequitur. ita ex Lotter. *de re Benef. lib. 3. q. 14. n. 67. & 68.* decidit Rot. *dec. 122. p. 10. rec.* & *in una Illerden. Coadjutoriæ coram Bourlemont. an. 1670.* ubi rationem dat; quia duæ gratiæ in ſimili caſu conceduntur, una favore coadjuti, ſeu Eccleſiæ, altera favore coadjutoris, quæ eſt proviſio abſoluta in eventum mortis coadjutoris, quæ eſt proviſio abſoluta in eventum mortis coadjuti, quæ nec conſenſum coadjuti neceſſario requirit, ut teſtatur Lotter. *de re Benef. lib. 2. q. 25. n. 29.* Grat. *diſc. for. cap. 138. n. 49.* nec corruit, ſed ſubſiſtit, etiamſi altera corruat, per tex. *in cap. ſi eo tempore, de reſcr. in 6.* & adducta a Felin. *in cap. ſedes nu. 2. eod.* Gonzal. *ſuper reg. 8. Cancell. gl. 5. §. 9. num. 59.* quæ ampliat, etiamſi coadjutus ante mortem conſenſum revocaverit; quia, ut dictum eſt, non eſt de ſubſtantia coadjutoriæ: quæ vel maxime procedent, ſi hæc revocatio non fuiſſet intimata, aut procuratori ad dandum conſenſum deputato, nota. ita Rot. *cit.*

Sic in ſimili: quia Papa in conceſſione coadjutoriæ 29
cenſetur primo proſpicere Eccleſiæ propter impotentiam, & infirmitatem coadjuti, tum futuræ ejuſdem vacationi, & ſecundo cenſetur providere coadjutori. Fagnan. *ad cap. nulla. nu. 62. verſ. continet enim, de conceſ. præb.* Lotter. *de re Benef. q. 25. num. 29.* Barb. *de Canon. & dignit. cap. 29. n. 1. verſ. licet coadjutoria,* & alii, ideo, etiamſi coadjutor ob aliquam cauſam, aut ſubreptionem, ſive aliud impedimentum ipſius perſonam concernens, non poſſit conſequi coadjutoriam a Papa collatam, tamen ad effectum ut cenſeatur inducta affectio Beneficii, ſufficit, ut vera ſint ea, quæ fuerunt narrata de morbo coadjuti, & neceſſitate Eccleſiæ, ex quibus ſolum potiſſimum cenſetur Papa motus, ut ipſi Eccleſiæ provideret de coadjutore. in Rot. *dec. 113. p. 7. rec.* & late *dec. 112. p. 16. rec.*

Coadjutoria ſub prætextu infirmitatis obtenta non 30
juſtificatur, niſi morbus ſit aptus impedire Eccleſiæ ſervitium, nec ſufficit quæcumque inhabilitas; quæ etiam, tam morbus, quam impedimentum probari debent, & quidem, quod impedimentum ſit perpetuum. Caputaq. *dec. 140. num. 2. p. 1.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gl. 5. §. 9. num. 89.* vide Rot. *dec. 237. p. 7. rec. & dec. 308. p. 6. rec.* quæ tamen procedunt, ſi orator expreſſit cauſam infirmitatis: ſecus vero ſi expreſſit tantum ingraveſcentem ætatem, ob quam non poſſit coadjutus ſine difficultate Eccleſiæ inſervire, ad cujus juſtificationem ſufficit probare, quod commode inſervire non poſſit, ut ex Bald. & aliis decidit Rot. *dec. 48. num. 6. & 281. num. 4. p. 11. rec.* ubi etiam quod ætatis ingraveſcentia verificetur in annis ſexaginta. Gonzal. *ſuper reg. 8. gloſ. 5. §. 9. num. 84.* Barboſ. *in cap. paſtoralis, ſuu num. 6. de Cler. ægr. in 6.* Ricc. *in collect. dec. p. 3. deciſ. 489. verſ. quod ſi conceditur.* Rot. coram Verall. *deciſ. 129. per tot. & deciſ. 130. n. 1. & deciſ. 311. p. 1.*

Si in impetratione coadjutoriæ narratum ſit, quod 31
beneficio ſit annexa cura animarum, hæc qualitas non eget juſtificatione, cum etiam in aliis Beneficiis, quæ curam animarum non habent, ſoleant concedi ſimiles gratiæ coadjutoriæ, ut propterea dici non poſſit, quod

ea

ea qualitas retraxisset Papam a concessione ejusdem gratiæ. juxta not. per Ægid. *dec.* 4. *de rescript.* Felin. *in cap. super litteris. n.* 5. *eod.* Cassad. *dec.* 12. *n.* 15. *de præb.* Rot. *dec.* 323. *p.* 7. *rec.* quamvis alias coadjutor, seu coadjutus illum petens, teneatur justificare omnia narrata, ex quibus Papa censetur motus ad eam gratiam illi conferendam. ut notant DD. *in cap. ult. de præsump. & in cap.* 1. *de lit. contest. in* 6. & ibi Jo. Andr. *numer.* 2. Gemin. *numer.* 5. Felin. *in cap. constitutus. num.* 1. *d. rescript.* Inn. *in cap. super litteris. n.* 19. *eod.* ita Rot. *l. c.*

32 Coadjutus, si petiit a Papa coadjutorem ob morbum, impotentiam &c. illumque impetravit, & coadjutoria sibi, & Ecclesiæ utilis sit, non potest consensum revocare, aut variando dicere, se illo coadjutore non egere. *Clem.* 1. *de renunc.* Rot. *in una Argentin. coadjutoriæ an.* 1632. quæ est *dec.* 133. *p.* 6. *rec.*

33 Pro coronide notandum: quod curatis, aut Parochis curam animarum habentibus, non soleat, nec expediat, dari coadjutor perpetuus, & cum futura successione, si illorum vacationi, per cessum, aut decessum contingenti, per concursum providendum sit ex dispositione Concil. Trid. *sess.* 24. *de reform. c.* 18. nisi adesset aliqua urgentissima causa, ut ita saluti animarum consulatur ex electione pastoris idonei, quod melius fieri non potest, quam per concursum: ægrotis igitur succurritur per coadjutorem temporalem, ut supra notavimus, quibus additur Matta *de constitor. caus. sect.* 22. *num.* 54.

34 Econtra vero Dignitatibus, & Canonicis non solet dari coadjutor temporalis, nisi annexam habeant curam animarum. Monet. *de distrib. p.* 2. *q* 1. *num.* 26. Matta *loc. cit. num.* 55.

35 Episcopis autem dantur coadjutores temporales, seu suffraganei, ut in tex. *in cap. un. de Cler. ægrot. in* 6. imo urgente necessitate, aut evidenti utilitate Ecclesiæ, dantur etiam coadjutores perpetui cum futura successione, cum diversitate tamen, quod suffraganeus detur, etiam irrequisito consensu Capituli, & Capitularium. *cap. ex parte.* & ibi Abb. *de Cler. ægrot. cap. un. eod. in* 6. perpetuus vero ut detur cum futura successione requiritur seu a Papa requiri solet consensus Capituli. Matta *loc. cit. n.* 63. *&* 64. ubi tamen sufficit consensus duarum partium ex tribus Capituli. ad tex. *in cap. un. de Cler. ægrot. in* 6. ubi gl. *in verb. duæ partes*; & sic sufficit quod fuerit datus a majori parte Capituli. *cap.* 1. *& cap. fin. de his, quæ fiunt a major. part. Capit.* Jo. Andr. *in cap. quod omnes. nu.* 8. *& seqq. de Reg. Jur.* Mantic. *dec.* 86. & alii apud Rot. *dec.* 20. *&* 36. *p.* 6. *rec.* Et hoc, etiamsi consensus non sit datus in loco solito capitulari: nam omnis locus, ubi Capitulum est congregatum, dicitur Capitularis, dummodo sit honestus. *arg. cap. quod sicut*, ubi Abb. *nu.* 2. *& c. cum terra, de elect.* ubi gl. *in verb. in quo*. & sic certus non est de substantia, ut etiam colligitur ex *cap. in nomine Domini.* §. *quod si pravorum. dist.* 23. Inn. *in cap. cum ex injuncto. nu.* 2. *vers. & quamvis, de nov. oper. nunc. Bal. in L. nulli. nu.* 2. *vers. secundo requiritur. ff. quod cujusque univ. nomin.* & aliud est aliquid fieri capitulariter, & aliud fieri in loco capituli. Rot. *l. c.* Imo, quod sufficiat consensus undequaque collectus, ex quo talis non sit necessarius, ut infra ulterius videbimus; sed Pontifex illum consideret, solum ad evitandas Capituli querelas, quæ de facili oriri solent, si in gratiis præventivis non expectetur consensus Capituli: tenet mordicus Carol. Felix de Matta *l. c. n.* 86. qui post *n.* 64. adducit in hac materia celebre Maraldi votum, *& d. nu.* 86. exemplum adducit: quod nempe lecto in Capitulo Brevi adhortatorio eligendi coadjutorem cum futura successione, Zelantiores de Capitulo necessitatem agnoscentes, vel evidentem utilitatem, & ex alio capite timentes de aliquo tumultu, qui ex multitudine sæpius oriri solet, rem imperfectam relinquant, deinde extra Capitulum extendant consensum in folio, & ab omnibus, vel majori parte subscribi procurent, cujus consensus intuitu expediatur gratia coadjutoriæ, & futuræ successionis, *ex causa necessitatis, aut utilitatis &c.* hæc gratia sustineri omnino deberet. quod *n. seqq.* rationibus confirmat.

36 Quod autem diximus, consensum Capituli non esse necessarium in deputatione coadjutoris cum futura successione, sed quod sufficiat solus consensus Coadjuti, etiam irrequisito consensu Capituli, absque eo quod Pontifex dicatur contravenire Concordatis, manifeste constat, etiam ex ipsa Bulla concordatorum, cujus vigore, Papa ex rationabili, & evidenti causa de utiliori persona providere potest, non obstante legitima, & canonica electione Capituli. Quibus accedit, quod cum Papa in Beneficialibus habeat omnimodam potestatem. *cap. per principalem cap. cuncta per mundum. 9. q.* 3. *c.* 2. *de præb. in* 6. *Clem.* 1. *in fin.* ubi Card. *num.* 11. *ut lit. pend.* ita potest derogare concordatis, per quæ impediuntur cadjutoriæ. Branden. *super Concord. German. q.* 8. *per tot.* Chockier. *gl. antiqu. super reg.* 8. *Cancell. gl.* 11. *num.* 20. *& seqq.* Gonzal. *gl.* 28. *num.* 24. *& seq.* Mandos. *super reg.* 2. *q.* 2. *num.* 12. *vers. imo etiam.* & licet respectu nationis Germanicæ contineant pactum cum Sede Apostolica obligans Principes Ecclesiasticos, & temporales ad illorum observantiam erga sedem Apost. tamen respectu Papæ continent privilegium concessum eidem Nationi, in cujus concessione non censetur, sibi penitus ligasse manus. ad not. *in cap. dudum vers. nos igitur, de præb. in* 6. *cap. quamvis, il.* 2. ubi gl. *fin. eod. tit.* Caputaq. *dec.* 337. *numer.* 8. *p.* 1. Cassad. *dec.* 8. *num.* 2. *in fin. de præb.* licet in concordatis adsit decretum irritans. ita Rot. *dec.* 114. *p.* 6. *rec.* adde, quod coadjuoria vim habet resignationis. Gonzal. *super reg.* 8. *gl.* 5. §. 9. *num.* 69. Put. *dec.* 108. *num.* 2. *lib.* 2. quia eo ipso quod quis consentit Beneficium suum alteri conferri, videtur beneficio cedere. ad tex. *in cap. ex transmissa, de renunc. & in cap. Beneficium*, juncta gl. *de Reg. Jur. in* 6. Matta *loc. cit. n.* 61. sicque procedit argumentum a resignatione ad coadjutoriam, dum specie non differunt. Rot. *dec.* 57. *p.* 4. *rec. & dec.* 122. *p.* 10. *rec.* in resignationibus autem non requiritur consensus Capituli &c. Nec valet dicere, quod per talem coadjutoriam cum futura successione Capitulum privetur Jure eligendi adveniente obitu coadjuti, contra dispositionem Juris, & regularum Cancellariæ *de Jure quæsito non tollendo*. quia Capitulo nullum competit Jus eligendi sede plena, sed tantum sede vacante; ac proinde dici non potest, quod per talem coadjutoriam Capitulo jus eligendi tollatur, cum non adsit. *cap. ad dissolvendum, de despon. impub. L. ejus qui in Provincia, vers. quoniam. ff. si cert. pet.* sed potius quod Papa impediat, ne oriatur jus eligendi adveniente morte coadjuti, quod non est quid considerabile. *L. stipulantem*, §. *causam. ff. de verb. oblig.* ita Matta *loc. cit. a num.* 99. & faciunt, quæ in statim sequente quæstione dicentur.

37 Quær. igitur an in deputationibus coadjutoriæ cum futura successione requiratur consensus patronorum Laicorum, debentium præsentare. Resp. affirmativam quidem defendere: videri Lambertin. *de Jurepat. l.* 2. *p.* 1. *q.* 6. *art.* 20. *n.* 1. *fol.* 58. *seu* 546. Mandos. *de signat. grat. verb. coadjutoriæ, vers. coadjutor in Beneficio.* Vivian. *de Jurepat. l.* 5. *c.* 1. *n.* 81. *& c.* 5. *n.* 151. Gonzal. *ad reg.* 8. *gl.* 5. §. 9. *n.* 18. Verum distinctio placuit DD. *in una Lucan. Jurispat. an.* 1656. quæ est *dec.* 162. *p.* 12. *rec.* quod nempe mentio Jurispatronatus Laicalis sit quidem facienda, quando Beneficium de tempore gratiæ vacat per cessum, vel decessum: non tamen in gratiis coadjutoriæ; ex ratione; quia, cum possit coadjutor decedere ante coadjutum, & de tempore gratiæ non sit aperta vacatio ad favorem patronorum, nullum eis fit præjudicium. ut *in una Cæsaraugust. Canonicatus*, 1. *Febr.* 1641. *coram Panzirol.* & sic quæstio ad successum mere eventualem deducitur, qui non solet in consideratione haberi. *L. si quis ab alio. ff. de Jud. L. Julianus ff. qui, vel a quibus.* Zabarel. *in Clem.* 1. *de Offic. Vicar. n.* 11. & alii tum quia Papa concedendo coadjutoriam apposuit manus, sicque inducta fuit affectio. *cap.* 1. *&* 2. *de confirm. util. vel inutil.* Paris. *cons.* 47. *l.* 4. Gonzal. *gl.* 52. *n.* 4. *&* 7. tum quia tunc Beneficium favore coadjutoris videtur vacare in curia, quo casu Patronorum præjudicium non est considerabile; quia tunc Papa passim derogat patronatui illorum. *c.* 2. *de præb. in* 6. Staphil. *de litt. grat. & instit. col.* 1. *fol.* 54. Paris. *de resignat. lib.* 2. *q.* 4. *numer.* 45. Lotter. *de re benef. l.* 2. *q.* 9. *num.* 97. & alii. ita Rot. *cit.*

38 Plaura vide apud Barbos. *de Jur. Eccles. d. c.* 10. *per tot.* ubi etiam *num.* 88. quod coadjutor debeat habere qualitates requisitas ad obtinendam coadjuti præbendam exemplo resignatarii, ut per Paris. *de resign. benef.*

l. 4. q. 9. n. 19. Garz. *de benef. p. 7. c. 4. in fin.* Gonzal. *ad reg. Cancell. 8. gl. 5. §. 9. nu. 6. & 90.* Monet. *de option. c. 4. q. 8. nu. 155.* ubi alii, & apud illum plura etiam de coadjutore.

¶ CŒMETERIUM.

Cœmeterium Ecclesiæ quid sit, & ex quibus probetur, vel non?

1 Cœmeterium † Ecclesiæ est locus circum Ecclesiam, vel contiguum Ecclesiæ, in quo mortui sepeliuntur. Feder. de Sen. *conf. 135. Casus talis est, quidam habens, per tot.* & maxime in fin. & dicitur pars Ecclesiæ, & de continentiis Ecclesiæ; ideo gaudet privilegio Ecclesiæ, ut dicit Lapus *allegat. 12. n. 4. ver. idem*
2 *de cœmeterio*, ubi apostilla *in ver. cœmeterio*. † Et est locus sacer, & consecratur cum Ecclesia. Lapus *allegatio. 83. Ecclesia, ubi est sepultus paganus, in fine.* alias 84. ubi, quod si ibi sunt ossa paganorum, non consecratur cœmeterium. Vide Tusch. *verbo Sepeliri qui non possint in Ecclesia, vel cœmeterio. Concl. 187.*
3 † Non facit Ecclesiam dici curatam cœmeterium, quia potest competere jus sepeliendi etiam beneficio simplici ex consuetudine, vel de concessione Episcopi. Fe-
4 der. *d. conf. 135. in fin.* † Operatur cœmeterium, quod eadem immunitas est concessa cœmeterio, quæ concessa est Ecclesiæ, ut in eo non possit quis pro maleficio capi; quia Ecclesiis majoribus conceditur immunitas confugientium ad eas cum ambitu 40. passuum, minoribus vero dantur 30. passus. *c. sicut antiquitus. 17. q. 4.* & ibi gl. Vide Tusch. *verbo Ecclesia tuetur*
5 *immunes confugientes ad eam. Concl. 10.* † Non probatur cœmeterium ex eo, quod in eo sunt sepulta humana, & quando secus. Vide Mascar. *Concl. 289. Cœmeterium.* ¶

¶ COLLEGIATA ECCLESIA.

§. I.

Collegiata Ecclesia quæ dicatur, & ex quibus probetur.

1 Collegiata † Ecclesia dicitur, quæ habet Capitulum, & Prælatum caput Capituli; & ideo ubicunque constat, quod aliquis præsidens in Ecclesia cum sociis fecit actum qui non solet fieri, nisi collegialiter, & ille actus est sortitus effectum suum, probatur Ecclesia collegiata: quia caput, & membra constituunt collegium. gl. *in c. 1. de elect.* Alex. *conf. 74. Viso puncto, n. 4. vers. ad hoc respondetur, lib. 4. & conf. 75. Visis, in pr. ver. quod autem comprehendatur, eod. l.* & est subscriptio A-
2 lexandri. † Et ideo locatio facta per Priorem Ecclesiæ & Capitulum simul de bonis Ecclesiæ; item compromissum factum in certam personam per Capitulum ad eligendum Priorem vacante Ecclesia; item constitutio syndici in causis, & negotiis Ecclesiæ probant Ecclesiam collegiatam, si constat de effectu, ut per Alex. *d. conf. 74. nu. 4. l. 4. & conf. 75. eod. lib. in pr. vers.*
3 *quod autem.* † Declara; quia duplex est collegiata; habitu, & actu, item habitu tantum; quia si mortui sunt omnes de collegio, vel sunt privati, Ecclesia dicitur collegiata habitu tantum; si vero revertantur, vel restituantur, dicitur habitu, & actu; & licet, quando solo habitu est collegiata; tamen privilegium, & jus collegii remanet in ipsa Ecclesia. Alex. *d. conf. 74. in*
4 *pr. l. 4.* Vide Tusch. *verbo Habitus differt ab actu. Concl.* 11. † Amplia: quia Ecclesia collegiata probatur ex multis, de quibus relative. Alex. *d. conf. 75. Visis, n.*
6 *2. & seq. vernam deprehenditur. lib. 4.* † Amplia; quia probatur Ecclesia collegiata per instrumenta, maxime de antiquo ultra centum annos etiam per verba enunciativa dictorum instrumentorum, in quibus fit mentio de capite, & membris & quod est collegiata. Alex.
6 *d. conf. 75. n. 3. & seq. v. & tanto magis l. 1.* † Amplia; quia sola fama in antiquis excedentibus centum annos probat Eccl. collegiatam. Alex. *d. conf. 75. n. 3. & 4. v. pro hoc etiam fortificat. l. 4.* Vide plene per Mascard. *Concl. 584.* Vide Tusch. *verb. Ecclesiam Collegiatam esse quomodo probetur. Concl. 24.*

§. II.

Collgiatarum Prælati, & Capitulum quid possint sine Episcopo?

Prælatus † & Capitulum collegiatæ Ecclesiæ conferunt 1
Canonicatus suæ Ecclesiæ, & non Episcopus. Lap. *alleg. 32. in pr.* Besignet. *decis. 8. de præbend. quæritur, utrum.* Ægid. *decis. 718.* ubi ponit opiniones pro utraque parte, & Rota *in anteq. de præbend. decis. 19. nota, quod ubi præsentatio*, alias 105. *& in nov. de conces. præb. 4. de collatione præbendarum*, alias 167. ubi tenet hanc partem. Fed. de Sen. *conf. 61. n. 4. in fin. vers. præterea infinita jura.* † Contrarium tenet Cassad. *decis. 22. de* 2
præbend. sub n. 9. vers. in collegiatis vero, ubi dicit contrarium servari de stylo moderno, ubi etiam extendit ad Ecclesias conventuales religiosorum, ubi etiam dicit Communem, quod videlicet electio spectat ad Capitulum, & Prælatum inferiorem, institutio ad Episcopum, & concordant. Feder. de Sen. *conf. 34. Quæritur, ad quem.* per tot. ubi recitat omnes opiniones, & tenet hanc partem respondendo ad contraria. Declara; † quia 3
electio, & præsentatio spectat ad Prælatum inferiorem, & Capitulum, institutio ad Episcopum de jure communi. Fed. de Sen. *conf. 34. Quæritur, ad quem, per tot.* Vide Tusch. *verb. Canonicatus in collegiata a quibus conferatur. Conclus. 36.* † Amplia, ut etiam alia beneficia 4
ultra Canonicatus in collegiata spectent ad Capitulum, & Prælatum inferiorem, & ipsi conferant, non Episcopus. Rota *in nov. decis. 4. de conces. præb.* alias 167. *ver. de collatione vero.* † Amplia, ut idem sit in collegi- 5
tis religiosorum, videlicet ubi est conventus, & collegium: quia receptio monialium spectat ab Abbatissam, & conventum, non autem ad Episcopum. Lap. *allegat. 32. in princ.* & de collatione Abbatis cum consensu sui conventus, Roman. *in antiq. decis. 19. de præbend.* alias 105. † Item electio Abbatis spectat ad conventum religiosorum, non autem ad Episcopum, *cap. congregatio. 16. q. ult. c. 1. de electio.* † Amplia in cathe- 7
drali; quia Episcopus debet conferre Canonicatus, & præbendas cum consilio Capituli sui, quando mensa est communis inter Episcopum, & Capitulum, alias soli Episcopo spectat collatio. Ægid. *decis. 69.* † Contrarium, quod imo collatio Canonicatus, & præbend. in cathedrali spectet ad Episcopum, & Capitulum, reprobato Ægid. *d. decis. 69.* tenet Cassad. *d. decis. 22. de præbend. in pr.* Vide Tusch. *verb. Episcopus potest conferre. Concl. 260.* † Amplia; quia electio prælati Ecclesiæ 9
Collegiatæ de jure communi spectat ad Capitulum dictæ Ecclesiæ. Fed. de Sen. *d. conf. 34. n. 2. in fin. verb. sed cum in Ecclesia. c. 1. de elect.* † Extende hanc am- 10
pliationem in Collegiatis regularibus; quia conventus Monachorum eligit Abbatem, *c. 1. de electio.* Feder. *d. conf. 34. num. 3. vers. hinc est.* † Statuta facere possunt 11
Prælati, & Capitulum inferiores sine licentia Superioris in sui judicium, & possunt se obligare ad illius observantiam medio juramento. Feder. de Sen. *conf. 100. in princ. vers. an etiam Prælatus*, qui loquitur in Religiosis, & dixit maxime procedere, si sunt exempti. Limita, † ubi consuetudo esset contraria, quod 12
solus Episcopus conferret, vel simul inferiores: quia consuetudo attendi debet, ut tenet Feder. de Sen. *d. conf. 34. n. 2. vers. alia jura.* † Limitare etiam videtur Feder. ut non procedat, quod Prælatus inferior, & Capitulum præsentent, quando Canonicatus non essent creati, & instituti ex bonis Ecclesiæ collegiatæ, *in d. conf. 34. n. 2. vers. vel loquitur*, ubi non est patronus. † Limita; quia Prælati inferiores, & Capitulum collegiatarum Ecclesiarum secularium sine authoritate Episcopi non possunt alienare bona Ecclesiæ perpetuo, neque ad tempus. Federic. de Sen. *d. conf. 34. in fin. n. 4. vers. nam Episcopus.* ¶

COLONUS.

Praxis Colonorum.

Colonus auferens uvas, vel fructus e re conducta, 1
ad domum suam, vel e re, in qua habet societatem, non dicitur fur; quia licet in re communi furtum committi possit. *L. rei communis, ff. pro socio.* & *L. socius*

ff. de

ff. de furt. tamen hoc tantum procedit, quando intervenit dolus, & damnum, vel præjudicium alterius. Boss. *in pract. crim. de furt. ex L. idem. ff. pro socio.* Cabal. *resol. crim. cas.* 216.

2 Colonus volens vendere fructus, tenetur illos vendere Domino fundi, si illos vult emere, & offert idem cretium. Paschal. *de patr. pot. p.* 4. *c.* 6. *n.* 67. Pajatel. *annot.* 54. *n.* 44. Imo licet alius plus offerat; juxta Caroc. *de locat. p.* 3. *q.* 2. *fol. mihi* 154. Boer. *decis.* 107. quod tamen intelligendum erit, si Dominus offerat justum pretium.

3 Colonus renuncians casibus fortuitis, specificatis cum clausula „ *& omnibus aliis* „ non dicitur renunciare casibus majoribus & rarioribus. *cap. sedes.* 15. *de rescript. Clem.* 2. *de procur.*

4 Colonus, nullum jus habens in re, conventus ratione rei, defenditur a Domino in foro Domini. DD. apud Ciarl. *contr. for. c.* 20. *a n.* 36. *& c.* 63. quia nominans Dominum liberatur, & causa remittitur ad forum nominati. *cap. quoniam frequenter*, ubi Abb. & Butr. *ut lit. non contest.* Thesaur. *decis.* 22. *nu.* 4. Honded. *cons.* 25. Sperel. *decis.* 24. *n.* 13. *& decis.* 98. *nu.* 9. Ciarlin. *contr. for. c.* 171. *n.* 24. *&* 44. & DD. *in L.* 2. *C. ubi in rem actio.* Covar. *pract. quæst. c.* 8. *n.* 3. *circa med.* ubi de Clerico rei petitæ Domino. Grass. *de effect. Cler. eff.* 2. *n.* 521. Mart. *de jurisd. p.* 4. *c.* 112.

5 Colonus non potest sine Domini licentia arbores frugiferas incidere, de quo plura *in prax. emphyt.* & supra in verbo *Arbores*.

6 Colonus licet vivat expensis Episcopi, si tamen est remotus ab eo, non gaudet immunitate Ecclesiastica. DD. apud Ciarl. *disc. for. c.* 20. *n.* 36. & illi serviens, vel Ecclesiæ, est immunis a collectis; sive sit affictuarius, sive mediatarius, & regulariter collectæ non sunt solvendæ a colono, sed ab ipso Domino fundi; ita ut si solverit de facto, ad id adstrictus, possit a Domino repetere, DD. *cit.* Pajatel. *annot.* 54. *n.* 18. non obstante statuto, quod esset iniquum. Petrus de Ubald. *de duob. fratr. p.* 6. *n.* 14. Rol. *l.* 4. *cons.* 79. Bald. *in L. cum duobus. ff. pro socio:* si ergo Episcopus, vel Ecclesia est immunis, erunt immunes etiam coloni. Expulsus sua culpa, recuperat melioramenta in rem facta. Fachin. *l.* 7. *contr. Jur. c.* 90. Non sibi, sed Domino possidet. Farin. & Post. apud Ciarlin. *c.* 106. *n.* 23.

7 Colonus partiarius Episcopi quoad bona, quæ spectant ad Episcopum, gaudet privilegio fori, secus quoad contractus, seu delicta. Ciarlin. *loc. cit. c.* 185. *n.* 7. uti etiam coloni Clericorum non tenentur ad onera Laicalia, & collectas ratione fructuum, nisi fuerint a solo separati. DD. apud Sperel. *decis.* 41. *n.* 71. *& decis.* 42. *n.* 14. Sunt exempti a Jurisdictione Laicali, ne quid eis præcipiatur occasione bonorum Ecclesiæ. DD. *sup. cit.* & Ciarlin. *c.* 63. *nn.* 17. *& seq.* non ligantur statutis statutis Laicorum, ne seminent certum genus fructuum. Idem Ciarl. *& DD. apud eum.*

8 Limita prædicta quoad personam suam, secundum quam subsunt sæcularibus. DD. & Farin. apud Ciarl. *l. c.* sunt etiam exempti ab oneribus realibus, & personalibus, & mixtis. Sperel. *decis.* 41. *n.* 42. ubi DD. non obstante quacumque consuetudine in contrarium, quæ non valet. Lmit. præterea quoad colonos Clericorum, qui sunt in minoribus, nec habent requisita Concil. de quibus supra in verb. *Clerici*. Item limita quoad onera imposita colonis ratione propriorum bonorum, vel in fructibus separatis a fundo. Sperel. *d. dec.* 42. *num.* 17. Capon. *disc. for.* 131. *&* 132. Non possunt cogi ad reparationem aggerum, & viarum publicarum. Speref. *l. cit.* Ciarl. *cap.* 186. Sperel. *decis.* 41. *num.* 84. Bellet. *tit. de exempt. Cleric.* §. 7. *n.* 1. Dian. *p.* 3. *tr.* 1. *res.* 19. Antonel. *de regim. Eccles. l.* 4. *cap.* 7. Pignatel. *tom.* 2. *cons.* 50. *&* 51.

9 Dicitur vero colonus partiarius, qui non pecunia, sed certa fructuum parte fundum colit, & dicitur improprie socius, contra quem non competit actio locati, sed pro socio. Tenetur fundum colere suis sumtibus, & suis expensis facere, quæ non respiciunt perpetuam utilitatem fundi: uti mundare fossata, & terras sodaticas ad culturam reducere. Tenetur Domino suo tempore mediam partem fructuum ferre suis sumptibus, & quidem ad domum, si est ejusdem Civitatis vel Comitatus. videri potest Pajatel. *exped. & annot.* 54. apud quem DD.

10 Coloni Regularium pro sua parte non tenentur solveere decimas; quia gaudent privilegiis realibus eorundem. Diana *p.* 3. *tr.* 1. *res.* 23. Tambur. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *d.* 15. *q.* 18. contra Seraph. *decis.* 127. sed plura infra in verbo *Decimæ*.

11 Coloni habitantes in domibus ruralibus, commendatorum subsunt Episcopo. Pignatel. *tom.* 2. *cons.* 23. ubi Rot. & S. Congreg.

COMMENDA.

Praxis Commendæ.

1 Commenda fuit inventa a summo Pontifice, ut qui non est habilis, vel capax beneficii, fieret capax commendæ. Barbos. *de jur. Eccles. l.* 3. *c.* 9. *n.* 23. & dicitur quædam palliata dispensatio. Pyr. Corrad. *in prax. benef. l.* 5. *c.* 1. *n.* 78. sermo est de perpetua commenda. Et hæc obligat ad officii recitationem. Laym. *in Theol. mor. l.* 4. *tract.* 2. *c.* 5. *n.* 7. *in fin.* Inducit incompatibilitatem, & execrabilitatem, ita ut unus nec duas commendas, nec unam cum beneficio habere possit. Put. *dec.* 333. Hojed. *de incompat. benef. p.* 1. *c.* 14. *n.* 16. apud Riccium *in prax. commend. res.* 138. *&* 140. *n.* 8. & ideo debet exprimi in impetratione beneficii. Capyc. *decis.* 3. *n.* 6. Put. *decis.* 26. *in fin. lib.* 2. *in correct.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 5. §. 8. *num.* 17. & alii apud Barbos. *de jur. Eccles. d. cap.* 9. *numer.* 32. Estque materia simoniæ; quia habet spiritualem administrationem. Suarez *de Relig. tom.* 1. *l.* 4. *de simon. c.* 21. *a n.* 3. Bonac. *de simon. disp.* 4. *n.* 14. Barbos. *loc. cit. num.* 36. porro

2 Commenda alia est temporalis, alia perpetua, seu alia in utilitatem Ecclesiæ, alia in utilitatem commendatarii. Temporalis est, cum alicui datur Beneficium non in titulum, sed ad custodiam, & utilitatem Ecclesiæ, & est instar depositi; potest ad libitum revocari, nec illius facienda est mentio in impetratione Beneficii. Paris. *de resign. l.* 2. *q.* 17. *nu.* 3. Gonzal. *ad reg. Cancell. gl.* 5. §. 8. *n.* 37. Barbos. *de pot. Episc. alleg.* 59. *n.* 18. *& de jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 12. Tusch. *litt. C. concl.* 475. *nu.* 1. & quod de illis non sit facienda mentio in impetratione beneficiorum, tenet Navar. *cons.* 4. *n.* 3. *de fil. Presbyt.*

3 Hinc commendatarius temporalis, cum sit ad instar depositarii, non facit fructus suos, nec potest agere de spolio, nisi quatenus ad congruam sustentationem illi opus est, & suis Ministris, reliquum debet converti in utilitatem Ecclesiæ, & de illo ratio reddi: Et licet ab Episcopo ad sex menses fuerit data, potest ab eodem revocari. Garz. *de benef. p.* 4. *c.* 4. *a n.* 53. Paris. & Barbos. *l. c.* Tusch. *ubi supra*. Hojed. *de incompat. p.* 2. *c.* 14. *n.* 4. Et licet regulariter non teneatur recitare officium, tamen si habet Beneficium integre commendatum quoad totam administrationem, tenebitur; licet cummenda non sit in titulum. Azor. *inst. mor. p.* 1. *l.* 10. *c.* 3. *q.* 6. Barb. *l. c. a n.* 20. *d. c.* 9.

4 Commenda perpetua conceditur in favorem commendatarii, cum facultate disponendi de beneficio sicut verus Beneficiatus. Hojed. & Paris. *l. c.* Lotter. *de re benef. l.* 1. *q.* 17. *n.* 10. *& l.* 2. *q.* 33. *n.* 12. Tambur. *de jur. Abb. tom.* 1. *d.* 4. *q.* 3. Barb. *de off. Episc. alleg.* 59. Garz. *l. c. c.* 4. *a n.* 47. Et talis commenda dicitur dispensatio palliata ad Beneficium. *D. D. cit.* hinc

5 Commenda perpetua est titulus canonicus, & est irrevocabilis regulaturque ut Beneficium. DD. *sup. cit.* ab initio a solo Papa datur. Riccius *in prax. commendæ p.* 3. *res.* 140. Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 3. *c.* 9. *de offi. Episc. alleg.* 59.

6 Commendatarius perpetuus habet liberam potestatem in temporalibus, & spiritualibus. Rebuff. *de pacif. possess. n.* 41. Riccius *l. c.* potest transigere super fructibus Beneficii commendati, ac illos vendere. Capyc. *decis.* 3. *nu.* 9. potest permutare cum alio beneficio in titulum dato. *cap. fin. de rer. permut.* & resignare, etiam in favorem. vide DD. *mox cit.*

7 Commendatarius Monasterii Regularium, cum annexa cura animarum, non tenetur residere. *cap.* 1. *de Capel. Monach.* Pignatel. *cons.* 86. *to.* 3.

8 Commenda temporalis potest concedi ab Episcopo. Parochiales Ecclesiæ tamen ab eodem non possunt de Jure commendari, nisi ad sex menses. Barbos. *lic. cit.*

n. 5. & 6. post Concil. vero Trid. *sess.* 24. *c.* 18 non habet locum commenda temporalis in Curatis, sed in iis constituitur Vicarius. Dian. *p.* 8. *tr.* 4. *res.* 32. *c. nemo deinceps, de elect. in* 6. Garz. *de benef. p.* 4. *c.* 4. *nu.* 14. ubi S. Congreg. Barb. *l. c. num.* 9.

9 Commenda Equitum Hierosolymit. non connumeratur inter beneficia; quia confertur titulo Laico in stipendium temporalis servitii. DD. apud Dian. *p.* 6. *tr.* 8. *res.* 17. sed contrarium docet Rot. apud Put. *decis.* 282. *l.* 1. Mantic. *dec.* 68. Garz. *de benef. p.* 4. *nu.* 45. & *seq.* ubi plures.

10 Commendam perpetuam habens, dicitur habere beneficium Ecclesiasticum, & debet habere reliquas qualitates Beneficiatorum. Riec. *in prax. commendæ p.* 3. *res.* 138. Bab. *de jur. Eccles. l.* 3. *c.* 4. *nu.* 59. Hojed. *de incompat. p.* 2. *c.* 14. *a n.* 6. Garz. *de benef. p.* 4. *c.* 4. *nu.* 48. Barb. *de off. Episc. alleg.* 59.

11 Commenda cessante, dicitur Beneficium vacare ut prius, & non per mortem commendatarii. Riccius *l. c. res.* 139. Barb. *l. c. n.* 54. vide Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 5. §. 8. *an.* 48. Garz. *loc. cit. n.* 61. *seqq.*

12 Commenda a Pontifice data, in dubio semper intelligitur de perpetua. Hojed. *de incomp. benef. p.* 1. *c.* 14. *n.* 9. Pyr. Corr. *in prax. benef. l.* 1. *c.* 6. *n.* 301.

COMPENSATIO.

Praxis Compensationis.

1 Compensatio potest fieri ab illo debitore, qui juravit solvere; quia est, & dicitur vera, & realis solutio cum effectu. Ciarl. *confor. c.* 36. *nu.* 19. & 20. Gig. *de pens. q.* 100. *nu.* 6. Dian. *p.* 7. *tr.* 3. *res.* 17. Covar. *in c. quamvis. p.* 1. §. 4. 9. Medices *de compensat. p.* 1. *q.* 25. *a n.* 8. Afflict. *decis.* 121. *nu.* 4. & alii plurimi, quam etiam probabiliorem vocat Fachin. *l.* 1. *contr. jur. c.* 7. ubi ad contraria respondet; sed contraria sententia apud Gabr. *de jurejur. concl.* 7. *num.* 1. est communior; quia jüramentum est vere adimplendum, & realiter, & non per fictam solutionem, qualis est compensatio; pro qua secunda opinione adest tex. *in cap. debitores, de jurejur.* ubi promittens cum juramento solvere usuras, tenetur illarum solutionem ob reverentiam Divini Numinis, quamvis postea easdem tanquam indebite solutas usurarius restituere teneatur. Imo clarior textus adest secundum unam lecturam communiter per DD. ibi approbatam *in cap. ad nostram. il.* 1. *de jurejur.* & ibi Innoc. *circa fin. vers. item etiamsi creditor.* & Joan. Andr. *vers. etsi creditor.* & Butr. *col.* 2. *vers. vel* 7. & Anchar. *in* 1. *notab.* Imol. *col.* 2. *vers.* alii. Felin. *col.* 4. *cum pluribus seqq. vers. quare autem*, juxta quos promittens solvere non potest compensare. idem tenet Paris. ubi de magis communi opinione. *cons.* 121. *nu.* 37. *vol.* 1. & alii plurimi apud Gabr. *loc. cit.* hanc opinionem sequitur etiam Grassus *de exception. except.* 16. *n.* 19. Item Seraphin. *de privil. juram. privileg.* 74. ubi postquam longe lateque tum rationibus, tum authoritatibus utramque sententiam examinavit, *nu.* 127. tandem concludit hanc secundam non solum tanquam communiorem, sed etiam uti tutiorem amplectendam esse, ne quis in perjurium incurrat, per rationes ibidem allatas. Car. de Graff. *de exception. excep.* 16. *n.* 26. *in fin.* & alii; & quod in dubio Judex pro observantia juramenti judicare debeat, tenent Grat. *lib.* 2. *respons.* 93. apud cit. Seraph. *num.* 129. & ideo stante hac dubietate opinionum hæc posterior sequenda erit tanquam magis expediens, & securior pro salute animarum. *cap. juvenis, de sponsal. cap. conscientiam, de observ. jejunii.* Uti contingit in dubia quæstione an contractus sit usurarius; quia tunc censeri debet, quod sit usurarius, cum ita magis consulatur saluti animarum. Cassan. *coes.* 63. *col.* 4. *nu.* 12. & in fra diximus in *praxi dubitantium.*

2 Limita tamen primo si debitor esset pauper; nam tunc stante inopia compensare posset. Graff. *l. c.* Gabr. *ubi supra n.* 11. ubi Corset. *in tract. de juram. col.* 11. *vers. decimum quintum privilegium.* Grat. *cons.* 121. *col. fin. vol.* 1. Dec. Neapolit. 163. *in antiq.* & alii. late Seraph. *l. c. n.* 142.

3 Limita secundo, hanc secundam opinionem procedere, quando quis simpliciter cum juramento promisit in specie quod velit solvere, secus si promisisset tantum in genere, quod velit satisfacere &c. Grat. *d. cons.* 121. *col.* 1. *vo'.* 1. apud Gabr. *l. c. n.* 13. Car. de Graff. *de exception. excep.* 16. *n.* 27. Eman. Gonzal. *in d. c. ad nostram, n.* 4. *in fin.*

Limita tertio: ut conclusio procedat in credito antecedenti, sive quod cum juramento solutionem promittens jam habebat tempore juramenti: cum enim juraverit, se soluturum, censetur renunciasse compensationi, secus vero in credito promissioni juratæ supervenienti; cum tunc non censeatur renunciasse compensationi cum credito, quod ignorabat. Gabr. *loc. cit. n.* 5. Seraph. *ubi supra num.* 130. *seqq.* ubi DD. sed quia huic limitationi obstat cit. tex. *cap. ad nostram, de jurejur.* ubi fructus percepti fuerunt post juramentum, & tamen non habet locum compensatio, ideo Gabr. *loc. cit. nu.* 6. subdistinguit, quod aut præcedit causa propter quam compensatio fieri poterat ante juramentum, & postea illud sequitur, & tunc per dictum juramentum compensatio censetur excluſa, etiamsi creditum postea superveniat: si vero causa compensandi supervenit, tunc per juramentum compensatio cum credito supervenienti non censetur excluſa, nisi creditum superveniens esset continuatio anterioris crediti; ubi vide. alias limitationes vide apud Gabr. & Seraphin. *ll. cit.* 4

Compensatio debiti unius societatis, cum credito, 5
quod quis habet sub nomine alterius societatis, fieri non potest. DD. *in L. ejus. C. de compens.* Medices *de compensat. qu.* 43. apud Sperel. *dec.* 91. *n.* 6. uti

Non habet locum compensatio liquidi ad illiquidum. 6
Gigas *de pension. q.* 92. Ciarlin. *contr. for. cap.* 36. *n.* 26. & 27. Riccius *in prax. var. res. p.* 2. *res.* 120. Dian. *p.* 8. *tr.* 10. *res.* 16. Rot. apud Bichium *decis.* 23. *num.* 19. & *decis.* 456. *num.* 10. quod tamen intelligitur de debito illiquido, quod nec de proximo liquidari potest. Medices *de compens. p.* 1. *q.* 13. *n.* 3. & 4. secus, si statim liquidari potest. Din. *in §. bonæ fidei. num.* 4. *inst. de act.* Abb. *in cap.* 2. *depositi.* Alex. *cons.* 74. *vol.* 4. & *seqq.* DD. *in L. fin. C. de compens.* & alii apud Medices *loc. cit. num.* 1. ubi *num.* 2. quod tempus liquidandi judicis arbitrio relinquatur. Menoch. *de arbitr. Jud. centur.* 1. *lib.* 1. *num.* 1. *cas.* 14. Afflict. *decis.* 121. & alii. Carol. de Graff. *de exception. excep.* 16. *num.* 42. Mascard. *de prob. concl.* 334. *num.* 5. & 6.

Neque valet compensatio speciei ad quantitatem. *L.* 7
si convenerint. ff. de pignor. act. Gabr. *de Jurejur. concluſ.* 7. Fachin. *lib.* 11. *contt. Jur. c.* 7. Graff. *de except. excep.* 16. *num.* 52. & 54. Medices *de compens. par.* 1. *quæst.* 1. *n.* 1. & 2. quia aliud pro alio solvi non potest, & in speciebus cadit affectio.

Neque admittitur in alimentis, vel pensione relicta 8
pro alimentis. Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 53. Medices *de compens. par.* 1. *quæst.* 14. *n.* 1. Graff. *loc. cit. num.* 46. exceptis alimentis præteritis. DD. *cit.*

Neque compensatio quantitatis ad aliam quantitatem de- 9
signatam quæ se habet ad instar speciei, uti quæ est tali loco. juxta Fachin. *lib.* 1. *contr. Jur. cap.* 6. secutus Accurs. Aretin. Roman. & Dec. *ad L. fundus ff. si cert. pet.* §. *servum tuum.* & probat ex *L. sed si certos. ff. de leg.* 1. ubi vide'.

Compensatio anni sterilis cum fertili non fit in loca- 10
tione, cum adest pactum restauri. Caroc. *de locat. p.* 4. *tit. de remis. merced. q.* 8. Ciarlin. *contr. for. cap.* 47. *n.* 58. Item cum sunt tot locationes, quot anni. Boss. *in prax. tit. de remis. merced.* Item in locatione ad longum tempus. Ludov. *concl.* 12. Ciarl. *loc. cit.* Dian. *p.* 3. *tract.* 6. *res.* 17. & qualis debeat esse sterilitas, vide apud Cyriac. *contr.* 49. Medic. *de compens. par.* 1. *quæst.* 45. *n.* 9.

Neque procedit compensatio in deposito secundum 11
utramque forum, tam animæ, quam externum. Molin. *de Just. tom.* 2. *d.* 524. & alii apud Dian. *part.* 3. *in addit. res.* 1. licet ipse cum aliis contrarium sentiat in foro animæ. Graff. *de excep. except.* 16. *n.* 55. quamvis depositum consisteret in pecunia numerata. Neque in depositio alterius depositi, si unum non est liquidum; secus in depositio confessionato. Medic. *loc. cit. part.* 1. *quæst.* 19. *n.* 4.

Compensatio habet locum etiam in delictis, si deli- 12
cta sunt paria; quia tunc mutua compensatione tolluntur. Oinot. *lib.* 4. *de injur.* Bonac. *de restit. disp.* 1. *q. ult. pun.* 2. licet delicta essent diversi generis, quæ tamen procedunt post factum, non ante. Medices *loc. cit. p.* 1. *quæst.* 34. *num.* 1. non tamen contra fiscum.

Por-

13 Porro compensatio debet fieri pro rata. §. *compensationes. inst. de act. L. si constat. Cod. de compens.* Osasch. *cons.* 43. Graff. *de except. excep.* 16. *nu.* 64. Costa *de ratione ratæ. q.* 61. maxime ad impediendas usuras. *L. ejus. Cod. de solut.* Item ad evitandam caducitatem, ad liberandum pignus, & ad impediendam præscriptionem. Anchar. *cons.* 5.

14 Compensatio admittitur etiam contra habentem instrumentum habens executionem paratam, dummodo creditum compensantis sit liquidum, vel in continenti liquidandum. Cyriac. *contr.* 224. *n.* 5. Rot. apud Bich. *dec.* 23. *n.* 1. *& seq.*

15 Compensatio extinguit hypothecam. Menoch. *cons.* 121. Merlin *de pignor. lib.* 5. *tit.* 1. *quæs.* 6. Cenc. *de cens. p.* 3. *q.* 3. *cap.* 1. *art.* 6. *n.* 5. *& 6.* dummodo compensatio a debitore fuerit opposita; quia alias non operatur solutionem, nec inducitur ipso jure quoad executionem, quidquid sit quoad ortum; sed tantum parte opponente, & ab ipsa die oppositionis. Surd. *decis.* 191. *n.* 15. *& 16. & cons.* 246. *n.* 28. Hond. *l.* 2. *cons.* 38. *nu.* 16. *& seqq.* Medices *de compens. p.* 2. *quæs.* 21. *num.* 4. Molin. *de contr. tract.* 2. *dis.* 560. *n.* 2. quamvis contrarium teneant Martin. antiq. glossat. relatus a gloss. *in L. si constat.* 4. *de compens.* Tyndor. *de compens. art.* 6. *n.* 47. *&* 51. apud Rot. *decis.* 409. *p.* 9. *rec. tom.* 2. *n.* 20. hoc unum est, quod

16 Compensatio ipso jure fit, etiamsi non opponatur ab homine, ad impediendas usuras, vel caducitates, & similia, & quidem ab initio ministerio legis, statim ac esse incipit aliud debitum compensabile, & hoc in odium usurarum &c. Medices *l. c. n.* 3. *d. quæs.* 22. *& quæs.* 50. *p.* 1. *n.* 9. Tind. *l. c. art.* 5. *n.* 39. & est tex. *in L. ejus.* 7. *C. de solut. & in L. etiam C. ced.* Molin. *loc. cit. num.* 3. *L. si ambo, L. cum alter, de compens.* Graff. *de except. excep.* 16. *n.* 37. Scacc. *de Commerc. & camb.* §. 2. *gl.* 5. *num.* 425. Tiraq. *de retr. lignag.* §. 3. *glos.* 3. *n.* 10. *in fin.* & DD. apud Rot. *d. decis.* 409. *n.* 21. *&* 22. sive deinde sint usuræ odiosæ, sive favorabiles. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 6. *glos.* 2. *p.* 6. *n.* 66. ubi quod hæc sententia procedat etiam in usuris dotalibus, [etiamsi sint & numerentur inter favorabiliores. Alex. *cons.* 74. *n.* 4. *l.* 5. Peregr. *cons.* 70. *n.* 1. *l.* 4. Aldovin. *cons.* 84. *n.* 16. Surd. *de alim. quæs.* 42. *n.* 85. *tit.* 1. apud Rot. *d. decis.* 409. *num.* 23. dummodo debitum, quod compensatur, sit liquidum. Seraph. *decis.* 1455. vide Rot. apud Bichium *decis.* 166. *n.* 3. ubi quod non retrotrahatur, sed operetur a die oppositionis. *n.* 4. sed quod in compensatione ad impediendas usuras secuta liquidatione retrotrahatur ad diem petitionis, & si petitio facta fuit ex intervallo. retrotrahatur ejus effectus ad tempus, quo fieri poterat. ex Jo. Fabr. *in* §. *bonæ fidei. n.* 11. *&* 12. *vers. ex hoc concluditur. inst. de act.* Costa *de retract. c.* 9. *cas.* 4. *n.* 13. Surd. *de alim. l. c. n.* 88. tenuit cit. Rot. *decis.* 409. *n.* 30.

17 Prædicta vero ampliantur, quod pro compensatione ipso jure facienda non requiratur scientia, & notitia compensare debentis, sed sufficit adesse creditum liquidum &c. cum ignorantia hominis non impediat dispositionem legis. *L. ventre præterito.* 84. *L. cum quidam.* 30. §. *suum hæredem. ff. de acquir. hæred.* apud Rot. *sæpe d. decis.* 409. *a n.* 33. ubi Capyc. Latro *decis.* 25. *nu.* 40. Corn. *cons.* 111. *nu.* 7. *l.* 4. An vero eadem procedant etiam in compensatione census, vide Molin. *loc. cit. n.* 3. *verb. observat vero.*

18 Sic etiam compensatio ipso jure fit ad evitandam præscriptionem, quæ imponitur negligenti. Felin *in c. extrasmissa, de præscr.* & alii apud Medices. *p.* 1. *quæs.* 50. *n.* 6.

19 Opponens vero compensationem videtur fateri debitum. Bar. *in L. cum Papinianus. Cod. de sent.* Natta *cons.* 134. *&* 684. maxime inter Mercatores. Rot. apud Merlin. *dec.* 254. Natta *loc. cit.* Rot. apud Bich. *decis.* 166. *n.* 2. contrarium tamen putat verius esse Fachin. *l.* 11. *contr. jur. c.* 6. qui excipit non fatetur. *L. non utique. ff. de except. c. venerabilis eod. c. qui exceptionem, de R. J. in* 6. Cart. de Graff. *de except.* 16. *n.* 39. ubi Felin. *cap. venerabilis, de except.* & alii.

20 In foro interno an sit licita, si adsunt alii creditores anteriores, controvertitur? affirmant Homobon. *in Exam. Eccles. p.* 2. *tr.* 10. *cap.* 3. *q.* 6. & alii, quos citat, in & sequitur Dian. *p.* 3. *tr.* 5. *res.* 10. Molin. *de just. tom.* 2. *tr.* 2. *d.* 566. negant alii probabilius apud eundem Dian. *loc. cit.* quia tunc compensatio fieret in re alterius.

21 Compensatio potest opponi contra creditum pensionis non reservatæ pro alimentis, vel cum agitur de alimentis præteritis. Rot. apud Bich. *dec.* 23. *nu.* 2. Imo semper opponi potest, quando creditum opponentis est liquidum, nulla facta distinctione, an sit executivum nec ne; quia saltem intrat compensatio iudirecte per viam retentionis. *ibidem. n.* 3.

22 Compensationem opponens declarare potest, se velle compensare magis cum uno, quam cum alio debito. Rot. apud Bich. *dec.* 177. *n.* 9. & facta declaratione, quod velit cum tali debito compensare, non potest pro eo amplius condemnari. *ibid. n.* 10. facta autem semel electione, non potest amplius variari. *ibid. n.* 20. quamvis hæc doctrina Imolæ inter Mercatores practicari non soleat. juxta Anton. de Amat. *var. res. lib.* 1. *res.* 41. *n.* 3. & advertit addenda ad Gregor. 15. *d.* 366. *nu.* 8. *vers. sed stant.*

23 Compensatio fit ipso Jure, etiam in dote ad evitandum cursum usurarum dotalium. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 6. *gl.* 2. *p.* 6. *n.* 61. Rot. apud Bich. *dec.* 151. *nu.* 26. ubi alii: & ut supra *n.* 16.

24 Compensatio licet habeat vim solutionis, ad effectum liberationis, non tamen habet vim solutionis ad effectum constituendi in quasi possessione exigendi. Rot. apud Bich. *dec.* 214. *n.* 26. Seraph. *dec.* 302. *per tot.* Capyc. Latr. *dec.* 25. *n.* 8.

25 Compensatio ipso jure inducta censetur ad evitandam pœnam privationis, vel incapacitatis. Rot. apud Bich. *dec.* 257. *n.* 16. Mantic. *de tacit. l.* 22. *tit.* 27. *n.* 65. Rol. *cons.* 87. *l.* 1. *n.* 28. & supra *n.* 16.

26 Compensatio potest etiam opponi post factam executionem. Felin. *in cap. suborta.* 21. *de sent. & re jud.* Afflict. *dec.* 121. *nu.* 3. Greg. 15. *dec.* 342. *a nu.* 2. Rot. apud Bich. *dec.* 583. *n.* 1.

27 Debitum necessarium potest compensari cum legato, non vero voluntarium, & ita legatum a Patre relictum filiæ, videtur relictum animo compensandi dotem; quia dos respectu Patris dicitur debitum necessarium, & legale. juxta *L. si cum dotem.* §. *si pater*, ubi Bar. & DD. *ff. solut. matr.* secus respectu fratrum, quia non tenentur nisi in subsidium, & respectu mariti, & hæredum ejus, respectu quorum dicitur debitum voluntarium; cum potuerit abstinere a nuptiis, & se non obligare ab initio, sicut hæres potest abstinere ab hæreditate, & non quasi contrahere. Ciarl. *contr. for. cap.* 189. *n.* 18. Mantic. *de conject. ult. vol. l.* 10. *tit.* 2. *n.* 12. Menoch. *de præs. l.* 4. *præs.* 109. *n.* 27. Cyriac. *contr.* 162. *n.* 39. *&* 261. *n.* 38. *&* 36.

28 Ampliatur, ut debitum voluntarium non compensetur etiam cum legato majoris quantitatis. juxta *L. un. Cod. de rei uxor. act.* Mantic. *loc. cit.* Menoch. *præs.* 110. *per tot.*

29 Generis ad genus compensatio, non admittitur, si sit diversum genus, ut frumenti ad vinum. Tyndor. *de compens. art.* 6. *n.* 8. Alex. *in L. divortio.* §. *ob donationes. n.* 4. *ff. sol. matr.* apud Medices. *l. c. p.* 1. *quæs.* 2. *n.* 4. secus si sit idem genus, ut frumenti ad frumentum, vini ad vinum &c. Tyndor. *l. c. n.* 6. *& not. in L.* 1. §. *item. ff. si pars hæred. pet. L. ob negotium. ff. de compens.* DD. apud Medices *l. c.*

30 Sic etiam speciei ad speciem non fit compensatio. *L. si convenerit. ff. de pignor. act. L. si non sortem.* §. *si certum. ff. de cond. indeb. L. si ex pecunia. C. de rei vind.* Surd. *cons.* 112. *n.* 38. *l.* 1. Curt. jun. *cons.* 236. *n.* 22. Graff. *de exception. excep.* 16. *nu.* 54. quia aliud pro alio ivito creditore solvi non potest, & in speciebus cadit affectio. Idem dic de specie ad quantitatem. DD. apud Medices. *l. c. quæs.* 3. ubi limitat *n.* 9. in compensatione, quæ fit officio judicis.

31 Quantitatis vero ad quantitatem, & qualitatis ad qualitatem compensatio datur. Medices. *quæs.* 5. *&* 6. nisi quis promisisset solvere in pecunia numerata. Idem *l. c.* & DD. apud Graff. *loc. c. nu.* 62.

32 Pecunia vero certo loco debita ubique compensari potest. Medices *quæs.* 7. vel quid aliud compensabile habita prius ratione interesse propter locum DD. apud Medices. *loc. c.*

33 Porro compensatio, in illis casibus, in quibus fieri de jure non prohibetur, fieri potest, etiamsi debitum oppositum non absorberet totum debitum petitum, sed

tantum partem, tunc enim admittitur pro illa parte, in qua Reus conventus est creditor. Alciat. *in L. quidam æstimaverunt. num. 9. ff. si cert. pet.* Car. de Grass. *de except. d. excep. 6. num. 64.*

34 Alterius debitum compensari non potest, nisi aliter fuerit conventum. Medices *l. c. quæst. 11.* quod tamen limitat in fidejussore, domino, vel servo, patre & filio, ac procuratore in rem suam. Et compensans debitum alienum cavere debet de raro. Idem Medic. *l. c. n. 7.*

35 Qui vero compensare potest, moram non committit, nisi jurasset solvere, ut supra diximus. Medices. *quæst. 26.*

36 Donatio facta inter vivos, censetur facta animo compensandi legitimam. Medices *quæst. 33. num. 3.* & Ancharan. *cons. 26.* Abb. *cons. 81.* nisi aliud appareat ex conjecturis. plura in praxi exceptionis.

COMPOSITIO.

Praxis Compositionis.

1 Compositio cum reo facta est gratia potius, quam actus Justitiæ. Ciarl. *contr. for. cap. 145. a num. 8.* Tiraquel. *de pœn. tempor. cauf. 23.* Farin. *in prax. Crim. quæst. 5. num. 3.* Ut vero sit licita cum reo compositio, requiritur, quod ille sit indiciatus. Guazz. *ad defens. reor. def. 34. cap. 1.* Est licita in quocumque crimine, quod non est plene probatum. Farin. & Ciarl. *loc. cit.* & valet etiam in carceribus facta, maxime si post liberationem fuit ratificata. Ciarl. & Farin. *ubi sup.*

2 Componere cum reo potest etiam Episcopus; quia ille est in quasi possessione faciendi gratiam reis, cum habeat merum, & mixtum imperium. Guazzin. *loc. c. cap. 3.* Riccius *in prax. ref. 303.* apud Ciar. *l. c.* Abb. *in cap. ni specialis, de offic. Deleg.* & dicitur Princeps Ecclesiasticus. Sperel. *dec. 116. numer. 78.* Genuens. *in prax. cap. 57.* Riccius *in praxi p. 4. ref. 119. & 120. ac seq.*

3 Limit. quoad crimina, in quibus est taxata a Jure certa pœna, si delictum est plene probatum. Riccius *l. c. ref. 121.* vide Fagnan. *in 2. part. V. Decretal. in cap. licet. de pœn.* Et tunc maxime potest fieri compositio, quando pœna pecuniaria magis timetur, quam alia. *cap. cognovimus. 16. q. 2.* Farin. *de hæres. q. 193.* & alii apud Dian. *p. 10. tr. 8. res. 1.* Caveant tamen Episcopi ab illo, quod ait *S.* Ambros. *facilitas veniæ solet esse incentivum malorum.* & illius *S.* Isidor. *cito violatur auro justitia, nullamque reus pertimescit pœnam, quam scit pecunia posse redimere. cap. pauper. 11. quæst. 3.* vide etiam in verb. *Episcopus.*

CONATUS.

Praxis Conatus.

1 Conatus effectu non secuto, punitur extraordinarie. Farin. *in prax. q. 67.* Menoch. *de arbitr. cas. 360. a n. 9.* Ciarl. *contr. for. cap. 48. num. 53.* Sperel. *dec. 102. n. 25.* licet ad actum proximum fuerit deventum, etiam in atrocissimis. Farin. *de immun. Eccles. cap. 8. & quæst. 123. & 124.* ubi communissima, etiam in pœnis statutariis. *quæst. 125.* Gomez *var. res. tom. 3. de delict. cap. 3. n. 11.* Riccius *in prax. Cleric. ref. 530. n. 1.* & quamvis Gabr. *lib. 7. concl. 1. n. 7. & 11.* dicat communiorem opinionem, quod in atrocissimis, ut in assassinio, conatus puniatur pœna ordinaria, si deventum sit ad actum proximum, & hoc de rigore juris, tamen *num. 15.* id remittit Iudicis arbitrio, ita ut is possit salva justitia talem conatum punire mitiori pœna. per Salyc. *in L. is qui cum telo. C. ad L. Cornel. de sicar.* Ang. *cons. 14. in fin.* ubi quod Judex bene faciat commutando pœnam in extraordinariam, & alios. Ampliatur etiam ad parricidium, nisi veneno fuerit attentatum. Farin. *q. 120. sect. 1. num. 150.* Menoch. *de arbitr. cas. 356. & 360.* Cavar. *in Clem. si furiosus p. 2. de homicid.* licet deventum ad actum proximum sit, vel per conantem non steterit. Covar. *l. c. n. 6. vers. contrariam.*

2 Conatus occidere proditorie, effectu non secuto, non perdit Immunitatem Ecclesiasticam. Clar. *in §. fin. q. 30.* Mar. Ital. *de Immunit. Eccles. lib. 1. cap. 5.* Farin. *in append. de Imm. cap. 9.* Bonac. *de Immun. lib. 3. quæst. 7.* Ciarl. *contr. for. cap. 14. num. 19.* Sicut

Conatus extrahere reum ab Ecclesia, effectu non secuto, non incidit in excommunicationem Bullæ. Riccius *in prax. var. criminal. p. 3. ref. 488.* ubi DD. 3

Conatus se ipsum occidere effectu non secuto, punitur extraordinarie. Menoch. *de arbitr. cas. 349. nu. 10.* & *360. numer. 15.* Clar. *in §. fin. q. 68. num. 41.* Farin. *de pœn. quæs. 20. numer. 154.* Bajardus ad Clar. *loc. cit. num. 130.* 4

Limita prædicta, quia Conatus in crimine læsæ Majestatis punitur, etiam effectu non secuto. *L. 3. ff. ad L. Jul. Majest.* ubi Bar. *L. quisquis. Cod. eod.* ubi Salyc. & alii. Covar. *in cap. si furiosus. p. 2. §. initum. n. 7. de homicid.* Clar. *in §. læsæ. nu. 16. & in §. fin. q. 92.* Gail. *de pac. publ. lib. 1. cap. 14. num. 6. & 11.* Limit. quoad voluntatem, & deliberationem, nisi fuerit deventum ad aliquem actum externum, licet remotum. Menoch. *de arbitr. cas. 360.* Bajard. ad Clar. *in d. §. læsæ. n. 25. vers. octavum.* Clar. *in §. fin. q. 91.* & communis apud Farin. *loc. cit.* 5

Et in tali conatu an detur pœnitentia? distinguitur, an conatus fuerit consummatus, vel fuerit deventum ad aliquem actum externum, uti quærendo hominem, qui occideret; tunc enim si conatus, vel machinatio potuit perduci ad effectum, pœnitentia excusat; vel an fuerit deventum ad actum proximum, ita ut per ipsum conantem non steterit, quin sequeretur effectus, & tunc pœnitentia non excusat a pœna ordinaria, sicut in priori casu. Farin. *loc. cit. num. 156.* Conclusio extenditur ad Conatum, tractatum, vel machinationem occidendi Consiliarios Principis. Capyc. *decis. 130. n. 11.* 6

Conatus etiam in crimine assassinii punitur ordinaria pœna, etiam effectu non secuto. Farin. *de homic. q. 123. inspect. 4. num. 79.* Gabr. *lib. 7. concl. 1. nu. 7.* Covar. *in Clem. si furiosus. p. 2.* & communior contra Decian. & alios; quamvis Gabr. id remittat arbitrio Judicis, ut supra diximus. *num. 1.* Quod ampliatur etiam ad mandantem, quando ante revocationem mandati mandatarius venerat ad actum proximum; secus si tantum ad remotum. Farin. *loc. cit.* ubi DD. Limit. de generali consuetudine Italiæ. Clar. *in §. assassinium.* Farin. *loc. cit. n. 115.* 7

CONCESSIO.

Praxis concessionis.

Concessio facta ad beneplacitum concedentis, non transit ad hæredes, vel successores, sed finitur ejus morte. *L. 4. ff. locati. cap. si gratiose, de rescr. in 6.* imo finitur etiam per amotionem concedentis. Noal. *de transmis. cas. 54.* Dec. *cons. 108. n. 2.* Covar. *l. 3. var. res. c. 15. nu. 4.* Menoch. *cons. 1. nu. 74.* & plura videri possunt apud Noal. *l. c. per tot.* 1

Concessum ad tempus videtur denegatum post illud. *L. si ita. ff. de vulgar. & pupil.* nam concessa ad tempus ulterius progredi non possunt. ad tex. *in L. in agris. ff. de acquir. rer. domin.* Rot. *decis. 306. p. 11. rec. num. 12.* 2

Concessio non potest dici facta ex causa onerosa, quando onus non æquivalet concessioni. Bal. *in prælud. feud. n. 9. & 10.* Curt. sen. *cons. 49. n. 6.* Lotter. *de re benef. l. 2. quæs. 8. n. 20. & 11.* apud Rot. *decis. 298. n. 13. p. 9. rec. tom. 1.* 3

¶ CONCILIUM.

§. I.

Cuncilium Generale per quem olim convocabatur, & hodie convocetur?

Concilium † in exordio surgentis Ecclesiæ, & antiquis temporibus, convocabatur per Imperatores. Zabarell. *cons. 50. ver. secundo quæritur*, ubi enumerat multa Concilia approbata convocata per Imperatores, sed istud erat accedente consensu Summi Pontificis, vel eo mandante, ut *in c. sexta. distinct. 16. ibi, exequente piissimo Principe Constantio.* & sic de aliis Imperatoribus clare ostendit Thomas Campeg. Episcopus Feltren. *tit. de concilio, c. 2. n. 8. & seq.* & plenius apostilla ad Abb. *in c. significasti, de elect. in ver. concilia, colum. 5. & 6. ver. secundo limitatur*, ubi reddit rationem; 1

quia

quia tunc Ecclesia non erat potens, ut compelleret,
2 daret salvos conductus necessarios. † Jure novissimo, postquam religio firmata est, & Sedes Apostolica firmius est in jure suo stabilita, sancitum est, prout conveniebat, quod solus Papa, tanquam Vicarius Christi, convocat, & aperit Concilium generale, *c. 1. distinct. 17. &c. ideo, 2. quæst. 6.* Zabarell. *d. cons. 150. nu. 3. cap. dudum, 3. quæst. 6.* & apostilla magna ad Abb. *d. c. significasti, de elect. in vers. concilia, col. 4. ver ego autem adhærendo*, probat hanc conclusionem esse de jure divino & positivo ex necessitate; quia solus Papa citat Prælatos & compellit, & dicit quod tenentes contrarium parum deviant ab hæresi, & plenissime Jaco-
3 bat. *de concilio, lib. 3.* ubi dicit indubitatum. † Extende, quod in tantum spectat ad solum Papam convocare concilium, ut etiam si agatur de querelis contra Papam, nullus convocet, vel aperiat concilium, nisi solus Papa, *c. concilia sacerdotum, §. hinc etiam, 17.*
4 *distinct.* qui textus est in Concilio editus generali. † Extende; quia etiamsi contendatur de Papatu inter duos, qui essent in possessione obedientiæ, ad illos solos spectat convocatio Concilii generalis. Zabarella *d. cons. 150. num. 3.* videlicet, ut quilibet eorum compellat suos obedientes ad Concilium; dicta apostilla ad Abba. *d. c. significasti, de elect. colum. 8. vers. sexto etiam ca-*
5 *su.* † Limita; quia secundo loco post Papam in casu necessitatis, puta si duo contendentes de Papatu non convenirent vel non vellent convocare, ne Ecclesia universalis scandalum patiatur, tunc convocatio Concilii generalis spectat ad sacrum Collegium Cardinalium; quia cum sint in possessione eligendi summum Pontificem, possunt omnia, quæ spectant ad electionem summi Pontificis, & sic convocant concilium. Zabar. *d. cons. 150. num. 3. & seq. ver. tertio quæro*, Castr. *cons. 420. Viso puncto. col. penult. num. 4. lib. 1.* quod est Antonii de Buttio, & iterum Castr. *cons. 421. num. 2. lib. 1.* quod est Matthæi Mattheſilani, & Joannis de Gavatulo; & hoc, quia digniores post Papam sunt omnibus, apostilla ad Abba. *d. c. significasti, de elect. ver. tertio limita, col. 6.* & rursus *colum. 8. ver. sexto etiam casu*, ubi dicit, quod debeant requiri prius ipsi con-
6 tendentes de Papatu, ut convocent concilium. † Extende, ut idem sit, quando Papa (si potest dari,) esset de hæresi suspectus. Jul. Clar. *in praxi crimin. in §. fi. qu. 35. num. 4.* ubi late, d. apostilla magna ad Abba. *d. c. significasti, de elect. ver. quarto etiam dico*, ubi,
7 quod prius debent requirere Papam. † Extende, quod convocatio Concilii generalis spectet ad Collegium Cardinalium istis duobus casibus, quando esset schisma de Papatu, vel Papa de hæresi suspectus, & ipsi contendentes de Papatu, essent negligentes in convocando Concilium; quia tunc Collegium Cardinalium potest eo casu convocare, etiamsi Papæ schismatici, vel Papa de hæresi suspectus, contrarium juberent, vel contradicerent, ut dicit Castr. *in dictis cons. 420. nu. 4. & 421. num. 2. lib. 2.* qui dicit, quod post Papam in Ecclesia Dei non est major dignitas, quam Collegium
8 Cardinalium. † Limita; quia tertio loco in casibus duobus prædictis, si etiam Cardinales & Collegium Cardinalium negligerent, quod eo casu convocatio Concilii generalis spectet ad Patriarchas, tenent Anto. de Butr. *d. cons. 420. num. 4. ver. convocant ergo, inter cons.* Castren. *lib. 1.* & potest esse ratio; quia data negligentia superioris, ad proximiores fit devolutio, *c. Romana, ver. notoria. de censib. lib. 6.* & quia in concernentibus statum Ecclesiæ, inferiores supplent negligentiam superioris, *c. 1. de suppl. neglig. Prælat.* & hanc partem tenet apostilla magna ad Abbatem *d. c. significasti, col. 8. vers. ubi vero ipsi Cardinales, de elect.* ubi loquitur alternative quod spectat ad alios Prælatos, vel ad Imperatorem. Jacobat. *tract. de concilio, lib. 8. art. 3.*
9 *num. 10.* † Contrarium videtur tenere Zabarella *d. cons. 150. num. 5. ver. quarto quæro, cum seq.* ubi, quod in dictis duobus casibus schismatis, vel Papæ suspecti de hæresi, si Papa & Collegium Cardinalium sunt negligentes, vel non conveniant in convocando Concilio generali, dicit, quod isto tertio loco spectat convocatio ad Imperatorem, tanquam repræsentantem totum populum Christianum, & sic O. revertitur ad A. quia in casu necessitatis recurrimus ad jus antiquum; dat exemplum, quod antiquitus quilibet jus sibi dicebat, postea prohibitum fuit, sed si judex non facit justitiam, tunc sibi licitum est jus dicere pro necessitate, & videtur etiam tenere Thomas Campeg. *d. tract. de concilio, c. 2. num. 16.* movetur; quia Imperator est Ecclesiæ advocatus, & defensor. † Declara; quia verior est opinio 10
Antonii de Butrio; quia non solum spectat ad Patriarchas, sed etiam ad Episcopos, qui loco Apostolorum sunt subrogati, ut est text. *in Actibus Apostolorum, c. 6.* ubi patet, quod duodecim Apostoli convocantes multitudinem discipulorum, &c. convocabant Concilium Generale; ergo ad eos post Papam, & Cardinales debet spectare; tum quia Patriarchæ & Primates habent jurisdictionem compellendi Episcopos; & Imperator non potest præcipere, sed rogare, & exhortationes facere, sed convocatio requirit citationem & compulsum, *c. concilia, §. hinc etiam, 17. dist.* ergo magis ad Patriarchas & majores Prælatos videtur fieri devolutio; & ita ibi tenet Ægid. Bellam. *num. 2.* tum etiam, quia ratio Zabarellæ concludit pro ista parte, dum vult, quod negligentibus Cardinalibus, spectet ad Imperatorem in casu necessitatis; quia O. revertitur ad A. ex quo non est judex, qui faciat justitiam; quia imo cum supersint Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi, qui veniunt post Cardinales loco Apostolorum subrogati, negligentibus majoribus ad istos spectare debet, & sic cessat causa necessitatis, quod non sit judex qui faciat justitiam, maxime quia non est locus extraordinario remedio, donec remedium ordinarium potest haberi, & idem Zabar. *d. cons. 150. num. 9. ver. videtur etiam*, videtur recedere ab iis, quæ prius dixerat de Imperatore, & quod possint majores Prælati istis duobus casibus convocare Concilium. Sed † quicquid sit, aut spectet ad Imperatorem tanquam advocatum, & defensorem Ecclesiæ per modum rogationis, & exhortationis, sive ad majores Prælatos per modum jurisdictionis, sive etiam ad Episcopos, per modum voluntariæ congregationis, ut contigit tempore Papæ Marcellini, ex text. *in c. nunc autem, 21. dist.* Jul. Clar. *d. §. fi. q. 35. num. 4.* & comprobat idem Zabar. *d. cons. 150. num. 9. in fi. ver. videtur etiam.* satis est, quod extra istos duos casus, solus Papa aperit, convocat, transfert, & suspendit Concilium generale, & hodie est sine difficultate, ex constitutionibus Apostolicis, ut ex bulla fel. rec. Pii Pap. II. *in fi.* ex bullis Pauli III. Julii III. & IV. insertis in sacro Concilio Tridentino, & ex decretis ejusdem Concilii celebrati in executione earumdem bullarum, & etiam est de jure communi, quod solus Papa convocat Concilium generale, & nullus alius potest convocare contra ejus voluntatem, ut supra fuit ostensum. † Bene verum est, quod Imperator est de Concilio, non ex gratia ad potestatem ostendendam, sed jure suo; quia est pars Concilii ad fidem confirmandam, ut dicit idem Zabar. *d. cons. 150. num. 6. ver. sed cum agitur.* † Extende; quia dictæ limitationes procedunt, etiam quando Papa esset mortuus naturaliter, vel civiliter, aut cessisset Papatui, & Cardinales non vellent procedere ad electionem; quia omnino debet provideri de Pastore, cum non adesset Pastor, & Cardinales negligerent, possent vel Imperator, vel majores Prælati convocare Concilium, ut dicit d. apostilla ad Abbat. *d. c. significasti, de elect. col. 8. ver. septimo posset.* † Idem, quando Papa devenisset ad in- 14
saniam, vel dementiam, ita ut esset omnino inhabilis; quia posset convocari Concilium Generale a Cardinalibus, & ipsis negligentibus ab Imperatore, vel Prælatis majoribus, ut consulatur Ecclesiæ de alio, vel de coadjutore, quasi sedes vacet, ut *in c. 1. & 2. 7. q. 1.* & ita eadem apostilla ad Abb. *ubi supra ver. octavo casu.* † Idem, si Papa & omnes Cardinales, casu (quod 15
absit) deficerent, eadem apostilla ad Abb. *d. c. significasti, de elect. col. 8. in fin. ver. nono etiam*, ubi ponit alios casus, quo videre poteris.

§. II.

Concilium Generale ex quibus causis possit convocari?

Si † agitur de hæresi, per quod crimen Papa sit 1
privandus, ut in §. præced. † II. Si agitur de schismate, ut quia duo prætendunt Papatum, quia schisma la- 2
bitur in hæresim. Castr. *cons. 420. Viso puncto, in fi. lib. 1.* quod est Ant. de Buttrio. † III. Si notorium sit Pa- 3
pæ delictum scandalizans totam Ecclesiam. Castr. *d.*

cons.

conſ. 420. *in fin. lib.* 1. de quo tamen vide plenius *concl.*
4 551. *pag. ſeq.* † IV. Si dubietas oritur de Papatu. Caſtr.
5 *ubi ſupra in fin.* † V. Si agatur de reducendis ſchiſmaticis, volentibus audiri ſuper articulis deviantibus a fide; quia ſi adhuc non fuerint auditi, audiri debent volentes, imo vocandi ſunt, & invitandi; ſecus ſi ſemel fuerunt excluſi. Abb. *in conſ. ſuo ſuper concilio Baſilienſi, in* 1.
6 *dubio col.* 21. *ver. octava ratio.* † Declara tamen, quia imo Græci fuerunt pluries auditi, ut ibi per Abb. li-
7 cet cum capitulationibus. VI. † Si agatur de reformanda Eccleſia in capite, & in membris, ut fuit deciſum in Concilio Conſtantienſi, & ad tollendos abuſus, ut patet ex Bulla ſel. rec. Pauli III. & ex progreſſu Con-
8 cilii Tridentini. † VII. Papa pro rebus atduis pertractandis, de quibus ipſe dubitationem habet, vel per ſe facere non vult, vel non confidit, convocat Concilium Generale, cui ſe ſubjicit; quia error velatus melius inveſtigatur a multis, quam a paucis, Rom. *conſ.*
9 521. *Circa propoſitam, num.* 4. *& ſeq.* † Item, quando potentius remedium adhibere intendit; item, quando contra delinquentes potentiores fecit, quod potuit, invocat Concilium Generale. Roma. *d. conſ.* 521. *nu.* 4.
10 † Item quando bella eſſent, quæ aliter concordari non poſſent inter magnos principes Chriſtianos, ut dicit apoſtilla magna ad Abb. *c. ſignificaſti, de elect. circa fin. verſ. & omitto.*

§. III.

Concilium generale quam juriſdictionem habeat, & quamdiu duret?

1 Concilium † habet ordinariam juriſdictionem ex accidenti, & ideo quamdiu durat Concilium, tamdiu durat ejus juriſdictio ordinaria; ſi vero revocetur, vel diſſolvatur, tunc revocatur, & ceſſat ejus juriſdictio, prout in Legato. Gemin. *conſ.* 65. *nu.* 9. *ver. ſed per mor-*
2 *tem.* † Extende, ut ea juriſdictio, quæ fuit conceſſa nominatim uni Concilio Generali certi loci, non extendatur ad eandem congregationem factam alio loco, & ſic non eſt eadem qualitas. Gemin. *d. conſ.* 65. *num.*
3 10. *ver. nec obſtat.* † Vide plenius, Thomam Campeg. Epiſcopum Feltren. *tract. de concil. c.* 23. ubi quod Concilium præſente Papa habet omnimodam juriſdictionem propter præſentiam Papæ, eo abſente habet delegatam, niſi ſit facta delegatio ad univerſitatem cauſarum, quia tunc eſſet ordinaria, tam in civilibus, quam crimina-
4 libus, & *cap. ſeq.* † Amplia, quia Concilium Generale legitime apertum, ſede vacante habet eandem poteſtatem, & juriſdictionem, quam habet Papa, ideo committit cauſas ſummarie, & ſine figura judicii. Caſt.
5 *conſ.* 66. *num.* 2. *ver. ad ſecundum lib.* 1. † Contrarium, quod non habeat niſi ex cauſa neceſſitatis juriſdictionem in iis, quæ pertinent ad Papam. Abb. *in* 1. *q. col.*
6 *antepen. ver. ſolutio.* † Declara, ut plene per Thom. Campeg. Epiſc. Feltrenſem *d. tract. de concilio, cap.* 37. ubi, quod niſi urgeat neceſſitas, non debet aliquid facere circa majora, & electio Papæ eſt Cardinalium.
7 † Vide plenius Jaeobat. *de concilio, lib.* 5. *tit. de juriſdictione Coucilii.*

§. IV.

Concilium generale ſubeſt Papæ, & in quibus Papa ſubſit Concilio?

1 Concilium † Generale omnino ſubjicitur Papæ, tanquam unico Vicario Chriſti, probatur lege divina, naturali, & humana: Divina; quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus B. Petro ſuo Vicario præcipue dedit ſupremam authoritatem per illa verba. *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam, & tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.* ut in Evangelio Matth. *c.* 16. & iterum poſt reſurrectionem in Evangelio Joannis *c. ultimo*, dum ipſe Dominus noſter tertio interrogat Petrum; *Simon Joannis, diligis me plus iis?* & habito reſponſio, *Domine tu ſcis, quia amo te*, per tres vices eidem dicit, *Paſce oves meas*; quæ verba conſtituunt B. Petrum paſtorem, ſicuti Chriſtuſmet dicit de ſe ipſo: *Ego ſum Paſtor bonus, ſi quis per me introierit, ſalvabitur; & alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile, & unus paſtor*, ut in eodem Evangelio Joannis *c.* 10. Nam ſi Chriſtus unicus, & verus paſtor committit gregem, & oves paſcendas B. Petro, & declarat unicum ovile & unicum paſtorem debere fieri, & ſi eidem ligandi, & ſolvendi facultatem tribuit, impoſſibile eſt communicare iſta aliis ſine ipſo paſtore conſtituto, & unico, quin contradicatur verbis claris Evangeliorum, & quod Papa ſit ſupra Concilium, & Concilium non ſupra Papam, pleniſſime docet Barbat. *in cle. ne Romani, num.* 31. *& ſeq. de elect.* ubi infinita cumulat more ſuo. † Probatur; quia idem Dominus noſter pro Petro ſpecialiter rogavit, ut non deficiat fides Petri, inquiens eidem Petro ſic confirmato in fide, ut aliquando confirmaret fratres, quaſi ab eo, uti Vicario, recepturi eſſent in fide confirmationem, ut in Evang. Luc. *c.* 22. ſicque apparet, quod Chriſtus ſoli Petro dedit piſcationem cum hamo, quod ſignificat juriſdictionem, omnibus autem conceſſit piſcationem cum retibus; & inſuper tributum pro ſe, & Petro ſolvere voluit, non pro aliis, quæ fuit cauſa inquirendi de majoratu inter diſcipulos, ut habetur in Evangelio Matth. *c.* 17. *in fi. & ſeq.* & hæc habentur *in c. eſt aliud*, 24. *quæſt.* 1. ubi hamus pro juriſdictione ſoli Petro conceſſa declaratur: & quia Chriſtus eidem Petro in prima viſione denunciavit, quod appellaretur Cephas, quod interpretatur Petrus, ut in Evangel. Joan. *c.* 1. & importat idem, quod caput, & principatum teneret, ubi hæc omnia *in cap. ſacroſancta*, 22. *diſt.* ſic etiam in Actib. Apoſt. *c.* 10. ſoli Petro miſſum eſt de cœlo linteum, per quod deſignatur poteſtas juriſdictionis in toto orbe, ut Barb. *in d. clem. ne Romani, num.* 59. *de elect.* † Naturalis lex inſuper concurrit; quia ſi- 3
cuti in Eccleſia triumphanti ſunt gradus plurimi, & unum caput, a quo pendent omnia; ita in Eccleſia militanti ſimilitudo debet eſſe; quia Imperium, Regnum, & Gubernatio non poteſt eſſe bona per plures; quin imo etiam iſtæ libertates, & gubernia communia neceſſe habent conſtituere unum Principem, ut plene habetur *in c. in apibus principes unut*, 7. *qu.* 1. quod eſt B. Hieronymi, & plura ſimilia congerunt Oldrad. *conſ.* 94. *Eleganter, num.* 7. *ver. adhuc inſtatur.* Anch. *conſ.* 339. *Pro majori, num* 3. & in terminis Pius II. in ſua Bulla retractationis *col. pen.* † Sic etiam per jus cano- 4
nicum, & ſanctos Eccleſiæ Doctores ſemper fuiſſe diffinitum, & declaratum, nempe ab Innocentio *in c. nemo judicabit*, a Symmach. *in c. aliorum hominum cauſas.* ab Anthero *in c. facta ſubditorum.* a Gelaſio *in c. cuncta per mundum.* 9. *q.* 3. ubi clare, quod Papa judicat omnes, & ipſe a nemine judicatur, niſi a ſolo Deo, & ibi gloſ. & Doct. quod a nemine judicatur, niſi a Concilio, quando de hæreſi, & fide eſſet ſuſpectus; & idem etiam reſpondit Bonifacius martyr de hoc conſultus, *in c. ſi Papa*, 40. *diſt.* & in exemplo B. Marcellini, & aliorum SS. Patrum, de quib. *in c. nunc autem.* 12. *diſt.* ubi, quod Papa non judicatur a Concilio, neque ſedes prima; quia a Deo eſt, & ſe ipſum judicat. † Pro iſta parte concurrunt omnes cau- 5
ſæ, quæ oſtendunt Concilium Generale omnem eſſentiam accipere a ſummo Pontifice Vicario Chriſti; quia non aperitur, niſi ex licentia, & authoritate Papæ, ut decrevit Julius Papa I. *in c.* qui ponit pro regula, Gregorius, *in c. nec licuit*, 17. *diſt.* & fuit oſtenſum §. *ſup. in pr.* † Authoritatem ſupremam recipit a Papa; 6
quia niſi adſit authoritas, & confirmatio Papæ, non erit Concilium, ſed conciliabulum, & geſta in eo reduntur ad vacuum, *c. multis de novo*, 17. *diſt.* & Concilium pendet a Papa, uti Vicario Chriſti; & quatenus dicatur aliquibus in locis Concilia pendere a Deo, & a Spiritu Sancto, intelligitur mediate & non immediate, & idem Thom. Campeg. Epiſc. Feltren. probat *d. tract. de Concilio c.* 22. ex authoritate ſacrarum Scripturarum, & B. Thom. ubi tollit omnia contraria, prout poteſt videri. † C. auditur, & diſſolvitur ex autho- 7
ritate Papæ ex cauſa, ut idem Epiſc. Feltrenſis *d. tract. de Concilio cap. fin.* † Declarationem recipit a Papa: 8
quia ipſe Papa interpretatur, declarat, & tollit Concilia Generalia. Abb. poſt Jo. Andr. & alios, *c. ſignificaſti, num.* 3. *de elect.* imo apoſtilla magna *ibi col.* 4. *in fi.* di.

fi. dicit, quod nulla unquam Synodus generalis rata
legitur, quæ Apoſtolica authoritate non ſit ſuffulta, &
9 citat plures concord. & probat ille text. *circa fi.* † De-
rogationem etiam patiatur, ſi Papæ placeat Concilio
derogare; quia poteſt ut tenent Abb. Panorm. *in ſua.*
10 *q.* 1. *in p.* Roma. *conſ.* 324. *in pr.* † Ultimo ex bullis
ſummorum Pontificum hæc omnia ſunt per legem ſan-
cita, ut in bulla Pii Papæ II. quod convocatio Con-
cilii non niſi authoritate Papæ fiat, non niſi authori-
tate Papæ decernat, & diſſolvatur, a Papa ad futurum
Concilium appellari poſſe tenentes, & appellantes hæ-
reticos dici poſſe, ut in Bulla Julii II. contra certos
principes, qui ut ſe confoverent in uſurpatione ſtatus
Eccleſiæ, excommunicati appellabant ad futurum Con-
cilium, & in Bulla Leonis X. contra Martinum Lu-
therum; unde ſuperfluum videtur de hoc temporibus
11 iſtis dubitare. † Et etiam de jure communi; quia Ro-
mana Eccleſia a Deo fundata, & privilegiata fuit, aliæ
vero Eccleſiæ ab Eccleſia Romana, & propterea dicit
text. *in c.* 122. *diſtinctio*, quod qui detrahit juri, &
privilegio Eccleſiarum, dicitur injuſtus: qui vero de-
trahit juri, & privilegio Rom. Eccleſiæ, in hæreſim
c. labitur, & procul dubio eſt dicendus hæreticus: unde
cum Papa non ligetur a Conciliis; ſed ſit ſupra Con-
cilia, *ut in c. ſignificaſti, circa fi de elect.* contrarium
tenentes ab hæreſi non diſtant, & quod Papa ſit ſu-
pra Concilium, pleniſſime Card. Jacob. *d. tract. de*
12 *Concilio lib.* 10. *art.* 7. *a n.* 72. *uſque ad n.* 134. † Et
licet Abb. in quodam conſilio ſuo ſuper Concilio Ba-
ſilienſi, quod juſta ratione fuit prohibitum, multa im-
pertinentia, ut infra oſtenditur, in contrarium allega-
verit, & pariter Rom. qui cum Abbate erat Advoca-
tus in d. Concilio Baſileæ, ſcripſerit pro Concilio con-
tra Papam ut in *conſ.* ipſius Romani 380. *Quæſtio eſt,*
per tot. & conſ. 522. & 523. & Pius II. qui pariter
tunc in minoribus conſtitutus erat in Civitate Baſileæ,
multa ſcripſerit pro Concilio contra Papam, & quod
Concilium eſſet ſupra Papam; tamen conſtat, quod
opinio pro Papa, quod ſit ſupra Concilium, eſt verior,
& melioribus rationibus munita, pro qua ſcripſerunt
B. Anton. Archiep. Flor. *in* 2. *parte ſuæ ſummæ, tit.*
2. *c.* 1. & Petr. de Monte Epiſc. Brixienſ. ut refert
Felin. *in c. nonnulli. num.* 3. *ver. quarto, proter author.*
de reſcript. & ſcripta Petri de Monte ſunt in tractatu
13 intitulato *de poteſtate Pontificis*, quem ipſe fecit. † Et
juſtificatio, quod illi, qui contra Papam ſcripſerunt,
male ſcripſerunt, probatur ex retractione publica, quam
omnes fecerunt. Nam Pius II. aſſumptus ad Pontifica-
tum, Bullam edidit de Anno 1463. in qua fatetur,
quod opera Nicolai Panormitani, & Lud. Pontani,
qui ambo erant Oratores Alfonſi magni Regis, & qui,
ut duo Sydera Orbis, & duo præcipua lumina clariſ-
ſima cenſebantur, una cum Cardinalibus male meri-
tis de Papa Eugenio authoritatem Concilii Baſilienſis
ita extollebant, & facta Eugenii damnabant, ut nul-
lus auderet eorum dicta refelleret, & ipſe quoque di-
ſcipulus didicit, & ſcripſit, quæ audiebat a ſchola iſto-
rum magiſtrorum; ſed tandem, cum privato Eugenio
& creato Amadeo, qui Felix appellatus eſt, vidiſſet
Felicem a Rege Romanorum non recipi, & cognoviſ-
ſet Eugenium, falſo de multis accuſatum, & Cardina-
les, qui Baſileam venerant, ob privatas inimicitias,
bono, & ſancto viro notam inurere voluiſſe: qui ta-
men cuncti poſtea ad eum redierunt, & veniam er-
rati petierunt, & Julianus Cardinalis S. Angeli, qui
& ipſe tutatus fuerat partem Concilii, mutatus in me-
lius, authoritatem Pontificiam defendebat, ipſum Pium
ab opinione erronea revocaverat; idcirco doctiſſime,
ut videri poteſt ſe retractavit, & authoritatem Ponti-
ficiam eſſe ſupra Concilium melioribus rationibus com-
probavit, ut videri poteſt in dicta Bulla, quæ poteſt
inſervire pro deciſione hujus articuli apud omnes.
14 † Hæc retractatio Pii II. non poteſt in aliquo calum-
niari, prætextu, quod poſtquam Papa creatus fuerit,
retractationem fecerit; quia aliunde ſumitur clara ju-
ſtificatio, & comprobatio eorum, quæ narrat in dicta
Bulla; quia Nicolaus Panormitanus Abbas, qui in d.
Concilio prohibito, multa impertinentia contra autho-
ritatem Papæ promulgaverat, & authoritatem Concilii
Baſilienſis ſupra Pontificiam authoritatem poſuerat, con-
ſcientia motus credendum eſt, ſe ipſum, nedum in lectu-
ris, ut patet *in c. ſignificaſti, in* 7. *not. ver. nota ſeptimo,*
quod Concilia generalia non ſunt ſupra Papam, de electio.
ſed expreſſe *in quæſt. ſua prima* quæ legi poteſt ab om-
nibus, retractavit, in qua *in prin.* tenet, quod Papa
poteſt derogare Concilio in totum, & revocare conſti-
tutionem Concilii; quia omnia Concilia authoritatem
recipiunt a Papa, & quia authoritas Papæ ſuprema ni-
hil excipit, allegat Evangel. Matthæi, *c.* 16. *qnodcunque*
ligaveris, &c. *quodcunque* 24. *q.* 1. & eſt Evangelium
Jo. *c. ult.* de quo *in d. ſignificaſti, de electio. Paſce oves*
meas, & rurſus, *ut fiat unum ovile, & unus paſtor. c.*
inquiſitionis, de ſent. excom. ubi, quod Eccleſia mili-
tans eſt in poteſtate Papæ; cui omnino obediendum eſt,
niſi præcipiat, quæ ſapiunt hæreſim, vel ſcandalum Ec-
cleſiæ, *& in eadem q.* 1. *num.* 13 *&* 14. authoritatem
Papæ extollit; quia licet Chriſtus omnibus diſcipulis
multa dixerit in communi; Petro tamen particulariter
dixit, *Paſce oves meas, ego rogavi pro te Petre, ut*
non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confir-
ma fratres tuos: & quod in ſingulari dixit *fiat unum*
ovile, & unus paſtor ſolus, qui eſt Petrus, qui aſſumptus
eſt in plenitudinem poteſtatis, *c. ad honorem, de auth. &*
uſu palli. & ad illud Evangelii, *dic Eccleſiæ*, quod eſt
urgens argumentum contrarium, *in d. q.* 1. *numer.* 13.
per hæc verba, *ſed Papa eſt caput totius corporis*, &
per eum explicatur nomine Eccleſiæ, juxta illud Do-
minicum, *dic Eccleſiæ*, Matthæi *cap.* 18. ſicque, *dic*
Eccleſiæ, exponit, videlicet Papæ, & multa alia, quæ
revocant dicta in illo erroneo, & prohibito Concilio.
† Romanus pariter, qui non tantum immodeſte Pon- 15
tificiam authoritatem depreſſerat, prout Nicolaus Ab-
bas revocavit ſe ipſum *conſ.* 354. *in prin. ver. & hoc et-*
iam verum, ubi, quod Papa eſt ſuperior Concilio, &
quod poteſt abſolvere excommunicatum a Concilio, et-
iam ſine ſcientia Concilii, etiamſi non remiſit ad Con-
cilium, etiamſi Concilium non ſit in aliqua negligen-
tia. † Regula igitur eſt clara, & ſine difficultate, quod 16
de jure communi Papa eſt ſupra Concilium, & quod
Concilium ſubeſt Papæ, & non poteſt Concilium ali-
quid conſtituere, quod liget Papam ut eſt tex. *in d. c.*
ſignificaſti, circa fin. de elect. ubi omnes Doct. conſen-
ſu unanimi tranſeunt, & gloſſ. *in c. Concilia*, §. *hinc*
etiam. in ver. juſſione Domini, ubi clare Turrecr. *nu.*
4. allegat ibi Archidiacon. idem tenentem; idem te-
nent ibi Ægid. Bellam. Gemin. & Præpoſ. Gemin. *conſ.*
65. *nu.* 6. *ver. ſed Concilium reputatur*, pleniſſime Barb.
in clem. Ne Romani, num. 3. *& ſeq. de elect.* & ple-
nius Card. Jacob. *tract. de Concilio lib.* 10. *art.* 7. *num.*
72. *& ſeq.* ubi *num.* 134. citat B. Thomam, & multos
Theologos, & Summiſtas. † Amplia; quia Papa po- 17
teſt in totum, & in parte Concilio generali deroga-
re. Gemin. *conſ.* 44. *in prin. & num.* 5. *ver. item probatur*
ratione. † Extende; quia poteſt Papa abſolvere excom- 18
municatum a Concilio. Rom. *d. conſ.* 354. *Circa propo-*
ſitam, in pr. ubi apoſtilla, *in ver. poſſe*, allegat Felin.
in c. paſtoralis, col. pen. ver. fallio quinto, de offi. del.
† Extende; quia poteſt abſolvere excommunicatum a 19
Concilio, etiam ſine ſcientia Concilii, etiam ſi non
remiſit ad Concilium, etiam ſi Concilium non ſit in
aliqua negligentia; ut dicit Rom. *d. conſ.* 354. *in prin.*
ver. & hoc etiam verum. † Amplia; quia procedit ar- 20
gumentum; hoc poteſt Concilium; ergo multo magis
poteſt Papa; quia Papa eſt ſupra Concilium. Gemin.
d. conſ. 65. *num.* 11. *ver. quoad primum*. † Amplia; quia 21
etiamſi agatur de fide, vel de dubio fidei, poteſt ſolus
Papa, non convocato Concilio, ſtatuere. Abb. *in q.* 1.
num. 13. *ver. an autem prætermiſſo*. ubi, quod Concilium
non eſt ſupra Papam, etiam, ubi agitur de dubio fi-
dei: plene Barb. *in d. Cle. ne Rom. nu.* 44. *de elect.* ubi ad-
ducit Evang. Lucæ *c.* 5. quia diſcipulis fuit dictum
quod laxarent retia, ſoli Petro fuit dictum, *duc in*
altum, quod exponitur *in c. non turbatur*, 24. *q.* 1. id
eſt in profundum diſputationum fidei, ad ipſum tan-
quam univerſæ Eccleſiæ primatem. † Extende, ut pro- 22
cedat, etiamſi in cauſa, & dubio fidei Papa unum
ſtatueret, & Concilium aliud; quia ſtaretur deciſioni
Papæ, ſi melioribus rationibus moveretur. Idem Abb.
d. q. 1. *num.* 13. plenius *in c. ſignificaſti, de elect.* † De-
clara tamen, quia ſi dubia fidei eſſent jam deciſa per
Concilium generale, vel articulus fidei eſſet adeo ma-
gnus, quod Papa eſſet dubius, iſtis duobus caſibus con-
veniens eſſet, quod convocaret Concilium. Abb. *d. q.* 1.
num. 13. *& d. c. ſignificaſti, de electio*. † Amplia; quia 24

Con-

Concilium non poteſt tollere conſtitutiones Papales, ſed bene Papa tollit conſtitutiones conciliares; quia Concilium eſt factura manuum Papalium, & recipit omnem authoritatem a Papa. Barba. *in d. clem. ne Ro-*
25 *nami, nu.* 31. *& ſeq. de elect.* † Limita; quia Concilium eſt ſupra Papam, quando eſſet Schiſma inter duos, vel plures contendentes de papatu; quia ſi unus eſt legitime electus, alter intruſus, debet convocari Concilium us intruſum expellat, & bene & canonice electum tueatur in obedientia; ſi ambo male electi, vel prætendant ſe bene electos, quia ſcandalum eſt, quod unus paſtor in duos dividatur, & unum corpus duo capita habeat monſtruoſa, Concilium convocari debet, ut caſſentur, ambo amoveantur, & procedant Cardinales ad electionem tertii, ita text. *in c, ſi duo.* 79. *diſtinct.* ubi omnes Canoniſtæ, poſt gloſ. *ibi*, & tradunt Ant. de Butr. *inter conſ.* Caſtr. 420. *col. pen. in pr. lib.* 1. Rom. *conſ.* 523. *Quæſtio diſcutienda*, ubi Apoſtilla dat concord. Abb. *in ſua q.* 1. *col.* 13. *ver. in contrarium, num.* 30. *& ſeq.* Gemin. *conſ.* 15. *in fi. num.* 19. *ver. & clarum eſt, & in conſ.* 44. *num.* 5. Zabar. *conſ.* 150. *in pr.* ubi dicit quod periti canonum omnes in hoc conveniunt, & ſic eſt communis opinio, quod Concilium eſt Judex in cauſa ſchiſmatis, & plene tradit apoſtilla magna ad Abb. *in d. c. ſignificaſti, col.* 4. *ver. ſexto*
26 *etiam caſu.* † Limita in cauſa hæreſi; quia Papa ſi eſt ſuſpectus de hæreſi, & non reſipiſcat, convocandum eſt Concilium, ut declaretur hæreticus, eſt text. *in c. ſi Papa.* 40. *diſtinct.* ubi omnes Canoniſtæ, & eſt ſpecialis ratio; quia hæreticus privatur omni jure, & dignitate, & efficitur incapax, & minimus, unde non eſt mirum, ſi iſto caſu declaratur privatus a Concilio, quia non eſt Papa, cum non voluerit pœnitere, & ita præfati Doctores dicunt in dictis conſiliis; qui loquuntur in caſu ſchiſmatis, & hæreſis, & Card. Zabarella
27 etiam iſto caſu dicit eſſe communem. † Extende limitationem in tantum veram eſſe, ut non poſſet Papa ſtatuere contrarium; quod non poſſet deponi pro hæreſi, gloſ. fin. *in c. ſi Papa.* 40. *diſtinct.* quam in hoc com-
28 muniter approbant omnes. † Limitant multi etiam quando Papa eſſet notorius delinquens, & incorrigibilis, & ex tali notorio delicto ſcandalizaretur Eccleſia; quia etiam iſto caſu poteſt convocari Concilium Generale, & a Concilio poteſt judicari, & privari, ſecundum gloſ. fi. *in c. ſi Papa.* 40. *diſtinct. in ver. a fide devius*, quam gloſſam ibi ſequuntur Ægid. Bellam. & multi alii Canoniſtæ, & communiter ipſam gloſ. ibi approbari dicit Barb. *in d. cle. Ne Romani. num.* 86. *de elect.* & idem prius dixit Abb. *in d. c. ſignificaſti, de elect. num.* 4. quod illa gloſ. approbatur per omnes; imo idem Abbas *in ſua q.* 1. *nu.* 13. *ver. tertius caſus.* dicit, quod totus mundus ſequitur ipſam gloſſam; quem ſequitur Dec. *in d. c. ſignificaſti, num.* 21. *ver. ultimo*, Abbas *hic de elect.* pariter eandem gloſ. extollit, & aſſerit, quod totus mundus illam ſequitur, & idem dicit apoſtilla ad Decium ibi, *in ver. incorrigibilis*, & confutat ibi Decius Theologos, & Canoniſtas tenentes contrarium, quaſi male ſenſerint, & dicit, quod licet Papa, ut poſſit accuſari, & deponi pro crimine hæreſis, intelligatur de ſtricta, & vera hæreſi, quæ eſt circa articulos fidei, ut loquitur *d. cap. ſi Papa.* 40. *diſt.* ergo ſecundum Theologos, & Canoniſtas contrarium tenentes id non debet extendi ad impropriam hæreſim, reſpondet Decius *ibi num.* 22. quod illud eſt; quia hæreſis propria, etiamſi ſit occulta quæ poſſit probari, operatur, quod Papa deponi poteſt; tamen in delicto notorio, per quod ſcandalizatur Eccleſia, quando eſt incorrigibilis, & non vult pœnitere, idem eſt; quia eſt habendus quaſi hæreticus, & licet ſit hæreſis impropria, & largo modo ſumpta; quia eſt notoria, & non vult corrigi: poteſt tamen etiam iſto caſu, per Concilium Generale deponi, ſecus ſi iſta impropria hæreſis non eſſet notoria, & dicit, quod gloſ. continet duos caſus, non unum tantum de vera hæreſi; quia redderetur ſuperflua & inepta, eandem etiam gloſ. citat, & ſequitur Roma. *conſ.* 523. *num.* 13. *verſ. ſecunda ſolutio*, ubi dicit, quod fuit canonizata in Concilio Conſtantienſi, & hanc etiam partem tuetur Car. Zabar. *in d. c. ſignificaſti, de elect.*
29 *qu.* 45. *& ſeq.* † Pro hac limitatione etiam conſuluit plene Rom. *d. conſ.* 523. *Quæſtio diſcutienda, per totum.* ubi plura adducit, & maxime *num.* 10. *& ſeq. ver. quarto, ubi prima ſedes*, & movetur ex iis, quibus eadem gloſ. ſi. *in d. c. ſi Papa.* 40. *diſtinct.* Primo ex illo Evang. dicto, *Si peccaverit in te frater tuus, corripe, & ſi non audierit, dic Eccleſiæ*, ubi dicit, quod dictum fuit Petro, & illum comprehendit, & illa verba, *ſi non audierit, dic Eccleſiæ*, debent intelligi de Eccleſia militante, & ſic de Concilio, non autem de Eccleſia triumphante, prout exponunt Hoſtienſis, & aliqui. Item *n.* 16. *ver. tertio probatur*, allegat *c. gravem, de pœn.* per quod diſponitur, quod qui pertinaciter Eccleſiæ parere renuit, claves ei commiſſas contemnendo, talis ex pertinacia non caret ſcrupulo hæreticæ pravitatis: igitur Papa notorie delinquens, & ſcandalizans Eccleſiam, & incorrigibilis exiſtens, debet poſſe per Concilium puniri. Item *nu.* 17. *ver. tertio demonſtratur*, movetur ex dicto Evangelii, *Si oculus tuus, manus, vel pes ſcandalizat te, erue eum abs te, melius eſt advitam ingredi cum uno oculo, &c.* quod declaratur in *c. illud ſane* 24. *q.* 3. & infert, ſi natura docet membrum putridum infectivum pro ſalute corporis amputandum, idem eſt dicendum civiliter de amotione Papæ, quando notorius delinquens ſcandalizaret Eccleſiam, & eſſet incorrigibilis, & multa alia adducit; ſed iſta ſunt principaliora. † Contrarium tenent fere omnes Theo- 30
logi, & Canoniſtæ, quos refert, & ſequitur Card. Turrec. *in d. c. ſi Papa.* 40. *diſt.* ubi allegat pro utraque opinione plenius, quam alius, *& num.* 2. *cum ſeq.* clare oſtendit hanc eſſe magis veram, & tenendam; Primo authoritate Romanorum Pontificum, Sanctorum, & Martyrum, qui ita ſtatuerunt, Papam, excepta hæreſi, a nemine judicari poſſe; Secundo, ex profeſſione ſacrorum Conciliorum, in quibus fuit ſtatutum, primam ſedem a nemine, niſi a ſolo Deo, judicari poſſe; Tertio probat ex evidentia rationum multis argumentis, maxime ex dicto Prophetæ in Pſalmo, *Tibi ſoli peccavi*, cum eſſet Rex, & non haberet ſuperiorem. Quarto ex teſtimonio plurimorum Theologorum, quos citat, videlicet Ricardum de S. Victore *in* 34
2. *parte de Sacrament.* Albert. Magn. S. Thom. 4. *diſt* 19. Alex. de Ales in 3. S. Bonavent. in 4. Petri de Tarentaſia, qui fuit Innoc. III. Dominum Ulriclium *in Summa ſua*. Magiſt. Ricard. de Media villa *in* 4. Petrum de Palud. *in tract. ſuo de poteſt. Eccleſiaſt.* Magiſtr. Herucum *in tract. ſuo de poteſt. Eccleſiaſt.* Magiſtr. Auguſtinum de Ancona *in ſumma de Eccleſiaſtica poteſtate.* & Alexand. de Alpidio *in tract. ſuo de Eccleſiaſt. poteſtate*, quos dicit aperte tenere, quod Rom. Pontifex verus, & indubitatus, extra caſum hæreſis, nullum in terris habet judicem ſuperiorem, qui eum aut punire, aut deponere poſſit, pro quocunque alio crimine: Quibus adde etiam B. Antoninum Archiepiſc. Flor. *in ſua ſumma*, prout eum citat Feli. *in loco proxime allegando*, allegat etiam Canoniſtas hujus concluſionis defenſores, videlicet Hoſt. Guid. Archidiaco. Jo. And. *in multis locis*, D. Alvarum *in lib. de ſtatu, & planctu Eccleſiæ*, & plures alios, & poſt Turrecrematam adde tu Barbat. *in cle. Ne Romani, de elect.* ubi *a num.* 31. *uſque ad num.* 86. per octuaginta ſeptem fundamenta probat, quod Papa aperit, declarat, & derogat Concilio, & eſt ſupra Concilium, non autem e converſo, *& num.* 86. *& ſeq.* in hac quæſt. refert Rom. tenentem contrarium in ſuis Conſiliis, ſed Barba. *num.* 90. *ver. ſed non recedo*, tuetur hanc partem pro Papa, prout etiam Feli. *in c. ſciſcitatus, num.* 3. *ver. & habet*, ubi, quod Papa ſolum pro hæreſi circa articulos fidei poteſt deponi, *& in c. nonnulli, de reſcript. num.* 3. *ver. quarto propter authoritatem*; hanc etiam partem tenent Petrus de Monte, Epiſc. Brixien. *in ſuo tract. de poteſt. Pont. rubr. de Concilii præeminentia, num.* 6. *& ſeq. ver. tertia concluſio.* ubi per 15. fundamenta probat, quod excepta hæreſi, & ſchiſmate, ex nulla alia cauſa poteſt Papa per Concilium judicari, & oſtendit eſſe de jure divino, naturali, & poſitivo, *& num.* 7. *ver. ſolum*, ubi appellat maledictam gloſſam a qua pullulavit alia opinio, & ſubjungit, quod illa gloſ. ſolum dicit, quod poteſt accuſari; non tamen quod poſſit deponi, vel puniri; & noviſſime Card. Jacoba. *in tract. ſuo de Concilio lib.* 9. *art.* 1. ubi, quod quamdiu eſt Papa non judicatur, neque deponitur ab aliquo, ſed bene declaratur depoſitus propter ſolam hæreſim. † Ex 31
præmiſſis patet quod plures numero, & authoritate ſunt pro iſta parte, & conſequenter, non eſſe veram aſſertionem Abba. & Decii, dicentium, quod illa gloſſa

in d.

in d. c. ſi Papa. 40. *diſt.* ſit communis, & quod omnes Doctores, imo totus mundus illam ſequantur, quia
32 eſt quædam jactatio in verbis, ut patet. † Imo, quod ipſa gloſſa nihil faciat ad propoſitum, & nihil concludat, clare demonſtrat Card. Turrecrem. *in d. c. ſi Papa, num.* 2. *col.* 3. *in fi. ver. iis habitis.* 40. *diſtinct.* ex multis; Primo; quia non determinat quæ dicit abſolute, ſed dicit, certe credo; Secundo; quia non firmatur aliqua ratione, niſi quia contumacia dicitur hæreſis, ſed iſtud eſt verum improprie, & non vere; Tertio; quia contra tex. *in d. c. ſi Papa*, qui excipit ſolam hæreſim propriam & veram; Quarto; quia gloſ. eſt contra plures alios tex. qui dicunt, Papam nullum habere ſuperiorem, niſi ſolum Deum, & a nemine poſſe judicari, *c. nem.* 9. *quaſt.* 3. & citat plurimos Turrecre. *d. c. ſi Papa, num.* 2. qui videri poſſunt, & plurima Concilia, & inter alia Concilium Rom. in quo interfuerunt Epiſcopi 284. qui ſe ſubſcripſerunt, una cum Conſtantino, & Helena matre ejus, & eſt tex. *in c. Concilia.* §. *Hinc etiam, diſt.* 17. cujus verba ſunt; *Epiſcopi in Synodo reſidentes; congregata authoritate Symmachi dixerunt, Symmachus Papa ab oppoſitionibus impetitus, quantum ad homines reſpicit, ſit immunis, & liber, cujus cauſam totam Dei judicio reſervamus.*
33 † Inſuper ultimo loco dicit, quod ipſa gloſ. *ſi. in d. c. ſi Papa.* 40. *diſtinct.* eſt contraria multis aliis gloſſis, quas citat ibi, *num.* 2. *circa ſi. ver. tum ſexto*, ubi allegat glo. *in c. ſi quis pecunia, in ver. non Apoſtolicus* 79. *diſt.* quæ dicit, quod licet ſimonia ſit hæreſis 1. *qu.* 1. *c. eos tamen*, quia large dicitur hæreſis, non poteſt Papa de ea judicari; quia ſolum judicatur de propria hæreſi, quæ eſt circa articulos fidei, ſicque patet, quod illa gloſ. non eſt vera, neque tenenda; & ita exponit ipſemet Abb. *in c. cum veniſſent, num.* 7. *de judic.* ubi ipſe tenet gloſ. *in d. c. ſi quis pecunia*, & intelligit aliam gloſ. quando ex delicto notorio, ſcandaloſo, & incorrigibili reſultat vera hæreſis, & ita declarat ultimo loco Card. Jacobat. *tract. de Concil. lib.* 6. *art.* 1. *per totum.* ubi *num.* 22. *& ſeq.* quod iſta ſit communis
34 opinio, † Declarant tamen Theologi; quatenus illa gloſ. ſalvanda eſſet, quod habeat locum, quando Papa notorius delinquens, & ſcandalizator, eſſet incorrigibilis, non quia non vellet corrigi, ſed quia aſſereret, talia delicta non eſſe delicta, neque peccatum; quia tunc incideret in propriam hæreſim, in qua eſt ſpeciale, quod Papa poteſt a Concilio deponi, & non obſtat reſponſio Decii *in d. cap. ſignific. aſti, de elect.* dum dicit, quod non poteſt eſſe bona declaratio; quia ſi reincidit in propriam, & veram hæreſim; ergo dictum gloſ. fruſtratorium eſt; quia jam erat deciſum in illo textu; quia poteſt replicari, quod imo non erat fruſtratoria; quia ibi omnes intelligunt text. *in c. ſi Papa*, de vera hæreſi, quæ ſit contra articulos fidei, ſed gloſ. extendit etiam, quando eſt hæreſis contra articulos fidei non explicite, ſed implicite, & ſic ſufficit, ut operetur declarationem iſtam, & quia hoc modo intellecta concordantur tex. & gloſſæ, & Doctores [omnes, & quatenus non operaretur, & intelligeretur: ut ſupra, tutius eſſet illam gloſſam, quæ loquitur per verbum, credo, reddere inanem, quam deſtruere tot textus claros, & gloſſas, quæ non poſſunt compati cum
35 ea, & tot doctrinas contradicentes. † Ad alia fundamenta, quæ eadem gloſ. & Roma. *d. conſ.* § 522. adducit, reſpondetur per Card. Turrec. ex mente Theologorum, & Canoniſtarum *in d. c. ſi Papa.* 40. *diſt. nu.* 3. quod illa verba, *ſi peccaverit*, de quibus in Evang. Matth. quod prima pars convenit de monitione fraterna, ſed ſecunda non poteſt convenire; quia illa verba, *dic Eccleſiæ*, non applicantur Papæ, qui non eſt ſimplex frater, ſed Princeps, & Vicarius Chriſti, qui a nemine judicatur, niſi in cauſa hæreſis, ut ſupra: ſed quia multi dicunt, quod reſpectu Chriſti, qui eſt Dominus omnium, non debeat intrare hæc diſtinctio, aliqui interpretantur, *dic Eccleſiæ*, videlicet præſidenti in Eccleſia, & ſic Papæ, qui judicat omnes & ſe ipſum judicare ſolus poteſt: ita Card. Jacobat. *de Concilio, lib.* 3. *num.* 85. exponit, *dic Eccleſiæ*, videlicet, Papæ non hæretico; quia tunc ſi hæreticus, bene important Concilium: quia eo caſu Concilium judicat Papam, ut declarat *in eodem tract. lib.* 10. *art.* 7. *num.*
36 181. *& ſeq.* † Ad ſecundum fundamentum Rom. dum dicit, quod ex quo Papa non vult corrigi, non creat ſcrupulo hæreticæ pravitatis, fuit reſponſum, quod non poteſt privari, niſi ex vera, & ſtricta hæreſi, ut *d. c. ſi Papa.* 40. *diſt. & ſupra, num.* 30. † Ad ultimum 37
fundamentum Rom. *ſi oculus tuus, pes, vel manus ſcandalizat te, erue eum abs te, &c.* reſpondet Turrecrema. & alii per eum allegati *d. cap. ſi Papa.* 40. *diſtinct.* quod loquatur de membro, non de capite; quia ſublato capite corpus non ſanatur, prout ſi aliud membrum putridum evellatur, & quia membra ſerviunt capiti & ab eo pendent. † Sed quia replicant aliqui, quod iſta amo- 38
tio capitis, quæ fit civiliter, non exanimat corpus, ſed vivificat Eccleſiam, ex quo dari poteſt aliud caput, quod non ſcandalizabit incorrigibiliter, & in hoc mors civilis non æquiparatur naturali; quia non habet eundem effectum judicio Tuſch. poteſt hæc replicatio tolli; quia clarum eſt, quod Chriſtus Dominus noſter prædicta verba, *ſi oculus tuus, &c.* & alia, *ſi peccaverit in te frater tuus, &c.* dixit ad tollendum ſcandulum & peccatum, quantum fieri poteſt, non autem ad inducendum majus ſcandalum, & majus peccatum, ſi de eo timeri poteſt, *c. duo, diſt.* 13. ubi, quod de duobus malis, quod minus eſt, eligi debeat: & ideo cum Papa non habeat ſuperiorem, qui poſſit illum judicare in hoc ſeculo ex quocunque delicto, excepta vera hæreſi. *d. c. ſi Papa.* 40. *diſt.* illa gloſs. fin. ibi, quæ ut credendum eſt, bono zelo mota fuit, ad dicendum ſeu potius credendum, quod Papa etiam pro delicto notorio ſcandalizante Eccleſiam, ſi eſt incorrigibilis, poſſit accuſari, & Concilium etiam iſto caſu ſit ſupra Papam, neceſſario debuit intelligi, ſi Papa ex humilitate, & propria voluntate voluerit ſe purgare, prout fecit Sixtus Papa *in c. mandaſtis* 2. *q.* 5. ubi dicit, non teneri, vel velle ſe purgare in Concilio, ſine præjudicio ſucceſſorum, ubi glo. *in verbo potuiſſem*, ſe ipſam declarat, dicens, quod Papa non poterat judicari ab aliquo, neque a Concilio, niſi ex cauſa hæreſis, licet ibi ſe ſubmiſerit ſine præjudicio ſucceſſorum, ut dicit ille text. & idem fecit Leo I. *in c. auditum. eadem cauſa* 2. *q.* 5. qui pariter dicit, hoc *autem faciens non legem præſcribo cæteris, qua id facere cogantur.* † Si vero Papa contradi- 39
ceret, illa gl. extra hæreſim non poteſt velle contra tot textus claros, & ſuam propriam aſſertionem intellexiſſe, quod Papa ſubſit Concilio; tum quia eſt ſine authoritate, tum quia ſibi, & tantis authoritatibus contradicit; tum demum quia contradicente Papa non velle ſe ſubmittere Concilio extra cauſam hæreſis veræ, & propriæ, Concilium debet conquieſcere, & ſi non acquieſcit, & velit procedere vigore illius gloſsæ fundatæ ſuper illis verbis Evangelicis, oritur majus ſcandalum; quia dividitur caput a ſuis membris, & fit ſchiſma, & ſciſſura in Eccleſia Dei, quod eſt maximum, & ſuper omnia ſcandaloſiſſimum. *c. non afferamus*, 24. *q.* 1. ubi gl. fi. quod ſchiſma habeat annexam hæreſim, & utinam illa gloſsa nunquam fuiſset ſic intellecta: quia ex ea omnia mala Septentrionalia ortum habuerunt ex Concilio Baſilienſi, in quo propter iliam gloſsam ſchiſma cauſatum eſt, & deinde magna pars Germaniæ, Franciæ, Flandriæ, Angliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, & vicinarum Provinciarum ſe alienarunt a fide, & obedientia, cum primum eſſent ſpeculum fidei, & obedientiæ, & firmamentum Criſtianæ Religionis. † Et licet 40
multi multa temperamenta in hoc articulo afferant, placet Tuſcho ſuper omnia illud, quod affert ad alium finem B. Auguſtinus, cujus verba ſunt *in c. non poteſt* 23. *quæſt.* 4. dicit enim: *non poteſt eſſe ſalubris a multis correptio, niſi cum ille corripitur, qui non habet ſociam multitudinem, cum vero ille morbus plurimos occupaverit, nihil aliud bonis reſtat, quam dolor, & gemitus.* Nam conſilia ſeparationis, & inania ſunt, & pernicioſa, atque ſacrilega, & plus perturbant infirmos bonos, quam malos corrigant animoſos: & propterea cum Princeps malus a Deo permittitur, propter peccata ſubditorum id eſſe comprobatur ex text. *in c. audacter* 8. *qu.* 1. Sana igitur eſt doctrina eorum, qui de ſupremo Pontice exponunt, *dic Eccleſiæ*, videlicet, ut roget Deum pro eo, ut de malo efficiatur bonus, vel ſi expedit, Deus tollat eum de medio, ne diutius ſubditi periclitentur; & hanc opinionem tenet B. Thomas *in* 4. *ſent. diſt.* 19. *qu.* 2. *arg.* 2. *quæſtiun.* 3. *ad ſecundum argumentum*, prout eum, & alios citat Card. Jacobat. *tract. de Concil. lib.* 10. *art.* 2. *num.* 150. *& ſeq. ver. & iſtam concluſionem.* † Concludit Tuſchus ex præmiſſis illam gl. *in c. ſi* 41
Papa,

FACULTAD DE DERECHO BIBLIOTECA GRANADA

Papa, 40. *dist.* nullo jure posse tueri, cum scandalizatur Ecclesia ex delicto notorio Papæ, & non vult corrigi, nisi tale delictum fapiat propriam hæresim contra articulos fidei, explicite, vel implicite, vel nisi Papa sit paratus, prout decet, recipere correctionem, vel ex humilitate sua esset paratus in Concilio facere justificationem, *d. c. si Papa, & alii text. clari supra allegati*, quibus nullo modo sine violatione potest responderi, salvo semper Sanctæ Matris Ecclesiæ judicio, cui in omni se submittit Card. Tusch. ¶

CONCIONATORES.

Praxis Concionatorum.

1 Præcipuum Episcopi munus est prædicatio verbi Dei, juxta illud Matthæi. *euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ &c.* & ut patet etiam ex ipsa ordinatione, vel consecratione Episcopi; Concil. Trid. *sess. 5. cap. 2. & sess. 24. cap. 4. de reform.* adeo ut Episcopus teneatur concionari Jure ordinario, sicut etiam Parochus, vel Curatus. Regulares vero concionantur Jure delegato. Pax Jord. *de re sacra. lib. 6. tit. 1.* quorum opera Episcopi, & Parochi ob legitima impedimenta uti possunt. Jord. *l. c. num. 8.*

2 Potest autem Episcopus concionari in quacumque Ecclesia suæ Diœcesis, etiam Regularium, ita ut ab illis non possit prohiberi, ut declaravit S. Congr. Episcoporum. an. 1584. quia est actus honoris. & ita tenet Pax Jord. *de re sacra. lib. 6. tit. 1. num. 13.* & alii apud Dian. *p. 3. tr. 2. res. 109.* Barbos. *in summ. Bull. verb. prædicatio. 3.* sed contrarium defendit mordicus Peyrin. *tit. 1. const. 26. Leonis X. §. 25.* & probat per doctrinam Card. *in Clem. Archiepiscopo, §. si tamen*; quia exemptis, & privilegiatis non præjudicatur in suo privilegio, nisi quatenus exprimitur.

3 Hoc tamen est sine controversia, Episcopo concionante, omnes alios concionatores silere debere, & potest ab eodem illis inhiberi, ne concionentur se concionante. Sac. Congr. *in Bitunt. 17. Febr. & 2. Martii* 1629. & Barbos. *l. c. vers. prædicatores omnes. & de offic. Paroch. cap. 10. num. 3.* apud Jordan. *l. c. num. 14.* Limit. quoad Parochum, qui potest concionari, etiam Episcopo concionante, ita ut hoc ipsi inhiberi ab Episcopo nullatenus possit. DD. *cit.* Limit. præterea Episcopum non posse concionari in aliena Diœcesi sine consensu Diœcesani, juxta constit. Clem. VIII. apud Pac. Jord. *loc. cit.* Grat. *disc. for. cap. 393. num. 9.* Fusch. *de visit. lib. 2. cap. 20.*

4 Ut dictum est supra, Regularibus competit Jus concionandi, sed Jure delegato. Non possunt tamen concionari, nisi a suis superioribus de vita, & moribus, ac scientia examinati, & approbati fuerint, ut disponitur in Concil. Trid. *sess. 5. cap. 2. de reform.* sed hæc approbatio non sufficit, etiam cum volunt concionari in propriis Ecclesiis, nisi cum eadem licentia se præsentent coram Episcopis, & ab eis benedictionem petant, & actu obtineant: quia licet ante Gregor. XV. sufficeret, benedictionem ab ipsis fuisse petitam, etsi non fuerit obtenta, tamen hoc ab ipso fuit correctum, & contra facientes possunt ab Episcopis puniri, quod concordat. Concil. Trid. *sess. 24. cap. 4.* quod habet sequentia verba. *nullus autem sæcularis, sive* [*Regularis, etiam in Ecclesiis suorum ordinum, contradicente Episcopo, prædicare præsumat.* Et declaratio S. Congr. apud Gallemart. in d. Concil. *num.* 11. Episcopus tamen non debet benedictionem denegare sine justa causa, licet illam exprimere non teneatur, sed illam præsumitur habere, non obstantibus privilegiis contrariis a Pio V. concessis, quæ a Gregor. XIII. fuerunt revocata. Hæc procedunt, cum Regulares volunt concionari in Ecclesiis suorum Ordinum: nam si volunt concionari in aliis Ecclesiis, non sufficit, quod a suis superioribus habeant licentiam, & ab Episcopo benedictionem, sed debent insuper ab Episcopo esse approbati, & eorum licentiam habere, ad mentem Concil. Trid. *sess. 5. cap. 2.* Concil. Later. & Leonis X. in eo. vide Pac. Jord. *de re sacr. lib. 6. tit. 1. num. 19. seqq.*

5 Sed a quo erunt examinandi Regulares, ut concionentur in Ecclesiis subditis Episcopo? Resp. Pac. Jord. in rigore Concil. Trid. tenere quidem, sufficere, fuisse examinatos a suis Superioribus, sed meo judicio fallitur: nam Concil. Trid. *l. c.* si attente legatur, tantum loquitur de iis Regularibus, qui sunt concionaturi in Ecclesiis suorum Ordinum. Censeo ergo tam de Jure, quam de consuetudine, debere, & posse examinari ab Episcopis, in quorum Diœcesibus sunt concionaturi, & de Jure quidem, quia ejus est examinare, cujus est approbare, sed in Ecclesiis subjectis Episcopo, ab eodem sunt approbandi, ut est in confesso apud omnes, & patet ex Concil. Trid. *sup. cit.* ergo &c. ad quid enim Concil. Trid. in concionatoribus Regularibus, cum concionantur in Ecclesiis suorum ordinum fuisset contentum simplici benedictione, & in Ecclesiis subjectis Episcopo requisivisset licentiam, & approbationem Episcopi? nisi quia in Concil. Trid. altercabantur Episcopi cum Regularibus, & prætendebant, ad se spectare providere suis ovibus, & videre, quos concionatores illis præficiant. vide Card. Pallav. *in hist. Concil. Trid.* vide etiam P. Tambur. *de pœnit. lib. 5. cap. 5. §. 4. num. 9.* ex consuetudine vero; quia illa est lex non scripta, & servari debet pro lege, quæ quidem consuetudo est quasi universalis: & si sine Episcopi, aut Parochi licentia concionari præsumerent, peccarent, & essent puniendi tanquam usurpatores alieni officii. *cap. excommunicamus. de hæret.* Et privilegium ante Conc. Trid. Regularibus concessum prædicandi absque ordinariorum licentia revocatum censetur per constit. Pii IV. annullantem omnia privilegia Regularium decretis ejusdem Conc. contraria; & per constitution. Greg. XV. quæ incipit. *Inscrutabili. de privil. exempt.* de qua Campanil. *rubr. 12. cap. 18. num. 6.* Mirand. *in manual. prælat. quæst. 50. art. 2.* Ugolin. *de off. Episc. cap. 42. §. 1. num. 2.* Barb. *de offic. Episc. alleg. 76. n. 20.* Pax Jord. *l. c. n. 20.*

Sed notandum est privilegium, quod Gregor. XIII. 6
concessit Mendicantibus, & Societati JESU: ut ab aliquo Ordinario semel approbati, & a suis superioribus deputati, dum iter faciunt, sive maritimum, sive terrestre, non repugnantibus Parochis, possint concionari, & confessiones audire, modo id non faciant in locis, in quibus ipsi Ordinarii existunt, sine eorum licentia desuper obtenta. Pax Jord. *de re sacra. lib. 6. tit. 1. num. 34.* Et licet hæc privilegia esse revocata, tum a Trid. Concil. tum ab Urbano VIII. velint aliqui, tamen de Lugo *de pœnit. d. 21. num. 29.* & Tambur. *de pœnit. lib. 5. §. 6. num. 2.* tenent contrarium; quia tam Trident. quam Urbanus tantum revocant privilegia nullam approbationem requirentia.

Observandum tamen secundum DD. *mox cit.* hæc 7
privilegia non ita nude suffragari, sed tantum in transitu: unde si quis data opera se conferret ad aliquem locum, ut ibi concionaretur, non suffragaretur privilegium; quia tunc nullo modo posset dici esse in transitu: quod si alio debeas progredi, & ibi per aliquot dies moreris pro tuis negotiis, dicereris esse in transitu. Nomine vero Ordinarii, ad effectum supra dictum, venit etiam Vicarius Generalis Episcopi.

Debet autem Episcopus non tantum ipse concionari, 8
sed facere etiam Parochos diligentiores, etiam exemptos. Imo juxta Concil. Trid. *sess. 5. cap. 2.* tenentur per seipsos concionari, nisi legitime sint impediti, & multo magis Parochi, nisi legitimum excuset impedimentum, ad hoc sunt obligati; aliter, si moniti ab Episcopo trium mensium spatio muneri suo defuerint, per censuras Ecclesiasticas, seu alias ad ipsius Episcopi arbitrium sunt cogendi, & si Episcopo ita expediens visum fuerit ex Beneficiorum fructibus, alteri, qui id præstet, honestam mercedem persolvat. Pax Jord. *loc. cit. num. 41. & seq.*

Tempus vero, quo conciones haberi debent, sunt 9
omnes dies Dominicæ, festa solenniora, Quadragesima, & adventus quotidie, vel saltem tribus diebus. Concil. Trid. *sess. 24. cap. 4. de reform.* Pax Jord. *l. cit. num. 42.* Potest etiam haberi concio tempore interdicti, tam generalis, quam particularis, etiam campanarum pulsatione, dummodo fraus absit. Pax Jord. *l. cit. n. 54.*

Porro deputatio Prædicatoris in Cathedrali, pertinet 10
ad solum Episcopum privative quoad Canonicos, nulla habita ratione consuetudinis in contrarium etiam immemorabilis, ut declaravit S. Congr. Concil. Trid. *in sess. 5. cap. 2.* apud Gallemart. propriis tamen sumptibus, non obstantibus quibuscumque consuetudinibus, & immunitatibus, juxta Concil. Trid. *sess. 24. cap. 4. de reform.* Neque ad hos sumptus populum potest cogere, nisi illi

relin-

relinquat deputationem, quam forte habebat. Si tamen aliqua communitas ab immemorabili consuetudine fuit solita de mercede Prædicatoris providere, ad eam de cætero tribuendam cogenda est. Ita declaravit S. Congreg. *loc. cit.*

11 Limita mox dicta primo in consuetudine immemorabili, vi cujus Capitulum eligit Concionatorem in Collegiatis; quia hæc non fuit sublata a Concil. ut declaravit S. Congr. apud Barbos. *de off. Episc. alleg. 76. n. 67.* Ugol. *de off. Episc. cap. 42. n. 1.* Pax Jord. *l. c. n. 67.* In Cathedrali vero deputatio spectat ad solum Episcopum non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili, ut declaravit S. Congreg. de qua testatur Pax. Jord. *loc. cit. nu. 68.* dummodo consuetudo hæc ab allegante probetur; quia cum sit facti, non præsumitur; maxime quia Episcopus habet fundatam intentionem in Jure; & tunc testes debent deponere, quod nunquam aliter audiverint, vel viderint, & quod hæc sit opinio communis.

12 Ex mox supra dictis, non levis oritur dubitatio. Si Capitulum ab immemorabili tenetur solvere sumptus, vel expensas Concionatori, quem Episcopus pro se elegerit, potestne Episcopus, si per se ipsum concionetur, illas pro se exigere? Resp. est negativa; quia propter officium habet Beneficium, & ad hoc tenetur. Pax Jord. *de re sacra lib. 6. tit. 1. n. 63.* ubi, quod Curatus, si loco consueti Concionatoris ipsemet prædicare velit, non possit prætendere consuetam eleemosynam concionatoris, etiamsi illa egeat, ut Sac. Congreg. *in Vestana 20. Maii 1621.* Barbos. *cap. 14. de offic. Paroc. num. 7.* Si vero dubitatur, cujus expensis debeat eligi concionator, debet interim Episcopus illas facere. Sacr. Congr. apud Gallemart. in Concil. Trid. *sess. 5. cap. 2.* Revera tamen impensæ concionatori debent fieri ab iis, quibus officium concionandi incumbit. Concil. Trid. *sess. 24. de reform.* Pax Jord. *loc. cit.* Dian. *p. 3. tract. 5. res. 71.* ubi Rot. & Sac. Congr. Sperel. *decis. 68. num. 17.* nisi vigeat contraria consuetudo, etiam non immemorabilis; quia hæc consuetudo favet Ecclesiæ, & nulli præjudicat.

13 Quia supra diximus, Regulares posse concionari, advertendum est, hoc esse limitandum in quæstoribus eleemosynarum, cujuscumque ordinis sint, non obstantibus quibuscumque privilegiis, quæ fuerunt expresse revocata a Concil. Trid. *sess. 5. cap. 2.* ubi prohibetur Episcopis, ne permittant ejusmodi concionari, exceptis quæstoribus S. Antonii. Imo tales neque debent permitti publicare indulgentias.

14 Concionatores vero observent, sibi non esse licitum sine consensu Episcoporum, pauperes, miserabiles personas, nec alia pia opera populo commendare ad eleemosynas colligendas. S. Congr. Episcoporum apud Pac. Jord. *de re sacra lib. 6. tit. 1. num. 95.* Barb. *In Summ. Bull. verb. prædicatores.* quod videtur intelligendum de certis eleemosynis, certis pauperibus, & causis, & certo tempore faciendis.

15 Præterea sciant Prædicatores, etiam Regulares, non sanam doctrinam prædicantes, vel in Officio delinquentes, se subesse Jurisdictioni, & correctioni Episcoporum, quacumque exceptione non obstante, adeo, ut si errores, vel scandala in populo disseminaverint, etiam in Ecclesiis suorum, vel alterius ordinum, debeant suspendi ab Officio concionum, vel ab eodem officio interdici. Si vero hæreses prædicaverint, secundum Juris dispositionem, vel loci consuetudinem, procedi ab Episcopo tanquam Delegato Apostolico, non obstante quacumque consuetudine. Concil. Trid. *sess. 5. cap. 2.* cui non fuit, nec censetur derogatum per confirmationem privilegiorum Regularium a Sede Apostolica, nisi in ipsis privilegiis appareat expressa dispositio, quæ sit contraria dispositioni Concilii; uti declaravit S. Congreg. apud Gallemart. in Concil Trid. *l. cit. num. 9.* licet hoc videatur contrarium illis, quæ diximus infra in verb. *Ordo*, ubi firmavimus, non esse necessariam in dispensationibus derogationem Concilii, sed hoc non ostante, standum est declarationi Sac. Congr. quia licet non sit necessaria expressa derogatio, sufficit, quod ex dispositione Pontificis appareat de derogatione, aliter non præsumitur derogare.

Tandem sciendum, Episcopos non tantum pro Cathedrali, sed etiam pro Parochialibus eligere Concionatores, cum hoc tamen temperamento, quod si Parochi ipsi, & per se ipsos vellent concionari, prohiberi non possent, licet Episcopi ab immemorabili soliti fuissent eligere illis, & deputare Concionatorem, dummodo Parochi essent sufficientes, & idonei, quo tamen casu Parochus non posset prætendere eleemosynam concionatori dari consuetam, licet ipse esset pauper; quia ad hoc obligatur ex officio. Pax Jord. *l. c. n. 62. & 63.* 16

An vero Regulares semel approbati sint semper approbati, vidæ quæ dicentur in *praxi Sacramenti Pœnitentiæ.* 18

Nunc propius ad praxim accedendo, Prædicatores Regulares cum licentia suorum Superiorum eosdem approbantium quoad doctrinam, & mores, præsentant se Ordinario; & siquidem velint concionari in Ecclesiis suorum ordinum, petunt benedictionem ab Episcopo, vel Vicario ejus Generali; sin autem velint concionari in Ecclesiis subjectis Episcopo, tunc debent, uti etiam in benedictione est necessarium, præsentare Ordinario suas licentias, quas a Superioribus habent, illasque Ordinarius examinat, & maxime si sint, vel habeant clausulas contrarias suæ Jurisdictioni, & tunc illas rejicit, uti sæpius observavi a Regularibus imposita illa verba „ *ad concionandum in quibuscumque Ecclesiis, ad quas te ab Ordinario eligi contigerit, deputamus* „ propter quæ, cum Ordinarii prætenderent, ad se spectare deputationem, noluerunt illos admittere, sed revera pro Regularibus fortiter urgent verba Trid. quæ nil aliud exigunt a Regularibus, quam ut petant, & obtineant licentiam ab Ordinariis, quod est valde diversum a deputatione; quæ cum sit Jurisdictionis actus, quam non Episcopi, sed Regularium superiores tantum in illos habent, non video quo Jure Episcopi Religiosos seu Regulares ad concionandum in Ecclesiis suæ Diœcesis deputare prætendant, cum possent Regulares impune Ordinario illos deputare volenti ad concionandum, respondere „ *nolumus* „ Imo eorum Superiores suis subditis id expresse prohibere. Ideo, ne simus injuriosi Regularibus de Ecclesia tam bene meritis, & de quibus merito dici possit, portare pondus diei, & æstus, alios vero frui emolumentis &c. censerem, non ita in verbis subtilizandum, cum abunde satisfaciant, si se præsentantes Ordinario, ejusdem licentiam requirant. 17

Integrum tamen erit Ordinario, si ita expediens judicaverit, eosdem examinare. Sed hic quoque monitum te velim, ne indifferenter, & quasi ex quadam passione id practices cum omnibus, & cum illis potissimum, qui merito idonei præsumi debent, maxime cum illis, qui vivunt sub strictiori regula, ubi plura examina subire coguntur. His peractis, expeditur illis licentia, juxta sequentem formam. 19

Forma licentiæ pro concionatoribus.

NOs &c. Ven. nobis in Christo dilecto &c. salutem in Domino. Cum prope jam immineat acceptabile Quadragesimæ tempus, quoad prædicationis officium salubriter exequendum, per hanc Diœcesin destinantur de more Religiosi viri. Nos, ut, quod nostri muneris est, in hisce diebus pœnitentiæ hac etiam in parte absolvamus, ad vos mittimus Venerab. &c. de vita, moribus, & scientia a suis Superioribus prius, postmodum a nobis examinatum, & approbatum, qui populo vobis commisso in proxima Quadragesima, JESU Christi Evangelium, & SS. Scripturas devote annunciare, & explanare valeat. Vobis in divinis officiis celebrandis, & Sacramentalibus confessionibus excipiendis, usque ad octavam Resurrectionis Domini nostri, adjumento esse possit, & debeat: proviso interim per eum, ut intra modestiæ, ac vitæ Religiosæ cancellos, se contineat ab avaritiæ sordibus abstineat, honeste se gerat, bonum omnibus, & laudabile præbeat exemplum, neminemque a casibus reservatis Apostolicæ Sedi, & Nobis, absolvat. *(super quo vide infra in praxi Sacramenti pœnitentiæ.)* Sed eos ad nos pro absolutionis beneficio remittat. Vobis igitur in virtute Sanctæ Obedientiæ, committimus, quatenus eundem Venerab. &c. ad prædicta admittatis, benigne suscipiatis, & ei in necessariis juxta bonas consuetudines, hilariter, & cum charitate provideatis. In quorum &c.

CONCUBINATUS.

Praxis Concubinatus.

1 Concubinatus est delictum mere Ecclesiasticum, & non mixti fori; quia Jus Civile illum non prohibet. Dian. *p.* 5. *tr.* 1. *res.* 10. Clar. *in* §. *fornicatio. num.* 7. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 29. Abb. *in cap. cum sit generale, de foro compet. num.* 29. Bonac. & alii apud Antonel. *l. c.*

2 Concubinarius ter debet moneri ab Ordinario, etiam ex officio, & si non desistit, excommunicari; secus dicendum, si alias pœnas vellet infligere; quia tunc monitio non est necessaria. Barb. *in collect.* DD. ac Concil. Trid. *sess.* 14. *de reform. matr. cap.* 8. *num.* 4. Vener. *in exam. Episc. lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 68. Bellet. *disquis. Cleric. par.* 2. §. 3. *num.* 5. Diana *l. cit.* contra Zerolam *in prax. Episc. par.* 1. *verb. Concubinarii.* §. *ad primum videtur*. Et mulier similiter monita, ex oppido ejici, invocato etiam brachio sæculari. Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 8. *de reform.* Riccius *in prax. pœn. res.* 330. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 29. Farin. *q.* 138.

3 Concubina de Jure Civili est, quæ tenetur in domo affectu maritali. De jure Canonico est, cum qua etiam extra domum consuetudo habetur. Farin. *loc. cit.* Ciarlin. *cap.* 33. *num.* 42. Proprie non potest dici talis, nisi & ipsa, & amasius sint soluti, & nullum extet matrimonii impedimentum. Paleot. *de noth. cap.* 12. Farin. *de delict. carn. q.* 138. Mascard. *de prob. concl.* 341. Et quod sit unica. Farin. & Ciarl. *l. cit.* aliter vocatur pellex; unde cum Clericis improprie dicitur concubina: & talis est incapax omnis legati etiam ex testamento relicti inter vivos. DD. apud Ciar. *l. cit. & cap.* 184. Dian. *p.* 8. *tr.* 6. *res.* 83. Neque potest uti jure retentionis in legatis sibi relictis: imo nec concubinæ proprie dictæ potest quidquam relinqui. DD. apud Ciarl. *cap.* 32. nisi fuerit emendata per triennium, vel legatum fiat ob benemerita, quæ probentur, ut diximus etiam in verbo *Clericus num.* 111.

4 Concubinarius notorius, de notorio concubinatu condemnatus, non appellat. Conc. Trid. *sess.* 25. *cap.* 14. Farin. *q.* 138. *p.* 2. *num.* 80.

Concubina Clerici puniri debet per Judicem Ecclesiasticum. Franc. *de competentiis q.* 87. *per tot.* Gonzal. *in cap.* 1. *de cohabit. Cler. & mul.* ubi etiam ponit pœnas eidem infligendas. *cap.* 2. Pont. *de matrim. lib.* 7. *cap.* 26. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 32. Antonel. *de reg. Eccles. lib.* 6. *cap.* 29. *n.* 2. Graff. *de effect. Cleric. eff.* 1. *n.* 181. Bellet. *disquis. Cleric. de favore Cler. reali.* §. 4. *nu.* 49. quamvis esset notoria Abb. *in cap. cum sit generale* 25. *de foro comp.* Mart. *de Jurisdict. par.* 4. *cas.* 44. *num.* 15. & alii apud Antonel. *loc. cit. n.* 2.

5 Concubinatus probatur per famam, etiam quæ oritur ex murmuratione. Abb. *in cap.* 3. *loco. num.* 2. *de præsum.* quem refert & sequitur Alba *cons.* 25. *nu.* 4. Joan. Crott. *cons.* 413. *num.* 24. *vers. item testimonium vicinia.* & sufficit, famam probari per duos testes. idem Abb. *l. cit.* Bar. *in L. de quæst.* §. *plurimum. num.* 19. *ff. de quæst.* Ferret. *cons.* 389. *nu.* 18. *vol.* 2. apud Rot. *decis.* 444. *p.* 1. *rec.* ubi ad probandam filiationem ad effectum succedendi &c. ad effectum vero privationis, necessaria est plena & concludens probatio, & non sufficiunt testes de publica fama; quia quando agitur de crimine, fama nec semiplenam probationem facit, sed delicti solum indicium operatur. gl. & DD. *in cap. veniens.* 1. *de test.* Antonel. *loc. cit. n.* 7. Imo nec ex filiorum procreatione concludenter probatur; quia filii possunt procreari ex simplici fornicatione, vel ex bino, aut tertio accessu ad mulierem; neque ex liberorum existentia concubinatus probatur de de tempote præsenti; quia potuit deinde Clericus impudicam fœminam a suo consortio abdicasse. Riccius *in prax. par.* 4. *resol.* 544. apud Antonel. *l. cit. num.* 8. Et quamvis Clericus notorius Concubinarius de jure antiquo esset ipso facto suspensus, tamen hoc fuit correctum a Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 14. exceptis Episcopis. Antonel. *l. cit.* ubi DD. & diximus in verbo *Clericus. num.* 111. *&* 122.

CONFESSIO.

Praxis Confessionis.

Regula est, quod confessio nocet confitenti, & est probatio omnium efficacissima. *L. cum te. Cod. de prob.* Tusc. *litt. C. concl.* 645. Rot. apud Barbos. *axiom. lib.* 3. *cap.* 44. Dummodo confessio sit clara, certa, & expressa, vel explicita, ac indubitata. Rot. *decis.* 68. *num.* 21. *p.* 8. *rec.* Felin. *in cap. qualiter. il.* 2. §. *licet autem. num.* 3. *& in c.* 1. *de except.* & dubia, vel varia non relevat. Rot. apud Bichium *decis.* 152. *num.* 17. & si est jurata, nocet etiam hæredibus confitentis. Bich. *decis.* 636. *a num.* 15. Et ne noceat confitenti, sufficit quod non sit omnino clara. Bichius *decis.* 69. *num.* 17. *& dec.* 479. *num.* 6. *& decis.* 580. *&* 584. Rot. apud Campagn. *dec.* 174. *num.* 9. *p.* 17. *rec.* Et dubia debet interpretari, ut minus, quam fieri potest, noceat confitenti. Rot. apud Compag. *dec.* 386. *num.* 11. *& dec.* 57. *num.* 7. *p.* 10. *rec. & decis.* 79. *nu.* 3. *p.* 15. *rec. & decis.* 354. *p.* 16. 1

Limit. regula, quod confessio minoris non nocet confitenti; quia restituitur in integrum contra confessionem. *L. minorem. ff. de confess.* Modern. *de prob. concl.* 371. *n.* 2. Rot. apud Farin. *p.* 3. *rec. dec.* 211. *n.* 3. 2

Limit. II. In confessione erronea, quæ non nocet; quia confiteri non videtur, qui errat. *L. non videtur. ff. de confes. L. error. Cod. de Jur. & fact. ignor.* Gomez. *var. res. tom.* 3. *c.* 1. *num.* 66. Mascard. *de prob. concl.* 368. Tusc. *litt. C. concl.* 649. Dummodo erronea probetur; quia alias vera præsumitur. Barb. *l. cit. axiom.* 13. Imo erronea potest revocari, docto de errore, vel in continenti; porro error debet ostendi in specie, & probari. Farin. *q.* 81. *c.* 9. Clar. *in* §. *fin. q.* 55. *num.* 18. Mascard. *de prob. concl.* 1102. Gomez. *de delict. cap.* 1. *tit.* 3. *num.* 66. & licet fuerit geminata, docto de errore, potest revocari, nisi illam præcesserit confirmatio extrajudicialis. Non dicitur confessio revocata in continenti, si confessio jam fuerat scripta a Notario. Bal. *in L.* 1. *Cod. de edend.* Ciarlin. *contr. for. cap.* 16. *num.* 59. Marant. in Specul. *p.* 6. *c.* 4. Tiraq. *de retract. convent.* §. 1. *gl.* 5. *num.* 14. Mascard. *de prob. concl.* 350. Maresc. *lib.* 2. *var. res. cap.* 44. *num.* 10. Pasqual. *de patr. pot. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 64. 3

Limit. III. In confessione facta ad interrogatoria suggestiva, quæ est nulla cum ipso processu. *L.* 1. *ff. de quæst.* DD. *in L. jubemus. Cod. de testam.* Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 86. Ciarlin. *controv. for. cap.* 181. *num.* 94. Farin. *de reo confes. & convict. q.* 83. Guazzin. *defens.* 20. *nu.* 13. nisi indicia essent manifesta. Cartarius, & alii apud Farin. *l. cit.* Clar. *in* §. *fin. q.* 45. *n.* 11. quia tunc reus potest interrogari in specie. Clar. & Farin. *l. c.* 4

Limit. IV. In confessione facta in tormentis, nisi extra torturam, & per temporis intervallum fuerit ratificata. Cartar. *de reis exam. lib.* 4. *cap.* 1. Pasqual. *de patr. pot. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 46. Ambrosin. *de proces. inform. lib.* 4. *cap.* 5. Farin. *l. cit. q.* 84. Guazzin. *decis.* 30. *cap.* 35. Ciarl. *contr. for. cap.* 181. *n.* 34. & non tantum talis confessio non nocet confitenti, sed nec aliis, licet confessio esset adminiculata. Dian. *p.* 4. *tr.* 6. *res.* 22. Idem dic de confessione patris metu torturæ filio inferendæ, etiam ratificata coram alio sine metu. Farin. *q.* 81. 5

Limit. V. In confessione sub spe, & promissione impunitatis extorta; quia talis confessio dicitur coacta. Gomez. *to.* 3. *var. res. c.* 12. *num.* 7. Fachin. *lib.* 9. *contr. Jur. cap.* 61. Farin. *de reo confess. q.* 81. *cap.* 8. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 86. Sperel. *decis.* 148. *num.* 61. Pasqual. *de patr. pot. p.* 3. *cap.* 1. *a num.* 67. Navar. *in man. cap.* 18. Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 2. *num.* 16. Binsfeld. *de conf. malef. memb.* 2. *fol. mihi* 356. 6

Limit. VI. Si fuit facta calore iracundiæ; quia nullius est valoris. Riccius *in prax. cedul. res.* 24. *& var. resol. res.* 585. *L. quidquid calore. ff. de Reg. Jur.* saltem quoad pœnam ordinariam, secus quoad extraordinariam. Farin. *q.* 91. Clar. *in* §. *fin. q.* 60. *nu.* 8. Menoch. *de arbitr. cas.* 319. *nu.* 32. Bajard. *ad Clar. l. c. n.* 36. 7

Limit. VII. in confessione extorta per probationem aquæ frigidæ, vel ferri ferventis, si non præcesserunt indicia sufficientia. Binsfeld. *de confes. malef. memb.* 2. *fol. mihi* 348. *vers. Tertio.* 8

Limit.

9 Limit. VIII. quando non conſtat de corpore delicti; quia tunc confeſſus non poteſt condemnari ſecundum probabiliorem apud Bajard. ad Clar. *in §. fin. q. 55. num. 15.* Cabal. *reſol. crim. caſ. 255.* Farin. *de inquiſ. q. 2.* Capon. *diſc. for. 322.* Paſqual. *de patr. pot. p. 3. cap. 1. num. 72.* Clar. *l. c. n. 10. & quæſt. 4.*

10 Limit. IX. in confeſſione facta incidenter, & facta per modum exceptionis, quæ non ſufficit ad condemnandum. Bertaz. *conſ. 471.* Maſcard. *de prob. concl. 345.* & communis apud Farin. *q. 81. cap. 7.*

11 Regula ampliatur, quod confeſſio facta in poſitionibus, non tantum nocet confitenti, ſed etiam correo. *L. qualiter. Cod. de non n. pecun. L. 1. Cod. de confeſſ.* Ciarl. *contr. for. cap. 16. num. 61.* Mareſc. *lib. 2. var. reſ. cap. 44. num. 1.*

12 Ampliatur II. quod procedat tam in confeſſione judiciali, quam in extrajudiciali, quæ facit indicium ad torturam, niſi fuerit revocata, vel inveriſimilis, & ſine cauſa: & aliquando ſufficit ad condemnandum. Riccius *in prax. var. reſ. p. 2. reſ. 325.* ſi concurrit confeſſio judicialis facta in tortura. Cabal. *reſ. crim. caſ. 81.* Farin. *de indic. & tort. q. 37.* Et facta parte præſente, plene probat, ſi fuit acceptata, ſed ad torturam, ut tenet Farin. *q. 82.* Clar. *in §. fin. q. 55.* Et quamvis judicialis ſufficiat ad condemnandum, & validet nullitatem proceſſus, ſi eſt facta coram Ordinario, ſecus ſi coram Delegato, tamen falſa non nocet confitenti in criminibus: & ſi eſt falſa in uno, præſumitur falſa in totum. Ita etiam ſi conſtat de innocentia confitentis. Nec improbabilis, inveriſimilis, vel facta coram Judice imcompetente, nec dubia, nec incerta ſine cauſa, nec facta ſolum coram Notario, vel Judice non ſedente pro tribunali. Farin. *q. 81. cap. 1.* Clar. *in §. fin. q. 65.* Menoch. *de arbitr. caſ. 268.* Gomez. *tom. 3. cap. 12. num. 4. & 6.* Maſcard. *de prob. concl. 364.* hinc facta coram Laico non ſufficit ad privandum quem immunitate Eccleſiaſtica. Ciarl. *cap. 14. num. 10.*

13 Quod vero confeſſio extrajudicialis facta parte præſente plene probet, & præſumatur acceptata per partem præſentem, & tacentem, quatenus concernit ejus favorem, tenent Felin. *in cap. ſi cautio. ſub num. 24. de fid. inſtrum.* Seraph. *dec. 1438. num. 3.* maxime concurrentibus adminiculis. Bichius *dec. 49. num. 17.* ſecus parte abſente. Mareſcot. *lib. 1. cap. 48. num. 10.*

14 Imo confeſſio extrajudicialis etiam facta parte abſente, quidquid ſit de rigore juris, de æquitate Canonica plene probat contra confitentem. ita communis DD. apud Conciol. *alleg. 8. n. 37.* Ridolfin. in *pract. p. 2. cap. 12. n. 114.* Rot. apud Burat. *dec. 228.* Merlin. *dec. 340.* late Gabr. *de confeſſ. concl. 1. num. 46.* Rot. ubi de magis communi. *deciſ. 158. p. 1. rec. num. 11.* ubi Felin. *in cap. ſi cautio. num. 27.* & ibi Butr. Card. & Imol. *de fide inſtrum.* dummodo fuerit concludenter probata.

15 Debet vero confeſſio extrajudicialis probari per duos teſtes conteſtes, nec admittuntur teſtes ſingulares: ſi tamen de ſingularitate non conſtet, teſtes præſumuntur conteſtes, licet ſe non nominent, nec ullus de alio faciat mentionem. DD. apud Merlin. *l. c. a num. 6.* Grat. *diſc. for. cap. 59.* Debent vero teſtes eſſe conteſtes non tantum in tempore, & loco, ſed etiam in verbis. Cæſ. de Graſſ. *dec. 4. de ſent. & re jud.* Rot. apud Seraph. *dec. 1172.* & apud Cerr. *dec. 33. num. 24.* Cenc. *de cenſ. q. 43. n. 25.* & poſt illum Rot. *dec. 114.* & DD. apud Conciol. *l. c.* quod tamen talis confeſſio probetur etiam teſtibus ſingularibus concurrentibus adminiculis, tenent Laderc. *conſ. 140. num. 5.* addend. ad Butrat. *dec. 113. litt. A.* cum quibus pertranſit Conciol. *d. alleg. 8. nu. 43.* Rot. apud Bich. *l. c.* & ſufficit, quod teſtes in ſubſtantia concordent, licet in cortice verborum diſcordare videantur. Gabr. *de teſt. concl. 2. a num. 64.* Rot. apud Merlin. *dec. 340. num. 7.* Ludovis. *dec. 9. num. 6.* quia tamen confeſſio extrajudicialis concludenter probata probat plene tantum ex æquitate Canonica, ſicque ſit fundata in mera æquitate, ex quo regula Juris Civilis ſit in contrarium. gloſ. *in L. un. verbo ſolvere. C. de confeſſis.* Oldrad. *conſ. 291. num. 3.* Signorol. *conſil. 33. num. 2.* Alciat. *in rubr. ff. de V. O. num. 3.* Curt. jun. *conſ. 168. num. 1.* ideo Judicis arbitrium intrare debet, an & quando plene probet, qui proinde conſiderare debebit circumſtantias facti, ut notavit Rot. *deciſ. 466. p. 3. rec. num. 4.* quia cum æquitas non habeat certos terminos a lege conſtitutos, relinquitur arbitrio Judi-

cis ejus æſtimatio. *L. 1. ff. de jur. deliber. L. un. §. expilatores. ff. de effractor.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæſ. 11. n. 1. & per tot.* maxime, ut notat eadem Rota, cum plerumque tales confeſſiones extrajudiciales fieri ſoleant ſine animi deliberatione, ex joco, jactantia, ſtudio male, vel bene dicendi, loquacitatis calore, inter pocula, aut cum mulierculis &c. & ut infra. *num. 17.*

Per unum vero teſtem extrajudicialis confeſſio non 16
probatur etiam ſemiplene. Rot. apud Coccin. *dec. 1823. numer. 60.* apud Cenc. *de cenſ. dec. 442. num. 3.* Cyriac. *contr. for. 91. num. 20.* Conciol. *alleg. 46. num. 21.* non enim valet conſequentia: duo teſtes illam plene probant, ergo unus ſemiplene. Put. *deciſ. 466. lib. 2. in correct.* apud Rot. *deciſ. 264. num. 43. p. 5. rec. tom. 1.*

Confeſſio extrajudicialis, ut probet, debet fieri ani- 17
mo deliberato, & ſerio, non ex joco vel ex jactantia, & ſine animo confitendi. Rot. apud Bich. *dec. 49.* neque ex calore loquacitatis inter converſationes, aut cum mulierculis, Rot. *l. c.* quæ citat aliam Rot. *dec. 466. p. 3. rec.* Hinc ficta non probat, maxime ad excludendum quem ab immunitate Eccleſiaſtica. Ciarl. *cap. 14.* Sperel. *dec. 64. num. 26.* Farin. *q. 86.*

Confeſſio extrajudicialis, imo etiam judicialis extor- 18
ta per promiſſionem invitatoriam poteſt revocari a confitente. Roman. *conſ. 391. nu. 5. & 6.* Rot. apud Coccin. *dec. 1914. num. 4. & 5.*

Confeſſio extrajudicialis geminata, idem operatur, 19
quod judicialis. Bar. *in L. quod ſcimus. Cod. de agricol.* Felin. *in cap. de hoc. num. 3. de ſimon.* Barb. *axiom. lib. 3. cap. 44. axiom. 1.*

Confeſſio facta in una inſtantia, facit fidem inter 20
eaſdem perſonas in alia, in judicio; non facta diſtinctione, an tendat ad eundem vel alium finem. Felin. *in cap. veniens. 2. num. 20. de teſt.* Cacheran. *dec. Pedem. 107. num. 1.* non ſolum in civilibus, ſed etiam criminalibus, dummodo confeſſio ſit vera, non ficta. Sed contrarium, etiam in confeſſione vera, tenent DD. apud Maſcard. *de prob. concl. 34. numer. 19.* Mancin. *de juram. p. 2. a. 2.* Tuſc. *litt. C. concl. 640.* Michalor. *de poſ. cap. 61. num. 38.* ſed Maſcard. *concl. 348.* & Farin. *quæſt. 81.* Clar. *in §. fin. q. 21.* ſtant pro priori, & Michalor. loquitur in terminis confeſſionis fictæ.

Confeſſio facta in poſſeſſorio, probat etiam in pe- 21
titorio, inter eaſdem perſonas. Fachin. *lib. 10. contr. Jur. cap. 86.*

Sed quid dicendum de confeſſione qualificata? Reſp. 22
quod confeſſio qualificata in civilibus continens unum factum cum qualitate, quæ reddat nullum ipſum factum, non poteſt ſcindi, ſed debet acceptari eum ſua qualitate: uti ſi quis fuit confeſſus, ſe fuiſſe profeſſum per violentiam. Rot. apud Mareſcott. *lib. 2. var. reſ. cap. 45.* non obſtante quod ille metus habeat contra ſe præſumptionem juris. Beltramin. ad Ludovis. *deciſ. 92. num. 10.* Rot. poſt Cenc. *de cenſib. deciſ. 113. num. 8.* Pax Jordan. *lib. 14. tit. 16. num. 115.* cum illa qualitas proveniat ex facto alieno. Idem dic, ſi continet plura facta, ſed invicem connexa, ſive ſit prolata implicite & ſub una verborum ſtructura, vel oratione, ſive explicite ſub duplici oratione. Mareſc. *l. c.* Menoch. *de arbitr. caſ. 94. num. 34.*

Limita, ſi contra qualitatem ex facto proprio, adeſ- 23
ſet juris præſumptio: tunc enim confeſſio poſſet acceptari ſine qualitate. Abb. *in cap. cum veniſſent, de inſtit.* Menoch. & Mareſc. *l. c.* Seraph. *deciſ. 163. lib. 1.* videri poteſt etiam Michalor. *de poſit. cap. 45. num. 59. & cap. 59. num. 10.* Rot. apud Bichium *deciſ. 579. 380. & 292.* apud Michalor. *l. c. deciſ. 51.* hinc confeſſio facta quod quis juraverit per jocum, quod velit aliquam ducere, acceptatur rejecta illa qualitate *per jocum*, cum habeat præſumptionem contra ſe, & in foro externo non credatur dicenti, matrimonium ſimulate, aut per jocum promiſiſſe, aut ſine animo adimplendi &c. ut ex tex. *in cap. tua nos, de ſponſal.* tradit Rot. *deciſ. 772. num. 12. p. 2. rec.* idem dic de dicente, ſe ſcripturam ſcripſiſſe non animo ſe obligandi, qui animus non ſe obligandi &c. a confitente probari deberet. Michalor. *de poſit. cap. 42. num. 20. & 21.* Sic confeſſio, quod aliquis ſit in beneficio intruſus, cum habeat præſumptionem juris contra ſe, ex quo poſſeſſio præſumatur juſta &c. Aym. *conſ. 150. nu. 5.* poteſt

acceptari respectu possessionis, rejecta qualitate vitii, ut tradit Rot. *decis.* 525. *p.* 2. *rec. num.* 2. *&* *decis.* 260. *p.* 3. *num.* 2. *decis.* 384. *p.* 4. *rec. tom.* 2. Sic confessio mulieris, quod aliquando jocalia habuerit, seu receperit, sed illa modo non habeat, cum illa adhuc habere præsumatur, donec amissionem probaverit, ad tex. *in L. si creditor. C. de pignor. act.* Jas. *in L. si quis.* §. *Prætor ait. num.* 12. *ff. de edend.* & alii; potest rejecta qualitate *quod non habeat*, acceptari. Rot. *decis.* 97. *num.* 4. *p.* 6. *rec.* ubi glos. *in cap. cum venissent. in verb. probatum, de instit.* Bal. *in L.* 1. *num.* 21. *C. de confessis.* Seraph. *decis.* 644. *num.* 2. & sic de aliis. Quæ procedunt, nisi confessio incipiat a negativa, v. g. dicendo, *non habui, & si habui amisi: Oon scripsi, & si scripsi, scripsi per jocum &c.* tunc enim illa confessio æquipollet negationi, seu negativæ. late Michalor. *l. c. cap.* 59. *num.* 3. Maresc. *l. c. num.* 18.

24 Præterea confessio continens plura facta connexa, quorum unum qualificat aliud: uti *promisi Titio decem, ut pro me Romam iret*, sive fiat sub una, vel duabus constructionibus, non potest dividi. DD. *mox cit.* ut si diceret: *promisi, NB. sed ut Romam iret.*

25 Confessio vero continens plura facta diversa, & separata, non vero connexa, quorum unum aliud non qualificat: uti „ *confiteor, me tibi debere centum ex mutuo, sed tu mihi debes alia centum ex empto*; vel: *fateor mutuum, sed illud solvi*; potest dividi, & acceptari rejecta qualitate. DD. *cit.* Natta *cons.* 31. *&* 365. sive fiat uno verborum contextu, sive duplici. Nam certe illa compensationis, vel solutionis qualitas confessioni adjecta non reddit illud v. g. mutuum nullum ab initio, quin potius illud præsupponit validum, ut privatio habitum. ad tex. *in L. decem. ff. de V. O. L. Titio ususfructus. ff. de cond. & demonstr.* Bal. *in L. licet, num.* 2. *in fin. C. locati.* & ad hoc ut dicantur facta diversa, sufficit, quod contineant diversa tempora. Surd. *decis.* 258. *num.* 2. *in fin.* & ideo Rota *in decis.* 113. *num.* 6. post Cenc. *de censib.* acceptavit confessionem census, rejecta qualitate extinctionis in confessione apposita; quidquid aliqui dicant apud Michalor. *de posit. d. cap.* 59. *a num.* 13. vide etiam Maresc. *d. cap.* 45. Limita, si confessio incipiat a negatione: tunc enim non potest dividi, sive fiat una sive duplici constructione, Maresc. & DD. *cit.* v. g. dicendo: *nego me habuisse centum, & si habui, solvi*. Michalor. *d. cap.* 59. *num.* 3.

Cum vero confessio qualificata dividi non potest, actor admittitur ad probandum contra qualitatem: & in omnibus casibus, in quibus confessio scindi non potest, Judex habet arbitrium illam dividendi ex præsumptionibus. Abb. *in cap. bonæ* 2. *de postul. Præl.*

26 In criminalibus confessio qualificata regulariter non acceptatur, sed scinditur, nisi incipiat a negativa. Farin. *q.* 81. Menoch. *de arbitr. cas.* 93. Sperel. *dec.* 64. *&* 136. quæ procedunt quoad pœnam extraordinariam, non vero quoad ordinariam. Plura vide apud Jordan. Michalor. & Maresc. *ll. cit.* Conciol. *res. crim. verb. confessio. res.* 24.

27 Quær. an confessio præjudicet tertio? Resp. est negativa: & ita confessio Prælati, vel Officialis, tanquam administratoris, si non est necessaria, vel judicialis, scilicet contentiosæ Jurisdictionis, sed voluntaria, non præjudicat successori. Noal. *de transmis. cas.* 72. Scacc. *de Jud. lib.* 2. *cap.* 1. *q.* 23. Turricel. *de alien. cap.* 26. nisi habeat pro se assistentiam Juris. Idem Turricell. *l. cit. nu.* 27. ubi Adden. ad Greg. XV. *dec.* 375. *num.* 11. & Adden. ad Buratt. *dec.* 453. *num.* 11. Idem dicendum de confessione tutoris, vel curatoris. Maresc. *lib.* 1. *var. res. cap.* 12. *num.* 57. Pasqual. *de patr. pot. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 12.

28 Ita confessio mariti constante matrimonio de dote recepta contra tertium non probat. *L. assiduis. Cod. qui pot. in pignor.* quia præsumitur facta in fraudem donationis. Gozzad. *cons.* 28. Rot. apud Maresc. *lib. var. res. cap.* 8. licet fuerit jurata. Gabr. *de donat. concl.* 3. *num.* 1. Limit. cum confessio a marito facta non fuit uxori, sed extraneæ personæ: nam tunc tenet quoad omnes. Rot. *l. cit.* quia maritus extraneo donare non prohibetur. Limita secundo, si concurrunt conjecturæ, & adminicula, quæ vide apud Maresc. *l. cit.* & Merlin. *dec.* 718. & apud Rot. *decis.* 683. *p.* 2. *rec.* Limit. tertio, cum lapsum fuit tempus exceptionis non numeratæ pecuniæ etiam contra fiscum.

Ita confessio hæredis, non probat fideicommissum. Fusarius cum communiori. *q.* 501. *de substitutionibus*, qui hoc admittit, si confessio emanavit a Jurisconsulto vel litterarum perito. 29

Et confessio facta ad favorem incapacis, præsumitur facta in fraudem, licet fuerit jurata. *L. qui testamento, ff. de prob.* Ciarl. *contr. for. cap.* 33. *num.* 126. Tusc. *litt. F. concl.* 477. Et licet procuratoris confessio probet contra Dominum, tamen de recepto non probat, nisi constet de vera solutione. Pasqual. *de patr. pot. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 13. Capyc. *dec.* 16. *num.* 7. 30

Ita confessio patris testatoris facientis se debitorem in magnam quantitatem non nocet filio, si aliunde non constat de veritate, nec ejus confessio potest legitimam minuere; quia præsumitur facta in fraudem. Mangil. *de imput. q.* 49. *nu.* 59. *&* 60. Ciarl. *contr. for.* 169. *num.* 50. Peregr. *de fideicom. art.* 36. *num.* 36. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 16. *num.* 14. & de recepta pecunia non liberat debitorem, nisi appareat de numeratione. Pasq. *de patr. pot. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 11. Natta *cons.* 543. Et confessio patris asserentis se debitorem filii, non nocet aliis creditoribus, vel filiis. Pasqual. *loc. cit. cap.* 4. *n.* 24. ubi Bart. *in L. cum quis decedens.* §. *codicillum. num.* 4. *ff. de leg.* 3. 31

Confessiones, quando sunt variæ, illi creditur, quæ deponit crimen hæresis, licet non fuerit jurata, & aliæ sint juratæ, & priores. *cap. accusatus*, §. *licet. de hæret. in* 6. ubi gl. Felin. *in cap. cum in tua, de testib.* Menoch. *de arbitr. cas.* 108. *num.* 13. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 13. *num.* 9. ne tam horrendum crimen in perniciem Reipublicæ maneat occultum, secus in aliis criminibus. Binsfeld. *de confes. Malef. memb.* 2. *fol. mihi* 303. 32

Confessio sociorum criminis non admittitur ad condemnandum, sed tantum ad torturam. DD. apud Binsfeld. *l. cit. fol. mihi* 340. aliquam contra nominatum socium facit fidem. *idem l. cit. memb.* 2. *concl.* 1. facit indicium ad inquirendum contra socium, & si concurrant indicia, & præsumptiones etiam ad torturam. DD. apud Binsfeld. *l. cit. membr.* 2. *& seq.* dummodo hæc fuerit facta in tortura, quæ purgat infamiam malefici confessi. Binsfeld. *l. cit.* vel saltem metu tormentorum comminatorum, uti si fuit ductus ad locum torturæ, ibique confessio emanarit. Binsfeld. *ut sup. concl.* 5. & dummodo confessio fuerit facta cum juramento. Clar. *in* §. *fin. q.* 21. *n.* 10. sive juramentum fuerit emissum in tortura, vel ante torturam, vel in confrontatione. 33

Confessus crimen, de quo contra eum aderant indicia, non potest interrogari super aliis delictis, de quibus nulla adsunt indicia. Clar. *in* §. *fin. q.* 64. *n.* 45. & consuetudo contraria est contra jus divinum, quod scilicet alicui detur ansa se infamandi. Binsfeld. *l. c. memb.* 2. *fol. mihi* 271. Maresc. *lib.* 2. *var. res. cap.* 89. *n.* 1. 34

Confessus de se non potest super aliis conscii aliorum interrogari. *cap.* 1. *de confes. cap. veniens, de testib. L. fin. Cod. de accus.* Imo tali sic interrogato, & confesso non creditur; quia est infamis. Limit. in crimine læsæ Majestatis humanæ, & divinæ, latrocinii, conjurationis, proditionis, maleficii. Item in delictis, quæ tendunt in perniciem sive spiritualem sive temporalem Reipublicæ. vide Binsfeld. *loc. cit.* 35

Confessus sponte mitius punitur. Farin. *de reo confess. q.* 81. *num.* 172. etiam in pœnis impositis a Jure. Conciol. *res. crim. verb. confessio. res.* 20. ubi Tiraquel *de pœn. temper. claus.* 30. *num.* 1. & alii contra Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 60. *num.* 34. Caren. *de offic. S. Inquis. p.* 3. *tit.* 8. *num.* 40. 36

Confessus de se, si novit socium criminis etiam excepti, uti maleficii conversum penitius se, nec moraliter esse periculum redeundi ad vomitum, non potest illum denunciare, alias peccat. Binsfeld. *loc. cit. memb.* 2. *concl.* 1. 37

Confessio actoris non destruitur per depositiones contrarias testium. Caputaq. *decis.* 283. *num.* 7. *p.* 3. Cravet. *cons.* 171. *num.* 10. apud Rot. *decis.* 414. *num.* 1. *p.* 4. *rec. tom.* 2. ubi, quod in probandis redditibus Beneficii ad validam reservationem pensionis stetur confessioni actoris, etiamsi testes deponant de majori quantitate. 38

CONFIRMATIONIS SACRAMENTUM.

§. I.

Praxis Confirmationis, ut eſt Sacramentum.

1 Sacramentum Confirmationis eſt unctio chriſmatis conſecrati, facta ab Epiſcopo præſcriptis verbis, confirmans fideles ad Chriſtianam fidem cuſtodiendam.

2 Materia ejuſdem remota eſt Chriſma confectum ex oleo ſimul, & balſamo benedicto ab Epiſcopo conſecratum. Oleum, ad validitatem Sacramenti, debet neceſſario eſſe ex olivis, & ſecundum aliquos poteſt etiam eſſe oleum ex oleaſtris; oleum autem expreſſum ex quacumque alia materia eſt certo inſufficiens; balſamum vero eſt æqualiter ſufficiens, ſive ſit ex Palæſtina, India, vel Syria, ut declararunt Pontifices, quos citat Bellarminus *de Sacram. confirm. cap.* 8. Suarez *de Sacram. diſp.* 3. *ſect.* 1. Sufficit etiam balſamum in modica quantitate, juxta Palaum *de confirm. diſp. un. pun.* 2. *num.* 4. *ad* 4. Præterea tam oleum, quam balſamum eſt neceſſarium ad valorem Sacramenti, ita ut unius defectus illud reddat nullum, ut tenet Suar. *l. cit.* contra Cajetan. *in* 3. *p. q.* 72. *a.* 2.

3 Ulterius ad validitatem Sacramenti eſt neceſſarium, Chriſma eſſe confectum, & benedictum ab Epiſcopo conſecrato, ſecundum S. Thom. apud Cajet. *l. cit. a.* 3. & communem Theologorum ob uſum antiquiſſimum, & continuatum Eccleſiæ. Nec ſunt audiendi Cajet. & Valent. exiſtimantes, ſufficere Chriſma, ſeu oleum benedictum a ſimplici Sacerdote, niſi iſte haberet authoritatem a Pontifice, ut fieri poteſt juxta Suarez *l. cit. ſect.* 2. *diſp.* 32.

4 Materia proxima eſt ipſa unctio, quam facit Epiſcopus dextero pollice in fronte Confirmandi per modum Crucis. Dixi, quam facit Epiſcopus, ſed intellige auctoritate ordinaria; nam de delegata videbimus infra. Debet eriam fieri per modum Crucis; *cap. numquid. de conſecr. diſt.* 5. & hoc non tantum de neceſſitate præcepti, ſed etiam de neceſſitate Sacramenti; quia alias non verificaretur forma, quæ eſt: *Signo te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis, in nomine Patris &c.* aliæ formæ, vel eſſent certo inſufficientes, vel dubiæ. Adde, unctionem fieri debere in fronte Confirmandi ex neceſſitate Sacramenti propter uſum, & Patrum authoritatem; & deducitur ex ſignificatione ejuſdem unctionis, qua oſtenditur, non debere fidelem erubeſcere Crucem Chriſti, ejuſque fidem. Ad eandem neceſſitatem ſacramenti pertinet, quod unctio fiat pollice dextero, ex paritate rationis mox ſupra allatæ, licet contrarium velit Hurtad. *de confirm. dif.* 6. Thom. Tambur. *lib.* 3. *de confir. cap.* 1. §. 2. *num.* 6.

5 Debet hoc Sacramentum de neceſſitate miniſtrari ab Epiſcopo. *cap.* 1. *de conſecrat. diſt.* 5. *& cap. manus quoque ibid. cap. quanto. de conſuet.* quia ſoli Apoſtoli confirmabant, quorum ſucceſſores ſunt ſoli Epiſcopi. Ampl. licet Epiſcopus non eſſet confirmatus; quia hanc poteſtatem accipit a charactere Epiſcopali, non a confirmatione. Pax Jord. *de re ſacr. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 1. Barboſ. *de offic. Epiſc. alleg.* 30. *num.* 4. hinc Abbas quamvis conſecratus, qui non ſit Epiſcopus, illud miniſtrare non poteſt. DD. apud Barboſ. *l. cit.* ubi *num.* 5. quod Abbates id poſſint ex privilegio Sedis Apoſt. de conſenſu tamen Ordinarii; & quod diximus de Epiſcopo, intellige, dummodo ſit conſecratus, & non tantum electus, quamvis confirmatus. Jordan. *l. cit. num.* 3. ubi Bonac. *de Sacram. diſp.* 3. *q. un. punc.* 2. *num.* 7. *&* 10. Amplia ſecuudo: Epiſcopum virtute ejuſdem characteris, valide confirmare, licet eſſe hæreticus, excommunicatus &c. illicite tamen. Pax Jord. *l. cit.* Ampl. tertio ita Epiſcopum hoc Sacramentum miniſtrare debere per ſe ipſum, ut non poſſit hanc poteſtatem alii delegare, ſicut poteſt Pontifex omni Sacerdoti, non tamen Laico, aut Clerico, ut explicando *c. pervenit. diſt.* 95. docet Barb. *d. alleg.* 30. *num.* 4. ubi S. Thom. *in* 3. *p. quæſ.* 72. *art.* 11. Bellarm. *de confir. cap.* 12. Azor. *inſt. mor. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. *q.* 4. *verſ. in primis.* & alii plurimi.

6 Porro Epiſcopus diu differens hujus Sacramenti miniſtrationem, peccat mortaliter; quia interim fideles privantur maximo ejus fructu. Qualis vero mora requiratur ad mortale, eſt arbitrarium, juxta Diœceſis latitudinem, vel juxta juſti impedimenti interventum, vi cujus, etiam trium, aut quatuor annorum mora, non erit mortalis. vide Barb. *loc. cit. num.* 9. *&* 10. ubi quod Epiſcopus teneatur etiam ad hunc effectum tantum ad loca ſuæ Diœceſis accedere, & quod tunc Laici, vel Rectores non obligentur ad illius expenſas. Jordan. *loc. cit. num.* 15.

7 Debet autem miniſtrari cuicumque baptizato, etiam mutis, & ſurdis; quia hi poſſunt operibus profiteri Chriſtianam religionem; item perpetuo amentibus, niſi conſtaret, quod cum peccato mortali in amentiam inciderint. Et quoad licitam adminiſtrationem, debet obſervare Epiſcopus, ne confirmet infantes ante rationis uſum, neque ſubditos alienos, niſi afferant dimiſſorias ſui Epiſcopi, ut ordinentur. Bene verum eſt, quod confirmans non ſubditum ſine dimiſſoriis, non incidat in aliquam cenſuram, neque culpam ſaltem mortalem, cum præſumendum ſit, hoc gratum fore proprio Epiſcopo. Barb. *de pot. Epiſcop. p.* 2. *alleg.* 30. *num.* 14. Dian. *p.* 3. *tr.* 4. *reſ.* 24. Quod autem diximus, non debere Epiſcopum confirmare infantem ante rationis uſum, cum hoc temperamento venit accipiendum, ut non prohibeatur hoc Sacramentum miniſtrare, etiam ante rationis uſum, filiis Principum, vel quando imminet periculum mortis. Dian. *p.* 3. *tr.* 6. *reſ.* 93. Inſuper Epiſcopus in confirmatione, uti debet chriſmate illius anni, aliter graviter peccat. vide Pac. Jord. *de re ſacra. a. num.* 68. *d. lib.* 3. *tit.* 1.

8 Sed dubium eſt, an Epiſcopus poſſit licite miniſtrare hoc Sacramentum ſuis ſubditis in aliena Diœceſi? affirmant aliqui, eo quod exiſtiment, eundem poſſe licite celebrare in aliena Diœceſi in Pontificalibus, eo fundamento, quod illis hoc non videatur prohibitum ab ullo canone, nec a Concil. Trid. *in ſeſſ.* 6. *cap.* 5. quod videtur tantum loqui de uſu Pontificalium cum aliquo exercitio Juriſdictionis, ut patet ex illis verbis „*& in perſonas eidem Ordinario ſubjectas*. ita Tambur. *de ur. Abb. tom.* 1. *diſp.* 15. *q.* 15. Quarant. *in Summ. Bullar. verb. Archi-Epiſc.* Covar. *lib.* 3. *var. reſ. cap.* 20. *num.* 9. Barboſ. *in collectan. tom.* 3. *lib.* 5. Laym. *mor. lib.* 1. *tr.* 4. Contraria tamen opinio eſt verior, communior, conformior Tridentino, & in praxi tenenda. ita Dian. *p.* 3. *tr.* 6. *reſ.* 36. Riccius *p.* 4. *dec.* 27. Barb. *de pot. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 30. *num.* 15. Pax Jord. *de re ſacra. lib.* 3. *tit.* 2. *num.* 51. & plures apud eoſdem, quia baculus, & mitra, ſunt ſigna Juriſdictionis, ergo ſumus in caſu Tridentini; & ita ſecundum iſtos DD. confirmans in aliena Diœceſi ſine conſenſu Epiſcopi illius, incurrit ſuſpenſionem.

§. II.

Praxis ſolemnitatum ſervandarum in Confirmationis Sacramento.

9 Hoc Sacramentum debet miniſtrari ex decentia in templo, & ex rubricis, ante altare. Cæterum abſolute poteſt etiam miniſtrari in Oratorio extra Eccleſiam, vel in palatio ipſius Epiſcopi, & in quocumque loco decenti. Dian. *p.* 4. *tr.* 4. *reſ.* 50. Thom. Tambur. *lib.* 3. *de confirm. c.* 2. §. 2. *num.* 3. Præterea poteſt miniſtrari quocumque die tam feſtivo, quam feriali, etiam poſt prandium; quia neque ex parte conferentis, neque ex parte ſuſcipientis eſt neceſſarium jejunium, non obſtante *cap. ut jejuni. & cap. ut Epiſcopi. de conſecr. diſt.* 5. in quibus locis jejunium videtur præſcribi tantum de conſilio: & certe hi canones ſunt abrogati contraria conſuetudine.

10 Rurſus, Epiſcopus miniſtrans hoc Sacramentum debet, ſub pœna peccati mortalis, eſſe veſtitus pontificaliter, id eſt pluviali, ſtola, mitra, & cum baculo paſtorali. Dian. *p.* 7. *tr.* 10. *ſect.* 3. Tambur. *l. cit. num.* 4. Pax Jord. *l. cit. num.* 12.

11 Item pro ſolennitate requiritur præſentia patrini, de qua ſtatim infra. Item confert pacem jam confirmato, eidem levi manu alapam impingens, ut moneat ipſum debere eſſe promptum ad perferendas injurias pro Chriſti nomine, quæ tamen omiſſa, ſecluſo contemptu, nullius peccati mortalis reatum inducunt. Valent. *p.* 3. *diſp.* 5. *q.* 1. Tambur. *l. c. n.* 5. *verſ.* 4. Alias ceremonias omitto tanquam obvias in Rituali, quod vide.

12 Unum moneo, quod parum obſervari video, & neſcio qua ratione, imo cum maximo detrimento, ſcilicet debere tam confirmatorum, quam confirmantis, & patrinorum nomina alicui libro ad hunc finem habendo inſcribi, ut impoſterum ſciri poſſit cognatio ſpiritualis, quæ propterea fuerit contracta: O quot matrimonia propter hujuſmodi neglectum laborant nullitate! quæ autem forma in hujuſmodi inſcriptione ſit ſervanda, vide apud Barboſ. *de poteſt. Paroch c.* 7.

§. III.

Praxis Patrinorum.

13 Licet eadem videatur eſſe praxis circa patrinos in Sacramento Confirmationis adhibendos, ac illa, quam dedimus in praxi Baptiſmi, aliqua tamen hic recolere libet; & quidem primo: Patrinum, vel matrinum contrahere cognationem ſpiritualem dirimentem matrimonium: juxta diſpoſitionem Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 2. *de reform.* Secundo Patrinus in confirmatione debet tantum eſſe unus, aut una, nec poteſt eſſe unus & una, ut in Baptiſmo: quando enim Tridentinum in Baptiſmo dixit, ut Patrinus eſſet unus aut una, vel NB. unus & una, nullam mentionem fecit Confirmationis. Palaus *de confirm. diſp. un. punc.* 10. *num.* 2. ergo ſtandum eſt juri communi. *cap. fin. de cognat. in* 6. quia caſus omiſſus remanet ſub diſpoſitione Juris. Imo pluribus in locis decretum fuit, ut juxta Pontificale Romanum Clem. VIII. mas marem, fœmina fœminam teneat, & ita ob decentiam. Thom. Tambur. *de Confirm. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 4. Adde, eodem die non debere aliquem eſſe patrinum plurium, quam duorum, niſi patrinus forte eſſet vir probus vel Eccleſiaſticus, de quo non adſit malitiæ præſumptio, & hoc de convenienti, & congruitate, non autem de præcepto, eo quod Pontificale prædictum non videatur habere verba præceptiva, ſed mere diſpoſitiva, aut ordinativa. Barboſ. *de pot. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 30. *num.* 52.

14 Hodie Religioſus, vel Religioſa, poteſt, etiam inconſultis ſuperioribus ſuis, eſſe patrinus, vel matrina in Confirmatione abſque culpa mortali, eo quod prohibitio, quæ olim extabat, videatur contraria conſuetudine abrogata. ita Th. Tamb. *l. cit. n.* 5. contra Palaum *l. cit.* Ego tamen in praxi conſulerem id ipſum, quod ſupra monui in praxi Baptiſmi, ad quam me refero; nam certe textus prohibentes ſub mortali ſunt clari. *cap. non liceat.* 103. *cap. Monachi.* 104. *de conſecr. diſt.* 4. *c. placuit. il.* 2. 16. *q.* 1. *cap. pervenit.* 18. *q.* 2. & alii.

15 Quær. quinam poſſint eſſe patrini? Reſp. quemcumque non prohibitum; prohibentur autem parentes ſuſcipere propriam ſobolem ſub mortali; & an tunc contrahant cognationem ſpiritualem, vide quæ diximus in praxi *Baptiſmi*. Secundo prohibentur ſuſcipere vir uxorem ſuam, & econtra, niſi neceſſitas aliter ſuadeat, & an tales contrahant cognationem, excluſa neceſſitate, probabilis eſt negativa, eo quod particula „ *nullus*, quam habet Pontificale Clem. VIII. poſſit negare validitatem, & licitum uſum, ex invalida autem ſuſceptione, hæc cognatio non contrahitur. Barb. *de diſtinction. verſ. poteſt.* Sanch. *lib.* 7. *de matrim. diſp.* 62. Secus frater fratrem, aut ſororem; quia hoc non prohibetur in tot. *diſt.* 4. & 5. *de conſecr.* teſte Tambur. *l. cit. nu.* 16. quidquid dicat Bonac. *de confirm. diſp.* 3. *pun.* 4. *num.* 12.

16 Obligatio patrini in Confirmatione, quoad inſtructionem in fide, & moribus, eſt ſubſidiaria, deficiente ſcilicet patrino Baptiſmi, vel alio, qui inſtruat: imo non deſunt Doctores, qui patrinum in Confirmatione liberent ab hujuſmodi obligatione abſolute, exiſtimantes, hoc eſſe proprium officium patrini Baptiſmi, non confirmationis. Ita Henriq. Bonac. Laym. cum Caſtro Palao *de confirm. diſp. un. pun.* 10. *num.* 2. Leand. *de confirm. diſp.* 5. *q.* 7. Tambur. *loc. cit. num.* 19.

17 Notandum, ſecluſa neceſſitate, patrinum in Baptiſmo adhibitum, non eſſe admittendum in Confirmatione. Pax Jord. *de re ſacr. d. lib.* 3. *tit.* 2. *num.* 72. & eſt tex. *in cap. in Catechiſmo.* 100. *diſt.* 4. *de conſecr.* Piaſec. *in prax. p.* 1. *c.* 3. *in fin.* Bonac. *de ſacram. diſt.* 3. *q.* 1. *pun.* 4. *in fin.* & alii.

18 Quamvis, ut dicebamus in praxi Baptiſmi, rebaptizans ſcienter &c. ſit ipſo facto irregularis, expreſſis Juribus, hoc tamen non procedit in reconfirmante etiam ſcienter nec in pluries hoc Sacramentum ſuſcipiente, quia irregularitas non incurritur, niſi in caſibus a Jure expreſſis; at nullum jus adduci poteſt hoc exprimens. ita DD. Hurtad. *de confir. dif.* 9. *& de irregul. dif.* 1. *diſp.* 2. Suarez *de Sacr. p.* 3. *diſp.* 38. *ſect.* 2. Bonac. Valent. aliique apud Leand. *de confirm. diſp.* 4. *q.* 11. Neque obſtat *cap. dictum eſt de conſecrat. diſt.* 5. quod videtur irregularitatem huic delicto adnectere? Reſp. enim, hoc cap. eſſe Concil. Terraconenſis, quod fuit Provinciale, adeoque totam Eccleſiam obligare non potuit, vel certe uſu eſſe abrogatum, vel tandem, quia eſt pœna, ideo incurretur poſt ſententiam; & hanc defendit etiam Barboſ. *d. alleg.* 30. *nu.* 30. ubi Covar. Valent. & alii; imo *d. cap.* nihil exprimit de irregularitate.

19 Quando ſub conditione aliquis ſit reconfirmandus? utere iiſdem regulis, quas dedimus in praxi Baptiſmi ſub conditione iterandi.

20 Quia vero Epiſcopi, antequam ad Sacramentum Confirmationis miniſtrandum deveniant, edictum ſolent promulgare, in quo fideles admonentur de omnibus tam adhibendis, quam evitandis in hoc Sacramento, ideo illud videre poteris apud Pac. Jord. *de re Sacra. l. cit. num.* 82.

CONFISCATIO.

Praxis Confiſcationis.

1 Confiſcatio bonorum non habet locum, extantibus agnatis proximioribus ſuccedere debentibus, quibus jura ſua ſervantur illæſa. Ciarlin. *contr. for. cap.* 37. *num.* 78. Cabal. *reſ. crim. caſ.* 264. *num.* 50. Gig. *de crim. læſ. majeſt. q.* 9. Farin. *de delict. q.* 24.

2 Confiſcatio bonorum alienatorum contra prohibitionem ſtatuti, non habet locum, niſi ſecuta traditione. Ciarlin. *l. cit. cap.* 37. *n.* 85. ubi Bald. *conſ.* 314. *n.* 2. *in fin. lib.* 3. Socin. jun. *conſ.* 3. *lib.* 3. *n.* 19. *ſeqq.* & alii.

3 Confiſcatio omnium bonorum, comprehendit etiam mobilia, quæ ſunt extra territorium. Cabal. *caſ.* 286. Clar. *in §. fin. q.* 78. *n.* 7. Farin. *de delict. q.* 25. comprehendit etiam actiones & jura, etiam conditionalia, conditione purificata: extinguit hypothecam quoad ipſum debitorem. Merlin. *de pignor. lib.* 5. *tit.* 1. *q.* 52. *& deciſ.* 703. Farin. *q.* 25. includit etiam cenſus, emphyteutica, & feudalia, etiam uſumfructum; quia computantur inter bona. Gomez. *var. reſ. tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 13. Limit. cum bona publicantur ob capitis diminutionem, vel reus traditur perpetuis carceribus, aut exilio, tunc enim uſusfructus conſolidatur cum proprietate. *L. corruptionem. Cod. de uſufr.* Limit. ſecundo, cum alienatio uſufructus fuit prohibita in favorem aliorum; ſecus ſi in favorem ipſius delinquentis. Bonac. *de contr. diſp.* 3. *q.* 8. *punc. ult.* Simanca *de Cathol. inſtit. tit.* 9. *num.* 98. Continet etiam bona donata uxori intuitu mariti. Simanca *l. cit.* Azor. *mor. p.* 1. *lib.* 5. *q.* 8.

4 Confiſcatio bonorum uxoris continet dotalia, paraphernalia, & accepta cauſa nuptiarum, non tamen mariti, licet ſcienter duxerit hæreticam, quæ tantum procedunt mortuo viro; nam illo vivente dos non confiſcatur, niſi in criminæ læſæ Majeſtatis, parricidii, veneficii, & homicidii. *L. quinque leg. ff. de bon. damn.* Covar. *in* 4. *decretal. p.* 1. *cap.* 7. §. 5. Clar. *in §. fin. q.* 78. *n.* 15. Item in crimine hæreſis.

5 Confiſcatio bonorum non comprehendit bona, quæ reo obvenerunt poſt condemnationem, ex quacumque cauſa; quia fiſcus non ſuccedit in bona futura. Menoch. *conſ.* 101. Bonac. *de contr. diſp.* 3. *q.* 8. *punc. ult. num.* 4. Rot. *dec.* 405. *p.* 9. *rec. tom.* 2. *num.* 18. *ſeq.* ad tex. *in L. ſi mandavero. §. his cujus. ff. mandati. cap. felicis. §. præſenti. in fin. de pœn. in* 6. Bart. *in L.* 1. *ff. de bon. damnat.* Neque comprehendit jura perſonalia, quia hæc inhærent perſonæ. Bonac. *l. c.* Peregr. *de Jur. Fiſc. tom.* 1. *lib.* 5. *num.* 90. Neque comprehendit legitimam filiorum, quæ eſt detrahenda. Fachin. *lib.* 5. *contr. Jur. cap.* 95. Theſ. *deciſ.* 104. Farin. *de delict. & pœn. q.* 24. neque alimenta, niſi in crimine hæreſis, & læſæ Majeſtatis.

6 Confiſcatio bonorum filii familias non comprehendit adventitia bona. Fachin. *lib.* 9. *contr. Jur. cap.* 47. Covar. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 8. *verſ. ex his patet.* Menoch. *de recuper. rem.* 9. *num.* 66. Farin. & Peregr. *l. c.* licet pater non habeat uſumfructum in illis.

Econ-

7 Econtra confiſcatio bonorum patris, continet etiam bona profectitia filii; quia hæc pertinent ad patrem, tam quoad proprietatem, quam uſumfructum. *L. certum. Cod. famil. erciſcun.* Menoch. *d. remed. 9. nu. 73.* Gomez. *tom. 2. var. reſ. cap. 15. n. 16.* ubi vide aliquas diſtinctiones. Bonac. *loc. cit.* Limit. quoad caſtrenſia, vel quaſi, ob contrariam rationem, neque adventitia quoad proprietatem, ſed tantum quoad uſumfructum, niſi pater uſumfructum remiſiſſet, dummodo remiſſio non fuerit facta poſt patratum crimen, & ita in fraudem. vide Fachin. *lib. 9. contr. Jur. cap. 49.* Clar. *in §. fin. q. 78. an. 11.* Covar. *l. 2. var. reſ. c. 8.* Farin. *in prax. tom. 1. p. 1. q. 24. de delict.* Peregr. *de Jure fiſci. l. 5. tit. 1.* Menoch. *d. remend. 9. n. 244.*

8 Confiſcatio bonorum mariti, non continet bona uxoris; quia nemo ob delictum alterius puniri debet. *L. ſancimus. Cod. de pœn.* Limit. in crimine hæreſis, & læſæ Majeſtatis, niſi mulier ſcienter nupſerit hæretico. *cap. decrevit. de hæret. in 6.* Simanca *loc. cit.* Cabal. *caſ. 232.* Clar. *in §. fin. q. 78. numer. 15.* Farin. *de delict. q. 25.*

9 Confiſcatio bonorum, quæ fit jure communi, propter legem latam a Superiore, extenditur etiam ad bona extra territorium confiſcantis, dummodo ſint in territorio Legislatoris. Clar. *l. c.* Cabal. *caſ. 138.*

10 Confiſcatio omnium bonorum Laici, facta a Judice Laico, non comprehendit Juſpatronatus ejuſdem, etiam tranſitorium ad hæredes extraneos. Cabal. *reſ. crim. caſ. 40.* Clar. & Farin. *loc. c.* quia cum ſit ſpirituale, vel annexum ſpirituali, nec directe, nec indirecte poteſt a Laico Judice judicari.

¶ §. I.

Confiſcatio quid, quotuplex, & quando facta dicatur?

1 Confiſcatio † proprie dicitur, quando dominium rerum de uno ad alium tranſit, Feder. de Sen. *conſ. 137. in princip.* ubi, quod non dicitur facta confiſcatio rerum Monaſterii, applicando de uno Monacho ad a-
2 lium ejuſdem Monaſterii. † Eſt autem confiſcatio bonorum de regalibus Principis ſupremi; ideo non habens regalia, non poteſt confiſcationem bonorum facere. Angel. *conſ. 357. Dominus Gregorius, n. 3. in fin. ver. de 3.* Alexand. *conſ. 31. n. 4. l. 1.* & quod ſit de
3 regalibus. Rol. a Valle *conſ. 78. nu. 20. l. 2.* † Et qui non habet fiſcum non poteſt habere confiſcationem; ideo habentes merum & mixtum imperium, habent confiſcationem. Dec. *conſil. 35. in fin. n. 64. l. 2.* Rol. a
4 Valle *conſil. 78. n. 18. & ſeq. l. 2.* † Nec fiſcum habent, niſi habentes regalia, vel conceſſionem a ſupremo principe, vel niſi præſcripſerint, prout civitates Italiæ. Alexand. *d. conſ. 31. n. 4. l. 1.* ubi, quod fiſcus habet nedum confiſcationem propter delicta, ſed etiam ſucceſſionem, quando non extant conſanguinei, & alii, qui
5 vocantur. † Et confiſcatio dicitur fructus juriſdictio-
6 nis. Dec. *d. conſ. 35. in fin. l. 2.* † Poteſt tamen competere tertio, tanquam procuratori fiſci, in rem ſuam ex ceſſione. Rol. a Valle *d. conſil. 78. num. 19. lib. 2.*
7 † Duplex eſt confiſcatio; una univerſalis, quæ eſt de jure communi, & extenditur ad omnia bona ubique ſita, etiam extra dominium confiſcantis; alia particularis, quæ fit ratione ſtatuti, & conſuetudinis loci, ideo non comprehendit bona extra illam juriſdictionem. Jo. de Imol. *conſ. 35. n. 23. & ſeq. ver. item advertendum.*
8 † Alia, & tertia confiſcatio eſt rei ſingularis, ut quando aliquis cadit in commiſſum rei ſingularis, quæ fiſco applicatur, ut per Jo. de Imol. *d. conſil. 35. n. 26.*
9 † Alia eſt, quando fiſcus capit bona vacantia, quæ non eſt confiſcatio ex delicto, neque eſt univerſalis, ſed particularis; ideo non capit bona emphyteutica, neque feudalia, neque communia cum aliquo. Ægid.
10 *conſil. 23. n. 3. & 4. & ſeq.* † Alia eſt confiſcatio, quæ fit ob delictum, alia ablatio; ideo ſi fiſcus conceſſit confiſcationes bonorum, non veniet, ſi frater interficiat fratrem, illa ſucceſſio delinquentis in bonis fratris defuncti; quia ſuccedit, & aufertur ab eo, tanquam ab indigno. Bartol. *in l. fin. ff. de bon. damnat.* Clarus
11 *in §. homicidium, nu. 22. & ſeq.* † Alia eſt ordinaria, quæ eſt a lege, vel ſtatuto, alia extraordinaria, quæ fit a Principe, vel Judicibus ſupremis. Vide Tuſch. *verb. Confiſcatio bonorum de jure non eſt introducta, ſed de conſuetudine. Concluſ. 717.* † Alia eſt expreſſa, 12
alia tacita. Vide Tuſch. *verb. Confiſcatio bonorum expreſſa, vel tacita in quo differant. Concluſ. 724.* † Alia 13
eſt, quæ fit principaliter, alia acceſſorie, vel in conſequentiam. Vide eund. Tuſch. *verb. Confiſcatio quibus competat. Concluſ. 715.*

§. II.

Confiſcatio maxima pœna eſt, & qualiter de jure antiquo inducebatur, qualiter correcta, & hodie quibus caſibus fiat?

Confiſcatio, † ſeu publicatio bonorum pœna maxi- 1
ma eſt, & de jure antiquo ubicunque erat impoſita pœna mortis, ſemper veniebat confiſcatio bonorum in conſequentiam, & hæc erat regula generalis ultra caſus ſpeciales. Clar. §. *fin. quæſt. 78. in princip.* † Su- 2
pervenit jus novum per *auth. bona damnatorum. C. de bonis proſcript.* per quam excepto crimine læſæ Majeſtatis, eſt ſublata confiſcatio, quæ fiebat in conſequentiam pœnæ ultimi ſupplicii; quia voluit Imperator venientes ab inteſtato ſuccedere uſque ad tertium gradum, etiamſi ſint collaterales, & licet in *auth.* unde ſumitur, non adſint illa verba; *etiamſi a latere ſint conjuncti;* tamen ſecundum communem opinionem ita ſervatur. Clar. *d. §. q. 78. in princ.* † Et procedit dicta *auth.* & 3
illius correctio contra omnes leges communes. Corn. *conſil. 281. l. 4.* † Extende *auth. bona damnatorum, C. de bon. proſcript.* procedere, etiamſi ſtatutum puniat delinquentem ad mortem; quia non venit confiſcatio in conſequentiam, etiamſi non habeat deſcendentes, neque tranſverſales; quia conjuncti uſque ad decimum gradum ſuccedunt. Aret. *in tract. de malefic. verſ. & ejus bona, nu. 36.* ubi Arimin. extendit in infinitum; prout de jure communi poſſunt ſuccedere. † Idem eſt, 4
etiam ſi quis condemnetur ad mortem ex delicto non publico; quia nunquam intrat confiſcatio in conſequentiam. Auguſtin. Arimin. ad Aret, *de malefi. ver. & ejus bona. n. 36. & ſeq.* ubi, quod condemnatus pro furto ad ultimum ſupplicium, ex ſtatuto, non patitur confiſcationem bonorum, plene Juſ. *in l. 2. C. qui teſtam. facere poſſ. nu. 9. & ſeq.* ubi, quod ſtatuta imponentia pœnam mortis, cum ſint privati juris, non inferunt ad confiſcationem. † Idem, ſi quis contumax habeatur 6
pro confeſſo, & ex forma ſtatuti ponatur in banno vitæ; quia non patitur confiſcationem bonorum. Arim. ad Aretin. *in verſ. & ejus bona, nu. 38.* † Sed tamen 7
dicta *authent.* non corrigit jus commune, niſi in caſibus, in quibus confiſcatio fit in conſequentiam, quaſi ſufficiat pœna ultimi ſupplicii; ſi vero confiſcatio in ſpecie eſſet inducta principaliter pro aliquo delicto, non eſſet ſublata ſecundum communem, de qua atteſtantur Bar. *in l. 1. n. 3. ff. de bon. damnat.* Boer. *dec. 264. nu. 25.* Cephal. *conſ. 79. nu. 4.* Clar. qui alios citat *d. §. fin. quæſt. 78. in prin. ver. ſcias etiam.* Aretin. *de malef. in ver. & ejus bona, n. 34.* late Caſtr. *conſ. 171. lib. 1.* † Contrarium ſervatur per totum orbem; quia 8
confiſcatio non habet locum de jure communi, niſi duobus caſibus, videlicet in cauſa hæreſis, & læſæ Majeſtatis, qui caſus excipitur expreſſe *in d. authen. bona damnatorum, C. de bonis proſcript.* hanc eſſe conſuetudinem, & obſervantiam generalem, atteſtantur Cæpoll. *conſ. 17. crimin. in tertio dubio.* Roland. a Valle *conſ. 97. num. 2. lib. 2.* Dec. *conſ. 442. num. 6.* Boer. *d. deciſ. 264. num. 15.* & alii, quos citat Clar. *d. §. fin. quæſt. 78. in prin. col. 2. verſ. ſed certe.* † Declara; quia fit confiſcatio, quando eſt proviſum per ſtatuta, vel leges particulares locorum, vel per conſuetudinem ſpecialem, ut declarat idem Clarus *d. §. fin. quæſt. 78. in prin.* ubi allegat Oldrad. *conſ. 17. num. 7.* & Boſſ. *de public. bonor. num. 1.* quos dicit debere intelligi de conſuetudine particulari, ex quo obſervantia generalis eſt contraria. † Contra declarationem idem Clarus ſibi contrarius *d. §. fin. quæſt. 78. num. 2.* dicit, quod in Francia conſuetudo eſt generalis, quod bona confiſcantur in omnibus caſibus, in quibus imponitur pœna mortis, & quod ita atteſtatur Ponta. *ſuper conſuet. Bleſen. fol. 154. colum. 2. in prin.* & ibi *nu. 1. in fin.* extendit etiam ad clericos. † Reſtringe; quia *authent. bona damnatorum. C.* 11
de bon. proſcript. non habet locum in Francia, vel

Bur-

Burgundia; quia ibi est constitutio, quod quicunque perdit propter delictum vitam, perdat etiam bona; ita Chassan. *super consuetud. Burgund. fol. 91. in casu 72.* & plene Marcabru. *consil. 43. nu. 37.* ubi, quod ideo est; quia omnia delicta sunt exæquata crimini læsæ Majeſ-
12 † statis. Restringe; quia non habet locum, quando statutum imponit pœnam confiscationis in casu, in quo veniebat imposita in consequentiam de jure communi, ita Non. *consil. 95. n. 13.* ubi, quod ita Castrens. & alii contrarii sunt intelligendi, & hoc idem firmat, Cephal.
13 *consil. 79. n. 25. & seq. & in fin. secundo, & tertio casu.* † Contrarium; quia sufficit, quod statutum imponat confiscationem, etiam in casibus, in quibus de jure communi
14 in consequentiam veniebat. Vide §. *seq.* † Et quod tollat omnes leges loquentes de confiscatione. Cornel.
15 *Consil. 281. l. 4.* † Restringe; quia non habet locum in consanguineis natis post sententiam. Bart. *in auth. novo jure. Cod. de pœn. judic. qui male judic.* Chassan.
16 ubi supra. † Item non habet locum, quando bona confiscantur; quia ab indigno auferuntur. Bald. *in l. hæreditas, C. de iis, quibus, ut indign.* Chassan. ubi su-
17 pra. † Item confiscantur, quando statutum imponit pœnam confiscationis. Chassan. ubi supra, & est com-
18 munis opinio. Cephal. *consil. 79. n. 18.* † Declarat Cephal. *d. consil. 79. nu. 7. & nu. 14.* quando statutum expresse, & specifice hoc disponit in casibus, in quibus pœna in consequentiam non veniebat, ut dicit *nu. 25. & in fi.* † Item quando condemnatus vivit; quia licet condemnetur ad mortem, & sit civiliter mortuus; tamen non habet locum authentica prædicta. Castrens.
20 *in l. 2. in fin. C. qui testam. facere poss.* † Contrarium Nonius *consil. 104. nu. 8.* & ita videtur sentire Aufrer.
21 *in addit. ad decis. Tholos. 150. in fin.* † Item restringe; quia *auth. bona damnatorum. C. de bonis proscript.* non habet locum, quando bona publicantur propter contumaciam delinquentis; quia fit confiscatio non extantibus filiis, alias pœna contumaciæ esset elusoria. Aretin. *de malef. ver. & ejus bona, num. 32.* & ideo si condemnatus non moritur, sed vivit, non habet locum dicta *auth.* clare Cæpoll. *consil. 12. crim. nu. 42.* Castr. *in d. lib. 2. in fin. C. qui testam. fac. poss.* dicit, quod si vivit, etiam si mortuus sit civiliter, non ha-
22 bet locum authentica, Bald. *in dict. auth.* † Contrarium Non. *consil. 109. n. 8. ver. & si forsan.* ubi, quod intelligi debet de mortuo naturaliter, & civiliter alle-
23 gat pro utraque parte. † Declara; quia clarum est, quando bona solum perquiruntur secundum jus commune de requirendis reis. Bald. *d. auth. bona.* ubi declarat. † Declarat Ceph. *consil. 79. nu. 19.* quando in contumaciam sola condemnatio bonorum fit, non etiam personæ, Non. *d. cons. 104. nu. 8.* & Guido Papæ *decis. 438. n. 4.* Moder. *de jure fisci, l. 5. tit. 1. nu. 37.*
25 *fol. 374.* † Restringe; quia *authent.* prædicta non habet locum, quando damnatus perdit tantum bona, non vitam, neque civitatem. Aret. *de malef. ver. & ejus bona, numer. 31.* ubi quod alias elusoria esset pœna, si non punitur in corpore, non etiam puniretur in bonis; quia filii, vel succedentes ab intestato, succederent, & ita etiam Non. late *d. cons. 104. numer. 8.* ubi reddit rationem; quia pœna esset potius succedentium, quam delinquentis, & ita Bald. *d. auth. bona damnatorum. C. de bon. proscript.* ubi, quod tunc nihil liberis reservetur, & ita Cephal. *cons. 79. num. 19.*
26 † Restringe 56. modis, in quibus *authent.* prædicta non habet locum, de quibus Corrad. *de public. bon.*
27 *numer. 13. & seq.* † Restringe; quia etiam non habet locum, quando confiscatio est particularis, ut quia est imposita certa pœna, puta mille; quia tunc nihil reservatur filiis. Aretin. *de tract. ver. & ejus bona, n. 35.* Aufrer. *d. decis. Tholos. 150. in fin.* ex mente Bald. Angeli, & aliorum *in d. auth. bona damnatorum. C. de bon. proscript.* Vide plenius, §. proxime sequenti.

§. III.

Confiscatio bonorum quibus casibus inducatur a jure, & ipso jure?

1 Pœna † confiscationis bonorum inducitur contra contrahentes incestas nuptias de jure civili in casu, *l. qui contra. C. de incestis nupt.* Gemin. *cons. 71. n. 2. ver. ad ultimum.* Dec. *cons. 234. col. 3. ver. venio igitur.* ubi, quod habet locum ipso jure confiscatio; ideo fiscus revocat alienata post incestum, Zabarell. *cons. 127. in prin.* plene Boer. *decis. 264. n. 12. & seq.* ubi latissime, *n. 15.* probat esse communem; & quod *auth. de incestis nupt.* non est correcta per *auth. damnatorum, C. de bonis proscript. & damnat.* Vide Tusch. *verb. Nuptiarum incestarum pœnæ quæ sint. Concl. 160.* † Declara; quia si extant filii ex matrimonio non incestuoso, 2
illi excludunt fiscum, Dec. *d. cons. 234. n. 3.* plenissime Boer. *d. decis. 264. n. 13.* ubi latissime. † Extende 3
declarationem, ut procedat, etiam si essent filiæ, quæ renunciassent successioni; quia non censentur renunciasse bonis propter delictum acquirendis. Dec. *d. cons. 234. n. 4.* Zabarell. *cons. 127.* † Restringe; quia licet 4
sorores regulariter impediant confiscationem, non tamen impediunt istam propter incestas nuptias, Dec. *d. cons. 234. numer. 4. ver. non obstat, quod dictæ sorores.* † Extende, quia etiam perdit feudum contrahens incestas nuptias; quia licet non confiscetur feudum; tamen perditur a delinquente; quia cum fiat exul, & inferius perdit feudum, quod devolvitur proximioribus. Zabarell. *d. cons. 127. in prin.* Boer. *decis. 264. n. 7. & por totum.* † Amplia in crimine læsæ Majestatis, 6
l. quisquis. C. ad leg. Jul. Majest. Bald. *cons. 58. num. 1. usque in fin. l. 1. & cons. 204. Longum thema. nu. 3. ver. venio ad tertiam. l. 3.* Zabarell. *cons. 128. n. 2. ver. item etiam.* Boer. *d. decis. 264. n. 11. & d. auth. bona damnatorum, & decis. 277. nu. 12.* † Imo, quod con- 7
fiscatio bonorum non habeat locum, nisi in crimine læsæ Majestatis, videtur tex. *in auth. bona damnatorum, C. de bonis proscript.* nisi alias contrarium observetur vigore statuti, vel consuetudinis. Alberic. de Rosat. in *3. par. stat. quæst. 18. in fi.* refert & sequitur Cæpoll. *cons. 17. Visa inquisitione, col. 8. in fin.* Dec. *cons. 40. n. 6.* Vide Ant. de Butr. *cons. 61. in prin.* ubi apostil. *in ver. damnationem*, dicit, quod excepta hæresi, & læsa Majestate, non habet locum confiscatio, nisi statuto, vel consuetudine inducatur, & quod totus mundus ita servat, & citat plurimos. † Extende; quia et- 8
iam post mortem delinquentis in crimine læsæ Majestatis potest sequi inquisitio & condemnatio, & quid circa confiscationem bonorum, ex quo ipso jure sunt confiscata a die commissi criminis, plene Dec. *cons. 401. In causa mota.* Vide Zabar. *d. cons. 128.* dicit, quod licet perdat delinquens in crimine læsæ Majestatis administrationem, non tamen dominium bonorum. Boer. *d. dec. 264. n. 11.* ubi idem dicit, & quod requiritur sententia. † Et talis confiscatio etiam quoad bona in 9
territorio feudatarii existentia fit supremo Principi, contra quem crimen commissum est, secundum communem, de qua Roland. a Valle *cons. 78. n. 21. & seq. l. 2.* Vide Tusch. *verb. Feudatarius est utilis dominus, & ad eum spectant utilitates feudi. Concl. 208.* † Ex- 10
tende; quia confiscatio de jure communi habet locum etiam in crimine læsæ Majestatis divinæ, Cravet. *cons. 128. Proponitur, quod bona, nu. 6. in fi.* ubi, quod istis duobus casibus dumtaxat confiscatio habet locum de jure communi. Boer. *d. decis. 264. num. 11.* Clar. §. *fin. quæst. 78. col. 2. in princ.* † Et qualiter fiat 11
confiscatio bonorum hæretici. Vide *Guido Papæ decis. 16.* Vide §. *sequentem.* † Extende; quia etiam feuda 12
Ecclesiæ confiscantur in crimine læsæ Majestatis. Zabar. *d. cons. 128. num. 2. ver. item etiam, & num. 3.* † Declara plene, ut per Boer. *d. decis. 264. num. 7.* 13
& seq. ubi quod feuda non confiscantur secundum opinionem Bart. quam dicit communem, licet multi teneant contrarium, quod imo confiscantur, sed tamen distinguit, quod aut est feudum transitorium ad extraneos, & confiscatur, aut non, & non confiscatur, sed transit ad vocatos, si extant; vel revertitur ad Ecclesiam. † De consuetudine tamen Franciæ omnia bona habentur pro allodialibus; ideo transeunt in fiscum, uti ibi per eum; licet dicat ibi *num. 9.* contrarium tenere decis. Tholos. in feudo Ecclesiæ, etiam pro extraneis; quia vel revertitur ad Ecclesiam, vel ad succedentes ab intestato spectat. † Declara; quia licet in 15
crimine læsæ Majestatis fiat confiscatio; non tamen fit ipso jure; quia licet reus criminis læsæ Majestatis, a die commissi criminis, perdat administrationem bonorum; non tamen perdit dominium ante sententiam. Zabarell. *cons. 128. num. 2. ver. Item tertiam*, & idem re-

tenet Boer. *d. decis.* 264. *nu.* 11. ubi requiritur senten-
16 tia. † Amplia; quia confiscatio etiam hodie fit in crimine læsæ Majestatis; *auth. bona damnatorum, in fin.*
17 *C. de bon. proscript.* † Et procedit, sive crimen læsæ Majestatis sit in primo capite, sive in secundo capite.
18 Capyc. *dec.* 130. *n.* 20. *ver. sic ergo concl.* † Amplia in falsa moneta; quia de jure venit confiscatio bonorum.
19 Clar. §. *falsum, ver. dixi.* † Extende; quia in falsificante monetam etiam fit confiscatio bonorum ipso jure, & ita servati in Francia attestatur Boer. *dec.* 264.
20 *num.* 9. *in fin.* † Amplia in apostata, qui patitur confiscationem bonorum, *l.* 1. *C. de apostat.* Clar. *d.* §. *fin. quæst.* 78. *num.* 4. ubi declarat, quis dicatur apostata,
21 & de ejus pœna. † Amplia etiam in eo, qui mortem sibi conscivit tædio vitæ se interficiendo, vel projiciendo in puteum, de quo, an sit verum, & qualiter procedat, Dec. *cons.* 458. *Accurate & eleganter.* apostill. ad Ant. de Butr. *cons.* 58. *in ver. Conscientia.* citat ultra Decium Paris. *cons.* 155. *lib.* 4. Corn. *cons.* 195. *l.* 2. Bert. *cons.* 134. *numer.* 2. *lib.* 3. *in* 1. *parte*, & alios.
22 † Amplia; quia confiscatio bonorum potest induci in præcepto Judicis ex causa, & potest exequi. Cravet.
23 *cons.* 373. *n.* 6. † Intellige de Judice supremo, vel de habente merum imperium in casu, in quo imponitur de jure, vel statuto, aut consuetudine confiscatio. Boer.
24 *decis.* 264. *in prin.* † Extende ampliationem: quia Judices propter atrox delictum in Francia de consuetudine confiscant bona. Boer. *d. decis.* 264. *nu.* 15. & 16.
25 † Amplia; quia de generali consuetudine totius orbis est, quod hodie bona confiscantur pro homicidio, & aliis similibus delictis. Cæpoll. *cons.* 17. *Visa inquisitione, col.* 8. *in fin.* Dec. *cons.* 438. *Accurate, & eleganter.* † Quinque casus collegit Tuschus in quibus disputant DD. an confiscatio bonorum procedat. I. casus est, quod *authent. bona damnatorum, C. de bonis proscript.* de consuetudine non admittatur, prout in Francia & Burgundia dicit Chassan. *super consuetud. Burgund. fol.* 91. *pag.* 2. *per* 72. & ad hoc concurrunt; quia omnia delicta sunt æquata crimini læsæ Majestatis, ut dicit Marcabr. *cons.* 43. *numer.* 37. *& per totum. maxime in princip.* declarat, quæ jura sint correcta,
27 vel ne. † II. casus est, quod *d. auth.* non habeat locum, nisi in confiscatione, quæ fiebat in consequentiam pœnæ mortis, & ideo non corrigat casus, in quibus pœna mortis, & confiscationis imponitur expresse, communem dicit Boer. *d. decis.* 264. *nu.* 14. &
28 *seq.* † III. casus, quod si statuto imponatur confiscatio expressa, & pœna mortis, non habeat locum authentica; quia constat de mente. Boer. *d. decis.* 264. *num.*
29 14. & 15. † Iste casus per subtilitatem ponitur in controversia, quod procedat, quando statutum inducit confiscationem bonorum, & pœnam mortis in casibus novis; secus si in casibus juris antiqui; quia patitur passivam interpretationem, & quia exprimit, quod tacite inerat, sic Cephal. *cons.* 79. *n.* 25. *& in fin.* Non. *cons.* 95. *numer.* 12. quia Bald. fuit opinionis, quod statuta sint juris privati, ut per Alex. Jas. & alios *in l.* 2. *C.*
30 *qui testam. facere poss.* † IV. casus, quod non habeat locum, quando Judex in sententia condemnat ad mortem, & in confiscationem bonorum expresse, in casibus, in quibus confiscatio fieri poterat de jure antiquo, quasi quod *d. auth.* corrigat solum confiscationem, quæ venit in consequentiam pœnæ capitalis, quando Judex in solam capitalem condemnat; secus si in utramque. Cæpoll. *cons.* 17. *n.* 24. *& seq.* maxime *n.* 27. & pendet aliquantulum a secundo casu, & Conrad. *de public. bonorum, n.* 15. & 16. *& de contumac. n.* 33.
31 † Contrarium tenent Doct. plurimi, quod imo sententia sit nulla; quia est contra casum dictæ *authen.* Tob. Non. *d. cons.* 104. *nu.* 3. Farinac. *qu.* 25. *num.* 5. & quia sententia non potest immutare legis dispositio-
32 nem. *cons.* 357. *nu.* 3. *ver. concedo.* † V. casus, quod non habeat locum, quando condemnatur in contumaciam; quia tunc ne sit eluforia pœna, habet locum confiscatio bonorum; secus si moritur naturaliter; quia mors civilis non eximit. Castr. *in d. l.* 2. *in f. C. qui testam. facere poss.* & ita Cæpol. *cons.* 17. *nu.* 42. qui alios allegat. Bar. *in auth. sed novo, ver. tu dic. n.* 1. *C.*
33 *de pœnis jud. qui male judic.* † Contrarium etiam tenet Tobias Non. *d. cons.* 194. *n.* 8. qui tollit contraria, & dicit, quod Bart. tenet contrarium *in l.* 1. *ff. de bonis damnat. n.* 3. sed imo bono non tenet contrarium in ultima opinione, quam recitat, & dicit communem. Et † Chassan. *in consuet. Burgund. fol.* 86. *& seq. ver.* 34
ad tertium, enumerat plures casus, in quibus de jure communi imponitur confiscatio bonorum, & Calicuis *in margar. fisci, fol.* 33. *& seq.* enumerat casus 418. in quibus fit confiscatio de jure communi, ut refert Clar. *d.* §. *fi. q.* 78. *nu.* 5. † Limita: quia confiscatio excepto 35
crimine læsæ Majestatis, non habet locum pro homicidio de jure communi, neque pro aliis delictis. *auth. bona damnatorum, C. de bonis damnat.* nisi a statuto, vel consuetudine inducta, Albert. Rosate *in* 3. *parte statut. quæst.* 18. *in fi.* † Restringe Florentiæ, quia pro 36
homicidio statutum imponit pœnam confiscationis, ut *l.* 3. *de pœna homic. commit. c.* 125. imo si judex committeret confiscationem in sententia, habetur pro facta, ac si esset specificata vigore reformationis factæ 24. Septembris 1450. Vide supra §. 11. *Confiscatio maxima pœna est, qualiter de jure antiquo inducebatur.* † Limita: 37
quia ubi non est expressa confiscatio bonorum, ea fieri non debet. *d. auth. bona damnatorum, C. de bon. prosc.* plene Boer. *d. decis.* 264. *nu.* 15. *& seq.* ubi quod debent intra duos menses petere venientes ab intestato, *n.* 17. † Ex- 38
tende: quia etiamsi inducatur confiscatio per statutum in casibus, in quibus olim erat inducta confiscatio in consequentiam de jure communi, tunc non habet locum; quia statutum recipit interpretationem de jure communi; secus si inducatur confiscatio in specie in casibus, in quibus de jure communi non erat, ita videtur decidere Cephal. *cons.* 79. *in fi. l.* 1. ubi ponit tres casus, maxime, *num.* 25. *& seq. ver.* 2. *& subtilius*, sequitur Tobias Non. *cons.* 95. *n.* 13. ubi quod apponendo expressam pœnam quæ tactie inerat, nihil disponitur; quia hoc casu cum *auth. bona damnatorum. C. de bonis damnat.* corrigatur statutum: recepit interpretationem passivam a jure communi. † Contrarium ve- 39
rius, & communius esse dicit Boer. *d. decis.* 264. *n.* 14. & 15. ubi, quod quando expresse utraque pœna apponitur, videlicet mortis, & confiscationis, & sic æque principaliter: tunc statutum non patitur passivam interpretationem per *d. auth. bona damnatorum.* sed solum, quando agitur de confiscatione in consequentiam, ita Castr. *cons.* 171. *in fi. lib.* 1. ita Cephal. *d. cons.* 79. *nu.* & *in fi. ver. primus casus.* † Declara, ut per apostil. 40
ad decis. Tholos. 150. ut si est sola confiscatio bonorum apposita, tunc procedit sine dubio & *d. auth. bona damnatorum.* non habet locum; quia alias esset pœna eluforia: si vero pœna est mortis sine confiscatione, *d. auth.* non loquitur, si autem mortis, & confiscationis, si confiscatio est in consequentiam, non habet locum cum morte: quia *auth. bona damnatorum.* intrat, si expresse, & principaliter imponitur pœna mortis, & etiam confiscationis, tunc non habet locum *d. auth.* & idem, si condemnatio fit in parte bonorum, & hanc distinctionem tenet Bart. *in lib.* 1. *ff. de bonis damnat.* & Ang. Aret. *in ver. & ejus bona publicamus*, & ibi Arimin. *in apostil.* † Declara: quia licet *d. auth.* tol- 41
lat confiscationem bonorum excepto crimine læsæ Majestatis; non tamen tollit corrigendo casus novos incestarum nuptiarum, & similes: communem dicit Boer. *d. decis.* 264. *n.* 15. *& seq.* † Limita: quia in statutis 42
quamcumque pœnam, & pro quocumque crimine magno imponentibus circa personam, nunquam venit confiscatio bonorum, nisi fit expresse dictum. Bal. *cons.* 95. *in fi. lib.* 1. communem dicit Clar. §. *fi. q.* 78. *n.* 2. & declara supra. Vide §. *seq. Confiscatio quibus competat.* † Extende: quia pœna furcarum non habet anne- 43
xam confiscationem bonorum. Bald. *cons.* 226. *Præmittendum est, in fi. lib.* 1. † Extende: quia quando quis condemnatur in persona & bonis, dicuntur duæ sententiæ propter copulam; ideo si non fiat mentio, nisi de uno, non venit aliud. Bald. *cons.* 426. *n.* 5. *ver. præterea ista duo. l.* 1. † Declara, nisi confiscatio fiat ipso jure. Bertazol. *cons.* 295. *n.* 8. *& seq.*

§. IV.

Confiscatio quibus competat, quando & qualiter fiat?

Confiscatio † duplex, Ordinaria, & Extraordinaria: 1
Ordinaria confiscatio dicitur, quæ fit a lege, statuto, vel consuetudine, & ista competit omnibus judicibus habentibus merum imperium ratione territorii. *l. unica.*

ex. C. ne sine jussu, ubi Salycet. *in fi.* Oldr. *cons.* 17.
2 *num.* 10. Boer. *decis.* 264. *num.* 2. † Extende: quia ordinaria confiscatio est quæ fit a lege, statuto, vel consuetudine, in casibus permissis; & competit omnibus habentibus merum imperium & territorium: ideo judices habentes merum Imperium confiscant. Boer. *d.* 3.
3 *decis.* 264. *nu.* 2. † Restringe, quod Episcopi, ex quo habent territorium, non confiscant, nisi de consuetudine, & certis casibus, prout in crimine hæresis. Boer.
4 *d. decis.* 264. *num.* 3. *& seq.* † Contrarium & verius in §. XI. infr. *verb. Confiscationem an habeat Episco-*
5 *pus.* † Restringe in Francia: quia Barones licet habeant merum imperium: non tamen faciunt confiscationes, sed soli judices Regii de consuetudine. Boer.
6 *d. decis.* 264. *nu.* 5. † Jus confiscandi competit via ordinaria Principi supremo, & suis officialibus habentibus supremam authoritatem; aliis autem, quibus non sit demandata nequaquam. Boer. *d. decis.* 264. *in pr.* & ante tenuit Rom. *cons.* 59. *Ad discutiendum*, *nu.* 2. Ol.
7 drad. *cons.* 17. *n.* 10. † Et quod non competat, nisi principi, & superiori, non autem iferioribus judicibus, nisi a Principe concedatur, probat tex. *in l. unica*, *C. ne sine jussu prin.* ubi Odofred. Bellaper. Cyn. Fulgos. Bald. & clarius Angel. & Salyc. Cæpol. *cons.* 17. *n.* 17. plene Menoch. qui alios citat, & declarat, *de arbitr. qu.* 93. *per tot.* Alex. *consil.* 116. *Animadversis*, *nu.* 12. *lib.* 2. Oldr. *d. consil.* 17. *n.* 10. Jas. *cons.* 46. *l.* 1. Rimin. Jun. *consil.* 327. *nu.* 1. *&* 20. Bertazol. *cons.* 107. *in pr. in crim.* Nonius *consil.* 104. *nu.* 18. *& seq.* communem dicit Jo. de Anania *in c. vergentis*, *num.* 21. *de hæret.*
8 Clar. *in* §. *fi. qu.* 78. *ver. nunquid*. † Et ideo Præsides Provinciarum non possunt facere, & inducere confiscationes bonorum extraordinarias, & minus ordinarias. Bertazol. *consil.* 107. *Dominus Ludovicus*, *per tot.* communem dicit Farinac. *qu.* 25. *num.* 19. ubi loquitur in Præside Provinciæ Umbriæ, allegat Tob. Non. *consil.* 104. *n.* 18. *& seq.* Ondad. *cons.* 93. *numer.* 69. *lib.* 2.
9 † Et confiscatio est de reservatis Principi. Rom. *cons.* 59. *n.* 2. ubi etiam dicit, quod non competit, nisi positis in suprema dignitate, & suprema dignitates sunt Superillustres, & Illustres. Cyn. *in d. l. unica. C. ne si-*
ne jussu. ubi Ang. exemplificat in Regibus, & aliis,
10 Rim. Jun. *d. cons.* 327. † Restringe: quia de consuetudine confiscatio, & pœna ultimi supplicii censetur concessa Vicariis Civitatum concessarum in Vicariatum, & etiam de jure Canonico, licet de Jure Civili secus sit, Rom. *d. cons.* 59. *num.* 2. *in f. cum seq. ver. iis tamen non*
11 *obstantibus*. ubi apostilla *in ver. ex consuetudine*, *& in ver. exercere.* ubi dat concord. † Extendit etiam in Legatis de latere. Farina. *d. q.* 25. *num.* 20. ubi citat Non.
12 *d. cons.* 104. *num.* 18. *& seq.* 1. † Restringe, quando esset datum arbitrium latum officialibus majoribus, puta Prætori in rebus majoribus: secus si Judici pedaneo in rebus minoribus, plene Matsil. *singul.* 397. *Arbitrum.* Roland. a Vall. *cons.* 99. *num.* 28. *lib.* quos sequitur Me-
13 noch. *de arbitr. q.* 93. *in f. & q.* 86. *num.* 30. † Contrarium tenet Alex. *cons.* 116. *num.* 12. *lib.* 2. sequitur Natta *consil.* 593. *num.* 24. ubi *num.* 21. quod princeps consuevit concedere confiscationem verbis explicitis: & non cen-
14 setur concessa verbis generalibus. † Regula erat de jure antiquo, quod ubicunque condemnatio ad mortem fiebat, etiam confiscatio bonorum veniebat in consequentiam, sed fuit correcta per *auth. bona damnatorum*, *C. de bon. proscr.* excepto crimine læsæ Majestatis, Clar.
15 *dict.* §. *fi. qu.* 78. *in pr.* † Et hæc confiscatio quandoque fit etiam hodie in consequentiam, veluti si pœna mortis imponatur, etiam confiscatio bonorum venit, & quod ita servetur in Francia, in bonis Laicorum, attestatur Clar. §. *fi. q.* 78. *num.* 2. ubi etiam *num.* 1. *in fine* dicit servari in confiscatione bonorum Clericorum, ut mobilia applicentur Episcopo, immobilia Regi, & quod ita attestatur Ponta. *super consuet. Blesen. fol.* 154. *col.* 2.
16 † Restringe regulam, ut non procedat hodie in statutis imponentibus pœnam mortis, in casibus, in quibus de jure communi, & ex forma statuti non est pœna mortis, prout in furtis multiplicatis: quia non venit confiscatio bonorum in consequentiam; communem
17 dicit Clar. *d.* §. *fi. q.* 78. *num.* 2. *ver. sed pone.* † In casu vero contrario, quando statutum imponit pœnam mortis, & confiscationis bonorum, vel etiam jus commune, an si fiat condemnatio rei ad mortem, veniat confiscatio bonorum in sequelam. Vide omnino Bertazol.
consil. crim. 295. *num.* 8. *& seq.* qui distinguit, aut confiscatio fit ipso jure per legem, vel statutum, & venit in consequentiam: aut per verba futuri temporis, & secus est: quia sententia est stricti juris. Bart. *in l.* 1. *ff. de vi privat.* Corrad. *in praxi de bonorum publ. nu.* 14. ubi addit rationem, quia ante publicationem possunt bona alienari, in simili. Petr. Raven. *Sing.* 69. ubi, quod quando ipso jure veniunt fructus a die delicti. † Ali- 18
quando fit nuda confiscatio bonorum, sine pœna mortis, quæ potest fieri, puta si jam delinquens esset mortuus, ut per Cæpol. *consil. crim.* 17. *num.* 36. † Et quod 19
possit quis deportari cum confiscatione bonorum. Boer. *decis.* 317. *num.* 4. ubi dicit esse tex. *in* §. *item lex Julia*, *Instit. de publ. jud.* ubi tutor qui coiverit cum pupilla, sive durante tutela, sive post, deportatur cum confiscatione bonorum, & dicit communem. † Idem 20
est: quia usurpantes annonam publicam deportantur cum confiscatione bonorum. *l. fi. C. de conditis in publ. horreis. lib.* 10. † Idem in usurpantibus pecuniam Principis: 21
quia pœna peculatus tenentur, & deportantur cum bonorum confiscatione, *l.* 3. *ff. ad l. Jul. pecul.* † Aliquan- 22
do fit etiam confiscatio partis, seu particularis bonorum, & quibus casibus, Vide, *Confiscatio particularis quando habeat locum* §. *proximo seq.* † Casus, in qui- 23
bus confiscatio fiat de jure communi ponit Chassan. *in consuet. Burgund. fol.* 89. *ver. ad tertium*, ubi enumerat casus 72.

§. V.

Confiscatio particularis quando habeat locum?

Cofiscatio † quandoque fit particularis certæ partis 1
bonorum prout in stupro: quia pœna est confiscationis medietatis bonorum. Clar. *in* §. *stuprum*, *ver. sed quæro*, *& in* §. *fin. quæst.* 79. *in prin.* † Declara: quia si stu- 2
prum esset violentum, esset pœna mortis. Alex. *cons.* 229. *per totum. lib.* 6. & apostil. ad Clar. *d.* §. *fi. qu.* 79. *ver.* 3. *in dimidia.* † Arma nova si quis fecerit, emerit, vel 3
vendiderit, illa perdit: quia fisco applicantur. *auth. de armis.* sed Clar. §. *fi. q.* 79. *num.* 2. dicit de consuetudine non servari. † Domus privata, in qua fiant sacra, 4
confiscatur sine licentia Episcopi. Clar. *d.* §. *fi. q.* 79. *nu.* 4. † Domum ædificans penes ædem sacram, vel do- 5
mum publicam, non dimisso spatio XV. pedum illam perdit: quia fisco applicatur, sed de consuetudine non servatur. Clar. *d.* §. *fi. q.* 79. *num.* 5. † Locus, in quo fiat 6
sepultura in civitate confiscatur de jure, licet non servetur de consuetudine. Clar. *d.* §. *fi. q.* 79. *num.* 6. † In- 7
stitutus hæres, qui fidem accommodavit defuncto de restituenda hæreditate spurio, vel incapaci, amittit hæreditatem, quæ aufertur tanquam ab indigno, & applicatur fisco. Clar. *d.* §. *fi. q.* 79. *num.* 7. *ver. quando hæres.* † Extende idem, quando testator metu fuit inductus 8
ad aliquem instituendum hæredem: quia aufertur ab eo, uti indigno, & fisco applicatur, si non extat aliquis proximior, vel in gradu æquali: quia ipse succe- 9
dit, communem dicit Clar. *d.* §. *fi. q.* 79. *in fi.* † Feudatarius delinquens in dominum, perdit feudum, etiam antiquum, quod applicatur domino: si vero non in dominum, devolvitur ad vocatos agnatos. Cravet. *cons.* 128. *col. fi. ver. est advertendum.*

§. VI.

Confiscatio bonorum an sit de jure, vel consuetudine, an odiosa, vel non?

Confiscatio † bonorum de jure non est introducta, 1
sed de consuetudine est adinventa: quia regulariter bona non confiscantur de jure communi. Oldrad. *cons.* 17. *num.* 7. *ver. circa quod auth. bona damnatorum. C. de bonis proscr.* ubi tollitur confiscatio, & vocantur descendentes, & ascendentes, & alii, ut ibi sequitur Boss. *in praxi tit. de publ. bono. num.* 1. & de hac consuetudine generali in Gallia, etiam contra Clericos, Clar. §. *fi. q.* 78. *nu.* 1. *in fi.* & contra Laicos, ibi, *num.* 3. † 2
Contrarium dicit Clar. *in d.* §. *fin. q.* 78. *in princ. col.* 2. ubi, quod de jure est sublata sola confiscatio, quæ venit in consequentiam pœnæ mortis secundum communem, sed tamen servatur contrarium, quod excepto criminæ læsæ Majestatis Divinæ & humanæ non fit

con-

confiſcatio, & Oldr. & Boſſ. loquuntur de conſuetudi-
3 ne particulari. † Duplex eſt confiſcatio; alia Extraordinaria, videlicet in caſu non expreſſo a Jure, & competit in ſumma poteſtate poſitis: alia Ordinaria, a lege, vel conſuetudine admiſſa, & non competit, niſi habentibus territorium, & merum ac mixtum imperium. Oldr. *conſ.* 17. *ver. & ſciendum* eſt, ubi, quod Epiſcopus non poteſt confiſcare, nec exequi ſententias: quia non habet territorium, plene Boer. *deciſ.* 264. *in pr.* & Cæ-
4 pol. *conſ.* 17. *num.* 24. *& ſeq.* † Declara: quia ordinaria eſt, quæ eſt a lege, vel ſtatuto, aut conſuetudine, & quilibet poteſt hanc facere, qui habet juriſdictionem: extraordinaria eſt illa, quæ non eſt a lege, &c. & iſta competit Principi & Judicibus in ſuprema dignitate conſtitutis, ut illam imponere poſſint: Tertia ſpecies eſt extra ordinem, quando imponitur pœna mortis, & in conſequentiam confiſcationis, & hanc poſſunt in ſententia omnes Judices ponere, qui poſſunt ad mortem condemnare. Cæpol. *conſ. crim.* 17. *num.*
5 24. *& ſeq.* maxime *num.* 27. † Iſta extraordinaria confiſcatio non fit, niſi a ſupremo Principe, vel ejus Judicibus ſupremam poteſtatem habentibus: vel ab aliis inferioribus non ſine juſſu Principis. Boer. *d. deciſ.* 264. *in pr.* plene Capyc. *dec.* 130. *num.* 40. *& ſeq.* Clar. *d.*
6 §. *fi. qu.* 78. *num.* 5. ubi de communi. † Qualiter intelligatur iſta extraordinaria confiſcatio, quod fieri poſſit a Judicibus ſupremis, videatur Cyn. *in l. un. C. ne ſine juſſu Princ. in fin.* ubi dicit, quod non poſſunt, niſi ſupremi Judices imponere pœnam confiſcationis, *d. l.*
7 *unica. C. ne ſine juſſu Princip.* † Ordinaria vero fit in caſibus a jure, ſtatuto, vel conſuetudine permiſſis, & omnes Judices merum imperium habent ratione territorii faciunt hanc confiſcationem. Boer. *d. dec.* 264. *nu.* 2. & communem dicit Clar. *d.* §. *fi. q.* 78. *num.* 5. *ver.*
8 *quæro, nunquid.* † Introducta non dicitur confiſcatio in compenſationem ſumptuum, neque laborem dominantium, ſecundum Oldr. *d. conſ.* 17. *num.* 12. *ver. non ob-*
9 *ſtat, quod arguitur.* † Regula eſt, quod ponitur *in auth. bona damnatorum*, C. *de bonis proſcr.* quia bona damnati non applicantur fiſco, ſed ex liberalitate applicantur deſcendentibus, & aſcendentibus, uſque ad tertium gradum, ſecundum *auth. ut nulli judicum*, §. *fi. col.* 9. ut ſic illa verba, *uſque ad tertium gradum*, intelligantur de aſcendentibus, & deſcendentibus, non de tranſverſalibus ſecundum Bart. & Franc. Tigri. *conſ.*
10 *Bart.* 157. *ſuper iis, in pr. lib.* 1. † Sed quia *auth. bona damnatorum, Cod. de bonis proſcr.* abjecit ex latere uſque ad tertium gradum, ſervatur communiter, quod deficientibus aſcendentibus, & deſcendentibus, etiam tranſverſales admittuntur, uſque ad tertium gradum, & ita communiter ſervari dicit Clar. *in praxi crimin.*
11 *d.* §. *fi. q.* 78. *in pr.* † Regulariter ad bona damnatorum vocantur filii damnati, excluſo fiſco. Decia. *conſ.* 234.
12 *n.* 3. † Item vocantur ſorores excluſo fiſco: *auth. bona*
13 *damnatorum, C. de bonis proſcr.* † Item vocantur aſcendentes & deſcendentes, ac collaterales uſque ad tertium gradum, excluſo fiſco, quibus deficientibus fit confiſcatio. *d. auth. bona, C. de bonis proſcr.* & licet *in auth.* in corpore, unde ſumitur, non adſit illud verbum, *de proximis a latere:* tamen communis opinio ſtat ſecundum litteram *auth.* ſumptæ, ut dicit Clar.
14 *d.* §. *fi. qu.* 78. *in prin.* † Contrarium expreſſe tenet Bart. & Franc. Tigri. *in d. conſ. Bart.* 157. *ſuper iis, quæ ſupra lib.* 1. ubi, quod ſoli aſcendentes & deſcendentes, uſque ad tertium gradum, non etiam collaterales
15 excludunt confiſcationem. † Reſtringe, ut non procedat in confiſcatione propter inceſtas nuptias, quia neque filii inceſtuoſi, neque ſorores ſuccedunt. Dec. *d.*
16 *conſ.* 224. *num.* 3. & 4. † Odioſa eſt confiſcatio in caſibus non expreſſis de jure communi, ideo ſtatutum, quod punit homicidam in ultimo ſupplicio & confiſcatione bonorum, dicitur odioſum quoad confiſcationem, favorabile quoad pœnam capitalem. Jo. de Anan. *conſ.* 59. *num.* 3. *ver. eſſet etiam*, ubi Bolog. *in apoſtil. n.*
17 9. *& ſeq.* † Et ideo bannitus & condemnatus etiam ad mortem non patitur confiſcationem bonorum. Alexan.
18 *conſ.* 116. *Animadverſis, num.* 8. *lib.* 2. † Et in dubio ſtatutum non cenſetur repetere confiſcationem, niſi expreſſe dicat. Jo. de Anan. *d. conſ.* 58. ubi Bolog. *num.* 9.
19 *& ſeq.* † Contrarium, quod confiſcatio inducta a ſtatuto ſit favorabilis: quia reducit nos ad jus antiquum, dicit idem Bolog. *in addit. ad d. conſ.* 59. Jo. de Anan. *in pr.* licet in fine dicat argumentum non eſſe verum. † Et habens in pœnis generale arbitrium, licet poſſit 20
condemnare ad mortem, non tamen poteſt confiſcare bona delinquentis. Alex. *conſ.* 116. *Animadverſis, nu.* 11. *& ſeq. ver. nec obſtant verba, lib.* 2. † Contrarium tenet Marſ. *Sing.* 397.

§. VII.

Confiſcatio bonorum operatur multa.

Operatur † confiſcatio bonorum univerſalis contra con- 1
demnatum ad mortem facta, quod quis dicitur decedere ſine hærede; quia nulla bona relinquit in civitate. Bald. *conſ.* 204. *Longum thema, num.* 3. *ver. venio ad tertiam, lib.* 3. Vide Tuſch. *verb. Damnati ad mortem quid perdant, & retineant. Littera D. Concluſ.* 2. † Amplia: quia condemnatus ad mortem & 2
cum confiſcatione bonorum dicitur effectus ſervus pœnæ. Bald. *conſ.* 204. *num.* 3. *ver. contrarium eſt verum, lib.* 3. quod intellige, ſi revera ſententia fuit exequuta contra eum. Ang. *conſ.* 357. *Dominus Gregorius, in pr.* † Amplia: quia condemnatus ad mortem 3
cum confiſcatione bonorum, cum dicatur mutaſſe ſtatum, non retinet jura agnationis. Bald. *conſ.* 244. *Qui fervore, in pr. lib.* 3. † Amplia; quia operantur di- 4
ctæ confiſcationes diverſum effectum, quia confiſcatio univerſalis liberat condemnatum a ſuis creditoribus: quia tranſeunt jura omnia active & paſſive in fiſcum, ideo ſicut poteſt exigere, ita tenetur ſatisfacere creditoribus; ſecus eſt in confiſcatione bonorum certi loci, vel certorum bonorum, quia non liberatur. Jo
de Imol. *conſ.* 35. *num.* 24. *& ſeq. uſque in fi.* † Ex- 5
tende: quia confiſcatio generalis operatur nedum, quod liberatur delinquens ab omnibus creditoribus, ſed etiam fidejuſſores liberantur, quando duo concurrunt, quod bona confiſcata ſufficiunt, & confiſcatio eſt generaliter facta. Caſtr. *conſ.* 209. *circa primum, lib.* 2. ubi, quod confundantur actiones etiamſi Princeps confiſcans ſit creditor ex contractu prius, & debitor habeat bona in alieno territorio: quia liberantur debitor & fidejuſſores, quando bona confiſcata ſufficiunt pro debito, quod delinquens debet domino confiſcanti. † Et quod facta confiſcatione univerſali, fiſcus ha- 6
beatur loco quaſi hæredis, ſeu hæredis, licet proprie non ſit hæres, facit tex. cum gl. *in l. tutores, in fi. C. ad l. Jul. de vi publ.* Abb. *conſ.* 29. *In quæſtione præſenti, lib.* 2. Alex. *conſ.* 88. *col.* 3. *ver.* 2. *probatur, lib.* 3. Vide Tuſch. *Litt. F. verb. Fiſcus quando loco hæredis habeatur. Concl.* 388. † Poſſeſſio debet ap- 7
prehendi per fiſcum de bonis confiſcatis: quia ſine apprehenſione non acquiritur. Boer. *deciſ.* 264. *num. in fi. ver. ſed adverte.* & quod non ſit effectus dominus bonorum confiſcatorum fiſcus, antequam agnoverit bona, & poſſeſſionem apprehenderit. Bart. *conſ.* 81. *Martinus, num.* 5. *& ſeq. ver. nec dicatur aliquis, lib.* 1. ubi quod ante non ſunt, neque dicuntur incorporata, neque in patrimonio fiſci. † Contrarium, quod con- 8
fiſcatio, ſeu publicatio bonorum operatur, quod fiſco acquiſitum eſt dominium abſque traditione, vel poſſeſſione. Jaſ. *in l. traditionib. num.* 7. *C. de pact.* per tex. *in l. un.* §. *cum autem. C. de caduc. tollen.* quem Bal. ibi not. Bar. *in l. Imperator, ff. de jure fiſci.* † Et pro con- 9
trario, quod fiſcus acquirat dominium bonorum confiſcatorum ipſo jure, & ſine alia cognitione, & non teneatur ultra vires hæreditatis damnati. Bar. *conſ.* 157. *ſuper iis, num.* 2. *ver. ad primum, lib.* 1. † Et quod 10
idem privilegium competat aſcendentibus, & deſcendentibus ac tranſverſalibus uſque ad tertium gradum, per *auth. bona damnatorum. C. de bonis proſcript.* tenet. Bart. *d. conſ.* 157. *num.* 3. *ver. ſecundum, uſque in fin. lib.* 1. quod eſt Bartoli, & Franc. Tigrini † 11
Intellige, ſeu declara, quod bona confiſcata tranſeunt in fiſcum, ſed cum ſuo onere, & propterea tenetur fiſcus ſatisfacere omnibus creditoribus delinquentis, *l. non poſſunt, ff. de jore fiſci.* † Et propterea ſolvit dotes fiſcus uxori delinquentis. Vide infra §. XVI. *Confiſcatis bonis ad quæ onera teneatur fiſcus. num.* 2. *& ſeq.* maxime *num.* 8. † Imo quod plus eſt, tenetur conſer- 13
vare fidejuſſores delinquentis indemnes; unde ſi delinquens, cujus bona fuerunt confiſcata, rumpat poſtea pacem, & committat pœnam, fiſcus non poteſt agere contra fidejuſſores, quos tenetur conſervare indemnes,

l. quæ-

14 *l. quæritur. ff. munda. l. cum iis, ff. de fidejuſſ.* † Et maxime hoc procedit Florentiæ, ubi vigore ſtatuti *de repet. ſolut. vol. 2. cap.* 33. bona omnia principalis ſunt hypothecata fidejuſſori, & die fidejuſſionis; ideo cum fiſcus ſucceſſerit debitori, repellitur exceptione doli, *l. vendicantem, ff. de evict. c. dolo facit, de reg. jur. in* 15 6. † Amplia; quia operatur confiſcatio ipſo jure facta per legem, quod bona tranſeunt in fiſcum abſque alia declaratione, *l. Imperator, l. ejus, qui delatorem, ff. de jure fiſci.* Bald. *in l.* 1. *col.* 2. *in princ. ver. quædam ſunt pœnæ, C. ex delicto defuncti.* ubi, quod tunc fiſcus quaſi hæres avocabit bona a quolibet detentore, *auth. de inceſt. nupt. in princ. c.* 1. *de homic. lib.* 6. & dicit Bald. *in c.* 1. *in princ. de feudo ſine culpa non amitten.* quod aut quis ratione culpæ venit privandus, aut eſt privatus ipſo jure; primo caſu neceſſaria eſt declaratoria ſententia ad effectum pœnæ *d. l. ejus, qui delatorem*; ſecundo caſu non eſt neceſſaria ad ſubſtantiam, ſed ad exequutionem. Jo. Andr. *in c. pro humani. de homic. in* 6. licet etiam dicat ibidem, quod exequutio facta non præcedente declaratoria, non eſt juri contradictoria, per not. per Innoc. *in c. ex ratione, de appel.* & vide ad propoſitum Bald. *in l. quæ ſub conditione, §. fin. ff. de cond. inſt.* Doct. *in l.* 2. *C. de vectig. & commiſ.* Vide Tuſch. *Litt. D. verb. Declaratio an requiritur contra ipſo jure privatum. Concl.* 98.

§. VIII.

Confiſcatio Generalis, ſeu Univerſalis, quæ bona comprehendat, vel non?

1 Regula † eſt generalis affirmativa, quod in fiſcum tranſeunt omnia ea, quæ tranſeunt in extraneos hæredes, & e converſo ea, quæ non tranſeunt in extraneos hæredes, non tranſeunt in fiſcum, ſecundum communem, & veram, de qua Alciat. *conſ.* 522. *poſt num.* 6.
2 Clar. §. *fi. q.* 78. *num.* 7. *ver. nunc videamus.* † Extende; quia regula eſt, quod in fiſcum facta confiſcatione tranſeunt omnes obligationes. Calcan. *conſ.* 66. *nu.* 4. ubi dicit communem, & ſequitur Clar. *d.* §. *fi. q.*
3 78. *num.* 23. † Extende; quia nedum in fiſcum tranſit obligatio, & actio civilis, ſed etiam naturalis ſecundum communem, de qua idem Clar. *d.* §. *fi. q.* 78.
4 *num.* 23. † Extende; quia veniunt jura & actiones, ac nomina debitorum, ſi confiſcatio eſt generalis, ſecus ſi ſpecialis; quia ſolum contineret bona mobilia & immobilia. Guido Papæ *deciſ.* 341. *in fi.* Bar. *in l. Quintus, §. argento, ff. de auro, & arg. leg.* Vide Tuſch. *Litt. B. verb. Bonorum appellat. Concl.* 101.
5 † Reſtringe; quia confiſcatio univerſalis bonorum damnati non continet legitimam filiorum. Angel. *conſ.* 357. *Dominus Gregorius, num.* 2. *ver. de ſecundo.* Dec. *conſ.* 434. *Accurate, num.* 7. *& ſeq.* Vide infra *num.* 112. *ver. & quod confiſcatio.* Vide Tuſch. *Litt. L. verb. Legitima an debeatur filiis, ſi bona patris confiſcantur.*
6 *Concl.* 189. † Reſtringe; quia neque legitima, neque ſupplementum legitimæ debetur fiſco, vivente patre, quando bona filii ſunt confiſcata. Dec. *d. conſ.* 348. *nu.*
7 7. † Regula ſecunda eſt, quod facta confiſcatione non veniunt bona prohibita alienari per fideicommiſſum; quia ſicuti in extraneum non tranſeunt, ita neque in fiſcum. Alex. *conſ.* 23. *Opportune conſideratis, per totum, lib.* 1. Bart. *in l. Imperator. ff. de fideic. libert.* Soc. *conſ.* 121. *lib.* 4. ubi ponit hoc pro regula. Dec. *conſ.* 442. *col.* 5. Jaſ. *in l. filiusfam. §. Divi. ff. de leg.* 1. communem dicit Clar. §. *fi. qu.* 78. *num.* 7. allegat Alciat. *conſ.* 522. *num.* 6. qui dicit communem, pleniſſime Roland. a Valle *conſ.* 98. *per totum.* ubi, quod utraque eſt communis, & magis communis; tamen hanc tuetur, & tollit omnia contraria, *lib.* 2. *& conſ.* 56. *nu.* 8. *& per totum*; *lib.* 1. Marzar. *ſpit. fideicommiſſ. qu.* 47. *per totam*, ubi citat pro utraque, & hanc tuetur
8 late Ruin. *conſ.* 129. *num.* 3. *& ſeq. per totum, lib.* 2. † Et quod in confiſcatione non veniant bona fideicommiſſi prohibita alienari ex delicto ejus, qui prohibetur alienare. Alex. *conſ.* 88. *Opportune conſideratis, lib.* 3. Nellus *in tract. bannitorum in* 1. *parte ſecundi temporis q.* 30. Soc. *conſ.* 266. *In cauſa, quæ vertitur, col.* 15. *in fi. ver.* 2. *etiam lib.* 2. *& conſ.* 121. *Committenda eſt diſputatio. col.* 5. *ver.* 3. *ratio eſt, lib.* 1. Ruin. *conſ.* 124. *Viſo teſtamento, num.* 5. *lib.* 2. *& conſ.* 24. *Quia copioſe, num.* 12. *lib.* 5. † Contrarium, quod in confiſca- 9
tione veniant bona prohibita alienari, Alciat. *conſ.* 781. *num.* 1. ubi dicit communem, & alias citat Roland. a Valle *d. conſ.* 98. *num.* 10. *lib.* 2. quos dicit etiam atteſtari de communi, & magis communi, licet ipſe teneat contrarium, & oſtendat communem, & magis communem, & veram eſſe illam, quam tuetur. † Exten- 10
de idem, ſi bona ſunt prohibita tranſire in extraneos; quia fiſcus eſt extraneus; ideo non poſſunt confiſcari. Alex. *d. conſ.* 33. *ver.* 2. *probatur, lib.* 1. Soc. *conſ.* 121. *Præmittenda eſt diſpoſitio, col.* 3. *in fi. lib.* 4. Dec. *conſ.* 40. *num.* 27. *& ſeq.* Alex. *conſ.* 89. *Utrum emphyteuſis, in pr. lib.* 4. ubi dicit communem, & magis communem. † Extende maxime, ut procedat, quando adſunt 11
verba, quod continuo bona conſerventur, vel maneant penes illos de familia; quia illa dictio, *continuo*, non patitur confiſcationem. Alex. *d. conſ.* 23. *num.* 10. *& ſeq. ver. lib.* 1. † Extende; ut procedat, etiam ſi ob 12
parricidium bona non confiſcarentur, ſed auferri deberent a filio parricida, tanquam ab indigno; quia ſi eſſet facta prohibitio alienationis, ut bona perpetuo in familia conſerventur, non poſſent auferri per fiſcum bona, quæ pater filio parricidæ per fideicommiſſum reliquit cum prohibitione alienandi in extraneos. Rol. a Valle *d. conſ.* 56. *per totum, lib.* 1. plene Ruin. *conſ.* 129. *in prin. & per totum, lib.* 2. † Extende, ut pro- 13
cedat, etiamſi prohibitio alienationis ſit ſine cauſa, quando in eventum alienationis vocantur alii certi; quia tunc neque in fiſcum per delictum poſſunt tranſire. Ruin. *d. conſ.* 129. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 2. † Decla- 14
ra, quia quando adeſt expreſſa prohibitio teſtatoris, quod non poſſint bona alienari in extraneos; quia vult conſervari in agnatione, vel quando poſt prohibitionem in eventum alienationis privat, alios vocando, res eſt clara, quod non poſſunt confiſcari, ut per Rol. a Valle, *d. conſ.* 98. *lib.* 3. *per totum.* Marzar. *d. q.* 47. † Declara; quia ſi eſt expreſſe facta prohibitio, 15
quod non poſſint alienari in extraneos, vel prohibitio fuit in ſpecie, quod propter delictum non poſſint confiſcari, cum cautela Rol. a Valle, de qua *in conſ.* 56. *num.* 8. *uſque in fin. lib.* 1. videlicet quod ſi aliquis ex hæredibus ſuis aliquod crimen moliri conceperit mente, vel tentaverit committere, per quod indignus poſſet fieri, aut incapax hæreditatis, & bonorum ſuorum; eo caſu eum privavit, & alium hæredem, videlicet proximiorem inſtituit, & ſubſtituit, & ita deinceps; quia bona ſua voluit conſervari in agnatione, vel quid ſimile. Marzar. vero *d. epit. fideic. parte* 2. *qu.* 47. *num.* 7. pariter dat formam, quod quandocunque tentaverit committere aliquod crimen, per quod indignationem principis, & confiſcationem bonorum poſſet incurrere illico, quod tentavit, ipſo jure ſit privatus, & devolvatur ad proximiorem, qui pariter & ſucceſſive omnes privati cenſeantur, eo ipſo, quod talia crimina committere tentaverint; & addit ipſe cautelam apponendam, quod teſtator intendit providere, ut bona cum dominio, uſufructu, & omni jure conſerventur in familia, & nullo modo tranſeant in fiſcum, non ut fraudem faciat fiſco, ſed ut bona ſint perpetuo in ſua familia, allegat Ruin. *conſ.* 129. *lib.* 2. Nattam *conſ.* 520. & Alba. *conſ.* 7. † Declara, quia for- 16
te in crimine læſæ Majeſtatis poſſet eſſe difficultas; quia controverſia eſt inter Doctores, ut in ſimili de peculio, & bonis adventitiis filiifamilias, de quibus infra *n.* 75. *& ſeq.* † Extende; quia ſi pater privat filium ip- 17
ſo jure, quatenus delictum cogitaverit committere, & ſubſtituere deſcendentes, ſi filius commiſit parricidium, per quod privaretur legitima, quæ confiſcari poſſet; tamen ex quo privatur ante commiſſum parricidium per cogitatum, eo caſu fiſcus non habebit legitimam filii, ſed ſubſtituti ex vulgari, etiam ſi ſint filii parricidæ. Ruin. *d. conſ.* 129. *num.* 5. *& per totum, lib.* 2. ubi plus dicit, quod etiam ſi fiſcus poſſideat, non poteſt impedire miſſionem in poſſeſſionem ad favorem ſubſtituti; quia cum ipſe fiſcus nullum jus habeat, & ſua non interſit, debet dari miſſio ſubſtituto ex vulgari. † Extende in omnibus bonis, quæ per mortem ali- 18
cujus tranſeunt ad filios, ut filios, non ut hæredes; quia etiam per mortem civilem ad eos tranſeunt, & non confiſcantur. Alex. *conſ.* 23. *num.* 8. *ver. ſeptimo. lib.* 1. † Extende generaliter, quando condemna- 19
tus habet bona tanquam certo generi legata; quia ex

quo

quo non admittitur extraneus; ita neque fiscus, si condemnatur cum confiscatione, neque monasterium, si fiat professus, sed aperitur via secundo proximiori de
20 illo genere, late Ægid. Bellam. *cons.* 33. *in pr.* † Extende etiam in crimine læsæ Majestatis Alex. *cons.* 92. *num.* 21. *lib.* 6. Soc. *cons.* 121. *lib.* 4. Dec. *cons.* 152.
21 *col. pen.* † Contrarium Soc. *cons.* 266. *num.* 40. *lib.* 2.
22 † Restringe, quando alienatio est prohibita favore personæ alienantis, quia tunc per confiscationem bonorum transit in fiscum. Alex. *d. cons.* 23. *num.* 6. *ver.* 4. *pro hoc facit, lib.* 1. ubi apostilla plenissime. Natta *cons.* 528. *in pr. per totum*, ubi dicit, quod tunc non habet locum prohibitio; quia perdit privilegium & respondet ad contraria omnia. Marcabrun. *cons.* 83. *num.* 164. *& seq. ver.* 2. *moveor*, *& num.* 175. *cum*
23 *seq.* ubi latissime idem dicit. † Idem, si prohibitio sit donec sit 25. annorum, & interim non possit sine licentia; & idem sit, quando fit mentio de pretio. Nat-
24 ta *d. cons.* 528. *in pr.* † Restringe; quando bona sunt prohibita sub conditione, quia interim potest fieri missio in possessionem, secus si bona debent retineri in pa-
25 trimonio. Alex. *d. cons.* 23. *n.* 7. *ver. quinto lib.* 1. † Idem, si bona sunt subjecta fideicommisso sub conditione; quia tunc tacita est prohibitio, & interim possunt confiscari, Alex. *d. cons.* 23. *num.* 13. *ver. non obstant. lib.* 1.
26 † Restringe; quia vivente condemnato possunt fructus confiscari. *l. Statius Florus. §. Cornel. ff. de jure fisci.* Ruin. *cons.* 63. *lib.* 5. Curt. Jun. *cons.* 120. Bero. *q.* 41.
27 ubi late. † Contrarium, quod imo bona prohibita alienari, non possint confiscari, etiam in vita delinquentis, Bart. *in l. Imperator*, *num.* 2. *ff. de fideicom. libert.* quem communiter teneri dicit Soc. Jun. *cons.* 77. *n.* 15. *lib.* 2. & communem dicunt Rubeus Alex. *cons.* 98. *n.* 1. Grammat. *decis.* 105. *n.* 31. plures de communi, & observantia. Clar. *q.* 78. *in §. fin. n.* 10. & pro contrario facit; quia confiscatio non comprehendit jus usufructus, etiam naturaliter vivente usufructuario, quando fideicommissum est conditionale, & cum prohibitione expressa. Alex. *cons.* 23. *n.* 8. *lib.* 1. *& nu.* 13. *ver. non obstat*
28 *quintum.* † Et contrarium procedit, quando fideicommissum est expressum in casu alienationis sine dubio secundum communem, de qua Alciat. *cons.* 650. *in pr.*
29 ubi, quod ita servatur. Clar. ubi supra. † Sed etiam, quando est tacitum fideicommissum, quia dixit; *volo, quod perpetuo bona conserventur in agnatione*; quia licet sit tacitum fideicommissum; tamen idem operatur secundum communem; Clar. *d. §. fi. q.* 78. *n.* 10. *ver. &*
30 *hæc quidem concl.* † Declara, quod Fiscus potest retinere bona vivente delinquente, quando fideicommissum est in casu mortis, vel post mortem fideicommissarii condemnati, & ita procedit opinio de qua *in d. l. Statius Florus. ff. de jur. Fisci*, §. *Cornelio*, & ita ser-
31 vari, & practicari dicit Clar. *d. §. fi. q.* 78. *num.* 10. † Declara plenius totam istam materiam; quia licet confiscatis bonis rebellis, confiscatur quicunque annuus redditus eidem debitus. Alex. *in l. si constante*, *§. fi. ff. solut. matr.* tamen intelligitur durante vita naturali rebellis tantum, sive sint perpetui, prout sunt redditus Montis Florentiæ, sive S. Georgii Januæ, sive impræstitis Venetiarum, qui debentur ex publico; quia transeunt ad hæredes, & computantur inter immobilia; sive sint ad vitam rebellis; quia durante vita ipsius rebellis transferuntur in Fiscum, *arg. d. l. Statius Florus*, §. *Cornelio*, *ff. de jure Fisci*, sed si rebellis decapitaretur cum confiscatione, tunc dicti annui redditus extinguuntur quoad eum, & non transeunt in Fiscum. Fed. Sen. *cons.* 12. & est tex. *in l. Gaius Seius*, *ff. de annuis legat. & in l. in annos singulos. eod.* & est ratio; quia jus rebellis extinguitur cum ejus vita, & Fiscus veniens ex persona ipsius non potest ex persona illius fundare intentionem suam. Doct. *in l. hæreditas*, *ff. de iis quibus ut indig.* Bar. *in l. fi. C. eod.* Bal. *in l. 2. C. de secund. nupt.* & plene Corn.
32 *cons.* 141. *Videtur prima facie*, *num. lib.* 4. † Imo, quando bannitus esset ex causa, vel delicto, pro quo imponitur pœna mortis, tunc æquiparatur deportato, & habetur pro mortuo. Curt. Jun. *cons.* 182. quo casu Fiscus non succedit in usufructu, neque in legitima.
33 † Amplia; quia confiscatio non comprehendit fideicommissum conditionale. Dec. *cons.* 234. *num.* 3. ubi apostilla videtur restringere quando ex ultima volun-
34 tate, secus si inter vivos debet restitui. † Amplia; quia fideicommissum conditionale, si quando bannitus revertatur in gratiam principis, non potest peti per Fiscum. Dec. *cons.* 438. *num.* 10. *ver.* 3. *concl.* Rom. *cons.* 247. *Primo dici potest*, *ver. sed ad hoc respondetur.* † 35
Extende; quia neque fideicommissum purum ante factam restitutionem non venit in confiscationem. Dec. *cons.* 438. *num.* 11. *& seq.* † Contrarium tenet Natta *cons.* 36
471. *num.* 13. *& seq.* quia fideicommissum purum transmittitur, licet dubitative loquatur. † Extende in lega- 37
to conditionali; quia non venit in confiscatione. Rom. *d. cons.* 247. *in pr.* ubi prima apostilla, *in ver. transfertur.* dat concor. † Contrarium, quod imo jus condi- 38
tionale veniat in confiscatione, est tex. *in l. inter socerum*, *§. ult. ff. de pact. dotal.* † Declara; quia jus con- 39
ditionale descendens ex contractu transit in confiscationem & in Fiscum, sicut transit in hæredem extraneum, sed in jure conditionali descendente ex ultima voluntate non transit in confiscationem, neque in Fiscum. Rom. *d. cons.* 247. *Primo dici potest*, *in pr.* ubi apostilla, *in ver. conditionale.* quæ allegat pro utraque, & distinguit, prout Rom. & dicit hanc esse communem. † Ex- 40
tende, etiam si fideicommissum esset purum, & via directa; quia licet propria auctoritate possit sine restitutione capere, & transeat dominium; quia de manu hæredis capere debet; tamen non transit in Fiscum, Dec. *d. cons.* 438. *n.* 12. † Contrarium, quando est pu- 41
rum, vel purificatum; quia sicuti transmittitur ad hæredes, ita quod ad Fiscum transeat, videtur tenere Natta, licet dubitet *d. cons.* 471. *n.* 13. *& seq.* Vide plene Gabriel. *lib.* 7. *de crimin. Concl.* 24. *Bona alienari prohibita non transeunt in Fiscum ex delicto.* † Amplia; quia ju- 42
ra conditionalia non transeunt in Fiscum, gl. *in l. non ad ea*, *in ver. præsens. ff. de cond. & demonstr.* quam dicit communiter teneri Clar. *d. §. fi. q.* 78. *num.* 23. *ver. Scias tamen.* & quod jura, & actiones conditionales passive non transeant in Fiscum, allegat Jas. *in l. si quis arbitratu. post num.* 29. *ff. de verb. oblig.* Bossi. *de bonorum public. n.* 24. Castr. *cons.* 212. *in prin. lib.* 2. † 43
Extende; quia legatum alimentorum, quia est conditionale, non transit in Fiscum etiam in vita delinquentis. Bos. *d. tit. de bonorum public. num.* 22. Clar. *d. §. fi. q.* 78. *num.* 23. *in fin.* † Amplia, ut idem sit in em- 44
phyteusi Ecclesiastica; quia non transit efficaciter in Fiscum secundum communem, de qua Alex. *cons.* 23. *num.* 4. ubi apostilla, *lib.* 1. Bart. *in l. si finita*, *§. de vectigalibus. ff. de damno infecto.* Alex. *cons.* 89. *in prin. lib.* 4. Clarus *in §. emphyteusis*, *qu.* 29. *& in praxi crim. §. fin. qu.* 76. *ver. nunc videamus.* Rol. a Valle *cons.* 98. *num.* 18. *lib.* 2. *& cons.* 29. *num.* 18. *lib.* 3. Bursat. *cons.* 43. *num.* 15. *lib.* 1. Ant. de Butr. *cons.* 61. *n.* 4. ubi apostilla *in ver. emphyteutica.* citat Boer. *decis.* 378. *num.* 7. Alex. *d. cons.* 23. *lib.* 1. Soc. *cons.* 121. *num.* 18. *lib.* 4. Ruin. *cons.* 161. *n.* 7. *lib.* 1. Alex. *d. cons.* 89. *in prin. lib.* 4. ubi dicit communem, & magis communem. † Et poterit Ecclesia in- 45
fra biennium recuperare a Fisco emphyteusim confiscatam. Ægid. *d. cons.* 15. *in pr.* † Extende idem in emphy- 46
leusi privati, quando ea lege est concessa, quod in extraneum non possit alienari. Alex. *d. cons.* 23. *num.* 5. *lib.* 1. ubi dicit communem Bart. *d. l. finita*, *§. de vectigalibus. ff. de damno infect. col.* 2. *ver. quæro.* ubi Bald. *in l. si quis Presbyterorum. C. de epis. & cleric.* Dec. late *cons.* 40. *num.* 30. *& seq.* Clar. *in d. §. fi. q.* 78. ubi dicit communem regulam, & in *d. §. emphyteusis q.* 29. Alex. *d. cons.* 89. *in pr.* ubi dicit communem. † Et quod 47
feudum, & emphyteusis privati non veniant in confiscatione; quia commoditas personalis debita per eos non potest a Fisco præstari. Franc. Aret. *cons.* 10. *Casus talis. in pr.* † Restringe, quando emphyteusis est hæ- 48
reditaria; quia licet non possit confiscari directum dominium; tamen potest confiscari utile dominium, ita Guido Papæ *decis.* 428. *in fi.* Vide plenius, Tusch. *Litt. E. verb. Emphyteusis confiscari non potest*, *& quando fecus. Concl.* 221. † Amplia idem in feudo; quia non 49
potest confiscari. Alex. *d. cons.* 23. *num.* 5. *ver. idem videmus*, *lib.* 1. *& cons. Alex.* 89. *num.* 2. *lib.* 4. *& cons.* 92. *Perspectis*, *num.* 15. *& seq. ver. condescendo*, *lib.* 6. Vide Tusch. *Litt. F. verb. Feudum ex quibus delictis devolvatur ad dominum*, *vel ad agnatos. Concl.* 179. † Intellige; quia si feudum confiscatum fuisset 50
propter delictum in dominum, applicatur dominio, si propter aliud delictum, applicatur agnatis, quatenus eis deferatur, vel fisco, quando est hæreditarium. Crav. *cons.* 128. *col. fi. ver. & ad-*

51 *vertendum*. † Declara, nisi idem sit fiscus, & dominus feudi; quia confiscatur, sed non solvuntur debita ex feudalibus. Jo. de Imol. *conf.* 35. *num.* 20. *& seq.* Vide Tusch. *Litt. F. verb. Feudum ad dominum spectat, si bona vasalli confiscantur, & quando secus. Concl.*
52 211. † Amplia; quia juspatronatus Ecclesiasticum non venit in confiscatione; quia fiscus non est capax, neque hæres, communem dicit Gig. *de crim. læsæ Majest. fol.* 121. *q. num.* 3. Covar. *variar. resol. c.* 18. *n.* 7. quos citat Clar. §. *fi. q.* 78. *num.* 8. Ægid. Bellam. *conf.* 33. *in pr.*
53 qui loquitur in jure patronatus debito generi. † Contrarium Cittad. *de jure patro. q.* 20. *in* 10. *parte prin.*
54 *num.* 28. Ferret. *conf.* 179. *in pr.* † Declarat Clar. qui omnes citat, ut transeat ad fiscum, quando est transitorium ad extraneos, alias secus. *in d.* §. *fi. q.* 78. *n.* 8. & est vera distinctio, & communis, ut per Alciat. *conf.* 522. *num.* 6. & ipse Clar. *d. q.* 78. *num.* 7. attestatur de communi, & plenissime Ægid. Bellam. *d. conf.*
55 33. *in pr.* † Amplia; quia in confiscatione generali non venit jus adeundi, si forte hæreditas esset condemnato delata; quia fiscus pro eo non poterit adire, Dec. *conf.* 438. *Accurate & eleganter, num.* 5. ubi apo-
56 stilla dat concord. † Et quod hæreditas delata, sed nondum adita non veniat in confiscatione bonorum. Dec. *d. conf.* 438. *n.* 6. quia jus quærendum non venit in confiscatione. Bart. *in l. is potest, n.* 13. *ff. de acqu. hæred.* Nellus *in tract. bannit. in prima parte secundi temporis, qu.* 30. Dec. *in l. jus iniquum*, §. *fi. ff. quod quisque jur. & conf.* 448. *n.* 28. Vide apostillam ad Clar. *q.* 78. *n.* 4. *ver. bona futura*, allegat Dec. *conf.* 336. † Extende, etiamsi sit delata hæreditas ante confiscationem, & bannum; quia non potest fiscus adire hæreditatem non aditam, Nellus *in d. tract. bannit. in prima parte secundi temporis, q.* 30. *d. conf.* 438. *num.* 6. *& seq. & conf.* 36. *num.* 8. hanc magis communem dicit Rui. in bannito, qui retinet jus adeundi, *conf.* 23. *num.* 26. *lib.* 5. imo quod condemnatus possit repudiare in præjudicium fisci, tenet Mantua. *Sing.* 23. *bannito fuit dela-*
78 *ta.* † Contrarium tenet Rui. *d. conf.* 23. *num.* 2. *lib.* 5.
59 † Declara; quia si jus adeundi est transitorium ad extraneos, transit in fiscum, si non est tansitorium ad extraneos, non etiam transit in fiscum; Clar. *d.* §. *fi. q.* 78. *n.* 25. ubi dicit communem, allegat Jas. *in l. si quis mihi bona*, §. *servus municipum, circa fi. ff. de*
60 *acq. hæred.* † Extende maxime, quando sumus in hæreditate non transmissibili ad extraneos, prout in successione transversalium, Dec. *d. conf.* 448. *n.* 28. Jas. *in d. l. si quis mihi bona*, §. *si quis. plane ff. de acq. hæred.*
61 Boss. *in praxi tit. de publ. bon. num.* 16. & 17. † Extende; quia hæreditas nullirer adita, puta per minorem, non adhibitis solemnitatibus, habetur pro non adita. Rui. *d. conf.* 23. *vol.* 5. Ideo non transmittitur in fiscum. Boer.
62 *conf.* 1. *n.* 17. † Declara, quia si minor erat, transmittit beneficium restitutionis. Vide Tusch. *Litt. H. verb. Hæreditas delata, & non adita defertur proximioribus.*
63 *Concl.* 18. † Restringe Florentiæ; quia cum penderet quæstio, & fiscus succubuerit, facta fuit lex super hoc, quod hæreditas delata ante bannum, & confiscationem,
64 veniat in confiscatione. † Amplia, quia in bonis nondum agnitis non cadit confiscatio, Dec. *d. conf.* 438. *num.* 6. *& seq.* Ratio est quia rebellis, cujus fuerunt bona confiscata, habetur pro mortuo, ideo non succedit, & aperit viam aliis venientibus ab intestato, vel ex testato, vel ex donato. Neque confiscatio comprehendit bona sub conditione extitura. Castr. *conf.* 212. *per totum, lib.* 2. ubi quod bannitus non gaudet bene-
65 ficio statuti; quia habetur pro forense. † Extende, quia confiscatio bonorum non comprehendit, nisi jura, quæ erant damnati ante confiscationem. Alex. *d. conf.* 23. *Opportune consideratis, n.* 2. ubi apostilla *in ver. confi-*
66 *scatio, lib.* 1. † Amplia; quia confiscatio bonorum solum comprehendit bona præsentia, & acquisita, non autem acquirenda, Rom. *conf.* 247. *Primo dici potest*, Dec. *d. conf.* 438. *Accurate, num.* 8. *& seq.* Castr. *conf.* 56. *super* 1. *lib.* 1. Alex. *in l.* 3. *illud ff. quod quisque jur.* Nell. *in tract. bannit. in prima parte secundi temporis, qu.* 18. Bald. *conf.* 7. *secundum ea, lib.* 2. *& conf.* 257. *lib.* 3. Dec. *conf.* 253. 438. & 446. Clar. *in* §. *testamentum, q.* 19. *in prin.* ubi dicit esse secundum communes regulas, & repetit in §. *fi. q.* 78. *ver. ulterius quæro, num.* 24. ubi plures de communi, vide apostil. ad Clar. *d. q.* 78. *in ver. bona feudalia*, allegat Dec. ubi supra & hanc communem dicit apostilla ad Rom. *d. conf.* 247. *in ver. conditionale*, quæ citat plurimos. † Contrarium tenet 67
Bald. *conf.* 7. *l.* 2. quoad ea, quæ fiunt caduca; quia confiscatio illa comprehendit. † Imo, quod veniant 68
futura. Gramm. *conf.* 7. quem citat apostil. ad Clar. d. §. *testamentum, q.* 78. *num.* 24. *in ver. bona futura*, & quid in bonis, vel legatis conditionalibus relative. † Declara; quia veniunt bona de futuro, quæ veniunt 69
ex jure de præsenti tempore confiscationis, veluti si quis donavit hona sua fratribus ad vitam cum conditione, quod non possint alienare, & si alienaverint, revertantur ad donantem, facta confiscatione generali bonorum donantis, si eveniat, quod donatarius alienet post confiscationem, bona acquiruntur fisco; quia illud jus, quod habebat donans, transivit in fiscum. Abb. *conf.* 91. *Videtur primo, per totum, lib.* 2. † De- 70
clara; quia veniunt sine dubio præsentia tempore delicti quæsita, ut dixi supra; *n.* 66. † Imo veniunt etiam 71
quæsita post delictum usque ad publicationem, sive condemnationem. Cald. *d.* §. *fi. q.* 78. *num.* 24. *ver. ulterius quæro*. allegat plures de communi attestantes, videlicet Nellum *de bannit. in prima parte secundi temporis. qu.* 18. quem citat Corrad. *fol.* 430. *num.* 4. Curt. Sen. *conf.* 39. *num.* 13. † Et procedit, quod veniant quæsi- 72
ta post delictum ante condemnationem, etiam stante lege, quod a die commissi delicti, & ita pro repulsa tradit Boss. *de bon. publ num.* 80. & ita servari dicit Clar. *d.* §. *q.* 78. *num.* 24. † Bona vero post con- 73
demnationem quæsita, si fiscus ea occupavit, retinet; quia fiunt occupantis, ex quo exul factus est, & incapax in loco condemnationis; si vero alius occupavit, fiscus non aufert ab eo; ita servari in statu Mediolani dicit Clar. *d.* §. *fi. q.* 78. *num.* 24. *in fi.* † Vi- 74
de Abb. *d. conf.* 91. *circa fi. ver. quin imo potest dici*, *l.* 2. quod bona futura acquiruntur fisco, quando non solum bona sunt publicata, sed etiam persona ad mortem condemnata, allegat *lib.* 3. *C. de bonis proscr.* sed contrarium, & melius loquitur Cast. *conf.* 212. *per totum, lib.* 2. Vide supra *num.* 64. *ver. Ratio*. † Am- 75
plia; quia in confiscatione bonorum adventitiorum filiifamilias non veniunt bona, in quibus ipse habet proprietatem & pater usumfructum, quia sicut non potest illa alienare sine patre, qui est legitimus administrator; ita nec possunt confiscari ex ejus delicto. Abb. *conf.* 66. *Quamqum, numer.* 2. *lib.* 2. Rom. *conf.* 154. *judicium contra, numer.* 3. *in fi. cum seq. ver. iis tamen*. Ruin. late *conf.* 24. *lib.* 5. *per totum.* communem dicit Menoch. *de recuper. remed.* 9. *num.* 66. ubi plures allegat, videlicet Curt. Jun. *conf.* 60. *Dux Philippus, ver. venio ad secundum*. Soc. Jun. *conf.* 77. *num.* 8. *lib.* 2. qui consuluit in eodem casu cum Rui. Jas. *Inst. de actio.* §. *actiones, numer.* 62. Boer. *decis.* 7. *numer.* 10. *& seq.* Rol. a Valle *conf.* 56. *num.* 10. *lib.* 1. communem dicit Paris. *conf.* 157. *lib.* 4. licet contrarium teneat, & esse sine difficultate dici Clar. §. *fi. q.* 78. *num.* 12. quando pater habet usumfructum, Capel. Tholosa. *decis.* 120. & Curt. Sen. *conf.* 59. *nu.* 12. ubi dicit communem. Menoch. *conf.* 182. *nu.* 13. Tob. Non. *conf.* 102. † Extende, quia neque respectu 76
proprietatis filii in adventitiis potest fieri confiscatio, quando filius est in potestate patris; quia nullo modo potest disponere, vel testari de proprietate. Abb. *d. conf.* 66. *Quamquam, nu.* 2. *ver. nec obstat si dicatur, lib.* 2. † Contrarium tenet Paris. *conf.* 157. qui consuluit con- 77
tra Ruin. *lib.* 4. ubi quod solum prohibetur confiscatio quoad usumfructum, in præjudicium patris, & ita plures pro hac parte tenere citat Menoch. *d. remed.* 9. *recuper. n.* 75. *ver. contrariam tamen.* inter quos Jacob. de Arena, Cyn. Bar. Bald. Ang. Salyc. & Ripa; licet contrarium ibi teneat Menoch. & hanc partem tuetur Rom. *conf.* 154. *per totum.* quia si pater convenitur, ut legitimus administrator tenetur. † Declara ut per Capel. 78
Thol. *q.* 120. ubi additio plene declarat, quod non fit confiscatio, secus in peculio castrensi. † Declara secundo, ut per Alex. *conf.* 106. *super alio, in fi. l.* 7. quia si est obligatio necessaria, pater tenetur ut legitimus administrator; si voluntaria, non nocet patri, nisi esset hæres filii. † Extende multo magis; quia non potest confiscari ususfructus spectans ad patrem. Rui. *conf.* 24. *l.* 5. *in pr.* † Extende, etiam in usufructu adventitiorum 81

bono-

bonorum. Menoch. *in d. 9. remed. recup. num. 70.* ubi
82 dicit magis communem hodie. † Extende; quia non veniunt bona profectitia filii-familias, & nullus dubitat. Rui. *d. conf. 24. num. 5. lib. 5.* communem dicit. Curt. Sen. *conf. 59. num. 12.* Soc. Jun. *conf. 77. num. 6. lib. 2.* Clar. §. *fi. q. 78. num. 11.* ubi, quod pater eſt dominus, ideo non eſt mirum, ſi non confiſcantur,
83 & dicit communem. † Extende, ut procedat, etiam ſi pater non habeat uſumfructum, ſed alius; quia non deſinit eſſe adminiſtrator, ideo impeditur confiſcatio. Rui. *d. conf. 24. lib. 5. num. 7. & ſeq.* Menoch. *d. remed. 9. recuperandæ, num. 81. & ſeq. ver. extenditur,*
84 ubi citat plures pro utraque parte. † Extende, quia hoc eſt veriſſimum, quando delictum eſſet ex ficta confeſſione in contumaciam. Rom. *d. conf. 154. num. 5.* ubi plena apoſtilla *in ver. lata eſt.* & *in ver. Noceret.* Bar. *in l. ſi finita*, §. *ſi de vectigal. in fi. num.*
85 14. *ff. de damno infect.* † Extende; quia valet argumentum; filius non poteſt teſtari de bonis, & ſic non poteſt hæredem extraneum facere; ergo neque pati confiſcationem, Rui. *d. conf. 24. per totum, lib. 5.* maxime *num. 12. & ſeq. ver. 2 pr.* ſequitur Clar. *d.* §. *q.*
86 78. *num. 12.* † Extende, quod imo peculium adventitium filii in quo pater non habet uſumfructum, non poſſit confiſcari, dicit Clar. *d.* §. *fi. q. 78. num. 12. in fi. ver. ſed certe*, ubi quod ſicuti peculium caſtrenſe non poteſt confiſcari, licet filius poſſit de eo teſtari;
87 ita & peculium adventitium. † Declara; quia conſideratur facultas alienandi; ideo ſi quis habet bona, & utile dominium, alius autem directum; poteſt confiſcatio fieri, ſi poteſt alienari, alias non. Covar. *in tertia parte relectio, c. poſſeſſor. de reg. jur.* §. 1. *num. 6.*
88 *ver. 11.* † Extende; quia neque peculium caſtrenſe poteſt confiſcari, licet filius poſſit de eo teſtari, & libere diſponere, ſecundum communem, de qua Alex. *in l. 3.* §. *filius, ff. quod quiſque juris, num. 3.* ubi Dec. *num. 4.* & alios citat Clar. *d.* §. *fi. q. 78. num. 13. ver. quæro etiam*, ubi, quod ratio prærogativæ eſt patria
89 poteſtas, quæ facit præferri patrem fiſco. † Et procedit ampliatio: quia ſi bona filii, vel ſervi confiſcantur, non venit in confiſcatione peculium domini, vel patris; Ægid. Bella. *conf. 15. in prin.* ubi idem in li-
90 berto: quia jus domini ſalvatur. † Extende in caſu converſo; quia confiſcatis bonis patris, non confiſcatur peculium profectitium filii, ſecundum communem, de
91 qua Clar. *q. 78. num. 14. ver. quæro nunc.* † Declara, niſi pater amitteret patriam poteſtatem: quia tunc peculium tranſiret in fiſcum ſecundum communem, de qua Boſſ. *de bon. publicat. 71.* ſequitur Clar. *d. q. 78. num. 14. in fi.* ubi relative, quando pater perdat patriam poteſtatem, & ita loquitur Abb. *conf. 66. circa med. ver. nec. obſtat.* & ideo ſi filius propter homicidium efficitur bannitus, & poteſt impune offendi: quia perdit pater patriam poteſtatem, iſto caſu fit confiſcatio peculii in proprietate, vel in totum, prout habet illud Pariſ. *d. conf. 157. num. 19. & ſeq. lib. 4.* Vide Tuſch. *Litt. P. verb. Patria poteſtas multis mo-*
92 *dis ſolvitur. Concl. 132.* † Reſtringe: quia poteſt confiſcari peculium, ſive adventitium, ſive profectitium, in quo pater habet uſumfructum, quando filius eſt emancipatus, & alias liberatus a patria poteſtate: quia quoad proprietatem confiſcatio procedit, quæ ad filium ſpectat. Bar. *d. l. ſi finita.* §. *ſi de vectigalib. num. 12. ff. de damno infecto.* ubi omnes, quia prohibetur alienatio, propter poteſtatem, Pariſ. *d. conf. 157. num. 32.*
93 *& ſeq. lib. 4.* ubi *num. 21.* dicit communem. † Reſtringe, quia poſſunt iſta peculia ſequeſtrari, & inventariari, quia agitur de modico præjudicio. Boer. *dec.*
94 *4. in fin.* † Reſtringe, ut non procedat, quando filius haberet adminiſtrationem peculii ex conceſſione patris: quia non impeditur. Menoch. *d. remed. 9. recup. num. 90. ver. declaratur*, & hanc communem dicit Gig. *de crim. læſæ Majeſt. fol. 126. q. 11. in fi.* quia non valet argumentum: non poteſt filius teſtari: ergo non patitur confiſcationem: quia ſufficit, quod poſſit
95 inter vivos diſponere. † Reſtringe: quia confiſcatio bonorum comprehendit peculium filii, quando pater amiſit patriam poteſtatem ex banno, vel alias. Clar.
96 §. *fi. q. 71. num. 7. ver. ſucceſſive, in fi.* † Amplia: quia confiſcatio non comprehendit donata per condemnatum uxori cauſa mortis, & licet poſſit revocare talem donationem: condemnatus tamen non acquirit Fiſco,

ſed ſibi; quia iſta non veniunt in confiſcationem, quæ poſtea acquiruntur, Bald. *in l. exequutorem. num. 30. C. de exequut. rei jud.* quem ſequitur Natta *conſ. 549. in fi.* † Amplia: quia in confiſcatione non venit 97
legitima debita filio poſt mortem patris, ſi tempore confiſcationis pater vivit. Dec. *conſ. 438. col. 2. ver. 2. concl. num. 5. & ſeq.* Caſtr. *conſ. 212. Omiſſo ordine, lib. 2.* ubi loquitur in rebelle bannito, qui pro mortuo habetur, & ſuccedunt alii venientes ab inteſtato. † Extende; quia de jure antiquo ſemper legitima 98
conſervatur filiis, licet bona patris confiſcentur, & medietas, etiamſi ſunt filii infra numerum quatuor; ſi vero ſupra, nihil confiſcatur ex benignitate principis, *l. 1. in fi. & l. fi. ff. de bon. damnat.* † Et quod con- 99
fiſcatio bonorum univerſalis non comprehendit legitimam debitam filiis, communem dicit Roland. a Valle *conſ. 79. num. 29. lib. 2.* Farinac. *q. 24. num. 34. tit. de delictis*, ubi extendit etiam ſtante ſtatuto, quod omnia bona delinquentis confiſcentur, ubi ampliat, & limitat multis modis, & eſt major hoc caſu legitima filiorum, quam ſit de jure communi, ut ipſe dicit *n. 37. & ſeq.* & limitat in bonis maternis; item non habere locum in filiis conceptis poſt condemnationem, neque in crimine hæreſis: & ſupra *num. 5.* † Exten- 100
de: quia neque dos filiarum venit in confiſcatione bonorum patris. Farinac. *d. q. 24. num. 46. & ſeq.* ubi etiam in crimine læſæ Majeſtatis extendit, *num. 47.* & dicit communem. † Extende; quia neque ſupplemen- 101
tum legitimæ venit in confiſcatione bonorum. Dec. *d. conſ. 438. num. 9. & ſeq.* † Contrarium, quod imo ho- 102
die illæ leges reſervantes legitimam filiis in confiſcatione bonorum non ſint in uſu, tenet Chaſſan. *ſuper conſuet. Burgund. fol. 88. num. 6. & ſeq.* ubi late, quod non debetur licet ſtatuta reducant confiſcationem, prout de jure antiquo, vide eum quia diſputat; maxime *n. 10. ver. in contrarium.* † Declara; quia ſecundum magis 103
communem reſervatur legitima, videlicet tertia, prout de jure debetur ab inteſtato, ita Rol. a Valle *conſ. 97. n. 29. lib. 2.* ſequitur Clarum *d.* §. *fiſcali qu. 78. n. 26. ver. videndum eſt etiam.* † Extende; quia confiſcatio non 104
comprehendit legitimam, neque Trebellianicam filio debitam, quando prohibitus eſt alienare uſque ad certam ætatem, donec eſt minor; quia cum ſit ad illius favorem, valet prohibitio, & impedit confiſcationem. Rol. a Valle *conſ. 33. n. 30. lib. 1. & conſ. 98. n. 25. lib. 2.* ſequitur Tobias Nonius *conſ. 97.* Clar. *in praxi*, §. *fi. qu. 78. ver. Item quæro, nunquid in confiſcatione, n. 10. in fin.* ubi allegat, quod valet prohibitio ſecundum communem, quando eſt ad certam ætatem, allegat Decium *conſ. 442. num. 28.* Boſſ. *de publicat. bono. 41.* Ruin. *conſ. 23. lib. 5.* Riminal. *conſ. 243.* & ita ſervatur Medioni, contrarium ſupra *num. 8. & multis ſeqq.* ubi vide. † Reſtringe; quia facta confiſcatione bonorum gravati 105
legitima, & Trebellianica, quas poteſt deducere, confiſcantur, quando non eſt facta prohibitio Trebellianicæ, Clar. §. *fi. q. 78. num. 10. ver. item quæro, in fi.* ubi declarat, & quod ſi legitima eſt prohibita ad favorem filii minoris; vide ſup. *n. 104.* † Reſtringe in bonis 106
maternis; quia facta illorum confiſcatione, nihil reſervatur filiis, ut eſt text. *in l. de bonis matris. C. de bonis proſc.* Clar. *d.* §. *fi. q. 78. num. 26. in fi.* ubi dicit communem. Bart. & Alex. *in l. ex facto.* §. *ex facto. ff. ad Trebell. & in l. 1. C. de hæred. inſtit.* Vide infra §. XVI. *Confiſcatis bonis, ad quæ onera teneatur Fiſcus. n. 12. & ſeq.* Vide plene Tuſch. *Litt. L. in ver. Legitima an debeatur filiis, ſi bona patris confiſcantur. Concl. 189.* † Amplia; quia confiſcatio non comprehendit jus uſuf- 107
fructus etiam naturaliter vivente uſufructuario, Alex. *conſ. 23. num. 8. lib. 1. & num. 13. ver. non obſtat quintum.* † Amplia; quia non comprehendit dotes uxo- 108
ris delinquentis. Bal. *conſ. 355. Quemadmodum Imperator, lib. 3. l. 1. & l. ſi marito*, §. *fi. ff. ſolut. matr.* Soc. *conſ. 121. Præmittenda eſt diſputatio, col. 5. num. 26. ver. Poſtremo clare reſpondeo, lib. 4.* Vide infra. §. XII. *Confiſcatio bonorum uxoris quibus caſibus fiat.* † Am- 109
plia; quia ſi ſunt confiſcata omnia bona mobilia & immobilia, non veniunt jura & actiones, communem dicit Clar. *d.* §. *fin. q. 78. num. 9. ver. ſucceſſive quæro.* tu vero declara ut ſupra *num. 73. & ſeq.* ubi, quod ex quo bannitorum bona vacant, & fiunt occupantis, poſſet Fiſcus capere bona banniti poſtea quæſita, & retinere. Vide Tuſch. *Litt. B. verb. Bonorum mobilium*

appellatione quid veniat. Concl. 103. *& concl. ibi proxi-*
110 *me seq.* † Limita; quia in confiscatione veniunt bona alienata per delinquentem, post condemnationem de eo factam, quando sententia transivit in judicatum, quia non valet alienatio, communem dicit Clar. *d.* §. *fi. q.* 78. *n.* 20. *ver. si vero.* Vide Tusch. *Litt. A. verb. Alienatio facta in fraudem qualiter revocetur. Concl.* 268. Vide eund. *Litt. F. verb. Fiscus quando revocet alienata tanquam in fraudem. Concl.* 398. Vide eundem, *verb. Fraudulenter facta non valent, & quando fecus. Concl.*
111 482. † Extende, ut idem sit, si alienat ante sententiam, sed post delictum commissum in casibus, in quibus confiscatio inducitur ipso jure, vel alienatio interdicitur, prout in crimine hæresis, læsæ Majestatis & sodomiæ; quia alienatio est ipso jure nulla; commu-
112 nem dicit Clar. *d.* §. *fin. qu.* 78. *n.* 18. *in fi.* † Extende, ut idem sit, quando alienatio bonorum fieret post delictum commissum, etiam in casibus, in quibus confiscatio ipso jure non inducitur, quando in fraudem fisci facta est; quia ea revocatur, etiam si sit facta titulo oneroso, quando uterque fuit particeps fraudis, Clar.
113 *d.* §. *fi. q.* 78. *n.* 18. † Extende idem, quando alienatio fit post sententiam condemnatoriam, pendente appellatione; quia si sequatur confirmatio, revocatur alienatio, & confiscatio habet locum, Clar. *d. qu.* 78. *n.* 20.
114 † Extende in alienatione facta quomodocunque in fraudem fisci, fraus autem probatur ex conjecturis, puta, si alienavit omnia bona sua, communem dicit Clar.
115 *d.* §. *fi. q.* 78. *n.* 17. *ver. fraus.* † Et procedit etiam, si longe post alienationem sequutum est delictum, dummodo tempore alienationis subesset causa delicti, prout inimicitia, vel quid simile, communem dicit Clar. ubi
116 supra *num.* 17. † Conjecturæ sunt, si post alienationem possideat, item si fiat alienatio occulta, vel si consanguineo, vel si de omnibus bonis, vel si post alienationem statim sequutum fuit delictum, quia istæ sunt præsumptiones fraudis, quæ probant ad revocationem, si causa delicti tunc suberat, secundum communem,
117 de qua Clar. *d.* §. *fi. qu.* 78. *n.* 17. ubi late. † Restringe, quando alienatio esset facta titulo oneroso; quia tunc nisi emptor sit particeps fraudis, valet etiam facta post commissum delictum, communem dicit Clar. *d.* §.
118 *fi. q.* 78. *num.* 18. *ver. cæterum.* † Et procedit restrictio, etiam si fiat alienatio, nedum post delictum, sed etiam post accusationem, etiam post litis contestationem, quia valet, & non potest revocari, nisi emptor participaverit de fraude, secundum communem, de qua Clar. *d.* §. *fi. quæst.* 78. *num.* 19. *ver. & hæc omnia*, licet restringat; quia præsumitur fraus, si post accusationem, & dicit
119 communem. † Declara; quia etiam in casu retractationis fiscus non procedit exequutive, amovendo emptores, vel tertios possessores, sed actionem revocatoria intentare debet. Clar. *d.* §. *fin. quæst.* 78. *num.* 20. *in fi.*
120 ubi dicit communem. † Restringe, quia delinquens potest quandocumque dare bona sua in solutum creditoribus
121 suis, Clar. *d.* §. *fin. quæst.* 78. *num.* 21. † Restringe, quia alienatio facta per delinquentem ante delictum valet, nisi constet de fraude, quo casu revocatur, Clar. *d.* §. *fi. quæst.* 78. *num.* 16. *ver. solet. etiam.* ubi dicit communem, & quod isto casu fiscus tenetur restituere pre-
122 tium emptori. † Limita, ut quæ dicta sunt in venditione, vel alienatione, procedant in permutatione, quæ valida est, & fiscus debet consequi bona permutata, seu subrogata loco venditorum, nisi probetur fraus ex eisdem conjecturis, de quibus supra, communem dicit Clar. *d.* §. *fin. quæst.* 78. *num.* 2.

§. IX.

Confiscatio universalis an comprehendat bona alterius territorii?

1 Confiscatio † bonorum universaliter facta contra condemnatum, qui æquiparetur deportato, operatur, quod bona condemnati etiam in alieno territorio sub dominio ejusdem Principis censentur confiscata. Bald. *cons.* 36. *Factum, quod proponitur, lib.* 4. ubi, quod eo casu non potest fingi in uno loco condemnatus mortuus, in alio vivens, sub eodemmet Principe, & *cons.* 341. *super primo, lib.* 4. ubi, quod dicitur æqui-
2 parari deportato ex genere criminis. † Et quod confiscatio in uno loco facta de omnibus bonis, non habet locum in bonis territorii alienæ jurisdictionis. Castr. *cons.* 209. *Circa primum, col.* 2. *post med. ver. Et posito, quod fuissent, lib.* 2. † Contrarium Castr. *cons.* 320. *Primum quæsitum, num.* 3. *in fi. ver. Et sic non ob-* 3
stat. lib. 1. ubi, quod veniunt succedentes ab intestato, non autem fiscus alterius territorii. † Declara: quia confiscatio, & incorporatio est facienda illi Ca- 4
meræ, sub qua bona stabilia sunt sita, quia confiscatio est realis, & sequitur rem, ubi est. Bald. *d. cons.* 36. *num.* 2. *ver. sed dubium, lib.* 4. *& cons.* 341. *in pr. lib.* 4. Alex. *cons.* 31. *in prin. lib.* 1. *& per totum*, ubi *num.* 7. *ver. nunc venio ad responsionem*, dicit procedere prædicta circa stabilia; quia inhærent territorio, ideo existentia extra territorium non capiuntur per fiscum confiscantem, sed per alium fiscum, in cujus territorio sunt bona, Cravet. *cons.* 128. *Proponitur, quod bona, in princ.* † Extende declarationem, ut procedat, etiam si confiscatio fieret ob crimen hæresis & sic læsæ Ma- 5
jestatis Divinæ. Cravet. *cons* 128. *num.* 6. *ver. quinto, & amplius.* † Restringe declarationem, ut non procedat quoad bona mobilia; quia illi loco applicantur, & il- 6
li fisco, ad quem locum sunt destinata; & ideo si mobilia sunt de loco ad locum translata, ut ibi sint, confiscantur in loco destinationis, nisi fraudulenter, & post delictum sint a loco delicti asportata. Bald. *d. cons.* 36. *num.* 2. *ver. sed dubium est, lib.* 4. *& cons.* 341. *lib.* 4. Vide Tusch. *Litt. B. verb. Bona mobilia ab immobilibus differunt, & cui loco applicentur. Concl.* 105. † Contrarium, quod imo mobilia ad effectum confiscationis censean- 7
tur esse de territorio loci, ubi reperiuntur, tenet Alex. *cons.* 16. *Viso titulo quæstionis, col. fin. per totam. lib.* 6. ubi dicit hanc veriorem, & sequitur ibi apostilla *in ver. loci*, quæ dat concord. & hanc etiam tenet Clar. *in praxi criminal. quæst.* 78. *num.* 27. *in fi.* ubi, quod nunquam vidit contrariam opinionem Caravitæ servari, & quod non servetur, dicit apostilla ad Alexand. *consil.* 19. *num.* 9. *lib.* 6. ubi citat se *in consuet. Parisien.* §. 145. † Tertia fuit opinio Bald. *in l. mercatores, C. de commer. & mercat.* quam sequitur Alexand. *consil.* 31. *num.* 8
5. *lib.* 1. ubi, quod mobilia respiciunt personam, immobilia territorium, & hanc communem dicit Caravit. *super ritu magnæ Curiæ, ritu* 132. *num.* 3. *& seq.* licet *in praxi crim. q.* 67. *num.* 27. *in fi.* dicat, quod nunquam vidit hanc opinionem servari, Gig. *de crimine læsæ Majestatis, tit. de crimine comm. læsæ Majest. quæst.* 2. *in fine.* † Contrarium tenent Brun. *consil.* 31. 9
num. 10. *& sequ.* Alexand. *consil.* 16. *num.* 2. *lib.* 2. † Declara ex omnibus prædictis; quia si condemnatus 10
nulla habeat bona stabilia, sed solum mobilia, sit vera tertia opinio de qua supra; quia mobilia respiciunt personam, ideo ubi est persona, ibi mobilia esse dicantur, & sic loquitur Alex. *d. cons.* 31. *lib.* 1. mortuus sine consanguineis, nihil in bonis habebat, nisi sola mobilia; ideo personam sequuntur. † Declara; quia 11
quando mobilia, vel credita sunt perpetuo mansura in loco, ubi sunt, dicuntur de loco illo, & ibi confiscantur, prout Alex. *d. cons.* 19. *num.* 9. *lib.* 9. dat exemplum, si Bononiensis habet impræstita Venetiis, ubi sunt mansura, & de loco Veneto dicuntur. † Si vero 12
habet bona mobilia, & immobilia defunctus, & condemnatus, & mobilia sunt in loco perpetuo destinata, ut quia ibi habitabat, vel quia ibi habebat alia bona stabilia, & sequuntur locum ubi sunt; si vero ibi non erant perpetuo permansura, ut quia animo asportandi, vel ad tempus tantum illa contulit, vel post delictum in fraudem; & non sequuntur personam, & ita videtur esse de mente Alex. *cons.* 16. *num.* 2. *lib.* 1. si recte intueatur, & ita Bald. *cons.* 36. *num.* 2. *lib.* 4. *& cons.* 341. *eod. lib.* 4. & melius idem Alex. *cons.* 31. *num.* 6. *lib.* 1. dum hanc distinctionem facit in creditis. † Amplia in tantum universalem confiscatio- 13
nem comprehendere bona omnia damnati, etiam in diverso territorio existentia, quando deportato æquiparatur, & est idem dominus amborum territoriorum, ut etiam judex, qui confiscavit, possit requirere alium judicem ad confiscandum, Bal. *d. cons.* 36. *num.* 3. *ver. super secundo, lib.* 4. & duplicatur *cons.* 341. *lib.* 4. † Amplia; quia confiscatio generalis omnium bono- 14
rum facta in casu juris communis comprehendit omnia bona, etiam extra territorium confiscantis, secundum communem, de qua Clar. §. *fi. quæst.* 78. *num.* 27. *ver. sed hic quæro.* allegat Rom. *Singul.* 272. *Licet magna*, attestantem communem Canonistarum, &

Le-

15 Legistarum opinionem. † Et isto casu bona confiscata pertinent illi fisco, in cujus territorio sunt sita, & ideo si sunt domini diversi, unusquisque capiet bona sui territorii, & est communis opinio. Brun. *cons.* 31. *feudali*, *n.* 15. & magis communem dicit Rol. a Valle *cons.* 78. *n.* 14. *lib.* 2. quos citat de communi atte-
16 stando Clar. *d.* §. *fi. qu.* 78. *num.* 27. † Restringe, quando confiscatio fieret non de jure communi, sed de statutario; quia tunc non comprehendit, nisi bona in loco statuentium, quando statutum simpliciter confiscat omnia bona. Ant. de Butr. *cons.* 58. *num.* 4. *& cons.* 61.
17 *num.* 2. † Et procedit restrictio, etiamsi confiscans esset dominus aliorum locorum, in quibus passus confiscationem haberet bona, quia non veniunt in tali confiscatione bona extra illud territorium. Clar. *d.* §. *fi. q.* 78. allegat Boss. *de bono. publ. n.* 26. attestantem de commu-
18 ni, & Ceph. *cons.* 79. *n.* 13. † Contrarium dicit Clar. & male, quando dominus confiscans est dominus aliorum locorum; & licet nihil alleget, tamen tuetur suam opinionem in obsetvantia Mediolani, quæ nihil relevat; & potest esse vera, quando extaret Mediolani constitutio generalis, quæ habetur pro jure communi in toto Statu bona confiscantis; secus si vigore statuti fieret confiscatio; quia statutum Mediolani non operatur in aliis locis Status, nisi essemus in statuto Civitatis dominantis, & ita declarat Chassan. *in consuet. Burg. fol.* 95. *n.* 18. Vide Tusch. *Litt. S. verb. statutum Civi-*
19 *tatis dominantis dicitur jus commune, & extenditur ad castra & loca subjecta, & quando secus. Concl.* 541. † Declara; quia si confiscatio ex forma statutorum de bonis stabilibus, certum est, quod non veniunt bona extra territorium statuentis; si vero fiat de bonis mobilibus, vel actionibus, tunc etiam bona extra territorium veniunt confiscata in loco confiscationis, secundum magis communem, Carau. *super ritu magnæ Curiæ, ritu* 132. *n.* 4. ubi, quod Bald. hanc tenet
20 *in l. mercatores, C. de commer. & merc. in pr.* & magis approbatur. † Contrarium tenet idem Bald. *in c.* 1. *in prin. num.* 6. *de pace tenen.* & Clar. *d.* §. *fi. q.* 78. *n.* 27. *in fi.* dicit, quod nunquam vidit servari, & quod servetur contrarium, dicit apostilla ad Alex. *cons.* 19. *n.* 9. *lib.* 6. *in ver. mobilia.* & dicit
21 latius dixisse *in consuet. Paris.* §. 145. † Declara; quia procedit in confiscatione, quando bona mobilia sunt extra territorium statuentis, & bona ipsa sunt in jurisdictione ejusdem Principis: quia cum sint accessoria ad personam condemnatam, confiscantur in loco, ubi fit confiscatio: si vero sunt extra jurisdictionem, non fit confiscatio eidem confiscanti; quia non habet exequutionem; sic arguit Chassa. *in consuet. Burg. fol.* 94. *n.* 8. *ver. moveor.* ubi, quod sicut hæres succedit per repræsentationem, ita fiscus per extinctionem personæ, sed requiritur ministerium judicis, & licet loquatur in stabili-
22 bus; tamen est idem in mobilibus. † Vide Ant. de Butr. *cons.* 58. *n.* 3. *ver. tamen semper, & per totum* ubi, quod licet statutum non possit confiscare bona extra territorium statuentium, ut applicentur fisco statuentium, tamen potest delinquentem omnibus bonis spoliare, & spoliatus sic potest dominus domicilii, & bonorum, exequendo privare condemnatum bonis, & ideo si statutum confiscat omnia bona delinquentis ubique existentia, & judex delicti habet partem in suo territorio, & judex originis reliqua in suo territorio,
23 & idem repetit *cons.* 61. *in prin.* ubi latius. † Et idem dicit, quando idem statutum puniens, puta sodomitam, vel alias delinquentem, in pœnam mortis, & confiscationem bonorum, esset in loco delicti, & in loco originis; quia potest in utroque loco, videlicet commissi delicti, & originis, puniri in eadem confiscatione, ita Bart. *in l. cunctos populos, col. fin. n.* 51. *& seq. ver. hoc præmisso, C. de summa Trin.* cujus opinionem communem dicit Boss. *tit. de bonorum publicatione, n.* 62. & plures citat apostil. ult. ad Ant. de Butr.
24 *cons.* 58. † Amplia; quia confiscatio facta in uno territorio comprehendit etiam credita, quæ inter mobilia computantur, quando non habet condemnatus, nisi mobilia; quia necessario personæ cohærent credita præ-
25 dicta. Alex. *d. cons.* 31. *n.* 6. *lib.* 1. † Restringe, quando credita condemnati essent respectu rei immobilis; quia tunc inter immobilia computantur. Alex. *d. cons.* 31. *n.*
26 6. *lib.* 1. latissime Tiraq. §. 1. *glo.* 7. *tit. de retract.* † Declara; quia si is, cujus bona sunt confiscata universaliter, habet bona in diversis territoriis, & credita, & debita in diversis locis, & territoriis, divisio debitorum debet fieri pro rata bonorum confiscatorum, ut plus solvat, qui plura bona habet; quia licet bona sint in diversis territoriis; tamen est unicum patrimonium, obnoxium creditoribus; ideo fit concursus pro rata, Alex. *cons.* 31. *col. fi. n.* 9. *lib.* 1. ubi ponit plura exempla, & apostilla recitat super hoc opiniones. † Si ve- 27
ro is, cujus bona sunt confiscata Florentiæ, habet creditum extra territorium Florentiæ, non applicatur tale creditum fisco Florentiæ, ita Castr. *cons.* 320. *n.* 3. *lib.* 1. *ver. Patet igitur. & n.* 2. *col.* 1. *in fi.* dicit; quod applicatur illi, in cujus territorio est creditum, ita quod si Comes est debitor, applicatur Comiti. † Vide opi- 28
nionem subtilem Franc. Aret. *cons.* 10. *Casus talis est, per totum*, ubi, quod si A. Ferrarienfis habens bona in territorio Bononiensi, tunc diversæ jurisdictionis, illa concessit ad perpetuum censum, & usum alteri Ferrarienfi pro annua præstatione perpetuo solvenda Ferrariæ, & confiscatio fiat Ferrariæ de omnibus bonis A. Ferrarienfis, venit in confiscatione Ferrariæ, præstatio census perpetua, quæ fit pro bonis Bononiæ; quia dicit quod ista solutio destinata perpetuo Ferrariæ pro bonis extra jurisdictionem, dicitur quoddam jus immobile, abstractum, & consideratum de per se, allegat Bald. in *l. Jubemus, in pr. C. de Sacrosan. Eccles.* maxime, quando solutio fit in recognitionem dominii, & non habito respectu ad fructus bonorum: & dicit quod censetur esse in territorio Ferrariæ, propter destinatam solutionem perpetuam, & allegat pro utraque, & hanc tuetur, & tollit contraria: & certe magna est extensio, quod per indirectum bona stabilia extra territorium, per indirectum confiscantur in alio territorio diversæ jurisdictionis. † Amplia; quia si bona con- 29
fiscantur de jure communi, confiscatio fit ad commoditatem domini utilis, ideo feudatario fit confiscatio, non autem domino directo. Crav. *cons.* 128. *in prin.* ubi late hoc demonstrat, licet dominus supremus confiscaverit. Vide Tusch. *litt. F. verb. Feudatarius est utilis dominus, & ad eum spectant utilitates feudi. Concl.* 208.
† Extende; quia confiscatio fit illi domino, sub cu- 30
jus jurisdictione sunt bona; ideo feudatarius capiet bona confiscata in suo territorio, etiam si confiscatio fiat per dominum directum, Cravet. *d. cons.* 128. *in prin.* ubi, quod procedit, etiamsi confiscatio fiat ob læsam Majestatem divinam, & in consequentiam humanam; secus si principaliter lædatur humana Majestas domini directi; quia tunc illi fit confiscatio. † Extende, ut 31
quod dicitur de bonis confiscatis, ut spectent ad feudatarium, non autem ad dominum directum procedat, etiamsi confiscatio sit facta ante concessionem feudi, sed non exequuta; quia concesso feudo talis confiscatio erit feudatarii, Cravet. *d. cons.* 128. *num.* 5. & Bald. *cons.* 306. & 307. & 419. *lib.* 4. † Extende, 32
ut procedat etiam in bonis Clerici confiscatis; quia spectat confiscatio ad dominum feudatarium, sub cujus jurisdictione sita sunt bona. Crav. *d. cons.* 128. *num.* 6. † Extende, etiam si confiscatio fiat ob crimen læsæ 33
Majestatis divinæ, & sic hæresis, Crav. *d. cons.* 128. *n.* 6. *ver. nec. obstat.* † Restringe, quando esset crimen 34
læsæ Majestatis humanæ in personam directi domini; quia tunc applicatio fit domino directo quando in eum principaliter est commissum delictum, Cravet. *d. cons.* 128. *n.* 7. Vide infra §. XV. *Confiscatio bonorum in crimine læsæ Majestatis qualiter, & cui fiat.* † Am- 35
plia; quia confiscatio omnium bonorum damnati ad mortem facta comprehendit legitimam ipsius damnati extrahendam ex fideicommisso, nec non alia bona acquisita, & spectantia libere ad damnatum. Bald. *cons.* 6. *Factum super quo consilium, num.* 1. *lib.* 4. † Limita; 36
quia si confiscatio fiat jure speciali statutario, ea se non extendit ad bona alibi sita, Castr. *cons.* 320. *primum quæsitum, col.* 2. *ver. Breviter licet ista, lib.* 1. *& n.* 3. ubi late. Jo. de Imol. *cons.* 35. *n.* 24. *in fin. ver. Item advertendum, cum seq.* ubi, quod licet de omnibus bonis, ministerio juris restringitur, & dicitur particularis. † Limita, etiamsi confiscatio fieret de jure 37
communi universaliter, qnando fit in contumaciam, quia non habet locum in alieno territorio, Castr. *d. cons.* 320. *n.* 3. *ver. dico etiam, lib.* 1. † Limita; quia con- 38
fiscatio universalis condemnati, qui deportato æquiparatur, non comprehendit etiam bona ejusdem territorii acquisita, seu obventa damnato post confiscationem,

Bald. *conſ. 24. per totum, lib. 4.* ubi, quod neque fideicommiſſum conditionale, neque jus cohærens perſonæ banniti ex quacumque cauſa, etiam in crimine læſæ Majeſtatis, cadit in confiſcationem, quando tempore confiſcationis non erant quæſita, & ſic fiſcus non ſuccedit. Dec. *conſ.* 438. *Accurate. n. 7. & ſeq.* Vide plenius §. *proximum præcedentem, num. 66. & multis ſeq.*

39 † Extende; quia jus adeundi non tranſit in fiſcum: ideo ſi hæreditas eſt delata eis, cujus bona confiſcantur, non poteſt fiſcus adire pro eo. Dec. *d. conſ.* 438.

40 *n.* 5. ubi apoſtilla. † Limita quando confiſcantur omnia bona, & damnatus habet bona extra juriſdictionem, quæ non eſt ejuſdem Principis; quia ad bona non ſuppoſita non extenditur confiſcatio univerſaliter facta, Bald.

41 *d. conſ.* 24. *Factum tale eſt, lib. 4. in pr.* † Declara limitationem; quia ſi confiſcatio fit in uno loco de jure ſpeciali, puta Bononiæ vigore ſtatuti, non extenditur extra territorium ad civitatem Mutinæ: ſi vero confiſcatio fit de jure civili univerſali, utique extenditur ubique, ſed fiſcus cujuſque territorii capiet bona ſui proprii territorii. Alex. *conſ.* 31. *Viſo titulo, n. 3. lib. 1.* Caſtr. *conſ.* 320. *col. 2. ver. breviter, lib. 1.* Jo. de Imol. *conſ. 35. n. 23. in fin. ver. Item advertendum.* Aret. *tract. malefic. ver. & ejus bona publicamus. col. 1.* Guido Papæ.

42 *deciſ.* 341. † Si tamen confiſcatio eſt generalis, quilibet fiſcus capit bona condemnati in ſuo territorio. Alex.

43 *conſ.* 31. *Viſo titulo, lib. 1. in pr.* † Extende; quia etiam quilibet fiſcus exigit debita, & ſolvit in ſuo territorio, exemplo duorum tutorum, quaſi unuſquiſque ſuccedat

44 pro parte. Alex. *d. conſ.* 31. *in prin. lib. 1.* † Declara, & diſtingue; quia inter eos non eſt jus accreſcendi, adeo quod ſi unus fiſcus non apprehendat bona confiſcata ſui territorii, non accreſcunt alteri fiſco, Alex. *d. conſ.* 31. *in prim. lib. 1.*

§. X.

Confiſcatio bonorum Clerici ad quem pertineat & fiat?

1 Confiſcatio † bonorum Clerici facta, ſi ſunt bona mobilia, vel alias immobilia; tamen intuitu Eccleſiæ acquiſita, ob Clerici delictum ſpectant ad Epiſcopum, vel Eccleſiam. Oldrad. *conſ.* 17. *in prin.* quia mobilia ſequuntur perſonam, & etiam immobilia, quæ habet tamquam Clericus, ut ibi, maxime *n.* 20. *col. verſ. ſed*

2 *certe.* † Contrarium, quod in Francia, ſi bona Clerici confiſcantur, mobilia confiſcantur Epiſcopo, immobilia vero confiſcantur Regi, atteſtatur Clar. §. *fi. qu.* 78. *n.* 1. *in fi.* ubi allegat Boer. *ſuper conſuet. Bituricen. fol.* 20. *col.* 3. Papo. *lib.* 24. *tit.* 13. *Areſto* 3. vide infra

3 *in fin.* † Amplia, ut etiam Epiſcopo applicentur patrimonialia Clerici, quando confiſcatio fieret pro crimine Eccleſiaſtico. Oldrad. *d. conſ.* 17. *col.* 2. *n.* 9. *ver. &*

4 *ideo.* † Amplia, quod bona Clericorum confiſcata applicantur Eccleſiis, quando alicui Eccleſiæ inſerviunt. Oldrad. *d. conſ.* 17. *n.* 10. *ver. item advertendum, col.* 2.

5 † Limita in bonis immobilibus, & patrimonialibus Clericorum; quia ſi confiſcantur per Epiſcopum, ob delictum Clerici, ſpectant ad dominos temporales, ſub cujus territorio ſita ſunt bona. Oldr. *d. conſ.* 17. *in prin.* qui ita loquitur propter conſuetudinem, non quia ſit de jure communi, ubi idem de bonis feudalibus, & emphyteuticis, ut revertantur ad dominum directum, vel, ut dicit Boer. *deciſ.* 264. *n.* 4. illud eſt quoad multos Epiſcopos, & Abbates, quibus Rex ex largitione & liberali conceſſione donavit territorium ſic limita-

6 tum. † Limita in bonis feudalibus, ſeu emphyteuticis Clerico conceſſis: quia facta confiſcatione revertuntur

7 ad dominum directum. Oldr. *d. conſ.* 17. *in prin.* † Extende; quia licet emphyteutica bona laici confiſcentur; non tamen bona emphyteutica Eccleſiæ cadunt in confiſcationem bonorum vacantium, ſed utile dominium cum directo conſolidatur favore Eccleſiæ, plene Ægid Bellam. *conſ.* 23. *per totum*, maxime *n.* 7. imo tenet abſolute, quod quando fiſcus ſuccedit ad bona vacantia, non ſit ſucceſſio univerſalis, & non ſuccedat in re communi, neque emphyteutica laici, vel Eccle-

8 ſiæ. † Limita in Gallia de conſuetudine: quia omnia bona Clericorum immobilia applicantur dominis temporalibus, & mobilia tantum Epiſcopo, & Eccleſiæ. Oldr. *d. conſ.* 17. *in* 1. *col. ver. rurſus*, ubi dicit conſuetudinem

9 valere. † Limita, quod pœna Clerici frangentis pacem applicatur domino temporali, licet per Epiſcopum fuerit condemnatus. Oldrad. *d. conſ.* 17. *num.* 8. *ver. hoc idem*, & movetur propter conſuetudinem. † Limita in 10
crimine hæreſis; quia bona confiſcata ſpectant infra annum ad dominum temporalem, poſt annum ad Eccleſiam. Oldr. *d. conſ.* 17. *n.* 8. *ver. item hoc probant, & n.* 9. ubi videtur velle, quod in omnibus criminalibus non Eccleſiaſticis confiſcatio facta contra Clericum ſpectet ad judicem ſecularem, ſeu dominum temporalem infra annum, & idem dicit in fine conſilii, *n.* 22. *ver. item videmus.* † Limita, quod omnis confiſcatio & con- 11
demnatio facta contra Clericum ob aliud crimen, quod non ſit Eccleſiaſticum, bona confiſcata infra annum ſpectant domino temporali, ſecundum Oldr. *d. conſ.* 17. *n.* 9. ubi vult eſſe ſpeciale, quod ſpectet ad Epiſcopum, quando ex delicto Eccleſiaſtico proveniret, & jus commune in aliis eſſe contrarium, ſed loquitur de conſuetudine Franciæ. † Declara; quia dictæ limitationes da- 12
tæ per Oldrad. ſunt; quia ipſe ſupponit in Francia ita ſervari, & quia ipſe eſt in opinione, quod Epiſcopus non habeat territorium; ideo de jure non ſunt veræ, & non procedunt, niſi de facto; quia clarum eſt, quod Epiſcopus habet diœceſim, quæ ſibi pro territorio aſſignatur. Ruin. *conſ.* 22. *n.* 5. *lib.* 1. & habet fiſcum & familiam armatam ſecundum veram, & communem opinionem, de qua Tuſch. *Litt. E. in verſ. Epiſcopus habet territorium. Conc.* 252. Vide §. proximum ſequentem.

§. XI.

Confiſcationem bonorum an habeat Epiſcopus?

Epiſcopus † non poteſt confiſcare, quia non habet 1
territorium, ideo ſeculares exequuntur ſententias Epiſcopi. Boer. *deciſ.* 264. *n.* 3. † Contrarium, quod imo de con- 2
ſuetudine Epiſcopi habeant fiſcum, & poſſint pecuniarias pœnas imponere Clericis, & aliis de ſuo foro, tenet Clar. *in §. fi. qu.* 80. *n.* 5. *ver. in hac autem materia, & q.* 78. *n.* 6. ubi relative loquitur, & eſt communis opinio. Fel. *in c. irrefragabili. de offi. ord. in §. cæterum, n.* 11. *verſ. quarta Concluſio.* ubi, quod ita ſervatur. Covarr. *variar. reſol. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 11. ubi de communi. Rota *in antiq. deciſ.* 7. *de teſta.* quæ dicit, quod fiſcus Epiſcopi ſuccedit Clerico, non autem fiſcus ſecularis. † Et 3
quod Epiſcopus habeat fiſcum, Diaz. *in praxi criminali. cap.* 124. Butr. Imol. & alii, poſt gloſſ. *in cap. quia verſ. præter. de conceſſ. præben.* & alii, quos citat Fel. ubi ſupra. † Declara; quia de jure Epiſcopi pro ſe non 4
habent fiſcum, ſed debent pœnas, & confiſcationes applicare Cameræ Apoſtolicæ, vel ſaltem locis piis, licet non ſervetur. ut per Clar. §. *fi. qu.* 80. *n.* 5. *ver. in hac, circa fi.* ubi plures allegat. Fel. *in d. cap. irrefragabili, §. cæterum, num.* 11. *de offi. ordin.* ubi limitat, niſi Epiſcopus indigeat pro ſe, vel niſi pœna imponatur a lege, vel ſtatuto; quia Epiſcopus retinet pro ſe, ſequitur Covar. *variarum reſolutio. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 11. ubi de communi. † Reſtringe, niſi habeant territo- 5
rium ex conceſſione principis ſecularis, prout in Francia multi Epiſcopi, & Abbates ex conceſſione Regis. Boer. *d. deciſ.* 264. *n.* 4. † Reſtringe, niſi in ſpiritualibus, quia habent diœceſim loco territorii, & exequuntur ſententias ſuas, & quoad Clericos, Felin. *d. cap. irrefragabili.* † Reſtringe in crimine hæreſis; quia de con- 7
ſuetudine fit confiſcatio, & exequutio per Epiſcopum, & inquiſitores. Boer. *d. deciſ.* 264. *nu.* 5. Vide Tuſch. *Litt. E. verb. Eccleſia quas pœnas imponat, & de multiplicibus pœnis. Concl.* 17. Vide eundem, *verb. Epiſcopus habet territorium, cui cohæret juriſdictio. Concl.* 253.

§. XII.

Confiſcatio bonorum uxoris, & dotis quibus caſibus fiat vel non?

Bona † uxoris confiſcantur quinque caſibus, de qui- 1
bus *in l. quinque legibus, ff. de bon. damnat.* refert Floria. de S. Petro *in* 1. *quæſt. mulier primo viduata, col.* 2. *ver. item nec publicabuntur.* † Amplia; quia dos mu- 2
lieris delinquentis ſalvo matrimonio confiſcatur ſine dubio. Clar. §. *fi. q.* 78. *num.* 15. ubi dicit communem. † Reſtringe, ſi mulier delinquat conſtante matrimo- 3
nio; quia non publicatur, niſi in quinque caſibus.

Clar.

Clar. *d. §. fi. qu. 78. n. 15.* ubi, quod in illis quinque casibus confiscatur dos cum aliis bonis mulieris nuptæ, & dicit communem, allegat Boss. *de public. bonorum*, 4 *num. 73.* & alios. † Restringe, quia dos nunquam confiscatur propter delictum mariti, etiamsi sit rebellis, etiamsi uxor eum sequatur, sed statim mulier potest dotem repetere, quod dicit notandum Clar. *d. §. fin. q. 78.* 5 *num. 15. in fin.* † Amplia; quia licet confiscatio bonorum uxoris, videlicet dotis, fit ob delictum mariti in causa primipilari, *l. 2. C. de primipil.* Ant. de Butr. 6 *cons. 61. num. 3.* † Regula tamen est in contrarium, quod dos, & bona uxoris pro delicto mariti etiam in crimine læsæ Majestatis non confiscantur. Ant. de Butr. *cons. 61. num. 2.*

§. XIII.

Confiscatio bonorum expressa, vel tacita, in quo differant?

1 Confiscatio † dicitur expressa, quando lex, vel statutum imponit delinquenti pœnam mortis, & confiscationis bonorum: quando vero lex, vel statutum imponit pœnam mortis, de jure antiquo veniebat etiam confiscatio in consequentiam: unde *auth. bona damnatorum, Cod. de bonis proscript.* decrevit confiscationem in consequentiam amplius non venire in duobus casibus. Clar. *in praxi crimin. §. fin. qu. 78.* Vide supra 2 §. III. *vers. Confiscatio, &* §. IV. *ver. extende.* † Et quando lex imponit pœnam confiscationis bonorum ipso jure, potest procedi etiam post mortem delinquentis contra hæredes, secundum communem, ut restituat hæres fructus, etiamsi vivente delinquente non sit sequuta declaratio. Clar. *in §. fi. q. 51. num. 14. ver. scias*, ubi dicit communem, licet Mediolani dicat requiri declara- 3 rationem vivente delinquente. † Alio modo confiscatio per sententiam fit a judice expresse, vel in consequentiam: expresse, quando dicit; *condemnamus in pœnam capitis, ut moriatur, & in pœnam confiscationis omnium bonorum*, & isto casu sententia operatur, etiamsi de jure pro illo delicto non adesset confiscatio; quando vero dicit; *condemnamus in pœnam capitis, ut moriatur cum confiscatione bonorum*, tunc pœna confiscationis dicitur in consequentiam venire, ita ut si de jure communi, vel statuto non esset imposita confiscatio, sententia non operatur, nisi in quantum jus disponit. Arim. ad Ang. *de Malef. in ver. ejus bona publicamus*, ubi dicit communem. Rui. *cons. 114. n. 5. lib. 4.* Clar. *in §. q. 94. num. 7. ver. sed pone.* Vide *Dictio*, cum *conjungit, &* 4 *quid significet. Concl. 258.* † Differentia est; quia si condemnatus in contumaciam in pœnam capitis, & confiscationem bonorum post annum compareat, & absolvatur quoad innocentiam, non recuperat bona; secus quando confiscatio & in consequentiam venit. Clar. *d. §. fi. q. 94. n. 7. & q. 44. n. 3. & seq. ver. facta autem hujus-* 5 *modi descriptione, & n. 5. ver. dixi. cum seq.* † Item; quia si moritur, extinguitur pœna corporalis, & confiscatio in consequentiam: secus si confiscatio sit principaliter facta. Clar. *d. §. fi. q. 94. n. 7. ver. sed pone*, ubi di- 6 cit communem. † Item; quia si confiscatio venit principaliter, potest fieri etiam quod reus amplius non possit pœna ultimi supplicii condemnari, ut quia pendente judicio moritur; secus si in consequentiam. Cæpol. 7 *cons. 17. criminali, num. 36.* † Item; quia si fiat confiscatio bonorum patris principaliter, non reservatur legitima filiis; secus si in consequentiam. Castr. *cons. 171.* 8 *col. fi. lib. 1.* † Imo dicit Clar. *d. q. 44. n. 5. ver. quin imo*, quod si reus condemnatus admittitur ad novas defensiones post annum, & constitutus cæperit probare innocentiam, & moreretur, quod non recuperat bona, etiamsi hæres velit docere plene de innocentia: tamen ibi dicit unum verbum Clar. quod tuta conscientia princeps non potest retinere talia bona.

§. XIV.

Confiscatio quibus casibus non fiat fisco, sed parti læsæ?

1 Socius † qui promisit cum juramento pacifice, & quiete ac fraterna charitate socium tractare, si illum interficiat ex primo vulnere, omnia ejus bona ipso jure sunt applicata hæredibus socii interfecti, non autem fisco, Rimin. Jun. *cons. 124. Circa primum, lib. 2.* 2 *num. 52.* ubi dicit notabile. † Amplia per eandem rationem in aliis casibus, militet par ratio, ut si tutor interficiat pupillum, curator adultum, idem procedat. † Amplia; quia homicidæ interficientis Clericum Ec- 3 clesiæ deservientem bona confiscantur, & applicantur Ecclesiæ, Feli. *in cap. postulasti, n. 5. de judi.* † Am- 4 plia; quia bona raptoris mulieris non confiscantur, sed applicantur mulieri raptæ, *l. unica. §. & siquidem. C. de rapt. virg.* Vide plenius Tusch. *Litt. P. verb. Pœna cui applicari debeat. Concl. 240.*

§. XV.

Confiscatio bonorum in crimine læsæ Majestatis cui fiat?

Confiscatio † bonorum in crimine læsæ Majestatis 1 regulariter fit supremo Principi offenso, etiam de bonis sitis in territorio feudatarii, & subditi; communem dicit Roland. a Valle *cons. 78. n. 21. & seq. lib. 2.* & hæc est secunda opinio, quam recitat Ægid. *cons. 15. col. 2. ver. secunda opinio.* † Contraria opinio, quod imo feu- 2 datario fiat confiscatio de iis, quæ sunt in territorio feudatarii, tenet Ægid. *d. cons. 15. in prin.* quia feudatarius jus suum perdere non debet ex alieno delicto, & ponit multa similia de peculio servi & filii-familias; quia facta confiscatione, dominus, & pater non privatur. † Tertia opinio fuit, quod durante vita delin- 3 quentis dominus supremus percipiat fructus, postea vero secus. Ægid. *d. cons. 15. num. 2. ver. Tertia opinio.* † Quarta opinio, quod utile dominium transeat in 4 principem supremum offensum, directum vero remaneat feudatario. Ægid. *d. cons. 15. num. 2. ver. Quarta opinio.* † Declara hanc quartam opinionem; quia non 5 expedit feudatario habere dominum suum sibi vasallum; & ideo ipse dominus vendere tenetur utile dominium habili, vel res tota venditur, & dividitur pretium; Ægid. *d. cons. 15. num. 3.* † Declara; quia prima opinio 6 procedit, quando crimen est læsæ Majestatis verum, & proprium in personam principis, vel Consiliariorum assistentium, alias non ita plene. Ægid. *d. cons. 15, n. 10. ver. quarto quæritur*, ubi, quod est speciale in casu isto propter offensam directam in Principem, usque in fin. † In secundo capite applicatur domino immediato, & 7 probat ratione; quia si sententia adimit bona sine confiscatione, certe uniri debent immediato domino, si confiscantur, debent confiscari immediato: maxime quia non citato domino immediato sententia esset nulla, nec potest dici alienatio necessaria quoad dominum immediatum, qui nihil deliquit, Ægid. *d. cons. 15. n. 10. & seq. ver. tertio, ratione probatur, & per totum.* Vide Tusch. *Litt. F. verb. Feudatarius est utilis dominus, & ad eum spectat utilitas. Concl. 208.*

§. XVI.

Confiscatis bonis, ad quæ onera teneatur fiscus?

Fiscus † facta confiscatione bonorum delinquentis te- 1 netur ad omnia debita delinquentis: quia licet fiscus non fit proprie hæres ejus, cujus bona sunt confiscata, ut per glos. & Doct. *in l. inter eos, in fin. ff. de fidejuss.* Bald. *in l. fin. in ultim. col. Cod. de contrahen. emptio.* tamen ad ejus debita tenetur usque ad quantitatem bonorum confiscatorum. *l. si marito, ff. sol matrim. l. 2. C. eod. titul. l. fin. C. de sent. passis.* † Extende; quia te- 2 netur satisfacere creditoribus ejus, cujus bona sunt confiscata, non obstante edicto DD. novem Florentiæ, quod omnes teneantur comparere infra certum tempus; quia ex illo edicto non perdunt jura sua, nisi sequuta declaratione, per quam imponitur post lapsum termini perpetuum silentium, ita disponente Florentiæ lege anni 1549. *vers. ne quali banni &c.* quia ut dicit glo. *in l. 1. Cod. de compens. in ver. statio.* si fiscus succedens bannito est debitor, & creditor tertii, fit compensatio ipso jure, ad evitandam pœnam amissionis juris, etiam quod nihil sit oppositum in termino statutario. Alciat. de communi *cons. 11. tom. 2. lib. 6. num. 2. & inf. num. 9.* † Amplia quia fiscus tenetur ad satisfaciendum credito- 3 ribus alterius territorii, quando non adsunt alia bona, nisi confiscata, & sic in subsidium. Clar. *§. fi. quæst. 7. num. 28. ver. sed quæro.* † Restringe; quia non tenetur 4

fiscus

fiscus satisfacere creditoribus alterius territorii, quando adsunt alia bona, in quibus potest satis fieri; quia alias de facili fiscus eluderetur. Clar. *d. §. quæst.* 78. *num.* 28. ubi dicit communem. † Restringe; quia quando creditor est ratione pœnæ, prout fiscus, & non adessent tot bona, præfertur fiscus privato, quoad pœnas: secus si privatus ageret ad interesse, vel ex contractu. Clar. *d. §. fi. quæst.* 78. *num.* 31. ubi de communi. † Declara; quia si Princeps, vel fiscus confiscans esset creditor delinquentis ante confiscationem, facta confiscatione, si bona confiscata sufficiunt pro credito, censetur sibi satisfeciisse, & non potest velle retinere bona confiscata ex confiscatione, & tanquam creditor ex contractu agere contra alia bona, quæ habet delinquens extra jurisdictionem confiscantis, Castr. *cons.* 209. *Circa primum, lib.* 2. *per totum*, ubi, quod si tenetur aliis satisfacere; ergo & sibi. † Rationem declarationis affert idem Castr. *cons.* 390. *Licet illi, lib.* 2. quia licet creditores contrahentes, & habentes obligata bona omnia debitoris, contraxerint respectu patrimonii debitoris, quod est obligatum; tamen ordine successivo intelligitur, ut primo bona loci obligationis, & si non sufficiunt, in subsidium, bona alicni territorii sint obligata, & hæc ratio omnibus prædictis applicatur. † Amplia; quia restituit dotes uxori delinquentis, Soc. *cons.* 121. *Præmittenda est, nu.* 26. *ver. postremo clare respondeo, lib.* 4. † Extende; quia fiscus tenetur satisfacere omnibus creditoribus, usque ad vires bonorum confiscatorum. *l. non possunt. ff. de jure fisci.* Vide sup. *n.* 2. *& seq.* † Extende; quia tenetur judex in causis creditorum procedere summarie, & sine dilatione. Salyc. *in l. si quis. num.* 1. *C. de bon. proscr.* Clar. *d. §. fi. q.* 78. *n.* 28. *in fi. ver. sed quæro.* † Amplia; quia imo fiscus si habuit bona confiscata banniti propter homicidium, non inconvenit, quod mater occisi, in solatium amissi filii consequatur aliquam quantitatem pecuniarum ex bonis homicidæ; *auth. de mand. prin. §. deinde competens est.* de quo late per Grammat. *Voto ult. num.* 10. & est tex. *in auth. ut jud. sine quoquo suffrag. §. illud.* † Amplia; quia fiscus tenetur ad legitimam filiorum in bonis confiscatis, quæ est medietas loco tertiæ ex liberalitate principis: si vero sunt tres filii, est tota hæreditas de medietate; est tex. *in l. fin. C. de bonis proscr.* de tota est tex. *in l. cum ratio, ff. de bon. damnat. §. si plures.* Ruin. *cons.* 8. *n.* 6. *lib.* 5. Joseph. de Ludov. *decis. Perusin.* 11. *n.* 27. *& seq.* ubi testatur, quod opinio Ruini est canonizata in Statu Ecclesiæ in omnibus curiis; communem dicit Farin. *q.* 24. *n.* 34. *& seq.* ubi plures citat, maxime *n.* 37. ponitur ampliatio, allegat Roland. a Valle *cons.* 97. *n.* 32. *lib.* 2. Plot. *inter consilia criminalia, cons.* 130. *n.* 87. Nonium *cons.* 98. *n.* 8. *& cons.* 105. *n.* 12. Bonacoss. *in ver. confiscari nequeunt. tom.* 1. † Extendit ipse, etiam si ex lege, vel statuto particulari omnia bona confiscantur; quia recipit interpretationem passivam statutum, & lex nova; communem Farinac. *d. q.* 24. *n.* 34. licet alleget tenentes contrarium. † Item extendit a die publicationis bonorum; item in filiis adoptatis. † Extende: quia tenetur dotare filias. Bonacoss. *in suis Concluf. crimin. ver. fiscus. tom.* 2. Clarus *d. §. fi. qu.* 78. *n.* 26. † Restringe in filiis post confiscationem conceptis: item in bonis maternis; item in crimine læsæ Majestatis Divinæ, & humanæ; Farina. *d. q.* 24. *num.* 41. *& seq.* † Contrarium, quod confiscatis bonis non reservetur legitima filiis; quia sicuti pater potest alienando titulo oneroso privare filios legitima; ita etiam delinquendo. Card. Zabar. *in Clem.* 2. *de re jud. n.* 15. *in* 7. *quæst.* ubi allegat Genzel. & alios, ubi apostil. dat concord. Cæpol. *cons. crim.* 17. *n.* 41. *ver. circa quartum.* Angel. Aret. *Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. §. interdum*, & hanc communem dicit Mandell. *cons.* 47. *in fi.* † Declara; quia quando confiscatio bonorum fit principaliter, non reservatur legitima filiis; secus si incidenter, & in consequentiam. Castr. *cons.* 171. *col. fin. lib.* 1. Vide Tusch. *Litt. L. verb. Legitimæ an debeatur filiis, si bona patris confiscantur. Concl.* 189. † Declara, quod non reservetur legitima filiis hodie in multis locis, tenet Clar. *in d. §. fi. qu.* 78. *n.* 26. licet dicat communem in contrarium, & postea dicat reservari legitimam, prout debet, secundum filios, & sic de jure communi. Vide Chassan. *in consuet. Burgund. fol.* 88. *n.* 6. *& seq.* ubi, quod non reservatur, vel si reservatur, prout de jure communi, debet reservari, & quod sit legitima secundum jus commune, communem dicit Rol. a Valle *cons.* 97. *nu.* 29. *lib.* 2. † Restringe in confiscatione bonorum maternorum; quia non reservatur legitima, neque secundum privilegium liberalitatis principis. Clar. *in praxi crim. §. fi. q.* 78. *n.* 26. *in fi.* ubi dicit communem, & allegat *l. de bonis matris, C. de bonis proscr.* Jas. *Instit. de actio. in §. actiones. n.* 66. *& seq.* ubi dicit communem. Vide plene sup. §. VIII. *Confiscatio generalis, seu universalis quæ bona comprehendat, vel non.* ¶

CONFRATERNITAS.

Praxis Confraternitatum; & earundem Erectionis.

Confraternitates Laicorum, aliæ sunt, quæ dicuntur loca pia, Ecclesiæ, & religiosæ; nempe, quæ fuerunt erectæ Episcopi auctoritate. Joan. Andr. *in c. Joannes, de testam.* ubi Card. Abb. *in cap. fin. eod.* Bal. *in L. id quod pauperibus. Cod. de SS. Eccl.* Lapus *in tr. de port. can.* ubi etiam Perus. *a.* 2. *q.* 2. *principali.* Dec. *conc.* 72. Anchar. *in cap. auditis. de rest. in integr.* quia hanc qualitatem secundum Jus Canonicum, tribuere non possunt privati sine Episcopi authoritate. *cap. ad hæc de relig. dom.* Fusc. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 14. Rot. apud Sperel. *decis.* 155. Riccius *in prax. confrat. p.* 3. *res.* 142. Et gaudent privilegio locorum piorum, & tenentur ad ea, ad quæ tenentur loca pia: sunt enim institutæ pro exercitiis pietatis. Garz. *de benef. p.* 5. *c.* 1. *n.* 605. Gabr. *de pia causa concl.* 1. *DD.* apud Barbos. *de Jur. Eccles. univers. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 81. Aliæ sunt, quæ non dicuntur Ecclesiæ, ac religiosæ; quia erectæ sine consensu, & auctoritate Episcopi, sunt tamen, & dicuntur loca pia, ob opera charitatis, quæ in illis exercentur, & ob quæ sunt institutæ, ad effectum ut gaudeant privilegiis piæ causæ. DD. apud Gabr. *de pia causa concl.* 1. *num.* 5. Barb. *de Jur. Eccles. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 78. Garz. *de benef. p.* 5. *c.* 1. *n.* 606. ubi plures DD. quidquid alii in contrarium dicant; & aliæ sunt mere temporales, de quibus in præsenti nihil ad nos; quæ cum nullo modo pertineant ad Ecclesiam, ideo possunt vendere sua bona sine solennitatibus requisitis in alienatione bonorum Ecclesiasticorum. Barb. *in auth. hoc ejus porrectum. Cod. de Episc. & Cler.* Felin. *in cap.* 2. *de for. comp.* Menoch. *cons.* 635. 1

Porro confraternitates, quæ sunt loca pia, Ecclesiæ, & religiosæ, seu quæ sunt erectæ authoritate Episcopi, non possunt alienare sua bona, non servatis solennitatibus requisitis in alienatione bonorum Ecclesiasticorum. Sperel. *loc. cit.* Menoch. *de recuper. remed.* 15. *a n.* 25. Barbos. *de pot. Episc. alleg.* 75. *n.* 32. Mastril. *decis.* 110. Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæ.* 22. Riccius *in prax. alien. tom.* 1. *p.* 1. *res.* 45. *& p.* 2. *res.* 372. quod defendit tanquam verius etiam in hospitalibus, etiam sine Episcopi auctoritate erectis. Gonzal. *in cap. licet ad ea. n.* 7. *de relig. domib.* ubi Barbatia *in cap. nulli num.* 2. *de reb. Eccles.* Menoch. *de recuper. remed.* 2. *n.* 22. Guttierrez *Canonic. quæst.* 35. *n.* 19. *& 23.* 2

Unde cum Episcopus possit visitare loca pia, imo teneatur, obligabitur etiam Confraternitates ejusmodi visitare, licet non fuerint erectæ auctoritate Ordinarii. Feder. de Senis *cons.* 111. Riccius *in prax. Confrat. p.* 3. *res.* 142. ut declaravit S. Congr. sæpius apud Riccium *loc. cit. res.* 147. ut videre possit, quomodo dicta opera pia exerceantur, legata pia illis relicta distribuantur &c. ex quo enim ad aliquod pium opus instituta sint, intrat Concil. Trid. *sess.* 22. *cap.* 8. *de reform.* & sic subsunt curæ Episcopi. Pax Jord. *de re benef. lib.* 7. *tit.* 11. *num.* 1. Garz. *l. sup. cit.* Barbos. *uti supra, & de pot. Episc. alleg.* 75. *n.* 27. Gonzal. *in cap. licet ad ea, de relig. domib. n.* 6. *& 7.* apud quos alii. Rot. *decis.* 278. *p.* 11. *rec. n.* 6. §

Et cum de legatis piis, & ad causas pias, seu piis locis relictis, falcidia non possit detrahi. Tusch. *lit. F. concl.* 38. Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 18. *n.* 3. Mangil. *de imput. qu.* 118. Fachin. *contr. Jur. lib.* 13. *cap.* 63. Ciarlin. *contr. for. lib.* 2. *cap.* 140. *per totum.* quia privilegiatus in specie utitur privilegio contra pariter privilegiatum in genere: tum quia falcidia fuit introducta ad invitandum hæredem ad adeundum hæreditatem: sed legata ad pias causas valent etiam hæreditate non adita. Tiraquel. *de privil. piæ caus. privil.* 26. Peregr. *de fidei. com. art.* 4. *num.* 31. Maresc. *lib.* 2. *var. res. cap.* 72. *n.* 11. Marta *de succes. legal. p.* 4. *q.* 28. *act.* 2. *num.* 18. 4

Monet.

Monet. *de mutat. ult. vol. cap. 9.* Bonac. *de controv. disp. 3. quæst. ult.* Ciarlin. *cap. 139. num. 18.* licet legatum fuisset relictum piæ causæ tantum mediate. Peregr. *loc. cit. a. 3.* ideo tale legatum, si fuerit relictum ejusmodi Confraternitati, non poterit falcidiari. Riccius *in prax. l. c.* Castr. *cons. 167.* Socin. *cons. 82.* Bal. *in auth. similiter. Cod. ad L. falcid. & in L. si quis ad declin. Cod. de Episc. & Cler.* Castr. *cons. 179.* Decius *cons. 72.* Paris. *cons. 34. vol. 4.* nam relicta hujusmodi confraternitatibus, censentur relicta pro anima. Corn. *cons. 308. vol. 3.* relictum vero pro anima, dicitur relictum ad pias causas. *gl. in cap. 2. de sepult.* Bal. *in L. 1. Cod. de SS. Eccles.* ubi Castr. *& in L. si quis Titio.* ubi Imol. *ff. de leg. 2. & in cap. priore, de appell.* Card. *in cap. tua, de testam.* Dian. *p. 7. tr. 6. res. 29.* vide etiam Bonac. *de contr. disp. 3. q. 17. p. 8. §. 2.*

5 Ex dictis sequitur præterea, de ejusmodi legatis Episcopis competere Canonicam portionem. *gl. in cap. officiis, & c. requisita de testam.* Tusch. *litt. C. concl. 21.* Riccius *in prax. res.* 335. Gabriel. *de pia causa lib. 6. concl. 1. sub n. 12. verb. contrarium.* vide Barbos. *de pot. Episc. alleg. 75. n. 43. seqq.*

6 Et licet voluntas captatoria regulariter non valeat, eo quod ultima voluntas non possit pendere ab alieno arbitrio. *L. illa institutio. ff. de hæred. inst.* licet secus sit in contractu, tamen favore Confraternitatis, cui legatum fuit relictum, cum sit pia causa, valet, & sustinetur. Clar. *in §. testamentum q. 6. n. 5.* ubi DD. Bart, *in L. captatoriæ. ff. de leg. 1.* ubi Castr. Bal. *in in L. 1. Cod. de SS. Eccles. & cons. 302.* Abb. *cons. 32.* Gabr. *de pia caus. lib. 6. concl. 3.*

7 Sequitur ulterius ex conclusione jacta, Confraternitates Laicorum gaudere privilegio fori, licet non fuerint erectæ auctoritate Episcopi, dummodo tamen in iisdem exerceantur opera pietatis ut supra. Dian. *p. 4. tr. 1. res. 37.* Novar. *de elect. for. sect. 2. qu. 56.* Peregr. *de imm. Eccl. cap. 4.* contra Riccium *in prax. Confrater. p. 3. res. 145.* id tantum affirmantem, quando Confraternitates Laicorum habent hospitalia cum campanilibus, & campanis, & ibi celebrantur Missæ: licet contrarium sensisse videatur eod. *loc. cit. res.* 142.

8 Et juxta sententiam communiorem paulo supra allatam, quod ejusmodi Confraternitates gaudeant privilegio fori, deducitur, quod si inter Confraternitates oriatur lis, respiciens actus spirituales, veluti circa modum incedendi in processionibus, deferendi habitum, & similia, ad Judicem Ecclesiasticum spectet ejusdem decisio, & nullatenus ad Laicum, cum Laici rerum spiritualium sint incapaces. *cap. indicante, de præscr. cap. de cætero, de Judic. cap. fin. de reb. Eccles. non alien.* Guidop. *decis. 238.* Mart. *de Jurisd. p. 4. cap. 113.* qui allegat Concil Trid. *sess. 25. cap. 13.* & constitutionem Gregor. XIII. ubi præscribitur modus componendi ejusmodi controversias per Episcopos. Bal. *cons. 16.* Alex. *cons. 13.* Gratian. *decis. 232. n. 3.* Si vero agatur de controversiis rerum mere temporalium inter ipsos confratres, earum cognitio Judicibus sæcularibus erit relinquenda. Grat. *d. decis. 232. n. 3.* Ann. *sing. 90.* Si enim Confraternitates authoritate Episcopi erectæ considerentur secundum corpus totum, sunt piæ, adeoque conveniri non possunt, nisi coram Judice Ecclesiastico, quod idem etiam volunt Authores, si considerentur tantum res, quæ pertinent ad Confraternitatem, ut totum, vel ut est corpus fictum, & morale: secus si considerentur secundum eorum personas, vel res earum, uti singularum, vel uti tales personæ sunt, quæ utpote Laicæ, subsunt suo Judici. vide Barbos. *de Jur. Eccles. lib. 2. c. 10. n. 83.*

9 Quær. an hujusmodi Confraternitates possint cogi ad interessendum processionibus? Resp. posse tantummodo invitari, non cogi, uti declaravit Sac. Congreg. apud Quarant. *in verb. præcedentia, vers. circa Confraternitates.* & apud Riccium *in prax. Confraternitatum. p. 3. res. 146.* & contra has non procedit dispositio Concil. Trid. *sess. 25. cap. 13.* quod tantum loquitur de Clericis sæcularibus, & Regularibus, atque Monachis. Antonell. *de regim. Eccles. lib. 1. cap. 3. §. 8.* Gratian. *d. decis. 232. n. 6.*

10 Quær. secundo; an Confraternitates possint comitari funus? Resp. non posse, nisi specialiter, & nominatim vocentur; & tunc non posse erigere Crucem, nisi speciale habeant privilegium. Barbos. *de Jur. Eccl. univers. lib. 2. cap. 10. num. 61.* quo casu tamen debent convenire in Parochiali. Idem *loc. cit.*

11 Cum autem post Decretum Clem. VIII. quod incipit „ *quæcumque a Sede Apostolica* „ quod affert Quarant. *in Summ. Bullar. verb. Confraternitates.* & Sac. Congr. apud Barbos. *loc. cit. c. 10.* & Pac. Jord. *lib. 7. tit. 11. num. 3. de re benef.* Confraternitates non sint erigendæ, nisi de consensu Ordinarii, qui Confraternitatum statuta examinare, approbare, vel corrigere potest, ideo ad praxin descendendo, methodum erectionis Confraternitatum breviter explicare, nec non ejusdem formam exhibere placet. Et de erectione, quæ fit Romæ, vel a Regularibus, vide Bullarium cit. sic ergo

12 Vel erectio confraternitatis fit de novo, vel fit per aggregationem alteri Archi-Confraternitati: si fit de novo, debet erigi de consensu Ordinarii loci, unica tantum pro quolibet loco ejusdem instituti, & cum litteris testimonialibus, quibus confraternitatis, seu Congregationis erigendæ, & instituendæ, pietas, & Christianæ charitatis officia, quæ exercere cupit, apud eos commendentur. Si vero erectio fit per aggregationem Archi-Confraternitati, hæc Archi-Confraternitas unam tantum in quolibet loco sibi aggregare potest, similiter cum consensu Ordinarii loci, & cum ejus litteris testimonialibus, quibus, ejusdem Confraternitatis, & Congregationis aggregandæ institutum, pietas, & Christianæ Charitatis officia, quæ exercere consuevit, commendentur. Et in utroque casu statuta Confraternitatis erigendæ, debent ab Episcopo examinari, & approbari, ejusque decretis, moderationi, & correctioni in omnibus semper subjecta remanere. vide Jordan. *loc. cit.* Insuper earum privilegia, indulgentiæ, facultates, aliæque spirituales gratiæ, & indulta recognosci debent ab Ordinariis locorum, qui adhibitis duobus de Capitulo, juxta Concil. Trid. *sess. 21. cap. 9. de reform.* promulganda decernat, & debitis temporibus promulgare valeat.

13 In erectione vero debent confratres aliqui nomine præfatæ Confraternitatis, cum ejusdem procuratorio, seu Syndicatu, juramentum præstare Ordinario, de præstanda perpetua obedientia Reverendissimis pro tempore extituris Ordinariis in spirituali regimine, juxta constitutionem Clem. VIII. supra citatam.

14 Postmodum ab Ordinario fit erectio, litteræ patentes in forma, ut infra, expediuntur, quibus subinseruntur Capitula, seu statuta, ad quæ se obligant ipsi Confratres, & earundem exemplar, in forma authentica, in actis Cancellariæ registratur, licet alicubi male observetur, etiam in præjudicium Ordinariorum, ob quem defectum sæpe subterfugiunt visitationes, vel se prætendunt exemptas, nec Ordinarii habent modum ullum illas convincendi, seu contra illas probandi. Tandem præservantur in litteris Jura Parochialia.

Forma Erectionis Confraternitatum.

NOs &c. Cum, sicut accepimus, quamplures pii, utriusque sexus fideles, ex loco N. hujus N. Diœcesis, pia, & sincera devotione ducti, unam utriusque sexus Christi fidelium Confraternitatem, sub invocatione S. N. ad DEI omnipotentis laudem, & honorem, ac animarum salutem, in Ecclesia S. N. loci prædicti sub S. Sedis Apostolicæ Beneplacito, subque infra scriptis capitulis, de præsenti institui curent, & desiderent; cujus Confraternitatis, ac confratrum de tempore existentium, præcipuum erit institutum in ipsa Ecclesia S. N. certis diebus *(poterunt specificari)* convenire; orationes, officia, & alia pietatis opera pro viribus exercere, specialemque curam habere, ut cultus divinus in dicta Ecclesia augeatur. Nos pium, rectumque eorundem Christi fidelium animum, & voluntatem in tam laudabili proposito, quantum in nobis est, confovere, & adjuvare volentes (accedentibus præcipue Confratrum præfatorum desuper precibus) prædictam Confraternitatem sub eadem denominatione S. N. in prædicta Ecclesia S. N. institutam, regendamque, & gubernandam ad munera prædicta & alia charitatis, ac pietatis officia exercenda, ordinaria nostra auctoritate, qua fungimur, tenore præsentium erigimus,

mus, & inſtituimus, eamque Confraternitatem ſub denominatione S. N. denominari volumus: Inſuper ipſis Confratribus, præſentibus, & futuris, ut habitum, quem Confratres conſimiles geſtare ſolent, induere, ac illo in Eccleſiis, proceſſionibus, conventibus, & congregationibus, cæteriſque actibus publicis, & privatis, uti libere, & licite poſſint, ac valeant, licentiam damus, concedimus, & impertimur per præſentes: Et hoc attento, quod dicti Confratres, nomine Confraternitatis præfatæ, per procuratorem ad hoc ſpecialiter conſtitutum, prout ex inſtrumento per N. anno, die, menſe &c. rogato, & in actis officii noſtri, ſeu cancellariæ noſtræ regiſtrato, & in manibus noſtris de præſtanda obedientia Reverendiſſimis pro tempore exiſtentibus Epiſcopis in ſpirituali regimine, juxta conſtitutionem fel. rec. Clem. Papæ VIII. incipientem „ *quæcumque a Sede Apoſtolica* „ ſub dat. Romæ anno 1604. Septima Septembris editam, juramentum præſtiterunt. Approbantes etiam eadem Capitula a prædictis Confratribus concepta, & inferius deſcripta, quæ obſervari volumus, ac mandamus; ſalvis tamen Juribus Parochialibus, ac reſervata eorundem Capitulorum moderatione, toties, quoties opus fuerit &c. etiam erigenda, vel conſtituenda impoſterum. (*Dein ſequuntur Capitula*) In quorum &c.

Et quatenus Confraternitas erigenda aggregaretur alicui Archi-Confraternitati, in litteris id erit exprimendum, & poſtmodum cui Archi-Confraternitati uniatur, vel aggregetur: & propterea in litteris poterunt addi illa verba „ *Archi-Confraternitati tali ſub invocatione S. N. in Eccleſia S. N. loci N. unitam, annexam, & aggregatam, atque incorporatam &c.*

15 Et quamvis Epiſcopus ejuſmodi confraternitates viſitare poſſit, id tamen non procedit, cum ſunt ſub Regum immediata protectione: dicuntur autem eſſe ſub illa, quæ expreſſe ſub tali protectione reperiuntur, ſeu quæ ita a primæva erectione fundatæ ſunt, & tali privilegio ſpecialiter munitæ; non autem omnia loca pia, quæ ſunt in Regum ditionibus. Sacr. Congreg. apud Leon. *in theſaur. for. Eccleſ. part.* 4. *cap.* 2. *num.* 97. Riccius *in prax. p.* 4. *reſ.* 162. Barb. *allegat.* 75. *num.* 16. Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 3. §. 5.

16 Sic Epiſcopus viſitare poteſt confraternitates etiam illas, quæ reperiuntur in Eccleſiis Regularium etiam exemptorum S. Congreg. Epiſc. 17. *Julii* 1615. *& in Caputaq.* 27. *Junii* 1609. Barboſ. *in Summ. Bullar. verb. Viſitatio* 2. *in princ. & verb. Confraternitas. poſt princ.* apud Pac. Jordan. *lib.* 7. *tit.* 11. *n.* 39. quod *n.* 41. ampliat etiam quoad ſacella & Altaria ipſarum Confraternitatum intra dictas Eccleſias, circa ea tamen tantum quæ ſpectant ad dictas confraternitates.

17 Porro confraternitates in dubio Laicales, & profanæ præſumuntur; quia eſſe Eccleſiaſticum, & ſub Juriſdictione Epiſcopi non ineſt a natura rei. Ita Anſald. *de Juriſd. p.* 2. *tit.* 11. *cap.* 14. *num.* 10. apud Pignatel. *tom.* 6. *conſ.* 18. *n.* 65. ubi Rot.

18 Confraternitas, ſive ſit Eccleſiaſtica, ſive non, ut vigore pacti non transferendi emphyteuſin in loca pia, univerſitates &c. excludatur a dicta emphyteuſi, ſufficit, quod ſit univerſitas, quæ ſive ſit Eccleſiaſtica, ſive Laicalis, ſemper durat, vel certe non ita facile diſrumpitur, & ſic ceſſat domino directi ſpes laudemii &c. quæ eſt ratio prohibitionis. Rot. *deciſ.* 26. *p.* 17. *rec. num.* 7. ubi Pariſ. *conſ.* 27. *num.* 10. *lib.* 1. Cald. *de Jur emphyt. tit. de renovat. q.* 19. *num.* 19. *lib.* 1. & Rot. *deciſ.* 603. *p.* 1. *rec. num.* 3.

19 Confraternitas illa dignior reputatur, quæ Clero proximior incidit; quia locus dignior habetur, qui digniori vicinior eſt. Rot. *deciſ.* 320. *num.* 25. *&* 26. *p.* 11. *rec. ad tex. in L.* 1. *C. præpoſ. labor. lib.* 12. *cap. perlectis. diſt.* 22. Chaſſan. *in Catal. glor. mund. p.* 4. *conſid.* 75. *verſ. mihi tamen.* Cyriac. *contr.* 201. *n.* 154. & circa præcedentias eſt regula, quod jus commune digniorem locum tribuit antiquiori. *cap. ſtatuimus.* ubi gloſſ. *verb. novi diſt.* 61. *L.* 1. *C. de Conſul. lib.* 12. *L. fin. Cod. Tyronib. eod. lib.* Rot. *loc. cit.* ubi plura de præcedentia, & quomodo illius poſſeſſio probetur.

20 Plura de Confraternitatibus, & quid eiſdem, ſeu illarum Capellanis liceat, vel non, vide apud Pignatel. *tom.* 6. *conſult.* 68. *per tot.* ubi plurimæ declarationes Sacr. Congreg. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. d. lib.* 2. *cap.* 11. *& de pot. Epiſ. alleg.* 75. Pac. Jord. *lib.* 7. *tit.* 11. ubi de modo & inſtructione illas viſitandi. Gavant. *in manual. verb. Confraternitates.* Garz. *de benef. p.* 5. *cap.* 1. *a num.* 604. ubi de illarum Jurepatronatus, an & quando ſit Eccleſiaſticum, vel non, & de aliis, ad quos te remittimus.

CONJUGES.

Praxis Conjugum.

Conjuges, lite a tertio intentata ſuper valore matri- 1
monii, illaque pendente, non ſunt ſuperandi; quia thorus eſt in poſſeſſione. Rot. apud Rub. *deciſ.* 493. *p.* 5. *rec. tom.* 2. ubi Franc. *deciſ.* 130. *num.* 4. *&* 7. Abb. *in cap.* 2. *ſub num.* 4. *qui fil. ſint legit.* & eſt tex. *in cap.* 2. *ut lit. pend.* Sanchez *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 41. *num.* 50. *&* *lib.* 7. *diſp.* 2. *num.* 15. *verſ. quod ſi opponas.* & alii.

Et ob dubium impedimenti dirimentis ſuperveniens, 2
non poſſunt ſe propria auctoritate ſeparare maxime ob impotentiam, ſed uti debent privilegio Juris. *in cap. laudabilis, de frigid. & malef.* Gobat. *de imped. matr. caſ.* 17. *num.* 428. & expectanda eſt ſententia Judicis Eccleſiaſtici: nam conjugum cohabitatio, lege naturali, & divina fulcitur. Sanch. *de matrim. num. lib.* 9. *diſp.* 4. Sperel. *deciſ.* 138.

Multo minus poteſt maritus propria auctoritate ex- 3
pellere uxorem ob dotem non ſolutam. Covar. *in* 4. *decret. part.* 2. *cap.* 7. *in princip. num.* 2. ubi quod nec poſſit judicis auctoritate. Surd. *de alim. tit.* 7. *qu.* 17. *a nu.* 20. Bal. novel. *de tot. p.* 6. *privil.* 43. Grat. *diſc. for. cap.* 65. *num.* 24. & alii apud Sperel. *deciſ.* 138. *num.* 10. ubi de veriori, quia non poteſt maritus ſibi ipſi Jus dicere. *L. ne quis in ſua cauſa; & cap. cum veniſſent, de Jud.* Imo neque ob parentelam, vel adulterium, niſi eſſet adeo notorium, ut nulla tergiverſatione poſſet celari, aliter poteſt cogi ad illam recipiendam, ut ſuæ poſſeſſioni reſtituatur. *cap. ex tranſmiſſa, de reſt. ſpol. cap. porro*, ubi DD. *de divort.* Fachin. *lib.* 3. *controv. Jur. cap.* 48. Covarr. *loc. cit.* §. 5. *numer.* 12. ubi DD. Sperel. *loc. cit. numer.* 12. *ſeqq.* ubi late de hac materia divortii, & illius reſtitutione; quidquid ſit in foro interno. Imo tenetur illam alere, & ſubminiſtrare litis expenſas, licet ob adulterium domo ejecerit; ſecus ſi illa ob ſuum adulterium aufugit. Sanchez *de matrim. lib.* 10. *diſp.* 8. *num.* 28. Farin. *de delict. carn. cap.* 143. Idem dic ſi aufugit ob ſuam levitatem. Rot. apud Merlin. *deciſ.* 7. & alii apud Sperel. *deciſ.* 138. *a num.* 22. quod etiam procedit, cum uxor repetit dotem, ob vergentiam mariti ad inopiam. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 118. Eccleſ. *obſ. for.* 10. *num.* 4. Idem, quando matrimonium accuſatur, & prætenditur irritum. Covar. *pract. quæſt. cap.* 6. Surd. *loc. cit.* Eccleſ. *uti ſupra num.* 5. & generaliter uxori ex quacumque cauſa cum marito litiganti, debentur alimenta, & litis expenſæ. Sperel. *loc. cit.* Guidop. *dec.* 430. dummodo ſaltem ſummarie conſtet de uxoris paupertate, & de mariti divitiis, ac de fumo boni juris alimentandi. Rot. poſt Pajatel. *deciſ.* 15. *numer.* 7. Menoch. *de præſ. lib.* 1. *præſ.* 35. Et licet ſe ſeparans non ſit excommunicatus ipſo Jure, tamen prævia trina monitione eſt excommunicandus. Sperel. *dec.* 138. *n.* 7. *&* 8.

Conjux ſciens nullitatem matrimonii, non poteſt 4
reddere debitum conjugi ignoranti, etiam ob periculum vitæ, vel honoris; quia fornicatio nullo caſu eſt licita. *cap. inquiſitioni* 44. *de ſent. excom.* Bonac. *de matr. quæſt.* 4. *pun.* 4. Sanch. *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 39. & vera DD. ſententia apud Dian. *p.* 4. *tr.* 4. *reſ.* 48. contra Magiſtr. Ugon. Victor. Hoſtienſ. & alios; & impeditus petere debitum ob impedimentum ſuperveniens, non poteſt illud petere, licet ſit in proximo periculo carnis. Dian. *p.* 9. *tr.* 8. *reſ.* 33.

Conjuges contrahentes ficte matrimonium, iterum 5
vere, & ex animo contrahere tenentur. Pont. *de matrim. lib.* 2. *cap.* 5. Dian. *p.* 3. *tract.* 4. *reſ.* 247. contrarium

trarium tenet Sanch. *de matr. lib.* 1. *disp.* 11. Layman. *lib.* 5. *moral. tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 6. *num.* 1. maxime si decepta se simulavit virginem, & ex tali matrimonio sequerentur gravia scandala. &c.

6 Conjux infidelis, qui fidelem sequi non vult, non potest sibi novum conjugem eligere. Pont. *de matrim. lib.* 7. *cap.* 48. & probatur *ex cap. si infidelis.* 8. *q.* 2. contrarium tenet Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disput.* 77. quod nullo Jure id caveatur: non humano, quia Ecclesia non habet Jurisdictionem in infideles, neque Jus sæculare id cavens adest, neque divino; quia hoc tantum prohibet polygamiam, talis vero non est polygamus; quia prius matrimonium est nullum. vide Dian. *p.* 3. *tract.* 4. *res.* 263. *&* *p.* 9. *tract.* 7. *res.* 48. contrarium tenet Pont. *de matr. lib.* 7. *c.* 48. ex S. Thom. *in* 4. *sent. dist.* 37. *quæst.* 2. *act.* 5. apud Dianam *l. c.*

7 Conjux infidelis post Baptismum volens contrahere matrimonium cum fideli, tenetur requirere conjugem infidelem, an velit cohabitare sine injuria Salvatoris, & illo renuente, potest contrahere, nisi infidelis esset ita remotus, ut difficulter ab illo possit haberi responsio, tunc enim requirere non tenetur. Ita Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 74. Riccius *in prax. p.* 1. *res.* 241. Dian. *p.* 3. *tract.* 5. *res.* 264. Pontius vero in tali casu, quod infidelis sit ita remotus, ut difficulter possit haberi responsio, vult, requiri dispensationem Pontificiam; & cum Pont. Rebell. & alii apud Dian. *loc. cit.*

8 Conjux innocens post sententiam divortii ob adulterium alterius concessi, & ipse adulterans tenetur, & cogi potest conjugi suo nocenti reconciliari; quia sententia tantum declarat innocentis jus, dum innocens est, quod proinde cessat, si & innocens fiat nocens. Dian. *p.* 9. *tract.* 8. *res.* 39. apud quem Perez *de matrim. disp.* 56. *sect.* 3. *num.* 5. Præpos. *in* 3. *part. qu.* 5. *de indis. matrim. dub.* 12. *num.* 101. Hurtad. *disp.* 11. *diffic.* 3. *num.* 11. Coninch. *disp.* 35. *dub.* 2. *num.* 13. late Pontius *de matrim. lib.* 9. *c.* 20. *n.* 3. *&* 6.

9 Conjux intra bimestre cognitus per vim, potest ingredi Religionem. Sanch. *de matr. lib.* 2. *disput.* 22. ne innocens patiatur damnum ob culpam nocentis.

10 Conjux tenetur denunciare conjugem hæreticum. Dian. *p.* 1. *tr.* 4. *res.* 5. Sanctarel. *de hæres. c.* 9. Suar. *de fid. disp.* 20. *sect.* 4. Farin. *de hæres. q.* 197.

11 Conjux non tenetur reddere debitum laboranti morbo gallico, si probabiliter timeat infectionem. Sanch. *de matrim. lib.* 9. *disp.* 24. idem dic de laborante lepra. Sperel. *decis.* 81. *&* 140.

12 Conjuges possunt simul emere a tertio, & tunc dicuntur sibi stipulari pro rata. Osasch. *decis.* 44. Gail. *lib.* 2. *obs.* 126. Magon. *decis.* 77. Costa *de rat. ratæ. quæst.* 42. *n.* 5. valet etiam venditio inter conjuges, si non est facta ad palliandam donationem. Rot. apud Rub. *decis.* 529. *part.* 5. *rec. tom.* 2. *per tot.*

13 Conjux dubitans de morte sui conjugis, an & quando possit transire ad secunda vota, vide infra in verbo *mors*. plura etiam vide in verbo *Maritus*. *Uxor.*

CONSANGUINEUS.

Praxis Consanguineorum.

1 Consanguineus admittitur ad fideicommissum, si probavit in genere, se esse consanguineum, licet non probaverit gradum. Peregr. *de fideicom. art.* 43. *a n.* 65. Ciarl. *contr. for. cap.* 23. *num.* 15. apud quos Dec. *cons.* 516. *num.* 16. *vers. de substitutione*. Paris. *cons.* 37. *num.* 24. *lib.* 2. Cæphal. *cons.* 137. *num.* 38. Calcan. *cons.* 8. *columna* 2. & alii; quod tamen procedit, quando natura fideicommissi non terminaretur intra certos gradus consanguinitatis, sed ex ordinatione testatoris protraheretur in infinitum. DD. *cit.* ubi etiam quomodo probetur consanguinitas. Sed probans de certo gradu consanguinitatis præfertur illi, qui probat consanguinitatem tantum in genere. Tiraq. *de retr.* §. 11. *gl.* 1. *num.* 5. Menoch. *de arbitr. cas.* 48. *n.* 28. Mascard. *de prob. concl.* 410. Ciarlin. *loc. cit. nu.* 44. Et petens hæreditatem tanquam proximior hæres debet probare se esse proximiorem, secundum communiorem, & veriorem apud Fachin. *lib.* 6. *contr. Jur. cap.* 43. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 6. *num.* 6. Mascard. *de prob. concl.* 1245. quamvis ipse Covarruv. teneat cum Cuma. *in L. is potest. & in L. sed si de sua. ff. de acquir. hæred.* & ibid. Alex. *num.* 15. Jas. *n.* 83. Roman. *in L. hæres institutus. in fin. eod.* quod quando petens hæreditatem probat, se esse consanguineum defuncti in certo consanguinitatis gradu, non teneatur probare, se esse proximiorem, sed sufficit, si asseveret, nullum alium adesse proximiorem se ipso. Prior sententia ergo solum vera erit, quando constat, quod alii consanguinei proximiores adfuerint, & modo non constat, ubi sint: tunc enim hæreditatem petens, qua proximior probare deberet, aut renunciationem, aut mortem proximiorum illorum, qui semel adfuerunt.

Consanguineus hæres alienantis feudum antiquum, 2
illud revocare non potest, si non confecit inventarium, sive feudum sit hæreditarium, sive ex pacto, & providentia; quia hæres tenetur præstare factum defuncti. Fachin. *lib.* 7. *controv. Jur. cap.* 13. & si fecit inventarium, revocare non potest, quatenus vires hæreditariæ se extendunt: nam ex qua persona quis lucrum sentit, ejus factum præstare debet. *L. ex qua persona ff. de Reg. Jur.*

Consanguinei sponsi, vel sponsæ, cum agitur de di- 3
rimendo matrimonio, sunt idonei testes; quia præsumuntur magis informati, ac ideo magis probant, quam alii. tex. est *in cap.* 3. *qui matrim. accus. poss.* & ibi glos. & Gonzal. *lib.* 4. *decret. in cit. cap.* 3. P. Pirhing. *d. tit. a n.* 2. *seqq.* qualiter vero deponere debeant, vide tex. & DD. *in cap. licet ex quadam, de testib.*

Consanguinei in feudis, secundum aliquos apud Fa- 4
chin. *lib.* 7. *contr. Jur. cap.* 27. succedunt in feudis tantum usque ad septimum gradum; at secundum communiorem succedunt in infinitum. Ita Curt. jun. *de feud. p.* 2. *tertiæ partis principalis*. Clar. *in* §. *feudum. q.* 79. *n.* 3. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 5. *num.* 4. & alii quos sequitur Fachin. *loc. cit.*

Consanguinei, vel affines contrahentes scienter ma- 5
trimonium inter gradus a Jure prohibitos, incidunt ipso jure in excommunicationem. text. *in Clem.* 1. *de consanguin. & affin.* ubi gl. an vero id procedat etiam in consanguineis contrahentibus sponsalia de futuro cum copula? affirmat glos. *in d. Clem.* 1. *verb. contrahere*. Riccius *in prax. affinit. p.* 3. *res.* 1. & citat Covar. *de sponsal. cap.* 6. *p.* 2. §. 8. *num.* 20. Sed male, quia ibi id non dicit; citat etiam Clar. *in* §. *incestus num.* 7. sed & ille loquitur tantum de matrimonio consummato carnali copula, excipitque sponsalia, quare distinguendum est cum Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 48. *num.* 7. primam sententiam procedere de jure antiquo, quando sponsalia de futuro per subsequentem copulam transibant in matrimonium, secus de Jure novo Tridentini *sess.* 24. *de matr. cap.* 1. quia *d. Clem. un.* non punit copulam incestuosam, sed solum matrimonii contractum; sponsalia autem de futuro de jure novo Tridentini semper manent intra sponsalium limites, non obstante quacumque copula subsecuta, donec præstetur consensus coram Parocho &c. de præsenti. Ita Sanchez *loc. cit.* apud quem Navar. *sum. Lat. cap.* 27. *num.* 141. Graffis *cap.* 24. *num.* 15. *in* 1. *p. decis. lib.* 4. Ledesm. *de matr. quæst.* 55. *art.* 9. *dub.* 1. *ad solut.* 7. *argumenti*. Ex quibus infertur primo contra Clar. *loc. cit.* hanc pœnam incurrere contrahentes matrimonium in gradu consanguinitatis prohibito, licet matrimonium non sit consummatum; quia, ut dictum, Clementina non punit incestum, sed contractum. glos. *ibid. verbo contrahere*. Imol. *ibid. num.* 9. Angel. *verb. excom.* 7. *cas.* 41. *n.* 4. Ledesm. *loc. cit.* & alii apud Sanch. *loc. cit.* Infertur secundo, hanc pœnam non incurrere contrahentes clandestine sine Parocho, & testibus. Sanch. *l. c. n.* 8. Infertur tertio, prædicta tantum procedere in gradibus cognationis carnalis, non vero spiritualis, aut legalis. glos. *in d. Clem.* 1. *verb. eos qui.* alias limitationes vide apud Sanchez *l. c.*

Consanguinitas, seu illius gradus probatur per solam 6
confessionem partium impetrantium dispensationem, DD. apud Riccium *in prax. causar. dispens. matr. res.* 533. *in p.* 4. *impress. Venet.* moti authoritate textus in *L.* 1. *C. de confess. L. generaliter. Cod. de non numer. pecun.* sed contrarium est verius apud Riccium *l. cit.* & Pyr. Corrad. *in prax. disp. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 20. *&* 21. & servatur in Curia Neapol. teste Genuen. *in prax. d. Curiæ cap.* 20. *num.* 12. *impress. Venet.* hinc executor litterarum debebit desuper examinare testes, de quibus tetigimus supra *num.* 3. ob clausulam *te diligenter informes*

&c.

&c. sed quod ad dirimendum matrimonium probetur per confessionem partium, seu conjugum, testatur in Rot. fuisse decisum Veral. *decis.* 206. *p.* 2. apud Riccium *loc. cit.* quod forsan procedere posset, si partes cum juramento confiteantur de certo consanguinitatis gradu, & insuper de tali consanguinitate sit publica fama, quæ pro uno teste habetur; ut est tex. *in cap. si duo vel tres.* 35. *q.* 6. ubi glos. *in verb. sicut & in verb. confessi.* ubi, quod id procedat, etiamsi unus tantum conjugum confiteatur, dixi in consanguinitate: nam in affinitate ob copulam illicitam cum consanguinea alterutrius conjugis, aliud est dicendum; nam illa non probatur partium confessione, etiamsi ambæ partes confiteantur, etiam concurrente fama, ut est tex. *in cap. de illo, & in cap. super eo, de eo, qui cognov. consangu. uxor. suæ, vel sponsæ.* & ibi glos. *verb. confessionem.* imo tunc nec testes familiares admittuntur, ut per glos. *in d. cap. si duo vel tres. verbo sicut est fama, circa fin.* Rot. *decis.* 264. *n.* 44. *p.* 5. *rec. tom.* 1. Gonzal. *in d. cap. super eo.* nisi egeretur de matrimonio impediendo; tunc enim & testes familiares, & partium confessio sufficeret, & etiam testis unicus. glos. *in d. cap. super eo.* P. Pirhing. *lib.* 4. *decret. tit.* 13. §. 3. *n.* 15. *seqq.* advertet tamen prudens Judex, an alterutra tantum pars tale delictum illicitæ copulæ malitiose fateatur, ad effectum forsan, ut se liberaret ab obligatione sponsalium contractorum; nam tunc, altera parte v. g. Sponsa contradicente, non esset eidem in foro externo statim credendum in præjudicium innocentis, sed deberet talem copulam probare vel per confessionem alterius complicis, vel per testes, ut supra: ne aperiatur via partes, & sponsalia eludendi &c. sub prætextu, quod confessio partium sufficiat ad matrimonium impediendum.

7 Consanguinitas probatur per verba enunciativa instrumentorum in antiquis plene, in novis præsumptive. Item ex identitate cognominis, & insignium. Cephal. *cons.* 90. Menoch. *lib.* 6. *præs.* 15. *num.* 47. & 48. Ciarl. *contr. for. cap.* 23. *numer.* 24. & 26. Mascard. *de prob. concl.* 794. Peregr. *de fideicom. a.* 43. *n.* 72. & 83. Aym. *de antiquit. p.* 1. §. *ampliatur n.* 12. qui DD. loquuntur in ordine ad legata, & fideicommissa.

8 Consanguinitas ut probetur, debet doceri origo utriusque lineæ ab eodem stipite. Mascard. *de prob. conclus.* 411. Farin. *decis.* 25. Peregr. *de fideicom. art.* 22. *a num.* 36. Grat. *disc. for. cap.* 491. *num.* 19. Maresc. *lib.* 1. *var. res. cap.* 70. Cyriac. *contr.* 281. *num.* 25. Ciarl. *loc. cit.* probatur etiam ex epistolis, in quibus testator vocabat aliquem consanguineum. Mascard. *de prob. concl.* 812. præsumptive tamen. Item per tractatum, & nominationem. DD. *cit.* apud Ciarl. *loc. cit.* tam in petitorio, quam possessorio, tam in præjudicium tractantium, quam aliorum.

9 Consanguinitas in donatione præsumitur causa finalis donationis a consanguineo factæ. vide Ciarl. *cap.* 54. *n.* 14. Grammat. *cons.* 146. *n.* 3. & 4.

CONSERVATOR.

Praxis Conservatorum.

1 Conservator Regularium est Judex delegatus a Papa ad universitatem causarum, qui æquiparatur Ordinario, illis dato ad defendendum contra manifestas injurias judiciali non utentes indagine. Barb. *de off. Episc. alleg.* 106. *n.* 1. Monet. *de conserv. cap.* 1. *n.* 9. & 11. a cujus sententia, tanquam delegati, appellatur ad solum Pontificem. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 7. *cap.* 2. subest Ordinario. Barb. *loc. cit. n.* 37. Pignat. *tom.* 2. *cons.* 24.

2 Conservator datur a solo Papa, etiam contra Laicos, etiam sine negligentia Judicis Laici, & non tantum Regularibus dari potest, sed etiam miserabilibus personis. A cœtu Cardinalium non potest dari Papa vivente, nisi ille esset captus ab hostibus, vel alias inutilis factus. Monet. *loc. cit. cap.* 4. *num.* 15. Neque a Legato etiam de latere. Monet. *num.* 6.

3 Etiam Principes sæculares possunt Ecclesiis, vel Clericis conservatores dare, & ita contra Laicos, & potentes tueri. Monet. *n.* 37. non tamen contra Clericos, vel Ecclesias; quia Laici sunt incapaces Jurisdictionis in illos. Idem. *n.* 42. Covar. *pract. quæst. cap.* 31.

4 Conservator de Jure communi esse non potest nisi Episcopus, Abbas, vel dignitatem Ecclesiasticam habens in Cathedrali. Barb. & Antonel. *loc. cit.* Monet. *c.* 5. Esse non potest Vicarius generalis, quia non habet dignitatem, vel personatum. Abb. *in cap. de multa, de præb.* Barb. Antonel. & Monet. *loc. cit.* Et Regularium non potest esse Regularis, ne fiat Judex in propria causa. Pignatel. *tom.* 1. *cons.* 165. Sacr. Congr. apud Barb. *alleg.* 106. *n.* 15.

Conservator Regularium potest procedere etiam con- 5
tra eorum debitores Laicos. Dian. *p.* 3. *tr.* 1. *res.* 10. quia *in cap. fin. de off. deleg.* conceditur his cognitio de manifestis injuriis, & violentiis; ubi injuria sumitur pro eo, quod est contra jus Regularium, contrarium tamen tenet Antonel. *d. lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 4. Monet. *cap.* 7. *a n.* 97.

Conservator non potest procedere contra Episcopos 6
ad censuras, ob excellentiam status. Concil. Trid. *sess.* 13. *cap.* 6. & *sess.* 24. *cap.* 5. *de reform.* Pignat. *cons.* 165. *tom.* 1. nisi Conservator esset in dignitate Episcopali, in quo sensu intelligi debet tex. *in cap.* 2. *de off. Deleg. in* 6. teste Pignatello *loc. cit. num.* 7.

Conservator de Jure tantum potest procedere contra 7
manifestas injurias, & violentias, quæ judicialem indaginem non requirunt. Barb. & Monet. *loc. cit.* post Concil. Trid. non habet Jurisdictionem in criminalibus, licet mixtis, sed tantum in civilibus, & in iis tantum causis, in quibus Regulares sunt rei, non actores. Antonel. *loc. cit.*

Conservator limites suæ potestatis transgrediens, est 8
per annum suspensus, & ad hanc transgressionem suadentes, sunt excommunicati, nec possunt absolvi, nisi fuerit satisfactum parti læsæ. Limit. si suasio effectu caruit. Barb. Antonel. & Monet. *loc. cit.*

Conservator non habet proprium tribunal, sed debet 9
uti officialibus Curiæ Episcopalis. Concil. Trid. *sess.* 14. *cap.* 5. *de r form.* Pignatel. *tom.* 2. *cons.* 25.

Conservatoris potestas quomodo suspendatur, vel ex- 10
tinguatur, vide Monet. *loc. cit. cap.* 10. puta avocatione causæ, morte Concedentis quoad negotia non cœpta, tam civili, quam naturali. Et quando plures sunt dati conservatores regulariter sicut cum plures sunt Delegati: ut dictum fuit in prax. *Delegati.*

CONSUETUDO.

Praxis Consuetudinis.

Consuetudo rationabilis, & legitime præscripta, suf- 1
ficit ad abrogandam legem. *cap. fin. de consuet.* Dicitur vero rationabilis, quando semota lege, quam evertit, turpitudinem, aut deformitatem non continet. Dian. *p.* 6. *tr.* 5. *res.* 1. late Paul. Rubeus. *in annot. ad decis.* 28. *p.* 3. *rec.* ubi *num.* 12. inter alia, quod consuetudo, ut sit rationabilis, tres comites habere debeat; scilicet: ut religioni conveniat, congruat disciplinæ, & saluti prospiciat, ob egreg. tex. *in can. consuetudo dist.* 1. Rebell. *in tr. de oblig. just. p.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 5. *num.* 4. & Jo. Andr. *in cap. canonum, n.* 26. *de elect.* dicit, quod bonus Judex acutissimi ingenii æstimabit, qualis sit rationabilis consuetudo: cum enim consuetudo sit altera lex, & ambæ pari passu ambulent per nota jura, ideo finis consuetudinis debet esse idem, qui legis, cujus præcipuus est humanas actiones, quantum in se est, ad æternam salutem dirigere. S. Thom. *p.* 2. *q.* 90. *art.* 2. qui finis obtineri non posset, si esset nutritiva peccati, contineret deformitatem &c. vide Rub. *loc. cit. per tot.* hinc

Consuetudo etiam immemorabilis, præjudicans aliquo 2
modo libertati Clericorum, non valet, licet esset mixta, Laicorum, & Clericorum; quia Clerici non possunt præjudicare libertati Ecclesiasticæ, nec tacite, nec expresse. *cap. cum terra, & cap. Massana, de elect. cap. cum. inter. cap. cum venerab. de consuet. cap. quamquam, de cens. in* 6. Felin. Abb. & Imol. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit.* Covar. *pract. quæst. cap* 31. Farin. *in prax. qu.* 8. Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 10. Clar. *in* §. *fin. q.* 36. *num.* 3. Bellet. *de favor. Cler. person.* §. 3. Ciarl. *contr. for. cap.* 129. *n.* 45. Sperel. *dec.* 37. *n.* 41. & *decis.* 103. *n.* 38. & *dec.* 133. & 182. *n.* 41. Maresc. *lib.* 2. *var. res. cap.* 100. *n.* 23. Dian. *p.* 6. *tr.* 5. *res.* 16. & *p.* 7. *tr.* 1. *res.* 19. & *p.* 1. *tr.* 2. *res.* 4. & *p.* 4. *tr.* 1. *res.* 69. & diximus in verbo *Clericus.*

Et contraria Immunitati Ecclesiasticæ non valet; quia 3
est irrationabilis. *cap. qualiter, & quando.* ubi Abb. *de Jud.* Ciarl. *contr. for. cap.* 154. Sperel. *decis.* 37. Suar.

de

de defens. fid. lib. 4. cap. 34. Diana *loc. cit. res.* 29. Graff. *de eff. Cler. eff. 3. a num.* 110. Marta *de Jurisd. p. 4. cas.* 11. sive immunitas sit de Jure Divino, sive positivo. Sperel. *dec.* 42. & 133. Maresc. *lib. 2. var. res. cap.* 100. *num.* 26. ut diximus in verbo *Clericus*.

4 Ita consuetudo, etiam immemorabilis, quod Canonicus capiens possessionem Canonicatus, vel Beneficii debeat aliquid solvere convertendum in utilitatem Canonicorum, tanquam simoniaca non valet. Concil. Trid. *sess. 24. cap.* 14. & dictum fuit in praxi Canonicorum *nu.* 4. & consuetudo, quod Beneficia nondum vacantia conferantur, est irrationabilis, ut dictum est in Verb. *Beneficia*, licet esse immemorabilis.

5 Ita consuetudo, quod Clericus conveniatur coram Judice Laico, repugnat Juri divino. *cap. Clerici. de Jud.* Abb. & DD. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit.* DD. apud Sperel. *dec.* 98. *n.* 35. vel quod non possit capere possessionem sine Principis licentia, Beneficii. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 11. *cap.* 12. *n.* 8. Sperel. *dec.* 8. *n.* 35.

6 Ita consuetudo Capituli permittentis Canonicis absentibus distributiones, est irrationabilis. Riccius *in prax. distrib. par.* 1. *res.* 394. S. Congr. Concil. Trid. *sess. 24. cap.* 12. Garz. *de Benef. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 249. Leo *in thes. for. Eccles. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 20. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *n.* 182. Zechius *de Repub. Eccles. tit. de Benef. n.* 6. Patis. *lib.* 1. *de resignat. cap.* 10. *num.* 65. contrarium tenet Pignatel. *tom.* 1. *cons.* 130. qui pro se citat Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 13. *num.* 5. Hojedam *de Benef. incompat. p.* 1. *cap.* 17. *num.* 10. & ad declarationem S. Congr. respondet, esse intelligendam de consuetudine non legitime præscripta, & fatetur, talem consuetudinem esse de facto Romæ. vide in verbo *Canonicus*, & *Capitulum*.

7 Ita consuetudo, quod Regulares præcedant Clericos sæculares, cum sit contra hierarchiam Ecclesiasticam, non valet, secundum quam magis dignus debet præcedere minus dignum: Clerici vero sæculares sunt digniores Regularibus. Rot. apud Sperel. *dec.* 179. & est contra Jus divinum prohibens arare in bove, & asino: est etiam contra cæremoniale Pontificium, & contra bonum regimen Ecclesiæ. Inn. Abb. & Imol. *in cap. ex parte, de consuet.*

8 Ita consuetudo, quod Canonici præsentes possint ad libitum per se, vel alios celebrare, non valet. Garz. *de Benef. p.* 3. *cap.* 2. *num.* 503. ubi Rota *in una Abulen.* Ciarl. *contr. for. cap.* 38. *n.* 30. & est revocata a Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 12. Ciarl. *loc. cit.* Azor. *inst. mor. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 6. *q.* 4.

9 Ita consuetudo, quod omnes Canonici sint nobiles, non valet. *cap. venerab. de præb.* Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 5. *sect.* 4 §. 4. *num.* 112.

Ita non valet consuetudo, quod Judex Laicus extrahat Clericum ab Ecclesia; quia caret Jurisdictione in illum. Navar. *in man. cap.* 25. Guazzin. *def.* 1. *cap.* 34. Graff. *de effect. Cler. eff.* 38. Ciarl. *contr. for. cap.* 10. & 154. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 20. *num.* 16. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 30. *num.* 16. Ita consuetudo conferendi Ordines extra tempora, non valet. *cap.* 2. *de temp. ord.* Barb. *de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 177. exceptis P. P. Societatis, Carmelitis, & aliis apud eundem. *num.* 180. ubi Quaran. *in summa Bullar. verb. ordo. vers. devenio ad secundum*. Ugolin. *de off. Episc. cap.* 26. §. 25. *num.* 1. Rebuff. *in prax. Benef. par.* 2. *tit. de Cler. ad sacr. ord. &c. gl.* 1. *num.* 14. & 15.

10 Ita consuetudo tribuens Laicis Jurisdictionem in Clericos, non valet. Rot. apud Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 11. Clar. *in lib.* 5. *q.* 36. *nu.* 3. Covar. *pract. quæst. cap.* 31. non obstante tolerantia Pontificis.

11 Ita consuetudo quæcumque, non potest facere licitam simoniam; qui est intrinsece mala, licet quoad materiam sit Juris humani. Bonac. *de simon. disp.* 1. *q.* 6. *punct.* 6.

12 Neque valet consuetudo immemorabilis, quod bona stabilia Laicorum non alienentur in Clericos, quidquid aliqui dicant apud Barb. *de Jur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 204. ob privilegium, quod præsumitur interveniisse; nam contrarium omnino est verum; quia Laici non possunt ita statuere, ita nec consuetudine introducere. ita plerique apud Dian. *p.* 6. *tr.* 3. *res.* 2. Barbos. *loc. cit. nu.* 216. vide infra in praxi *Legis*, vel *statuti*. & in verbo *Clerici*. sicut non valet.

13 Consuetudo, quod Laici decimas, quas habent in feudum, ante Concil. Lateranense, dent aliis Laicis cum consensu solius Episcopi, & sine authoritate Pontificis. *cap. prohibemus*, ubi Abb. & DD. *de decim.* Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 17. Rebuff. *de decim. q.* 13. Felin. *in c. quæ in Eccles. de constit. & in cap. causam, de præscr.* Menoch. *de præsum. lib.* 6. *præs.* 86. Rot. apud Maresc. *lib.* 1. *var. res. cap.* 95. *num.* 19. licet Barb. *de off. Episc. alleg.* 121. teneat contrarium.

Econtra valet consuetudo, quod populus præstet Concionatori alimenta, licet esset tantum decennalis. Concil. Trid. *sess. 24. cap.* 4. *de reform.* Leo *in thes. for. Eccles. p.* 1. *cap.* 8. *num.* 6. Bellet. *tit. de Cler. debit.* §. 15. Sperel. *dec.* 70. *num.* 1. licet populus non haberet jus eligendi Concionatorem; quia est laudabilis, & pia, & Episcopus potest cogere Laicos observare laudabilem consuetudinem. Sperel. *loc. cit.* & diximus in praxi *Concionatorum*. 14

Sic valet consuetudo, quod parentes eligant sepulturam filiis impuberibus, licet vergat in præjudicium Parochiæ; quia est approbata a Pontificibus, modo fuerit præscripta 40. annis: quia licet consuetudo præter jus præscribatur decem annis, tamen, cum consuetudo præter jus est contra Jus tertii, debet esse quadragenaria. DD. apud Sperel. *dec.* 89. *num.* 8. Abb. *in cap. cum in tanto, de consuet.* imo Maresc. *lib.* 2. *var. res. cap.* 100. vult, sufficere decennium. 15

Sic consuetudo recipiendi aliquid pro sepultura, est servanda, & populus potest cogi ad illam servandam, non jure actionis, sed officio Judicis, dummodo fuerit introducta ex pia fidelium devotione, & non ex coacta eorum voluntate; quia tunc esset simoniaca. Riccius *in prax. sepult. res.* 576. *cap. ad Apostolicam, de simon.* ubi DD. Pirhing. *lib.* 5. *tit.* 3. *sess.* 2. §. 5. idem dic de consuetudine exigendi oblationes, ad quas præstandas stante legitima consuetudine Laici poterunt cogi. Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *sub num.* 3. *arg. tex. in cap. ad Apostolicam, de simon.* ubi DD. & sic de aliis. 16

Sic valet consuetudo, quod fructus Beneficii per aliquod tempus pertineant ad hæredem Beneficiati defuncti. Riccius *in prax. var. res. p.* 2. *res.* 155. Covar. *in cap. cum in officiis. num.* 9. *de testam.* 17

Sic consuetudo, quod Notario inferioris Principis conficienti instrumentum extra territorium habeatur fides, valet. Tusch. *litt. N. concl.* 72. 18

Valet etiam consuetudo, quod Laicus conveniatur coram Judice Ecclesiastico *cap. si Clericus.* ubi Abb. Barb. & Anchar. & glos. *verbo de consuetudine. de for. comp.* Ciarl. *contr. for. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 3. quia tribuit Jurisdictionem. *cap. cum contingat, de for. comp.* ubi Gonzal. *num.* 5. & glos. *verb. vel consuet. L. viros. Cod. de divers. offic.* Gail. *lib.* 1. *pract. obs.* 57. Farin. *dec. crim.* 355. Ciarl. *l. c.* 19

Consuetudo, quod omnes Canonicatus sint sacerdotales, est laudabilis, & observanda. Concil. Trid. *sess. 24. cap.* 12. Ciarl. *contr. for. lib.* 1. *cap.* 38. *num.* 8. 20

Et quod Tertiarii conveniantur coram Judice Ecclesiastico, est servanda, licet non vivant collegialiter. Ciarl. *loc. cit. cap.* 18. *num.* 20. Graff. *de eff. Cleric. eff.* 1. *sub. num.* 93. & 94. 21

Consuetudo tollit suspicionem usuræ in foro externo, & excusat a pœna temporali. Cravet. *cons.* 145. *num.* 12. Bero. *cons.* 207. *num.* 8. Farin. *cons.* 54. *nu.* 19. Navar. *cons.* 20. *num.* 4. *de usur.* Dec. *cons.* 111. *num.* 5. Tusch. *litt. V. conclus.* 337. *num.* 63. Homob. *de exam. Eccles. tit. de contract. cap.* 18. *quæst.* 57. Menoch. *cons.* 343. Ciarl. *loc. cit. cap.* 29. Etiam fœneratitia excusat contrahentes a pœna temporali. Farin. *cons.* 54. & *dec. crim.* 10. & 30. Navar. *cons.* 4. *de usur.* Ciarl. *loc. cit.* Tusc. *litt. V. concl.* 337. gl. *in cap. sane. de temp. ord.* Gabr. *lib.* 7. *concl.* 8. Menoch. *de arbitr. cas.* 400. etiam extraordinaria. Sylvat. *lib.* 1. *cons.* 4. *num.* 71. 22

Valet etiam consuetudo, quod Palatium Episcopi extra quadraginta passus non gaudeat immunitate; quia non est contra Jus. Ciarl. *contr. for. cap.* 10. *num.* 9. Bonac. *de Immun. Eccles. quæst.* 7. §. 2. *num.* 8. Duardus *in Bulla Cœnæ. quæst.* 16. *num.* 11. 23

Ita quod Emphyteuta non possit expelli ob canonem non solutum. Ciarl. *loc. cit. cap.* 2. *num.* 71. Corbul. *de caus. ob quas emphyt. caus.* 15. *num.* 1. *lim.* 2. 24

Et consuetudo incidendi arbores, etiam fructiferas, excusat a caducitate. Menoch. *cons.* 57. Ciarl. *d. cap.* 2. *num.* 71. 25

Differt a præscriptione; quia hæc agit de auferendo alicui 26

alicui jus, & illud alteri applicando. DD. *in cap. fin. de consuet.* ubi Abb. *num.* 20. *vers. si Episcopus acquirit, ut possit corrigere.* Butr. *num.* 39. *vers. unde cum tangatur.* Aym. *de antiquit. p.* 4. *num.* 31. & DD. plurimi apud Rubeum *in annot. ad decis.* 20. *p.* 3. *rec. Rot. Rom. num.* 3. Addend. ad Ludovis. *decis.* 191. *num.* 6. At consuetudo non aufert alteri id, quod applicat. Aret. *cons.* 23. *num.* 11. Balb. *de præscr. q.* 10. *num.* 4. *p.* 1. Rot. *decis.* 479. *nuu.* 2. *p.* 3. *rec.* atque ita nec prodest, nec nocet alicui in particulari, sed omnibus indifferenter, ita ut nec certus sit, qui præscribit, nec contra quem præscribitur, acquirendo nempe omnibus, non ut singulis, sed in universum, & contra omnes præsentes, vel futuros, quibus tale jus est propositum. Rot. *d. decis.* 20. *p.* 3. *rec. num.* 1. *in fin. & decis.* 458. *num.* 58. *p.* 5. *rec. tom.* 2. vide etiam Covar. *in reg. possessor.* §. 3. *p.* 2. *num.* 2. quamvis Canonistæ subinde abutantur istis vocabulis, & loco *præscriptionis*, utantur verbo *consuetudinis* propter similitudinem, quam habent; ut notat Aretin. *cons.* 23. *num.* 11. *post med. vers. in contrarium.* Abb. *in cap. cum Ecclesia Volaterana, num.* 6. *de elect.* & DD. *in d. cap. fin.* apud cit. Rot. *num.* 12. & ex utraque resultare solent effectus differentes: nam præscriptio sæpe requirit titulum, non vero consuetudo. Garz. *de Benef. p.* 5. *cap.* 4. *num.* 98. *in princ.* imo non solum titulum, sed neque bonam fidem, per Balb. *de præsc.* 1. *part. princ. q.* 10. *n.* 5. & 7. ubi DD. præterea præscriptio non currit sine scientia illius, de cujus interesse agitur, consuetudo autem non requirit scientiam alicujus. Seraphin. *dec.* 798. *sub n.* 3. apud Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 191. *nu.* 6. *in fin.* sicut & alii effectus, ut infra, & apud Balb. *d. q.* 10. *per tot.* & P. Pirhing ut infra *num.* 33. Et tandem præscriptio dicitur illa, quæ tendit ad tollendum aliquid jam in esse productum, puta dominium, vel actionem, consuetudo vero tendit ad inducendum de novo, quod non est: quam differentiam principalem vocat Balb. *loc. cit. num.* 12. ubi Jas. *in L. de quibus. col.* 13. *vers. secunda est opinio. ff. de legib.* & alii.

27 Consuetudo, ut valeat, non tantum debet esse rationabilis, sed etiam legitime præscripta. *cit. cap. fin. de consuet.* Dicitur vero legitime præscripta, quando est contra Legem Civilem, vel præter legem, decennalis. §. 2. *inst. de usucap. L. ult. & tot. tit. C. de præscr. long.* Abb. *in cit. cap. fin. nu.* 21. P. Pirhing *l.* 1. *decret. tit.* 4. *sect.* 1. §. 6. *num.* 35. Dian. *p.* 6. *tract.* 5. *res.* 2. *vers. sed quidquid.* Si vero est contra Legem, aut constitutiones Ecclesiasticas, debet esse quadragenaria. Dian. *loc. cit.* & probat *ex authent. quas actiones. C. de sacrosanct. Eccles.* Laym. *in sæpe cit. c. fin. de consuet. n.* 4. ubi de communiori. glos. *in d. cap. fin. verb. consuetudo.* & ibi Abb. *nu.* 11. & 13. Sylv. *verb. consuetudo. nu.* 6. communis Theologorum, & Canonistarum sententia apud P. Pirhing. *loc. cit. nu.* 38. Fagnan. *in cap. treugas. nu.* 74. *de tregua & pace*, quod vel maxime procedit, si agatur de aliquo præjudicio tertii. *cap. de quarta.* 4. *cap. ad aures.* 6. *cap. auditis.* 15. *de præscr.* quamvis tunc esset potius præscriptio, quam consuetudo juxta distinctionem datam numero antecedenti: nisi præscribens haberet contra se resistentiam juris, non tamen illam consuetudinem tanquam corruptelam, & irrationabilem reprobantis, uti habent decimarum collectores contra Parochum habentem in illis intentionem fundatam, ut suo loco dicemus; tunc non sufficerent 40. anni, nisi etiam adesset titulus, aut immemorabilis &c. ut plura dicemus in praxi *decimarum quoad præscriptionem.* §. 8. *num.* 79. quamvis, si simus in terminis puræ, & veræ consuetudinis sine alicujus tertii præjudicio, quod sufficiat decennium etiam contra constitutiones Ecclesiasticas, si alias consuetudo sit rationabilis, non pauci Doctores defendant. P. Pirhing. *loc. cit. num.* 39. ubi hanc sententiam probabilem vocat. P. Reiffenstuel *in lib.* 1. *decretal. tit.* 4. §. 4. *num.* 105. qui citat Lessium *lib.* 2. *de just. & jur. cap.* 6. *nu.* 46. Lugo *disp.* 7. *de just. & jur. sect.* 6. *n.* 94. Azor. *p.* 1. *l.* 5. *c.* 18. *q.* 6. & alios.

28 Ad illam inducendam tamen sufficiunt duo actus tam in civilibus, quam criminalibus, licet isti actus non sint judiciales. Dian. *loc. cit. res.* 8. Sperel. *deeis.* 67. *a n.* 40. glos. *in cap. venerabilem. vers. ex successione, de elect.* Abb. *in cit. cap. fin. n.* 17. *de consuet.* Bald. *in L.* 1. *num.* 2. *C. quæ sit longa consuetudo* apud Reiffenstuel *l. c. n.* 121. qui ultimus tamen *nu.* 120. & 122. remittit arbitrio Judicis. Unus actus tamen regulariter non sufficit, nisi in consuetudine auferente ab aliquo jus, illudque alteri applicante, seu præscriptione, juxta dicta supra *n.* 26. & est tex. *in cap. cum de beneficio, de præb. in* 6. Sperel. *l. c. n.* 42.

Consuetudo tamen interpretativa, quæ dicitur observantia, non requirit aliquam temporis præscriptionem, sed sufficit, quod per aliquot annos fuerit servata, & sic introducitur etiam aliquo parvo tempore. Menoch. *l.* 2. *de arbitr. jud. cas.* 83. *n.* 10. post Cravet. *cons.* 21. *n.* 2. P. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 153. Ciarlin. *contr. for. lib.* 2. *c.* 106. *nu.* 96. Maresc. *lib.* 2. *var. res. cap.* 100. *num.* 22. nisi agatur de auferendo jure uni, quod habet; quia tunc etiam in consuetudine interpretativa requiritur præscriptio quadraginta annorum juxta Socin. *cons.* 260. *nu.* 19. *l.* 2. Put. *decis.* 25. *l.* 3. *& decis.* 252. *n.* 1. *eod. lib.* apud Garz. *de Benef. p.* 5. *c.* 4. *n.* 84. Dummodo sit jus clarum; secus si sit dubium, & obscurum, ita ut non constet de jure alterius; tunc enim sufficit sola consuetudo absque temporis præscriptione. Rot. *decis.* 574. *n.* 4. *p.* 1. *divers.* apud Garz. *l. c. n.* 85. Quod si verba non sunt ita clara, ut non excludant contrarium intellectum, tunc attenditur observantia interpretativa, non obstante, quod contrarius intellectus sit de jure verior. Rot. *decis.* 574. *n.* 3. *p.* 1. *divers.* Addend. ad Ludovis. *decis.* 184. *n.* 8. & 29

Consuetudo contra id, quod est jure clarum, non 30
potest dici interpretativa, sed est correctoria, & novi juris inductiva. Paul. de Castr. *in L. hæredes palam. §. si quid post. ff. de testam.* Dec. *cons.* 114. *post nu.* 5. Aym. *cons.* 282. *sub n.* 6. apud Ludovis. *decis.* 162. *n.* 3.

Consuetudo, ut sit legitima, & obliget, requiritur 31
etiam, quod actus, quibus fuit introducta, fuerint facti animo introducendi obligationem, qui animus præsumitur in consuetudine rei gravis, difficilis, & servata communiter a populo. Dian. *d. p.* 6. *tr.* 5. *res.* 11. Suarez *de legib. l.* 7. *c.* 15. *nu.* 13. In dubio vero an fuerit inducta animo obligandi, non obligat. vide Suarez *l. c.* Bonac. *de legib. disp.* 1. *q.* 1. Dian. *loc. cit. res.* 12. hinc

Ex actibus facultativis non inducitur consuetudo re- 32
strictiva liberæ facultatis. Dec. *cons.* 8. *n.* 4. Surd. *cons.* 127. *nu.* 81. Rot *decis.* 778. *nu.* 5. *p.* 1. *divers. & decis.* 536. *n.* 4. *p.* 2. *rec.* apud Beltram. ad Ludovis. *decis.* 162. *sub n.* 15. etiamsi præcesserit tempus immemoriale, neque ad effectum manutentionis. *DD. cit.* quæ procedunt, quando constat, actus fuisse mere facultativos: quæ præsumptio cessat primo, quando præcessit jussio, aut prohibitio, seu contradictio cum acquiescentia subsecuta. Castr. *in L. qui luminibus. numer.* 2. *vers. sed tamen. ff. de servit. urban. præd.* Seraphin. *decis.* 1086. *num.* 1. Rot. *decis.* 530. *num.* 2. & 3. *p.* 2. *rec.* Secundo, quando præcessit titulus; quia tunc actus subsequentes præsumuntur facti in vim illius tituli. Menoch. *de præsump. l.* 6. *præs.* 67. Tertio ex pluralitate actuum per longissimum tempus. Rip. *in cap. cum Ecclesia. num.* 55. *de caus. possess.* Cæsar de Graff. *decis.* 1. *num.* 3. *de caus. possess.* Seraph. *decis.* 212. *numer.* 2. & *decis.* 323. *nu.* 4. Quarto ubi agitur de favore piæ causæ, & divini cultus. Rot. *decis.* 470. *n.* 7. *in fin. p.* 1. *rec.* apud Beltramin. *loc. c.* &

Quod ad inducendam consuetudinem etiam in fa- 33
cultativis, quando agitur de augmento cultus divini, & sic ad favorem piæ causæ, sufficiant decem anni, tradunt Felin. *cap. ad Apostolicam. num.* 3. & Abb. *in cap. suam. numer.* 8. *de simon.* Gabr. *de præscr. concluf.* 10. *num.* 12. Covar. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 17. *numer.* 3. *vers. quod si Clerici.* apud Rot. *decis.* 365. *num.* 4. *p.* 2. *rec.* quamvis dentur aliqui actus contrarii, qui dederunt causam liti. Gutierrez *Canon. quæst. lib.* 2. *q.* 21. *n.* 144. Cassad. *decis. un. nu.* 2. & 5. *de consuetud.* apud Bichium *decis.* 522. *n.* 17. & sic probantur ea, quæ supra diximus *n.* 16.

Ad inducendam consuetudinem requiritur præterea, 34
quod major pars populi usa sit tali consuetudine, juxta veram, & communem sententiam Doctorum *in rubric. extr. de consuet.* Felin. *in cap.* 1. *de treug. & pac.* apud Paul. Rub. *in annotat. ad decis.* 20. *Rom. Rom. p.* 3. *rec. num.* 33. Et quidem major pars populi debet esse illorum, qui potestatem habent condendi leges, saltem ex privilegio. Bart. *cons.* 136. *num.* 2. & 3. Butrius *in c. ult. n.* 39. *de consuet.* Aym. *de antiquit. tempor. p.* 4. *sect. nu.* 13. & 14. Balb. *de præsc. p.* 5. *q.* 10.

num. 7.

n. 7. & alii apud Rub. *l. cit. n. 28.* P. Pirhing *lib. 1. tit. 4. sect. 1. §. 2. a. n. 8.* hinc est, quod, cum mulieres istam potestatem regulariter non habeant. *L. fœminæ. ff. de R. I.* ita pe illas non potest induci consuetudo. Bart. *in L. 1. ff. de legib.* Abb. *in c. quanto ult. sub n. 8. verf. & est unum mirabile, de consuet.* Ludov. Roman. *in singular. 43. n. 2.* & alii apud Rub. *l. cit. a n. 29.* Dian. *d. p. 6. tr. 5. res. 15.* ex quibus cit. Rubeus *nu. 34.* colligit, & infert, quod in illa majore parte populi non sit omnium de communitate &c. habenda ratio, sed tantum illorum, qui possunt leges condere, exclusis illis, qui hanc facultatem non habent, quales sunt mulieres, minores 25. annis, infantes, furiosi &c. Bart. *in L. 2. C. quæ sit longa consuet.* Butr. Abb. & Curt. *in sæpe cit. cap. fin. de consuet.* Dian. *loc. cit.*

35 Nec inducitur ex actu unius tantum personæ. Roch. *de consuet. n. 370. & 380.* Beltramin. ad Ludovis. *decis. 162. n. 12.*

36 Non inducitur ex usu diformi. Bart. *in L. 2. n. 22. ff. sol. matrim.* Dec. *cons. 215. n. 2. verf. secundo hoc idem.* Aym. *cons. 96.* apud Gregor. XV. *decis. 162. n. 8.* nisi actus difformes non essent inter se incompatibiles: quia tunc eorum difformitas non impediret consuetudinem. Dec. *cons. 11. nu. 12. verf. & advertendum est* Rot. *dec. 356. n. 4. p. 1. rec.* apud Beltramin. *l. c. n. 14.*

37 Contra Canones non valet sine scientia, & consensu Pontificis; sed an requiratur consensus expressus Summ. Pontificis, sive antecedenter, dando nempe licentiam ad inducendam aliquam consuetudinem, sive concomitanter, dum expresse sciens populum hanc, vel illam consuetudinem introducere, cum posset prohibere, non impedit, sed tolerat, & consequenter approbat, an vero sufficiat consensus generalis traditus *in cap. fin. de consuet.* in quo Summ. Pontifex approbat consuetudines rationabiles & legitime introductas? non conveniunt DD. ut videre est apud Dian. *d. p. 6. tr. 5. res. 13.* ubi cum Pontio *de matrim. l. 6. c. 6. nu. 5. seqq.* Montesin. *in p. 2. tom. 2. disp. 23. quæs. 13. n. 220.* Vasquez *tom. 2. disp. 177. cap. 2. & 3.* & aliis tenet, requiri scientiam, & expressum consensum; quia Papa habet potestatem a Deo, & non a populo, & ita non est populus, qui inducit consuetudinem contra Canones, sed Pontifex permittens. Abb. *in cap. fin. de consuet. num. 8.* Archidiac. *in cap. cum de beneficio. num. 2. de præb. in 6.* nec tacitum consensum sufficere; quia multa per dissimulationem tolerantur ad majus scandalum vitandum, quæ alias non permitterentur. *cap. cum jam dudum, de præb.* Rot. apud Sperel. *decis. 133. nu. 22.* tum quia nec Imperator potest suis legibus præjudicare Juri Canonico. Abb. *in cap. inter alia, de Immun. Eccles. DD. in cap. solitæ, de major. & obed. cap. 1. de constit.* Covar. *pract. quæst. cap. 31. num. 4.* Sperel. *decis. 133. num. 26.* Dian. *p. 6. tr. 5. res. 16.* Pignatel. *cons. 18. num. 5. tom. 1.* & hæc bene procedunt in consuetudine irrationabili, aut a Summ. Pontif. reprobata; de qua loquitur Sperel. *loc. cit.* utpote circa immunitatem Ecclesiasticam; sicut & Pignatel. *ibid.*

38 Verum quod ad inducendam consuetudinem alias rationabilem, & a Sac. Canon. non reprobatam sufficiat consensus tacitus Summ. Pontificis, seu ille generalis, traditus, *in d c. fin. de consuet.* tenet communis Jurisperitorum sententia apud Abb. *in cit. c. ult. n. 13.* Suarez *de legib. l. 7. c. 13. n. 7.* relatos a P. Pirhing. *l. 1. decretal. tit. 4. sect. 1. §. 3. n. 16.* alias rarissimæ darentur consuetudines contra leges Canonicas, cum Pontifex fateatur se speciales locorum consuetudines ignorare. *cap. 1. de constit. in 6.* & hanc sententiam tenere videtur glos. *in cap. frustra. dist. 8. in fin.* ubi tantum requirit, quod sit rationabilis, & præscripta. Layman. *in sæpe cit. cap. ult. de consuet. n. 3.*

39 Porro consuetudo est quid facti, & ideo non præsumitur, sed allegans tenetur illam probare. glos. *in L. 1. in verbo probatis. C. quæ sit longa consuetudo.* Ludovis. *decis. 162. num. 1.* Ciarlin. *cap. 154. num. 19. argum. L. in bello. ff. de capt. & postlim. reverf.* Farin. *de immun. Eccles. c. 2. n. 18.* Tusc. *litt. I. concl. 59.* Riccius *in prax. p. 2. res. 51.* Et quidem in specie casus, qui venit in controversiam. Oldrad. *cons. 237.* Anchar. *cons. 339. n. 8.* Aym. *cons. 96. n. 4.* apud Ludovis. *l. cit. num. 2.* etiamsi esset tantum interpretativa. Suard. *cons. 254. n. 26.* Ludovis. *loc. cit. num. 4.* Et non probatur, nisi probetur usus majoris partis populi, & magna frequentia actuum; ut supra diximus. Sperel. *decis. 15. num. 39.*

Et non dicitur probata, si constat de unico actu 40
contrario. Bart. *in L. semper in stipulationibus: in fin.* & ibi Cagnol. *nu. 12. de R. I.* apud Ludovis. *d. decis. 162. n. 9.* Gratian. *discs. for. cap. 79. n 9. tom. 1.* quamvis darentur mille actus pro consuetudine: nam unicus solus actus contrarius, vel difformis illam rumpit. Baltramin. ad Ludovis. *loc. cit. nu. 15.* ubi Shroeder. *de feud. p. 10. sect. 20. n. 157. in fin. verb. usque adeo.* Bichius *decis. 48. n. 14.* Berous. *cons. 5. n. 23. lib. 1.* Surd. *cons. 393. n. 23.*

Est multum difficilis probationis. Fulgos. *cons. 6. in* 41
fin. Dec. *cons. 215. n. 2. in fin.* Aym. *cons. 215. n. 1.* Beltramin. *d. decis. 162. n. 13.* probatur tamen per testes de visu deponentes de temporis diuturnitate, ut supra &c. Maresc. *l. 2. var. res. c. 100.* debent tamen dare causam sui dicti. Gail. *l. 2. obs. 31. n. 15.* apud Gratian. *disc. for. c. 79. n. 7. l. 1.*

Consuetudo vero immemorialis, ut probetur, debent 42
tria probari: primo de visu, per 40. annos; secundo de auditu a suis majoribus, qui ab aliis suis majoribus etiam audiverint: tertio, quod nunquam audiverint vel viderint servari contrarium, & quod fuit, & est communis fama, memoriam non extare, nec extitisse contrarium, juxta glos. communiter receptam *in c. 1. de præscr. in 6.* & sic testes debent esse ætatis 54. annorum. DD. *in c. 1. de præsum.* Covar. *in reg. possess. 2. p. §. 3. n. 7. verf. testes vero.* Rot. *decis. 512. p. 5. rec. tom. 2. & decis. 432. n. 1. p. 3. rec.* de qua plura infra suo loco in verbo *præscriptio*, seu *Inmemorabilis.*

Insuper probari debet, illam fuisse obtentam in con- 43
tradictorio judicio etiam immemorialis, aliter non valet. *L. nam Imperator. ff. de legib. L. cum de consuetudine. ff. eod.* apud Sperel. *decis. 69. & 133. per tot.* Maresc. *d. c. 100.* vel certe parte contradicente, quando nempe agitur de præjudicio tertii, contra quem consuetudo præscribitur; quod bene procedit, & indubitatum videtur in negativis, ut infra dicemus in praxi *Decimarum §. 4. n. 31.* ubi tangemus de præscriptione exemptionis a solutione decimarum, quod nempe debeant esse petitæ, & denegatæ; & tradit Rot. *dec. 350. n. 2. p. 2. rec.* ubi Cæpol. *de servit. urban. præd. c. 50. de furno. n. 2.* Afflict. *decis. 388. n. 1. & seq.* Capyc. *decis. 209. nu. 26.* Rip. *in cap. cum Ecclesia sutrina nu. 45. de caus. possess. & propriet.* Neviz. *cons. 43. num. 10.* Balb. *de præsc. in 4. part. 5. part. principalis q. 5. de communi.* & alli; & est regulare, in servitutibus negativis, quod illæ non aliter præscribantur, quam præcedente prohibitione, ut tradit Rot. *cit. numer. 3.* ubi glos. *in L. qui luminibus. ff. de servit. urban. præd.* & ibi Bart. Florian. & Angel. *nu. 3. verf. ex quo conclude.* ubi quod facultas ædificandi in suo, nullo tempore præscribitur, nisi alius sit in possessione negativæ ædificandi, & alii; & sic testes in tali negativa debent deponere, quod actus facti non fuerint ob contradictionem partis. Maresc. *l. c. n. 6.*

At quod ad consuetudinem non requiratur, quod 44
sit obtenta in contradictorio judicio, sed quod sufficiant actus extrajudiciales, tenent Abb. *in cit. c. ult. n. 16. de consuet.* quem refert, & sequitur P. Reiffenstuel *l. 1. decret. tit. 4. de consuet. n. 147.* P. Engel. *d. tit. nu. 10.* Pirrhing *ibidem n. 23.* Suarez *de legib. d. l. 7. c. 11. nu. 2. & duob. seqq.* contra glos. *in cit. cap. fin. verbo legitime circa fin. de consuet.*

In probanda consuetudine, non creditur Doctori de 45
illa attestanti juxta magis receptam sententiam, ut per Gabr. *de probat. concl. 4. sub num. 1. verf. contrarium.* Franc. Becc. *cons. 7. n. 29.* Mohed. *decis. 2. & 3. de consuet.* Rot. apud Ludovis. *decis. 274. n. 5.* etiamsi Doctores essent plures, qui de tali consuetudine attestarentur. Gabr. *l. c. n. 4.* ubi Alex. *in L. post dotem. n. 29. ver. & juxta hoc. ff. sol. matrim.* Jas. *in L. de quibus. col. pen. ff. de legib.* quod procedit, si testentur de consuetudine locorum, in quibus versati non sunt: secus vero si testentur de consuetudinibus locorum, in quibus sunt versati. Surd. *cons. 74. n. 14.* post Gabr. *l. c. n. 2.* relat. a Beltramin. ad Ludovis. *d. decis. 274. n. 5.*

Verum sicut consuetudo legitime præscripta, & ratio- 46
nabilis potest legem abrogare, ita etiam denuo tolli, & abrogari potest, vel per legem, vel per aliam consuetudinem contrariam; quia sicut lex posterior derogat priori. *c. 1. de*

1. de constit. in 6. ita & consuetudo posterior excludit priorem. in quibus

47 Notandum est primo, quod consuetudo immemorialis non censetur abrogata per clausulam derogatoriam cujuscumque consuetudinis in decretis Pontificiis positam, sive in legibus aut statutis, nisi & illa expresse exprimatur, & hoc propter illius excellentiam, & prærogativam, glos. *in auth. ut de cætero commut. §. de cætero, in verb. præscriptione*. Felin. *in cap. accedentes. num. 6. de præscr.* Tiraq. *de retr. convent. §. 1. glos. 2. n. n. 12.* Gratian. *disc. for. c. 578. nu. 10. tom. 3.* nisi consuetudo esset irrationabilis. Covar. *lib. 3. var. res. c. 13. nu. 5.* Garz. *de benef. p. 3. c. 2. num. 190.* Dian. *p. 6. tr. 5. res. 32.* Paris. *cons. 101. sub nu. 84. vers. quæ præscriptio lib. 1. & cons. 25. nu. 17. lib. 4.* Rot. *decis. 101. n. 29. p. 10. rec.* Sperel. *dec. 37. nu. 26.* etiamsi adsit decretum irritans, ut per Gabr. *de clausul. conclus. 3. n. 42.* ubi Ruin. *cons. 13. n. 30. vol. 2.* Ita ut quando consuetudo damnatur tanquam irrationabilis, iniqua, cotruptela &c. censeatur damnata etiam immemorabilis, adeo, ut neque præterita valeat, neque in futurum introduci possit, cum semper duret eadem causa reprobationis. Roch. *in cap. fin. n. 527. de consuet.* Covar. *l. c. d. n. 4. ad med. & n. 5.* Garz. *l. c. d. n. 190. in fin.* Gabr. *de præscr. concl. 1. n. 32.* & alii apud Grat. *disc. for. c. 559. n. 52.* Paul .Rub. *in annot. ad decis. 28. Rot. Rom. p. 3. rec. n. 271. & 274.* ubi Joan. Andr. *in cap. certificari, de sepultur.* & alii plurimi, qui testantur de communi opinione; limita ut infra *n. 51.*

48 Bene verum est, ut prosequitur cit. Rubeus *n. 275. seqq.* quod quia apud nos nihil stabile, & firmum reperitur. *auth. de non alien. §. ut autem. & L. eum debere. ff. de servit. rust. præd.* ex varietate temporum leges variari possint, & sic propter novas causas occurrentes, potest induci consuetudo bona, & justa, licet forsan tempore derogationis non fuerit talis: nam superveniente nova, & justa causa introducendi consuetudinem, lex quæ illam prohibuit, licet antea justa, fieret injusta. Abb. *in cit. cap. fin. nu. 24. de consuet. & in c. 2. num. 8. de probat.* & ibi Felin. *sub num. 11.* Covar. *var. resol. l. 3. c. 13. sub n. 4.* glos. & DD. *in Clem. statutum, de elect.* Jas. *in L. de quibus. n. 55. ff. de legib.* & alii; nam lex debet esse loco temporique conveniens *can. erit autem. dist. 4. cap. fin. dist. 14.* Rub. *l. c. n. 261. seqq.* atque ideo ex nova causa potest induci consuetudo contra ipsam legem expresse consuetudini derogantem, ut post Abb. Anton. Dec. & alios restatur Viv. *un. sylv. comm. opin. opinion. 161. n. 1. vers. consuetudo ex nova causa potest induci contra legem derogantem etiam expresse* &c. apud Rubeum *l. c. n. 278.*

49 Conclusionem principalem *num. 47.* traditam limitat Maresc. *l. 2. var. res. c. 101. num. 7. seqq.* quando lex, vel statutum expresse derogaret etiam privilegiis, maxime si lex, vel statutum habet clausulam derogatoriam *non obstantibus privilegiis, & aliis quibuscumque consuetudinibus:* nam tunc ob expressionem privilegiorum, quæ habent majorem vim, quam immemorabilis, & illa facilius tollitur. Felin. *in cap. dilecti, de major. & obed.* Rip. *in L. quominus n. 102. ff. de flumin.* comprehenditur etiam immemorabilis. arg. *tex. qui ad agendum, de procurat. in 6.*

50 Notandum secundo, quod lex posterior generalis abrogat quidem consuetudinem generalem priorem sibi contrariam, etiamsi lex posterior nullam de consuetudine mentionem faciat, nullamque clausulam derogatoriam habeat, glos. *in c. 1. de const. in 6. verb. singularium.* Secus tamen est in consuetudinibus particularibus locorum. Abb. *in cit. c. fin. n. 24. de consuet.* cum enim tanquam quid facti, illas Papa præsumatur ignorare, sic etiam non censetur velle eisdem in aliquo derogare, nisi specialiter exprimat ob tex. *in d. c. 1. de constit. in 6.* & ibi glos. & DD.

51 Notandum tertio, quod quando lex abrogat consuetudinem existentem seu præsentem simpliciter tantum, absque eo quod illam damnet, aut reprobet tanquam iniquam, & irrationabilem, de qua supra *numer. 47.* non per hoc reprobat, & abrogat futuram, si alias sit rationabilis. glos. *in Clem. statutum: verb. consuetudine, de elect.* quam Imol. inibi sequitur. Abb. *in cit. c. ult. n. 24. & consil. 7. §. & ego puto l. 2.* Tusc. *litt. C. concl. 814. nu. 8.* Covar. *var. res. lib. 3. cap. 13. num. 4. concl. 1. & 4.* P. Reiffenstuel *l. 1. decret. tit. 4. n. 186.*

Quod si tamen lex non tantum abroget consuetudinem, seu revocet per clausulam generalem *non obstante* &c. sed illam simpliciter damnet, & reprobet, etiamsi non apponantur verba *tanquam iniquam, corruptelam* &c. censetur reprobare etiam futuram: quia illam simpliciter damnando, vel reprobando, eam sensim judicat esse iniquam &c. ita Covar. *l. c. & n. 4. ante med. vers. consuetudo etiam.* ubi Abb. *in c. 2. n. 7. de probat.* Fran. *in cit. cap. 1. col. ult. de constit. in 6.* Bart. *in L. ult. ff. de leg. 2.* Aretin. *in L. 3. ff. de testam.* Bal. *in L. ult. C. de pact. pignor.* Tiraq. *de retr. in præf. n. 18. & 19.* & alii testantes de communi.

Consuetudo est stricti juris. Bart. *in L. 1. §. hoc* 52
interdicto. ff. de itinere. actuque privato. Natt. *cons. 555. post numer. 5.* Ludovis. *decis. 162. numer. 6.* Gratian. *disc. for. cap. 973. num. 39. & 40.* quod vel maxime procedit si sit exorbitans, & ideo non potest extendi de loco ad locum. Innoc. &c. DD. *in cap. ult. de offic. Archid.* Ciarlin. *contr. for. cap. 62. numer. 7.* Dian. *p. 6. tr. 5. res. 17.* Gratian. *loc. cit.* ex *L. 3. in fin. ff. de testam.* Roman. *cons. 367. nu. 11.* Aym. *cons. 121. num. 8.* & alii apud cit. Gratian. neque de persona in personam, aut de casu ad casum. *DD. cit.* & Bichius *decis. 650. nu. 13. & 14.* Altograd. *cons. 46. a num. 42.* Seraph. *decis. 326. num. 2.* Socin. jun. *cons. 4. a numer. 35. lib. 4.* & alii apud *cit.* Bich. Quamvis in dubio legis, aut consuetudinis alicujus Civitatis, possit dictæ Civitatis Judex recurrere ad consuetudinem vicinarum Civitatum, si alias sit rationabilis, juxta *c. super eo de censib. & cap. cum olim, de consuet.* & ibi Panorm. *n. 1.* Dian. *l. c.* & si vicinarum Civitatum consuetudines sunt diversæ, attenditur, quæ est magis rationabilis, & minus præjudicialis, ut in *cit. cap. cum olim.*

Consuetudo in subjecto incapaci nunquam obtinet 53
vim privilegii. DD. apud Sperel. *dec. 37. n. 30. & decis. 182. n. 25.* etiamsi esset immemorabilis; quia stante incapacitate subjecti remanet sine titulo in nuda ratione temporis, quod obligationem nec parit, nec tollit. *L. obligationum fere. §. placet. ff. de oblig. & act.*

Et consuetudo peccati nutritiva nullo temporis spatio 54
præscribitur. *c. non satis*, ubi DD. *de simon. c. cum tanto. de consuetud.* & DD. apud Sperel. *d. dec. 37. n. 50.* diuturnitas enim temporis peccatum non minuit, sed augmentat. *d. c. non satis, & c. cum in Ecclesia, de simon.* & sic mala consuetudo, seu peccati nutritiva a vetustate temporis robur accipere nunquam potest. §. 1. *auth. ut nulli judici. d. c. fin. de cons.* Signorol. *cons. 50. n. 9.* Ruin *cons. 155. n. 12. l. 4.* Paris. *cons. 27. n. 52. l. 1.* late Rubeus *in annot. ad dec. 28. Rot. Roman. p. 3. rec. a. n. 242. & per tot.* hinc

Non facit licitum ludum, maxime alearum; quia 55
est irrationabilis, utpote dans occasionem peccandi. Abb. *in cap. ult. de vit. & honest. Cleric.* Fachin. *lib. 11. contr. jur. c. 52. L. alearum. C. de relig. & sumpt.* Bonac. tamen *in tract. de restit. disp. 2. q. 3. pun. 1. n. 12.* tenet contrarium etiam in Clerico, nisi adsit frequentia, scandalum &c. quia non videntur Canones recepti cum tanto vigore.

Plura exempla consuetudinis irrationabilis, & a ju- 56
re reprobatæ ac abrogatæ videri possunt *in cap. 2. de probat.* ubi reprobatur consuetudo exigendi juramentum ultra plenam probationem. *in cap. ad nostram, eod. tit.* ubi reprobatur consuetudo, ut accusati de delicto admittantur ad se purgandum probando negativam delicti, quando contra ipsos potest per testes affirmativa probari. *in cap. cum decorem, de vit. & honest. Cler.* ubi reprobatur consuetudo tanquam corruptela, ut Clerici possint in Ecclesia exhibere ludos theatrales. *in cap. venerabilis. 37. de præb. & dignit.* ubi reprobatur consuetudo admittendi tantum nobiles ad Ecclesias Cathedrales, &c. *in c. extirpandæ 30. eod. & in c. 1. d. tit. in 6.* ubi reprobatur consuetudo, quod patroni non teneantur dare Rectori sufficientem congruam. *in c. constitutus. §. ideoque, de fidejuss.* ubi non admittitur consuetudo, ut quis non cogatur subire juramentum calumniæ. *in cap. aqua, de consecr. Eccles. vel altar.* ubi consuetudo, quod simplex sacerdos possit reconciliare Ecclesiam pollutam, vocatur corruptela. *in cap. quanto de consuet.* ubi damnatur consuetudo, quod Clericus non Episcopus possit exercere ea, quæ Ordini Episcopali sunt reservata, ut est Chrisma &c. *in c. 1. de Cler. non resid. in 6.* ubi damnatur consuetudo, ut absentes possint lucrari distributiones quotidianas. *in c. 1. de*

con-

conſuet. in 6. ubi conſuetudo etiam immemorialis tanquam corruptela damnatur, ut quis in eadem Eccleſia ſine diſpenſatione Pontificis obtinere poſſit duas dignitates, perſonatus, vel officia &c. *cap. quamquam, de de cenſib. in 6.* ubi reprobatur conſuetudo tanquam corruptela exigendi a Clericis pedagia pro mercibus, quas devehunt abſque cauſa negotiandi. *cap. fin. eod. in 6.* ubi abrogatur conſuetudo, quod Archi-Epiſcopus viſitare non poſſit libere ſuam provinciam, & a locis viſitatis procurationem recipere, etiamſi ſuffraganei non ſint negligentes. *cap. un. de Bigam. in 6.* ubi abrogatur conſuetudo, quod bigami gaudeant privilegio Clericali, & non poſſint coerceri a Judice Laico. *in cap. de injur. & damn. dat. in 6.* ubi reprobatur conſuetudo, tanquam abuſus, utendi repreſſalibus contra perſonas Eccleſiaſticas. *cap. 2. de pœnit. & remiſſ. in 6.* ubi quod nulla poſſit introduci conſuetudo, quod aliquis ſine ſui ſuperioris licentia poſſit ſibi confeſſarium ad libitum eligere. *in c. cum non deceat. de elect. in 6.* ubi abrogantur conſuetudo, & privilegia, ut quis non poſſit percipere fructus ſui beneficii, dum abeſt ratione ſuæ Eccleſiæ vacantis, reſervandi ſint ſucceſſori non obſtante qualibet conſuetudine in contrarium. *in cap. un. de Cler. ægrot. in 6.* ubi quod ad ſedem Apoſtolicam ſpectet dare Coadjutores Epiſcopis, & ſuperioribus Prælatis conſuetudine contraria non obſtante. *cap. un. de Capell. Monach. in 6.* ubi, quod Monachi non poſſunt amovere beneficiatos in ſuis Eccleſiis ad curam animarum datos ab Epiſcopis, qui jus inſtituendi in dictis Beneficiis habent, quorum exemplorum explanationem videre poteris apud Expoſitores dictorum textuum; ſicut & alia exempla paſſim in hoc noſtro libro, & in textibus civilibus exempla videri poſſunt *in L. 1. in pr. de uſur. L. eos. Cod. eod. auth. habita. §. hoc igitur. C. ne filius pro patr. authent. navigia. C. ce furt. auth. omnes peregrini. C. commun. de ſucceſſ. authent. Caſſa. C. de ſacroſ. Eccleſ.* quæ ultima irritat conſuetudines, & ſtatuta contra libertatem Eccleſiæ.

57 Exempla conſuetudinis rationabilis videri poſſunt *in cap. certificari. de ſepultur. & in cap. ſuper eo, de cognal. ſpirit. in cap. cum omnes, de conſtit. in cap. 1. de Cler. ægrot. in cap. ex parte, de conceſſ. præb. in can. de trina, de conſecr. diſt. 4. in can. 1. diſt. 16. & in can. utinam. diſt. 76. ac in can. pudenda diſt. 24.* in textibus Civilibus. *in L. item eorum in princ. ff. quod uniuſque univerſit. nom. in L. ſi ſine. §. Lucius. ff. de admin. tut. L. 3. §. non tantum. ff. quod vi, aut clam. & L. non tantum. ff. de decur.* ac aliis, de quibus late Rubeus *in annot. ad deciſ. 28. Rot. Rom. p. 3. rec. n. 232.*

CONTRACTUS.

Praxis Contractuum.

1 Contractus licet talis ſit judicandus, qualem verborum figura demonſtrat. *L. fidejuſſor. ff. de fidejuſ.* Menoch. *l. 2. præſ. 105. num. 2.* & qualis a partibus nominatur. Mantic. *de tacit. l. 2. tit. 8. nu. 7.* Sperel. *dec. 91. n. 7. 26. & 27.* tamem ſi natura ſit manifeſte contraria denominationi, eſt judicandus non a denominatione, ſed ab effectu, & qualitatibus. *L. in promittendo. ff. de Jur. dot. L. ſi olei. Cod. locati.* Mantic. *de tacit. l. 22. tit. 8. nu. 8.* Gratian. *diſc. for. c. 657. nu. 13.* Ciarl. *contr. for. cap. 9. numer. 6.* quia rei ſermo, non ſermoni res ſervire debet. *cap. intelligentia, de Verb. ſignif.* & tunc non attenditur, qualis fuerit vocatus, ſed qualis ſit natura. Mareſc. *lib. 2. var. reſ. cap. 76. num. 5.* ubi Rot. duplicem tamen habens figuram, intelligitur juxta denominationem contrahentis. Mareſc. *loc. cit.*

2 Contractus non probatur ex tractatu, ſed ex concluſione: nam multa tractantur, quæ non concluduntur. Afflict. *dec. 375. n. 6.* Mantic. *de tacit. p. 1. l. 2. tit. 2. n. 25. in fin.* Ciarl. *c. 82. n. 13.*

3 Contractus alius eſt bonæ fidei; alius ſtricti Juris. Ille eſt, qui parit actiones bonæ fidei: qui vero has bonæ fidei non parit, eſt ſtricti Juris. Bonæ fidei actiones ſunt, ex empto, vendito, locato, conducto, negotiorum geſtorum, mandati, depoſiti, pro ſocio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ erciſcundæ, communi dividundo, de æſtimato, quæ ex eo conſurgit, quod tibi rem æſtimatam trado, ut vel illam reddas, vel æſtimationem. Item permutationis, actio dotis, hæreditatis. Reliqui ſunt contractus ſtricti Juris. gl. Panormit. & alii *in cap. cum venerabilis, de excep.* Covar. *in reg. poſſeſſor. p. 2. §. 6. num. 4.* Sylveſt. *verb. contractus. q. 2.* Molin. *de contr. tr. 2. diſp. 259.* Differentia eſt, quod in contractibus bonæ fidei Judex habet facultatem ex bono, & æquo judicandi, quod ſibi fuerit viſum, licet conventione id expreſſum non ſit. In contractibus vero ſtricti Juris non poteſt judicare, niſi juxta quod in conventione fuit expreſſum, niſi aliter circa contractum a Jure fuerit ſtatutum. §. *in bonæ fidei. inſt. de act. L. bonam fidem. Cod. eod.* ergo contractus bonæ fidei ſumitur pro æquitate, & Judicis arbitrio, juxta id, quod æquitas exigit, in quo Judex poteſt ſuum arbitrium extendere ad id, quod æquitas poſtulat. In contractu vero ſtricti juris; verbis, & diſpoſitioni contrahentium adhærere debet, quantum Juſtitia patitur. Covar. *loc. cit.* Eſt etiam alia differentia; quod dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, illum reddit nullum, non ita contractum ſtricti Juris, ſed tantum facit, quod ſit irritandus. Sperel. *dec. 150. a numer. 48.* Molin. *loc. cit. num. 5.* & probatur ex *L. & eleganter. 7. ff. de dol. L. 3. §. fin. ff. pro ſocio.* Gonzal. *l. 1. tit. 43. cap. 2. nu. 6. & in L. dolo. Cod. de inutil. ſtipul. L. cum poſtea. Cod. de pact.* In foro tamen interno, etiam contractus ſtricti juris, cui dolus cauſam dedit, eſt nullus. Bonac. *de contr. diſp. 3. q. 1. pun. 2. §. 2.* Sanch. *de matr. lib. 1. diſp. 64.* apud quem Covar. & alii. Pirhing. *l. 2. tit. 14. n. 6.* Dolus vero ſuperveniens, vel incidens, & non dans cauſam contractui, illum non irritat in utroque foro. *cit. L. eleganter. ff. de dol.* Gomez *var. reſ. tom. 2. c. 2. n. 21. verſ. ſecundus caſus.* ſed eſt irritandus.

Contractus alius eſt abſolutus, alius conditionatus; 4
de abſoluto res clara eſt. Conditionatus, purificata conditione pro eodem eſt habendus, ac ſi pure fuiſſet celebratus. Porro conditio alia eſt caſualis, alia poteſtativa, alia mixta. vide Molin. *de Juſt. tom. 1. tr. 2. d. 206.* Pont. *de matr. lib. 3. cap. 1. num. 2.* Sanch. *de matr. lib. 5. diſp. 33. a num. 14.* Caſualis non impleta, nunquam, & in nullo caſu habetur pro impleta. Pont. *l. c. cap. 17. num. 2.* Mixta, ut habeatur pro impleta, ſufficit, quod per illum tertium ſtetetit, quo minus impleretur, a cujus etiam voluntate pendet implementum conditionis. v. g. *lego tibi centum, ſi nupſeris Cajo.* Sufficit, quod per Cajum ſtet, quod illi non nubas, uti quia ille non vult. Secus ſi ante petitas nuptias mortuus eſt; tunc enim conditio non habetur pro impleta. *L. Jure. ff. de cond. & demonſtr. L. in jure. ff. de reg. Jur.* & DD. *ſup. cit.* Hæc vero procedunt in ultimis voluntatibus; non vero in contractibus, licet multi apud Molin. velint procedere etiam in contractibus.

Conditio vero poſita in contractibus, ſi tempus non 5
fuit determinatum a contrahentibus, adimplenda eſt, quamprimum poteſt. *L. hæc conditio. ff. de condit. & demonſtr.* Pont. *de matrim. lib. 3. cap. 16. num. 6.* Et licet conditio honeſta ſuſpendat matrimonium, vel ſponſalia uſque ad conditionis eventum, non poteſt tamen alter, antequam conditio deficiat, recedere a contractu, ſed tenetur expectare uſque ad conditionis eventum. *L. qui balneum. & L. potior. ff. qui potior. in Jur.* Molin. *de Juſt. d. 285. concl. 4. tom. 2.* apud Sanch. *de matr. l. 5. diſ. 6. n. 8.* quia ex contractu conditionali oritur obligatio in ſpe, ſicut ex abſoluto, oritur abſoluta.

Conditio impoſſibilis, ſive ex natura rei, ſive de 6
facto in teſtamentis, donationibus mortis cauſa, legatis, & etiam in matrimonio, habetur pro non adjecta; quia videtur jocoſa, modo non ſit contra ſubſtantiam actus, vel ex illa non conſtet, partes noluiſſe contrahere. Dian. *p. 8. tr. 6. reſ. 85.* Gomez. *tom. 2. var. reſ. cap. 4. num. 22. verſ. nec obſtat.* Covar. *in decret. p. 2. cap. 3. §. 2. num. 7.* Sanch. *de matr. lib. 5. diſp. 3. a num. 5.* In aliis vero contractibus conditio impoſſibilis illos facit irritos. Sanch. *loc. c.* Bonac. *de contr. diſp. 3. q. 1. pun. 4. numer. 10.* Ita conditio in Legato poſita, ut quis maneat ſemper in uno loco, eſt contraria Juri naturali, & habetur pro non adjecta. *L. 70. §. 2. ff. de cond. & demonſtr.* Tranch. *conſ. 5. numer. 8.* Sicut etiam ut nubat cum conſenſu alicujus, rejicitur ut contraria libertati matrimonii. Paſſqual. *de patr. pot. p. 3. cap. 2. numer. 9.* Secus, ſi dixit cum conſilio; quia legatarius poteſt illud ample-

cti, & rejicere; similiter si centum relicta sunt, si Mæviam uxorem non ducat, hæc conditio habetur pro non adjecta: secus vero si centum relicta sunt, ut Mæviam uxorem ducat; quia aliud est eligendi matrimonii pœnæ metu libertatem auferri: & aliud ad matrimonium invitari, tex. in cit. *L. Titio centum* 70. §. 1. *ff. de condit. & demonstr.* & ibi glos. ubi quod in priori casu legatarius habebit illa centum, etiamsi Mæviam ducat: non vero in secundo, si illam non ducat. vide latius in verbo *nuptiæ*. Ita conditio odiosa Religioni in testamento, habetur pro non adjecta. DD. *in cap. in præsentia, de prob.* plura vide in verbo *Legatum*.

7 Quæres primo, an conditio in Legato posita, *si legatarius contraxerit matrimonium cum una ex filiabus Titii*, habeatur pro impleta, si unam requisiverit, & illa recusaverit? Resp. affirmative. Marescot. *l. 1. var. res. c. 44. n. 4.* quam sententiam, postquam utriusque sententiæ fundamenta discussit, veriorem judicat.

8 Quær. secundo, an conditio mortis verificetur in morte civili? Resp. negative. ita DD. apud Fusar. *de substit. q. 442.* Menoch. *cons. 482. nu. 16.* Dec. *cons. 61. nu. lib. 5.* Surdus *cons. 90. lib. 1.* Graff. *in §. fideicom. quæst. 41.*

9 Quær. tertio, quomodo conditio, *si sine liberis*, intelligatur? an de masculis tantum in fideicommisso? Resp. de masculis tantum, secundum communiorem apud Fachin. *l. 4. c. 57.* Hæcque purificatur per professionem filii in Religione, id est adimpletur, quia Monasterium habetur loco filii. vide Merlin. *dec. 206.* modo Monasterium non sit fratrum minorum de observantia, & Capucinorum. ibi: vide in verbo *Monasterium*.

10 Conditio *si sine liberis*, non subintelligitur in substitutione vulgari. DD. apud Fusar. *de substit. q. 58.* secus in pupillari. Maresc. *l. 1. var. res. c. 45.* In substitutione militari subintelligitur, si fuit facta in casum mortis. Fusar. *loc. cit. q. 217.* &

11 Conditio *si sine liberis*, deficit per unicum filium. Fusar. *l. c. q. 401.* Peregr. *de fideicom. art. 38. n. 37.* Limit. in spuriis. Naturales tamen, & legitimati per rescriptum illam faciunt deficere. Menoch. *cons. 724. n. 30.* Graff. *in §. fideicom. quæst. 34.* Mant. *de conjectur. l. 11. tit. 6.* Thesaur. *dec. 248. n. 9.* Dec. *cons. 215. n. 10.*

12 Redeundo nunc ad naturam conditionis, conditio voluntaria sufficit, si impleatur per æquipollens, ubi idem resultat effectus. DD. *in L. Gallus .ff. de liber. & posth.* Mantic. *de tacit. l. 14. tit. 43. nu. 10.* Ciarlin. *disc. for. c. 9. n. 62. & 82.*

13 Conditio, quæ inest tacite actui, etiamsi non verificetur, non relevat, uti cum instituitur venter prægnans, subintelligitur enim, si est prægnans; & tamen licet non sit prægnans, valet institutio. Ciarlin. *c. 3.* Rota *diversar. decis. 795. n. 13. vers. ista par. 1.* & DD. apud cit. Ciarlin.

14 Conditio, quæ non adjicitur substantiæ legati, sed ejus executioni, non facit legatum conditionale. Noal. *de transmis. cas. 17. num. 54.* Mastril. *decis. 78.* Ciarlin. *c. 167. n. 6.*

15 Conditio si est successiva, non sufficit, quod per momentum fuerit impleta, sed requiritur continuatio, & observantia. Gratian. *dis. for. c. 217. num. 84.* Altogr. *cons. 101.* Tranchedin. *cons. 9. n. 16. & 17.*

16 Contractus conditionalis transmittitur, tam active, quam passive, etiam ante impletam conditionem; non tamen in legatis; quia in contractibus intervenit stipulatio sibi, & hæredibus suis prospiciens. *L. si pactum. ff. de prob.* Limit. cum persona tantum contrahentis in contractu fuit considerata: item in iis, quæ ex natura sua non sunt transmissibilia. Noal. *de transmis. cas. 5. n. 1.* uti usufructus, servitus &c.

17 Contractus etiam Principis transit in successores, tam active, quam passive: hoc est, ad successores in dignitate. *cap. licet, de voto. c. Abbate, §. pro parte,* & ibi glos. *de re jud. in 6.* Limit. si contractus fuit celebratus intuitu personæ, & non diginitatis; quia persona non est perpetua, bene vero dignitas. *c. quoniam.* ubi Abb. 14. *de Offic. Deleg. cap. si gratiose, de rescrip. in 6.* Gonzal. *l. 2. decret. tit. 19. nu. 6. c. 1.* Transmittitur etiam ad hæredes, & contra hæredes. Noal. *loc. c. c. 28.* Tranch. *cons. 110. & cons. 82. a n. 18.*

18 Contractus, in quo a statuto præsumitur dolus, uti in contractu minorum, vel mulierum, celebratus sine solemnitatibus a dicto statuto ad obviandum dolis & fraudibus, requisitis, non validatur juramento. Sperel. *decis. 47. n. 10. seqq.* ubi Bart. *in L. omnes populi. n. 25. ff. de just. & Jur.* Bald. *in authent. Sacramenta puberum nu. 5. C. si adversus vendition.* & alii. Rot. *decis. 153. p. 1. rec. n. 3. seqq.* Ciarl. *contr. for. cap. 122. numer. 28. seqq.* qui tamen *n. 16. seqq.* in contrariam sententiam inclinare videtur, & Bartoli sententiam dicit a vero alienam, vel illam ad summum procedere posse, si duo concurrant. Primo si in loco statuti solitum fuerit, quod minores, & mulieres decipiantur, & ita adsit verisimilis præsumptio doli: sed certe illa præsumptio est juris, & ideo non requiret aliam probationem, ut testatur idem Ciarlin. *cap. 35. num. 31.* ubi Bald. *in L. nec patronis. n. 5. vers. in his etiam. C. de oper. libert.* Cravet. *cons. 569. num. 24. & 46.* Secundo si statutum solum præsumat dolum, vel metum &c. in ipso contractu minoris, vel mulieris, non vero in ipso juramento, & sic circa juramentum nihil expresse statuat, quod facere non potest. per DD. *ibid. numer. 15. citatos*; cum materia juramenti sit res spiritualis, cujus interpretatio pertinet ad Ecclesiam. ad tex. *in cap. venerabilis, §. idem etiam de elect.* & sive statutum loquatur in rem, sive in personam, non potest tollere vires juramenti, quod servari debet, quoties id fieri potest sine detrimento animæ jurantis, & sic jurans tenetur servare contractum juratum, quamvis alias invalidum. *cap. cum contingat, de jurejur. cap. quamvis de pact. in 6.* & DD. apud Ciarlin. *loc. cit.* cum non sit contra bonos mores naturales, nisi de facto adfuerit fraus; tunc enim illa probata poterit petere restitutionem. Ciarlin. *loc. cit. numer. 13.* & quod talis contractus firmetur juramento, tenet etiam Seraphin. *de privil. juram. privil. 61. numer. 4.* & DD. ibid. quamvis ob resistentiam statuti in foro externo non resultaret aliqua probatio ex ipso contractu, aut illius instrumento, nec ex illo probaretur juramentum. Seraphin. *loc. cit.* Si prima sententia tibi forsan placet, illam amplia, quod talis contractus sit nullus ubique, etiam extra locum statuti. Ciarlin. *cap. 35. numer. 25.* si statutum procedat ulterius tollendo fidem scripturis, & instrumentis aliter confectis, etiam extra territorium; quia illa nihil probarent. Tiraq. *de legib. connub. gl. 8. numer. 219.* Rot. *decis. 104. p. 2. divers.* apud Rot. *decis. 153. numer. 2. p. 1. rec.* licet contraxerit minor cum minore. Ciarlin. *cap. 118. numer. 11. & 12.* nam inter duos privilegiatos contrahentes potior est causa ejus, qui in contractu damnum sensit. arg. *cap. auditis, de restit. in integr. L. fin. ff. ex quib. caus. major. L. 1. C. si adversus fisc.* Rot. *loc. cit. numer. 6.* & licet minor ratificaverit; quia in ratificatione requiruntur eædem solemnitates. Ciarlin. *cap. 121. num. 14. & d. cap. 118. numer. 15.* quæ procedunt, si contractus fuerit invalidus ob non servatas solemnitates statutarias, secus si fuerit nullus ob non servatas solemnitates juris civilis; de quo infra *in verb. Minor. §. 4.* Licet vero contractus pupilli, in quo intervenit fidejussor, ob non servatas solemnitates corruat quoad obligationem pupilli, non tamen corruit quoad obligationem fidejussoris. Rot. *decis. 510. p. 5. rec. tom. 2. per tot.* Alii vero contractus nulli validantur juramento. Ciarlin. *d. cap. 122.* Sperel. *decis. 46. per tot.* ubi late. Maresc. *lib. 2. var. res. cap. 20. num. 10.* nisi sint nulli ex defectu consensus, vel materiæ; quia forsan inalienabilis, ut sunt res sacræ, & Ecclesiarum &c. vel certe principaliter ob utilitatem publicam, aut contra bonos mores &c. de quibus late Seraphin. *l. c.* apud quem aliæ limitationes, & ampliationes videri possunt.

Contractus judicialis omnis habet executionem paratam. Bal. *in L. qui crimen. Cod. qui accus. non poss.* DD. apud Scacc. *l. 1. de Jud. l. 2. c. 2. n. 320.* 19

Contractus quando non est nullus ideo, quia prohibitus simpliciter ne fiat, sed ratione certæ formæ, & solennitatis omissæ respicientis favorem determinatæ personæ, tunc ejus consensu, & ratificatione superveniente convalescit. DD. apud Sperel. *decis. 155. n. 10.* Et de Jure positivo nullus ob non servatas solennitates, est etiam nullus in foro interno, secundum communiorem apud Garz. *de benef. p. 9. c. 1. a nu. 4. ad 8.* ubi tamen plurimos Doctores pro, & contra citat; quia lex justa, quæ non fundatur in præsumptione, est servanda etiam in conscientia. 20

Con-

21 Contractus, in quo res datur pro re, & simul etiam pecunia, secundum aliquos, quibus adhæret Gomez *de contr. cap.* 2. *n.* 10. est permutatio, secundum alios est contractus, qui est favorabilior, secundum alios est, qui fuit nominatus, vel magis præponderat. vide Fachin. *lib.* 2. *contr. Jur. cap.* 45. apud quem Covar. ubi quod sit partim permutatio, & partim venditio.

22 Contractus in dubio præsumitur potius libellarius, quam emphyteuticus. Mantic. *decis.* 134. Tranchedin. *cons.* 51. *num.* 8. & potius emphyteuticus, quam censualis. Clar. *in* §. *emphyt. q.* 1. Mascard. *de prob. concl.* 188. Tusc. *litt. E. concl.* 152. quod tamen intelligitur, quando agitur de favore Ecclesiæ; secus in privatis. DD. *cit.*

23 Contractus rei Ecclesiæ ultra Beneplacitum, est nullus totaliter, de quo supra in verb. *Alienatio.* non potest dici utilis Ecclesiæ, in quo res transit ad extraneos. Riccius *in prax. par.* 1. *res.* 10. Ciarlin. *cap.* 8. *nu.* 17. Potest claudicare in favorem Ecclesiæ. DD. apud Sperel. *decis.* 11. *num.* 11. *& seq.* Grat. *disc. for. cap.* 202. Ciarl. *cap.* 39. Sperel. *decis.* 155. *num.* 9. Item in favorem pupilli. Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 321. alias non potest pro parte approbari & pro parte reprobari. Bich. *dec.* 452. *num.* 31.

24 Contractus celebratus in executionem alterius contractus, non dicitur novus, sed idem; maxime si non adest temporis intervallum, quale non est una dies. Altogr. jun. *contr.* 82. *num.* 1. Mant. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 6. Surd. *dec.* 288. *a num.* 33. Bald. *cons.* 440. *num.* 6. *lib.* 5.

25 Contractus, in quo adest clausula, *ad habendum*, & transfertur dominium saltem utile, non est pignoratitius, sed vel censualis, vel feudalis, aut emphyteuticus. Altogr. jun. *contr.* 92. *an.* 15. Seraph. *decis.* 1195. *n.* 1. Cenc. *quæst.* 1. *n.* 6. *in ult. impress.*

26 Ex quibus præsumatur simulatus, vide Rot. apud Merlin. *decis.* 714. Ad gaudendum, an valeat, vide Riccium *in prax. p.* 2. *res.* 48. ubi DD. & Mynsing. *cent.* 6. *obs.* 81. Et contractus pecudum ad caput salvum, an valeat, vide Concioi. *alleg.* 1. *num.* 42. ubi Covar. Molin. Layman. & alii.

27 Contractus, in quo adest pactum resolutivum, potest rescindi ob defectum implementi a parte altera, secus sine hoc pacto; nam tunc agitur ad interesse, vel implementum. Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 90. ubi Rot. secus est in contractu innominato, nempe, *do, ut des, do, ut facias, facio, ut des, & facio, ut facias:* in his enim est locus pœnitentiæ ante implementum: vide Gomez. *tom.* 2. *cap.* 8. Sicut non potest recedere a contractu ex eo, quod totum pretium ex lege contractus solutum non fuerit, sed habet actionem ad residuum, nisi contractus appareret illicitus. Sylvat. *lib.* 1. *cons.* 7. vide *Emptor.*

28 Observantia contractus est probanda ab allegante. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 102. clare. & debet esse uniformis. Idem *l. c. n.* 6. ubi Dec. *cons.* 8. *n.* 4.

29 Contrahens cum Ecclesia, vel minore sine solemnitatibus, cessante dolo, vel fraude, tuta conscientia retinet rem emptam: quia lex fundata in præsumptione fraudis, illa cessante, non obligat in conscientia. Sperel. *decis.* 163. *n.* 23. & talis, ne semper debeat manere suspensus, citare potest Prælatum, vel administratorem vel tutorem ad declarandum, an velint stare contractui: si declaratio est affirmativa, debet fieri cum iisdem solemnitatibus, & erit tutus in utroque foro.

30 Contractum impugnans ob non interventum Consanguineorum non tantum tenetur probare illorum existentiam, sed etiam quod non fuerint impediti, vel saltem fuerint sani tempore contractus, Achilles de Grass. *decis.* 4. *de præsumpt.* Castr. *cons.* 124. *lib.* 1. Rota *decis.* 433. *num.* 4. coram Coccino *decis.* 134. *num.* 8. apud Zachiam *de oblig. camer. decis.* 30. *nu.* 15. Bich. *decis.* 165. *n.* 18.

31 Auctor nullitatis contractus non potest illam allegare in præjudicium alterius. Ferret. *cons.* 155. *num.* 7. Cyriac. *contr.* 181. *num.* 157. *seqq.* nam frustra opponit quis id, cujus ipse causam præbuit. *L. cum mandato. ff. de negot. gest. L. mulier. in fin. ff. de ventr. inspic.* Rot. *dec.* 510. *p.* 5. *rec. tom.* 2. *num.* 14. *&* 15.

CONTUMACIA.

Praxis Contumaciæ.

Contumacia est inobedientia a legitime vocato in Judicium erga Judicem in iis, quæ ad judicium pertinent. Host. *in sum. in rubr. de contum.* 1

Contumacia alia est manifesta, quando quis peremptorie, ac personaliter citatus expresse contestatus est in judicio, se nunquam esse compariturum, aut se nolle comparere. *cap. venerabilibus.* §. *porro. in fin.* & ibi glos. *de sent. excom. in* 6. Specul. *tit. de contum. gl. contumax. num.* 3. Eccles. *obs. for.* 40. *senat. Pedemont. de appell.* Marant. *de ord. Jud. p.* 6. *tit. de contum. num.* 36. Alia dicitur contumacia vera, quando personaliter citatus, aut ad domum, ita ut ea illi intimata fuerit, illiusque notitiam habuerit, non dixit quidem, se nunquam esse compariturum, sed tamen, nullo legitimo impedimento detentus, non comparet. P. Pirhing. *lib.* 2. *decr. tit.* 14. *sect.* 2. §. 1. Pax Jord. *de re jud. lib.* 14. *tit.* 13. *num.* 184. Eccles. *l. c.* modo tamen fuerit peremptorie citatus. Marant. *in tit. de appell. q.* 17. *lim.* 3. *num.* 3. *vers. requiritur.* Eccles. *l. cit.* Et alia dicitur præsumpta, aut ficta, cum quis non est personaliter citatus; quia forsan non fuit inventus, sed ad domum, aut per edictum, ita ut dubitetur, an citatio ad illius notitiam pervenerit. DD. *cit.* 2

Judex de Jure, nunquam contra contumacem ex officio procedere potest ad aliquem actum, nisi ad instantiam partis adversæ. *L. ad peremptorium.* 68. ibi: *quis petat. ff. de jud. auth. qui semel.* & ibi Bar. *Cod. quom. & quand. Jud.* Marant. *p.* 6. *tit. de contum. num.* 1. Gail. *lib.* 1. *obs.* 55. *num.* 6. Pirhing *l. cit. num.* 21. *in fin. vers. hic not.* contumacia enim non inducitur ipso Jure, nec Judicis officio, sed parte petente. *L. properandum.* §. *& siquidem.* & ibi Castr. *num.* 3. Jas. *num.* 7. *Cod. de Jud.* Rebuff. *de contum. & defect. art.* 1. *gl. un. num.* 2. Osasch. *decis.* 3. *num.* 2. *seqq.* Pistor. *quæst. Jur. q.* 3. *num.* 10. *lib.* 1. Eccles. *obs. for.* 28. *de appell.* 3

Debet ergo actor rei contumaciam expresse accusare, ita ut sola non comparitio, sine accusatione partis, quem contumacem non constituat. Jas. *d. num.* 7. Afflict. *de const. reg. rubr.* 96. *de liter. cit. in pr. num.* 20. ubi testatur ita servari; & alii apud Eccles. *l. c.* quem vide. Et parte contumaciam non accusante, circumducitur citatio, sicut de injunctione solvendi, & aliis contumaciæ pœnis, dicit cit. Eccles. *obs.* 115. *num.* 18. *&* 22. *senat. Pedem.* 4

Et contumacia debet accusari in die cadentis termini a Judice assignati. Bart. *in L. si finita.* §. *Julianus. n.* 15. *ff. de damn. inf.* Rebuff. *in d. gl. un. num.* 24. Thes. *decis.* 19. & quidem in die juridica; quia si fiat die feriata, est nullius momenti. Alex. *cons.* 137. *num.* 10. *lib.* 2. & si dies ultima citationis cadat in die feriata, quod an fieri possit, supra notavimus in verbo *Citatio*, debet accusatio fieri die proximo subsequenti, facta mentione in actis de præcedenti die feriata. Marant. *in tit. de citat. num.* 68. Scacc. *de Jud. cap.* 91. *num.* 18. vide Vant. *de nullit. ex def. cit. num.* 66. Gail. *obs. for.* 53. *num.* 2. *lib.* 1. Eccles. *loc. cit. a num.* 11. ubi late. Canonistæ *in c.* 2. *de feriis.* Et prædicta procedunt non tam in actore, quam in reo, qui ultimus etiam tenetur accusare contumaciam actoris non comparentis. *d. L. ad properandum.* §. *& siquidem.* Barb. *in cit. L. ad peremptorium num.* 139. vide etiam Scacc. *de Jud. cap.* 91. Quod si nullius compareat, contumacia, mutua compensatione tollitur. *arg. L. si ambo. ff. de compens.* Eccles. *obs.* 41. *a n.* 12. *de appell.* subdens *n.* 13. quod actor non possit se excusare, reo comparente, quod citatio non fuerit legitima, aut minus legitime executa. Et citat Scacc. *d. cap.* 91. nec tunc actor condemnatur in expensas P. Pirhing. *lib.* 2. *decret. tit. de dol. & contum. n.* 28. *vers. not. secundo*; quando nempe nullus comparuit. 5

Actor, qui reum citari procuravit, debet in termino, ad quem reum citari fecit, comparere, etiamsi reus non fuerit peremptorie citatus: nam alias reo comparente, actor contumax deberet refundere omnes expensas. Pirhing *l. c. n.* 28. & multo magis si reus fuisset peremptorie citatus; & sine refusione expensarum prius facta, actor amplius non auditur. *cap.* 1. *de dol. & contum. in* 6. *L. sancimus.* 13. *Cod. de Jud.* Pirhing. 6

num. 41.

num. 41. & non ſolum illas quas reus fecit a tempore contumaciæ, ſed etiam illas quas fecit a tempore citationis. videatur *cap. cum dilecti. 6. de dol. & contum.* ubi etiam non fuit auditus, qui citatus ut certo die per ſe, vel per procuratorem compareat, ſe per nuntium excuſavit, ex quo, ſicut nuntium mittere poterat ad ſe excuſandum, ita etiam procuratorem conſtituere potuiſſet ad reſpondendum &c. Si tamen actor compareat ante executam ſecundam citationem, non eſſet ſtatim obligandus ad refundendas expenſas reo in prima citatione comparenti cauſatas, ſed illæ poſſent reſervari in fine, ex quo poſſit allegare aliquod juſtum impedimentum. vide Eccleſ. *obſ. for.* 39. *de appell.*

7 Eſt ergo contumacia alia actoris, alia rei. Et contumacia actoris magis offendit Judicem, quam rei, & ideo etiam eſt major, magiſque præſumitur contra actorem non comparentem, quam contra reum abſentem. gloſ. *in cap. cauſam, de dol. & contum. verb. ad domum, poſt medium.* Gail. *obſ.* 59. *num.* 6. *lib.* 1. Neviz. *conſ.* 16. *num.* 3. Menoch. *de arbitr. caſ.* 45. *num.* 1.

8 Dicitur autem contumax actor, ſi non comparet in termino citationis, nec mittit procuratorem cum legitimo mandato. Jaſ. *in L. ſancimus. num.* 6. *verſ. ſimiliter. Cod. de Jud.* Neviz. *conſ.* 16. *num.* 2. Eccleſ. *obſ. for.* 41. *de appell. num.* 9. nec pro eo admittitur procurator ſine mandato etiam cum ſatiſdatione de rato. *L. nemo alieno.* 166. *ff. de Reg. Jur.* & ibi gloſ. Alex. *in L. exigendi. num.* 1. *Cod. de procur.* Caſtr. *in L. Pomponius. num.* 4. *ff. eod.* imo nec datur dilatio ad præſentandum mandatum. Curt. ſen. *in repet. L. admonendi. col.* 14. *ff. de jurejur.* Neviz. *d. conſ.* 16. ſecus eſt in reo abſente, pro quo quilibet admittitur procurator, etiam ſine mandato. *d. L. exigendi C. de procur.* & DD. cit. apud Eccleſ. *l. c.* ubi dat diſparitatem; quia actor non tenetur agere, reus vero debet ſe defendere. Alios modos, quibus contumacia ab actore committitur, vide apud Pirhing *lib.* 2. *decret. tit. de dol. & contum.* §. 1. *a num.* 21. & alios paſſim.

9 Actore non comparente, ſicut circumducitur citatio. *L. & poſt edictum.* §. 1. *ff. de jud.* Jaſ. *in rubr. ff. de in jus vocan.* Vant. *de nullit. ex def. cit. num.* 111. & alii apud Eccleſ. *d. obſ.* 28. *de appell.* ita omnis contumaciæ effectus tollitur, ex quo actor non comparens in termino, videatur renunciare. Anchar. *conſ.* 97. *num.* 4. Oſaſch. *dec.* 3. *num.* 4. Rebuff. *de contum. & def. a.* 1. *gl.* 1. *num.* 7. Eccleſ. *loc. cit.* quod ſi poſtea actor de legitimo impedimento doceat, excuſatur quidem a contumacia, & ejus pœnis, ſed nihilominus citatio circumducitur, nec reintegratur ſine nova citatione. Gail. *obſ.* 59. *lib.* 1. *num.* 2. Scacc. *de Jud. cap.* 91. *num.* 8. Eccleſ. *obſ. for.* 41. *num.* 13. quod ſi de legitimo impedimento non doceat, non amplius auditur, niſi refuſi expenſis parti cauſatis, & ſufficienter caverit de comparendo impoſterum, ut ſupra dictum eſt. Peregr. *in pract. civil. p.* 2. *ſect.* 1. *ſubſect.* 3. *num.* 21. & *cap.* 1. *de dol. & contum. in* 6. Specul. *tit. de contum. gl. nunc nobis. num.* 2. Rot. in antiq. *dec.* 7. *num.* 886. *de verb. ſignif.* & eſt tex. *in cap. actor. de dol. & cont. in* 6. Pirhing. *l. c. num.* 27. *ubi num.* 28. *verſ. notan.* ſubdit, quod cautio hæc debeat eſſe pignoratitia, ſeu fidejuſſoria, juxta *L. mandato.* 59. §. *ult. ff. mandati;* & ſi hæc præſtari non poſſint, tunc demum admittatur juratoria.

10 Reus ob actoris contumaciam, habet plura remedia. Primum: quod impetrare poſſit, ut a citatione abſolvatur, quæ fieri poteſt ſine ulteriori citatione actoris non comparentis. Inn. *in cap. conſului. num.* 1. & ibi Panorm. *num.* 8. Felin. *num.* 7. *de off. Jud. deleg.* Barb. *in L. ad peremptorium. num.* 7. & 35. *de judic.* Eccleſ. *obſ.* 41. *de appell.* Secundum; quod poſſit petere ſe abſolvi ab inſtantia, ſeu ab obſervatione Judicii cum refuſione expenſarum. Pereg. *loc. cit.* Eccleſ. *ubi ſup. num.* 3. ubi ponit differentiam inter Jus Canonicum, & Civile, quod nempe de Jure Canonico actor non comparens, circumducta citatione ob contumaciam actoris, non poſſit amplius facere citari reum, niſi caveat de judicio ſiſti, & de parendo judicio, & ſolutis expenſis contumacialibus, ut ſupra. De Jure vero Civili, ob actoris contumaciam pereat tantum inſtantia, ſalva manente actori actione, ut iterum ex integro valeat litigare, inchoando novam inſtantiam ſuper eodem libello, refectis expenſis. Caſtr. *in auth. qui ſemel. n.* 3. *Cod. quom. & quand.* Barb. *in d. L. ad peremptorium. num.* 29. Scacc. *de Jud. d. cap.* 91. *num.* 9. *d. L. & poſt edictum.* §. 1. *ff. de judic.* Hic tamen notandum ex Pirhing *l. c. num.* 30. *verſ. notandum ſecundo,* quod hac cautionis præſtatione de Jure Canonico requiſita non obſtante, etiamſi fuerit juratoria, tamen dictam cautionem præſtans poſſit ex juſta cauſa appellare, ita ut nec incurreretur pœna, ſi eſſet appoſita, & ſic judicio non parere: nam cum litiganti de jure permiſſum ſit, ſi injuſte fuerit gravatus, appellare, ideo dicta cautio, etiam juratoria, intelligitur, quatenus de Jure parere obligatus ſit. arg. *cap. ad noſtram.* 21. *de Jurejur.* ubi gl. *in verb. cautionem;* quod *cap.* ſolum loquitur de injuſte appellante.

Porro, ſi reus velit, poteſt poſt porrectum libellum 11
ab actore contumace, litem proſequi, petere ut teſtes recipiantur, & ut in cauſa procedatur etiam uſque ad definitivam, ſervata tamen forma tradita in *cap. cauſam.* 3. *de dol. & cont.* de qua vide P. Pirhing. *in tit. de dol. & contum.* §. 2. *per tot.* Eccleſ. *obſ. for.* 41. *a nu.* 4. ubi, quando reus debeat abſolvi definitive, an vero tantum ab obſervantia Judicii.

Reus ſi ſit contumax in comparendo in termino 12
præfixo ante litem conteſtatam, actor mittitur in poſſeſſionem bonorum, abſentis contumacis ex primo decreto, tantum cuſtodiæ cauſa, non vero ut faciat fructus ſuos, & hoc tamen ad menſuram quantitatis crediti prætenſi, de quo, ſicut de forma in hoc decreto obſervanda, vide late Peregr. *in ſua prax. Judic. civil. de contum. rei. p.* 2. *ſect.* 1. *ſubſect.* 4. *per tot.* Pac. Jord. *de re judic. lib.* 14. *tit.* 13. *de dol. & contum. a n.* 195. Pirhing & Canoniſtas *in tot. tit. de eo qui mittitur in poſſeſſ. cauſ. rei ſerv.* & ſi in contumacia perſeveraverit, devenitur ad interpoſitionem ſecundi decreti. DD. *cit.* ubi, quod hæc procedant etiam in contumacia poſt litem conteſtatam juxta ea, quæ in *n. ſeq.*

Si autem poſt litem conteſtatam ſit contumax, tunc 13
vel liquet de cauſa, & tunc præmiſſa citatione, & ſervatis quæ in tex. & gl. *in cap. cauſam, de dol. & contum.* ferri debet ſententiam definitiva. *cap. prout nobis, de dol. & contum.* Pax Jord. *loc. cit. num.* 224. Pirhing *tit. de dol. & contum. num.* 29. Vel non liquet: & tunc actor immitti debet in veram poſſeſſionem, reſervata reo abſenti quæſtione proprietatis, ita ut poſtea veniens, refuſis expenſis contumacialibus, præſtitaque cautione fidejuſſoria, aut juratoria, de parendo juri &c. ut ſupra, probare poſſit, rem ad ſe ſpectare. DD. *cit.* Imol. & Vivian. apud Pirhing *l. cit.* ita ut reus poſtea veniens, alia pœna puniendus regulariter non ſit, quam quod actori expenſas ſolvat, & damna reſarciantur. Pirhing *num.* 34. Pax Jord. *num.* 212. *l. cit.* ubi dicit, notanda eſſe verba *cap.* 1. *de dol. & contum.* quæ ſic ſonant, *ad quod dicimus: quod Eccleſiaſticis perſonis, & negotiis, rigor, & diſtrictio Juris non requiritur, ſed (cum juſtitia propter hoc non periclitetur) patienter admittè debet, cum reus per cautionem ſtandi Judicio ſe adſtringit.* vide etiam Eccleſ. *obſ. for.* 35. *per tot. de appell.* ex quibus.

Nota primo: eſſe in electione actoris, an velit, ac- 14
cuſata contumacia, petere terminum ad probandum, vel petere, ſe immitti in poſſeſſionem ut ſupra. Gail. *obſ.* 60. *n.* 3. *lib.* 1. Marant. in Specul. *p.* 6. *tit. de cit. num.* 10. Scacc. *de ſent. & re jud. gl.* 14. *q.* 7. *num.* 107. Eccleſ. *obſ. for.* 30. *de appell.*

Nota ſecundo: quod ob ſolam contumaciam, acto- 15
re non probante petitionem ſuam, reus contumax cauſa cadere non debeat, nec illum Judex habere poſſit pro confeſſo: & ideo, ſi actor eligat litem proſequi, probando &c. debet ſuam intentionem probare, quod ſi non faciat, aut facere non poſſit, reus etiam contumax abſolvitur. Gloſſ. *in L.* 1. §. *fin. in verb. hoc judicium. ff. ſi quis jus dicenti non obtemp.* Gail. *d. obſ.* 60. *num.* 8. Menoch. *de arbitr. caſ.* 280. *num.* 4. Scacc. *de Jud. cap.* 99. *n.* 3. & alii DD. apud Eccleſ. *loc. cit. & obſ.* 35. *de appell.* ubi, quod non ſufficiat actorem probare per ſolum juramentum.

Nota tertio: quod contumax refectis expenſis con- 16
tra ſententiam latam ex ficta contumacia, puta propter poſitionum pronunciationem, quod habeantur pro confeſſis, vel juramenti &c. auditur. Theſ. jun. *q.* 6. *lib.* 2. *ex tex. in auth. qui ſemel. Cod. quom. & quand. L. ſancimus. Cod. de jud. cap.* 1. *de ſequeſt. poſſeſſ. in fin.* Marant. in Specul. *p.* 6. *tit. de contum. num.* 16. Menoch. *de arbitr. caſ.* 154. *num.* 1. cum illa ſententia non tranſeat

feat in judicatum, poſſitque coram eodem Judice revideri. Farin. *in prax. crim. q.* 11. *num.* 13. & alii DD. apud Eccleſ. *obſ. for.* 35. *de appell. num.* 3. vide etiam infra *num. ſeq. &* 22. Limita in ſententia definitiva contra reum contumacem lata ad favorem actoris, qui plene intentionem ſuam probavit in cauſa civili, examinatis teſtibus, ſervatis ſervandis: poſt illam enim non auditur reus quandocumque compareat, quamvis offerat reficere expenſas contumaciales. Scacc. *de ſent. & re jud. gl.* 14. *q.* 7. *num.* 3. quia tunc Judex functus eſt officio ſuo. *L. Judex poſteaquam. ff. de re jud.* ut ad explicationem *L. ſancimus. Cod. de Jud.* tenent DD. apud Eccleſ. *obſ. for.* 35. *de appell.* deberet ergo talis jura ſua producere coram Judice appellationis, in illis caſibus, in quibus contumax permittitur appellare. de quibus infra.

17 Nota quarto: quod contumax in reſpondendo poſitionibus, de Jure communi non habetur pro confeſſo. Lanfr. *in repet. cap. quoniam contra. in verb. reſponſiones. num.* 18. *de prob.* Maſcard. *de prob. concl.* 1182. *nu.* 71. Michalor. *in tr. de poſit. cap.* 3. *num.* 23. *& cap.* 32. *num.* 8. *ſeqq.* & late *cap.* 61. *per tot.* Bald. *in L. accuſationem. col. fin. Cod. qui accuſ. non poſſ.* Theſ. *q.* 6. *num.* 1. *lib.* 1. niſi adſit comminatio cum declaratoria Judicis. Bar. *in L. ejus qui delatorem. num.* 2. *ff. de Jur. fiſc. & in L.* 2. §. *obſervavi. Cod. de jurejur.* Michalor. *loc. cit. num.* 15. ubi quod Judex de ſtylo &c. ſtatuere debeat terminum ad reſpondendum cum tali comminatione. & alii apud Eccleſ. *obſ. for.* 59. *a num.* 7. ubi *num.* 22. ſubjungit, quod liceat appellare ab interlocutoria, quod poſitiones habeantur pro confeſſis, ex Aſin. *in prax.* §. 19. *cap.* 15. Mancin. *de jurejur. p.* 2. *a.* 2. *num.* 77. Michalor. *loc. cit. cap.* 61. *num.* 28. ſed quod a tali pronunciatione, cum ſit interlocutoria, non detur appellatio, tenet Pellegrin. *in ſua pract. civil. de poſition. p.* 2. *ſect.* 2. *ſubſect.* 4. *num.* 24. & citat gloſ. *in cap. cupientes, verſ. expectare, de elect. in* 6. Bald. *conſ.* 269. *num.* 1. *in fin. lib.* 1. Guidopap. *deciſ.* 220. Mar. Antonin. *lib.* 2. *var. reſ.* 4. *num.* 13. imo nec citatio requiritur partis contumacis, quando poſitiones in contumaciam non reſpondentis pro confeſſatis acceptantur. Gail. *lib.* 1. *pract. obſ.* 80. *num.* 7. ubi Imol. *in L. ſi finita*, §. *ſi plures. num.* 73. *ff. de damn. infect.* Calcan. *conſ.* 16. *num.* 11. & alii. Et ſi contumax in reſpondendo poſitionibus habetur pro confeſſo, & moriatur ante ſententiam, talis pœna non tranſit in hæredes regulariter. Lanfr. *loc. cit. num.* 19. Michalor. *cap.* 61. *num.* 37. ſecus ſi deſſecerit poſt Judicis pronunciationem, quod habeatur pro confeſſo. Eccleſ. *obſ.* 59. ubi DD. & hæc contumacia incurſa per non reſpondentem poſitionibus, dicitur remiſſa per inſtantiam factam a parte, ut illis denuo reſpondeatur. Eccleſ. *loc. cit.* Nec contumacia tutoris non reſpondentis poſitionibus, nocet pupillo. Manc. *de juram. p.* 2. *a.* 2. *nu.* 106. Eccleſ. *loc. cit.* potro veritas in omnibus prævalet. *cap. conſuetudo, diſt.* 8. & ideo ſi poſtquam fuit pronunciatum in contumaciam poſitiones haberi pro confeſſatis de veritate in contrarium appareat, hæc pronuncia non noceret. vide Michalor. *de poſit. cap.* 49. *per tot.* & ideo ſtatim infra *num.* 22. dicimus contumacem poſſe probare contrarium.

18 Contumax, ſi bona ſtabilia non habeat, quibus actori ſatisfieri poſſit, aut in illorum poſſeſſionem mitti, poteſt etiam excommunicari. *cap. paſtoralis.* §. *præterea, de offic. Ordin. c. tuæ, ut lit. non conteſt. c. quoniam frequenter.* §. *fin. eod.* Peregr. *l. ſup. cit. num.* 17. modo ſervetur diſpoſitio Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de reform.* quod nempe aliter reus haberi non poſſit, ſeu remediis realibus, aut perſonalibus parti ſuccurri. Pax Jord. *de re judic. lib.* 14. *tit.* 13. *num.* 189. nam excommunicatio eſt remedium ſubſidiarium, ut diximus in verbo *Brachium ſæculare. num.* 2.

19 Et quando per viam inquiſitionis, aut denunciationis proceditur contra abſentem contumacem, etiam lite non conteſtata, poſſunt teſtes recipi, & ſententia definitiva ferri. ex *cap. veritatis.* 8. *de dol. & contum.* ſecus ſi agatur mere criminaliter, & per modum accuſationis. de quo vide P. Pirhing *l. cit. num.* 37. & 38.

20 Quod Judex poſſit contra inobedientem ad aliquam mulctam procedere ſecundum ſtylum Curiæ, docent Eccleſ. *obſ. for.* 115. *nu.* 21. Peregr. *in pract. civil. d. p.* 2. *ſect.* 1. *ſubſ.* 3. *num.* 14. *ex L. un. ff. ſi quis jus dic. non obtemp. L.* 2. *ff. ſi quis in jus voc. non ierit.* modo ſit verus contumax, non fictus. Peregr. *l. c.*

Contumax in præſtatione juramenti litis deciſivi, 21
quando Judex approbavit, juſſitque jurari, habetur pro confeſſo. Purpurat. *in L. manifeſtæ. ff. de jurejur.* ubi Bart. *num.* 3. Eccleſ. *obſ. for.* 86. *n.* 2. *& 3.*

Contumax in reſpondendo poſitionibus, etiam poſt- 22
quam habitæ fuerunt pro confeſſis, poteſt probare contrarium. Alex. *in L.* 2. *Cod. qui teſtam. fac. poſ.* ubi Caſtr. *num.* 5. Maſcard. *de prob. concl.* 1182. *num.* 72. Michalor. *de poſit. cap* 49. *per tot.* quia contra confeſſionem a lege præſumptam, prout eſt iſta, admittitur probatio in contrarium, & tantum onus probandi in tacite confeſſum rejicit. Angel. & Alex. *in d. L.* 2. Jaſ. *num.* 6. & 7. Michalor. *de poſit. cap.* 47. *n.* 5. Poſt *manut. obſ.* 83. *num.* 61. & alii apud Eccleſ. *obſ. for.* 73. *a num.* 10.

Contumax perdit cauſam, ſi comminatio fuit facta 23
ſub pœna amiſſionis cauſæ. Dec. *in L.* 2. *num.* 30. *ff. de edend.* Rebuff. *tit. de contum. art.* 13. *gl. un. num.* 15. Eccleſ. *obſ.* 102. *num.* 7.

Contumax amittit privilegium fori. DD. & addend. 24
ad Bart. *litt. B. in L. ſi quis ex aliena. ff. de jud.* & ideo non admittitur, ſi purgata contumacia per refuſionem expenſarum, voluerit opponere exceptionem fori declinatoriam. Alex. *in L. quidam conſulebant. num.* 25. *ff. de re jud.* Rebuff. *tit. de contum. & defect. art.* 8. *gl.* 1. *nu.* 1. Theſaur. alios citans *deciſ.* 265. *num.* 2. apud Eccleſ. *obſ.* 29. *Sen. Pedem. a num.* 2. & hoc in odium contumaciæ. Peregr. *l. ſup. c. num.* 22. *verſ. ſed quid juris.* imo nec admittitur contumax ad allegandam nullitatem actorum ex defectu juriſdictionis. *gl. in cap. ſi duobus. in verb. tenebit. de appell.* niſi manifeſte conſtaret de non Juriſdictione citantis, ut eſt in Clerico reſpectu Judicis Laici, de quo ſupra in verb. *Citatio.* & DD. apud Eccleſ. *d. obſ.* 29. *de appell.* ubi etiam *num.* 12. quod Clericus teneatur ad expenſas contumaciales, ſi ſit conjugatus, vel non conſtet Judici, eſſe Clericum, expenſis fatigat actorem differendo opponere exceptionem fori; licet proceſſus, & acta ſint nulla. Felin. *in cap. exceptionem, in pr. de except.* Bellam. *deciſ.* 226. Calder. *conſ.* 12. *de Judic.* Aſin. *in prax. jud.* §. 12. *ampl.* 61. *num.* 1. Farin. *tit. de inquiſit. quæſ.* 8. *num.* 16.

Eſt tamen advertendum, pœnas contra contumaces 25
tunc locum habere, quando petitur a citato aliquo in particulari, aliquid fieri, vel dari: ſecus ſi citatio fiat per edictum, ut compareat, quicumque ſua intereſſe putaverit; quia talis citatio neminem arctat ad comparendum, utpote non neceſſaria, ſed voluntaria. Caſtr. & Alex. *in L. teſtamenta. Cod. de teſt.* Afflict. *deciſ.* 2. & 24. Peregr. *l. c. num.* 20.

Ulterius contumax manifeſtus non poteſt appellare. 26
gl. in Clem. 1. *in verbo manifeſte, de dol. & contum.* Angel. *in L. & poſt edictum.* §. *ſciendum. num.* 2. *ff. de jud.* Boer. *deciſ.* 206. *num.* 6. Gail. *obſ.* 132. *num.* 7. *lib.* 1. Scacc. *de appell. q.* 12. *num.* 11. Eccleſ. *obſ.* 40. *num.* 2. & ſi hujus appellatio admittitur, eſt nulla ipſo Jure. Dec. *conſ.* 34. *num.* 1. Gratian. *diſc. for. cap.* 364. *num.* 25. Theſ. *dec.* 265. *num.* 3. Eccleſ. *l. c.*

Verus contumax, quamvis de Jure appellare non 27
poſſit, cum contra contumacem omnia jura clament, quod non poſſit appellare. *L. ex conſenſu.* §. *fin. ff. de appell. L. properandum.* §. *ſin autem reus. Cod. de jud. L.* 1. *Cod. quor. appell. non recip.* & alibi: tamen de æquitate Canonica de obſervantia Rotæ talis appellans auditur. *gl. Clem.* 1. *in verb. perſonaliter, de Jud. gl. in Clem. un. in verbo manifeſte, de dol. & contum.* Alex. *in d. L. properandum.* Gratian. *loc. cit. num.* 4. & alii apud Eccleſ. *l. c.* ubi teſtatur ita practicari in Rot. Rom. dummodo appellet infra decem dies a die latæ ſententiæ. Scacc. *de appellat. q.* 17. *lim.* 3. *num.* 12. Quit tamen *q.* 12. *num.* 12. *verſ. intellige tertio.* limitare videtur erga citati hæredem, ita ut licet defunctus fuerit perſonaliter citatus, tamen, ſi lata ſententia deceſſerit, hæredi non currat tempus ad appellandum, niſi a die notitiæ; & citat Franc. *in cap.* 8. *ex ratione. num.* 94. *de appell.* ſed præſcindendo a ſtylo Rot. Rom. quod de vigore Juris verus contumax peremptorie citatus, ſi appellet, non audiatur, tenent Specul. *de appell.* §. *in quibus. num.* 1. *lib.* 2. Marant. in Specul. *p.* 6. *memb.* 2. *num.* 19. *& act.* 2. *princ. in verb. & quandoque appell. num.* 14. *&* 284. Rebuff. *de apell. art.* 7. *gloſ.* 2. *num.* 7. *& ſeqq. tom.* 3. Rot. ac alii DD. apud Scacc. *de appell. quæſt.* 17. *lim.* 3. *n.* 1. *ſeqq.* ſi fuit contumax in non veniendo, ſecus ſi fuit tantum contumax

in non

in non agendo; quia is potest appellare. *l. c. n.* 17. apud quem videre poteris alias limitationes, & ampliationes.

28 Fictus contumax admittitur ad appellandum, ita ut tempus ei non incipiat currere a die latæ sententiæ, sed a die notitiæ, & scientiæ. Alex. *in cap.* 4. *personas. num.* 2. *de appell.* Felin. *in cap.* 15. *quoad consultationem. num.* 23. *vers. considera duos, de sent. & re jud.* Tiraquel. *de retr. lignag.* §. 9. *gl.* 2. *num.* 42. *vers. ex iis autem.* Lancell. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *limit.* 50. *princ. nu.* 158. ubi Rot. & alii apud Scacc. *d. q.* 12. *num.* 13. & 14. ubi plures extensiones videre poteris; & signanter in eo, qui fuit citatus in loco Beneficii, quia dicitur fictus contumax, ac si fuisset citatus domi. Felin. *in cap. quoad consultationem.* 15. *sub num.* 23. *de sent. & re jud.* Et appellato incumbet onus probandi notitiam sententiæ latæ, si appellans asserat, se non prius notitiam habuisse. Scacc. *l. c. num.* 24. ubi late, & quomodo hæc notitia probari possit.

29 Prædicta amplia: quod, sicut contumax non appellat, ita nec potest supplicare, aut recurrere ad Principem. Marant. in Specul. *p.* 6. *act.* 2. *num.* 14. *de appell.* Scacc. *d. q.* 17. *lim.* 3. *num.* 7. & *q.* 19. *remed.* 3. *num.* 12. & DD. apud Eccles. *d. obs.* 40. *num.* 6. ubi quod hæc procedant, si petatur revisio sententiæ per viam justitiæ, secus si per viam gratiæ a Principe supremo. Valasc. *consult.* 51. *num.* 37. *in fin.* Scacc. *d. qu.* 19. *remed.* 3. *n.* 21. Ciarl. *contr. for. cap.* 148. *n.* 30.

30 Sic etiam contumaci non conceditur restitutio in integrum. *L. divus. ff. de in integr. rest. gl. in L. consentaneum. in verb. transferre. Cod. quom. & quand.* Eccles. *l. cit. num.* 7. ubi alii; Quæ prædicta tamen procedunt in contumacia in veniendo ad judicium, secus si quis sit tantum contumax in exhibendo, vel restituendo &c. nam talis etiam de Jure civili appellat. *L. creditor.* §. *jussus. ff. de appell. gl. in sæpe cit. L. properandum.* §. *sin autem reus, verb. quod. Cod. quom. & quand.* Eccles. *l. cit. post num.* 7.

31 Tandem notatur pro regula generali, quod ubicumque contumax potest audiri, intelligitur refectis parti expensis contumacialibus. Scacc. *de sent. & re jud. gl.* 14. *quæst.* 7. *n.* 1. *in fin.* Eccles. *obs.* 115. *num.* 16. Et

32 Contumax, sive postea vincat, sive vincatur, debet condemnari in expensas contumaciales, a quibus justa causa litigandi non excusat. *L. properandum.* §. *sin autem. Cod. de Jud. gl. in cap. ei. qui.* §. *appellatore, in verb. omni casui.* 2. *q.* 6. *gl. in L. & post edictum, in verb. vincat. ff. de Jud.* Mynsing. *obs.* 67. *cent.* 4. Jas. *in d.* §. *sin autem. n.* 7. Alex. *n.* 8. & alii apud Eccles. *obs. for.* 39. *n.* 1. *de appell.* Et eas non repetit postea reus, quamvis obtineat in meritis causæ. Bart. *in L. si pignore. num.* 2. *ff. de pignor.* Scacc. *de appell. q.* 17. *lim.* 21. *num.* 67. Surd. *cons.* 64. *num.* 3. & alii; nisi in fine litis appareat de evidenti calumnia partis, ne ex suo dolo commodum sentiat. Eccles. *l. c. n.* 7. & 8. Limit. in minore, aut universitate, qui, si restituantur adversus sententiam, dictas expensas repetunt. Thes. *decis.* 9. *num.* 9. & alii apud Eccles. *loc. cit. num.* 13.

Et contumax refundit expensas, sive contumacia sit 33
vera, sive ficta. Alex. *in L. un.* §. *fin. num.* 13. *ff. si quis jus dic. non obtemp.* Osasc. *decis.* 9. *num.* 2. Sive contumacia sit in prima, sive secunda citatione non peremptoria; nam etiamsi postea reus compareat in tertia peremptoria, tamen tenetur refundere expensas primæ citationis etiam non peremptoriæ. Ita communis Canonistarum apud Eccles. *d. obs.* 39. *ex cap. querelam, de procul.* ubi gl. *in vera. rationabili.* Covar. *pract. qq. cap.* 27. *num.* 3. *vers. idem erit.* Bar. *in L. sancimus. Cod. de Jud. num.* 4. *& in auth. qui semel. Cod. quom. & quand.* Specul. *tit. de cit.* §. *viso. num.* 10. Thes. *decis.* 9. *num.* 3. & alii, quia trina citatio, aut peremptoria, est quidem necessaria, ut perveniri possit ad sententiam definitivam, vel ut quis possit puniri ob contumaciam, non vero ut reficiat expensas contumaciæ. Jas. *in d. L. sancimus. num.* 18. *& in L. un.* §. *is videtur. num.* 12. & alii. Eccles. *loc. cit.* ubi late, quænam dicantur expensæ contumaciales. Limit. si pars contumax doceat de legitimo impedimento, quod excusat a contumacia, & illius pœnis. Franc. *in cap. actor, de dol. & contum. in* 6. apud Pirhing. *l. sup. cit. num.* 27. Eccles. *l. c. n.* 5. quomodo autem tale impedimentum probandum sit, relinquitur arbitrio Judicis, spectata qualitate personæ, & impedimenti. Anchar. *in d. cap. actor. in fine*, apud Pirhing *l. c.* & quænam reputentur legitima impedimenta, vide Peregr. *in prax. l. c. n.* 10.

Quæ expensæ contumaciales probantur actoris jura- 34
mento, propter contumaciam absentis. *L. properandum.* §. *& siquidem. &* §. *sin autem alterutra*, & ibi Bal. *num.* 16. *L. sancimus, cum auth. seq. Cod. de Jud. L. fin. in princ. Cod. de bon. auctor. Jud. possid.* Mascard. *de prob. concl.* 717. *num.* 1. Rebuff. *tit. de expens. a* 5. *gl. un. num.* 10. Afflict. *decis.* 70. *n.* 2. Cyriac. *contr.* 142. *n.* 2. quod speciale vocat Salyc. *in L. in bonæ fidei. num.* 24. *Cod. de reb. cred.* Eccles. *obs. for.* 30. *num.* 10. & 11. Imo contumax non debet condemnari in expensas necessario solvendas parti, nisi prius illa juramentum præstet, se dictas expensas ob contumaciam alterius facere debuisse, & postea accedat Judicis taxatio. ut ex *d. L. sancimus.* docet Pirhing. *in tit. de eo, qui mit. in possess. num.* 8. *vers. not. secundo.*

CURA ANIMARUM.

Praxis Curæ animarum, seu ejus erectionis.

Contingit non raro, in Curiis Ecclesiasticis, seu co- 1
ram Officio spirituali, comparere memorialia, petentia sibi concedi fontem Baptismalem, vel etiam S. S. Vener. Sacramentum Corporis Christi, allegando distantiam locorum, periculum animarum, & maxime infantium tempore hyemis ob frigus periclitantium, si ad Parochialem deferantur. Sed quia hujusmodi causæ persæpe finguntur ad subtrahendum se Parochialibus &c. ideo Ordinarius, seu Vicarius non illico rescribet juxta petita, sed Parochi informationem expectabit, & sic rescriptum ejusmodi memorialis erit tale, vel simile.

N. N. Parochus loci N. informet Officium sub Sigillo.

1 Quod si Parochus non contradicat, sed consentiat sine aliis pactis, fiet decretum, tenoris ut infra. Sin vero pacta quædam fuerit inter Parochum, & communitatem inita, eadem erunt decreto inserenda, sicut etiam patentibus. Notandum tamen, esse curandum, ut similium pactorum publicum conficiatur instrumentum, seu documentum; quod, seu cujus copia in forma authentica ad officium transmittatur registranda in archivio, ad perpetuam rei memoriam &c. & ita vidi observatum passim.

2 Præterea Vicarius cavere debet ut in decreto, quo præstat suum consensum, seu etiam in litteris patentibus, præservet semper Jura Parochialia, ne aliquod Ecclesiæ Parochiali præjudicium tractu temporis generari contingat: & ideo in ejusmodi decretis, vel litteris patentibus, inseri semper solet illa clausula, *salvis Juribus Parochialibus.*

Ulterius curandum erit, ut ad erectionem ejusmodi 3
curæ animarum non deveniatur ad instantiam communitatis, nisi compareat ejusdem procurator, vel Syndicus cum sufficienti mandato, seu Syndicatu, in quo omnes de communitate per sonum campanæ fuerint vocati; & quidem Syndicatus instrumenti formulam videre potes apud Pet. Dom. de Musis [*in sua praxi instrumentorum*, & hoc quoque instrumentum erit registrandum in Curiæ, seu Officii Archivio.

Cæterum, facta instantia per procuratorem supplican- 4
tium uti supra, in qua petitur, ut capitula facta cum D. Parocho confirmentur, & licentia concedatur fontem Baptismalem, & SS. Eucharistiæ Sacramentum in dicta Ecclesia collocandi, sub pactis, & conditionibus per vicinos cum D. Parocho initis, [maxime manutenendi ante Venerabile continuo lampadem accensam suis sumptibus &c. sequens formatur decretum.

REverendissimus Dominus admisit prædicta, si, & in quantum &c. & visis Capitulis prævia confirmatione, & approbatione eorundem Capitulorum in actis productorum, quæ omnia servari mandavit, concessit facultatem, & licentiam, ut fons Baptismalis in Ecclesia S. N. loci N. erigatur, & S. S. Eucharistiæ Sacramen-

cramentum in eadem asservetur, & custodiatur, sine præjudicio tamen Jurium Parochialium, & non aliter, nec alio modo; ita tamen, ut vicini dicti loci nedum ad expensas erectionis fontis, & tabernaculi, seu custodiæ pro asservando S. S. Eucharistiæ Sacramento comparandæ, & ad manutentionem lampadis, cum sufficiente oleo, pro debita illuminatione, sed etiam quotannis cereum album duarum librarum in Sabbato sancto D. Parocho loci N. ejusque successoribus pro tempore extituris, offerre, & aquam Baptismalem ab eo recipere perpetuo teneantur, salvo sibi, & successoribus suis Jure revocandi, cassandi, & annullandi præsentem concessionem, & facultatem, quoties expedire videtur, vel magis opportunum visum fuerit, etiam causæ cognitione nulla præmissa. & ita &c. omni &c.

N. N. Vicarius.

Actum anno, mense, die, loco, & coram &c. publicatum vero in loco N. die mensis &c. Anno &c. præsentibus in testes specialiter adhibitis. N. N.

N. Actuarius &c.

5 Quod quidem decretum, uti præfertur, sufficiens erit, & dandum parti, quod si tamen hoc non contenta etiam litteras parentes exposceret, uti non raro rerum ignari in cautela abundare se autumant, etsi majores expensas facere debeant, ideo formam earundem litterarum patentium infra exhibere, non inutile duximus, pro exactiori, & faciliori praxi.

Forma litterarum pro erectione fontis Baptismalis.

NOs &c. Universis, & singulis, præsentes visuris, lecturis, pariter & audituris, salutem in Domino, qui est vera salus. Cum nostri muneris sit, juxta tradita a Sac. Concil. Trid. in iis invigilare, per quæ animarum fidelium periculis occurratur, & earundem commoditatibus, ac saluti, quantum in Domino possumus, provideatur, sicut Ecclesiarum necessitas exigere dignoscitur: Hinc est, quod cum pro parte vicinorum, & incolarum Villæ N. plebis N. hujusce Diœcesis N. quæ sub Ecclesia Parochiali S. N. existit, nobis expositum fuerit, dictam Villam distare a dicta Parochiali, & ob difficultatem itineris, præcipue hyemali tempore, in quo absque infantium periculo, ipsos ad baptizandum commode ad eandem Parochialem, deferre nequeunt, & ea propter a nobis humillime petierint, & institerint; quatenus ipsis in eadem Ecclesia N. fontem Baptismalem erigendi, & S. S. Eucharistiæ Sacramentum in loco decenter ad hoc ornato, licentiam & facultatem de benignitate nostra impertiri dignaremur, salvis Juribus Parochialibus, & Ecclesiæ Matricis. Nos auditis his supplicationibus, visis & approbatis Capitulis hac de causa initis, prout per instrumentum publicum in archivio nostri Officii registratum, de iisdem constat, nec non causis allegatis, & aliis animum nostrum moventibus perpensis, auctoritate nostra ordinaria, qua fungimur in hac parte (*& quatenus id speciale requirat mandatum*) & desuper speciali facultate suffulti, Vicinis, & incolis loci N. ut in eorum Ecclesia S. N. fontem sacrum Baptismalem erigere, habere, & perpetuo tenere, nec non S. S. Eucharistiæ Sacramentum asservare, atque ab eorum Sacerdote sibi Baptismum, ac S. S. Eucharistiam administrari, excepto tempore Paschali, nisi in casu necessitatis &c. facere possint, & valeant: Juribus tamen Ecclesiæ Parochialis, illiusque Parochi pro tempore existentis, semper salvis, & expresse reservatis. In quorum fidem &c.

7 Ubi advertendum, licentiam asservandi S. S. Eucharistiæ Sacramentum concedi non debere, nisi visitato prius loco & tabernaculo, in quo erit asservandum, an videlicet congrue, & decenter sit exornatum, ad quod tamen officium, vel actum visitationis deputari poterit Parochus; & ejusdem habita informatione poterit deliberari, an licentia sit concedenda vel non.

¶ CURIA.

§. I.

Curia officialium quid?

1 Curia † alicujus officialis est locus, in quo examinantur, & diffiniuntur causæ. Oldr. *cons.* 187. *Primum dubium, num.* 5. *ver. item dicitur in princ. ver. sed in contrarium*, ubi curia, id est, certus locus
2 determinatus, in quo redditur justitia. † Et dicitur curia a cura intellectuali quam habet reddere debens justitiam, ut per eundem Oldr. *d. cons.* 187. *in princ. ver. sed*
3 *in contrarium*. † Constituere potest Episcopus sibi novam Curiam in certo, & quocunque loco suæ diœceseos, in quo jus reddat; quia istud nullibi reperitur prohibitum. Oldr. *cons.* 187. *per tot.* qui loquitur in
4 Episcopo Pictavien. † Curia est verbum universitatis, sicut castrum, territorium, & districtus. Castr. *cons.*
5 418. *Quod dicti redditus, col.* 2. *in princ. lib.* 1. † Et quando fit mentio de fructibus curiæ, necessario infertur de fructibus jurisdictionis, & sic de pœnis damnorum datorum. Castr. *d. cons.* 418. *col.* 2. *ver. ter-*
6 *tio, ex verbo curiæ, lib.* 1. † Et nomen curiæ, vel curtis est nomen, sub quo principaliter comprehenditur jurisdictio loci, & postea dominium rerum, *c. cum Bartoldus. de re jud. in ver. cum universitate*, & quod significet jurisdictionem in loco, patet, quia curia est locus extra Castrum, quod defenditur ab hominibus Castri; & ideo dicitur locus pertinens ad protectionem & jurisdictionem Castri. Franc. Aret. *cons.* 15. *Rever. Pater. in princ.* ubi, quod significat jurisdictionem &
7 jus universale. † Curia sumitur etiam pro habitatione. Abb. *cons.* 8. *Primo videtur, col.* 1. *princ. lib.* 1.

§. II.

Curia Romana quid sit.

Curia † est unum corpus repræsentatum ex multo- 1
rum majorum aggregatione collectum, *l. mortuo. ff. de fidejuss.* ibi, *sicut municipium, & curia*. Oldr. *cons.* 211. *num.* 4. *ver. circa primum, & vers. circa secundum*, ubi, quod Curia dicitur a cura, & illi potissimum curiales, qui curam reipublicæ habent, & *cons.* 293. *num.* 3. *ver. quod vero dicitur, & cons.* 321. *num.* 3. *ver. dicta est enim.* ubi, quod curia dicta est a cura. Franch. *in c.* 1. §. *verum, num.* 3. *ver. Quid autem sit curia, de statu regul. in* 6. dicit ex mente Joan. Andr. ad reprehensionem curiarum; *Curia curarum genitrix nutrixque malorum, Ignotos notis, inhonestis æquat honestos*; & dicit, quod Lap. ibi refert, quod Philosophus interrogatus, quid esset curia, respondit esse locum determinatum ad decipiendum. † Et appellatione curia- 2
lium, & curiam sequentium comprehenduntur Cardinales, nec excluduntur propter excellentiam status, sicut nec Imperator excluditur ab ordine Senatorum; nec a numero commilitonum. Old. *cons.* 211. *num.* 5. *ver. circa secundam. & cons.* 239. *vers. secundo consuevit, num.* 2. *& seq. & cons.* 321. *num.* 2. ubi, quod appellatione populi veniunt Senatores, & appellatione familiæ venit Pater familias. † Amplia, ut multo ma- 3
gis veniant familiares Cardinalium appellatione curialium. Oldr. *d. cons.* 211. *ver. circa tertium. & cons.* 293. *num.* 5. *ver. & per hoc*. † Et curia proprie quandoque 4
accipitur pro curia principum; quandoque pro jure universali comprehendente sub se jurisdictionem loci, & dominia rerum, ut *in c. cum Bartoldus, de re jud.* Nic super. *in addit. ad Franch. in c.* 1. *verum, in ver. Curia, de statu monach. lib.* 6. † Assimilari curiam Ro- 5
manam Paradiso, vel inferno, dicit Prob. *in addit. ad Joan. Monachi in c. inquisitores, il secundo, num.* 7. *de hæret.* quia quod semel recipit, nunquam dimittit. † Fontem juris esse curiam Romanam dicit Zabarell. 6
cons. 136. *in princ.* eo magis, quia in eo residet summus Princeps. † Et eam debent imitari omnes, ma- 7
xime in decisionibus circa probationes. Clar. *in prax. crim.*

crim. q. 6. num. 14. ver. & hæc opinio. Vide, *Curia officialium quid ſit. §. præced.*

CUSTOS CARCERUM.

§. I.

Cuſtos Carcerum quando teneatur de fuga carceratorum?

1 Cuſtos † Carcerum tenetur ſolvere debitum carcerati, qui aufugit, quando carceratus erat legitime carceratus, alias ſecus. Bald. *conſ.* 177. *In iſta captura, & conſ.* 178. *in præſenti materia, per tot. lib.* 2. ubi, quod ad legitimam carcerationem quatuor requiruntur; Cauſa, videlicet, quod ſit debitor; Juriſdictio, videlicet, quod de mandato judicis competentis; Ordo, videlicet, quod non ſit de facto captus; & Forma, videlicet, quod conſtet, pro quo debito. † Contrarium,
2 quod incompetentia, neque ordo requiratur, etiamſi debitum non ſit probatum, neque poſſit probari, teneatur cuſtos ſolvere, ſi dolo aufugere fecit carceratum; quia poſſet probari ex confeſſione, ſi non relaxaſſet, ideo niſi reducat in carcerem, tenetur. Jo. de
3 Anan. *conſ.* 53. *num.* 4. † Amplia, quia nedum tenetur ipſe cuſtos carcerum, ſed etiam tenentur illius fidejuſſores, maxime quando fidejuſſio fuit præſtita Notario pro omnibus, quorum intereſt, vel intererit. Bald.
4 *d. conſ.* 177. *in fi. &* 178. *in fin. lib.* 2. † Amplia, quia cuſtos carceris tenetur ad intereſſe parti læſæ, ſi relaxavit carceratum ſuſpectum de fuga ſine judice, etiamſi eſſet injuſte captus; quia ſine judice non poteſt, ipſe relaxare, etiam ſtante ſtatuto, quod injuſte carceratus relaxetur; quia intelligitur per judicem. Anch. *conſ.* 340. *Viſo themate; num.* 4. *ver. venio ad tertium. & conſ.* 341. *ver. ſuper tertio num.* 4. Jo. de Anan. *conſ.*
5 53. *in fi. num.* 4. † Extende, etiamſi captus eſſet mandato judicis Eccleſiaſtici, & obligatio cuſtodis ſit de carcerati officialis civitatis; quia venit quicunque officialis, ſive ſecularis, ſive Eccleſiaſticus; quia omnes ſunt officiales civitatis. Anch. *d. conſ.* 340. *&* 341. *per*
6 *tot.* † Extende, quia cuſtos, qui relaxavit ſine judice captum pro fuga, adeo tenetur ad intereſſe, ut licet creditor non poſſit probare creditum, tamen ſtetur ſuæ aſſertioni, ex quo forſan carceratus confeſſus fuiſſet, & niſi reducat eum in carcerem, poteſt condemnari; quia per eum factum eſt, quod non poteſt habere con-
7 feſſionem. Jo. de Anan. *d. conſ.* 53. *in fi.* † Extende, quia cuſtos relaxans carceratum etiam injuſte, & ſine cauſa, abſque mandato judicis, tenetur de ſuo. Ang. *de maleſi. in ver. fama publica, ver. & iſto caſu*, ubi quod debet apparere mandatum judicis in ſcriptis; ideo advertit cuſtodem, ut ſine bullentino Judicis non relaxet. Anch. *d. conſ.* 341. *Viſo.* 10. de Anan. *d. conſ.* 53. *Viſis.* ſequitur Marſ. *in prax. crim. in ver. attingam, nu.*
8 17. *& ſeq.* † Amplia, quia cuſtos tenetur de fuga carcerati, ſi fuit in negligentia. Bald. *in l.* 3. *ff. de offic. præfect. vigil.* text. *in l. milites, ff. de cuſt. reorum, & in l. carceres, eod. tit. l. judices. C. de ann. & tribut. lib.* 10. Bart. *in l. congruit, ff. de offic. præſid.* Flor. *q.*
9 2. *in ult. dub. num.* 4. *confirmatur.* † Extende, quia tenetur etiam de leviſſima culpa. Flor. *in l. ſi uſufructus*
10 §. *cum igitur. ff. de uſufruct.* † Extende, etiam ſi ultra cuſtodem familia judicis pariter ſtetiſſet pro cuſtodiendo cum eodem cuſtode; quia non propterea liberatur.
11 Bar. *in l. ſi ut certo*, §. *ſi de me, ff. commod.* † Amplia, quia ſi cuſtos fuit in dolo, & carceratus, qui aufugit, erat pro pœna capitali, debet cuſtos eadem pœna puniri capitaliter, ſi vero non erat puniendus pœna capitali, is qui aufugit, ſed alia pœna, eadem pœna puniri debet cuſtos doloſus, *l. ad commentarienſes, ff. de cuſt. reor. & in d. l. milites.* §. *fi. eod. tit.* Clar. *in* §. *fi.*
12 *q.* 68. *num.* 8. *v. cuſtos*, ubi dicit communem. † Et qua pœna puniatur cuſtos, qui aufugit cum carcerato, quodque puniantur ambo tanquam effractores. Bart. *in l. in eos, ff. de cuſt. reor.* † Si vero is, qui aufugit, erat pro cauſa civili, tenetur cuſtos, ex cujus dolo aufugit, ad debitum creditoris, juxta not. *in l. quoties, C. de exact. tribut. lib.* 10. Specul. *in tit. locati*, §. *poſtquam, ver. quid ſi locavi.* Clar. *d.* §. *fi. q.* 68. *num.* 8.
14 ubi dicit communem. † Amplia, quia ſemper cuſtos præſumitur in culpa, niſi probet abeſſe culpam. Jaſ. *conſ.*
27. *lib.* 3. Flor. *de* S. Petro *d. q.* 2. *in ult. dub. in fi.* † Reſtringe, quando cuſtos non bene cuſtodiſſet carceratum de proximo relaxandum, gloſſ. *in l. ſi pecuniam.* ubi Bart. & Rom. §. *ſi ſuſceperit, ff. de cond. ob cauſ.* & ad excuſationem cuſtodis. Vide, *conſ. Joan. de Venafrio.* 27. Flor. *in d.* 2. *q. in ult. dub. num.* 2. *ver. hoc etiam confirmatur, allegat gl. in d. l. ſi pecuniam*, §. *ſed ſi acceperit, in fin. ff. de cond. ob cauſ.* † Reſtringe, quando 16
carceratus erat ſenex, vel infirmus, & non erat veriſimilis fuga, *gloſ. in d. l. ſi ut certo.* §. *nunc videndum, ff. commod.* † Reſtringe, quando aufugit cum famulo 17
cuſtodis, vel uno cuſtode, quia alii non tenentur, *l. pen.* §. 1. *de cuſt. reor.* Bart. & Bald. *in l. filio*, §. *ejus, de injuſto rupt. teſt.* quod eſt notandum ſecundum Aret. *de malef. in ver. fama publica*, ubi dicit ſemel fuiſſe de facto in civitate Caſtelli, & ibi ſequitur Arim. in apoſtil. Rom. *ſing.* 30. *ſi dictat ſtatutum*, ubi apoſtil. dat concord. & idem Rom. *Conſ.* 395. *Ut res clarior, num.* 4. *ver. ſecundum ad idem.* † Et quod licet cuſtos 18
ex negligentia ſua in cuſtodiendo carceratum pro crimine capitali, ſi aufugiat, teneatur eadem pœna; iſtud tamen procedit, quando eſt negligens in ipſo actu cuſtodiæ; ſecus ſi fuit negligens in deputando famulum, qui non cuſtodivit, vel aufugit cum carcerato, vide plene Clar. *in d.* §. *fin. q.* 68. *num.* 8. † Amplia, quia cu- 19
ſtos carcerum punitur ex ſola levi culpa in non cuſtodiendo. Flor. *d. q.* 2. *dub. ult. num.* 5. ubi, quod eo ipſo, quod non facit id, quod diligens homo faceret, eſt in culpa; & ideo ſaltem pœna extraordinaria puniri debet. † Amplia, quia lata culpa in cuſtode æquipa- 20
ratur dolo, etiam, ut puniatur pœna mortis. Flor. *d. q.* 2. *dub. fin. in princ. ver. & ſecundum hoc.* Vide plene Maſcard. *Concl.* 469. *Cuſtos, qui tenetur.* ubi, quod habet præſumptionem contra ſe, & tenetur de leviſſima, & ita punitur cuſtos ex ſola culpa pœna ordinaria, ſicut alios ex dolo, niſi probet adhibuiſſe omnem diligentiam, & tenetur etiam de omni nocumento immiſſo in carcere. † Limita, quia cuſtos negligens in 21
actu cuſtodiæ punitur; ſed ſi ſolum fuit in culpa deputandi cuſtodem ſubſtitutum, qui fuit negligens, non punitur. Grammat *voto* 29. Clar. *in d.* §. *fi. q.* 68. *nu.* 8. *in fi.* † Et vide plura ad excuſandum cuſtodem per Bald. *conſ.* 32. *lib.* 3. Joan. de Amic. *conſ.* 28. Clar. *d.* §. *fin. quæſt.* 68. *num.* 8. *in fin.*

§. II.

Cuſtos carcerum delinquens punitur multis modis.

Cuſtos † Carcerum cognoſcens carnaliter mulierem 1
Carceratam, etiam meretricem, punitur pœna capitis. Joan. Fabr. *Inſtit. de publ. jud.* §. *item lex.* † Vide omnino Clar. §. *fornicatio, num.* 24. *ver. cum carcerata*, ubi quod fuſtigatur cuſtos carcerum cognoſcens meretricem carceratam. † Bene verum eſt, quod ſi mulierem carceratam cognoſceret, quæ eſſet honeſta, puniretur pœna ultimi ſuplicii. Clar. *d.* §. *fornicatio n.* 24.

§. III.

Cuſtos carcerum quando teneatur, vel non, de morte carcerati?

Cuſtos † carcerum tenetur de morte carcerati, niſi 1
ipſe doceat, quod non culpa ſua vel dolo obierit. *gloſ. in l. cum reſ.* §. *ſpecies, ff. de leg.* 2. Aret. *in tract. de malefic. in verſ. fama publica, ver. ſecundo quæro*, & ibi Auguſt. Arim. *in addit.* allegat Ang. *in l. ſi quis ex argentariis.* §. *prætor. in fi. ff. de eden.* Marſil. *in praxi in ver. attingam, num.* 51. † Et ideo cautela carce- 2
rum cuſtodis eſt, quod mortuo carcerato adhibeat medicum, qui referat mortem fuiſſe ex cauſa naturali, vel antequam moriatur, faciat fieri viſitationem, & confici inſtrumentum; ita Arim. *in addit. ad Ang. de malefic. d. ver. forma publica. ver. ſecundo quæro.* Alex. *conſ.* 157. *vol.* 2. Aret. *de malefic. in ver. qui judex carcerari, ver. quæro, aliquis.* † Reſtringe, quia licet cu- 3
ſtos carceris teneatur; non tamen tenetur judex, *l. quemadmodum*, §. *Magiſtratus, ff. ad l. Aquil.* † Amplia, quia tenetur cuſtos ſubminiſtrare alimenta neceſſaria carceratis, & ſi moritur carceratus fame, tenetur cuſtos pœna mortis, *l.* 1. *in fi. C. de cuſt. reor.* Guid.

Pap.

5 Pap. *dec.* 211. *&* *dec.* 348. † Limita, quia non tenetur, quando adhibuit medicum, qui facit fidem de infirmitate; quia si moritur, non tenetur exhibere, sed vide Clar. qui meliorem cautelam dat, quod moneat Judicem, ut fidem habeat a medico, & eo mortuo faciat eum recognosci per Notarium causæ, & fieri instrumentum, ne fiat fraus, ita Clar. *in* §. *fi. q.* 36. *n.* 5. *ver. sed in hoc proposito.*

§. IV.

Custos Carcerum habet multa privilegia.

Pro † alimentis liberato carcerato per sententiam, 1
non habet custos retentionem carcerati de jure, sed debet illum relaxare & petere; tamen, de consuetudine contrarium servatur, quod non relaxatur, donec solverit custodi id quod debet pro alimentis. Guido Papæ *decis.* 448. Clar. §. *fin. quæst.* 62. *in fine.*

DAMNUM.

Praxis Damni.

1 DAmnum est diminutio patrimonii. *L.* 3. *&* *L. Paroculus* 26. *in fi. ff. de damn. infect.* Alex. *cons.* 114. *num.* 1. *&* 2. *vol.* 3. Cephal. *cons.* 104. *nu.* 21. & dicitur damnum non tantum, quando quis amittit quod suum est, sed etiam quando amittit commodum, quod habere poterat. Dec. *cons.* 47. *nu.* 34. *vol.* 5. & patet ex *L. evictis.* 18. *ff. de usur.* Cyriac. *controv.* 514. *num.* 9.

2 Damnum contingens in re data in dotem inæstimata, ut in fundo dotali durante matrimonio spectat ad uxorem, datum vero in fructibus spectat ad maritum, & soluto matrimonio pariter ad ipsam Uxorem. Sicut contingens in re alienata cum pacto redimendi pendente pacto pertinet ad eum, in quem fuit alienata. *L. plerumque* 11. *in princ. ff. de jure dot. L. si res.* 12. *alias* 13. §. *si mulier. vers. cæterum si simpliciter. ff. de Jure dot.* Natta *cons.* 601. *dub.* 2. Cyriac. *controv.* 456. *num.* 51. *&* 52.

3 Damnum casu contingens in re locata pertinet ad Dominum, non autem ad Conductorem, præsertim si res perit, aut damnificatur sui vitio. *L. in judicio.* 28. ubi gl. *C. locati. L. Item quæritur.* 14. §. *exercitu. L. ex conducto* 16. §. *si vis & L. Martius* 62. *ff. locati.* §. *penult. Inst. de Locat. & conduct.* Castr. *cons.* 471. *vol.* 1. Natta *cons.* 194. *num.* 7. Surd. *cons.* 61. *nu.* 39. Caroc. *de locat. in tit. de casu fol.* 175. Menoch. *cons.* 608. *num.* 26. *&* *L. fin. ff. locati.* Rol. *cons.* 83. *num.* 4. *vol.* 4. Cyriac. *controv.* 459. *num.* 1. *&* 2.

4 Damnum etiam casu contingens fortuito, si præcessit mora debitoris, ad illum pertinet. *L. quod te.* 5. *ff. si cert. pet. L. Julianus.* 17. *vers. Idem Julianus eodem libro scribit. ff. de rei vendic. L. si ex legati causa.* 23. *L. si servum* 91. §. *effectus.* ubi Bart. *ff. de V. O.* Corn. *cons.* 108. *num.* 2. *vol.* 1. Paris. *cons.* 123. *num.* 3. *vol.* 1. Rota *decis.* 102. *num.* 6. *par.* 2. *rec.* Cyriac. *controv.* 481. *num.* 32. *&* 33.

5 Damnum imputatur superiori mandanti, & non illi, qui parere, & obedire tenetur. *L. is damnum.* 129. *alias* 130. *ff. de R. J.* Joan. de Monte, Sperell. *cons.* 8. *n.* 26. Paulus de Montepic. *cons.* 40. *num.* 4. nam qui jussu superioris aliquid facit, non videtur dolo malo facere. *L. non videtur* 128. §. *qui jussu. ff. de R. J. cap. quod quis* 24. *de R. J. in* 6. quia talis non videtur agere voluntarie. *L. velle.* 4. *ff. de R. J.* & voluntas coacta quoad pœnam non est voluntas. gl. *un. in d. L. velle. num.* 4. ubi Dec. & actus non dicitur voluntarius, quando fit ab eo, qui cogi potest. Bald. *in L. novissime.* 7. *num.* 2. *ff. quod falso tutor. auctor.* Cagnol. *in L. velle non creditur.* 4. *nu.* 1. *vers. facit ad corroborationem. ff. de R. J.* Cyriac. *controv.* 484. *num.* 18.

6 Damnum dupliciter sumitur. Primo pro eo, quod alicui aufertur, secundo pro eo, quod quis impeditur, ne adipiscatur, adeo ut etiam lucrum cessans veniat pro damno. Surd. *cons.* 383. *num.* 23. *vol.* 3. Riminald. *jun. cons.* 166. *num.* 9. *vol.* 2. Cyriac. *controv.* 452. *num.* 62.

7 Damnum cum lucro compensare tenetur is, cujus negotium gestum est. *L. si negotia.* 12. *ff. de negot. gest.* Cyriac. *controv.* 38. *num.* 10.

Damnum vini effusi culpa vectorum resarcire tene- 8
tur ille, qui operam locavit pro illo vehendo, & in eo continetur quodcumque interesse etiam lucri cessantis. Riminald. *cons.* 44. *per totum.* Surd. *cons.* 12. *num.* 22. *vers. cæterum his non obstantibus. & n.* 41. *&* 42. quia non dicitur esse sine culpa, qui onus, quod ipse susceperat, aliis commisit non æque idoneis. *L. si merces.* 28. §. *qui columnam. ff. locati.* & ita Capomagister tenetur de culpa fabrorum, quos ponit ad opus. *L. utique.* 16. §. 1. *ff. de rei vendic.* Caroc. *de locat. in princ.* 4. *partis. tit. de dolo & culpa. quæst.* 2. *nu.* 13. Riminal. jun. *cons.* 44. *nu.* 21. Tusc. *in litt. E. conclus.* 101. Cyriac. *controv.* 166. *n.* 2. *&* 3. *n.* 20. *&* 21. Petrus de Ubald. *de duobus fratrib. par.* 8. *princ. quæst.* 27. *num.* 26. Ripa *de peste n.* 85. Surd. *cons.* 12. Grammat. *cons.* 1. *in civil.* Bald. *in L. cum proponas.* 3. *notab.* 5. *num.* 16. *C. de naut. fœn. & in L. ubi etiam. num.* 6. *C. qua sit longa Consuetudo. L. Item quæritur* 14. §. 1. *ff. locati. L. videamus.* 12. §. *qui vinum. ff. eodem.* gl. 1. *in d. L. ubi etiam.*

Plura de damno emergente vide in praxi *Interesse.*

Damnum pati, & lucrum non facere non est eadem, 9
& par ratio, sed diversissima sunt. *L. fin. prope fin. de C. codicil. L. Proculus.* 26. ubi gl. *in verb. faciat. ff. de damn. infect.* Cyr. *contr.* 24. *n.* 8. *& contr.* 154. *n.* 21. & ex uno non potest inferri ad alterum. Paris. *cons.* 38. *a n.* 12. *vol.* 1. Surd. *cons.* 383. *n.* 1. *vol.* 3. & proprie sumptum intelligitur de emergenti, non autem de lucro cessante. *L.* 3. *&* *L. Proculus.* 26. *ff. de damn. infec. L. fin. C. de codicill.* Socin. jun. *cons.* 78. *n.* 1. *vol.* 2. Berous *cons.* 144. *nu.* 27. *vol.* 3. Rimin. jun. *cons.* 810. *nu.* 10. *& cons.* 815. *num.* 16. qui allegat textum. in *L. qui autem.* 6. *ff. quæ in fraud. credit.* Ant. Fumeus *in tract. de eo quod interest. num.* 9. Cyriac. *controv.* 62. *num.* 12. & qui promittit reficere damnum, obligatur duntaxat reficere damnum emergens, non autem interesse lucri cessantis, nisi tale lucrum esset in esse deductum, & perfecte acquisitum. Bimius *cons.* 118. *a num.* 6. & quando fit mentio damni, intelligitur de damno emergente. Bald. *cons.* 182. *vol.* 1. Alex. *cons.* 114. *num.* 1. *&* 2. *vol.* 3. & qui promisit alium indemnem servare, non tenetur, nisi pro vero damno emergente. Benintend. *dec.* 81. *num.* 14. Caroc. *de excuss. par.* 2. *quæst.* 14. *num.* 31. Quia lucrum cessans dicitur damnum improprie, & in contractibus verba in proprio significatu accipienda sunt. Surd. *dec.* 288. *num.* 27.

Damnum contingens medio tempore in re vendita, 10
cujus Venditor sibi reservavit dominium, sicut & emolumentum, spectat ad Venditorem. *L. necessario.* 8. *in princ. ff. de pericul. & commod. rei vend.* quia res perit Domino suo. *L. si Creditor.* 5. *&* *L. pignus.* 9. *C. de pignorat. act.* Gomez. *var. res. tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 32. *vers. item principaliter quæro.* Cyriacus *controv.* 164. *num.* 9. *&* 10. Ruger. *cons.* 18. *num.* 54. *&* 55. *vol.* 1.

Damnum, & interesse debentur ei, qui indebi- 11
te solvit repetitione indebiti. *L.* 3. §. *ult. vers. in hanc. ff. de eo, quod certo loco.* Bald. *in L.* 2. *num.* 2. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 103. *numer.* 4. *circa med. vers. ex*

quibus in foro. lib. 1. & alii apud Bich. *decis.* 671. *num r.* 1. ubi & Rota coram Seraph. *dec.* 973. *num.* 9. quamvis nullæ præcesserint protestationes, uti defendit Scaccia *de commerc. & camb.* §. 1. *quæst.* 7. *par.* 2. *ampliat.* 8. *num.* 263. quidquid in contrarium senserint alii apud Gratian. *discept. cap.* 987. *numer.* 8. *& seq.* Immo ad hunc effectum non est necesse, probare requisita. Castr. *in L.* 2. *ff. de eo, quod certo loco;* quia eorum concursus est tantum necessarius, quando est quæstio de damno emergente. Felician. *de societ. cap.* 24. *num.* 37. Gratian. *discept. for. cap.* 987. *nu.* 7. Rota coram Seraph. *dec.* 1284. *num.* 3. *& dec.* 185. *num.* 5. *par.* 3. *recent.* apud Bich. *dec.* 671. quomodo vero probetur damnum, & lucrum cessans, vide apud Scacc. & Gratian. *ll. c. c.* & in repetitione indebiti veniunt non tantum damna immediata, & multiplicata, uti pecuniæ pro solvendis usuris acceptæ sub aliis usuris, quæ repeti possunt, non secus ac illæ quæ pro solutione capitalis fuerunt expositæ. Roman. *cons.* 94. *num.* 1. *ver. Item secundo & cons.* 101. *per totum.* Rol. *cons.* 35. *num.* 2. *lib.* 1. Alex. *cons.* 145. *num.* 3. *lib.* 5. Rimin. jun. *cons.* 67. *num.* 1. *lib.* 1. Honded. *cons.* 50. *nu.* 16. *lib.* 1. Castill. *controvers. quotid. lib.* 2. *num.* 81. Larrea *dec. Granat.* 84. *sub num.* 14. *vers. idemque probat.* Rota Genuen. *dec.* 87. *num.* 9. Bich. *l. c. num.* 4. & per tot.

12 Damnum, & interesse solvere tenetur, qui mandatum susceptum ad investiendum non adimplevit. *L. si mandavero tibi* 22. §. *sicut. L. si quis alicui ff. mandati.* Rota *dec.* 177. *num.* 11. apud Bich. *dec.* 618. *num.* 9. quorum loco succedunt ipsi fructus, qui percepti fuissent ex investimento faciendo. Bart. *in L. Tutor.* §. *si post. num.* 2. *ff. de adminis. Tut.* Gratian. *discept. for. cap.* 920. *num.* 26. *& 27. & cap.* 932. *num.* 34. Honded. *cons.* 39. *a num.* 3. *lib.* 2. Rota *dec.* 85. *num.* 1. *par.* 4. *tom.* 2. *recent. & dec.* 275. *nu.* 2. *& seq.* apud Zachiam *de oblig. Camer.* nisi doceat, quod fecerit diligentias de investimentum reperiendo. Rota *in Romana multiplici.* 25. *febr.* 1619. *coram Ubaldo sen. dec.* 479. *num.* 9. *&* 10. post tract. Cenc. *de censib.* Bich. *dec.* 487. *num.* 5.

DAMNIFICANTES.

Praxis Damni & damnificantium.

13 Damnum datum in alicujus ædibus ad extinguendum ignem, ne latius vagaretur, est compensandum a Vicinis, quorum ædes fuerunt salvatæ pro rata ædium salvatarum ob communem utilitatem. Bart. *ad L.* 2. *ff. de L. Rhod.* Gail. *lib.* 2. *pract. observ. obs.* 22. sicut etiam debet compensari mercium jactatarum ad ratam illarum, quæ fuerunt salvatæ a naufragio. Costa *de portione ratæ. quæst.* 5. Castr. *cons.* 220. Bertazzol. *cons. crimin.* 328. quia cum periculum est commune, damnum quoque debet esse commune, nisi sit notus author damni, tunc enim ille solus teneretur, sicut etiam cum aliquis loco omnium in societate fuit derubatus.

14 Damnum contingens in pignore spectat ad Dominum, hoc est debitorem, qui dedit pignus, nisi contigerit dolo, aut lata culpa Creditoris; aut etiam levi. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 5. *quæst.* 127. *&* 128. Sicut si contigerit ex levissima culpa, aut casu fortuito juxta *L. quæ fortuitis.* 5. *C. de pignorat. act.* ratio est; quia pignus manet in bonis debitoris, & ideo illi perit, quia res perit Domino suo, *L. pignus. C. de pignorat. act.* Dicitur autem creditor in culpa, si non adhibuit diligentiam, quam diligens paterf. in suis rebus adhibere solet. *L. ea igitur.* 14. *ff. de pignorat. act.* & dicitur lata culpa, si creditor pignus exposuit periculo. Item si neglexit facere ea, quæ alii facere solent, & quæ ratio dictat naturalis, uti si de nocte reliquit portam apertam. Lim. si creditor propria auctoritate occupavit rem obligatam, & non a debitore sibi traditam. *L. qui ratiario.* 30. *ff. de pignor. act.* quia tunc creditor dicitur in culpa in committendo, secus si occupasset debitore non dissentiente. Lim. 2. si casus fortuitus contigit culpa Creditoris; quia tunc de illo tenetur, quamvis pignus propria authoritate non occupasset; uti si potuisset defendere pignus a casu fortuito, & non defendit. Negus. *de pignor. par.* 7. *memb.* 3. *num.* 4. *ver. adde tamen.* Merlin. *loc. cit. num.* 9. *d. quæs.* 127.

15 Damnum contingens in re locata, aut emphyteutica ad quem spectet, vide *Locator. Conductor, & Emphyteuta.* Pecuniæ collatæ in societate, in qua alius contulit suam industriam, si perdantur, ad quem spectet, vide *societas.* & damnum societatis, vide *societas.* Legati & hæreditatis, vide *Legatum.*

16 Damnum datum, & deterioratio probari potest conjecturis, & præsumptionibus. Ciarlin. *controv. for. cap.* 2. *num.* 108. *&* 109. Tusc. *lit. C. conclus.* 623. Mascard. *de prob. conclus.* 472.

17 Damnum passus priusquam admittatur ad jurandum super illius æstimatione, debet prius probare damnum in genere, & illius existentiam, qua rite probata admittitur ad jurandum super illius æstimatione. Bart. *in L. Divus. num.* 2. *ff. de testam. milit.* Grat. *cons.* 10. *num.* 12. *&* 7. *lib.* 2. Dec. *cons.* 83. *num.* 3. *ver. & ideo solum. & cons.* 410. *num.* 7. Plot. *de in litem jur.* §. 49. *num.* 4. Gratian. *discept. for. cap.* 772. *num.* 20. *&* 21. Ant. de Amat. *res.* 27. *num.* 30. si summa est considerabilis; quia non obstante pacto, quod sit standum juramento damnum passi, tamen juramentum debet adminiculari ex aliis conjecturis, & circumstantiis. Rota *dec.* 467. *num.* 2. *par.* 1. *divers.* Boer. *dec.* 86. *num.* 3. *ver. vel. in causis. num.* 4. Gratian. *dec. Marchiæ* 36. *in addit. num.* 1. Seraph. *decis.* 566. *num.* 3. Ubi vero non adest pactum, quod sit standum juramento damnum passi; sed tantum statutum hoc mandans, tunc tantum statur juramento damnum passi super æstimatione damni, non vero super substantia, & existentia damni. *DD. cit.* & Bich. *dec.* 359. *per totam.* quod probari potest ex partium confessione emissa in apocha, vel ex instrumentis publicis continentibus. Ruin. *cons.* 104. *num.* 6. *lib.* 1. Barb. *in L.* 2. *par.* 1. *in princ. num.* 48. *ff. sol. matrim.* Cene. *de censib. par.* 1. *cap.* 2. *quæst.* 1. *art.* 6. *num.* 45. *& par.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 3. *art.* 2. *num.* 6. Seraph. *dec.* 935. *num.* 4. apud Bich. *dec.* 166. *num.* 17.

18 Damnum, si dubitatur, an contigisse sine culpa Depositarii, qui fuit morosus in restituendo, præsumitur contra Depositarium, quod non contigisset. *L. si in Asia.* §. *fin. ff. deposit.* Castr. *in L. quod te. num.* 11. *ff. si cert. pet.* Bich. *dec.* 185. *num.* 20.

19 Non omne damnum sequens ex injuria obligat ad restitutionem, sed illud duntaxat, quod ita sequitur, ut per ipsam actionem injuriosa inferatur. Lancell. *do attent. par.* 3. *cap.* 31. *numer.* 177. *seu melius* 192. *seq.* Bich. *dec.* 125. *num.* 8. & ideo probari debet, quod propter attentatam fructuum sequestrationem damnum evenerit, & propter fructus sequestratos, damnificatus solvere debuerit usuras, nec illas aliter evitare potuerit, quam mediantibus fructibus sequestratis, & quod de usuris fuerit protestatus. Rota coram Coccino *dec.* 498. *num.* 3. quam allegat Bich. *decis. cit. num.* 9. *& dec.* 325. *num.* 5. *inter impressas apud Farin. dec.* 52. *num.* 3. *part.* 1. *recenc.* Mohedan. *dec.* 2. *de usur.* Molina *de contract. disp.* 315. *num.* 4. Gratian. *discept. for. cap.* 829. *num.* 7. *& cap.* 987. *a num.* 10. Lud. a Peguera *dec.* 33. *numer.* 10. Larrea *dec. Granat.* 84. *num.* 16. Rebell. *de oblig. just. par.* 2. *lib.* 8. *quæst.* 7. *num.* 3. concluso procedit, quamvis damna contigerit præter intentionem attentantis; quia attentando dedit operam rei illicitæ. Rota *in Cusentina Benef. seu attentatorum.* 4. *Decembris.* 1637. *cap. fin. de injur. & damn. dat.* ut pluribus diximus in praxi *operarum circa fin.* secus si dedisset operam rei licitæ. Rot. *decis.* 289. *num.* 11. *p.* 5. *rec. tom.* 1. vide etiam Conciol. *alleg.* 83. *num.* 32. Farin. de *homicid. quæs.* 126 *num.* 61.

20 Damna, & interesse solvere quis tenetur, si pacta promissa non adimplevit. Ruin. *cons.* 141. *n.* 9. *in fi. lib.* 1. Bich. *dec.* 291. *num.* 17. Jas. *in L. bonæ fidei num.* 7. *ff. de eo, quod cert. loc.* Bursat. *cons.* 100. *numer.* 38. *&* 39. Rol. *cons.* 69. *numer.* 25. *lib.* 3. Rota *dec.* 58. *num.* 25. *par.* 6. *recent.* apud Bich. *dec.* 314. *num.* 6. Piacion. *alleg.* 163. *numer.* 2. ubi Rota *dec.* 741. *numer.* 1. *par.* 1. *divers. & decis.* 217. *numer.* 18. *vers. loco vero damnorum.* Item Venditor, qui vendidit rem prohibitam alienari; quamvis ignoraverit bona esse prohibita alienari; quia tenetur de evictione, & ad damna, ac interesse. Rota *in Tudertina Tenutæ montis nigri.* 20. *febr.* 1619. *coram Coccino.*

21 Damnorum, & interesse nomine veniunt expensæ litis tam processales, quam aliæ in Advocatis, procuratoribus

bus, & similes, si talia damna fuerunt expresse promissa. Rota *in Maceraten. hæredit.* 24. *Jan.* 1642. coram Bich. *& in Rom. Salviani* 7. *Maii* 1646. *coram Peuting.* apud Bich. *dec.* 497. *n.* 12.

22 Damnum, quod quis patitur ratione molestiarum, debet refici ab eo, qui promisit aliquem a molestiis liberare. Bich. *dec.* 266. *num.* 7. Zachias *de obligat. camer. dec.* 147. *nu.* 14. Rota *in Tiburt. Castr. S. Poli.* 27. *Martii.* 1574. *coram Cotta*, & si damna fuerint liquidata, decerni potest mandatum executivum, secus si non fuerunt liquidata. Bart. *in L. proinde* §. *notandum. num.* 3. *ff. ad L. Aquil.* Bald. *in L.* 2. *numer.* 6. *C. de execut. rei jud.* Jas. *in L.* 1. *num.* 31. *vers. ego etiam. ff. de eden.* cum agitur judicio particulari ad aliquid particulare non liquidum in instrumento promissum, ubi vero agitur judicio universali, & in instrumento, cujus petitur executio, continetur aliquid universale non liquidatum, quia tunc potest relaxari mandatum executivum, dummodo ante illius executionem fiat liquidatio, & ita distinguit Bich. *loc. cit. nu.* 12. Socin. *cons.* 89. *num.* 1. *lib.* 3. Dec. *cons.* 322. *num.* 3. *vers. tertio responderi potest.* Rota *in Viterbien. restitutionis dotis* 23. *Jun.* 1623. *coram Manzanedo.* §. *ultra quod.*

23 Damna ut Victori in lite debeantur a Victo, probari debet, quod ipse ob expensas in actis judiciariis factas acceperit sub usuris, & aliunde parare non potuerit. Bald. *in L. etiam sub nu.* 5. *in fi. vers. & modo dubitatur. C. de execut. rei jud.* Lupus *in cap. per vestras. not.* 6. §. 6. *col. penult. vers. prædicta tamen intellige. de donat. inter vir. & uxor.* Gratian. *discept. for. cap.* 67. *num.* 17. *& cap.* 829. *num.* 7. *&* 10. Bich. *dec.* 123. *n.* 6.

24 Damnum sine mora non debetur. *L. mora.* §. *in bonæ fidei. ff. de usur.* Aretin. *cons.* 155. *nu.* 11. *vers. si autem.* Gratian. *discept. for. cap.* 250. *n.* 9. Bich. *dec.* 359. *num.* 11. Pacion. *alleg. civil. & canon.* 39. *num.* 38. Rota *dec.* 38. *n.* 5. *par.* 5. *recent. & dec.* 602. *num.* 4. *par.* 3. *recent.* & sufficit probare creditum ex una parte, & pecunias receptas sub usuris ex alia, quamvis non probetur, fuisse acceptas in eam causam, Rota *dec.* 185. *num.* 5. *vers. prout etiam par.* 3. *recent.*

25 Damnorum nomine, & interesse emptori promissorum venit pretii restitutio. Alex. *cons.* 67. *num.* 2. *lib.* 2. Ruin. *cons.* 141. *num.* 9. *ad fin. vers. & tamen etiam. lib.* 1. Rota coram Ludovis. *dec.* 119. *n.* 4. Pacion. *alleg.* 131. *n.* 5.

26 Damnum, quod provenit ex culpa, illi, qui culpam commisit, est imputandum. Bald. Jas. Dec. & alii *in L. si pascenda. C. de pact.* Petr. de Ubald. *de duob. fratribus.* 8. *par. princ. n.* 20. *vers. sed si intervenerit culpa.* Ludovic. *dec. Perus.* 10. *num.* 11. Pajatell. *exped.* 23. *num.* 4. ubi Adden. Conciol. *alleg. civil. alleg.* 1.

27 Damnum, quod emptor ex suo facto sentit, a Venditore consequi non debet, Rim. sen. *cons.* 274. *num.* 23. *lib* 2. Mangil. *de evict. quæst.* 9. *nu.* 11. Conciol. *alleg.* 53. *num.* 32. nam damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi & non alteri debet imputare. *L. quod quis.* 204. *ff. de R. J.* Cyriac. *contr. for.* 575. *numer.* 9. & habetur ac si nihil passus fuisset. *cap. damnum. de R. J. in* 6. Cyriac. *controv.* 619. *n.* 4. & sibimet ipsi imputare debet damnum, qui sibi cautius prospicere potuit, & non fecit. Cyriac. *controv.* 556. *num.* 48. *& controv.* 626. *num.* 5. *L. veteribus. ff. de pact. L.* 2. *C. de furt.* Rimin. *jun. cons.* 636. *n.* 26. *vol.* 6.

28 Damni causam qui dat, damnum dedisse videtur. *L. qui occidit.* §. *in hac. ff. ad L. aquil. L. Prætor. la.* 2. §. *si cum servum. ff. vi bonor. raptor.* & illud resarcire tenetur *cap. fin. de injur. & damn. dat.* Rota *noviss. dec.* 611. *num.* 1. *par.* 1. Bursat. *cons.* 139. *num.* 13. Cephal. *cons.* 577. *num.* 21. & alii apud Cyriac. *controv.* 582. *num.* 55. *& seq.* & damnum nemo sentire debet ex alterius culpa. *L. non debet alteri. ff. de R. J.* Decian. *cons.* 2. *num.* 145. *vol.* 1. Cyriac. *controv.* 682. *num.* 18. licet causa esse remota; quia in damnis habetur etiam ratio causæ remotæ. *cap. fin. de injur. & damn. dat.* Socin. sen. *cons,* 94. *numer.* 43. *vol.* 5. Panciroll. *cons.* 147. *numer.* 4. Cyriac. *controv. mox cit. num.* 20. Dummodo causa remota directe, & per se cooperetur ad damnum, secus si ex illa tertius solus faciat damnum. Socin. *cons.* 156. *num.* 18. *vers. præterea respondetur*, & dummodo causa ordinetur ad damnum. Florian. *in L. qui occidit.* §. *in hac. ff. ad L. Aquil.* Socin. *loc. cit. num.* 20. *vol.* 2. & dummodo injuste & illicite damnum fuerit datum. Roman. *in L.* 2. §. *item si in facto n.* 8. *ubi* Jas. *n.* 23. *ff. de V. O.* Ro-

ta *dec.* 611. *num.* 3. *par.* 1. *noviss.* Thes. jun. *quæst. for.* 73. *a n.* 3. Cyriac. *controv.* 688. *n.* 88. *& seq.* nam.

Damnum facere non dicitur, qui facit, quod face- 29
re jus habet. *L. nemo damnum. ff. de R. J.* Modest. Pistor. *cons.* 9. *num.* 55. *vol.* 2. Papon. *cons.* 131. *n.* 15. Abel. Strasburg. *cons.* 1. *num.* 34. Herman. Vultejus *inter consil. Academ. Marpurg. cons.* 30. *num.* 230. *vol.* 2. Roman. *in L.* 2. §. *item si in facto. sub num.* 8. *ff. de V. O.* Zasius *cons.* 20. *circa fin vol.* 1. Cyriac. *l. c. n.* 73. *&* 74. & damnum non dicitur facere, qui culpa caret. *L. si putator.* 31. *L. qui foveas.* 28. *& L. Item Mela.* 11. *ff. ad L. Aqu. cap. fin. de injur.* Corne. *cons.* 282. *num.* 9. *vol.* 4. Crav. *cons.* 353. *num.* 4. Purpurat. *cons.* 449. *num.* 14. Simon. de Pret. *cons.* 60. *num.* 16. Flamin. Rub. *cons.* 11. *nu.* 118. *vol.* 1. Et ut quis teneatur de damno, non solum requiritur culpa, sed etiam quod fuerit immediate ordinata ad tale damnum. Crav. *cons.* 8. *num.* 29. Socin. sen. *cons.* 156. *num.* 20. *vol.* 2. Bald. *cons.* 39. *num.* 5. *vol.* 6. & damnum debet attribui culpæ immediatæ & proximæ, non autem remotæ. *L. cum quis.* ubi gl. ult. *circa fin. ff. de dolo malo.* Bal. *in L. inter causas.* §. *non omnia. ff. mand.* Crav. *l. c. num.* 24. nam causa proxima & immediata inspici debet, & considerari. gl. *in L.* 3. §. *ex plurimis. verb. sicut circa principium. ff. de acquir. possess,* Alba *cons.* 60. *num.* 7. Menoch. *cons.* 41. *num.* 15. Natta *cons.* 119. *num.* 2. Cephal. *cons.* 46. *n.* 22. Cyriac. *loc. cit. num.* 81.

Causam damni dans, si dabat operam rei licitæ & 30
adhibuit diligentiam, ne damnum sequeretur, non tenetur de damno. Alberic. Jacob. de Belvis. & Florian. apud Cyriac. *controv.* 688. *num.* 84. Bellam. *cons.* 14. *num.* 3. Maranta *cons.* 13. *num.* 2. Rebuff. *cons.* 152. *nu.* 3. Cephal. *cons.* 696. *num.* 26. quia ad hoc ut teneatur, ut supra dictum est, exigitur culpa, præsertim si causa non ordinatur ad tale damnum. Florian. *in L. qui occidit.* §. *in hoc. ff. ad L. Aquil.* Socin. *cons.* 156. *num.* 20. *vol.* 2. Maranta *l. c.* Cyriac. *l. c. n.* 89.

Damnum contingens in re sine culpa alicujus, spe- 31
ctat ad Dominium illius. *L. quæ fortuitis. C. de pignorat. act. L. si inter.* §. *quidquid. ff. de pignor.* §. *fin. inst. quib. mod. re contrahitur oblig. L. necessario. ff. de peric. & comm. rei vend.* Castr. *cons.* 471. *num.* 1. *vol.* 1. Natta *cons.* 194. *num.* 4. Surd. *cons.* 61. *num.* 39. Rosent. *de feud. cap.* 10. *conclus.* 43. *num.* 91. Cyriac. *controv.* 689. *num.* 49.

Damni hinc inde passi facienda est mutua compen- 32
satio. *L. Mævius.* §. *arbiter. ff. famil. herciscun. & L. eleganter.* ubi Bart. *num.* 2. *ff. de pignorat. act.* Seb. Medic. *in tract. de compens. par.* 2. *quæst.* 28. *num.* 2. *& quæst.* 25. *num.* 5. Cyriac. *controv.* 599. *num.* 3. *L. si ambo. ff. de compens.*

Damnum datum ob derivationem aquæductus debet 33
refici. *L.* 2. ubi Bald. Castr. & Salyc. *C. de L. A. L. si tertius.* 6. §. *officium.* ubi Bald. & glos. *& in L. supra.* 11. §. *officium. & in L. Alterius.* 14. §. *in hoc judicium. ff. de aqua pluvia arcenda.* Cyriac. *controv.* 310. *num.* 21. & Judex ab hoc absolvere reum non potest, alias tenetur de suo, etiamsi absolverit ex justa causa; si damnorum omnium refectio fuerit promissa in conventione &c. Bart. *in L. venditores.* 102. *num.* 1. *ff. de V. O.* Cæpolla *cautel.* 97. Borgnin. *decis.* 15. *num.* 29. *par.* 1. Pancirol. *cons.* 147. *num.* 8. Alex. *cons.* 34. *nu.* 6. *vol.* 4. & alii apud Cyriac. *con trov.* 274. *num.* 6. ubi Locatore se obligarat in locatione ad refectionem omnium damnorum. Riminal. jun. *cons.* 255. *num.* 9. Surd. *de alim. tit.* 6. *quæst.* 3. *num.* 28.

Damnum dedisse videtur, qui occasionem damni dat; 34
& ad illius emendationem tenetur. *L. qui occidit.* 30. §. *in hac. ff. ad L. A. cap. fin. de injur.* gl. *in verb. mortuus.* §. *fin. Instit. eodem tit. de L. A.* Abb. *cons.* 21. *n.* 1. *vol.* 2. Socin. *cons.* 156. *n.* 26. *vol.* 2. Corn *cons.* 38. *n.* 18. *lib.* 2. Sixtinus *inter Consil. Academ. Marpurg. cons.* 20. *num.* 29. *vol.* 2. quamvis occasionem dans nullam damnificandi intentionem expresse habuerit. Gratian. *dec. March.* 57. *num.* 3. Cyriac. *controv.* 233. *n.* 12. *&* 13.

Damnum alicui datum ex causa concernente com- 35
modum, & bonum publicum in universo resarciri debet de publico a fisco, aut a Principe. *arg. L.* 2. ubi Bald. *num.* 1. *C. quib. ex caus. servi libert. propram. accip.* Crav. *cons.* 95. *n.* 7. Natta *cons.* 554. *n.* 10. Rota *dec.* 663. *n.* 7. *par.* 1. *in noviss.* Si vero respicit commodum singulorum ab illis pro rata contribuendum est ad refectionem damni. *L.* 1. *&* 2. ubi Bart. *ff. ad L. Rhod. de jactu.* Bald.

in L. si in aliquam 7. in fi. ff. de officio Proconſ. & legat. Florianus *in L. ſi locus.* 14. §. *fin. ff. quemadmodum ſervit. amitt.* Coſta *de portione ratæ. quæſt.* 5. Cyriac. *controv.* 310. *num.* 49. *&* 50. & hinc eſt, quod damnum contingens in conſequentiam actus liciti non habetur in conſideratione. Cephal. *conſ.* 451. *num.* 71. Laderch. *conſ.* 24. *num.* 33. Cacheran. *dec.* 17. *num.* 3. Menoch. *conſ.* 1172. *n.* 18. Cyriac. *loc. cit. n.* 174. & quod provenit ex natura loci, non eſt reficiendum ab aliquo. *L.* 1. §. *Item ſciendum.* 1. *ff. de aqua pluv. arcend.* Socin. jun. *conſ.* 60. *num.* 45. 3. Cyriac. *loc. cit. num.* 173.

36 Damnum, quod in conſequentiam ſentit tertius ex facto Principis licite utentis facultate ſua in iis, quæ illi conceſſa ſunt uti Principi, non habetur in conſideratione; quia ad illud damnum factum illud principaliter non dirigitur, & ita Princeps non dicitur damnificare Dominum feudi, ſi faciat gratiam Reo, ne condemnetur, & in conſequentiam impedit, ne feudum revertatur ad Dominum, ſed facit, quod ad ſe uti Principem pertinet, ſcilicet facere gratiam, aut commutare pœnam, & exercere ſuam authoritatem; uti etiam fit, quando Princeps aliquem baſtardum legitimat ad feuda, vel fideicommiſſa. Caſtr. *conſ.* 461. *n.* 4. Menoch. *conſ.* 20. *num.* 30. Cephal. *conſ.* 617. *num.* 132. Laderch. *conſ.* 23. Roſental. *de feud. c.* 7. *concluſ.* 19. *ſub num.* 29. Surd. *conſ.* 1. *num.* 30. Rimin. jun. *conſ.* 540. *num.* 33. Cyriac. *controv.* 341. *num.* 22. *&* 23.

37 Damnatus ad triremes ad certum tempus, puta ad annum, ſi poſt ſententiam detinetur per aliquod tempus, puta per ſemeſtre antequam ad triremes tranſmittatur, tempus ſemeſtris erit illi imputandum in tempore anni, adeo, ut non niſi per medium annum teneatur remigare juxta tex. *in L. omnes.* 23. ubi DD. *C. de pœn.* Giurba *conſ.* 30. Tiraquel. *de pœn. temper. cauſ.* 41. Capyc. Latro *dec.* 177. *n.* 21. *par.* 2. quia licet carcer non ſit ad pœnam, tamen continet in ſe pœnam. Tiraquel. *l. c.* Capiblanc. *de Baron. pragmat.* 19. *cap.* 94. *num.* 6. Capyc. *loc. cit. num.* 20. Cyriac. *controv.* 172. *num.* 52. ſed nemo debet pro eodem delicto duplici pœna affici, uti carceris, & triremium, ne addatur afflictio afflicto. Cabal. *reſ. crimin.* 142.

38 Idem dic de damnato in exilium, vel relegationem ad tempus; quia ſi poſt ſententiam Reus detineatur in carceribus per aliquod tempus, hoc tempus retentionis computatur in tempus exilii. *d. L. omnes.* & DD. *citati.* Vincent. de Franch. *deciſ.* 317. *num.* 1. Giurba *l. c. num.* 34. Cabal. *d. caſ.* 142. *num.* 1. Guazzin. *defenſ.* 6. *cap.* 1. *n.* 50. Adden. ad Rotam. *deciſ.* 617. *num.* 58. *par.* 4. *recent. tom.* 3. Concluſio vero procedit, quando Judex eſt in cauſa, vel per illum ſtat, quo minus carceratus mittatur ad triremes, aut exilium, ſecus ſi ex alia juſta cauſa uti ob debita, vel intereſſe partis; quia tunc tempore carceris non minuitur tempus remigandi in triremibus. Vincent. de Franch. *d. dec.* 317. *num.* 1. *&* 2. Cabal. *reſ. crim. caſ.* 142. *num.* 6. Guazzin. *loc. cit.* Conciol. *reſol. criminal. reſ.* 1. *per totam.* quæ licet vera ſint, tempus tamen carcerationis ante ſententiam non computatur in tempus triremium, vel exilii, nec illud diminuit, quamvis diminuat pœnam. Cabal. Guazzin. & Conciol. *ll. cc.* quibus adde Novar. *de variat. fori ſect.* 2. *quæſt.* 32. *n.* 12. *&* *quæſt.* 36. *n.* 7. *&* *quæſt.* 38. *n.* 2.

39 Damnati ad remigandum præſertim in perpetuum, qui æquiparantur damnatis ad metalla, quamvis olim fierent ſervi pœnæ, & amitterent Civitatem, ac teſtamenti factionem activam, & paſſivam, & eſſent inſucciſſibiles, cum haberentur pro mortuis juxta Peregr. *de Jure fiſci lib.* 3. *tit.* 4. *n.* 2. Farin. *de var. ac diverſ. quæſtionibus quæſt.* 102. *num.* 135. *&* *ſeq.* *&* *num.* 140. Novar. *loc. cit. quæſt.* 37. *num.* 2. Maſtrill. *deciſ.* 167. De Jure tamen noviſſimo non efficiuntur ſervi pœnæ, ſed reſtituuntur etiam ad bona, quæ illis fuerunt confiſcata, & ad libertatem. *Auth. ſed hodie.* ubi DD. *C. de donat. inter vir. & uxor.* & ibi gloſ. *verb. ex ſupplicio.* Peregr. *loc. cit. num.* 9. *&* *tit.* 5. *num.* 20. Farin. *loc. cit. num.* 158. Covar. *in rubr. de teſtam. num.* 26. *in* 3. *part. verſ. jure autem.* Camill. Borell. *conſ.* 52. *num.* 43. Rota *dec.* 492. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* apud Conciol. *loc. cit. reſ.* 2. *num.* 2. Quia hodie nemo bene natus ſit ſervus pœnæ, licet ſit bannitus, deportatus, relegatus, aut ad metalla damnatus. *Jura cit.* Boer. *dec.* 278. *num.* 8. Grammat. *dec.* 362. *nu.* 2. Surd. *conſ.* 90. *n.* 37. *lib.* 1. Giurba *conſ. crim.* 30. *num.* 9. Cabal. *l. c. num.* 6. Conciol. *l. c. num.* 3.

Concluſio procedit multo magis in damnatis ad triremes ad tempus tantum. Maſtrill. *loc. cit. n.* 12. Farin. *loc. cit. n.* 159. Peregr. *loc. cit. num.* 2. Borel. *loc. cit. num.* 43. Novar. *loc. cit. quæſt.* 37. *num.* 4. Cyriac. *controv.* 645. *num.* 5. *tom.* 4. Conciol. *loc. cit. num.* 4. ubi alii DD. Imo damnati ad triremes neque amittunt ea, quæ ſunt Juris gentium, uti contractus, & actiones, quæ ex illis tam active, quam paſſive proveniunt. Peregr. *de jure fiſci. lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 7. Farin. *loc. cit. num.* 152. Vermigl. *conſ.* 362. *num.* 2. Rota *cit.* apud Conciol. *loc. cit. num.* 5. Unde hodie damnati ad triremes poſſunt teſtari, capere ex ſucceſſione, Covar. *in rubr. de teſtam. d. nu.* 26. Farin. *loc. cit. n.* 158. Vermigl. *d. conſ.* 362. *num.* 2. Rota *ſuperius citata.* contra Craſſ. *de ſucceſſ. in* §. *teſtamentum. quæſt.* 28. Peregr. *de jure fiſci. lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 2. *&* *ſeq.* qui tamen loquitur tantum de damnato ad triremes in perpetuum. videri poteſt Martha *de ſucceſſ. legal. par.* 3. *quæſt.* 14. *art.* 2. *&* 3. *per totum.* 40

Damnatus ad triremes gaudet Immunitate Eccleſiaſtica. Diana *part.* 6. *tract.* 1. *reſ.* 22. ubi DD. quia non ſunt de exceptis in Bulla Gregoriana, *&* *par.* 4. *tract.* 1. *reſ.* 47. Pereira *de manu regia par.* 2. *cap.* 50. Novar. *in Summ. Bullar. tit. de Immun.* Sicut etiam damnatus ad furcam, licet ſit ſervus pœnæ; quia non excipitur in Bulla Greg. XIV. Et quamvis Diana teneat, talem non eſſe irregularem *par.* 4. *tract.* 2. *reſ.* 83. Barb. tamen *de pot. Epiſc. par.* 2. *alleg.* 43. Campanil. & alii apud eoſdem volunt eſſe irregularem. 41

¶ DATA.

§. I.

Datæ tempus attenditur.

Datæ † tempus attenditur, ſi ſit conceſſa una gratia, ut intra quinquennium quis conferat beneficia, & concedatur ſimilis non facta mentione de prima, quia ſecunda incipit a die datæ. Old. *conſ.* 50. † Amplia, ut idem ſit in diſpenſatione de non promovendo, conceſſa ad ſeptennium, juxta *c. ex eo. de elect. in* 6. ut non currat ſeptennium a die, quo habuit beneficium curatum non promotus, ſed debuit promoveri, ſed a die datæ diſpenſationis. Old. *conſ.* 203. *ver. ad ſecundam quæſtionem.* † Amplia quod tempus datæ attenditur ad judicandum, an gratia ſit nulla, vel annullanda, & an ſit obreptitia. Old. *conſ.* 216. *ver. ad tertium.* † Extende, ut idem ſit, an gratia ſit ſubreptitia, vel non. Gem. *conſ.* 99. *in fi. num.* 10. *ver. ſed ad hoc reſpondetur*, & idem, an beneficium vacet de jure, vel de facto, ad hoc, ut gratia ſit ſubreptitia. Lap. *alleg.* 104. alias 105. *num.* 5. *ver. eſt etiam ſciendum, uſque in fi.* † Amplia inter habentem mandatum de providendo de beneficio vacaturo, quod quis intra menſem acceptaret, & habentem ſimilem gratiam, quia attenditur datæ tempus, non proviſionis, vel acceptationis, Lap. *alleg.* 85. *num.* 6. *ver. quæro, quidam Clericus.* † Amplia, quia litteræ beneficiales debent judicari an valeant, vel ne, a tempore datæ, videlicet an tunc impetrans eſſet excommunicatus, vel tacuerit beneficia, quæ tunc obtinebat, vel an expreſſerit exprimenda, quia licet poſtea fuiſſet excommunicatus, vel beneficia, quæ tunc obtinebat, dimiſiſſet, attenditur ſemper tempus datæ. Fed. de Sen. *conſ.* 290. *quia in præſenti, num.* 7. *ver. ſequitur videre de tertio.* † Amplia, ubicunque agitur de prælatione gratiarum, ut quis impetrans præferri debeat, quia tunc etiam inſpicitur tempus datæ, ut habens datam priorem præferatur. *c. duobus de præb. in* 6. Fed. de Sen. *conſ.* 290. *num.* 7. *verſ. ſi autem loquimur, c. eam te, de reſcript.* Ægid. Bell. *conſ.* 33. *nu.* 17. *ver. ſeptima concluſio.* Vide Tuſch. *Litt. E. verb. Expectantes plures ſi ſunt ejuſdem datæ & gratiæ quis præfertur, Concl.* 605. † Extende etiam, quando uterque, videlicet, primus in data, & ſecundus habent clauſulas præventivas, *&* *anteferri*, quia primus ſemper præfertur ſecundo. Ægid. *d. conſ.* 33. *nn.* 17. *&* *ſeq.* † Declara tamen multis modis; primo niſi ſecundus & poſterior habeat prærogativam, ut præferri debeat, puta clauſulam, *anteferri*; Vide Tuſch. *Litt. C. verb.* Clauſula, *anteferri*, qualis & quid operetur, *concl.* 314. † Item niſi ſecundus expectans dignitatem, & præbendam occaſione dignitatis præferatur, 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

prout

prout præferri debeat primo expectanti ad præbendam, quia si vacat præbenda annexa dignitati, debet secundus præferri. Fed. de Sen. *d. conf.* 290. *num.* 7. *ver. si*
21 *autem non apparet.* † Item, nisi præbenda esset sacerdotalis, & primus expectans non esset in ætate legitima, quia secundus præfertur habens ætatem legitimam. Fed.
22 de Sen. *d. conf.* 290. *n.* 7. *vers. si autem non apparet.* † Item restringe, quia primus expectans non præfertur secundo, quando fuisset negligens in acceptando, quia ex culpa sua sibi præjudicat. Fed. de Sen. *d. conf.* 290.
23 *num.* 7. *v. si autem non apparet.* † Item quando primus impetrans non feciſſet mentionem de reservatione speciali, vel generali, & secundus sic, quia præfertur secundus. Cald. *conf.* 30. *in princ. & per tot.* alias 7. *de rescr.* Vide Tusch. *Litt. R. verb. Reservatio Papæ operatur, ut etiam collatio facta per Papam non valeat. Concl.* 235.
24 Declara tamen, quod secundum stylum Cancellariæ, quando reservatio est specialis, non attenditur mentio facta de ea, quia præfertur habens datam anteriorem,
25 ita Cald. *d. conf.* 30. alias 7. *de rescr. in prin.* † Contrarium tenet idem Cald. quia sive specialis, sive generalis sit reservatio, præfertur, quia de ea facit mentionem, *in d. conf.* 30. alias 7. *de resc. vers. decisio non vi-*
26 *detur.* † Item quando gratia concurrentis esset subreptitia, quia tacuit expectativam, vel aliam gratiam, quia tunc non admittitur concursus talis gratiæ nullius. Gemin. *conf.* 11. *in princ.* † Amplia, quia tempus datæ attenditur ad hoc, ut impetrans præferatur in-
28 feriori collatori, seu proviso ab inferiore collatore. † Extende & declara, si agatur inter expectantem habentem expectativam, & dicentem præbendam esse affectam, quia quando ex litteris Papæ afficitur præbenda, tunc attenditur data; quando vero afficitur solum ex præsentatione litterarum, vel inhibitione, tunc attenditur tempus inhibitionis vel præsentationis. Fed. de Sen. *d. conf.* 290. *num.* 7. *ver. si autem esset quæstio.* & de hac materia distingue, ut *in ver. beneficium affectum*
19 *quando dicatur.* quia attenditur tempus afficiens. † Amplia etiam in gratia, *si neutri*, quia attenditur tempus datæ ad hoc, an beneficium vacet, vel non; ita tenuit Rot. in una Aretina Parochialis coram Tholomæo,
20 ut ipse atteſtatur *dec.* 69. † Amplia, quia attenditur tempus datæ ad judicandum, an narrata sint vera, & an beneficium vacet de jure, & de facto, an de facto tantum, Old. *cens.* 319. *num.* 4. Lap. *alleg.* 104. alias 103.
21 *num.* 3. *ver. est etiam secundum, usque in fin.* † Extende quia ad considerandam validitatem collationis beneficii, quando duo contendunt, semper attendimus datam priorem, sive simus in collatione fienda; *c. cum cui, de præb. in* 6. sive in collatione jam facta. *c. si a*
22 *sede, de præb.* in 6. Gem. *conf.* 141. *in pr.* † Amplia, ut tempus datæ attendatur, quando agitur de qualitate, quæ faciat qualificatum præferri, quia si illa qualitas non adest tempore datæ, non est considerabilis. Bald. *conf.*
23 491. Petrus de Sessa *n.* 3. *ver. secundo nota lib.* 1. † Amplia, quia datæ tempus attenditur in gratia facta de percipiendo fructus in absentia per biennium, vel aliud tempus, non autem incipit gratia a die præsentationis.
24 Old. *conf.* 56. *incipit. Tullius.* † Amplia, quia in gratiis & litteris ad beneficia datæ tempus attenditur, in tescriptis ad lites tempus præsentationis. Anch. *conf.* 188.
25 *visis consiliis, n.* 8. † Declara, quia in gratia, *si neutri*, est controversum, an attendatur tempus gratiæ, vel non; Vide Tusch. *Litt. G. verb. Gratia* si neutri, *quid*
26 *sit. Concl.* 58. † Limita in litteris & rescriptis ad lites, quia attenditur tempus præsentationis & non tempus
27 datæ. Anch. *d. conf.* 118. *nu.* 8. † Limita sex modis de quibus plene Fel. *in c. eam te, n.* 18. *& seq. ver. datæ tempus, de rescrip.* 1. in considerandа habilitate impetrantis; 2. ubi agitur de cognoscenda negligentia, vel inobedientia; 3. in computando anno ad utendum rescripto; 4. ubi agitur de attendenda collatione vel jurisdictione; 5. in attendenda qualitate beneficii; 6. ubi litteræ habent clausulam derogatoriam ad primam gratiam.
28 † Limita multis casibus, ut intra datæ tempus non at-
29 tenditur, §. *prox. seq. per tot.* † Declara totam hanc materiam, quando habens primam datam, vel secundam, præferatur, vel ne, ut Tusch. *Litt. C. in vers. Collatio si facta pluribus, prævalet data anterior. Concl.* 446. Vide eund. *Litt. A. verb. Actus quando principio, & quando fini attribuatur. Concl.* 153. Vide eund. *Litt. P. verb. Principium quando attendatur. Concl.* 702. *& Concl. ibi prox. seq.* Vide eund. *Litt. F. verb. Finis quando attendi debeat Concl.* 378.

§. II.

Datæ tempus non attenditur.

Datæ † tempus non attenditur, quando mandatum 1
de providendo de primo vacaturo, usque ad certam summam conceditur, & evenit vacatio, & subsequens provisio; nam si tempore vacationis beneficium cadit sub summa in mandato comprehensa, illud tempus attenditur, non tempus datæ provisionis, quia licet creverit valor tempore datæ provisionis, tamen debetur beneficium. Old. *conf.* 58. Fel. *in c. eam te, ver. tempus dauæ, num.* 5. *limit. de rescr.* Cassad. *decis.* 17. *super reg. in fi.* † Amplia, quia non attenditur tempus datæ 2
in mandato de providendo, sed tempus præsentationis litterarum collatori. Innoc. *in c. mandatum in princ. v. & est ratio, de rescr.* ubi, quod in tantum est verum, quod habens gratiam cum clausula, *dummodo pro alio non scripserimus*, si alius anterior non præsentavit suam gratiam ante istum, talis clausula ipsi non obstat. † 3
Amplia in omni gratia expectativa cum clausula *quam duxeris acceptandam*, quia cum sit conditionalis, attenditur tempus acceptationis, & sic existentis conditionis, an cadat sub gratia, non autem tempus datæ. Old. *conf.* 229. *Hæc sunt, dub. num.* 4. *ver. ad quartum.* Cassad. *dec.* 3. *de præb. incip. super gratia. num.* 24. *ver. item successive.* † Amplia in gratiis expectativis, per 4
quas non afficitur beneficium, nisi per inhibitionem, vel præsentationem litterarum, aut per provisionem, quia in illis casibus non attenditur data expectativæ, quando agitur inter expectantem & inferiorem collatorem, qui alteri contulit. Fed. de Sen. *conf.* 290. *num.* 7. *ver. si autem esset quæstio.* vide Tusch. *litt. B. verb. Beneficium affectum quando dicatur. Concl.* 77. † Amplia 5
in mandato dato ad confirmandam electionem canonice factam, quia licet tempore electionis electus esset inhabilis, si tamen tempore confirmationis obtinuit dispensationem, potest confirmari, quia attendi debet, an sit canonica tempore confirmationis. Cald. *conf.* 47. *An confirmatio.* quod est primum, *de elect.* & est Gaspar. Calder. † Contrarium, ibi tenet Jo. Cald. *in fin.* 6
d. conf. 47. *vers. Contrarium consuluit.* † Amplia in gratia *si neutri*, quæ est conditionalis, & respicit futurum eventum; ibi, *si per eventum litis*; quia non attenditur tempus datæ, sed tempus collationis. Gem. *conf.* 7
79. *num.* 9. *ver. nec obstat si dicatur, usque in fi.* sequitur Gomez super *reg. de publ. q.* 16. *in fi.* ubi quod ita fuit tentum in Rot. † Contrarium quod imo attendatur tem- 8
pus datæ, quia si beneficium non vacat tempore datæ, sed post ex negligentia, non debeatur, tenuit Rota in una Aretina Parochialis, ut atteſtatur Tholom. *dec.* 69. *incip. Aret. parochialis.* † Amplia in gratia variabili ex 9
negligentia, quia non attenditur tempus datæ, sed tempus collationis, ut si beneficium conferatur primo vacaturum ad collationem Episcopi; nam licet tempore datæ beneficium esset ad collationem inferioris collatoris, sed per negligentiam efficiatur ad collationem Episcopi; gratiæ capiet tale beneficium, Gem. *d. conf.* 79. *in fi. ver. & idem est.* † Amplia in omni rescripto, vel 10
gratia, quæ non potest notari de subreptione, quia tunc attenditur tempus collationis & non tempus datæ, *d. conf.* 79. *num.* 10. *ver. sed ad hoc respondetur*, & idem repetit *conf.* 90. *num.* 2. *ver. sufficit enim*, ubi, quod respectu prælationis expectantium sufficit circumspecta subreptione, quod qualitas quæ inducit prælationem, adsit tempore vacationis, vel provisionis beneficii; & idem repetit *conf.* 113. *super dubio præmisso:* ubi loquitur de auditore Rotæ effecto, ut quoad expectativam, antequam esset Auditor, gaudeat in prælatione privilegio Auditorum. † Amplia in gratia expediendi gratis, quia 11
attenditur tempus expeditionis gratiæ, an expediens sit officialis; non autem an sit officialis tempore datæ: ita decisum fuit per Dominum Thomam de Tanis Rotæ auditorem, qui fuit longo tempore Summistæ substitutus; & ita fuit exequutum per Cancellariam, ut est notatum in libris Cancellariæ, & in Registro coram R. P. D. Sanvitali, & ita etiam fuit decisum per concordiam de anno 1477. inter Camerarium & Vice-Cancellarium. † Contrarium videtur tenere & miratur de 12

hac decisione Rotæ coram Romano Mandos. *super reg. de ætate, q. 12. num. 1.* sed non constat per quæ jura,
13 neque quod fuerit recessum. † Amplia multis casibus, de quibus in §. *prox. præced. in limit. ibi num. 26. &*
14 *seq.* † Limita multis modis supra §. *prox. præced. Data tempus attenditur.* vide Tusch. *Litt. C. verb. Collatio facta pluribus. concl.* 446. vide, *Data in concursu eadem §. prox. seq.*

§. III.

Data in concursu eadem, si est pluribus concessa, quis præferatur?

1 Gratia † collationis beneficii facta per Papam duobus sub eadem data, præferri debet, præsens in Curia absenti, quia præsumitur anterior. Gem. *cons.* 11. *in*
2 *princ. in casu incipit. Lite pendente, sub nu.* 1. † Amplia quia graduatus præfertur non graduato, cæteris pa-
3 ribus, ex regula Cancellariæ. Gem. *d. cons.* 11. *in fi.* † Amplia in impetrantibus sub eadem data, quia præfertur ille, qui primo litteras impetrationis præsentavit ordinario Collocatori, non autem quia præsentavit exequutori, late Gem. *cons.* 34. *per tot.* ubi reprobat Rot. *decis.* 58. *de rescr. in antiq. Nota, si unus*, alias 403. quæ duplicatur *dec.* 5. *de præben. in nov.* alias 100. *& in c. duobus num.* 8. *de resc. in* 6. dicit, quod pro ista parte consuluerunt Anch. & Zabarel. & idem dicit apostil. *ad dec.* 5. *de præben. in nov.* sequitur Franc. *in c. duobus,*
4 *num.* 10. *& cons.* Anch. *&* 55. *ultra prædicta subtiliter.* † Contrarium tenet in Rot. *in dictis dec.* 5. *de præben. in nov. &* 58. *de rescr. in antiq.* quod præfertur ille, qui pri-
5 mo præsentavit exequutori. † Amplia in expectanti-
6 bus, quia datur prælatio inter eos in concursu. † Extende, quia si reperitur facta acceptatio in partibus per procuratorem, & in Curia per principalem sub eadem data, præsumitur prius facta acceptatio per procuratorem quam per principalem, non obstante quod major diligentia præsumatur in principali, quam in procuratore, quia ex quo est procurator in loco, & fecit sibi post acceptationem provideri, actus validus præsumitur prior quam actus nullus; quia dominus post acceptationem non fecit sibi provideri. Rom. *cons.* 153. *Quoad primum in prin.* ubi 1. apostil. dat. concord.
7 † Amplia quia præfertur in data concurrenti, ubi prior præsumitur is qui possidet. Ant. de Butr. *cons.* 62. ubi, quod si capiatur possessio, postquam alius erat in possessione; competit restitutio. *c. si a sede Apost. de præb. in* 6. Alex. *cons.* 19. *Admodum præclare, in princ. lib.* 2. Vide Tusch. *Litt. V. verb. Vendens rem duobus præ-*
8 *fertur emptor cui res prius fuit tradita. Concl.* 64. † Extende ut procedat etiam in instrumentis diversis factis eadem die, puta cessionis juris tertio factæ, & liberationis debitoris, quia debitor qui possidet, præsumitur prior in data. Bald. *cons.* 274. *circa med. ver.*
9 *proponitur quod lib.* 2. † Extende, quia si duo habent datam diversam, & ambo possident, præferatur habens datam priorem, etiam in possessorio, quia præsumitur primo possessionem habuisse, & hæc præsumptio transfert onus probandi in adversarium. Alex. *cons.* 92. *num.* 12. *& cons.* 109. *Viso processu, num.* 6. *lib.* 5.
10 † Amplia, ut procedat, etiamsi tam prior quam posterior habent gratias cum clausulis, *anteferri*, & præservativis, quia semper prior præfertur secundo. Ægid. Bellam. *cons.* 33. *num.* 16. *& seq. ver. supra dict. concl.*
11 *videlicet septima.* † Amplia, quia in pari data provisorum, provisus a Papa, vel a Legato, præfertur provi-
12 so ab ordinario sub eadem data. *c. si a sede de præb. in* 6. † Declara, ut per Crav. *cons.* 171. ubi plene
13 de intellectu *d. c. si a sede.* † Declara, ut non prodat, quod præferatur alteri proviso, quando gratia Papæ vel Legati esset nulla, puta facta personæ inhabili, vel de Beneficio, aut Hospitali juris patronatus, et-
14 iam ex præscriptione. † Extende in simili, quia si exhibentur duæ scripturæ in judicio contrariæ, una ab actore, altera a reo, sub eadem data, quæ attendi debeat; dic, quod dignior, videlicet publica præfertur privatæ, & si ambæ sunt æquales, præfertur scriptura rei, quia actor debet plene probare, alias non obtinet. Alex. *d. cons.* 19. *admodum præclare in pr. lib.* 1. vide Tusch. *Litt. I. verb. Instrumenta si sunt diversa & repugnantia, ab eodem notario sunt suspecta. concl.* 249.

† Limita quia provisio Legati vel Papæ, sive æqua- 15
lis sive anterior de Hospitali, vel beneficio jurispatronatus etiam ex præscriptione quæsiti non valet contra patronos & provisionem ad præsentationem patronorum, quia neque Legatus, neque ordinarius possunt tollere jus quæsitum ex præscriptione. Ant. de Butr. *cons.* 62. *Hic de duobus, num.* 3. † Declara quia so- 16
lus Papa potest derogare huic juri quæsito ex præscriptione. Ant. de Butr. *d. cons.* 62. *num.* 3. † Limita quia 17
provisio Legati vel ordinarii non valet facta de Hospitali Clericorum vel Laicorum, in concursu, quando contulit minori 14. annis; quia non potest dispensare super ætate contra Concilium, sed solus Papa. Ant. de Butr. *d. cons.* 62. *num.* 4. *usque in fi.* † Limita quia gratia subreptitia, quia provisus non fecit mentionem de expectativa, non admittitur in concursu, sub eadem data cum alia, quia est nulla. Gem. *d. cons.* 11. *in pr. num.* 1. *ver. Christi nomine invocato.* quod est principium Concilii post casum. † De hac materia, quando collatio de eodem beneficio fuit facta a diversis sub eadem data, quæ prævaleat vel non. vide Tusch. *Litt. C. verb. Collatio a diversis facta, Conc.* 455. vide eund. *Litt. E. verb. Expectantes plures si sunt ejusdem datæ, quis præfertur, Concl.* 605. vide eund. *ea d. litt. verb. Expectans prior in data quando præferatur vel non, concl.* 606. vide eund. *Litt. G. verb. Gratiæ duæ de eadem re eidem personæ possunt valere & quando, Conc.* 59. vide eund. *Litt. P. verb. Pares in concursu quis præferri debeat, conc.* 83. vide eund. *Litt. S. verb. Scripturæ plures in concursu, quæ præferatur, conc.* 83.

§. IV.

Data quando præsumatur, fraudulenta, & in quibus?

Data † præsumitur fraudulenta, quando est in scri- 1
ptura privata, non subscripta trino teste, & concurrit cum instrumento, quia præsumitur, quod scripta sit ante data, & ideo non admittitur *l. scripturas C. qui potior in pign.* † Amplia, ut procedat, etiamsi talis a- 2
pocha sit facta a procuratore habente mandatum anterius & apparens per publicum instrumentum, quia nihilo minus præsumitur ante data, ut concurrat cum instrumento in præjudicium tertii. Petr. de Anch. *cons.* 28. *Rationes inductæ, per. tot. & cons.* 29. *Ego Franciscus.* † Amplia, quia data collationis Episcopi sine 3
instrumento & testibus, in concursu com data Papæ, præsumitur ante data, quia alias fieri possent fraudes. Ægid. *dec.* 321. *In causa D. Guillelmi, & dec.* 441. *Sicut littera ordinaria, & in antiq. dec.* 17. *tit. de probat.* alias 701. † Limita, quia si constat de data Pa- 4
pæ ex litteris, illa attenditur, nec admittuntur conjecturæ in contrarium, quia sicuti instrumentum non tollitur conjecturis, quando apparet legitime confectum, nisi reprobetur per sufficientem numerum testium, ita etiam data litterarum Papæ. Rom. *cons.* 340. *Circa primum. num.* 8. *ver. nec est dicendum, cum seq.* ubi allegat quod præsumptio cedit veritati, & quod in claris non statur conjecturis. ¶

DATIO.

Praxis Dationis in solutum.

Datio in solutum actionem extinguit, quæ non re- 1
viviscit evictione secuta. Bart. *in L. eleganter. num.* 2. *ver. sed contra hoc oppono. ff. de pignorat.* Papon. *cons.* 130. *num.* 14. Surd. *cons.* 145. *num.* 34. *& dec.* 51. *num.* 4. *& dec.* 266. *num.* 6. Ant. de Amat. *res.* 50. *num.* 9. Martha *voto* 109. *num.* 4. *& voto* 144. *n.* 1. Castill. *decis.* 5. *n.* 4. Muta *dec.* 626. Rota *dec.* 278. *n.* 21. *part.* 5. *recent.* Bich. *dec.* 288. *n.* 30. intellige tamen ad effectum, ut agere quis non possit primæva actione, quidquid sit quoad alios effectus; & dummodo illa datio in solutum non fuerit nulla. vide Rot. *cit.*

Datio in solutum etiam cum clausula *constituti* pro- 2
bari debet effectuata mediante reali traditione, Cyriac. *controv.* 327. *num.* 26. *& seq.* Surd. *dec.* 51. *num.* 20. neque ad hunc effectum sufficit clausula *constituti*, quæ tantum importat traditionem per modum fictum, & traditio requiritur per modum verum. Alex. *cons.* 28. *nu.* 7. *l.* 2. Surd. *cons.* 13. *a nu.* 12. Rota *in Sanseveroni*

domus

domus 20. *Maii* 1622. *coram Remboldo* apud Bich. *dec.* 379. *n.* 33.

3 Datio in ſolutum alicujus rei pro pretio æſtimando, antequam illud fuerit æſtimatum, & certificatum, eſt tantum conditionalis, & imperfecta. §. *pretium. Inſtit. de empt. & vendit.* Anchar. Regiens. *quæſt. famil.* 28. *n.* 3. *l.* 1. Surd. *conſ.* 25. *n.* 9. *in fi.* Burat. *dec.* 72. *n.* 5. Bich. *dec.* 416. *n.* 1. Neque dicitur datio in ſolutum, ſi Judex non dedit in ſolutum, ſed mandavit dari; quia ad hunc effectum requiruntur verba de præſenti, & opus eſt præcedenti æſtimatione, & actuali datione in ſolutum per Curſorem, aut executorem juxta ſtylum facienda. Gratian. *diſcept. for. cap.* 545. *n.* 49. Burat. *dec.* 124. *a n.* 16. Bich. *dec.* 161. *nu.* 8. præſumitur vera, ſi poſt decretum dati in ſolutum Judex inhibuit, ne poſſeſſor moleſtetur. Alba *conſ.* 742. *n.* 10.

4 Datio in ſolutum, quando eſt nulla, Creditor fructus perceptos ſaltem a die motæ litis tenetur reſtituere, aut in ejus creditum imputare. Bich. *dec.* 161. *nu.* 28. & poſſeſſor non habens titulum non eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem fideicommiſſario. Argel. *de legit. contradictore quæſt.* 7. *n.* 144. Poſt. *de manut. obſ.* 42. *nu.* 155. Alba *conſ.* 388. *nu.* 18. Bich. *loc. cit. n.* 17.

5 Datio in ſolutum, quando eſt nulla, habetur pro non facta, ita ut primæva jura, & contractus habeantur pro non extinctis. *L. ſi quis antea. §. ſi quis conduxerit. ff. de acquir. poſſeſſ.* Statil. *de ſalv. interd. inſpect.* 3. *cap.* 2. *a nu.* 564. Surd. *dec.* 51. *nu.* 19. & 29. Gabr. *conſ.* 36. *n.* 66. *l.* 1. Rota *dec.* 370. *nu.* 3. *par.* 1. *recent.* & in puncto Cenſus. *dec.* 278. *num.* 22. *par.* 5. & *dec.* 172. *n.* 47. *par.* 6. *recent.* Bich. *deciſ.* 551. *num.* 7. Non extinguit hypothecam, niſi fuerit deventum ad realem traditionem, nec ſufficit, quod fuerit æſtimata. Aſinius *de execut. n.* 4. *c.* 50. *n.* 4. & §. 7. *cap.* 263. Cyriac. *controv.* 327. *a n.* 20. Cephal. *conſ.* 159. *nu.* 17. Corn. *conſ.* 296. *n.* 12. *l.* 1. Surd. 51. *num.* 20. & 21. non obſtante clauſula *Conſtituti*. Bich. *deciſ.* 449. & actualis traditio probanda eſt ab allegante. Idem *n.* 20.

6 Datio in ſolutum prioris obligationis extinctiva reſultat ex clauſula *Conſtituti*, nec non ex verbis, *Cedit, Concedit, dat*, & *transfert*, quæ important dationem in ſolutum prioris obligationis extinctivam. Gozzad. *conſ.* 28. *n.* 9. Surd. *conſ.* 243. *nu.* 21. Rota *in Tiburt. Caſtri S. Angeli* 11. *Martii* 1650. §. *neque obſtare coram Meltio*. Bich. *dec.* 637. *n.* 9. Supponit creditum in eſſe deductum, & certum, nec aliqua exceptione elidibile, alias non valet. Ruin. *conſ.* 160. *n.* 25. *l.* 2. Menoch. *de retin. erem.* 1. *a n.* 37. Surd. *dec.* 46. *n.* 5. & 6. Rota *diverſ. dec.* 33. *n.* 6. *par.* 1. Bich. *dec.* 637. *num.* 13.

7 Datio in ſolutum vim habet emptionis, & ſi datum excedat debitum, pro illa parte poteſt repeti, & condici. Capon. *diſcept. for.* 187. Surd. *conſ.* 243. Mant. *de tacit. l.* 11. *tit.* 8. *n.* 28. Faber *in C. de condict. def.* 1. at Eccleſia *obſ. for.* 147. putat in totum eſſe nullam, & citat Rol. *conſ.* 7. *lib.* 3. Cancer. *var. reſ. par.* 3. *c.* 17. Coſtam *de portione ratæ. quæſt.* 26. & alios ad tex. *in L. ſi non ſortem. §. ſi centum.* ubi DD. *ff. de condict. indeb.* gloſ. *in L. cum amplius. ff. de R. J.* ſtricte tamen non eſt emptio, ſi eſt neceſſaria, ſecus ſi voluntaria. Pajatell. *exped. & annot.* 79. & 84. Conciol. *alleg.* 34. & 56. & quando præſumatur vide Pajatell. *loc. cit.*

8 Datio in ſolutum judicialis eſt individua, & ideo excedens debitum eſt nulla in totum. *DD. ſupra cit.*

DEBITOR & CREDITOR.

Praxis Debitorum, & Creditorum.

§. I.

Quando debitor poſſit carcerari, & quando liberetur tam ab obligatione ſolutionis, quam a carceribus?

1 Debitor de jure communi capi non poteſt in propria domo, *L. plerique. ff. de in jus vocand.* Pajatel. *exped.* 96. *numer.* 2. ſecus de conſuetudine, niſi porta maneret clauſa, quia portam birruarii effringere non poſſunt, ſine expreſſo Judicis mandato, & licentia, quam Judex concedere non ſolet, niſi citato prius debitore ad tenendam portam apertam, alias mandari aperiri per vim. Scaccia *de Judic. l.* 1. *c.* 33. & 46. *n.* 9. niſi renunciaſſet omni legum auxilio; nam tunc cenſeretur renunciaſſe beneficio dictæ *L. plerique*. ubi Jaſ. *n.* 29. Rip. *in L. ſi unquam. q.* 52. *n.* 16. *C. de revoc. donat.* & ibi Tiraquel. *in præfat. n.* 117. *verſ. item & beneficio*. & alii apud Pajatel. *annot.* 96. *n.* 15. *ſeqq.* Quæ maxime procedunt, ſi debitor ſit mulier, impubes, aut pupillus. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 26. *num.* 1. Scaccia *d. cap.* 46. *num.* 15. de captura debitorum vide, quæ diximus *in praxi Capturæ*.

Et in caſibus, in quibus debitor fuit carceratus, illi 2
debentur alimenta, ſi eſt inops, vel debet e carceribus liberari. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 71. *n.* 2. Riccius *in prax. var. reſ. p.* 2. *reſ.* 34. Afflict. *dec.* 71. *addit.* & diximus in verbo *alimenta. nu.* 34. quæ taxantur ſecundum qualitatem perſonæ habita ratione nobilitatis &c. Riccius *loc. cit. n.* 5. vide Tiraquel. *in tract. de nobilit. cap.* 136. & 139.

Porro debitoris perſona pluribus modis liberatur tam 3
a carceribus, quam ab uſuris, & reſtitutionis obligatione. Et quidem primo a reſtitutionis obligatione liberatur per ingreſſum Religionis. *S.* Thom. 2. 2. *q. ult. a.* 6. *ad* 3. Angel. *verb. Religio*. §. 1. Sylv. *verb. religio. lib.* 1. *q.* 4. *S.* Antonin. *p.* 2. *tit.* 11. *c.* 2. quia liber homo non obligatur quoad perſonam ſuam, ſed tantum quoad bona, quæ cedendo liberatur perſona. Si tamen in ſæculo manendo intra breve tempus, v. g. biennium, putaret ſe tantum lucrari poſſe, ut ſolvendo fiat, teneretur manere per illud tempus in ſæculo. Bonacin. *de reſtit. diſp.* 1. *q. ult. punc.* 2. licet voviſſet ingredi; quando autem Monaſterium fuit ingreſſus, ſi ipſi aliquid fuit relictum, vel titulo legati, vel hæreditatis, tenetur Monaſterium ſolvere illius debita. vide Dian. *p.* 3. *tr.* 2. *reſ.* 41. & *p.* 4. *tr.* 4. *reſ.* 82. ubi DD. Poſt Bullam vero Sixti V. non poteſt ingredi religionem, ſi eſt ſpes, quod manens in ſæculo poſſit fieri ſolvendo. vide dictam Bullam, quæ incipit *cum in omnibus*.

Secundo debitor certæ rei ex maleficio, puta furto 4
&c. liberatur, ſi illa caſu fortuito perierit, ſi æque fuiſſet peritura apud Dominum. Covarruv. *in reg. peccatum. p.* 2. §. 6. *n.* 1. Fachin. *contr. jur. l.* 8. *c.* 100. *per tot.* quam opinionem Covarruv. *loc. cit.* veriorem judicat in animæ judicio contra alios Doctores apud eundem, major difficultas eſt quoad forum externum, in quo quamvis ipſe Covar. teſtetur de communi opinione, quod talis debitor, etiamſi res fuiſſet eodem modo apud Dominum peritura, non liberetur, ut apud illum videre eſt, & apud Fachin. *loc. cit. verſ. ſecunda opinio*. ubi Corn. & Aretin. *in L.* 1. *C. de his, quæ vi metuſve cauſ. geſta ſunt*, & alii communiter in *L. quod te*, ubi Ripa *n.* 28. *ff. ſi cert. pet.* tamen idem Covar. *loc. cit.* tenet talem liberari in tali caſu etiam quoad forum externum, ob elegantem tex. *in L. ſi cum exceptione. §. ſed & ſi non culpa. ff. de eo quod met. cauſ. & in L. ſi plures. §. ult. ff. depoſiti.* & hanc defendit etiam Fachin. *loc. cit.* gloſ. *in L.* 1. *C. de his, quæ vi metuſve eauſ. fiunt. verb. interciderint.* Martin. Fulgoſ. Salyc. Alex. Dec. & alii *in d. L. quod te ff. ſi cert. pet.* apud Covar & Fachin. *ll. cit.* cui adſtipulatur ratio naturalis, & juſtitiæ; cum tunc Dominus non tam ex furis delicto, quam ex caſu fortuito damnum ſentiat. Secus vero dicendum eſt, ſi res apud Dominum non periiſſet, puta quia vendidiſſet, diſtraxiſſet &c. *cit.* Sed quid in dubio, an illa res fuiſſet eodem modo apud Dominum peritura? Reſpondet Fachin. *c.* 101. *verſ. tertius caſus. d. l.* 8. hoc caſu contra fruſtratorem interpretari, perinde ac ſi certum eſſet, interituram non fuiſſe. *L. ſi ex legati.* 23. *L. nemo.* 82. *ff. de V. O. L. ſi in Aſia. §. ult. ff. depoſiti L. cum reſ.* 49. *ff. de leg.* 1. *L.* 1. §. *remiſſive. L. merito. ff. de vi, & vi armata.*

Et quod diximus de debitore ex delicto, locum ha- 5
bet etiam in debitore ex contractu, juxta Gach. *de c.* 101. *per tot.* ubi contraria reſolvit, ac plures caſus ponit. Et debitor ex contractu, ſi res caſu fortuito pereat non peritura eodem modo apud Dominum, & quidem ante moram ſolutionis, etiam liberatur, non vero ſi periit poſt moram; quia debitor moroſus tenetur etiam de caſu fortuito. *L.* 18. *ff. commod.* Bonac. *de reſtit. diſ.* 1. *q.* 3. *punc.* 8. & eſt tex. & ibi DD. *in L. item ſi verberatum. §. ult. ff. de rei vind.* Fachin. *loc. cit. L.*

23. &

23. & 82. *ff. de V. O.* ubi glos. *vers. homo.* quomodo vero mora contrahatur, vide *in litt. M. verb. mora.*

6 Sed quid si debitor ex delicto rem tradidit Nuncio, ut ferret ad creditorem, & apud nuncium periit? Resp. perire debitori; quia rationabile non est, creditorem pati damnum ob delictum debitoris, & debitor a die acceptionis rei alienæ dicitur morosus. Bonac. *loc. c.* limita, si nuncius fuit electus a creditore; quia tunc sibi debet imputare, quod non elegerit fideliorem.

7 Si vero debitor erat ex contractu, ut in re commodata, aut in depositum data, si nulla culpa debitoris adfuerit, sed casu fortuito apud nuntium perierit, illa perit Domino suo. *L. argentum. 20. ff. commod. L. apud Labeonem. §. fin. ff. de præscr. verb.*

7 Tertio debitor liberatur solutione; quia solutio extinguit debitum etiam hypothecatum. Merlin. *de pignor. l. 5. tit. 1. q. 1. & 2.* Mantic. *de tacit. lib. 11. tit. 31.* Fachin. *lib. 11. contr. jur. cap. 12.* Antonin. *var. res. l. 2. c. 50.* Et si fuit facta adjectio solutioni, liberat solventem pro rata. Stracca *de adjection. p. 3.* Surd. *cons.* 140. & 258. Costa *de portion. ratæ. quæs.* 20.

9 Sed quid si debitor solvit secundo creditori in pecunia numerata, potestne solutio avocari ab anteriore creditore habente in illa anreriorem hypothecam? Resp. quod si pecunia soluta fuit bona fide consumpta, illam primus creditor repetere non possit. ita Afflict. *decis.* 190. ubi postquam utriusque sententiæ fundamenta posuit, testatur, ita fuisse decisum in illo senatu. Maresc. *lib. 2. var. res. cap. 36. numer. 8.* ubi Rot. Merlin. *de pignor. lib. 4. tit. 1. q. 28. numer. 36. vers. Tertius casus.* ubi Thesaur. *quæst. for. 16. a n. 21.* Gail. *pract. obs. lib. 2. obs. 25. nu. 16.* quia pecunia bona fide consumpta extinguitur hypotheca, ut plurib. probat Merlin. *loc. cit. a n. 4.* Si vero fuit mala fide consumpta, repeti poterit; quia tunc dicitur extare juxta Maresc. *loc. cit.* ubi Surd. *cons 4. nu. 34. & seq. lib. 1.* Sed si pecunia non fuit consumpta, major est difficultas, & siquidem si solutio fuit facta mala fide, concordant DD. teste Merlin. *loc. cit. num. 8.* quod pecunia soluta possit a primo creditore habente phypothecam anteriorem revocari. Si vero solutio fuit facta bona fide, repeti regulariter non posse ab habente anteriorem hypothecam, respondet Maresc. *loc. cit. num. 1.* nisi prior creditor esset privilegiatus, ita explicando doctrinam Bartoli *in L. pupillus ff. quæ in fraud. cred.* qualis non dicitur habens simplicem priorem hypothecam, in qua non consistit privilegium juxta Afflict. *loc. cit. num. 6. in fin.* ex *L. 1. ff. de privileg. cred.* sed ponderatis utriusque sententiæ fundamentis veriorem illam sententiam judicat Merlin. *loc. cit. 16. seqq.* quæ regulariter affirmative respondet, contrariaque resolvit, quem vide. & citat Cyriac. *contr. for. cap. 338. num. 18.* Statil. *de salvian. inspect. 3. cap. 2. num. 248. seq.* Costam *de remed. subsid. cap. 37. illat. 2. num. 2.* Surd. *cons. 4. num.* 25. Straccham, ubi de veriori, *de decoctor. in ult. part. tit. qui potior. in bon. decoctor. nu. 31. fol. eid.* 241. & alios plurimos. idem tenet Gail. *l. sup. cit.* Andr. Fachin. *l. 12. contr. jur. c. 53.* ubi de communiori.

10 Hanc secundam sententiam, si tibi placet, limita primo, ut locum non habeat, nisi excusso prius debitore principali, & sic revocationem pecuniæ solutæ secundo creditori esse remedium subsidiarium. Merlin. *loc. cit. nu. 7. vers. supponendum tertio.* ubi Barbos. *in L. 1. p. 6. num. 22. ff. sol. matr.* Costa *l. cit.* Thesaur. *d. quæs. 16. nu. 3. lib. 2.* Surd. *l. cit. nu. 16.* dicit tamen Salgad. *in labyr. cred. p. 1. c. 23. n. 71.* quod huic anteriori credatur asserenti, creditorem communem non habere alia bona, contra regulam a nobis infra traditam *num. 86.* Limita secundo quando non constat, quis eorum creditorum sit anterior. Afflict. *d. decis. 190. n. 5.* ad tex. *in L. pupillus. 24. ff. quæ in fraud. cred.* Merlin. *l. c. n. 34.* Idem dic in debitis personalibus, in quibus nullus habet hypothecam. Gail. *lib. 2. obs. for. 25. nu. 15.* per tex. notab. *in L. si non expedierit. §. si pupillus. ff. de bon. auth. Jud. possid.* & infra *nu. 113.* vel si omnes essent æque privilegiati. Merlin. *loc. cit. num. 35.* Limita tertio, si solutio fuisset facta secundo creditori præsente, & non contradicente primo. Thes. & Merlin. *ll. cit. n. 36.* alias ampliationes, & limitationes vide apud cit. Merlin. *d. quæs. 28. per tot.* An vero sicut primus potest repetere a secundo, sic etiam possit repetere secundus a tertio, & sic de aliis, vide late Salgad. *in labyr. cred. par. 3. cap. 14. a numer. 29. seqq.*

Et sicut habens anteriorem hypothecam potest repetere solutionem factam secundo creditori, ita etiam avocare potest donationem factam filio pro suscipiendis Ordinibus, tamquam factam in fraudem creditorum. Riccius *in prax. var. res. p. 2. res. 123. impress. Venet.* 11

Potest etiam unus pro alio solvere, etiam invito creditore, & sic liberare debitorem ignorantem, ac invitum. *L. solutionem. ff. de solut. L. solvendo. ff. de neg. gest.* Ludovis. *decis. 111. num. 4.* & ibi Beltramin *nu. 8.* Cyriac. *contr. for. 59. nu. 3.* & sic creditor potest compelli recipere. Surd. *decis. 174. n. 27.* apud Beltramin. *loc. cit.* dummodo non sit solutio facta in recognitionem dominii: nam Dominus directi emphyteusis, & feudi non potest compelli ad recipiendum canonem ab alio, quam ab emphyteuta, & feudatario. Marsil. *singul. 58. numer. 1.* Burs. *cons. 181. num. 2.* Surd. *decis. 180. num. 10.* Corbul. *de caus. privat. ob non solut. canon. lim. 7.* Gratian. *disc. for. cap. 8. num. 8.* apud Beltramin. *loc. cit.* Cyriac. *l. c. n. 2.* nisi forte solutionem offerenti interesset pro alio solvere, forsan ad devolutionem emphyteusis vitandam; quia forte solutionem offerens est creditor illius, pro quo vult solvere. Beltramin. *l. c.* 12

Et solvens pro alio ob necessariam ejus salutem potest eum cogere ad restitutionem soluti. Cagnol. *in L. invito. num. 7. ff. de R. J.* Pasqual. *de patr. potest. p. 3. c. 5. a num. 3.* uti si incidentes in latrones unus pro aliis solvat, & in sociis. Cost. *de port. ratæ. quæs. 154.* Ursil. *decis. 349. n. 7.* & alii apud cit. Pasqual. 13

Et quod diximus, debitorem liberari solutione, amplia, ut solvens ei, cum quo contraxit liberetur, licet is cui solvit, non sit dominus, sed creditum spectet ad alterum, vel alteri quæsita esset actio. Cyriac. *contr. for. lib. 1. contr. 123. num. 2. & 15.* ubi Surd. *cons. 43. per tot.* Solvens tamen procuratori non habenti mandatum non liberatur, potest tamen repetere ab illo, cui fuit facta solutio conditione indebiti. *L. inter causas. §. mandato. ff. mandati.* ibi: *quod si procurator non est, repetam ab eo. L. falsus procurator. C. de furt.* Bal. *cons. 14. nu. 1. lib. 1.* Farin. *in prax. crim. de furt. quæs. 170. p. 1.* apud Merlin. *decis. 133. Rot. Rom. inter ejusdem impressas.* 14

Et licet solvens indebitum civiliter, debitum tamen naturaliter, & hoc ex juris ignorantia, illud repetere non possit, Gonzal. *ut statim infra;* quia repetitio fundatur in æquitate naturali, quæ ratio cessat, cum ipsa ratio naturalis obligationem inducit, si tamen non erat debitum nec civiliter nec naturaliter, repetere potest *arg. L. 7. ff. de Jur. & fact. ignor.* prout distinguunt DD. teste Fachin. *lib. 8. contr. jur. cap. 106.* qui tamen recedendo a sua prima opinione tenet, solutum repeti non posse, etiamsi nec civiliter, nec naturaliter fuerit debitum, idque diversis legibus comprobat; cujus sententia tamen nimis rigorosa videtur, & pro affirmativa stant DD. apud Gonzalez; quos ipse sequitur *in cap. is qui conqueritur. de solut.* ubi late; bene verum est, quod quando agitur ad repetitionem indebite soluti, requiratur præcisa, & concludens probatio, quod ex causa indebiti fuerit ignoranter solutum. ad tex. *in L. cum de indebito. ff. de probat.* ibi: *& ideo cum, qui dicit, indebita solvisse, compelli ad probationem, quod per dolum accipientis, vel aliquam justam ignorantiæ causam indebitum ab eo solutum sit.* & ibi Bart. *nu. 4.* ita ut sufficiat per possibile excludere actorem agentem. Alex. *cons. 83. num. 1.* apud Rot. *decis. 38. num. 2. p. 5. rec. tom. 1.* præsumptio enim stat, quod nemo præsumatur voluisse solvere id, quod non debet. *cit. cap. is qui conqueritur & L. cum de indebito. 25. ff. de probat.* Rot. *decis. 592. p. 5. rec. tom. 2. num. 27. & 28.* ubi DD. *& decis. 145. p. 3. rec. a num. 6.* & sic qui indebitum recepit, non tenetur probare, pecuniam solutam fuisse debitam, sed qui repetit, tenetur concludenter probare, fuisse indebitam. Gratian. *disc. for. cap. 569. num. 28.* Rot. apud Cenc. *de cens. decis. 12. numer. 1.* ita ut non admittatur probatio præsumptiva. Cyriac. *contr. 264. num. 7.* apud Rot. *decis. 74. p. 9. rec. numer. 3.* dummodo tamen solutio fuerit voluntarie facta, secus si coacte; quia tunc cessat supra dicta præsumptio. Rot. *decis. 401. num. 15. p. 16. rec.* nisi qui recepit negasset, se aliquid accepisse: tunc enim si fuisset convictus de solutione eidem facta, teneretur probare 15

bare sibi fuisse debitam. ita tex. *in d. cap. is qui conqueritur*. ubi Gonzal. & *L. cum de indebito* 25. ubi DD. & hoc in pœnam mendacii *ff. de probat.*

16 Limita conclusionem, quod solutio indebiti repeti non possit, quando fuit scienter facta, sed solum si per errorem. §. *is quoque Instit. quib. mod. re contrah. oblig.* quia præsumitur donatio. *L. cujus per errorem dati repetitio est, ejus consulto dati donatio est*. 54. *ff de R. J. L.* 1. *ff. de condict. indeb. L.* 1. ubi glos. *in verb. judicati. vers. sextus. & L. indebitum. C. eod.* quæ solutio etiam non corruet ex defectu insinuationis, etiamsi excedat 500. solidos, cum non sit vera donatio, sed tantum præsumptiva, seu potius irrevocabilis datio, ut dicit Glos. *in d. L. cujus per errorem. in fin. & in L.* 1. *ff. de donat. in verbo liberalitatem*, & ibi Bart. *numer.* 2. & Angel. *in princ.* Roman. *num.* 1. Castr. *num.* 4. *in fin.* & Alberic. *nu.* 4. apud Rot. *decis.* 145. *num.* 8. *p.* 3. *rec.* quæ procedunt, si tantum solvens scienter indebite solvat, accipiens vero credat, causam solutionis adesse; secus si uterque sciat, indebite solvi; tunc enim esset vera donatio; & sic requireretur insinuatio, ut distinguit Bart. *in d. L.* 1. *n.* 2. *ff. de donat.* apud Rot. *l. c.*

17 Sublimita hanc datam limitationem in solutione usurarum, quia in illis speciale est, quod repeti possint, etiamsi fuerint scienter, & sponte solutæ. Alex. *cons.* 80. *numer.* 11. *&* 12. *& seqq. lib.* 3. Rimin. jun. *cons.* 399. *n.* 71. Merlin. *decis. Rom.* 409. *num.* 29. *inter ejus impressas*. Rot. *decis.* 401. *p.* 16. *rec. n.* 16. quia lex in solvente usuram præsumit coactam voluntatem, ne scilicet compellatur ad restitutionem sortis. Menoch. *cons.* 300. *nu.* 12. & *seq.* Bart. *in L. si non sortem*. §. *si quis ex falsa*. *ff. de condict. indeb.* & alii apud Rotas citatas. idem dic de aliis solutionibus coactis.

18 Conclusionem, quod indebite solutum repeti possit, amplia, ut etiam compensari possit ad debitum, quod quis habet cum suo debitore. Rot. apud Merlin. *decis.* 328. *nu.* 1. ubi DD. Plura de solutionis materia vide infra in verbo *solutio Litt. S.*

19 Sed præsumiturne solutio ex lapsu diurni temporis? negat Fachin. *lib.* 13. *contr. jur. cap.* 87. sed affirmativam, ex quo non sit verisimile, creditorem tamdiu distulisse exactionem, docent Pirr. Maur. *de solut. cap.* 4. *num.* 10. *&* 11. *& cap.* 17. *num.* 1. Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 135. *a num.* 3. Neviz. *cons.* 57. *per tot.* Andreol. *cons.* 57. *num.* 1. Capyc. Galeot. *lib.* 2. *contr.* 14. *num.* 6. & alii apud Tranchedin. *consult.* 47. *num.* 16. Afflict. *decis.* 13. *num.* 2. maxime si creditor est persona diligens, & cauta. Menoch. *cons.* 457. *num.* 5. *in fin. & cons.* 1257. *numer.* 15. Surd. *decis.* 105. *numer.* 2. Rot. coram Celso *decis.* 18. *nu.* 7. *inter ejus impressas*. Tranchedin. *l. c. n.* 19. quales sunt mercatores. Merlin. *decis. Rot. Rom.* 246. *num.* 3. Et hoc eo magis, si debitor est solvendo. Maur. *l. c. nu.* 14. Caren. *res.* 108. 7. & tam debitor, quam creditor erant in eodem loco. Tranchedin. *l. c. n.* 20.

20 Item præsumitur ex silentio creditoris post mortem debitoris per plures annos. Capon. *disc. for.* 179. Mascard. *de probat. concl.* 1318. Escobar. *de ratiocin. cap.* 37. *n.* 5. Pajatel. *exped.* 22. *n.* 12. *& annot.* 22. *n.* 6. *& exped. & annot.* 61. vel certe si expectavit ad petendum post mortem debitoris; quia arguitur, quod ideo contra debitorem viventem non egerit, ex quo tunc temporis, quo factum erat recens, potuisset facile solutio probari. Afflict. *d. decis.* 13. *sub numer.* 21. *vers. nona conjectura*. Paris. *cons.* 83. *num.* 27. *vol.* 1. Menoch. *cons.* 995. *num.* 17. Pacian. *cons.* 113. *sub numer.* 11. Cyriac. *contr. for.* 614. *n.* 11. *l.* 4. Tranchedin. *loc. cit. n.* 17. alias præsumptiones cum lapsu temporis concurrentes vide apud *DD. cit.* & signanter apud Afflict. *l. c.*

21 Et quod salarium famulis præsumatur solutum lapsu triennii, tradunt Gratian. *decis. March.* 53. *num.* 5. ubi; quod nisi constet de interruptione præscriptionis saltem extrajudicialiter, executio sit solum relaxanda pro salario ultimorum duorum, vel trium annorum, & reliquum præsumatur solutum; quia tales solutiones non solent redigi in scriptis, & ideo probantur præsumptionibus, & conjecturis. Rot. *decis.* 815. *p.* 18. *rec. num.* 7. Idem dicitur de opificibus, notarii, aut proxenetis. Menoch. *de præs. loc. cit.* Rot. *decis.* 11. *n.* 20. *p.* 18. *rec. tom.* 1. ex quibus proinde apparet, quod solutio probari possit præsumptionibus.

Hæc tamen solutionis præsumptio ob lapsum tempo- 22
ris eliditur contrariis præsumptionibus, quarum una est, quando nempe constat, quod creditor fecit omnem diligentiam pro consecutione sui crediti contra omnes, a quibus credebat, posse sibi satisfieri. Rot. *decis.* 519. *p.* 4. *rec. tom.* 3. *numer.* 11. vel quando constat, quod intra illud tempus elapsum debitor recognoverit debitum, cum ea recognitio interrumpat cursum præscriptionis. *L. cum acutissimi*. 7. §. *imo. vers. & si quis debitorum*, ubi Bald. *in princ. de præsc.* DD. apud Paul. Rubeum *in annot. ad decis.* 2. *Rot. Rom. in p.* 3. *rec. num.* 98. maxime si constet de solutione partis debiti, ut per Foller. *in prax. censual. verb. hujusmodi. numer.* 93. *fol.* 181. Natta *cons.* 402. *num.* 64. & alii apud Rubeum *loc. cit.* Item cessat præsumptio solutionis, si debitor negavit debitum. Rot. *decis.* 22. *numer.* 11. *p.* 18. *rec. tom.* 1. Paul. Rub. *loc. cit. numer.* 67. ubi Bald. *in L. cum fidem. num.* 1. *vers. & ideo puto. C. de non num. pecun.* Specul. *de emphyt.* §. *nunc aliqua. num.* 53. Natta *cons.* 77. *num.* 7. Item si debitor allegaret certum modum solutionis; quia illo non verificato non posset recurrere ad præsumptionem solutionis ex lapsu temporis Paris. *cons.* 27. *num.* 119. *& cons.* 114. *num.* 11. *lib.* 1. Castr. *cons.* 423. *nu.* 2. *lib.* 2. Aym. *cons.* 190. *num.* 6. Honded. *cons.* 82. *numer.* 49. *lib.* 1. apud Rub. *loc. cit.* Item cum instrumentum debiti reperitur penes creditorem, quod non contingeret, si solutio facta fuisset, vel certe esset cancellatum. ad notata in *L. Labeo*. §. *de pact.* Rubeus *l. c. n.* 64. apud quem plura, ubi etiam an & quando concedatur restitutio in integrum ex capite absentiæ, vel ignorantiæ contra creditum præscriptum; & de hoc ultimo vide in verb. *restitutio*.

Et solutio temporis præteriti præsumitur ex solutione 23
continuata trium annorum. Menoch. *de præsum. lib.* 3. *præs.* 139. *num.* 13. Fachin. *lib.* 13. *contr. jur. cap.* 89. Gomez *var. res. tom.* 2. *cap.* 3. *numer.* 13. Cravet. *cons.* 313. *per tot.* Pasqual. *de patr. pot. p.* 4. *cap.* 6. *num.* 73. ubi Prat. Mascard. *de probat. concl.* 1324. *vel* 1326. Rot. apud Merlin. *decis.* 132. *n.* 1. *& decis.* 839. *& in recent. decis.* 217. *p.* 4. *tom.* 2. *num.* 19. & est tex. *in L. quicumque. C. de apoch. lib.* 10. Gabr. *de præsumpt. concl.* 11. *n.* 1. & alii apud cit. Pasqual.

Quarto liberatur debitor a solutione usurarum, 24
quando creditor recusat accipere solutionem, si pecunias citato creditore deponit coram suo Judice, non creditoris; quia debitor adit Judicem ut reus, non ut actor. argum. *L. in contractibus*. §. *in omni. C. de non numer. pecun. cap. dilecti.* 17. *de for. comp.* Altograd. jun. *contr.* 79. *num.* 2. Cenc. *de censib. p.* 3. *cap.* 1. *q.* 3. *art.* 9. nisi creditor habeat justam causam recusandi, ut cum debitor illam facit contra formam pactorum initorum v. g. non solvendi capitale, aut non redimendi censum nisi præcedente monitione duorum mensium, ut interim creditor occasionem invenire possit alibi pecuniam illam investiendi, & debitor solutionem offerens illam monitionem omisit &c. late Salgad. *in labyrint. cred. p.* 2. *c.* 29. *per tot.* & signanter *a n.* 56. Gratian. *disc. for. c.* 8. *per. tot.* tunc enim debitor per depositum non liberatur. *L. si soluturus*. 39. *ff. de solut. L. qui decem.* 72. *ff. eod.* Glos. *interdum.* 73. *in ver. noluerit. ff. de V. O.*

Quinto liberatur debitor maxime a carceribus per 25
cessionem bonorum, si est Laicus; si vero est Clericus, per *cap. Odoardus de solution.*

SECTIO I.

De Cessione bonorum.

In hac bonorum cessione sciendum est, quod bonis 26
cedens non perdat eorum dominium, donec per curatorem bona cessa creditoribus fuerint distributa. Sperel. *dec.* 99. *n.* 2. *&* 41. Brun. *de cession. bonor. q.* 18. *nu.* 9. & probatur ex *L.* 3. *ff. de cess. bonor.* Capell. Tholos. *decis.* 134. Gratian. *disc. for. c.* 486. *n.* 24. ubi DD. hinc est etiam, quod debitor decoctus per possessionem bonorum a creditoribus captam non liberetur, nisi insuper fiant domini. Sperel. *l. c. num.* 45. & si re integra solvit, licet solvat aliunde, liberatur, & bona sua recuperat. Sperel. *l. c.*

Limita conclusionem, quod bonis cedens liberetur; 27
ut illa non procedat, si malitiose negavit debitum,

& ante

& ante ſententiam non fuit confeſſus; quia tunc non liberatur. *L. qui cedit. ff. de ceſſion. bonor.* Afflict. *deciſ.* 379. *num.* 1, & 2. Faber *in Cod. lib.* 7. *tit.* 31, Covarruv. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 1. Brun. *loc. cit.* Fachin. *lib.* 13. *contr. jur. cap.* 68. (cum diſtinctione tamen ut infra *numer.* 43.) DD. apud Car. de Graſſ. *de except. excep.* 17. *num.* 16. & 22. imo quod admittatur ad beneficium ceſſionis, etiamſi debitum confeſſus fuerit ſolum poſt ſententiam condemnatoriam, tenet Salycet. *in L.* 1. *num.* 3. *C. qui bon. ced. poſſ.* Afflict. *deciſ.* 292. & *d. deciſ.* 379. *n.* 4. Rol. *conſ.* 7. *num.* 7. *lib.* 2. & alii apud Eccleſiam *obſerv. forenſ. Senat. Pedemont. obſ.* 179. *num.* 9. ubi teſtatur, ita practicari in illo Senatu abſque diſtinctione, an habuerit juſtam cauſam negandi, aut litigandi, nec ne. Vide etiam Genuen. *in prax. Archiepiſc. cap.* 3. *impreſſ. Venet.* Riccius *in prax. cap. Odoard. reſ.* 258.

28 Limita ſecundo: quia cedens bonis ex delicto, vel dolo ſuo, quia bona ſua faſtu, aut luxuria &c. conſumpſit, non liberatur. *L. fin. ff. quæ in fraud. credit. in fin.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 90. *num.* 19. Farin. *in pract. crimin. quæſt.* 26. Plot. *de in lit. jur.* §. 4. ſed concorda, quæ infra dicemus *num.* 44. & 53. & quod etiam debitor ex delicto admittatur ad ceſſionem bonorum, probat Anton. Theſaur. *deciſ.* 182. *a num.* 4. quando nempe agitur de pecunia creditoribus applicanda, ſecus ſi fiſco ad vindictam publicam, ob regulam *qui non habet in ære, luat in corpore.*

29 Limit. tertio in illo, qui occultavit aliqua bona, qui non liberatur, & perdit privilegium, & ideo intruditur in carcerem, quouſque ſolvat. Gloſ. *in L. penult. ff. de ceſſ. bon.* Bal. *in L. fin. C. qui bon. ced. poſſ.* Brun. *de ceſſion. bonor. q.* 5. *num.* 2. & alii apud Graſſ. *de except. excep.* 17. *num.* 48. Dian. *p.* 7. *tract.* 8. *reſ.* 5. & 11. neque poteſt talis etiam in conſcientia aliquid occultare ad ſui ſuſtentationem. Card. de Lugo *tom.* 2. *diſp.* 21. quamvis aliqui contrarium teneant apud Dian. *loc. c. reſ.* 6. quia debitori debentur alimenta, ſi ceſſit bonis. Brun. *l. c. q.* 3. Covar. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 1. Menoch. *de arbitr. caſ.* 183. & quidem in utroque foro. Dian. *l. c. reſ.* 4. Riccius *in prax. p.* 2. *reſ.* 422. & probatur *ex L. qui bonis. ff. de ceſſion. bonor.* Hinc eſt, quod in bene conſtitutis judiciis quantitatem, & qualitatem bonorum ſuorum extantium mediante juramento cedentes bonis ſignificare cogantur, ne aliquid celare, aut ſupprimere poſſint, teſte Heringio *de fidejuſſor. cap.* 5. *num.* 81. *ſeq.* ubi Aufrer. *in addit. ad Capell. Tholoſ. qu.* 28. *in princ.* Gloſ. & Zaſius *in L. ult. verſ.* 4. *ff. de ceſſ. bonor.*

30 Limit. quarto, quia ceſſione bonorum non liberatur debitor, cum præponendo poſteriores creditores fuit factus non ſolvendo, juxta Zaſium *ad d. L. qui cedit n.* 6. *ff. de ceſſ. bon.* Trentacinq. *lib.* 3. *var. reſ. tit. de ſolut. reſ.* 27. *nu.* 27. Natt. *conſ.* 361. *num.* 2. *vol.* 2. Brun. *de ceſſ. bon. q.* 5. *n.* 5. apud Dian. *loc. cit. reſ.* 18.

31 Limit. quinto in illo, qui in caſum non factæ ſolutionis ad carcerem ſe obligavit. Oinotom. *in* §. *fin. inſtit. de action.* Dian. *loc. cit. reſ.* 19. *verſ. & tandem.* quamvis apud eundem contrarium teneat Matth. Coler. *de proceſſ. executivo. p.* 1. *cap.* 6. *n.* 121. idem tanquam humanius, communius, ac magis verum tenet Graſſ. *loc. cit. num.* 10. ubi quod huic beneficio ceſſionis bonorum etiam juramento renunciari non poſſit. Covar. *var. reſ. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 7. Seraphin. *de privileg. juram. privileg.* 91. *num.* 1. & 3. Anton. Theſaur. *deciſ.* 36. *num.* 2. & 4. quia tamen plurimi DD. etiam contrarium defendunt, id relinquendum erit arbitrio Judicis, qui conſiderabit perſonarum qualitates, circumſtantias &c. ut dicunt Theſ. & Seraphin. *ll. cit.* plures caſus, in quibus cedens non liberatur, ſeu in quibus ad ceſſionem non admittitur, vide apud Graſſ. *de except. d. excep.* 17. *a n.* 15.

32 Ad hæc ceſſio bonorum non liberat a reſtitutione, ad quam cedens obligatur, cum venerit ad pinguiorem fortunam. Faber. *in Cod. lib.* 7. *tit.* 32. *defin.* 31. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 5. *a n.* 80. Brun. *loc. cit. quæſt.* 19. Aufrer. *ad Capell. Tholoſ. deciſ.* 136. Dian *l. c. reſ.* 20. Eccleſ. *obſ. for. Sen. Pedem. obſ.* 179. *num.* 13. non poteſt tamen conveniri, niſi in quantum facere poteſt in utroque foro detractis alimentis, ne egeat. *L.* 7. *C. qui bon. ced. poſſ.* §. *fin. inſtit. de act.* Hering. *l. c. L. is qui la* 2. *ff. de ceſſ. bonor.* Buttius *in cap. Odoardus. num.* 9. *de ſolut.* Fagnan. *ibid. num.* 17. Eccleſ. *l. c.* & ideo bonis cedens debet coram Judice hoc promittere. Menoc. *de arbitr. caſ.* 183. *num.* 20. & alii apud Eccleſ. *l. c.* & *DD. cit.* Imo cedens bonis etiam per ignominiam, ſi venit ad pinguiorem fortunam, tenetur ad reſtitutionem; quia ignominia non ſuccedit loco ſolutionis, ſed loco pœnæ pecuniariæ. DD. apud Dian. *moral. p.* 4. *tract.* 4. *reſ.* 78. & *p.* 7. *tract.* 8. *reſ.* 21. quos ipſe ſequitur, & apud illum Theologi. Sed quod talis per ignominiam cedens bonis, v. g. ſedendo in loco publico &c. non amplius teneatur ad reſtitutionem de poſtea quæſitis, tenet Carol. de Graſſ. *d. except.* 17. *n.* 7. ubi Roman. *ſing.* 24. *num.* 2. & 3. Guidopap. *dec.* 343. Menoch. *de arbitr. caſ.* 183. *num.* 22. & 23. Urſil. ad Afflict. *deciſ.* 379. *num.* 5. Jaſ. *in* §. *pœnales. num.* 46. *Inſt. de act.* & alii; apud Eccleſ. *d. obſ.* 179. *num.* 13. quod intellige de debitis contractis ante ceſſionem, ſecus in contractis poſt ceſſionem. ad tex. *in L.* 3. *C. de bon. auth. Jud. poſſid.* Hinc eſt, quod illa ceſſio ignominioſa fieri non poſſit invitis creditoribus. Jaſ. *in d.* §. *pœnales. n.* 46. Urſill. *loc. cit.* apud Graſſ. *l. c. n.* 9.

33 Quær. primo, an bonorum ceſſio pro novis debitis reiterari poſſit? negat Carol. de Graſſ. *d. except.* 17. *n.* 38. Dian. *d. p.* 7. *tr.* 8. *reſ.* 19. ſed affirmativam tenet Paul. de Caſtr. *in L. ex contractu. in fin. Cod. de bon. auth. Jud. poſſid.* & ibi Salicet. *num.* 2. *ad fin. verſ. quæro.* apud Fagnan. *in cap. Odoardus. num.* 67. *de ſolut.* Hering. *de fidejuſſ. cap.* 5. *num.* 128. ubi Cephal. *conſ.* 193. *lib.* 2.

34 Quær. ſecundo, an bonorum ceſſio a debitoribus facta liberet fidejuſſores? Reſp. negative juxta communiorem DD. quos ſequitur Card. de Lugo *de juſtit. tom.* 1. *diſp.* 21. *ſect.* 3. Coler. *de proceſſ. executivo. p.* 1. *c.* 6. Scaccia *de commerc.* §. 7. *gloſ.* 5. *num.* 147. Graſſ. *d. except.* 17. Dian. *p.* 7. *tr.* 8. *reſ.* 18. contra Guid. Pap. *deciſ.* 211. & Tuſc. *concl.* 219. *num.* 3. *litt. I.* apud cit. Dian. & negativam tenet etiam Hering. *de fidejuſſ. p.* 4. *cap.* 27. *num.* 99. *ſeqq.* ubi late.

35 Porro ceſſio bonorum de jure communi non requirit certas ſolemnitates, ſed fit ſolo verbo, & nuda voluntate, tam in judicio, quam extra per nuntium, epiſtolam &c. *L. in omni. C. qui bon. ceder. poſſ. L. bonis. ff. de ceſſ. bon.* Brun. *d. tit. q.* 6. *princ. conſ.* 7. *n.* 15. *lib.* 2. Guid. Pap. *conſ.* 124. *nu.* 7. Eccleſ. *obſ. for. Senat. Pedem. obſ.* 179. *num.* 9. quidquid ſit de diverſis Regionum conſuetudinibus. Judex tamen illam admittere non debet, niſi cauſa cognita. Bal. *in L.* 1. *C. qui bon. ced. poſſ.* Eccleſ. *loc. cit. n.* 4. apud quem plures ſolemnitates adhibendas videre poteris. Et infra *num.* 55.

36 Ille tamen, qui bonis ceſſit, poteſt adhuc ante actus conſummationem pœnitere. *L. quem pœnitet. ff. de ceſſ. bonor.* DD. apud Eccleſ. *loc. cit. num.* 19. & re integra ſua jura defendere &c. cum antequam bona tradantur creditoribus, remaneat illorum Dominus, ut ſupra diximus; quod tamen limit. Gratian. *diſc. for. c.* 486. ſi ceſſio fuit facta ſolemniter coram Judice approbante, & coram creditoribus acceptantibus. ita *num.* 26. & ibi Bald. *in L. ult. n.* 4. *C. qui bon. ced. poſſ.*

SECTIO II.

De Capitulo Odoardus.

37 Veniendo ad Clericum, *cap. Odoardus* 3. *de ſolut.* facit, quod Clericus non potens ſolvere, non poſſit incarcerari, aut in carceribus detineri, nec excommunicari, nec ad ceſſionem bonorum cogi, ſed ſolum conveniri, in quantum facere poteſt, ſi præſtiterit idoneam cautionem ſua debita ſolvendi, ſi ad pinguiorem fortunam venerit, de quo eſt etiam tex. *in cap. ſi Clericus, de ſent. excom. in* 6. & *cap. pervenit, de fidejuſſ.* Covar. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 1. *num.* 9. Farin. tract. *crim. p.* 1. *quæſt.* 26. Genuenſ. *in prax. Archi-Epiſc. cap.* 3. *impreſſ. Venet.* Gonzal. *in d. cap. Odoardus n.* 2. & 15. ad quam ſolutionem ad pinguiorem fortunam veniens tenebitur. Graſſ. *de effect. Cler. eff.* 7. *num.* 55. ubi Marcheſ. *de commiſſ. p.* 2. *cap.* 8. *num.* 55. & Rot. *deciſ.* 31. *num.* 5. *in fin. de reſt. ſpol. in antiqu.* Quæ cautio, ut ſit idonea, debet eſſe pignoratitia, vel fidejuſſoria. *L. ſi mandato Titii.* §. *ult. ff. mand.* & ut diximus in verbo *Cautio*. & in illius defectum, quando præſtari non poteſt,

teſt, admittitur juratoria. Fagnan. *in d. cap. Odoardus. n. 69. & DD. cit. arg. L. 2. §. ſed ſi dubitatur. ff. de judic. cap. per veſtras, de donat. inter vir. & uxor.*

38 Quod quidem procedit etiam in delictis, quando pecunia applicatur parti pro intereſſe civili, non vero quando applicatur fiſco, ut diſtinguit Riccius *in prax. cap. Odoardus, ref.* 263. Genuenſ. *loc. cit. num.* 7. ubi Joan. Andr. & Abb. *in d. cap. Odoardus. & in cap. finem litibus. de dol. & contum.* Covar. *loc. cit.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 447. *num.* 7. Limitat tamen Genuen. *ibidem* quando pecunia parti ſolvenda injungitur non tantum pro ſuo intereſſe, ſed etiam in pœnam ſolvere debentis, ut ſi Clericus injuſte litigans fuit condemnatus ad expenſas propter indebitam vexationem; quia tunc ſi non poterit ſolvere in ære, luet in corpore. Abb. *in d. cap. finem litibus. n.* 5. propter eundem textum. Puteus *deciſ.* 56. *lib.* 1. Boer. *deciſ.* 349.

39 Et hoc beneficium *cap. Odoardus* poteſt competere etiam Clerico excommunicato; quia non eſt actio, ſed exceptio. Riccius *loc. cit. reſ.* 262. Poteſtque opponi etiam in executione ſententiæ. Coſta *de remed. ſubſid. cap.* 29. *num.* 6. Riccius *l. c. reſ.* 261. ubi DD.

40 Hoc *cap. Odoardus* tamen Clericos non juvat, niſi in actis probent ſuam paupertatem, & miſerabilitatem; quia, cum ſit cauſa privilegii, debet probari acerrime ab eo, qui in ea ſe fundat. arg. tex. *in L. paupertas. 9. ff. de excuſat. tut.* gl. *in L. ſi vero. §. un. in verb. dubitetur. ff. qui ſatiſd. cog.* cum alias ſit præſumptio, quod quilibet ſit ſolvendo, ut in *L. ſi creditores. ff. de privileg. credit.* Afflict. *deciſ.* 377. *num.* 4. *ſeqq.* & ibi DD. Riccius *loc. cit. reſol.* 257. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 24. *num.* 7. Natta *conſ.* 344. *num.* 3. & alii; quæ paupertas, quando ſit probata, relinquitur arbitrio Judicis. Scaccia *de appellat. q.* 17. *limit.* 40. *num.* 8. Maſc. *de probat. concl.* 1154. *num.* 8. Tuſc. *litt. P. concl.* 164. *num.* 6. Riccius *loc. cit.* ubi quomodo probetur. late Covarruv. *var. reſ. lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 8. ubi DD. plurimi. Relictis eidem alimentis juxta arbitrium Judicis attenta qualitate perſonæ, ne egeſtate laboret. de quo vide Riccium *in prax. var. reſ. p.* 2. *reſ.* 422. *impreſ. Venet.* Addit. ad Genuenſ. *l. c. verſ. admiſſo itaque.*

41 Neque hoc beneficium *cap. Odoardus.* habet locum in contractu jurato. Riccius *loc. cit. reſ.* 267. Gomeſ. *in compend. utriuſq. ſignatur. in fin. verſ. tamen eſt advertendum.* apud Scacc. *de commerc. & camb.* §. 7. *gloſ.* 5. *a nu.* 122. qui tamen contrarium tenet cum Covar. *loc. cit. num.* 9. *verſ. quoties.* idem tenet Genuenſ. *l. ſup. cit. num.* 13. & ibi addit. *verſ. contrarium.* & diximus ſupra in verb. *Clericus.* §. 3. *num.* 33. quia Clericus dicto beneficio, utpote introducto in favorem totius ordinis Clericalis, ne cogantur cum dedecore mendicare, etiam cum juramento renunciare non poteſt. Genuenſ. *l. c. num.* 4. *DD. cit.* quod idem dicitur etiam, quando Clericus fuit per tres conformes ſolvere condemnatus. Covar. & Genuenſ. *ll. cit.*

42 Neque liberat Clericum debitorem ratione depoſiti. Graſſ. *de effect. Clericat. eff.* 7. *n.* 58. ubi DD. Squillant. *de privileg. Cleric. cap.* 10. *dub.* 3. Neque admittitur contra penſionarium, non quidem ratione juramenti, ſub quo illam penſionem forte promiſit, aut ratione obligationis Cameralis, ſed quia non convenit, ut velit retinere Beneficium, & non ſolvere penſionem, cum qua illud obtinuit. Scacc. *d.* §. 7. *gloſ.* 5. *num.* 129. *verſ. ratio.* Graſſ. *d. effect.* 7. *num.* 48. quod tamen Fagnan. *in cit. cap. Odoardus. num.* 80. limitat in illo, qui reſervationi penſionis non conſenſit, ſed tantum ſucceſſit in beneficio penſione gravato. per DD. *ibid. cit.* Et quamvis etiam obligatus in forma cameræ juxta communiorem non gaudeat hoc beneficio. *cap. Odoardus.* ut videre eſt apud Riccium *loc. cit. reſ.* 264. ubi Rot. *in una nullitatis oblig. cameral. coram Cotta.* 4. *Julii.* 1574. & alii DD. quia obligatio cameralis nullam admittit exceptionem, quam falſitatis ſolutionis, & pacti de non petendo. Caſſador. *deciſ. un. de mutuis petit.* tamen etiam quoad hoc contrarium obſervatur, teſte cit. Riccio ubi Galleſ. *de oblig. in form. camer. p.* 6. *q.* 7. & alii. Covar. *l. c.* Genuenſ. *ubi ſupra n.* 13.

43 Neque prodeſt Clerico, qui negavit debitum. Put. *deciſ.* 321. Rot. apud Riccium *loc. cit. ref.* 258. niſi illud poſtea agnoverit ante vel poſt ſententiam, ut de cedente bonis ſupra memoravimus. *num.* 27. niſi creditor plus petierit, v. g. centum, cum debitor debuerit tantum quinquaginta; quia tunc debitori licitum eſt totum debitum negare. juxta gloſ. *in cap. præſentium. in verb. ſingillatim, de teſtib.* Barboſ. *in L. eum qui temere. n.* 141. *ff. de jud.* apud Paul. Rubeum *in annot. ad deciſ.* 6. *Rot. Rom. p.* 3. *rec. num.* 90. Afflict *deciſ.* 296.

Ita nec prodeſt Clerico doloſo. Afflict. *deciſ.* 296. 44
Farinac. *de carcerat. q.* 27. *num.* 70. *ſeq.* Put. *deciſ.* 56. *lib.* 1. Mohed. *de ſolut. deciſ.* 1. & 2. & alii apud Ricc. *l. c. reſ.* 258. Genuenſ. *l. c. num.* 6. Graſſ. *l. c. num.* 37. *ſeqq.* hinc non prodeſt clerico, qui tempore contractus ſe Clericum negavit, ut alios alliceret ad contrahendum. Gonzal. *in d. cap. Odoardus. num.* 16. Gutierrez *de juram. p.* 1. *cap.* 17. *num.* 20. Scaccia *loc. cit. num.* 150. *ſeqq.* ubi late. Graſſ. *d. eff.* 7. *num.* 33. ubi DD. niſi contrahens cum dicto Clerico ſe Laicum fingente ſciverit illum eſſe Clericum; nam volenti, & ſcienti non fit injuria. Gonzal. *loc. cit.* nec illi, qui propria bona occultavit, ut creditoribus non ſatisfaceret, ut de cedente bonis ſupra memoravimus *num.* 29. Nec illi, qui tempore contractus ſciebat, ſe non eſſe ſolvendo. DD. *cit.* apud quos videre poteris alias limitationes; ſicut nec doloſo ſpoliatori. *DD. cit.*

Quær. primo, an gaudeat hoc privilegio ille, qui 45
poſt debita contracta primum factus fuit Clericus? Reſp. quod ſi factus fuit Clericus in fraudem creditorum, illo non gaudeat. Genuenſ. *loc. cit. n.* 11. Scaccia *ubi ſupra. num.* 160. *verſ. tempera*, ubi, quod diceretur in fraudem ſuſcepiſſe, quando ſciebat, ſe non eſſe ſolvendo, dum contrahebat. Graſſ. *loc. cit. n.* 60. ubi, quod non profit etiam illi, qui factus fuit Clericus, poſtquam fuit condemnatus ad ſolutionem. Secus vero eſt, ſi Clericatum ſuſcepit ſine dolo, qui non præſumitur. DD. *cit.*

Quær. ſecundo, an hoc privilegio gaudeant tantum 46
Clerici in majoribus, an vero etiam in minoribus conſtituti? & quod illo gaudeant tantum clerici in majoribus conſtituti, defendit Covar. *lib. 2. var. reſ. d. c.* 1. *n.* 9. niſi in minoribus conſtituti habeant qualitates requiſitas a Conc. Trid. *ſeſſ.* 23. *de reform. c.* 6. & ſic de mandato Epiſcopi alicujus Eccleſiæ ſervitio adſcripti ſint. Addit. ad Genuenſ. *loc. cit. verſ. item.* Marchef. *de commiſſ. p.* 3. *de commiſſ. admiſſ. ad cap. Odoardus. num.* 98. *fol.* 321 *in ult. ſeu* 3. *impreſſ.* & alii apud Scacc. *loc. cit. num.* 162. qui tamen *ibid. num.* 150. tenet, quod ſufficiat ad hunc effectum delatio habitus clericalis, & tonſuræ, & reliquæ qualitates in Concilio poſitæ requirantur ſolum quoad privilegium fori, & allegat decretum Congr. Sac. Concil. Trid. *die* 18. *ſeptembris* 1595. *deciſ.* 147. *fol.* 17. quod ſic ſonat. *Congregatio Concilii cenſuit Clericum prima tonſura inſignitum, habitum clericalem, & tonſuram deferentem, nec alicujus Eccleſiæ ſervitio de mandato Epiſcopi deſcriptum, licet fori privilegio non gaudeat, gaudere tamen beneficio cap. Odoardus.* idem defendit Fagnan. *in cit. cap. Odoardus. num.* 21.

Quær. tertio, an hoc privilegio gaudeat Clericus 47
contra creditorem pauperiorem, vel certe æque pauperem? Reſp. negative; quia in pari cauſa debet præferri ille, qui agit de damno vitando. Genuenſ. *loc. cit. n.* 14. Barboſ. *in d. cap. Odoardus. num.* 2. Graſſ. *d. effect.* 7. *n.* 56. Fagnan. *loc. cit. nu.* 30. & privilegiatus non utitur privilegio contra pariter privilegiatum, per nota jura; niſi creditor eſſet talis ex cauſa lucrativa; & non onerosa, ut diſtinguit Brun. *de ceſſ. bonor. q.* 4. *princ. q.* 3. apud cit. Graſſ.

Quær. quarto, an hoc beneficio gaudeat Clericus 48
exercens negotiationem illicitam? Reſp. negative; quia ſicut talis privatur privilegio Clericali quoad collectas *cap. fin. de vit. & honeſt. Cler.* & diximus in verb. *Clericus.* ita etiam privatur hoc beneficio *cap. Odoardus.* Genuenſ. *loc. cit. n.* 12. quod tamen limitat. Graſſ. *d. eff.* 7. *n.* 63. & 64. ut hoc ſolum procedat circa debita contracta ratione negotiationis, non vero in debitis alia ratione contractis; quia idem dicitur etiam de gabellis, quas ſolvere tenetur Clericus ſolum de bonis ſeu rebus ad negotiationem ſpectantibus.

Quær. quinto, an hoc beneficium proſit Laico fide- 49
juſſori? Reſp. negative; quia eſt perſonale privilegium Clericorum. Riccius *in d. prax. cap. Odoardus. reſ.* 260. vide etiam, quæ ſupra diximus. *num.* 34.

Quær. ſexto, an hoc beneficium proſit Clerico 50
convento actione reali? Reſp. negative, ſed tantum in con-

convento actione personali; quia cum non prætendatur aliquid contra personam, non poterit objicere de dicto privilegio. DD. apud Car. de Graff. *d. effect. 7. n.* 62. Genuens. *loc. cit. n.* 9. uti fit in actione depositi, de quo supra. Fagnan. *in d. cap. Odoardus. n.* 52. *seqq.* uti etiam si Clericus sit obligatus in specie ad rem. Brun. *de cess. bon. q.* 12. *quæs.* 4. *princ. num.* 1. *tom.* 3. *p.* 2. nisi illam rem præstare non sit, neque satisfacere de interesse. Brunc. *loc. cit. quæs.* 4. *princ. n.* 1. apud Scacciam *d.* §. 7. *n.* 149. *vers. restringe octavo.*

51 Porro prædicta, quod Clericus pro debito civili carcerari non possit, limitantur, nisi esset suspectus de fuga; tunc enim carcerari posset, donec præstiterit idoneam cautionem, ut supra &c. qua præstita deberet statim relaxari. Genuens. *loc. cit. num.* 16. & 17. Graff. *ut* supra. *n.* 35. vel nisi esset condemnatus ad solvendum, & id recusaret, cum facere posset. DD. *cit.* vel certe nisi Judex Ecclesiasticus id faceret non pro debito ad effectum arctandi Clericum ad solutionem, sed pro correctione, seu ad pœnam; quia forsan clericus debitor fuit perjurus, dolosus &c. vide *DD. cit.* & Gonzal. ac Fagn. in *d. c. Odoardus. n.* 48. apud quos plura. ubi etiam an possit carcerari pendente discussione, an locus sit *d. cap. Odoardus.*

52 Quær. septimo, an si Clericus non possit totum debitum solvere, possit tamen solvere partem, an eidem dictum beneficium prosit quoad totum debitum? Resp. negative, sed tantum quoad partem; quam solvere non potest; nam tunc admittitur particularis solutio, & partem illam, quam potest solvere, coguntur creditores recipere. Fagnan. *in cit. cap. Odoardus. num.* 29. ubi Anchar. *in* 5. *notab.* & Imol. *num.* 11.

53 Quær. octavo, an hoc beneficio gaudeat Clericus, qui culpa sua v. g. ludo, aut luxuriose vivendo bona sua consumpsit? & negative communiter respondent DD. apud Genuens. quos sequitur *loc. cit. n.* 8. Graff. *l. c. nu.* 51. sed affirmat Collectarius *in d. cap. Odoardus. num.* 21. & allegat Joan. Andr. *in cap. imputari, de R. J. in* 6. Hostiens: *in d. cap. Odoardus. num.* 3. apud Fagnan. *d. l. num.* 41. *seqq.* nisi dolose, & in fraudem creditorum consumpserit. Caputaq. *decis.* 278. *p.* 1. Fagnan. *loc. cit. num.* 44. quo casu procedit prima sententia, & per ea quæ supra diximus *num.* 44.

54 Quær. nono, an ille, qui fuit semel ad hoc beneficium admissus, & postea factus fuit locupletior, si rursus in paupertatem incidat, possit de novo admitti. Resp. affirmative. Fagnan. *loc. cit. num.* 6. *& DD. cit.* & ut supra *n.* 33.

55 Nota tamen, quod quamvis juxta Constitutionem Pauli IV. & Pii IV. *in constit.* 39. incipit *Cupientes edita die* 1. *Novembr.* 1561. ad obviandum fraudibus, & ut absterrerentur debitores ab hoc refugio, ne illud tam facile implorarent in præjudicium creditorum timore saltem ignominiæ, fuerint statutæ certæ solemnitates adhibendæ & observandæ ab impetrantibus hoc beneficium, vel bonis cedentibus, ut scilicet publice portarent aliquod signum ut birretum viride &c. ac aliæ, illæ tamen saltem quoad Clericos non observentur, sed isti simpliciter & solo verbo coram suo Judice vel bonis cedunt, vel dictum beneficium *cap. Odoardus.* implorant. Fagnano teste *in d. c. Odoardus. num.* 62. & 63. qui Judex vocatis vocandis, & citatis citandis, judicat, an eidem locus esse possit, & an illud petens sufficienter probaverit suam paupertatem, cautionem sufficientem præstiterit, aut eidem aliquid ex supra dictis obstet, & juxta probata pronunciat quid juris &c.

§. II.

De Delegatione, & de Dilatione moratoria.

56 Sexto liberatur debitor per delegationem factam suo debitori creditoribus suis: v. g. mandavi debitori meo, ut Titio creditori meo centum solvat præsenti, & acceptanti, interveniente vera delegatione; debitor meus promisit solvere dicto creditori consentienti, & acceptanti, si dictus meus debitor non solverit; quia interim bona sua decoxit &c. Titius contra me agere non potest; quia ab obligatione, qua erga illum tenebar, sum liberatus. Fachin. *lib.* 2. *contr. Jur. cap.* 73. ad tex. *in L. singularia. ff. si cert. pet.* nam per talem delegationem fit novatio, etiamsi hoc expresse cautum non sit; nam qui delegat, solvit; quia nomen debitoris censetur in solutum datum. *L. delegare. la.* 1. *ff. de novat. tex. in L. quamvis. §. interdum. ff. ad S. C. Vellejan.* Gail. *pract. observ. lib.* 2. *obs.* 30. *num.* 7. ubi tamen, quod ad validitatem talis delegationis requiratur stipulatio inter debitorem delegatum, & eum, cui fit delegatio, nec sufficiat sola promissio debitoris delegati de facienda solutione. ad tex. *in L.* 2. *C. de novat.* Alex. *cons.* 173. *nu.* 3. *vol.* 7. & alii apud cit. Gail. plura de hac materia vide late Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 134. *a num.* 50. *seqq.* ubi plures ampliationes, & limitationes. Gabriel. *com. concl. tit. de novat. concl.* 1. *num.* 19. *seqq.* apud quem etiam plura. & infra Deo dante in verbo *Novatio.*

Debitor cessus, seu delegatus an possit suum debitum 57
solvere cedenti, seu deleganti in præjudicium cessionarii, seu illius, cui fuit facta delegatio, vide fuse apud Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 32. Osasch. *decis.* 45. *num.* 5. & 6. Rot. apud Burat. *decis.* 476. affirmantes si cessio fuit facta ad commodum solius cedentis, secus si fuit facta ad commodum solius cessionarii.

Septimo liberatur debitor saltem ad tempus per di- 58
lationem moratoriam eidem ad solvendum concessam, quam concedere potest Princeps. tex. *in L.* 2. *C. de precib. Imperat. offerend.* Sed debitor tenetur tunc præstare cautionem de solvendo in fine ipsius dilationis. *L. universa. C. d. tit.* Guid. Pap. *decis.* 109. Afflict. *decis.* 378. *num.* 1. petentibus tamen creditoribus. *L. si quis filium. §. stipulatio.* ibi: *cum interpellatus. ff. de collat. bonor.* glos. in cit. *L. universa. verb. præbeatur.* & DD. apud Car. de Graff. *de exception. except.* 32. *nu.* 97. *ad* 102.

Hæc tamen dilatio pluribus in casibus concedi re- 59
gulariter non debet; & primo quidem debitoribus ex contractu depositi; quia illud sine mora restitui debet. *L.* 11. *C. depositi.* Faber *in Cod. lib.* 1. *tit.* 9. *def.* 20. Vincent. de Franch. *decis.* 151. Leotard. *de usur. quæst.* 85. *nu.* 6. ubi etiam, quod rescripta moratoria generalia, quæ interdum Principes concedere solent, non prosint debitoribus, qui ex causa depositi tenentur, nisi id exprimatur. *& quæs.* 32. *nu.* 14. ubi Boer. *decis.* 296. *num.* 4. Rebuff. *de litt. dilator. art.* 1. *glos.* 1. *nu.* 38. Cucch. *de morat. prescrip. nu.* 70. & 77. Caroc. *in lib. de deposit. p.* 1. *tit. de casu. num.* 66. & alii.

Et ideo qui vult impetrare moratoriam dilationem, 60
debet in suo libello narrare qualitatem debiti, ac ea omnia, quæ possent movere Principem ad eam, vel omnino non, vel certe difficilius concedendam; quia alias præsumeretur in dolo. Graff. *d. excep.* 32. *num.* 31. *seqq.* ubi DD. vide etiam Menoch. *de arbitr. cas.* 203. *per tot. & num.* 14.

Hinc pro secundo debet exprimere, an debitum pro- 61
veniat ex causa locationis; cum etiam in illo non soleat concedi dilatio. Trentacinq. *de solut. res.* 1. Graff. *loc. cit. num.* 25. Menoch. *loc. cit. num.* 18. Caroc. *de locat. & cond. tit. de V. S. q.* 16. *num.* 2. Idem dic in dilationis petitione ad pretium rei emptæ, cujus emptor percipit fructus, ne emptor eodem tempore fruatur re, & pretio, & venditor nec re, nec pretio contra tex. *in L. curabit. C. de action. empt. L. Julianus. §. ex vendito. ff. eod. L.* 2. *C. de usur.* Leotard. *loc. cit. num.* 9. Item in pensionibus domorum, & agrorum. Boer. *dec.* 296. *num.* 6. Cucch. *loc. cit. num.* 100. Caroc. *loc. cit. q.* 16. *num.* 6. & alii apud Leotard. *loc. cit. num.* 11. Item in debito pupillari. Hering. *de fidejuss. cap.* 5. *num.* 124. Graff. *loc. cit. num.* 31. Dian. *p.* 7. *tr.* 8. *res.* 28. in quibus omnibus debent prædictæ qualitates narrari, nec in illis prosunt rescripta moratoria generalia. DD. *cit.* apud quos videre poteris alios similes casus.

Quær. primo, an induciæ generales debitoribus con- 62
cessæ prosit etiam debitoribus locupletibus? Rem. negative. Ripa *cons.* 10. *num.* 6. *de legib. & consuetud. lib.* 1. Cucch. *l. c. num.* 149. & alii apud Leotard. *loc. cit. num.* 16. Idem dic de debitore condemnato in actione reali, si rem præstare possit. Eccles. *obs. for. Sen. Pedem.* 123. *num.* 20. ad tex. *in* §. *& si in rem. inst. de off. Jud.*

Quær. secundo, an dilatio moratoria generaliter lo- 63
quens extendatur ad debitum juratum? Resp. negative. Afflict. *dec.* 5. *num.* 2. Federic. de Sen. *cons.* 272. Natta *cons.* 233. *num.* 1. Grammat. *decis.* 12. *num.* 1. Alex. *cons.* 205.

num. 6.

n. 6. vol. 2. & alii apud Dian. *l. c. ref.* 29. Graſſ. *l. c. n. 6.* Et an Princeps ſæcularis poſſit dare moratoriam in debito jurato? negat Menoch. *de arbitr. d. caſ.* 203. *n.* 14. *& caſ.* 337. *n.* 20. Coler. *de proceſſ. executivo p.* 1. *cap.* 14. *n.* 14. Grammat. *deciſ.* 12. *n.* 2. apud Dian. *loc. cit. ref.* 30. & plurimi apud Car. de Graſſ. *d. excep.* 32. *nu.* 4. *ſeqq.* quamvis obſervantia ſit in contrarium, teſte Dian. & Graſſ. *ll. cit. n.* 8. apud quos Boer. *deciſ.* 296. *n.* 5. Dec. *conſ.* 352. *in fin.* Surd. *conſ.* 299. *nu.* 15. *lib.* 2. Theſaur. *deciſ.* 186. *num.* 6. & alii, quos vide. Et ſi illi, qui juravit intra certum terminum ſolvere, fuit prorogatus terminus, cenſetur repetitum juramentum. DD. apud Fachin. *lib.* 3. *contr. jur. c.* 6. Gabr. *de dilat. concl.* 2. *n.* 4. Covar. *in c. quamvis.* 1. *part. relect. n.* 6.

64 Quær. tertio, an Princeps ſæcularis poſſit dare moratorias contra Eccleſiam, vel perſonam Eccleſiaſticam? Reſp. negative. ita Eccleſ. *obſer. for. Senat. Pedem. obſ.* 122. *nu.* 13. ubi Rebuff. *de lit. dilat. art.* 1. *gl.* 1. *num.* 32. *& obſ.* 123. *n.* 16. Graſſ. *l. c. nu.* 35. Menoch. *d. caſ.* 203. *nu.* 20. Dian. *l. c. ref.* 28. quia Principes ſæculares nihil poſſunt diſponere, nec aliquid ſtatuere circa res, aut perſonas Eccleſiaſticas. gloſ. *in cap. fin. in verb. Principes, de reb. Eccleſ. non alien.* Redoan. *d. tit. q.* 4. *n.* 7. *& DD. cit.* 58

65 Quær. quarto, an debitor lite pendente poſſit impetrare dilationem moratoriam? Reſp. affirmative. Joan. de Amic. *conſ.* 150. *n.* 7. Graſſ. *l. c. nu.* 44. modo petat ante ſententiam, ſecus poſt illam, vel in termino ferendæ ſententiæ. Theſ. *deciſ.* 186. *n.* 7. Natta *conſ.* 233. *n.* 4. *&* 5. Dian. *l. c. ref.* 35.

66 Quær. quinto, an dilatio moratoria debitori conceſſa proſit fidejuſſoribus? Reſp. quod, ſi obligatio debitoris erat aliquid faciendi, ad quod illius induſtria erat electa, proſit etiam fidejuſſori. Mareſc. *l.* 2. *var. reſ. c.* 130. *n.* 1. *&* 2. Car. de Graſs. *d. except.* 32. *nu.* 43. *verſ. quarto intelligas.* ubi Bal. *in L. quoties. nu.* 4. *C. de prec. Imper. offer.* Marcheſ. *in tract. de commiſſ. ſeu reſcrip. commiſſ.* 4. *c.* 1. *nu.* 24. Si vero erat quidem obligatio faciendi, ſed factum non cohæret perſonæ, ſeu non erat electa illius induſtria, vel erat obligatio dandi, & tunc ſubdiſtinguendum videtur: nam vel moratoria fuit conceſſa a Principe nulla facta mentione fidejuſſoris, & hoc ad inſtantiam partis, & tunc videndum, an fidejuſſor renunciaverit *authenticæ præſente. C. de fidejuſſ.* vel non: ſi prius, non prodeſt fidejuſſori. Dian. *p.* 7. *tr.* 8. *reſ.* 32. Graſs. *l. c. n.* 37. ſi poſterius, prodeſt etiam fidejuſſori; quia fidejuſſor conveniri non poteſt, niſi prius excuſſo principali, quod fieri non poteſt ſtante moratoria. Dian. & Graſs. *l. c. nu.* 43. ubi Cucch. *in tract. de morator. n.* 139. Bal. *in d. L. quoties. col.* 3. Quod ſi vero moratoria fuit conceſſa a Principe motu propio, indiſtincte prodeſt etiam fidejuſſoriſius. Salyc. *in d. L. quoties. n.* 4. Cucch. *l. c. n.* 137. Marcheſ. *uti ſupra. nu.* 24. & alii apud cit. Graſs. *nu.* 42. Si autem fuit conceſſa ab ipſiſmet creditoribus, tunc itidem indiſtincte prodeſt etiam fidejuſoribus, quamvis non renunciaverint *d. auth. præſente. C. de fidejuſſ.* Dian. *l. c. verſ. altero caſu.* apud quos DD. videre poteris alias diſtinctiones, & limitationes.

67 An vero moratoria cenſeatur conceſſa motu proprio; an vero ad inſtantiam partis? dic cum Graſs. *l. c. n.* 46. quod cenſeatur conceſſa ad inſtantiam partis, niſi aliter in reſcripto ſit expreſsum. Bart. *in L.* 1. *n.* 15. ubi Jacob. Rebuff. *C. de petit. bon. ſubla. l.* 10. Grammat. *conſ.* 34. *n.* 4. & alii.

68 Quær. ſexto, an petens moratoriam dilationem videatur fateri debitum, & cuilibet exceptioni renunciare maxime non numeratæ pecuniæ? Reſp. regulariter affirmative. ita Afflict. *deciſ.* 110. *n.* 1. Rot. *deciſ.* 299. *num.* 13. *p.* 1. *& deciſ.* 773. *n.* 5. *p.* 2. *rec.* ob tex *in L. ſed & ſi quis.* 4. §. *fin. ff. ſi quis caution. L. ad ſolutilnem.* & ibi Bal. & Salycet. *in* 1. *tab. C. de re jud.* Eccleſ. *obſ. for. Senat. Pedem. obſ.* 122. *nu.* 17. & dicitur ſententiam approbare, ac ei acquieſcere. tex. *in L. ad ſolutionem. C. de re jud.* Gratian. *diſc. for. cap.* 151. *n.* 3. Bal. *in cap. cum veniſſent. n.* 8. *de eo, qui mitt. in poſſeſs.* Oſaſch. *conſ.* 18. *n.* 9. *l.* 1. Bero. *conſ.* 32. *nu.* 3. & alii apud Eccleſ. *l. c.*

69 Quær. ſeptimo, an tempore dilationis currant uſuræ? Reſp. negative, ſi loquamur de uſuris ob moram debitis. Hering. *de fidejuſs. cap.* 22. *num.* 39. *ſeqq.* Dian. *p.* 7. *tr.* 8. *reſ.* 33. Graſs. *l. cit. a num.* 49. Leotard. *de uſur. cap.* 85. *num.* 18. *ſeqq.* niſi ob dilationem illam creditor probaret, ſe damnum paſſum fuiſſe, puta ob lucrum ceſsans, & damnum emergens, ut pluribus probat Graſs. *a n.* 50. *ad* 54. quia tunc tanquam compenſativæ damni debentur omni jure. *L.* 3. §. *fin. ff. de eo, quod certo loco. L. at qui natura.* §. *non tantum. ff. de neg. geſt. cap. pervenit, de fidejuſſ. cap. dilecti de foro comp.* Covar. *lib.* 3. *var. reſ. cap.* 4. *num.* 1. & dicemus in verbo *Uſuræ.* Et quomodo probetur lucrum ceſsans, vel damnum emergens, vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 119. *per tot.* Maſcard. *de probat. concl.* 933. *per tot.* & tunc poteſt etiam Princeps concedere moratoriam cum hac conditione, ut debitor interim ſolvat uſuras, quia tunc non tam ſunt uſuræ, quam potius intereſſe lucri ceſsantis &c. Sed an poſſit moratoriam concedere cum hac conditione, etiam ubi creditori nihil intereſt ſolutionem ad aliquod tempus differri? in affirmativam videtur inclinare Leotard. *l. c. n.* 20. quamvis *n.* 21. dicat conſultius, & tutius eſse ab illis abſtinere, ſed abſolute negat Graſs. *l. c. n.* 66. *ſeqq.* quia Princeps concedere non poteſt, quod eſt de jure divino prohibitum, quales ſunt uſuræ, ut infra ſuo loco fuſius dicemus, & late comprobat Graſs. *ibidem.* Sed an currant uſuræ debitæ non ratione moræ, ſed aliunde ex conventione partium, & quæ currebant ante petitionem moratoriæ? vide Dian. *l. c.* ubi Hunn. *in Encyclopæd. Jur. p.* 2. *tit.* 28. *caſ.* 5. *n.* 2. regulariter affirmantes, ſi alias erant licitæ, vide etiam Leotard. *l. cit.*

Et tandem nota, quod condemnatis ad ſolvendum, 70
ſemper dandus eſt terminus arbitrio Judicis. *L. debitoribus. ff. de re jud.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 28. vel, uti ſervat conſuetudo quatuordecim dierum, vel trimeſtris pro diverſitate Regionum. Eccleſ. *obſ.* 122. *Senat. Pedem. a num.* 1.

§. III.

De Excuſſione Debitoris principalis.

Creditor ut poſſit agere contra fidejuſſores, aut ter- 71
tios poſſeſſores, debet prius excutere principalem debitorem, citatis tamen tertiis poſſeſſoribus. De qua late Merlin. *de pignor. lib.* 5. *q.* 70. Hering. *de fidejuſſor. c.* 27. Rot. poſt Merlin. *de pignor. dec.* 66. Neguſ. *de pignor. p.* 8. *memb.* 1. Salgad. *in Labyrint. cred. p.* 1. *cap.* 23. *per tot.* Mantic. *de tacit. lib.* 16. *tit.* 17. Gail. *lib.* 2. *pract. obſ.* 27.

Porro excuſſio eſt diligens bonorum debitoris perqui- 72
ſitio uſque ad faccum, & peram, ut ſciatur, an ſit ſolvendo nec ne. *L.* 2. *ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. L.* 1. §. *ſi inter. ff. de magiſtr. convent. L.* 1. *C. de revoc. iis, quæ in fraud. cred.* Jaſ. *in* §. *fin. n.* 6. *inſt. de action.* Hering. *l. c. num.* 4. *&* 6. Maur. *de fidejuſſ. p.* 2. *ſect.* 6. *cap.* 3. *num.* 1. Ciarlin. *contr. for. cap.* 95. *num.* 5.

Ad illam legitime faciendam plura requiruntur; & pri- 73
mo requiritur citatio partium, fidejuſſorum, ac aliorum poſſeſſorum, alias excuſſio non valet. Ciarlin. *contr. for. cap.* 95. *nu.* 5. Maur. *de fidejuſſ. d. cap.* 3. Merlin. *de pignor. d. q.* 70. *n.* 6. Neguſ. *p.* 8. *num.* 12. *cum ſeqq. membr.* 1. ubi ponit modum citationis. Caroc. *de excuſſ. p.* 2. *q.* 33. *num.* 5. *ſeq.* & quod fidejuſſori non citato excuſſio non noceat, docet etiam Hering. *d. cap.* 27. *num.* 8. ubi Bal. *in L. auctore. C. de evict.* Gabr. *com. concl. lib.* 2. *tit. de citat. concl.* 1. *num.* 333. ubi plurimi contra nonnullos, quæ citatio debet eſse ſpecialis, ubi fidejuſſores, vel poſſeſſores ſunt certi, maxime quando pronunciatur, excuſſionem fuiſſe legitime factam. Gabr. *loc. cit. num.* 336. quamvis, ubi pronunciatur de excuſſione facienda, teneat, ſufficere citationem generalem omnium intereſſe habentium. per Imol. *in L. decem. col.* 2. & ibi etiam Alex. *n.* 22. *verſ. retenta ergo. ff. de V. O.* vide etiam quæ diximus in verbo *citatio.* & requiritur ad omnes actus ut in executorum deputatione, in actu inſtantiæ pro pronuncia, & in ipſa pronuncia, juxta Altograd. jun. *contr.* 87. *nu.* 16. ubi Aretin. *in* §. *ſi quis in fraudem. n.* 8. *Inſt. de act.* & alii.

Secundo, ad hoc ut poſſit creditor, poſt factam ex- 74
cuſſionem, contra fidejuſſores, vel tertios poſſeſſores procedere, requiritur pronuncia Judicis excuſſionem fuiſſe legitime factam. Mertin. *loc. cit. num.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 122. *num.* 1. Tuſc. *litt. E. concl.* 402. *nu.* 9. Maur. *de fidejuſſ. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 19. quod decretum fit, poſtquam Judex deputavit executores, ut vocatis

omnibus intereſſe habentibus, ut ſupra, & proclamato in vicinia, ac publicis locis, an debitor habeat alia bona, illum executiant, ac executores de illorum executione legitime retulerunt, de quibus, & aliis requiſitis, vide *DD. cit.* Rot. poſt Salgad. *in labyr. cred. deciſ. 18. a n. 15.*

75 Fidejuſſori igitur, aut tertio poſſeſſori, ſi creditor velit contra illos agere, competit exceptio excuſſionis, ut probant *DD. ſupra cit.* quæ provenit ex natura actus, etiamſi de illa in inſtrumento nulla ſit facta mentio, Graſſ. *de exception. excep. 10. numer. 1. & 44.* Mantic. *de tacit. & ambig. l. 16. tit. 17. num. 10.* ubi Roman. *conſ. 211. num. 2. verſ. ſed pro clariori.* Felin. *in c. cauſam quæ. nu. 64. de reſcrip.* & alii; tex. eſt *in auth. præſente. C. de fidejuſſ.* & ideo non cenſetur rejecta a ſtatuto rejiciente omnes exceptiones. Bal. *in auth. præſente. num. 4. C. de fidejuſſ.* Caroc. *in d. tr. de excuſſ. p. 2. q. 14. n. 12.* Alba. *conſ. 328. n. 4.* apud Graſſ. *l. c.*

76 Ampliatur concluſio, quod etiam ille, qui ſuſcepit debitum alienum, habeat exceptionem excuſſionis. Ciarlin. *contr. for. c. 98. n. 3.* quod tamen limitat Hering. *l. c.* in illo, qui per ſtipulationem conſtituit ſe reum principalem ex fidejuſſore. ubi vide *a n. 126. ad 129.* quia tunc eſſet novatio.

77 Concluſionem principalem limita primo, ſi debitor principalis habet quidem bona, ſed emptorem non inveniunt. Hering. *l. c. n. 241.* aut propter nimiam potentiam conveniri non poteſt, tunc enim fidejuſſori non competit hæc exceptio excuſſionis, item ſi ſit rixoſus, cavilloſus, durus in ſolvendo &c. Gail. *lib. 2. pract. obſerv. obſ. 20. nu. 25.* Salgad. *in labyr. cred. p. 1. c. 23. a n. 14. ad 22.* Card. Mantic. *nu. 24. & 25.* Item quando principalis eſt abſens in alieno territorio. *DD. cit.* & Gail. *l. c. n. 53.* ubi DD. niſi fidejuſſor peteret tempus ad ipſum debitorem præſentandum. *auth. præſente. C. de fidejuſſ.* Capell. Tholoſ. *deciſ. 197. nu. 3.* vel certe ſi bona debitoris ſint extra territorium. Gratian. *diſ. for. l. 2. c. 230.* Mantic. *l. c. n. 23.* Maur. *l. c. p. 2. ſect. 6.* dummodo territorium ſit remotum, ut difficilis evadat excuſſio, ut diſtinguit Theſ. *deciſ. 40. per tot.* & Gabr. *de fidejuſſ. concl. 1. n. 64.* Ciarlin. *l. c. n. 13. & 14.* apud quos habebis, qualis difficultas, aut diſtantia requiratur. Capell. Tholoſ. *deciſ. 197. n. 1. & 2.*

78 Limita ſecundo ſi notorie debitor non eſt ſolvendo, nam inanis eſt excuſſio, quam excludit debitoris inopia. *L. nam is. ff. de dol. mal.* gloſ. *in L. decem. in verb. excuſſum eſt. ff. de V. O.* Gail. *l. c. nu. 14. & DD. cit.* Hering. *l. c. n. 7. ſeqq.* De notorio autem Judex ex officio poteſt ſe informare. Cravet. *conſ. 401. nu. 45. in fin.* Mantic. *ubi ſupra. num. 21.* & probatio per famam vicinorum ſufficit. Mantic. & Gail. *ll. cit.* ubi plura, quomodo probetur; idem dic de notorie decocto, aut qui bonis ceſſit. DD. *cit.* neque tunc requiretur ſententia declaratoria. Rot. *deciſ. 14. p. 2. rec. n. 2.*

79 Et ſic ſi fidejuſſor interceſſit pro eo, qui naturaliter tantum eſt obligatus, eidem non competit excuſſionis exceptio, cum notorium ſit, naturaliter tantum obligatum non poſſe in judicio conveniri, aut excuti. Jaſ. *in d. L. decem. n. 31.* & alii apud Gail. *l. c. n. 20.* Mantic. *d. tit. 17. n. 18.* Capell. Tholoſ. *dec. 197. n. 3.*

80 Limit. tertio in illo fidejuſſore, qui cum juramento promiſit, nam neque tunc eidem competit exceptio excuſſionis, cum illud ſervari poſſit abſque detrimento animæ jurantis, habeatque vim expreſſæ renunciationis, ut ob tex. *in L. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2.* tenet Gail. *l. c. n. 23.* ubi Boer. *deciſ. 221. n. 13.* Bal. *in cap. ex reſcripto. n. 2. de jurejur.* Curt. jun. *conſ. 263. n. 46. vol. 3.* incip. *circa primam dubitationem.* & alii; ſed contrarium tenet Mantic. *l. cit. n. 13.* ubi Bal. ſibi contrarius *in cap. cum contingat. n. 20. de jurejur.* quia etiamſi juramento ſe adſtrinxerit, tamen non per hoc voluit principaliter obligari, ſed acceſſorie in defectum principalis debitoris, quæ valde diverſa ſunt. *L. elegant. §. ſervus pactionis. ff. de dolo,* & quamvis juramentum ſit ſervandum, id tamen intelligi debet ſervato ordine excuſſionis, niſi novando ſe ut principalem obligaverit. per *DD. ibid. cit.* neque vires ſuas exercere poteſt jus jurandum priuſquam conſtet, quanto minus a debitore ſervari queat. Hering. *d. c. 27. n. 150.* ubi alii; & juramentum debet intelligi ſecundum naturam actus cui apponitur. *L. fin. C. de non num. pecun.* de natura autem fidejuſſionis ineſt hæc exceptio, ut ſupra diximus *nu. 75.* vide etiam DD. apud Seraphin. *de privileg. juram. privileg. 87. a nu. 2.* quamvis ipſe adhæreat primæ. Sed ſecundam ſententiam defendit etiam Covar. *in cap. quamvis, de pact. in 6. p. 1. §. 4. n. 4.*

Quarto limita, ſi fidejuſſor huic exceptioni ſpeciali- 81
ter & nuncupatim renunciaverit, quod facere poteſt, cum in ſui favorem ſit introducta. ad tex. *in L. pen. C. de pact.* DD. apud Gail. *de obſerv. 27. n. 24.* Graſſ. *de except. excep. 10. n. 53. ſeqq.* quod an habeat locum quando renunciatio eſt tantum generalis, per verba nempe, *renuncians omni juris, & legum auxilio,* an nempe tunc cenſeatur renunciatum huic exceptioni? affirmat Alex. *conſ. 29. nu. 29. vol. 7.* apud Gail. *l. c.* ſed contrarium tenet Graſſ. *l. c. n. 58.* ubi Caroc. *in tract. de excuſſ. p. 2. q. 17.* & concorda quæ diximus *n. 75.* quod limitat Mantic. *l. c. tit. 18. n. 12.* ſi cum illa renunciatione generali intervenerit juramentum.

Limita quinto, quando tertius poſſidet titulo lucra- 82
tivo donationis rem alteri hypothecatam, quia tunc ille tertius non poteſt excipere de excuſſione non præmiſſa a creditore. Rot. *in una Pacen. evict. 28. Junii. 1591.* coram Blanchetto apud Merlin. *d. quæſ. 70. n. 48.*

Limita ſexto in illo fidejuſſore, qui negavit ſe fide- 83
juſſorem eſſe, nam poſtea convictus de mendacio non poteſt hac exceptione uti. Mantic. *l. c. nu. 16.* Hering. ubi DD. *d. c. 27. nu. 210.* dixi primo *convictus:* nam ſi negaſſet quidem ab initio litis, ſed poſtea antequam fuerit convictus, fateretur, poſſet hoc beneficio uti. ad tex. *in L. electio. §. neque,* & ibi Bal. *ff. de noxal. act.* Ang. *in L. ſi dubitet. nu. 3. in fin. ff. de fidejuſſ.* & alii apud Mantic. *l. c. nu. 38.* dixi ſecundo, *de mendacio,* quod tunc tale eſſet, ſi nominatim negaret ſe eſſe fidejuſſorem, non vero ſi tantum diceret, nego narrata prout narrantur, quia poſſet eſſe quod fidejuſſerit, & quod tamen non teneatur, quia forſan ſolvit. &c. prout notat Mantic. *ibid. 37.* ubi Bart. *in d. L. ſi dubitet. §. 1.* & Paul. Caſt. *n. 4.* Hering. *l. c.* ubi late, ac alia exempla.

Limita ſeptimo ſi fidejuſſor animo novandi promi- 84
ſerit, ſeque obligaverit tanquam principalis. gloſ. *in authent. de fidejuſſ. §. ſi quis igitur, in verb. fidejuſſorem,* ſed quando hoc procedat, & quando non, vide plura apud Mantic. *l. c. n. 4.* Gail. *l. c. n. 31. & obſer. 28. & DD. ſupra ab initio citatos.*

Septimo tandem limita ubi adeſt conſuetudo, quod 85
fidejuſſor conveniatur ante diſcuſſionem principalis, quæ conſuetudo valet, ut pluribus probat Gail. *l. c. num. 29.* alias limitationes plures vide apud *DD. cit.*

Porro notandum eſt creditorem agentem contra fide- 86
juſſores, aut tertios poſſeſſores teneri oſtendere, & probare inopiam debitoris principalis, ſive ante judicium motum contra ipſos, ſive ſimul in eodem, uti præ oculis ſemper habendum dicit Salgad. *d. p. 1. c. 23. n. 67.* cum in hoc paſſu de jure quilibet præſumatur eſſe ſolvendo, & ſic contrarium aſſerenti incumbit onus probandi. gloſ. *in cap. bonæ. il. 1. in verb. natura. in fin. de elect.* & probatur *in L. ſi creditores. ff. de privileg. cred.* Maſcard. *de probat. concl. 205. nu. 1. & 4.* & plures apud cit. Salgad.

Excuſſionis exceptio, cum ſit dilatoria, debet opponi 87
ante litem conteſtatam, aliter nihil operatur. DD. apud Pajatel. *exped. & annot. 21. num. 5.* Salgad. ubi de veriori, & apud eum plurimi DD. *l. c. num. 76. 77. & 78.* Mantic. *l. c. tit. 12. n. 4.* Gabr. *de fidejuſſ. concl. 1. num. 12. ſeqq.* ita ut illam ante litem conteſtatam non opponens, videatur eidem renunciaſſe. DD. *cit.* contra nonnullos. Et

Excuſſio facta ab uno ex creditoribus coram Judice 88
competente, prodeſt etiam cæteris creditoribus fidejuſſores, aut tertios poſſeſſores convenire volentibus, ita ut alia excuſſio neceſſaria non ſit. Maur. *de fidejuſſ. ſect 6. c. 3. n. 595.* apud Salgad. *l. c. n. 32.* Altograd. jun. *contr 87. n. 17.* Neguſ. *de pignor. p. 8. membr. 1. n. 9.*

Fidejuſſor non poteſt conveniri, ſi debitor lapſus ſit 89
facultatibus, poſtquam creditor fuit ab eo interpellatus eo tempore, quo debitor fuit idoneus, & in exigendo creditor fuit negligens. Alex. *in L. decem. num. 3. ſeqq. de V. O. & in L. ſi ego. ult. n. 22. ad fin. ff. ſi cert. pet.* & alii apud Mantic. *d. tit. 17. n. 45.* Neque excuſſo principali qui non eſt ſolvendo, fidejuſſor, aut tertius poſſeſſor tenetur, ſi tempore litis ſit ſolvendo. Gabr. *de fidejuſſ. concl. 1. nu. 16.* Fachin. *l. 8. contr. jur. c. 56* licet contrarium non pauci teneant.

Quær.

90 Quær. an excuſſio principalis debitoris habeat locum etiam de Jure Canonico; negative reſpondet Gail. *d. obſ.* 27. *num.* 28. Graſſ. *d. excep.* 10. *num.* 60. & aliqui DD. apud Mantic. *loc. cit. num.* 41. qui tamen *nu. ſeq.* contrarium tenet, ob Doctores, & rationes ibidem citatas, & quod habeat locum etiam in foro Eccleſiaſtico, tenet Merlin. *de pignor. d. q.* 70. *numer.* 42. Hering. *de fidejuſſ. d. cap.* 27. *nu.* 292. Quod tamen non habeat locum in obligatione Clericorum, tenet Graſſ. *l. cit.* 61. ubi alii.

91 Excuſſio debitoris principalis non eſt neceſſaria, cum actio dirigitur contra nomen debitoris obligati a debitore. Caroc. *de excuſſ. q.* 2. *q.* 7. *n.* Cyriac. *contr.* 338. *num.* 9. Surd. *conſ.* 4. *a nu.* 38. Merlin. *de pignor. d. q.* 70. *n.* 27. quamvis aliqui apud ipſum contrarium teneant.

92 Quær. an fidejuſſor *de judicatum ſolvendo* habeat hoc beneficium excuſſionis? affirmativam tenet Bart. *in rubr. ff. ſolut. matr. n.* 5. Bald. *in L. fin. nu.* 2. *C. de uſur. rei jud.* Ruin. *conſ.* 98. *n.* 3. *l.* 5. Tuſch. *litt. F. concl.* 325. *n.* 8. & alii apud Eccleſ. *obſer. for. Senat. Pedem. obſ.* 168. *n.* 11. Sed contrarium tenet Boer. *deciſ.* 277. *n.* 3. Maur. *de fidejuſſ. p.* 6. *ſect.* 6. *c.* 3. *n.* 88. Caballin. *de divid. & individ. p.* 2. *nu.* 528. ubi de veriori: ex quo *d. auth. præſente. C. de fidejuſſ.* non loquatur de fidejuſſoribus judicii, cum tunc præſumantur appoſitæ clauſulæ renunciationis, excuſſionis, & diviſionis &c. apud cit. Eccleſ. Mantic. *d. tit.* 17. *n.* 40. Gabr. *commun. concl. de fidejuſſ. concl.* 1. *n.* 86. Hering. *d. c.* 27. *n.* 317. qui tamen id admittit, quando imploratur officium judicis pro faciendo judicato, quia tunc proceditur ſummarie, ſecus ſi actio judicati intentetur, quia tunc ordinarie proceditur. Sic etiam non habet locum in fidejuſſione de judicio ſiſti. Caſtr. *in L.* 2. §. *ſi quis ex his. nu.* 4. & ibi Jaſ. *num.* 7. *ff. qui ſatiſd. cog.* Capell. Tholoſ. *d. deciſ.* 197. *nu.* 3. Caroc. *de excuſſ. p.* 2 *q.* 18. ubi late Eccleſ. & Hering. *ll. cit.*

93 Excuſſio principalis non eſt neceſſaria uxori, quando contra tertios creditores non agit, ſed excipit, ſcilicet pro reſtitutione dotis propter vergentiam mariti ad inopiam. Pajatel. *exped.* 4. *n.* 15.

94 Excuſſio principalis debitoris locum habet etiam in Salviano interdicto; de quo tamen vide DD. & rationes pro, & contra apud Altograd. jun. *contr.* 86. *per tot.* Gratian. *diſc. for. c.* 38. *a n.* 1. Pajatel. *exped.* 4. *n.* 15. Caroc. *de excuſſ. p.* 2. *q.* 31. Ridolphin. *in prax. jud. p.* 2. *c.* 6. *n.* 107. Pacif. *de Salvian. inſpect.* 2. *c.* 2. *n.* 5. *ſeqq.* & alios apud eoſdem.

§. IV.

De Jure retentionis.

95 Creditor poteſt etiam in multis caſibus uti jure retentionis, ita ut non teneatur reſtituere rem, donec ſibi offeratur ſuum creditum. de quo eſt tex. *in L. ſi neceſſarias. ff. de pignor. act.* Crav. *conſ.* 149. Ciarlin. *contr. for. c.* 168. *n.* 39. Mareſc. *l.* 2. *var. reſ. c.* 119. & plures caſus ponit Medices *de compenſat. p.* 2. *q.* 16. *per tot.* & Merlin. *de pignor. l.* 4. *tit.* 5. *q.* 185. *ſeqq.* ubi DD. Et hoc ſive in illo creditor habeat hypothecam, ſive non, & tam in debito pecuniæ, quam alterius rei, & tam in debito chirographario, quam non chirographario. Mareſc. *l. c.* ubi Neguſ. *de pignor. p.* 1. *membr.* 3. *p.* 5. *princ. nu.* 45. *ad* 50. & alii; Modo tamen creditor rem bona fide apud ſe habuerit, ſi enim notorie eſſet in mala fide, jure retentionis uti non poſſet. Alex. *conſ.* 154. *n.* 4. *vol.* 6. Curt. *conſ.* 165. Neviz. *conſ.* 78. apud Medices *d. quæſ.* 16. *n.* 17. Merlin. *l. c. a n.* 14. An vero competat adverſus anteriores creditores? Reſp. quod non, per ea quæ ſupra diximus *n.* 9. & infra *n.* 113. ad tex. *in L. pupillus. ff. quæ in fraud. cred.* qui retentionem admittit in perſonalibus tantum, vel ubi hypothecarii ſunt pares. Merlin. *l. c. n.* 25.

96 Differt a compenſatione, quia retentio fit etiam in ſpeciebus. *L. ſi in area. ff. de cond. indeb.* non vero compenſatio, uti diximus ſupra in verbo *compenſatio.* Secundo differt, quia retentio facilius admittitur quam compenſatio; alias differentias vide apud Medices *l. c. q.* 28. *a n.* 5.

97 Et ideo ubi non competit compenſatio, capiendo eam ſtricte, competit retentio. gloſ. *in L. grege.* §. *cum*

pignor. verſ. ſed poteſt verb. compenſaturum. ff. de pignor. & ille, qui renunciavit exceptioni compenſationis, adhuc poterit uti jure retentionis, ſi bona fuerint ei hypothecata. Ita Medices *d. quæſ.* 28. *n.* 4. ubi Cyn. *in L. prætextu. C. commd.* & alii.

Jus retentionis competit etiam hæredibus pro debitis 98
teſtatoris ſolutis. Rot. apud Merlin. *deciſ.* 711. Limita ſi non confecerit inventarium, aut de bonis hæreditariis rationem reddidiſſet, quia de bonis hæreditariis præſumeretur ſatisfactus, vel certe ad debita hæreditaria tenebatur de proprio. vide Bichium *deciſ.* 496. *n.* 2.

Porro jus retentionis ut competat, creditum debet 99
eſſe liquidum ac certum. Ciarlin. *loc. c.* Bichius *deciſ.* 349. *n.* 21. nec datur pro credito turbido, & illiquido. Gratian. *diſc. for. c.* 734. *num.* 13. ad tex. *in L. fin. C. de compenſat.* Alex. *conſ.* 93. *n.* 1. *l.* 4. Gabr. *de reſtit. ſpol. concl.* 1. *n.* 117. Rot. *deciſ.* 433. *num.* 2. *p.* 2. *rec.* & alibi paſſim. Surd. *deciſ.* 46. *n.* 16. & aliis; & ad retentionem denegandam ſufficit creditum aliquo modo reddi illiquidum. Bich. *deciſ.* 596. *n.* 20. Rot. *dec.* 411. *n.* 26. *ſeq. p.* 5. *rec. p.* 1. apud quos alii; dicitur autem conſtare de credito liquido, ſi adſit ſuper eo confeſſio partis, vel res judicata. Mangil. *de ſubhaſtat. quæſ.* 52. *nu.* 24. & *quæſ.* 172. *n.* 4. Poſt. *eod. tract. inſpect.* 62. *n.* 6. apud Eccleſ. *obſ.* 163. *Sen. Pedem. n.* 13. Gratian. *l. c.* Merlin. *de pignor. q.* 188. *n.* 19. *l.* 4. Item ſi appareat ex inſtrumento executivo, quod habet illius vim. Poſt. *l. c. nu.* 6. maxime ſi ſit productum in actis, quia tunc eſt probatio probata. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 2. *gloſ.* 1. *n.* 20. Seraph. *deciſ.* 1134. *n.* 2. apud Ciarlin. *contr. for. c.* 36. *nu.* 31. & liquidum aliquid fit ex actis, inſtrumentis, & ſententia. Ciarlin. *l. c. cap.* 170. *n.* 25. ubi Cyriac. *contr.* 350. *p.* 2. *n.* 11. & 12. dummodo ſententia tranſierit in judicatum. DD. *cit.* illiquidum vero dicitur, in quo cadit aliqua incertitudo, vel eſt opus calculatore &c. Eccleſ. *l. c.*

Et datur, ſeu competit etiam poſt ſententiam, ſu- 100
ſpenditque omnem executionem, donec debitum ſolvatur. Surd. *conſ.* 248. Medices *de compenſ. d. q.* 16. *p.* 2. *nu.* 10. Malignat. *de retent. p.* 1. *cap.* 413. & alii apud Ciarlin. *l. c.* Et competit etiam uxori in bonis mariti ratione dotium, & contradotium ſibi debitarum, ita ut uxor poſſidens bona mariti, efficiatur legitimus contradictor ad immiſſionem alterius prætendentis. Redenaſc. *conſ.* 4. & 25. Rot. apud Poſt. *de manuten. poſt illius tractatum deciſ.* 28. *nu.* 12. quando vero hoc procedat, vide late Merlin. *de pignor. l.* 3. *q.* 76. *per tot.* & poteſt mutare poſſeſſionis titulum, quem forte antea habebat jure familiaritatis. Mynſing. *cent.* 6. *obſ.* 82. Capyc. *deciſ.* 119. Magon. *deciſ.* 64. Coſt. *de port. rat. q.* 58. Malignat. *d. tract. de retent. q.* 27.

Competit creditori etiam retentio pignorum, donec 101
ſolvatur debitum, licet executio fuerit nulla forte ob non ſervatas debitas ſolemnitates, vel quia fuit exceſſiva &c. ob tex. *in L. ſi non ſortem*, §. *ſi centum ff. de cond. indeb.* Eccleſ. *obſ. for.* 163. *n.* 2. & 12. modo debitum ſit liquidum, ut ſupra &c. & concurrente hypotheca datur retentio pignorum, donec ſolvatur debitum etiam intentato ſpolii judicio ex proceſſu nullo a Judice commiſſi. Gabr. *de reſt. ſpol. concl.* 1. *num.* 127. Mangil. *de ſubhaſt. inſpect.* 169. *nu.* 2. Poſt. *d. inſpect.* 62. *nu.* 7. apud Eccleſ. *l. c.* ubi etiam an, & quando detur ei, qui ſolam habet actionem perſonalem. *n.* 14. *ſeqq.* plura de materia retentionis vide apud Medices *d. quæſ.* 16. *per tot.* plura de hac materia retentionis vide apud cit. Merlin. Salgad. *in Labyr. cred. p.* 1. *c.* 11. *n.* 45. *ſeqq.* & *p.* 3. *c.* 11.

§. V.

Aliquam ſpectantia ad ceſſionem bonorum, & ad materiam concurſus creditorum.

Facta a debitore ceſſione bonorum illorum admini- 102
ſtrationem dimittit, & bona manent ſub Judicis poteſtate, & tutela, qui illa in tuto ponere debet, ne perdantur, aut diſſipentur, & ideo fidum adminiſtratorem, vel curatorem illius deputare debet, ut obſervat tutior practica. ex *L.* 3. *C. qui bon. ced. poſ. authent. & qui jurat.* ibi: *Judex ipſe ſi adminiſtrator ſit,* & ibi: *juxta menſuram declarati debiti. C. de bon. auth. Jud. poſſid.* Salgad. *in labyrint. cred. p.* 1. *c.* 13. *a nu.* 1.

Eccleſ. *obſerv. for. Senat. Pedem.* 179. *nu.* 17. Menoch. *de arbitr. caſ.* 150. *num.* 12. qui adminiſtrator habebit poteſtatem circa dictorum bonorum diſtractionem. Menoch. *loc. cit. caſ.* 183. *num.* 19. Eccleſ. *loc. cit.* qui quidem adminiſtrator adminiſtrat dicta bona nomine Judicis ſeu ſenatus illum deputantis, non vero nomine creditorum. Salgad. *loc. cit. nu.* 12. ubi plura circa materiam deputationis adminiſtratoris, & quod poſſit etiam deputari unus ex creditoribus, vel a Judice confirmari ille, qui a majoritate creditorum fuit electus, qui tamen tenetur reddere rationem adminiſtrationis ſuæ creditoribus quibus intereſt, qui ad illam citantur. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 3. *num.* 31. Salgad. *loc. cit. num.* 29.

103 Adminiſtrator vero deputatus ad adminiſtrationem non admittitur, donec dederit fidejuſſores de fideli adminiſtratione, & reddenda ratione. Menoch. *d. caſ.* 150. *num.* 25. Rol. *conſ.* 48. *num.* 16. *lib.* 10. & alii apud Salgad. *loc. cit. num.* 26. & eſt tex. *in L. cum cognatos. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* Et eidem deputatur ſalarium arbitrio Judicis. Garz. *de expenſ. cap.* 20. *num.* 14. Eſcobar. *loc. cit. cap.* 26. *num.* 43. Salgad. *loc. cit. nu.* 30. Ejus officium eſt colere, colligere, & conſervare, & debet exigere, & vendere fructus collectos, ſolvere creditoribus mandato Judicis, & omnes alias litium expenſas pro rei conſervatione facere. DD. apud Salgad. *loc. cit. & n.* 43. eſt enim verus ſequeſter, & depoſitarius, ac obligatur juxta leges de ſequeſtro, & depoſito judiciali loquentes. Caroc. *depoſit. q.* 2. *n.* 6. Salgad. *l. c.* §. 1. *nu.* 11. *&* 42. ubi DD. & jura. Hinc emere bona adminiſtrationis non poteſt, nec nomen debitoris, neque cenſus ceſſionem contra concurſum. Molin. *de Juſt. & Jur. tr.* 2. *diſp.* 224. *n.* 15. apud Salgad. *l. c. &* §. 2. *n.* 1. Limita ſi emit in ſubhaſtatione, & diſtractione bonorum facta a Judice concurſus, quia tunc ceſſat ſuſpicio fraudis. Menoch. *de arbitr. caſ.* 459. *n.* 9. *& de præſump. l.* 1. *q.* 80. *a n.* 1. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 37. *n.* 9.

104 Ex quibus colligitur primo, quod licet debitor poſſeſſionem bonorum concurſus, ſicut & proprietatem retineat, donec ſit facta creditoribus actualis ſolutio, ut ſupra diximus *nu.* 26. tamen ſi poſtmodum ſe adminiſtrationi ingerat, debita exigendo, fundos locando, &c. criminaliter poſſit puniri ob dolum ſtellionatui, & falſitati proximum. late Salgad. *loc. cit. cap.* 14. *n.* 93. ubi DD. Colligitur ſecundo, quod creditores non poſſint propria authoritate capere bona debitorum cedentium, ſi illa non fuerint eis in ſolutum data. *L. Legis Juliæ* 4. ibi: *ut ceſſio bonorum admittatur, notum eſt, non tamen creditoribus ſua auctoritate dividere hæc bona, & jure dominii detinere &c. C. qui bon. ced. poſſ.* Natt. *conſ.* 440. *n.* 2. Salgad. *d. cap.* 13. *n.* 1. Cravet. *conſ.* 213. *n.* 1. Menoch. *de arbitr. caſ.* 183. *n.* 19. Eccleſ. *d. obſ.* 169. *nu.* 16. Colligitur tertio quod debitor poſt ceſſionem bonorum non poſſit amplius agere, nec conveniri pro bonis, quæ habuit tempore ceſſionis. *L. item ſi unus. in princ. ff. de recept. arbitr.* ubi gloſ. *in verb. conveniri.* Gratian. *diſc. for. c.* 486. *n.* 9. Eccleſ. *l. c. n.* 28. ubi tamen *nu. ſeqq.* quod cedens bonis ante Judicis approbationem, & creditorum acceptationem poſſit pœnitere. *L. quem pœnitet. ff. de ceſſ. bon.* Jaſ. *in* §. *fin. n.* 23. *Inſt. de action.* & alii.

105 Inſtituto per debitorem concurſu citari debent per Judicem omnes creditores tam certi, & nominati a debitore in liſta cum juramento, quam incerti, ut compareant, & deducant ſua jura, ut appareat, quid cuique debeatur, & quæ gradus prærogativa illis competat, termino illis aſſignato. Fabe. *in Cod. l.* 7. *tit.* 32. *de bon. auth. Jud. poſſid.* Car. de Graff. *de except.* 17. *n.* 50. Pacific. *de Salvian. inſpect.* 3. *c.* 2. *nu.* 405. *in nov. impreſſ.* Gratian. *diſc. for. cap.* 157. *num.* 28. Salgad. *in labyr. ced. p.* 1. *cap.* 8. *nu.* 1. Aſinius *de execut.* §. 6. *de ſubhaſt. cap.* 32. *num.* 10. *&* 24. *& cap.* 51. *n.* 10. & alii; ſecundum quos creditores certi ſunt citandi citatione ſpeciali, incerti vero per edicta. Imo Gratian. *l. cit. c.* 486. *nu.* 13. *ſeqq.* tenet quod citatione particulari ſint ſolum neceſſario citandi illi, ad quorum inſtantiam debitor fuit carceratus, ſeu qui inſtant pro ceſſione, & cum quibus cauſa pendet, & tunc ceſſio facta valeat quoad omnes non citatos particulariter, modo ſint citati per proclama Et Covar. *l.* 2. *var. reſ. n.* 5. *verſ. quod ſi debitor poſt princ.* & apud illos Guidop. *conſ.* 124. *n.* 9. Petr. Jacob. *in prax. rubr. de ceſſ. bon.* Brun. *de ceſſ. bonor. q.* 9. *n.* 4. Gabr. *de citat. concl.* 1. *n.* 494. & alii; exemplo inventarii, cujus confectio unica ſufficit pro omnibus creditoribus etiam poſtea apparentibus. *L. fin.* §. *licentia. C. de Jur. deliber.* Salyc. *in L.* 1. *n.* 4. *C. qui bon. ced. poſſ.* dummodo debitor bonis cedens eiſdem particulariter non vocatis, poſtea comparentibus debitum fateatur. DD. *cit.* quamvis creditores poſſint, ſi velint, probare majorem eſſe ſubſtantiam, quam in inventario fuerit deſcripta. *cit. L. fin.* §. *licentia.* Et ſi creditor citatus intra terminum citationis non comparuerit, accuſata inter præſentes, & comparentes contumacia non comparentium, continuatur judicium: & non comparentes, vel comparentes quidem, ſed non deducentes ſuum jus, amittunt jus hypothecæ, imo & jus offerendi. Fachin. *contr. jur. l.* 11. *c.* 9. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *n.* 41. Pacific. *l. cit. c.* 2. *n.* 411. Non tamen admittunt ipſum creditum; quia renuncians Juri hypothecæ, & prælationis, creditum ipſum renunciare non intelligitur, Salgad. *l. c. num.* 17. Quod ſi citatus comparet, ſed tardius, & docet de jure ſuo indubitabili per inſtrumenta, contra quæ nihil opponitur, nec eget alia extranea probatione, tunc conſervat ſuum jus prælationis; ſi vero de ſuo jure vult docere per teſtes, & probationes, vel inſtrumenta, quæ controverſiam, & difficultatem patiuntur, ut ſi opponitur contra illa de nullitate, falſitate &c. ſive a debitore, ſive ab aliis creditoribus, ſi comparuit poſt litem conteſtatam, & ante litis concluſionem, eſt audiendus, & lis ſimultanee proſequenda: ſi vero comparuit concluſa jam cauſa, non debet ſuſpendi judicium aliorum creditorum; uti dicitur de tertio oppoſitore comparente pro ſuo jure. vide Salgad. *l. c. n.* 19.

Etiam creditores in diem, vel ſub conditione, ſunt 106
citandi ut ſupra. Salgad. *l. c. n.* 24. *ſeq.* Neguſ. *de pignor. p.* 4. *nu.* 15. ut ſaltem fidejuſſoria cautione ſuis juribus præcavere poſſint, ne adveniente conditione, vel die bona ſint conſumpta, & inter creditores poſteriores diſtributa. Fontanel. *de pact. nupt. gloſ.* 9. *clauſ.* 5. *a n.* 27. iſti enim dicuntur veri creditores. Theſ. *deciſ.* 235. *ſub n.* 2. & debitum, quale eſt, demonſtrari, & probari poteſt. Mangil. *de evict. q.* 9. *n.* 66.

Sed tenenturne comparere etiam Clerici, Eccleſiæ, 107
& privilegiati ad judicis Laici citationem? videtur quod non, ob incompetentiam Judicis Laici, juxta *c. cum ſit generale, de for. compet.* & uti tenet Marta *de Juriſd. p.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 123. Contrarium tamen pro vero, tam in Jure, quam praxi generali, tenendum eſt. Noguerol. *alleg.* 19. *nu.* 130. Novar. *in prax. variat. & elect. for. ſect.* 3. *q.* 24. Graff. *de effect. Cleric. eff.* 1. *nu.* 471. Salgad. *l. c. p.* 1. *c.* 6. *n.* 9. *&* 17. ubi Afflict. *deciſ.* 380. *n.* 7. quia debitor utens remedio præventivo concurſus, non eſt actor, ſed reus. Covar. *l.* 1. *var. reſ. c.* 18. *n.* 4. Cancer. *var. reſ. l.* 1. *c.* 1. *tit. de action. & oblig. a n.* 53. Gratian. *diſc. for. c.* 85. *a nu.* 11. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 50. Giurba *deciſ.* 44. *ſub n.* 1. quia etiam tunc Clericus citatus ad judicium creditorum, quatenus ſua putaverit intereſſe ad deducendum ſua jura, non eſt reus neceſſarius, ſed actor voluntarius. Secus eſſet, ſi Clericus poſſeſſor citaretur, etiam quatenus ſua intereſſe putaret ad deducendum ſua jura circa rem, quam poſſidet, tunc enim non eſſet actor voluntarius, ſed vere reus neceſſarius, & ideo deberet remitti ad ſuum Judicem, & coram illo conveniri. Capyc. *deciſ.* 8. Decius *conſ.* 187. Cravet. *conſ.* 13. *ad fin.* Rol. a Valle *conſ.* 29. *num.* 18. *lib.* 2. & alii apud Salgad. *loc. cit. nu.* 18. Uti etiam Clericus debitor cedens bonis trahit ad forum Eccleſiaſticum Laicos creditores. Salgad. *l. cit. p.* 1. *c.* 2. *n.* 17. ubi late.

Sententia lata, ſcilicet graduatoria in judiciali con- 108
curſu univerſali per Judices inferiores, appellatione aliquorum ex creditoribus quoad omnes ſuſpenditur; quia concurſus eſt judicium ordinarium, & ideo appellatio locum habet, & cauſa ſemel ordinaria, & appellabilis, ſemper permanet talis. Lancellot. *de attent. c.* 12. *lim.* 24. *n.* 18. Salgad. *l. c. p.* 1. *c.* 16. *n.* 65. *&* *ſeq.* ubi alii. Si vero fuit lata in Tribunalibus ſupremis, vel a Judice ad quem, ſtatim executioni mandatur non obſtante ſupplicatione ab ea interpoſita, ſub fidejuſſione tamen depoſitaria de reſtituendo ſoluto, ſi ſententia in gradu ſupplicationis fuerit revocata. vide Noguerol. *alleg.* 28. *n.* 45. Mantic. *de conjectur. l.* 10. *tit.* 6. *n.* 30. Salgad. *loc. cit.*

Con-

109 Concursu pendente, debitore mortuo, illius hæredes possunt concursus litem continuare; quia defunctum, cum quo eadem persona deputantur, repræsentant: imo tenentur; quia factum defuncti infringere non possunt. *L. cum a matre. C. de rei vind. L. ex qua persona. 192. ff. de R. J.* Salgad. *in labyr. cred. p. 2. cap. 1. n. 1. seqq.* etiamsi sit Clericus per ea quæ tradit Grass. *de effect. Cleric. eff. 1. num.* 282. Covarruv. *pract. quæst. cap. 8. num. 2. & 3.* Et si hæres adivit hæreditatem sine beneficio Legis, & inventarii, tenetur de proprio in solidum etiam ultra vires hæreditarias. Covar. *in cap. 1. de testam. num. 23.* Cancer. *var. res. lib. 3. cap. 2. de inventario*; quia talis Juris præsumptione dolosus reputatur, & bona hæreditatis occultasse creditur. *L. si quis. C. de bon. proscript.* Gratian. *disc. for. cap. 570. num. 23.* Salgad. *loc. cit. num. 22. auth. de hæred. & falcid. §. hinc nobis. & §. sancimus.* Bart. *in auth. sed cum testator. col. 2. vers. oppono de lege successoris. Cod. ad L. falcid.* & alii apud cit. Salgad. & est præsumptio Juris, & de Jure. Salgad. *l. cit. num. 13.* ubi Vincent. de Franch. *decis. 136. vel. 436. n. 13. seqq.* nec admittitur ad faciendum concursum, vel cessionem; de quo & de aliis ad concursum pertinentibus, vide DD. *cit.* & Merlin. *de pignor. lib. 4. per tot.*

110 Porro in concursu creditorum expensæ judiciales præferuntur omnibus, deinde expensæ funerales omnibus etiam hypothecam anteriorem, & expressam habentibus. Fachin. *lib. 12. controv. Jur. cap. 49.* late Gratian. ubi de veriori. *disc. for. c. 94. n. 2.* & probant ex *L. pen. ff. de Relig. & sumpt. fun. L. nec are alieno. eod. L. ult. §. in computatione. Cod. de Jur. delib.* & apud illos Roland. *cons. 14. n. 23. lib. 1.* Bero. *q. 63. n. 4.* Ripa *in tr. de peste, tit. de remed. præserv. n. 133.* Joseph. Ludovic. *decis. Perusin. 78.* Surd. *decis. 112.* Franc. *decis. 51. num. 1.* Beltramin. ad Ludovis. *decis. 421. n. 14.* late etiam Garz. *de expens. cap. 8. num. 23. ad 37.* Merlin. *de pignor. & hypoth. lib. 4. tit. 1. q. 17. per tot.* Statil. *de Salv. interd. inspect. 3. cap. 4. n. 72. seqq. & 81. seqq.* Gait. *de cred. cap. 4. n. 1823. & 1910.* Fontanel. *de pact. nupt. claus. 6. gl. 2. part. 5.* contra nonnullos.

Quod tamen intelligendum est in expensis funeris necessariis, & concernentibus solatium animæ defuncti, secus pompam vivorum, apparatum vestium, sepulchrum marmoreum, & similia, per ea quæ tradit Gratian. *d. cap. 94. n. 21.* Merlin. *de pignor. d. q. 17. num. 25.* ubi Guttierez *pract. q. q. 72. lib. 2. n. 5.* Castill. *dec. 103. n. 21.* Fontanel. *l. c. n. 30. & 31.* quamvis ipse Fontanel. *n. 33.* inter expensas necessarias connumeret etiam vestes lugubres familiæ, ac famulorum &c. sed pro contraria stat Guttierez. Garz. *de expens. d. cap. 8. a n. 16.* videantur tex. *in L. funeris sumptus. 37. & in L. at si quis. 14. §. funeris causa. ff. de Relig. & sumpt. fun. & §. de impensa. inst. ad L. falcid.*

111 Et conclusionem amplia primo, ut si istæ expensæ sint verisimiles, & de quantitate non magna, illæ probentur juramento hæredis. Mascard. *de probat. conclus. 719. n. 1.* Thesaur. *quæst. for. 24. n. 5.* glos. *in L. fin. §. in computatione in verbo approbaverit.* & ibi Jas. *C. de jur. deliber.* Merlin. *l. c. num. 19. & 20.* Amplia secundo, quod in istis expensis comprehedantur etiam expensæ infirmitatis, quæ ideo etiam veniunt nomine funeralium. Jas. *in d. L. fin. §. in computatione n. 1.* Statil. *l. c. n. 77.* Mantic. *de tacit. lib. 11. tit. 23. n. 26.* Gait. *de cred. cap. 4. n. 1824.* Beltramin. ad Ludovis. *decis. 421. num. 14.* & alii apud Merlin. *l. c. n. 24.* apud quem plura.

112 Limita in Domino rei, qui præfertur omnibus creditoribus (excepto forte Judice ratione sportularum) etiam anterioribus hypothecariis, seu privilegiatis; quia in re sua dominus potior est cunctis, ad cujus exclusionem nullus potuit in illa re acquirere pignus, aut hypothecam. ad tex. *in L. si ventri. §. in bonis. ff. de privil. cred.* Gail. *lib. 2. pract. obs. 15. num. 4.* uti in illo qui vendidit nulla habita fide de pretio, vel si vendidit eo pacto, & conditione, ut non transferatur dominium, donec pretium solvatur. Gomez. *var. res. tom. 2. c. 2. de empt. num. 28. vers. item etiam infertur.* Salgad. *l. c. p. 2. c. 24. n. 14.* Roderic. *de ann. reddit. lib. 2. q. 20. num. 3. & 6. & per tot.* Fontanel. *de pact. nup. claus. 7. gl. 2. p. 8. num. 7. vol. 2.* apud quos habebis alia exempla ampliativa, & limitativa. Secus vero est, si fuit habita fides de pretio, & sub illa fide res fuit tradita; quia tunc fuit translatum dominium. vide DD. *cit.* & Covar. *lib. 1. var. res. c. 7. n. 3.* Gratian. *disc. for. c. 25. per tot. & c. 500.*

Stracc. *de decoctor. p. ult. n. 5.* Mantic. *de tacit. lib. 11. tit. 23. n. 7.* Statil. *de Salvian. inspect. 3. c. 2. n. 385.* & alios. Et certe nullum jus, vel privilegium potest esse fortius, quam ipsum dominium. *L. depositi. ff. de peculio.* quod non tantum procedit, si quis rem seam adhuc extantem vindicat actione rei vindicationis, sed etiam actione personali depositi, commodati, locati &c. ob jura allegata. Castill. *controversiar. tom. 3. c. 16. sub n. 75. limit.* ut infra *num. 123.* ob quæ dicendum est Dominum præferri etiam expensis funeralibus: quia stat regula, quod Dominus præferatur omnibus, & quibuslibet aliis creditoribus; per Jura allegata, quibus additur *L. in rebus*, & ibi Bal. *2. lectura C. de Jur. dot. L. ubi adhuc. C. eod. L. ex facto. in princ. ff. de pecul.* Matienzo *in l. 7. glos. 4. num. 1. & seqq.* ubi ponit creditorum omnium gradus, & solutionis ordinem. *tit. 16. lib. 5. recopil. fol.* 428. & alii apud Salgad. *l. c. p. 1. c. 11. num. 100. seqq.* ex quibus ergo concludendum est, primo loco venire expensas judiciales, deinde dominum rem suam adhuc extantem vindicantem, & postea expensas necessarias funerum.

Postea succedunt alimenta debitori debita, in quibus 113
debitor omnibus, prædictis forte exceptis, præfertur, etiam privilegiatis, non quidem ratione hypothecæ, quam Dominus habere non potest in re sua, sed quia habet beneficium, ne conveniatur, ultra quod facere potest, ne egeat. *L. is qui. ff. de cess. bon.* glos. *in cap. cum tu. in verb. in facultatibus. de usur.* Covar. *var. res. lib. 2. c. 1. n. 6.* Salgad. *in labyr. cred. p. 1. c. 24. n. 85.* Surd. *de alim. tit. 8. privileg. 28. n. 1.* quod procedit etiam in cessionario debitoris. Gait. *de credit. c. 4. q. 11. num. 1603.* Salgad. *l. c. c. 26. §. un. n. 9. & 10.* hoc privilegium tamen consequendi alimenta non conceditur creditoribus pendente concursu. Salgad. *l. c. cap. 11. n. 125.* nec in illis filii, quos alias pater, qui bonis cedit, alere tenebatur, aliis creditoribus præferuntur, cum pro alimentis filii non habeant hypothecam in bonis patris, ut late probat tanquam verius Salgad. *l. c. a n. 90.* cum pluribus *seqq. & n. 106. & 146.* Merlin. *de pignor. lib. 3. tit. 1. q. 1. n. 5.* quamvis nonnulli apud eundem contrarium teneant.

Sequuntur postea creditores hypothecarii; quia hypo- 114
thecarii habent jus in re, & actionem realem. *L. eos. C. qui potior. in pignor.* & hypothecarii, & instrumentarii præferuntur chirographariis, etiamsi isti haberent hypothecam priorem, & sic essent priores in tempore, nisi illorum apocha seu chirographum esset subscriptum a tribus testibus, qui illud recognoscant, qui sint integræ famæ probandæ a chirographario, contineatque requisita *L. scripturas. 8. C. qui pot. in pignor.* late Merlin. *de pignor. lib. 4. tit. 1. qu. 15. per tot.* Gabr. *de probat. conclus. 10. per tot.* Covar. *pract. quæst. cap. 22.* Mascard. *de prob. concl. 285.* Negus. *de pignor. p. 5. memb. 2. n. 30. & 47.* Genua *de script. privat. lib. 1. concl. 3.* Eccles. *obs. for. Sen. Pedem. obs. 51. de appellat.* Salgad. *in labyr. cred. p. 2. c. 20. n. 29.* Gratian. *disc. for. cap. 537. per tot.* Merlin. 135. *per tot.* juxta quos apocha, seu chirographum taliter probatum quoad hypothecam in eo contentum præfertur etiam publico instrumento; apud quos plura. Quod si tamen aliunde ex indubitatis probationibus constaret de credito in chirographo posito, præferretur publicis instrumentis posterioribus, etiamsi non haberet dicta requisita *d. legis scripturas.* ita Eccles. *l. c. n. 14.* apud quem Tiraq. *de retract. convent. §. 1. glos. 7. n. 55.* Maresc. *var. res. cap. 79. n. 13. lib. 1.* ubi quod creditum probetur etiam conjecturis. Gabr. *de probat. dict. concl. 10.* apud quos alii.

At licet regulariter hypothecarii præferantur chirogra- 115
phariis, hoc tamen non procedit in legatariis illis, qui habent hypothecam tacitam in bonis defuncti; quia isti postponuntur chirographariis. ad tex. *in L. ult. §. sin vero creditores. C. de Jur. deliber.* quia hypotheca legatorum nulla est, nisi legata debeantur; cum vero defunctus non est solvendo creditoribus, legata non debentur; quia illa non debentur nisi debitis prius solutis. *L. successores C. ad L. Falcid.* glos. *in d. L. ult. §. sin vero creditores in verb. accommodare L. de Jur. deliber.* & si legata sint ab hærede soluta, illa creditores possunt a dictis legatariis repetere. *cit. L. ult. §. & si præfatam & d. §. sin vero. C. de Jur. deliber.*

Quando vero concurrunt plures hypothecarii, duplex prærogativa, vel causa prælationis attenditur. Prima est Juris ordinarii, seu, quod prior in tempore, sit potior in jure; & secunda est, prærogativa privilegii, aut beneficii specialis, & Juris extraordinarii.

116 Circa primam prærogativam notandum est primo, quod si hypotheca pluribus eodem tempore fuerit constituta, non detur vi Juris inter eos prælatio (nisi una pars sit privilegiata de quibus infra) *L. si debitor.* 10. *ff. de pign.* nisi unus possideat: quia tunc in pari causa melior esset conditio possidentis. *c. in pari* 65. *de R. J. in 6. c. si a sede.* 31. *de præb. in 6. L.* 1. *in fin. & seq. ff. uti possid.* Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 4. *num.* 37. Statil. *de Salv. inspect.* 3. *c.* 2. *n.* 433. Afflict. *dec.* 387. *n.* 5. *in fin.* Neguſ. *de pignor. memb.* 2. *p.* 5. *num.* 31. *vers. prima conclusio.* Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 22. *n.* 15. apud quos plura. Quod si vero cesset possessio, vel certe uterque se possidere contendat, adsintque pares probationes, nec apparet de eorum anterioritate, tunc pro rata immittendi sunt, ut ad tex. *in d. L. si debitor.* ubi Bartol. *in princ.* & Bal. *vers. contra tertium.* & alii; *ff. de pignor.* dicit Statil. *l. cit. n.* 432. ubi Costa *de port. ratæ. q.* 115. *nu.* 1. & 4. & alii; intellige tamen, si partes non sint privilegiatæ: secus si una causa privilegiata esset; quia tunc præferretur non privilegiatæ. DD. *cit.* apud quos plura.

117 Notandum secundo, anterioritatem temporis deduci a die celebrati contractus, seu nascentis obligationis, non vero a die destinatæ solutionis, cum obligatio, ac actio originem agnoscat suam a die initi contractus. *L. cedere diem.* 213. ubi glos. *in verb. nondum venit. ff. de V. S. & in L. certi conditio. in princ. in verb. non potero. ff. si cert. pet.* Rot. *decis.* 476. *n.* 22. *p.* 1. *divers.* apud Merlin. *l. c. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 2. *num.* 2. Cenc. *de cens. p.* 2. *cap.* 2. *q.* 5. *a* 9. *n.* 45. *Venet. impress.* Paul. Rub. *annot. ad decis.* 666. *p.* 4. *rec. tom.* 3. *n.* 2.

118 Regulariter ergo prior in tempore potior est Jure. *cap. qui prior.* 54. *de R. J. in* 6. *L. potior. in princ. & Leg. creditor. in princ. ff. qui pot. in pign. hab. L. si fundum. C. eod.* etiamsi posterior creditor possideat, cui etiam non competit retentio contra priorem in tempore. Surd. *cons.* 4. *num.* 41. Duran. *decis.* 412. apud Merlin. *loc. cit. n.* 1. & 6. modo tamen tam prior, quam posterior creditor sint hypothecarii: nam posterior creditor, qui habet hypothecam, præfertur anteriori, qui eam non habet. *L. creditor. la* 2. §. *si primus. ff. qui pot. in pignor. hab. L. eos. C. eod.* Neguſ. *de pignor. p.* 5. *membr.* 2. *num.* 2. Decian. *cons.* 22. *n.* 4. *lib.* 2. apud Mantic. *d. tit.* 22. *n.* 20. quæ temporis anterioritas contrahitur ex modico tempore, puta unius horæ, imo & momenti. glos. *in L. si ex pluribus.* 89. §. *fin. ff. de solut.* Gail. *lib.* 2. *pract. observ.* 25. *num.* 3. Cenc. *de censib. p.* 2. *c.* 2. *q.* 5. *art.* 9. *num.* 44. *impress. Venet.* 1621. ubi Tiraq. *de Jur. primog. qu.* 2. *n.* 2. Decian. *cons.* 29. *n.* 54. *lib.* 2. Peregr. *de Jur. fisci, lib.* 3. *tit.* 6. *num.* 35. quos, cum aliis, citat etiam Merlin. *loc. cit. q.* 4. *n.* 2. & in dubio, qui probat de certo tempore, præfertur illi, qui de illo certo tempore non probat. Mantic. *d. tit.* 22. *num.* 5. ubi Abb. *in cap.* 2. *num.* 7. *de fid. instrum.* & alii; Etiamsi debitor confiteatur, se rem prius alteri obligasse; quia per hoc non potest præjudicare illi, qui de certo tempore docet, nisi contrarium aliter probetur. Mantic. *l. c. n.* 6. ad tex. *in L. Seia Mancipia* 28. *in princ.* & ibi Paul. Castr. *n.* 5. *ff. ad Vellejan.*

119 Quod ampliatur, quod prior in tempore præferatur, etiamsi esset creditor ex causa lucrativa, & posterior ex causa onerosa. Mantic. *loc. cit. nu.* 23. Merlin. *loc. cit. qu.* 2. *n.* 12. ad tex. *in L.* 1. *C. de Jur. fisc. lib.* 10. intellige tamen in creditoribus habentibus hypothecam: non cessante hypotheca, & in habentibus tantum actionem personalem procedit regula, quod Creditor posterior ex causa onerosa præferatur anteriori ex causa lucrativa, puta donatario &c. si non adsunt bona sufficientia ad solvendum. *L. inter eos.* §. *is quoque. ff. de re judic. & L. maritus facere posse.* 55. *ff. fol. matr.* Pasqual. *de patr. pot. p.* 2. *cap.* 9. *an.* 44. Mantic. *l. c.* ubi alii. Paul. Rub. *in annot. ad decis.* 666. *p.* 4. *rec. tom.* 3. *n.* 5. *&* 6. ubi Rot. & infra *n.* 123.

120 Porro an, & quando ad cognoscendam prioritatem temporis sit attendendus ordo scripturæ, ita, ut quando eodem tempore, & in eodem instrumento fuit una res pluribus hypothecata, an is sit tanquam prior in tempore præferendus, qui primus fuit in instrumento nominatus? vide late Merlin. ubi tex. & DD. *in dict. quæst.* 4. *a n.* 2. *seqq.* Statil. *de Salvian. d. inspect.* 3. *cap.* 2. *n.* 439. *seqq.* Mantic. *d. tit.* 22. *n.* 3. Salgad. *in labyr. cred. p.* 2. *cap.* 4. *n.* 130. *&* 136. *& seqq.*

121 Procedit autem regula *qui prior in tempore* &c. etiam in hypotheca generali, quæ etiam præfertur speciali posteriori. *L.* 2. *Cod. qui pot. in pignor. L. qui generaliter. ff. eod.* Gail. *lib.* 2. *d. obs.* 25. *num.* 4. Merlin. *l. c. q.* 2. *num.* 7. Mantic. *de tacit. d. lib.* 11. *tit.* 22. *n.* 26. dummodo res sint tales, quæ in generali hypotheca contineri possint; quales non sunt res, quæ debitori sunt in usu quotidiano, uti vestes, & supellex. Item in hypotheca tacita, & expressa, nam harum illa præfertur, quæ prius fuit contracta. Merlin. *loc. cit. num.* 8. & generalis hypotheca anterior adeo præfertur posteriori etiam speciali, ut licet generali sit adjuncta specialis, jus suum exercere possit in rebus postmodum aliis specialiter obligatis: licet de æquitate Canonica prius teneatur jus pignoris in rebus sibi specialiter obligatis prosequi, & si illæ non sufficiant, ad alias manus extendere. *L.* 2. *C. de pignor.* hoc enim actum videtur, quod hypotheca generalis speciali sit subsidiaria. Rot. *decis.* 431. *p.* 5. *rec. tom.* 2. *n.* 1. Merlin. *de pignor. d. lib.* 4. *tit.* 1. *qu.* 19. & 21. nisi adsit clausula, *quod generalitas non deroget specialitati &c.* Merlin. *loc. cit. n.* 48. etiamsi creditum sit ex causa dotis, quia semper prius debebit discussio fieri in rebus specialiter obligatis. Roman. *cons.* 187. *n.* 2. Ripa *in L. privilegia n.* 19. *ff. de privileg. cred.* Covar. *var. res. lib.* 3. *cap.* 18. *n.* 3. & alii apud cit. Rot. vide Merlin. *d. lib.* 4. *tit.* 21. *n.* 48. quod tamen intellige, si creditor posterior id instet, secus si debitor, qui creditori objicere non potest, quod sit posterior in hypotheca, vel quod debeat prius excutere rem specialiter hypothecatam; cum hoc sit tantum privilegium concessum posterioribus creditoribus. Salgad. *in labyr. cred. p.* 1. *c.* 16. *n.* 24. nisi prior creditor inhibuerit debitori, ne tradat possessionem posteriori. Mantic. *d. tit.* 22. *n.* 19. ubi Bal. *cons.* 327. *lib.* 1. *n.* 10. *vers. ego feci.*

Ulterius prior hypotheca generalis præfertur posteriori etiam in bonis post secundam hypothecam acquisitis. 122
Neguſ. *de pignor. p.* 5. *memb.* 2. *num.* 39. & 42. Gippen. *decis.* 4. *n.* 6. Merlin. *de pignor.* ubi de veriori, & ibi DD. *d. tit.* 1. *q.* 24. ubi late Mantic. *de tacit. d. lib.* 11. *tit.* 22. *num.* 26. nam hypotheca generalis continet non tantum bona præsentia, sed etiam futura. Gail. *d. obs.* 25. *n.* 4. *lib.* 2. & probatur ex *L. ult. C. quæ res pign. oblig. non poss. & L. hæc edictali. Cod. de secund. nupt.* Limita quoad Fiscum, qui licet non habeat privilegium collationis, tamen in eo est privilegiatus, quod præferatur priori creditori in bonis post obligationem a se contractam per debitorem acquisitis, juxta *L. si is qui ff. de Jur. fisci.* nisi prior creditor ultra prioritatem haberet etiam privilegium, uti pupillus &c. (& alii, de quibus infra) qui in bonis etiam post secundam hypothecam acquisitis, fisco præfertur. Merlin. *l. c. n.* 13. *&* 14. plura de hac prærogativa temporis vide late apud DD. *cit.*

Verum cessante creditorum hypotheca, cessat etiam 123
regula *qui prior in tempore &c.* sed illi, qui sunt tantum personales creditores, omnes veniunt in tributum. *L. si hominem.* §. *item quæritur. ff. depositi. L. privilegia. ff. de privileg. cred.* Straeca *de decoctor. qui potior. in bon. decoct. n.* 16. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 36. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *d. tit.* 22. *num.* 21. qui tamen id dicit, locum habere in obligationibus ad dandum, non autem in obligationibus ad faciendum; & ibi Roman. *cons.* 47. *n.* 1. *in fin.* post Bald. ad tex. *in L. in operis. ff. locati.* nisi habeant prælationem a Lege, & ideo considerandæ erit causa debiti. Gail. *d. obs.* 25. *num.* 13. Prælationem autem habent primo creditores ex causa depositi. Mantic. *de tacit. lib.* 10. *tit.* 10. *num.* 37. & diximus supra *n.* 112. Et concurrentibus pluribus depositariis non spectatur illorum ordo, sed omnium ratio habetur, & simul admittuntur. *Leg. si hominem.* §. *quoties. vers. item quæritur. ff. depositi;* nisi depotum alicujus adhuc extiterit; quia tunc tamquam Dominus omnibus præfertur, ut ad tex. *in Leg. si ventri.* §. *in bonis. ff. de privileg. cred.* supra diximus *num.* 112. ex quo apparet, doctrinam intelligendam esse, si depositum erat obsignatum: secus si illud erat numeratum, & sic translatum dominium. Mantic. *loc. c. num.* 38. ubi Bal. *in L. ult. num.* 4. *C. depositi.* Secundo creditor ex causa onerosa præfertur in concursu creditori ex causa lucrativa, ut supra *num.* 109. Pacific. *de Salvian. inspect.* 3. *cap.* 3. *n.* 470. licet creditor ex causa donativa possideat. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *qu.* 36. *nu.* 14. ubi Guttierez *de juram. confirm. p.* 3. *cap.* 15. *n.* 19. & Rot. Item cum unus creditor diligen-

tior

tior alios prævenit creditores obtinendo solutionem, vel sententiam. Gait. *de cred. cap.* 4. *n.* 2048. Merlin. *d. q.* 36. *num.* 19. nam generale est, quod in debitis personalibus regulariter is cæteris præferatur, cui fuit solutio facta, ut ad tex. *in L. si non expedierit. §. si pupillus. ff. de bon. auth. Jud. possid. & in L. pupillus. ff. quæ in fraud. cred.* docet Gail. *d. obs.* 25. *num.* 15. jura enim vigilantibus scripta sunt, per nota jura, & *in d. L. pupillus* alios casus, in quibus creditoribus ex actione personali prælatio conceditur, vide apud Merlin. *l. c.*

124 Veniendo ad secundam prærogativam, privilegii scilicet, aut beneficii prælationis specialis creditoribus concessi, notandum est, quod quando concurrunt privilegiati in prærogativa contra anteriores creditores, regulariter non utantur privilegio contra pariter privilegiatos, sed unusquisque ex tempore suo utitur, & sic prior tempore potior haberi debet, per ea quæ diximus *num.* 106. ut in duabus uxoribus dotes suas repetentibus, ad tex. *in L. assiduis.* 12. §. *& imo quod antiquitas. vers. exceptis.* & ibi gl. *& in §. duabus. C. qui potior. in pign.* Merlin. *de pignor. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 63. nisi res a secunda uxore in dotem datæ adhuc extent; tunc enim in illis præferretur primæ, ad tex. *in L. in rebus.* 30. ibi: *si tamen extant. C. de jur. dot.* glos. *in d. §. duabus. in verb. ex tempore. C. qui pot. in pignor. auth. si quid. C. eod.* Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 26. *n.* 37. Negus. *de pignor. p.* 5. *memb.* 2. *n.* 22. vel nisi una veniret ex causa lucri, ut si peteret dotem eidem legatam, & altera ex damno vitando, ut si repeteret dotem solutam; quia secunda, quamvis posterior, præferretur primæ, quamvis esset prior. vide Mantic. *l. c. num.* 46. & sic de aliis; & in duobus pensionariis diximus infra *n. seq.*

125 Porro inter hypothecarios privilegiatos ultra prærogativam temporis, datur etiam prærogativa beneficii specialis: & inter illos primi sese offerunt pensionarii, qui in fructibus beneficii pensione gravati in concursu cum aliis creditoribus præferuntur omnibus creditoribus etiam anterioribus. Garz. *de benef. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 236. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *q.* 37. & apud illos Marchef. *de commiss. p.* 2. *cap.* 4. *de commiss. appellat. n.* 69. dicitur enim pensio onus reale & cohærens Beneficio. *argum. cap. si quis Laicus.* 16. *q.* 1. Gigas *de pens. quæs.* 39. 40. & 47. Pacific. *de Salvian. inspect.* 3. *cap.* 4. *num.* 610. Rot. apud Ludovis. *decis.* 507. *n.* 1. apud quos dicitur etiam, quod pensionarius pro pensionibus non solum decurrendis, sed etiam pro decursis, contra successorem in beneficio agere, imo etiam contra quemcumque percipientem dictos fructus, cum sit onus reale, imo potius ipsis fructibus inhærens, & debitum ab eo, qui fructus percipit, ita ut contra illum competat pensionario actio realis. Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 11. *de pension. n.* 93. Salgad. *in labyrint. credit. p.* 1. *cap.* 42. *n.* 15. qui tamen *num.* 23. & 30. conclusionem non ita absolute admittit, sed cum distinctione, quod illa nempe procedat, quando Clerico beneficiato debitori uno & eodem tempore, quo acquisivit beneficium, fuit etiam injunctum onus solvendæ pensionis; secus vero si illud beneficium liberum, & sine onere pensionis acquisivit, & interim factus est debitor, seu obtinuit creditores tam personales, quam hypothecarios, super dictis fructibus & post contracta illa debita primum consensit in pensionem; quia tunc creditores hypothecarii anteriores ad dicta bona præferrentur pensionario posteriori, quia per consensum in pensionem non potuit beneficiatus præjudicare dictis hypothecariis anterioribus, qui dictos fructus obligatos jam habebant cum hypotheca &c. Et sic tunc habebit locum prærogativa temporis, ad *tot. tit. ff. & C. qui potior. in pignor. hab.* nisi anteriores creditores essent tantum chirographarii sine hypotheca; quia illis pensionarius etiam posterior foret præferendus, nisi beneficiatus debitor in pensionem consensisset in fraudem chirographariorum, ad tex. *in L.* 1. *& seqq. ff. quæ in fraud. cred.* Juxta cujus doctrinam proinde colligitur, quod pensionarius in primo casu semper præferendus sit super fructibus beneficii pensione gravati pro suis pensionibus decursis quibuslibet aliis debitoris Clerici creditoribus, etiam anteriorem hypothecam habentibus in bonis dicti clerici debitoris, secus vero in secundo casu quem vide. Ubi etiam, quod prædicta habeant locum in emphyteuta pro suo canone &c. Item in decimis.

Quod si concurrant duo pensionarii super eodem Beneficio, cum sint pariter privilegiati, præferendus erit, qui prior in tempore, & ex residuo veniet secundus, seu posterior pensionarius, juxta dicta supra *num.* 124. Salgad. *l. c. num.* 38. *arg. tex. in L. qui prior. ff. de R. J.* & ut supra *n.* 108.

Secundo loco sese offerunt illi, qui rem prius alteri 226
hypothecatam conservarunt, aut pro illius conservatione pecuniam mutuarunt, &c. (excepta forte causa repetitionis, de qua *num. seq.*) alias perituram, & ideo cum tales salvam fecerint totius pignoris causam, aliis creditoribus etiam anterioribus præferuntur. per Gail. *lib.* 2. *pract. observ.* 12. *num.* 4. & est tex. *in L. interdum.* 5. *ff. qui potior. in pign.* Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 23. *num.* 1. ubi exemplificat, & signanter *num.* 2. in rebus invectis, & illatis, quæ pro mercede domus sunt hypothecatæ, ita ut pro illa locator, quamvis posterior, præferatur anterioribus hypothecariis, ex quo domus locata sit necessaria ad illas conservandas. ad tex. *in d. L. interdum, & seq. ff. qui potior. in pignor.* & ibi Bart. plura exempla allegat etiam Merlin. *de pignor. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 5. quæ ne hic omnia repetamus ibidem videre poteris; & apud DD. supra *n.* 112. *cit.* dummodo pecunia data fuerit necessaria pro rei conservatione; nam alias pecunia non dicitur tradita ad veram conservationem, & ideo tunc non daretur pro illa privilegium hypothecæ. Gratian. *disc. for. cap.* 25. *num.* 24. Merlin. *l. c. num.* 40. ubi etiam Decian. *cons.* 109. *lib.* 2. *num.* 23. *seq.* non dicitur enim negotium utiliter gestum, si excedat debitum modum. *L. si servum. C. de negot. gest.* & dummodo etiam hypothecam sibi specialiter reservaverint; ut infra. Imo ad hoc ut tali hoc beneficium prælationis competat, tria copulative requiruntur, primo ut nominatim pro conservatione illius rei fuerit pecunia credita, seu mutuata, secundo, quod fuerit cum effectu pro dicta conservatione expensa, & non in aliam causam, & tertio, quod illa res existat. ita Gail. *d. obs.* 12. *num.* 4. Merlin. *l. c. num.* 64. 69. *&* 70. & sic prælatio tantum datur in illa re conservata, & non in aliis; & ideo illa res conservata debet probari. Alex. *cons.* 217. *num.* 2. *lib.* 7. Merlin. *l. c. num.* 67. Et horum conservatorum nomine veniunt etiam mercenarii, & opifices, qui etiam habent tacitam hypothecam in rem, in quam suas operas impenderunt; quia & illi quasi conservatores, & restauratores habentur, & ita etiam in illis debet habere locum dispositio dictæ *L. interdum. ff. qui potior. in pignor.* si res adhuc extat. Merlin. *l. c. num.* 25. Gait. *de cred. in append. ad cap.* 4. *num.* 132. Rodriquez. *de privil. cred. p.* 2. *art.* 4. Zachias *de salar. & oper. merced. q.* 94. *num.* 3. Statil. *de Salvian. d. insp.* 3. *cap.* 4. *num.* 683. *seqq.* ubi quod præferatur sicut dos.

Item sese offerunt illi, per quos ea lege res ad debitorem venit, ut ipsis maneret obligata, uti venditor, qui domum tradidit emptori ea conditione, ut donec pretium solveretur, sibi maneret obligata. Vel si apposuit pactum impediens dominii translationem, donec pretium solvatur: in quibus casibus præfertur omnibus etiam anteriorem hypothecam habentibus tanquam in re propria. Ripa *in L. privilegia. num.* 32. *ff. de privileg. cred. col.* 6. *ad med. vers. nono fallit.* apud Gratian. *disc. for. d. cap.* 25. *num.* 7. dummodo ita conventum sit, ut res eodem momento, quo illam tradidit, eidem maneret obligata, alias secus. Gomez. *var. res. tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 28. *vers. item etiam infertur.* Roderic. *de annuis reddit. lib.* 2. *q.* 20. *num.* 3. Gratian. *loc. cit. num.* 4. ubi idem dicit *num.* 8. de mutuante ad rem aliquam emendam, qui præfertur etiam omnibus anterioribus hypothecariis, si sibi a momento mutui facti sibi prospexit per hypothecam, alias secus. Afflict. *decis.* 306. *num.* 4. & ad tex. *in L. licet. C. qui potior. in pign. hab.* docet etiam Mantic. *de tacit. d. lib.* 11. *tit.* 23. *num.* 20. & qui supra *num.* 112. Roderic. *loc. cit. num.* 6. qui tamen *num.* 3. limitat in illo, qui mutuavit sub usuris, hic enim pro illis non habet privilegium, sed solum pro sorte. *& num.* 12. *&* 13. ubi vide pro, & contra arg. tex. *in d. L. si ventri. §. in bonis. ff. de privil. cred. & L. si hominem. §. fin. ff. depositi.* Bart. *in L. quod quis. ff. de privil. cred.* Rip. *in d. L. si ventri, §. in bonis. num.* 9. & alibi.

Item

Item ſub eadem ut ſupra, veniunt illi, quamvis ſint poſteriores, qui triticum alicui mutuum dederunt pro ſemine agri: hi enim etiam anterioribus præferuntur in fructibus ex dicto ſemine natis, ſi adhuc extent. Mantic. *loc. cit. num.* 11. ſecus ſi non amplius extent, per tradita ſupra, cum fructus intelligantur deductis expenſis, quæ eorum quærendorum, colligendorum, aut conſervandorum cauſa fiunt. *L. ſi a patre. §. ult. ff. de petit. hæred. L. fructus. in princ. ff. ſol. matrim.* & per plures apud cit. Mantic. *d. num.* 11. *ſeqq.* & ſic in illis præferuntur etiam famuli, qui illos collegerunt &c. per Zachiam, & alios *ſupra cit.* plures caſus vide apud *DD. cit.*

127 Pro tertio loco ſe offert a DD. hinc inde acriter diſputata illa quæſtio, an mulier præferatur in repetitione ſuarum dotium tam prædictis, quam aliis creditoribus hypothecariis, ſive anterioribus, ſive poſterioribus? in qua quæſtione notandum eſt primo, quæſtionem non eſſe, quando res in dotem datæ adhuc extant: tunc enim habent locum ea, quæ ſupra diximus, ſignanter *num.* 112. tex. *in §. his igitur. auth. ut exactione inſtante dotis collat.* Rubeus *annot. ad Rot. Rom. deciſ.* 666. *p.* 4. *rec. tom.* 3. *num.* 110. *& infra. num.* 131. Notandum eſt ſecundo, nec quæſtionem eſſe, an præferatur illis creditoribus qui habent tantum actionem perſonalem ſine hypotheca; quia hoc videtur clare diſpoſitum *in L. aſſiduis.* 5. §. *& hoc. C. qui potior. in pignor.* quod mulier pro ſuis dotibus ſive extent, ſive non, ſemper præferatur creditoribus tantum perſonalibus, etiamſi ſint anteriores. late Merlin. *de pignor. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 60. Notandum tertio, nec quæſtionem eſſe, an præferatur creditoribus anterioribus habentibus tantum hypothecam tacitam, cum etiam in hoc affirmativa clare conſtet in *d. L. aſſiduis.* & ibi gloſ. *in verb. licet.* & DD. *infra citandi.* Merlin. *loc. cit. q.* 61. *&* 62.

Quæſtio ergo eſt, an mulier pro repetitione ſuarum dotium non amplius extantium, præferatur habentibus anteriorem hypothecam expreſſam, ſive quam ſibi ex ſpeciali pacto, ſeu contractu expreſſe reſervarunt? & affirmativæ ſententiæ favet *cit. L. aſſiduis*, ex qua appareret, quod hypotheca pro dote ſit inducta a Jure, diſpoſitio autem legalis citius operatur, quam diſpoſitio hominis. Salyc. *in d. L. aſſiduis. num.* 4. Faber. *in §. fuerat. inſt. de action.* Neguſ. *de pignor. memb.* 4. *p.* 2. *num.* 100. Guttierez. *lib.* 3. *pract. qq. num.* 18. Barboſ. *in L.* 1. *p.* 2. *num.* 17. *ff. ſol. matr.* Soleſ. *de cenſib. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 11. Roderic. *de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 19. *num.* 7. apud Rot. *deciſ.* 328. *p.* 5. *rec. tom.* 1. quæ hanc opinionem defendit, adeo ut præferatur etiam in caſibus *in n. anteced.* poſitis. Tranched. *conſult.* 28. *num.* 19. Fachin. *contr. jur. cap.* 35. *lib.* 10. *& lib.* 3. *cap.* 99. cui favet etiam *L. in ambiguis. ff. de R. J. L.* 2. *& L. in ambiguis.* 72. *ff. de Jur. dot. L. ſi ego. §. ſi reſ. ff. eod. L. fin. C. ad Vellejan. L.* 1. *ff. ſol. matrim.* in quibus dicitur, magnum eſſe favorem dotis: & hanc defendunt etiam Martin. relatus a gl. *in d. L. aſſiduis in verbo licet. Cod. qui potior. in pign.* & ibi Petr. *colum.* 2. Jacob. de Aret. *ad fin.* Cyn. *col.* 3. & hanc opinionem veriorem vocant Faber, *qui ſupra.* Card. *in cap. ex litteris col.* 2. & ibi Panorm. *num.* 8. *de pignor.* Crott. *in L.* 1. *num.* 68. poſt Jaſ. *in* 2. *lectur. num.* 12. *ff. ſol. matr.* & ibi Bolognet. *num.* 21. *& a num.* 174. poſt Angel. *in authent. de inæqual. dot. §. ex his conſequens. collat.* 7. Bald. Novel. *in tract. de dot. p.* 10. *limit.* 16. ob rationem, quod cum mulier tacitis hypothecis præferatur, ita æque præferri debeat expreſſis. *arg. L. cum quid ff. ſi cert. pet.* & alii plures relati pro hac ſententia a Rubeo *annot. ad deciſ.* 666. *p.* 4. *rec. Rot. Rom. tom.* 3. *a num.* 19. *&* 24. ubi Mynſing. *centur.* 4. *deciſionum obſ.* 13. atteſtans, ita fuiſſe judicatum in Camera Imperiali, & alii & apud Rot. *cit. deciſ.* 328. *p.* 5. *rec.* quibus accedit ratio, qua Imperator *in d. L. aſſiduis.* voluit providere indemnitati mulierum pro ſuis dotibus propter publicam utilitatem, indiſtincte tribuens propterea eiſdem prælationem, publica autem utilitas præferenda eſt privatæ. *L. ſi quis. §. utrum. ff. ad S. C. Syllan. L. utilitas.* 3. *C. de primipil. lib.* 12. late Barboſ. *axiomat. verb. utilitas. axiom.* 1. & ex cauſa publicæ utilitatis receditur a regulis Juris communis, per nota jura.

Verum pro contraria ſententia, quod nempe mulier in repetitione ſuarum dotium non præferatur habentibus anteriorem hypothecam expreſſam, ſtat expreſſus tex. *in L. licet. C. qui potior. in pignor.* ubi eſt vulgaris regula; quod, qui prior eſt in tempore, ſit potior in jure, & gloſ. *in §. fuerat autem. in verb. creditoribus. Inſt. de action. & in cit. L. aſſiduis. in verb. licet. C. qui pot. in pignor.* ubi quod mulier præferatur quidem habentibus tacitam hypothecam, non vero habentibus expreſſam, & gloſ. *in cap. ex litt. in verbo favor. de pignor.* & ibi Anton. Hoſtien. Anchar. & alii teſtantes de communi opinione. tex. *in L. fin. ff. qui potior. in pignor.* ubi habens hypothecam anteriorem expreſſam præfertur etiam fiſco etiam in bonis poſt utriuſque obligationem acquiſitis, imo & ipſi Cæſari, ut ibi dicitur *in §. negotiatori marmorum.* imo & ipſi Reipublicæ. *L. ſi fundum.* & ibi gloſ. *in verb. acceptiſti. Cod. eod.* & hanc ſententiam tanquam juri ſcripto, rationi, & æquitati magis conſentaneam, veriorem, ac receptiorem innumeri magni nominis Doctores ſequuntur, & ſignanter Merlin. *de pignor. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 67. ubi DD. Covar. *lib.* 1. *var. reſ. c.* 7. *n.* 1. *verſ. tertia concluſio & num. ſeqq.* Gail. *pract. obſ. lib.* 2. *obſ.* 25. *num.* 10. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 26. *num.* 23. *ſeqq.* Molin. *de Juſt. & Jur. de contract. tract.* 2. *diſp.* 438. *num.* 10. Gait. *de cred. c.* 4. *num.* 1597. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſ.* 2. *p.* 3. *num.* 2. Neguſ. *de pignor. in* 4. *memb.* 2. *p. num.* 86. *&* 100. Capell. Tholoſ. *deciſ.* 217. Cyriac. *contr. for.* 81. *num.* 3. & apud illos innumeri alii, quibus addo Pal. Rubeum *annot. ad deciſ.* 666. *Rot. Rom. p.* 4. *rec. tom.* 3. *an.* 28. Roderic. *de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 20. *num.* 6. cum nullibi tale privilegium, quod tacita mulieris hypotheca præferatur priori expreſſæ, expreſſum reperiatur; cum ergo habeamus tex. clarum *in cit. L. licet. C. qui pot. in pignor.* ab illa non erit recedendum, ob alios textus dubios, & quia privilegium dotis uxori legis proviſione datum, non debet excludere proviſionem hominis, illiuſque expreſſam conventionem temporis prærogativa firmatam, alias multi crediditores contra bonam fidem inique deciperentur; ut notat Gail. *loc. cit.* neque credendum eſt, hanc fuiſſe mentem Juſtiniani Imperatoris *in d. L. aſſiduis*: cum enim privilegium Juris conceſſum intelligatur citra injuriam alterius. *L.* 2. *§. ſi quis a Principe. ff. ne quid in loco publico*, ideo in dubio Princeps nunquam præſumatur voluiſſe reddere & auferre jus tertio jam quæſitum *cap. ſuper eo de offic. deleg.* neque ob publicam utilitatem late Rub. *num.* 52. *&* 70. ideo dicendum eſt, Imperatorem *in d. L. aſſiduis*, tantum ſtatuiſſe, ut hypotheca mulieris pro ſua dote præferatur quidem habentibus hypothecam tacitam quamvis anteriorem, non tamen habentibus expreſſam: quid enim crudelius eſſet, quam ſi jus aliquod ſeu hypotheca &c. ubi jam quæſita, eidem invito auferri poſſet? ut dicit Rub. *loc. cit.*

Sed dices, potuit Imperator *in d. L. aſſiduis.* juſtis ex cauſis motus ſtatuere, ut mulieris hypotheca præferatur aliis creditoribus habentibus tacitam hypothecam quamvis anteriorem; ergo etiam potuit abſque ullius injuria ſtatuere, quod præferri debeat etiam habentibus expreſſam; cum videatur eſſe eadem ratio? Reſp. primo, in tacita, & expreſſa hypotheca nequaquam eandem eſſe rationem: tacita enim conceditur ex privilegio Juris, expreſſa vero ex propria induſtria, & contractu, & ideo non mirum, ſi Imperator contra primam ſtatuere potuit, cum concedens privilegia, poſſit illa diminuere, vel in totum tollere. ad tex. *in L. reſcripta. C. de precib. Imper. offer.* Peregr. *de Jur. fiſci. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 20. *L. Princeps. ff. de legib. L. digna vox. C. eod.* at vero jus quæſitum ex proprio contractu, lex nunquam tollit. *L. ult. ff. de pact. L. ſi poſt mortem. §. fin. ff. de bon. poſſ. contra tabul.* & in dubio ſemper interpretanda ſunt privilegia, ut tertio non præjudicent. *L.* 2. §. *merito. & §. ſi quis a Principe. ff. ne quid in loco publ.* Reſp. ſecundo, poſſe quidem Imperatorem de plenitudine poteſtatis auferre etiam jus tertio jam quæſitum, ſed negatur, hic de tali mente conſtare, vel hoc Imperatorem voluiſſe, utpote omni juſtitia plenum, qui, ut ſupra diximus, nec ob publicam utilitatem præſumitur velle, aut voluiſſe præjudicare juri tertio per contractum, & induſtriam ſuam legitima acquiſito. vide Pal. Rub. *loc. cit.*

Et quamvis multa, & magna ſint dotis privilegia, non tamen ſunt tanta, ut poſſit tertio injuria fieri. ad tex. notabilem *in cap. ex tenore*, §. *nos igitur de for. comp. cap. nuper.* §. *quod autem. de donat. int. vir. & uxor.* §. *aliud quoque in auth. de aqual. dot. verſ. ſi autem mulier circa med.* Gail. *loc. cit.* ubi quod ſecun-

cundum hanc ſententiam intrepide judicaret : & hanc ultra citatos DD. defendunt etiam Bart. *in d. L. aſſiduis. num.* 6. ubi, quod ita teneat conſuetudo, & ita non ſit in judicando ab ea recedendum. Jaſ. *in d. §. fuerat. inſt. de action.* ubi de magis communi, & alii; & illam pluries ſecuta fuit Rot. Rom. & ſignanter *in deciſ.* 80. *num.* 4. *rec. tom.* 2. *deciſ.* 150. *num.* 3. *p.* 7. *rec.* & DD. contrarii teſte Pal. Rub. cit. vel loquuntur de hypotheca aliorum creditorum expreſſa quidem, ſed poſteriore, vel de anteriore quidem, ſed tantum tacita, & illi qui directe huic ſecundæ ſententiæ contrarii ſunt, non veniunt attendendi. Ex quibus

128 Infertur primo, quod creditores habentes anteriorem expreſſam hypothecam non ſolum præferantur mulieribus habentibus tacitam hypothecam poſteriorem in bonis mariti pro ſuis dotibus, ſed etiam habentibus expreſſam, ſed poſteriorem, Socin. ſenior *in L.* 1. *num.* 109. *ff. ſolut. matr.* & Socin. jun. *ibid. num.* 109. *verſ. ſed iſta opinio.* Neguſ. *de pignor. p.* 2. *memb.* 4. *num.* 104. *& DD. ſup. cit.* & alii apud Merlin. *de pignor. d. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 67. *num.* 5. non tantum in bonis ante matrimonium, ac dotis ſolutionem, aut promiſſionem extantibus, ſed etiam in poſtea acquiſitis, ut late probat Merlin. *loc. cit. quæſ.* 68. *num.* 11. *ſeqq.*

129 Infertur ſecundo hypothecam tacitam pro dote præferri expreſſæ poſteriori. *cit. L. aſſiduis.* & ibi DD. *C. qui potior. in pignor. L. un. §. & ut plenius. C. de rei uxor. act.* Roderic. *de ann. reddit. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 7. Neguſ. *de pignor. p.* 2. *memb.* 4. *num.* 98. Card. Mantic. *de tacit. d. lib.* 11. *tit.* 26. *n.* 12. & alii apud Rubeum *l. c. num.* 100. Merlin. *l. c. q.* 65.

130 Infertur tertio, quod creditores ſupra poſiti *num.* 126. habentes expreſſam hypothecam anteriorem, præferantur mulieri ſuas dotes non extantes repetenti. *DD. ſupra cit. in d. num.* 126. dixi *habentes expreſſam hypothecam*, quando nempe mutuans, vendens &c. expreſſe ſibi reſervarunt hypothecam, alias ſecus. *DD. ibid. cit.* quibus addo Rubeum *l. c. num.* 113. *ſeqq.* ubi alii.

131 Quær. primo: quia *ſupra num.* 112. *&* 127. dictum eſt, quod præferatur omnibus etiam habentibus anteriorem expreſſam in repetitione ſuarum dotium adhuc extantium, an id procedat, quando dicta bona fuerunt marito tradita cum æſtimatione emptionem, & venditionem inducente? Reſp. affirmative; quia res etiam taliter æſtimata non deſinit eſſe dotalis, & ideo gaudet adhuc hoc privilegio, ut ad tex. *in L. in rebus. in princ.* ibi: *ſive æſtimatæ ſint. C. de jur. dot.* & ibi gloſ. *in verb. æſtimatæ ad fin. L. uxor marito.* 56. *ff. de donat. inter vir. & uxor.* Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 28. *num.* 16. Rubeus *l. c. num.* 126. *ſeqq.* ubi Bal. *in L. intereſt. in fin. C. de uſufr.* Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 61. *n.* 3. & 5. Gomeſ. *ad L. Taur.* 50. *ſub n.* 44. & alii; & ſic pro illis bonis habet in ſubſidium utilem rei vindicationem. Late Covar. *pract. quæſ. cap.* 28. *num.* 8. ubi etiam an tunc creditores poſteriores habeant jus offerendi.

132 Quær. ſecundo, an tacita hypotheca acquiratur per mulierem a die datæ, vel ſolutæ dotis, an vero etiam a die promiſſionis? Reſp. quod poſt contractum matrimonium acquiratur a die promiſſionis; nam licet privilegia non incipiant niſi facta ſolutione, tamen retrotrahuntur. Salycet. *in ſæpe d. L. aſſiduis. num.* 3. *verſ. item moventur. C. qui pot. in pignor.* Socin. Sen. *conſ.* 269. *num.* 4. *lib.* 2. Bal. Novel. *de dote p.* 10. *limit.* 16. *num.* 37. *& ſeqq.* Tiraquel. *de retr. lignag. §.* 1. *gl.* 10. *limit.* 16. *num.* 113. & alii apud Pajatel. *expedit.* 81. *num.* 55. Statil. *num.* 40. *inſ.* 3. *cap.* 4. Secus ſi fuit promiſſa ante matrimonium; quia tunc non eſt proprie dos. *L. fin. C. de bon. ante nupt.* Bal. Novel. *l. c. privileg.* 1. *num.* 37. Neguſ. *de pignor. p.* 2. *memb.* 4. *num.* 79. *&* 80. Pajatel. *loc. cit. num.* 56. Statil. *loc. cit. num.* 43. Idem dic de hypotheca expreſſa, quæ etiam contrahitur a die promiſſionis. Pajalet. *loc. cit. num.* 57. Statil. *de Salvian. inſp.* 3. *cap.* 4. *num.* 45.

133 Quær. tertio, an privilegium mulieris procedat etiam quoad paraphernalia & donationem propter nuptias? Reſp. eſt negativa: quia licet etiam ratione paraphernalium habeat tacitam hypothecam. Merlin. *de pignor. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 54. *&* 55. tamen in illa non gaudet privilegio prælationis; quia privilegia tantum loquuntur de dote. Merlin. *loc. cit. num.* 6. Statil. *de Salvian. d. cap.* 4. *num.* 133. Covar. *var. reſ. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 1. Mantic. *de tacit. d. lib.* 11. *tit.* 26. *num.* 48.

Sed quid ſi ſponſa de futuro ſolvit dotem, & dein ſponſalia diſſolvuntur, habebitne dos privilegium prælationis? Reſp. negative: quia, ut diximus, ante contractum matrimonium non poteſt dici dos, aut dotis privilegium; cum non entis nullæ ſint qualitates. Neque hoc privilegium competit matrimonio putativo, quamvis quoad utrumque contrarium teneat Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 25. *n.* 27. *ſeqq.*

Quær. quarto, an prædicta privilegia dotis procedant etiam in dote tantum confeſſata? Reſp. regulariter negative, juxta *L. unicam §. & ut plenius. C. de rei uxor. action.* Gait. *de cred. cap.* 4. *num.* 1705. Covar. *lib.* 1. *cap.* 7. *a num.* 5. ſed de hoc vide Menoch. *de præſum. lib.* 3. *præſ.* 13. *per tot.* Merlin. *de pignor. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 58. *per tot.* Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 27. *per tot.* apud quos habebis plures limitationes, & ampliationes. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ. ult. p.* 1. *num.* 76. Rot. ſæpius, & ſignanter *deciſ.* 683. *p.* 2. *rec. & deciſ.* 78. *num.* 2. *p.* 5. *&* 335. *p.* 6. *rec. num.* 1. & apud Seraphin. *deciſ.* 292. & alibi *& DD. cit.* apud quos plura videre poteris circa privilegia dotis. 134

Pro quarto loco ſeſe offerunt pupilli, minores, prodigi, amentes, ac alii Curatores habentes, qui tacitam hypothecam habent in bonis tutorum, ſeu curatorum. *L. pro officio.* 20. *C. de adminiſtr. tut. vel cur.* ibi: *pro officio adminiſtrationis Tutoris, vel Curatoris bona, ſi debitores exiſtant, tanquam pignoris titulo obligata minores ſibi vendicare minime prohibentur. L. ſi mater.* 6. *C. in quib. cauſ. pign.* & ut plura infra in verb. *Hypotheca n.* & ideo præferuntur aliis creditoribus chirographariis quamvis anterioribus, ſicut & hypothecariis poſterioribus, non item anterioribus, uti diximus de dote; & quod præferantur creditoribus chirographariis eſt tex. *in L. fin. ff. de tutel. & rationib. diſtr.* & ibi gloſ. *verb. privilegium.* quod vero præferantur etiam hypothecariis poſterioribus, non vero prioribus, faciunt tradita *ſupra num.* 121. & eſt tex. *in L. dabimuſque.* 4. *§. ſi quis. & L. ſi negotium.* 7. *ff. de privileg. cred.* 135

Sed quær. primo, an quod diximus de minoribus &c. habeat locum etiam quoad Eccleſias, & alia loca pia? difficultatem faciunt ea, quæ tradit Merlin. *de pignor. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 13. *num.* 2. ubi, quod Eccleſia regatur ſecundum juris communis regulas, niſi in ſpecie ſit privilegiata, & de privilegio doceatur. *lib.* 1. *feudor. cap.* 1. *de alien. feud.* Salyc. *in auth. qui rem. num.* 2. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Gratian. *diſc. for. cap.* 601. *num.* 23. & alii apud cit. Merlin. & hypotheca non contrahatur, niſi in caſibus a Jure expreſſis, quod privilegium nullibi invenitur conceſſum. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 39. *num.* 13. & hanc ſententiam tenent Alber. *in L.* 2. *C. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tac. contrah.* Greg. Lop. *in L.* 25. *tit.* 13. *p.* 5. *gl. verb. obligatas* apud Eſcobar. *l. c.* & apud Car. Anton. de Luca *animadverſ. ad cap.* 601. citati. Gratian. *num.* 3. 136

Sed contraria tanquam verior, & in praxi recepta teſte de Luca *loc. cit. num.* 10. tenenda eſt; & illam defendit Gratian. *loc. cit. a num.* 1. Eſcobar. *loc. cit. verſ. ſed prædictis.* de Luca *loc. cit.* quia valet argumentum a matrimonio carnali, ad ſpirituale: ſicut ergo in primo uxor habet tacitam hypothecam pro ſuis dotibus in bonis mariti, ſic idem erit in Eccleſia pro ſuis rebus in bonis Prælati, aut alterius adminiſtratoris. gloſ. *in cap. ſimiliter.* 16. *q.* 1. ibi *unde dico, quod omnes res Clerici ſunt obligatæ ſuæ Eccleſiæ, ſicut res Mariti uxori.* & gloſ. *in cap. ex litteris.* 5. *in verb. obligata. poſt princ.* & ibi Abb. *num.* 11. *col. ult. ad med. verſ. ſecundo principaliter nota, de pignor.* Neguſ. *de pignor. p.* 2. *part. princ. memb.* 4. *num.* 120. & alii apud Gratian. & Eſcobar. *ll. c. c.* ubi ad contraria reſpondent. Quæ hypotheca contrahitur a die acceptæ adminiſtrationis, non autem a die malæ adminiſtrationis. Quibus accedit, quod Eccleſia æquiparetur minori. *cap.* 1. *de integr. reſt.* cum ergo minor habeat tacitam hypothecam in bonis tutorum &c. ut ſupra diximus. & gloſ. *in L. fin. C. de legit. tutor.* ita etiam bona Prælati &c. ſunt obligata Eccleſiæ. DD. *cit.*

Quod idem dicendum eſt in adminiſtratore hoſpitalis, cui bona adminiſtratoris ſunt hoſpitali obligata teſte Eſcobar. *loc. cit. num.* 14. ubi Neguſ. *de pignor. d. memb.*

memb. 4. p. 2. princ. n. 123. Aym. *conſ.* 323. ubi, quod bona pauperum eiſdem gaudeant privilegiis, quibus gaudent bona Eccleſiarum. ita etiam Plot. *de in lit. juran. num.* 745. Joſeph. Ludov. *deciſ.* 30. *nu.* 7. Everhard. *in ſuis centuriis legalibus argum. ab Eccleſia ad pia loca.* Corn. *conſ.* 57. *num.* 4. *vol.* 3.

137 Sed major difficultas eſt, an id procedat non ſolum pro creditis ob adminiſtrationem contractis, an vero etiam pro aliis creditis extra adminiſtrationem? & negative Reſpondet Grat. *d. c.* 601 *nu.* 19. Merlin. *de pign. lib.* 3 *q.* 13. *n.* 1. *tit.* 1. Gait. *de cred. c.* 4. *q.* 11. *nu.* 2040. *& ſeqq.* & alii apud de Luca *in animadverſ. Gratiani d. c.* 601. *n.* 12. quamvis ipſe *nu. ſeqq.* conetur probare contrarium ex Modeſtin. Piſtor. *qq. p.* 3. *q.* 129. cum Eccleſia æquiparetur fiſco. Bald. Novel. *de dote p.* 3. *privil.* 1. *num.* 5. per tex. *in L. ut inter divinum. C. de ſacroſ. Eccleſ.* qui habet hoc privilegium contra omnes ſuos debitores. *L. certum eſt.* ubi Gloſ. *C. in quib. cauſ. pign. tac. contrah. L. quamvis.* & ibi gloſ. *& L. ſeq. C. de privileg. fiſci.* Peregr. *de Jur. fiſci. lib.* 6. *tit.* 6. *de pignor. & hypoth. n.* 1. ergo etiam Eccleſia. Everhard. *de loco a Fiſco ad Eccleſiam.* per tex. *in L. fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Bartol. *in L. a divo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re jud.* gloſ. *in L. an uſusfructus. verb. longævi ff. de uſufr.* Ricc. *in addend. ad Tiraquel. de privil. piæ cauſæ. privil.* 143. Peregrin. ubi de communi (quamvis ipſe contrarium teneat.) *l. c. tit.* 2. *n.* 3. & alii apud cit. de Luca.

138 Cum prædictis venit etiam fiſcus, qui gaudet privilegio dotis ut *num. antecedenti*, & alibi notavimus, & de cujus prærogativa vide plura apud Merlin. *de pignor. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 68. *& 77. per tot.*

139 Et poſt creditores hypothecarios, tandem veniunt chirographarii, ut ſupra *n.* 123. plura circa materiam hanc intricatam concurſus vide apud Salgad. Merlin. Statil. & alios *ſupra citatos.*

§. VI.

De Jure offerendi, quod competit poſterioribus creditoribus, & quomodo ſuccedant in locum creditorum anteriorum?

140 Diximus ſupra, inter creditores hypothecarios illos præferri, qui ſunt in tempore priores: poſterioribus vero creditoribus alia jura concedunt, nempe jus offerendi; & ſic creditor, qui tempore poſterior eſt, poteſt offerre anteriori creditori, quod eidem a communi debitore debetur, & ſic cum primus creditor taliter recipiat ſuum creditum, ſecundus confirmat ſuam hypothecam, & ſuccedit in locum primi. *L.* 1. *C. qui pot. in pignor. L. potior.* 11. *§. fin. ff. eod.* & per alia deducta a Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 2. *q.* 43. *a n.* 1. Fachin. *contr. jur. lib.* 11. *cap.* 9. Menoch. *adipiſc. remed.* 3. *n.* 181. Pacific. *de Salvian. inſpect.* 5. *cap.* 1. *num.* 12. *ſeqq.* Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 28. *n.* 1. Morot. *de Jure offerendi n.* 12. Cenc. *de cenſib. p.* 2. *c.* 2. *q.* 5 *art.* 9. *num.* 65. *impreſſ. Venet.* 1621. & poſt illum Rot. *deciſ.* 268. *num.* 10. *&* 269. *n.* 1. & apud illos alii. Et ſi anterior creditor recuſat accipere ſolutionem a ſecundo oblatam, poterit ſecundus creditor facere depoſitum, juxta *L.* 1. *C. qui potior. in pign.* Neguſ. *de pignor. p.* 5. *memb.* 3. *n.* 10. Mantic. *l c. n.* 5. Merlin. *l. cit. q.* 43. Olea *de ceſſion. Jur. tit.* 4. *q.* 1. *n.* 14. modo pecunia debita, & a ſecundo oblata, ac depoſita, fuerit coram teſtibus numerata, alias non haberet effectum; quia forſan poſſet non eſſe integra ſumma, non bona &c. ut dicit Statil. *de Salvian. d. inſpect.* 5. *c.* 1. *n.* 27.

141 Porro ut ſecundus creditor habeat jus offerendi primo, vel anteriori creditori, requiritur, quod ſecundus habeat hypothecam in bonis communis debitoris. Morot. *de Jur. offerendi n.* 12. Rot. *in una Anconitana* coram Bichio *in final.* quam citat Merlin. *l. cit. d. q.* 43. *nu.* 1. quæ forſan eſt *deciſ.* 95. *num.* 27. inter ejuſdem Bichii impreſſas, prout ibi *in d. deciſ.* dicitur ad tex. *in L. cum tibi. C. qui pot. in pign. hab. L. nulla. C. de ſolut.*

142 Hinc creditor chirographarius non habet jus offerendi, ex defectu hypothecæ. Neguz. *de pignor. p.* 5. *memb.* 3. *n.* 6. Mantic. *l. c. n.* 25. Morot. *l. c. num.* 41. Theſ. *deciſ.* 157. *num.* 5. Merlin. *l. c. q.* 46. & probatur ex cit. *L. cum tibi.* 10. *C. qui pot. in pign. & L. nulla C. de ſolut.* Limita, ſi chirographarius poſſideret, & ab aliis concreditoribus moleſtaretur; quia tunc haberet jus offerendi. DD. *cit.* cum quilibet etiam extraneus poſſeſſor habeat hoc jus, ut dicit Pacific. *d. inſpect.* 5. *c.* 1. *n.* 12. ad tex. *in L. Paulus. §. fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.* & per Salyc. poſt Bart. *in L. final. in fin. C. qui pot. in pignor. hab.* Neguz. *l. c. n.* 17. *verſ. ita etiam.* Rot. *deciſ.* 267. *n.* 5. poſt cit. Pacif. apud quem alii; etiamſi dictus poſſeſſor nullum jus in re poſſeſſa habeat, eſſetque injuſtus poſſeſſor. Menoch. *adipiſc. d. remed.* 3. *num.* 182. Afflict. *deciſ.* 259. *n.* 3. gloſ. *in L. mulier. ff. qui potior in pign. in verb. juſtus poſſeſſor.* Merlin. *l. c. num.* 64. nam creditori non intereſt, a quo eidem ſatisfiat, & quilibet poſſit pro alio ſolvere, ut ſupra diximus *nu.* 12. & eſt tex. *in L. ſolutionem, & L. qui decem. §.* 1. *ff. de ſolut.* Pacif. *l. c. nu.* 13. ubi vide etiam Scacc. *de commerc. & camb. §.* 2. *gloſ.* 5. *a num.* 72. apud quem plura.

Hoc jus offerendi competit ſecundo creditori, et- 143
iam creditore priore poſſidente rem hypothecatam, niſi ipſe primus creditor offerat ſecundo; quo caſu primus poterit rem hypothecatam retinere ſicut quilibet poſſeſſor. ut in *L. Paulus, §. qui pignoris. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv.* gloſ. *in cit. L.* 1. *verb. ſolverit. C. qui potior. in pign.* Afflict. *d. deciſ.* 259. *num.* 2. quia, ut ſupra dictum, jus offerendi competit cuilibet poſſeſſori. *cit. L. Paulus.* Et ſic creditores poſſunt avocare pignus a creditore priore, ſi ei pecuniam debitam offerant. *L. potior.* 11. *§. fin. ff. qui potior. in pign.* 1. *C. ſi antiquior. cred.* Gail. *lib.* 2. *pract. obſerv.* 92. Fachin. *contr. Jur. lib.* 3. *cap.* 100. niſi, ut dictum eſt prior pignus poſſidens offerat. addo gloſ. *in d. L. potior. §. fin. verb. ſolvatur.*

Ampliatur concluſio, licet debitor rem hypotheca- 144
tam vendiderit, vel in ſolutionem dederit primo creditori, quia adhuc ſecundus creditor poteſt offerre primo, quia per venditionem non fuit quoad hunc effectum extincta hypotheca, & ita alienatio poteſt revocari. Neguz. *de pignor. p.* 5. *memb.* 3. *n.* 2. *in* 1. *ejus part. n.* 1. Mantic. *de tacit. d. tit.* 28. *n.* 2. Menoch. *de præſum. lib.* 3. *præſ.* 121. *nu.* 2. Mareſc *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 136. *a nu.* 1. Theſ. *deciſ.* 157. *num.* 1. Rot. poſt Pacific. *de Salvian. deciſ.* 176. *num.* 6. Merlin. *de pignor. d. tit.* 1. *q.* 46. modo tamen hypotheca ſecundi creditoris offerre volentis orta non fuerit primum poſt dationem a debitore in ſolutum factam; nam tunc quoad illas res non haberet locum jus offerendi. ita Theſ. *l. c. nu.* 2. Et prædicta ampliantur, licet bona obligata ſint data primo creditori a Judice: quia tunc factum Judicis diceretur factum partis, & idem operaretur. DD. *cit.* Verum in hoc non conveniunt DD. an poſterior creditor habeat jus offerendi, etiam ubi anteriori creditori fuit facta adjudicatio per ſententiam Judicis? ut videre eſt apud Fachin. *lib.* 11. *contr. jur. cap.* 10. qui affirmative reſpondet, ubi adjudicatio a Judice fuit facta parte abſente; quia tunc factum Judicis reputaretur factum partis. Secus vero ſi adjudicatio fuit facta parte, ſeu poſteriore creditore præſente; quia lis per adjudicationem finita, non debet amplius per jus offerendi ſuſcitari. Ita etiam Theſ. *l. c.* quem ſequitur etiam Rot. coram Bich. *quæ inter ejuſd. impreſſ. eſt dec.* 95. *n.* 6. *&* 7. ubi quod citatio creditoris certi debeat eſſe perſonalis; quia ſecundus creditor fuit in culpa, qui tunc non licitavit. *L. ſi fin. §. poſtea. ff. de damn. infect.* & dat ibi rationem Caſtr. ne dominia rerum ſemper ſint in certo. & ita etiam intelligendus eſt Cephal. *conſ.* 298. *n.* 8. *& conſ.* 397. *n.* 45. Tiraquel. *de retract. lignag. §.* 8. *gloſ.* 7. *n.* 12. & alii apud cit. Theſ. Idem dicitur, quod jus offerendi non competat, ſi primus creditor vendidit bona in vim pacti ab initio in contractu appoſiti, quod creditor poſſet illa accipere in ſolutum, ſeu per viam adjudicationis; quia tunc hujuſmodi pactum proceſſit obligationem ſecundi creditoris. Mareſc. & Bich. *ll. cit.*

Similiter dicitur, quod etiamſi creditor pignus, aut rem hypothecatam ſibi a debitore venditam alteri vendiderit, nihilo minus poterit adhuc ſecundus creditor eidem emptori offerre. Mangil. *de evict. q.* 47. *num.* 4. Salgad. *in labyr. cred. p.* 3. *cap.* 10. *n.* 14. Mantic. *de tacit. d. lib.* 11. *tit.* 28. *num.* 3. Mareſc. *d. cap.* 136. *num.* 1. *&* 2. & ſemper intrat præſumptio, quod creditor anterior emerit potius gratia tuendi ſuum jus, quam acquirendi dominium. Bich. *loc. cit. num.* 18. *ſeqq.* quod procedit etiamſi debitor alteri pignus, aut rem hypothecatam alteri vendiderit cum pacto, ut ſolvat pretium primo; adhuc enim haberet locum jus offerendi. Mantic. *l. c. & DD. cit.* Tamen ſi primus creditor vendidit jure

ere-

ditoris, mediante ſcilicet auctoritate legis, adjudicationis, vel judiciali ſubhaſtatione, ceſſat jus offerendi, a quo proinde emptor tutus eſt, cum in emptorem tranſierit tunc prædium immune ab ejus hypotheca. Mantic. *l. c. num.* 24. *& DD. cit.*

145 Ulterius jus offerendi competit creditoribus hypothecariis mariti contra uxorem agentem ad repetitionem dotium ſoluto matrimonio, quando dos conſiſtit in quantitate, & ſic repetere bona hypothecata. *L. cum tibi. C. qui pot. in pign. hab.* DD. apud Mantic. *d. lib.* 11. *tit.* 30. *n.* 1. Merlin. *de pignor. lib.* 5. *tit.* 2. *q.* 66. *n.* 7. *& q.* 73. *lib.* 3. *tit.* 2. *n.* 14. *&* 15. & apud illos Cyn. *in d. L. cum tibi.* & Aretin. *verſ. ſecundo quæro.* & Bart. *num.* 3. juxta quos tunc mulier non habet jus retentionis; quod ſi vero dos non conſiſtat in quantitate, ſed in fundo v. g. aut alia re in dotem data, illaque extet, & ſic uxor, quæ habet duplicem actionem ad dotem repetendam, hypothecariam nempe, & rei vindicationis, eligat ſecundam, & ſic res dotales adhuc exiſtentes vindicare intendat, non poterunt creditores poſteriores ejuſdem fundi poſſeſſores eidem pretium offerre, ita Fachin. *lib.* 11. *contr. Jur. cap.* 10. ubi Neguz. *de pignor. p.* 5. *memb.* 3. *nu.* 28. etiamſi res illa dotalis fuerit æſtimata, vel non; quia jus offerendi datur contra agentem hypothecaria, ſeu ad quantitatem ſibi debitam, non autem adverſus eum, qui rem vindicat. *L. officium. ff. de rei vindic.* ne aliud pro alio invito creditore ſolvatur; contra *L.* 2. §. 1. *ff. ſi cert. pet.* & ratio ſit habenda dominii, quod habet uxor in rebus dotalibus, ſive æſtimaræ ſint, ſive non. *L. in rebus. C. de Jur. dot.* quamvis ſententia, quod poſſeſſor rei dotalis æſtimatæ poſſit mulieri offerre agenti rei vindicatione, ſuos habeat patronos; nam illam defendunt Socin. Sen. *conſ.* 224. *lib.* 2. motus authoritate Bal. *in auth. contra cum rogatus. C. ad Trebell.* Jaſ. *in L. traditionibus. n.* 2. *C. de pactis* Covar. *pract. quæſt. cap.* 28. *num.* 8. *in fin. verſ. quam ob rem ſequor Socini, & Jaſ. opinionem &c.* Morot. *de Jur. offer. q.* 3. *nu.* 6. quibus accedit Merlin. *de pignor. d. quæſ.* 66. *n.* 5. *ſeq.*

146 Hoc unum notandum eſt, quod ſi creditores offerentes velint a muliere ſibi cedi jura cum privilegio prælationis, illa non cogatur ad illam ceſſionem, nec ad reſtitutionem rei hypothecatæ; quia hoc privilegium prælationis conceſſum mulieri pro dote eſt perſonale, & in extraneos non tranſit. Merlin. *l. c. n.* 8. Mantic. *d. tit.* 30. *n.* 2. *&* 3. ubi DD.

147 Limita prædicta, quando uxor agit ad reſtitutionem ſeu aſſecurationem dotis, aut rerum ſibi pro dote hypothecatarum marito ad inopiam vergente, & ſic durante matrimonio; nam tunc non habet locum jus offerendi juxta veriorem apud Ciarlin. *contr. for. cap.* 94. *n.* 23. Afflict. *deciſ.* 199. *n.* 2. Neguſ. *de pignor. p.* 5. *memb.* 1. *n.* 31. *ſeqq.* Gail. *pract. obſerv. lib.* 2. *obſ.* 92. *nu.* 6. *ſeqq.* ubi poſtquam authoritates, & rationes utriuſque ſententiæ examinavit, iſtam veriorem vocat, & contraria reſolvit. Idem facit Mantic. *de tacit. d. cit.* 30. *per tot.* Merlin. *de pignor. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſ.* 73. *per tot.* apud quos tamen invenies aliquas limitationes amplectendas. vide etiam Tuſch. *pract. concl. litt. O. concl.* 78. *a n.* 13.

148 Jus offerendi competit etiam, quando primus creditor eſt privilegiatus, uti fiſcus, vel Reſpublica; quia ſatis eſt, ſi ei debitum ſolutum fuerit, vel per eum ſteterit, quo minus ſolvatur. *L. ult. C. de his, qui in prior. cred. loco ſucced.* Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 2. *q.* 43. *num.* 16. Mantic. *de tacit. d. lib.* 11. *tit.* 28. *num.* 9. & apud illos Neguz. *de pignor. p.* 5. *memb.* 3. *num.* 13. *in* 7. *ampliat.* Imo etiam competit contra creditorem hypothecarium habentem in inſtrumento etiam clauſulam *conſtituti.* Merlin. *loc. cit. q.* 65. *num.* 4. ſecutus Morot. *de Jur. offer. num.* 9. Et hoc jus durat etiam poſt ſententiam, etiam in judicatum lapſam, niſi fuerit in illo judicio actum de Jure offerendi. Merlin. *loc. cit. q.* 78. ubi Morot. *loc. cit. num.* 52.

149 Et etiam tertius creditor ſolvens primo, illi ſuccedit excluſo ſecundo. *L. ſi prior.* 13. §. *a Titio ff. qui potior. in pign.* & ibi DD. imo ex jure offerendi ſuccedit primo non ſolum in hypotheca, ſed etiam in actione perſonali. *L.* 2. *C. de iis, qui in prior. cred. loco.* Merlin. *loc. cit. quæſ.* 51.

150 Offerendo igitur ſecundus creditor hypothecarius ſuccedit in locum primi, & hoc licet offerendo ſpecialiter non convenerit, ut in locum primi ſuccedat. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 2. *q.* 43. *num.* 13. ubi Neguz. *de pignor. p.* 5. *membr.* 3. *num.* 13. *verſ. ſeptimo.* Mantic. *de tacit. lib.* 11. *d. tit.* 28. *num.* 8. apud quos alii. Olea *de ceſſ. Jur. & action. tit.* 4. *q.* 1. *num.* 13. ubi quod id procedat, etiamſi tertius, vel quartus creditor hypothecarius offerat. Limita ſi non debitor, ſed extraneus creditori ſolvit; nam is non ſuccedit in ejus jus ſine ceſſione, bene vero ſi primus ceſſit ſuum jus. Olea *de ceſſ. Jur. d. q.* 1. *n.* 8. Gratian. *diſc. for. c.* 269. Merlin. *d. q.* 43. *num.* 18. apud quos tamen invenietis aliquas limitationes; & ibi DD. vide etiam cit. Merlin. *q.* 58. *&* 59. Rot. poſt Cenc. *de cenſ. dec.* 202. & poſt Pacif. *deciſ.* 148.

Limitatio principalis eſt, quod licet tertius hypothecæ, vel pignoris poſſeſſor non ſuccedat, offerendo, in jus primi creditoris cui ſolvit, ad effectum, ut contra alios hypothecarios agere poſſit, non obtenta ceſſione; habet tamen privilegium retentionis, non tantum adverſus debitorem, ſed etiam adverſus creditores poſteriores ita Olea *loc. cit. n.* 12. & faciunt tradita per Merlin. *loc. cit. n.* 20. Mantic. *loc. cit. tit.* 29. *n.* 4. *verſ. ſed diverſa.* Gratian. *loc. cit. n.* 17. *ſeq.* apud quos alii contra alios.

Extraneus tamen ſolvens non poteſt cogere creditorem illius, pro quo ſolvit, ad ceſſionem ſuorum jurium, juxta veriorem apud Oleam *loc. cit. tit.* 5. *q.* 1. *num.* 4. Scacc. *de commerc. & camb.* §. 2. *gloſ.* 5. *num.* 82. *&* 87. apud quos plura de hac materia, cum limitationibus, & ampliationibus. 151

Creditor ſecundus ſuccedens primo, non tantum ſuccedit ratione rei, ſed etiam ratione uſurarum ſolutarum primo creditori, imo etiam non ſolutarum; quia etiam illas offerre debet, ſi vult ſuccedere in locum primi. Mantic. *loc. cit. tit.* 28. *n.* 38. Merlin. *loc. cit. q.* 49. ubi Neguz. & alii; ſecus quoad uſuras uſurarum. 152

Creditor tamen ſuccedens in locum primi, aliis creditoribus poſterioribus præfertur tantum quoad jus prioris, non etiam quoad creditum ſuum, ſi ſit alio poſterior, niſi aliud ſit conventum. ita Mantic. *loc. cit. nu.* 39. ubi Neguz. *de pignor. p.* 5. *memb.* 3. *in prim. ejus part. n.* 10. ad tex. *in L. ſi prior.* §. *a Titio. ff. qui pot. in pign.* 153

Ceſsa autem actione perſonali, ſi alias eſt credibilis, videtur etiam ceſſa hypotheca, & econtra, quod procedit in hypotheca, quæ competebat cedenti tempore ceſſionis: & ceſſio jurium poteſt peti etiam a fidejuſſoribus, negotiorum geſtoribus, correis, tertiis poſſeſſoribus, ab emptore rerum hypothecatarum, & in qualibet parte judicii: & hæc exceptio nunquam cenſetur a ſtatuto excluſa, niſi beneficio cedendarum fuiſſet renunciatum, ad quam renunciationem inducendam non ſufficit ſola, & ſimplex clauſula „ *renuncians omni legum auxilio* de quibus vide Merlin. *loc. cit. a q.* 61. Neguz. *de pignor. p.* 5. *memb.* 3. *cap.* 1. *num.* 25. Morot. *de Jur. offer. tit. de poſſeſſ. offer. n.* 3. Gratian. *diſc. for. cap.* 409. *n.* 6. *&* 7. Car. de Graſſ. *de except. excep.* 10. *num.* 56. & de hac jurium ceſſione, vide Oleam *de ceſſion. Jur. tit.* 4. *&* 5. *per tot.* 154

Et a quibus, ac contra quos exceptio cedendarum opponi poſſit, vide late Merlin. *l. c. a quæſ.* 67. *uſque ad lib.* 5. & Car. de Graſſ. *loc. cit. a n.* 13. *ſeqq.*

Juri offerendi licet poſſit præſcribi inter primum, & ſecundum creditorem longo tempore, puta 30. aut 40. annis; nam ſi tanto tempore prior creditor poſſedit, non poteſt amplius ſecundus creditor offerre. Neguz. *de pignor. p.* 5. *memb.* 3. *ſub num.* 52. Gail. *pract. obſ. lib.* 2. *obſ.* 18. *num.* 12. Mantic. *d. lib.* 11. *tit.* 28. *num.* 37. ubi Rot. Theſ. *deciſ.* 157. *num.* 3. *verſ. primus caſus.* Balbus *de præſcr. p.* 4. 5. *part. princ. quæſt.* 2. *num.* 1. *ad med.* & DD. *in L. cum notiſſimi.* §. *ſed cum illud. C. de præſcr.* 30. *annor.* Tamen quod creditor contra debitorem non poſſit præſcribere juri offerendi, defendunt multi apud Merlin. *loc. cit.* Balb. *ut ſupra.* Oſaſc. *dec.* 115. *num.* 13. Gail. *loc. cit. num.* 5. ubi quod hæc opinio tanquam verior, & æquior, fuerit ſecuta in Camera Imperiali, apud quos alii; ob rationem; quia debitor poteſt, quandocumque vult offerre debitum, vel pignus luere, & ſic eſt in facultate debitoris luere, vel offerre, quæ autem facultativa ſunt, non præſcribuntur. *L. viam publicam. ff. de via publ.* & Gabr. *de præſcr. concl.* 7. *num.* 2. quamvis etiam quoad hoc contrarium teneant Neguſ. *de pignor. p.* 5. *memb.* 3. *num.* 52. Covar. *var. reſ. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 2. *&* 3. Gomeſ. *var. reſ. tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 27. *& verſ. ſecundo pro iſta facit.* Merlin. & Theſ. *ll. cit.* apud quos videre poteris diverſos caſus, qui tibi inſervient pro limitationibus. 155

Re-

156 Requisita oblationis, ut rite fiat, & illius effectus tam oblationis realis, quam verbalis, vide late apud Merlin. *loc. cit. q.* 81. *seq.* Statil. *de Salvian. inspect. 5. cap.* 1. *an.* 23. & infra in verbo *oblatio.* Plura circa materiam Juris offerendi vide DD. *cit.*

§. VII.

Miscellanea Debitorum, & Creditorum.

157 Debitor non potest mutare pignus invito creditore. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *q.* 109. *n.* 2. quia unum pro alio invito creditore solvi non potest. *L.* 2. §. 1. *ff. si cert. pet.* Sic nec ille, qui tenetur præstare pignora, liberatur præstando fidejussorem. Merlin. *loc. cit. n.* 7.

158 Debitor obligatus cum juramento solvere, si propter sequestrum Judicis non solvit, non est perjurus. Felin. *in cap. constitutus. num.* 18. *de rescript.* apud Pasqual. *in tr. de patr. potest. p.* 1. *cap.* 8. *nu.* 2. nisi esset sequestrum affectatum. Farin. *de falsi. & simulat. q.* 160. *num.* 92. Afflict. *decis.* 150. *n.* 18. *seq.* Idem dic de solvente alii de mandato Judicis, quam creditori, aut de discedente a loco, a quo promiserat non discedere, & sic de aliis; quia necesse habet parere Judici. DD. *cit.* & Menoch. *de arbitr. cas.* 137.

159 Quid si debitor transmisit creditori cambiales, & campsor fuerit decoctus, decoctio campsoris ceditne in damnum creditoris? Resp. quod si non intercessit delegatio, cedit in damnum debitoris; quia si non fuit secuta realis solutio, non dicitur facta realis liberatio. Castr. *in L. si debitorem. ff. de novat.* Maresc. *lib.* 2. *var. res. cap.* 11. *per tot.* Decoctio vero non præsumitur, sed est probanda. Merlin. *dec.* 387. *nu.* 3. Stracc. *de decoctor. p.* 3. *n.* 57. nisi esset notoria, quando scilicet bona illius fuerunt publice subhastata &c.

160 Debitoris decocti confessio de debito in præjudicium aliorum creditorum non valet; quia cum pro mortuo deputetur, non habet neque velle, neque nolle. DD. *in L. is cui bonis. ff. de V. O.* & apud Salgad. *in labyr. cred. p.* 1. *cap.* 14. *n.* 21. tum etiam ne sit in potestate debitoris creditores circumvenire. Bichius *decis.* 191. *num.* 1. etiamsi nondum actualiter decoxerit, si erat de proximo decocturus. Bald. 432. *num.* 1. *lib.* 1. *& cons.* 399. *num.* 3. *lib.* 5. Stracc. *de decoctor. tit. qui pot. in bon. decoct. num.* 17. Gratian. *disc. for. cap.* 768. *num.* 7. *&* 8. alii apud Bich. *loc. cit. num.* 2. quia paria sunt, quod tempore confessionis debitor esset decoctus, vel de proximo decocturus. Ursill. ad Afflict. *decis.* 402. *num.* 7. Addend. ad Buratt. *decis.* 9. *litt. B.* sicut nec recognitio schedulæ productæ ab aliquo ex creditoribus, dum fit discussio, nisi de debito aliter appareat. Eccles. *obs. for. Senat. Pedem. observ.* 50. *de appellat. num.* 2. *seqq.*

161 Debitor decoctus potest repudiare hæreditatem etiam in præjudicium creditorum tam hypothecariorum, quam chirographariorum. Salgad. *in labyr. cred. p.* 2. *c.* 14. *num.* 6. *seqq.* ubi tex. DD. contrariaque resolvit; quia edictum de non fraudando creditores pertinet ad eos, qui diminuunt, non autem ad eos, qui acquirere nolunt, cum tunc debitor nihil de suo patrimonio diminuat, nec alienet; quia non alienat, qui non vult acquirere. Ita etiam Fachin. *contr. jur. lib.* 13. *cap.* 46. Gratian. *dec. March.* 17. *n.* 16. ubi veriori, & ad contraria respondet. idem Gratian. *disc. for. c.* 132. *per tot.* & ibi Car. Anton. de Luca *a num.* 1. 4. *&* 5. ubi rejicit distinctionem Anchar. *cons.* 201. inter creditores hypothecarios, & chirographarios. Pasqual. *de patr. potest. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 172. Mangil. *de imputat. quæst.* 4. *nu.* 24. *vers. neque tandem.* Rot. apud Bichium *decis.* 292. *num.* 27. qui omnes concludunt, non tantum id procedere in hæreditate, sed etiam in legitima, legato, & aliis; ad tex. *in L. qui autem. 6. ff. quæ in fraud. cred.* & apud illos alii; & hæc quoad forum externum; quid vero sit in foro interno, vide quæ diximus in verb. *Hæreditas circa num.* 16. Et prædicta procedunt etiam post institutum concursum, & illo adhuc pendente. Salgad. *loc. cit. a num.* 80. etiamsi enim talis sit privatus administratione in jam acquisitis, non per hoc cogitur acquirere.

162 Sed dubium est, an debitor sit irregularis? Resp. ex debito pecuniario ex se non induci irregularitatem; cum hæc irregularitas non sit in jure expressa. Bonac. *de censur. irregularitatis disp.* 7. *q.* 2. *punc.* 4. *num.* 6. Limita, nisi debitum esset litigiosum, quod debitorem obligaret ad rationcinia reddenda; nam tunc ex illa obligatione induceretur irregularitas, a qua tamen liberaretur facta bonorum cessione absque infamia, & reservata sibi congrua sustentatione; juxta *cap. Odoardus, de solut.* Majol. *de irregul. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 15. Suarez *de censur. disp.* 51. *sect.* 3. *ad fin.* apud Bonac. *l. c.*

Sed gaudetne debitor confugiens ad Ecclesiam im- 163
munitate Ecclesiastica? Resp. affirmative, nisi debeat Principi. Gratian. *disc. for. cap.* 380. *nu.* 1. Covar. *var. res. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 14. *vers. sed profecto.* Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 46. Abb. *in cap. inter alia 6. col.* 9. *post princ. n.* 24. *de immun. Eccles.* Cyn. *in L. præsenti. col. ult. in pr. vers. aut propter aliud debitum. C. de his, qui ad Eccles. confug.* & ibi DD. imo quod gaudeant immunitate etiamsi sint obnoxii publicis tributis, defendunt DD. *cit.* & signanter Covar. *loc. cit.* ubi Abb. *in d. cap. inter alia.* Aufrer. ad Capell. Tholos. *decis.* 432. *num.* 3. *in fin. & seqq.* Sylv. *in verb. immun.* 3. §. 3. non obstante §. *publicorum vero tributorum. auth. de mand. princ.* quia Imperator non potuit præjudicare Juri Canonico. Gratian. *l. c. & DD. cit.* tunc ergo eidem debitori datur spatium comperens ad se defendendum, & respondendum, & præstito a creditoribus juramento de non carcerando, vel corporaliter affligendo, poterit illis dimitti, ut possint contra illum civiliter agere, vel debitor poterit cogi ad præstandam cautionem idoneam de solvendo, salva semper immunitate DD. *cit.* qui testantur ita practicari in Imperio, Gallia, & Hispania.

Et hoc etiamsi sint falliti, & decocti, communior apud Barbos. *loc. cit. num.* 47. Gratian. *d. cap.* 380. *num.* 3. Navar. *in sum. cap.* 25. *num.* 19. *in fin.* Dian. *p.* 1. *tr.* 1. *res.* 32. *& p.* 6. *tr.* 1. *res.* 17. & probat ex constit. Clem. VIII. *& p.* 3. *tr.* 1. *res.* 40. quamvis quoad decoctos fraudulentos, ac dolos, & qui simulant se bona decoxisse, illaque in fraudem creditorum occultant, vel in fraudem creditorum illa dilapidant, & profligant, qui famosi latrones vocantur, teste Covar. *loc. cit.* in contrariam sententiam, quod nempe hi non gaudeant immunitate, inclinare videatur Covarruv. *l. sup. cit. num.* 14. *vers. nec Jasonis.* Illamque late comprobat Gratian. *ubi supra a num.* 5. *seqq.* sed quidquid sit de Jure communi, de quo loquuntur Doctores hanc opinionem tenentes teste Gratian. *num.* 29. certe hodie post Bullam Gregorii XIV. immunitate Ecclesiastica gaudere debent etiam fraudulenti falliti, & decocti. ita Dian. *d. p.* 6. *res.* 17. *& loc. sup. cit. & p.* 3. *tr.* 1. *res.* 40. ubi Farin. *de immun. cap.* 22. *num.* 250. Peregr. *eod. tract. cap.* 11. *num.* 14. Sacr. Congr. apud Diand. *d. p.* 1. *tr.* 1. *res.* 32. late probat Gratian. *loc. cit. a num.* 30. quia in Bulla Gregoriana non excipiuntur; nihil faciente in contrarium Bulla Pii V. *in Bullar.* 116. nam etiamsi in illa vocentur fraudulenti fures, & tanquam tales puniri jubeantur ultimo supplicio, tamen per hoc non potest dici, quod veniant nomine publicorum latronum, qui in Bulla nominantur, cum tales sint, qui per vim furantur homines spoliando, occidendo &c. de quo Rebuff. *in L. hostes.* 118. *col.* 2. *in fin. vers. cæteri latrones. ff. de V. S.* & alii apud cit. Gratian. Bene verum est, quod tales cum bonis ad Ecclesias confugientes non debeant ibi multo tempore tolerari. ita *Sac. Congr. Episcoporum in una Barensi die* 12. *Martii anno* 1600. *& die* 1. *Decembr.* 1617. decrevit, quod decoctores res, & bona in præjudicium creditorum ad Ecclesias transportare non debeant, sed Judici sæculari consignanda sunt, ut illas, & illa dare possit, cui de Jure. ita Dian. *d. res.* 17. *p.* 6. *tr.* 1. sed a quo erunt consignanda Judici Ecclesiastico, illique ad Ecclesiam confugiens spoliari? Resp. quod a solo Judice Ecclesiastico, & quidem de licentia Episcopi, seu Vicarii. Barbos. *l. c. n.* 47. *in fin.*

Debitor, qui in judicio mendaciter negat, se ali- 164
quam rem possidere, de mendacio convictus amittit possessionem, & illa transfertur in actorem in odium mendacii, salvis juribus cujuslibet tertii. *L. fin. ff. de rei vindic.* glos. *in auth. de trient. & semiss.* §. *illud quoque, in verb. possessio. & in auth. item si possessor. in verb. transferat. C. qui potior. in pignor. hab.* Car. de Grass. *de exception. excep.* 17. *n.* 21. Gabr. *commun. conclus. tit. de acquir. vel. amitt. possess. concl.* 5. *a num.* 1. *seqq.* ubi plures ponit casus, in quibus convictus de mendacio amittit jura sua Afflict. *decis.* 18. *num.* 1. & apud illos alii. Eccles. *observ. for.*

Sentat.

Senat. Pedem. obſ. 156. *num.* 2. licet actor adhuc nihil probaverit de jure ſuo. Roland. *conſ.* 88. *lib.* 4. *num.* 8. Surd. *deciſ.* 237. *n.* 1. Natta *conſ.* 381. *in princ.* & alii apud Eccleſ. *loc. cit.*

Limita primo, quod hoc tantum procedat, ſi fuit intentata actio realis, ſecus, ſi tantum perſonalis. Eccleſ. *loc. cit. n.* 3. Cyriac. *contr. for.* 46. *n.* 24. & apud illum Abb. *in cap. cum. cauſam.* 6. *ſub n.* 18. *verſ. Item requiritur quod agitur petitoric. extr. de juram. calum.* gloſ. *ult. in d. L. fin. ff. de rei vindic.*

Limita ſecundo ſi ante litis conteſtationem, aut antequam ſit convictus de mendacio, per adverſarium veritatem faſſus fuerit. *l. c. nu.* 27. *&* 31. Tiraquel. *de retract. convent.* §. 1. *gloſ.* 5. *n.* 20. & quod poſſit mendax ſe liberare a mendacio illiuſque pœna fatendo veritatem, probat Cyriac. *loc. cit. num.* 27. *ex L. de ætate* 12. §. *fin. ff. de interrog. act.* ubi gloſ. *in verb. actoris.* Eccleſ. *loc. cit. n.* 7.

Limita tertio ſi negatio fuerit facta ob ignorantiam, & ita ſine dolo. DD. apud Gabr. *loc. cit. & gloſ. in d. L. fin. ff. de rei vindic.* Limita quarto, ut negans puniatur tantum pro ea parte, pro qua eſt mentitus, non vero in totum. Gabr. *l. c. n.* 30. apud quem videre poteris alias limitationes, ubi etiam an hæc procedant non tantum in expreſſe negante, ſed etiam in tacente. & apud Cyriac. *l. c. a n.* 20.

165 Creditor in judicio plus petens, quam ſibi debeatur, vel ante diem, vel alio in loco quam in convento, plures patitur pœnas; nam ſi petit ante diem, duplicantur Reo induciæ, nec poteſt cogi ſuſcipere litem, niſi ſolutis expenſis, excepto forte fiſco, qui ante diem petere poteſt ob publicam neceſſitatem. Mareſc. *lib.* 2. *var. reſ. c.* 131. tex. & DD. *in c.* 1. §. *punitur, de plus petit.* §. *hodie autem. inſt. de except.* P. Pirhing *in d. tit. de plus petit.* §. 2. *a n.* 8. & illæ induciæ duplicari poſſunt, ac debent, a die contractus, & non a die plus petitionis, juxta DD. *cit.* dummodo Reus illam exceptionem plus petitionis ante litem conteſtatam opponat. Mareſc. *l. c. nu.* 3. Si vero plus re, cauſa, vel loco petit, & ita alicujus damni cauſa reo fuerit, illius damni triplum reſtituere tenetur. §. *ſed hæc quidem inſt. de action. cap.* 1. *de plus petit.* & ibi DD. Mareſc. *loc. cit. num.* 7. imo olim plus petentium pœna erat, quod cauſa cadebant, niſi error, minor ætas, aut alia juſta cauſa illos excuſabat. §. *ſi quis agens. Inſt. de action.*

Pœna tamen plus petentium habet locum tantum in petitione facta in judicio. Capyc. *deciſ.* 49. *n.* 4. apud Cyriac. *contr. for.* 327. *n.* 49. ubi etiam, quod plus petere tantum quis dicatur poſt litem conteſtatam, & ante dicatur tantum velle petere. *L. amplius non peti.* 15. *ff. rem ratam haberi*, & ſic deſiſtens ante litem conteſtatam evitet dictas pœnas *cap. un.* ubi gloſ. & DD. *de plus petit.* Pax Jordan. *de re judic. l.* 14. *tit.* 10. *n.* 9. de quo vide etiam Mareſc. *l. c.*

Imo a tali pœna plus petentem re, reſervant clauſulæ ſalutares, maxime illa. *offerens compenſare, quidquid legitime ſolutum apparebit*, niſi ex malitia plus petierit. Cyriac. *l. c. n.* 93. ubi Jaſ. *in* §. *ſi quis agens. nu.* 3. *inſt. de action.* Menoch. *conſ.* 127. *nu.* 6. Joſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſin.* 51. *nu.* 13. Hering. *de fidejuſſ. c.* 24. *nu.* 16. *&* 17. ubi etiam de clauſula *petens jus, & juſtitiam adminiſtrari &c.*

At hodie plus petentium pœnæ illæ, circa amiſſionem cauſæ, & ſimiles ſucceſſu temporis in deſuetudinem abierunt, teſte Mareſc. *l. c. nu.* 8. P. Reiffenſtuel *l.* 2. *decret. tit.* 11. *de plus petit. n.* 8. ſed ſolum plus petens condemnatur in expenſas per hanc petitionem cauſatas, & reo duplicantur induciæ, ut ſupra &c. excipit tamen caſum P. Reiffenſtuel *l. c. & n.* 19. nbi quis & plus dolo petierit, & ſuper illa majori ſumma per dolum malum exegerit cautionem; nam tunc poſt litem conteſtatam nec poteſt amplius pœnitere, ſed inſuper convictus in Judicio de hoc duplici delicto privatur toto debito. ad tex. *in L. un. C. de plus petit.* & citat etiam Abb. *in cit. cap. un. de plus petit. n.* 6. *&* 7. poſt Bartol. *in L. in criminali. C. de juriſd. omn. jud.* & minus petens, non per hoc perdit reſiduum, ſed Judex in veram quantitatem calculum feret. cit. *L. un. in fin.*

Si vero debitum ſolutum quis bis exigit, tenetur pœna ſtellionatus. *L. ſi fidejuſſor.* 29. §. *in omnibus. ff. mandat.* Roman. *conſ.* 105. *ſub n.* 1. *ad fin.* Bald. *in L.*

1. *n.* 12. *verſ.* 2. *revoco in dubium. & n.* 14. *verſ. ultimo adverte. C. de cond. indeb.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 169. *n.* 1. non vero pœna falſi. juxta *L. ſi quis obrepſerit. ff. ad L. Cornel. de falſ.* ubi quod quis tunc demum pœna falſi teneatur, ſi inſuper etiam concurrat falſa probatio per teſtes, inſtrumenta &c. Cabal. *loc. cit. n.* 2. ubi *num.* 3. quod non ſufficiat ſola petitio, ſi requiratur actualis exactio etiam ad pœnam ſtellionatus incurrendam.

Quod vero creditor non poſſit petere ante diem, limitatur, quando debitor eſt decoctus, tamen ad effectum tantum, ut adveniente tempore fiat ſolutio. Ciarlin. *contr. for. c.* 35. *nu.* 20. ubi Oſaſc. *deciſ.* 130. *n.* 9. *& ſeqq.* Craſſ. *in* §. *legatum. q.* 44. *in fin.* Surd. *deciſ.* 120. *nu.* 14. *&* 15. & alii; item ſi adeſt timor decoctionis; quia tunc debitor conveniri poteſt etiam ante diem ſolutionis. Rot. coram Bichio *deciſ.* 281. *inter ejus impreſſ. n.* 45. ad tex. *in L. quæſitum.* & ibi gloſ. *verb. quia intereſt. ff. de pignor.*

Creditor, qui cœpit agere via ordinaria, non pot- 166
eſt agere via executiva, excepta obligatione Camerali. Scaccia *de Judic. lib.* 1. *cap.* 62. *nu.* 33. *& de appellat. q.* 17. *limit.* 9. *num.* 45. Gabr. *commun. concluſ. tit. de action. concl.* 2. *a n.* 1. *& per tot.* Joſeph. Altograd. *controverſ.* 87. *a n.* 1. & apud illos alii, ad tex. *in L. ſi mulier.* §. *fi. de eo, quod met. cauſ. cap. quod ſemel placuit, de R. J. in* 6. quod tamen poſſit actio mutari, quando adeſt obligatio Cameralis, vide Eccleſ. *obſ. for.* 110. *num.* 11. ubi Merlin. *de pignor. lib.* 5. *q.* 59. *num.* 13. & alii.

Creditor non poteſt propria auctoritate capere poſ- 167
ſeſſionem bonorum debitoris, etiam poſt ſecundum decretum, ſed debet mitti in poſſeſſionem a Judice. Eccleſ. *obſ. for. Senat. Pedem. obſ.* 179. *nu.* 16. alias cadit Jure ſuo. *tex. in L. miles.* 6. §. *qui judicati. ff. de re judic. L. creditores.* 7. *ff. ad Leg. Jul. de vi privata. L. meminerint.* §. *quod ſi præceptæ.* & ibi gloſ. *& L. fin. C. unde vi.* Pax Jord. *de re judic. l.* 14. *tit.* 13. *n.* 209.

Creditor poteſt mitti in poſſeſſionem omnium bono- 168
rum debitoris, ut tædio affectus ſolvat. Rot. apud Nigr. *de ſubhaſtat. deciſ.* 37. *num.* 12. relata ab Eccleſ. *obſerv. for.* 136. *num.* 4. Neque invitus cogitur accipere partem ſolutionis, ob incommoda, quæ talis ſolutio ſecum affert. Fachin. *lib.* 10. *contr. Jur. cap.* 59. de quo concorda quæ ſupra diximus in verbo *Cenſus. num.* 81.

An autem Creditor poſſit corpus defuncti Debitoris 169
ſequeſtrari facere ne ſepeliatur, donec ei ſatisfiat? Reſp. negative. Abb. *in cap. ex parte, de ſepult.* Gomez *var. reſ. tom.* 2. *c.* 11. *n.* 56. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 203. *num.* 5. Covar. *var. reſ. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 10.

Creditor habens plures correos ſibi in ſolidum obli- 170
gatos, & recipiens, ſeu exigens ab uno ſolutionem pro parte, videtur receſſiſſe ab inſoliditate. *L. liberum. C. de fidejuſſor. & mandator.* & ibi gloſ. *in verb. juris ratio.* Capon. *diſc. for.* 122.

Creditor non auditur, ubi adeſt ſtatutum poſt certum 171
tempus illi negans audientiam, illo tranſacto, ſuppoſita tamen bona fide debitoris, licet vellet probare: Et debitor inſuper relevatur ab onere probandi, niſi creditor vellet probare malam fidem debitoris, de quo vide late Ciarlin. *contr. for. cap.* 32. *per tot.* & Mareſc. *lib.* 2. *var. reſ. c.* 67. *per tot.*

Creditor Principis tenetur probare, pecuniam fuiſſe 172
verſam in utilitatem Principatus, aliter illius ſucceſſor non tenetur ad ſolutionem. Noal. *de tranſmiſſ. cap.* 28. *an.* 107. *ſeqq.* ubi plura. Idem dic de mutuante Eccleſiæ, Civitati, vel minori; & probatur ex *L. Civitas. ff. ſi cert. petat.* ubi gloſ. *in verbo non Civitas.* Peregr. *de Jure fiſc. lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 81. Menoch. *de arbitr. caſ.* 432. *nu.* 18. *ſeq.* quamvis non deſint, qui aſſerant ſufficere conſtare de neceſſitate, vel utilitate ſtatus. vide Noal. *loc. cit. & an.* 99. & Menoch. *loc. cit.* ubi plura.

Creditor, cui ex legato, vel ex delicto aliquid de- 173
betur, non venit nomen creditorum proprie talium, ſed tantum improprie, & ſecundum communem loquendi modum, ut probat Fachin. *lib.* 11. *contr. Jur. cap.* 71. apud quem tamen multi contrarium tenent. Neque is, cui debetur aliquid ſub conditione cum diſtinctione ut ſupra. Idem Fachin. *loc. cit. reſol.* 74. & ideo in odioſis non veniunt nomine Creditorum.

Creditor: cui plures res ſunt obligatæ a pluribus 174
poſſeſſoribus poſſeſſæ, poteſt quemlibet poſſeſſorem

in ſolidum convenire. Fachin. *l. 2. contr. Jur. c. 47.* ubi Bart. *in L. Moſchis. ff. de Jure fiſc.* Specul. *de oblig. & ſolut. §. n. 46. verſ. item debitor meus.* Neguſ. *de pignor. 1. memb. 8. part. princ. n. 50.* Covar. *l. 3. var. reſ. c. 7. n. 7.* & alii.

175 Sed poteſtne creditor fructus pignoris ſibi retinere, ſi illud accepit pro ſua ſecuritate? Reſp. negative; nam eſſet uſura *c. 1. & 2. de uſur.* pignus eſt enim debitoris, cui fructificat. Molin. *de contract. tr. 2. diſp. 320. n. 1. ſeq.* Bonac. *de contract. diſp. 2. punc. 9. q. 3.* Merlin. *de pignor. l. 1. tit. 3. c. 23. n. 3. & 11.* Eccleſ. *obſ. for. 136. n. 2. ſeq.* ſed illos tenetur imputare in ſortem, & ſic cum debito compenſare. DD. *cit.*

176 Creditor plures habens correos, vel fidejuſſores in ſolidum obligatos, ad unius concurſum vocatus, aut alias comparens petendo ſuum creditum, & ſuum inter reliquos gradum, poteſt concurſu pendente, imo etiam obtenta graduatoria, redire ad alios fidejuſſores, qui proinde litis pendentiam allegare non poterunt. Salgad. *in labyr. cred. p. 1. c. 17. a nu. 10. ad 34.* ubi late, & ad contraria reſpondet.

177 Creditor ceſſionarius an poſſit agere contra cedentem, & promittentem de evictione, & quando? vide quæ diximus in verbo *Ceſſio*. & Bald. *conſ. 72.* Surd. *deciſ. 326.* Roderic. *de ann. reddit. l. 2. c. 21. num. 18.* Capon. *diſc. for. 314.* Gabellin. *de evict. §. 3. num. 160.* Mangil. *de evict. q. 79. & 80. per tot.* & alibi.

178 Creditor ceſſionarius ex cauſa oneroſa, qui ex Juris diſpoſitione prohibetur exercere actiones ceſſas niſi pro ſumma cedenti vere ſoluta, ſi prætendat, ceſſionem ſibi fuiſſe factam pro ſolutione, tenetur ante omnia ſuum creditum juſtificare aliter, quam ex confeſſione cedentis. Paſqual. *de patr. pot. p. 1. c. 6. n. 8.* ubi Farin. *de falſ. q. 162. n. 37.* Menoch. *de præſum. l. 3. præſ. 129. n. 26.* & alii.

179 Quæres, an uſufructuarius a teſtatore relictus omnium bonorum poſſit a creditoribus hæreditariis moleſtari? Reſp. negative; quia in illum non tranſeunt actiones paſſivæ: hæredem ergo moleſtabunt, qui tamen ab uſufructuario conſequetur, quid creditoribus præſtiterit. Caſtill. *de uſufr. c. 59.* Faber *in Cod. de uſufr. def. 1.* Rol. *conſ. 8. vol. 2.* Idem dicitur in emptore hæreditatis, qui etiam non poteſt moleſtari a creditoribus, bene vero ipſe hæres. de quo eſt tex. *in L. 2. C. de pact.* Mantic. *de tacit. l. 4. tit. 10. a n. 20.* Gomez *tom. 2. var. reſ. c. 2. n. 5.* Olea *de ceſſ. jur. tit. 3. q. 9. n. 20.* an vero, & quando uſufructuarius omnium bonorum teneatur ſolvere debita defuncti, a quo fuit eidem uſusfructus legatus, & an ex propriis bonis, an vero ex fructibus legati, aut an poſſit diſtrahere ex bonis hæreditariis, vide late Menoch. *de præſum. l. 4. præſ. 143. per tot.* ubi plures habebis caſus.

180 Creditor in re feudali cum conſenſu Domini præfertur illi, qui non habet conſenſum, vel certe poſteriorem. Merlin. *de pignor. l. 4. tit. 1. q. 31.* ubi Gait. *de cred. c. 4. n. 1852.* Vinc. de Franch. *deciſ. 64. & 75.* & alii.

181 Quær. an attendatur mandati tempus ad prælationem, an vero tempus contractus? Reſp. omnino tempus contractus inſpiciendum eſſe; quia ſolum mandatum ad contrahendum nihil operatur, ut patet in mandato ad diſpenſandum, quod non eſt diſpenſatio: in mandato ad contrahendum matrimonium, quod non eſt matrimonium. Sanchez *de matrim. l. 8. diſp. 30. nn. 12. & l. 2. diſp. 11. n. 23.* & mandatum ad vendendum non eſt venditio. Gratian. *diſc. for. c. 54. n. 49.* apud Salgad. *ut infra n. 14.* & mandatum ad delinquendum non dicitur ipſum delictum. vide Bal. *conſ. 198. n. 10.* Mantic. *de tacit. l. 11. tit. 22. n. 16.* Salgad. *in labyr. cred. p. 1. c. 30. n. 30.*

182 Debitor ſolvens creditori hypothecario ſui creditoris, quod liberetur, etiamſi ſolverit invito ſuo creditore, defendit Cyriacus *contr. for. 129. n. 21.* ubi Bartol. *in L. ſolutum. 21. §. ſolutam. ſub n. 2. ff. de pignor. & action.* Cornel. *conſ. 257. num. 7. vol. 3.* & alii; non vero ſi creditor, cui ſolvit, non fuit hypothecarius, ſed ſimplex.

183 Quæres, alternative obligatus ad hoc, vel illud, an, & quando habeat optionem ſolvendi, vel creditor exigendi, & an eligenti variare liceat? pro cujus quæſtionis reſolutione diverſi ponendi ſunt caſus. Et

Primo ſtat regula generalis, quod quando debitor alternative eſt obligatus ſolvere unum, vel aliud, electio eſt debitoris. tex. *in L. plerumque. §. fin. ff. de Jur. dot. & in L. ſi quis ſervum*, & ibi Bal. *C. de cond. indeb. cap. in alternativis, de R. J. in 6.* Afflict. *deciſ. 397. n. 4. & 5.* ubi Bal. *in d. L. ſi quis ſervum. col. 4. verſ. quæro in iſto.* dicens, quod alternativa exigendi eſt in electione agentis, ſed in alternativa ſolvendi eſt in electione debitoris. ad not. *in L. lucio. ff. de leg. 2. & L. ſi ita diſtrahatur. ff. de contrab. empt.* Quæ quidem procedunt, quando utraque alternativa eſt æqualiter in obligatione, ut puta cum quis promittit hoc, vel illud. Tiraquel. *de retr. lignag. §. 3. gloſ. 3. n. 16. in fin.* Coler. *de proceſſ. executivo. p. 2. c. 8. n. 29.* Stracc. *tract. de aſſecurat. initio ante gloſ. num. 63. & ſeq. tom. 6. p. 1. fol. 362.* apud Scacc. *de commerc. & camb. §. 2. gloſ. 5. n. 310.* At vero ſi una res eſt principaliter in obligatione poſita, & alia acceſſorie pro ſecuritate, & ad cautelam creditoris, & ſic ad favorem creditoris, & tunc electio eſt ejuſdem creditoris. DD. apud Matt. de Afflict. *l. c. n. 6.* Tiraquel. *l. c.* Scacc. *l. c.* ubi plura, ex quibus oriuntur diverſæ reſolutiones; Et

Primo reſolvitur, quod etiamſi ſententia, aut libellus alternativus non valeat. *L. ubi autem, §. qui illud, aut illud. ff. de V. O.* cum non valeat ſententia obſcura, & incerta. *L. in ſumma, §. qui ſortis ff. de re judic.* hoc tamen fallit, quando plura ſunt in obligatione, & utraque pars alternative eſt ita ſufficienter compoſita, ut ad obligationem ſufficiat. ita Eccleſ. *obſer. for. Senat. Pedem. obſ. 23. nu. 1. 2. & 3.* ubi quod tunc ſententia debeat alternative proferri, ex Specul. *tit. de ſentent. §. qualiter. n. 7.* Scacc. *de ſent. & re jud. gloſ. 14. q. 15. n. 21.* & aliis.

Secundo reſolvitur, quod quando alternativæ electio eſt debitoris, is poſt ſententiam condemnatoriam ad hoc, vel illud, poſſit ſolvere quod vult. gl. *in L. eum qui certarum. 138. §. cum pure, in verb. quoties. ff. de V. O.* Bart. *in L. ſi quis ſtipulatus. n. 2. ff. de ſolut. & liberat.* ita ut condemnatus ad hoc, vel illud virtute ſtipulationis, etiam in executione ſententiæ poſſit variare. gloſ. *in d. verb. quoties.* ſecus, ſi electio ſit creditoris. Eccleſ. *loc. cit.* Afflict. *l. c. nu. 7.* quamvis in debitore ex ſtupro contrarium doceat Gonzal. *in l. 5. decretal. tit. 16. de adulter. c. 2. n. 7.* ubi, quod etiamſi hodie ſtuprantis de Jure Canonico ſit alternativa, *aut ducat, aut dotet*, nec poſſit ſtuprator præciſe cogi ad ducendum, ut infra ſuo loco dicemus, tamen ſi ſtuprata nubere ſtupratori renuerit, illam nihilo minus dotare teneatur; ubi vide: in quo forte militat ratio naturalis, ne ſtuprata ultra injuriam teneatur invita alicui certo nubere contra ſuam voluntatem, & ſic duplicem injuriam pati, & ne, renuente ſtuprata nubere, ſtuprator evadat immunis ab omni pœna.

Tertio reſolvitur, quod quando creditor agit ex *L. 2. C. de reſcin. vend.* debeat in libello alternativam petere, nempe, vel ut emptor pretium ſuppleat, vel rem emptam reſtituat, ut per tex. *in cap. cum dilecti, de empt. & vendit. & cap. penult. cod.* DD. *in d. L. 2. C. de reſcind. vend.* Vant. *de nullitat. tit. quot & quib. mod. nullit. prop. poſſ. n. 6.* & alios concludit Gail. *pract. obſerv. l. 1. obſer. 62. n. 10.* cum enim utrumque ſit in obligatione, ut emptor rem reſtituat, vel ut pretium ſuppleat, electio eſt emptoris, & ſi venditor alterum præciſe petit, ſuccumbit. Eccleſ. *l. cit. n. 9.* apud quem plura de hac materia.

Quarto reſolvitur, quod licet debitor ex contractu ſit obligatus intra certum tempus ſolvere, vel dare pignus, aut fidejuſſores, tamen electio ſit penes creditorem, velitne acceptare pignus &c. vel cogere debitorem ad præciſe ſolvendum. Scaccia *de commerc. d. gloſ. 5. nu. 305.* ubi Paul. de Caſtr. *in L. ſi ſtichum. 4. §. idem Celſus. ff. de novat.* Tiraquel. *de retr. lignag. §. 3. gloſ. 3. n. 16.* Afflict. *l. c. ſub n. 5.*

Creditum exigendum, in tempus futurum, ſi eſt 184
certum, & non periculoſum, non poteſt minus emi anticipata ſolutione ſine uſura, ſecundum Molin. *de contract. diſp. 361. tract. 2.* Sotus *de juſt. l. 6. q. 4. art. 1. verſ. ſolutio tertii argumenti.* & DD. quos citat, & ſequitur Bonac. *de contr. diſp. 3. q. 3. punc. 10.* Sylveſt. *verb. uſura. 2. q. 14.* contra Navar. *manual. c. 17. n. 232.*

Debitum quodnam ſit neceſſarium, vel voluntarium, 185
vide Ciarlin. *contr. for. cap. 189. n. 15.* Gratian. *diſc. for. c. 760. n. 16. tom. 4.* Gonzal. *in cap. officii. 14. nu. 7. poſt med. de teſtam.* ubi etiam, quod debitor neceſſarius

rius aliquid legans dicatur legasse animo compensandi, non vero debitor voluntarius, sed potius ex liberalitate. late Menoch. *de præsum. l. 4. præs* 109. & 110. Gomez *tom. 1. var. c. 12. n. 27.* Gratian. *disc. for. c.* 104. *n. 16. seqq.* & alii apud Gonzal. *l. c.*

186 Debitum alienum in se suscipiens, tenetur actione *de constituta pecunia*. Ciarlin. *contr. for. c. 98. n. 1.* ubi de ejus materia. Hering. *de fidejuss. c. 18. n. 4.* ubi differentia inter constituere se debitorem, & fidejubere; habet tamen beneficium excussionis. Ciarlin. *l. c. n. 3.*

187 Debiti quantitas potest probari per juramentum, si debitor substantiam debiti dolose negavit, & postea fuit convictus de mendacio, quamvis ipsa substantia debiti non posset probari per juramentum. Gratian. *disc. for. c.* 109. *n. 59.* ubi Menoch. *cons. 81. n. 18. l. 1.*

188 Debitum unum conversum in alterum extinguitur, nec debitum secundum assumit naturam primi. Bart. *in L. singularia in fin. ff. si cert. pet.* apud Gratian. *l. cit. c. 44. n. 6.*

DECIMÆ.

Praxis Decimarum.

§. I.

Quid sit Decima, & a quo Jure debita?

1 Decima est omnium bonorum licite aquisitorum quota pars Deo diuturna consuetudine debita. Card. *cons. 26.* Rebuff. *de decim. 4. q.* alias decimæ definitiones vide apud DD. & Canonistas *in tit. de decim. l. 3. decretal. tit. 30.* & illam definit, ac explicat Monet. *de decim. c. 2. nu. 1.* quod sit omnium bonorum licite quæsitorum quota pars Deo, ejusque ministris, divina institutione, humana vero constitutione, dictante etiam naturali ratione, debita.

2 An debeatur Jure naturali, & Divino, vel tantum Ecclesiastico, controvertitur. Canonistæ tenent deberi de Jure Divino: quod probatur primo ex definitione; secundo, quia debentur Deo in recognitionem supremi dominii. *c. tua nobis. 26. cap. cum sit. 33. de decim.* Tertio, quia debentur pro alimentis Sacerdotum, quæ debentur Jure naturali. *c. cum secundum, de præb.* quæ obligatio est confirmata ex Lege Evangelica, Lucæ *c. 11.* ubi reprehenduntur Pharisæi opera charitatis negligentes, illis: *hæc oportet facere.* (scilicet decimas solvere) *& illa non omittere.* (scilicet opera charitatis) & illo Matthæi *c. 22. reddite quæ sunt DEI Deo.* & hanc tenent SS. P. P. quos magno numero affert Gonzal. *in l. 3. decret. tit. 30. de decim c. 32. §. 1.*

Quod vero debeatur solo Jure Ecclesiastico, tenent Theologi cum S. Thom. *2. 2. q. 87. art. 1. & quodlib. 2. art. 9.* Monet. *de decim. c. 1. q. 1. & 2.*

Alii volunt, decimas prædiales deberi de Jure divino, industriales vero vel personales de Jure Ecclesiastico: Hostiens. *in Summ. de decim.* Felin. *in cap. causam, de rescript.*

3 Alii probabilius dicunt, decimas quoad substantiam deberi Jure Divino, quoad quotam vero, vel quantitatem, de Jure Ecclestastico. Suarez *de decim. c. 9. nu.* 10. Covar. *l. 1. var. res. c. 17. n. 2. & 4.* Azor. *part. 1. instit. moral. l. 7. c. 34. q. 4. vers. in his igitur.* Barbos. *de offic. Paroch. c. 28. a n. 5.* P. Pirhing. *l. 3. decret. tit. 30. sect. 1. §. 2. n. 6. & 7. & seqq.* Rot. *decis. 31. n. 5. p. 8. rec.* & probat tex. *in cap. Parochianos, de decim.* Rebuff. *de decim. q. 1. n. 9.* cum qua distinctione loquitur etiam S. Thom. *d. q. 87. vers. respond. ante fin.* & tandem alii volunt, tunc tantum illas deberi de jure divino, quatenus sunt necessariæ pro substentatione ministrorum Ecclesiæ &c. Solorzan. *de Jure Indiar. l. 3. c. 1. n. 17.* vide etiam Covar. *l. 1. var. c. 17. nu. 2.* Leo *in thes. for. Eccles. p. 2. c. 12. n. 15.*

§. II.

Quinam teneantur solvere decimas?

4 Decimas tenentur solvere omnes fideles, nisi aliquo Jure, vel titulo legitimo sint exempti. S. Thom. *l. c.* & probatur *ex cap. ex transmissa, de decim. c. a nobis, eod.* non tantum futuras, sed etiam præteritas. Rebuff. *l. c. q. 5.* P. Pirhing *d. tit. 30. sect. 3. n. 34.* Imo debitas ex obligatione reali, uti, quia quis possidet rem, quæ, antequam ad ipsum perveniret, jam erat obligata ad decimas, tenentur solvere omnes cujuscumque status, Religionis, & dignitatis sint, etiam Reges, & Imperatores, nisi legitima præscriptione, vel Pontificis dispensatione, aut privilegio sint exempti. Laym. *moral. l. 4. tr. 6. c. 3. n. 5.* P. Pirhing *loc. cit. num. 35.*

Conclusionem principalem, quod nempe omnes fideles &c. teneantur ad solutionem decimarum, Limita primo quoad Monachos, qui de propriis laboribus, seu nutrimentis suis propriis decimas solvere non tenentur. *cap. decimas. 16. q. 1.* Rebuff. *l. c. q. 5.* quod si tamen Monachi possideant bona in aliena Parochia existentia, ex illis tenebuntur ad decimas Ecclesiæ prædiali solvendas, ut resolvit Rot. *decis. 254. p. 15. rec. & dec. 91. n. 9. p. 13. rec.* ubi, quod id procedat, etiamsi dicta prædia sint tradita pro novo Monasterio fundando, ita ut inserviant pro illius dote. ad celebre *cap. penult. de decimis.* & ibi Fagnan. *nu.* 10. si prius ex illo fundo decimæ solvebantur, cum transeant cum suo onere. Abb. *in cap. novum genus. n. 7. de decim.* Monet. *de decim. c. 5. n. 6. & 7.* Barbos. *in d. cap. novum genus. n. 4. vers. contrarium tamen.* nisi fundus non inserviret pro dote Monasterii, sed in dicto fundo Monasterium ædificaretur: tunc enim cum fundus destrueretur, & sic nulli amplius fructus exinde colligerentur, nulla etiam decima deberetur, ut notavit Fagnan. *l. c. n. 12.* ad tex. *in c. 1. de censib.* & ibi glos. *in verb. ullo servitio.* ibique Joan. Andr. *num. 8.* Butr. *nu. 9.* Card. *num. 3.* & alii. Eodem modo 5

Limita secundo quoad Clericos, & sacerdotes, qui 6
cum non percipiant Sacramenta, de bonis Ecclesiæ ad prædiales decimas non tenentur, sed tantum ad personales in loco, ubi percipiunt Sacramenta. *cap. novum genus. 2. de decim.* S. Thom. *l. sup. cit.* Riccius *in prax. p. 1. res. 539.* nisi Sacerdotes, aut Ecclesia &c. possiderent bona sita in aliena Parochia. *DD. sup. cit.* & Rot. *decis. 27. n. 20. p. 14. rec.* etiamsi dicta prædia sint Ecclesiæ pro dote assignata; quam sententiam receptiorem vocat Rota *dec. 344. p. 13. rec. n. 9.* ubi Abb. *in d. cap. novum genus n. 2.* Covar. *var. res. l. 1. c. 17. n. 8. vers. secundo licet.* & DD. *supra cit.* Nec refert, quod bona, quæ usibus Ecclesiasticis dedicantur quoad fundationem, vel mansum, aut cœmeterium, vel domos, aut hortos juxta positos, aut NB. dotem Ecclesiæ, sint immunia ab omnibus tributis, & oneribus etiam Laicalibus nedum publicis, sed etiam privatis. *arg. c. 1. de censib. & c. 2. de Eccles. ædific.* DD. apud Fagnan. *in cap. non minus. n. 8. de immun. Eccles.* Rot. *decis. 339. n. 40 p. 6. rec.* etiam ab onoribus præexistentibus ob eorum specialem Sanctitatem. *cap. secundum. 23. q. 8.* Bal. *in L. omnes. n. 12. C. de Sacros. Eccles.* Turrecrem. *in cap. si tributum. 11. q. 1.* & alii apud cit. Rot. ubi late; & sic debeant etiam esse immunia a decimis: nam, ut respondet Fagnan. *in d. cap. penult. de decim. n. 12. in fin.* hæc bene procedunt quoad decimas, si dicta loca inserviant pro situ Ecclesiæ, Cœmeterii, sepulturæ &c. vel, si pro dote tantum inserviant, si non sint sita in aliena Parochia; Et dato etiam quod *d. cap. novum genus.* loqueretur etiam de prædiis in dotem alicui Ecclesiæ datis etiam existentibus in aliena Parochia, prout aliqui voluerunt, ut videre est apud Rot. *d. decis. 444. n. 10. p. 13. rec.* ubi allegatur S. Thom. *2. 2. q. 87. art. 4. ad 1.* Covar. *d. c. 17. n. 8. vers. primum hinc constat.* certe alleganti illud prædium in aliena Parochia situm, esse dotem Ecclesiæ, incumberet onus probandi. Rot. *cit. decis. 254. a n. 11.* citans Zabarell. *cons. 88. n. 4. vers. pro hoc etiam.* An vero Clericus teneatur solvere decimas, de eo, quod percipit ex patrimonio, ad cujus titulum fuit promotus? affirmative Resp. cum Riccio *d. res. 539. a n. 4.* Tranchedin. *consult. 91. n. 16.*

Limita tertio in pauperibus, qui non tenentur sol- 7
vere decimas, nisi aliquid de necessariis alimentis illis supereesset. Rebuff. *l. c. n. 14.* Monet. *de decim. c. 5. q. 1. n. 28.* Rot. *decis. 289. n. 3. seqq. p. 16. rec.* & paupertas debet esse tanta, ut per talem decimarum solutionem ipsis deficeret victus necessarius. DD. *cit.* & Rot. *dec. 223. n. 24. p. 12. rec.* ubi Joan. An. *in cap. cum homines. vers. persolvant.* & ibi Abb. *n. 5.* & alii, *de decim.* & alii.

§. III.

Quinam eximantur a Jure seu privilegio a solutione Decimarum, & quomodo?

8 A decimarum solutione eximuntur primo Monachi de propriis laboribus &c. ut supra *nu.* 5. secundo Clerici Clericis &c. ut supra *num.* 6. Tertio pauperes, ut supra *num.* 7. Quarto eximuntur Cistercienses, Templarii, & Hospitalarii, qui non tenentur ad decimas prædiales, si sua prædia propria manu colunt, vel propriis sumptibus. *cap. ex parte.* 10. *& cap. licet, de decim.* quæ privilegia cum sint personalia, non suffragantur ratione portionis colonorum. Put. *decis.* 522. Rot. coram Coccin. *in una Pampelon. decimarum* 17. *Junii* 1615. non enim est novum, quod in materia decimarum diversimode judicetur de fructibus, prout spectant ad Dominum fundi, ac prout spectant ad conductorem, seu colonum, qui proinde pro fructibus ad se spectantibus tenebitur ad decimas, ut dixit Rot. *decis.* 145. *p.* 11. *rec. n.* 7. *seqq.* ad tex. *in cap. dilecti. de decim.* glos. *in Clem.* 1. *verb. excolendas*, & ibi DD. *eod.* Abb. *in cap. a nobis. nu.* 1. *& seqq. & in cap. tua nobis. n.* 1. 6. *&* 14. *de decim.* Monet. *de decim. cap.* 5. *q.* 1. *n.* 2. *&* 13. *& c.* 6. *q.* 4. *n.* 39. *& seqq.* Suar. *de Relig. tom.* 1. *l.* 1. *c.* 19. *n.* 13. Azor. *inst. moral. p.* 1. *l.* 7. *c.* 37. *q.* 7. etiamsi sint coloni partiarii, & censuales privilegiatorum. Barbos. *de Jur. Eccles. l.* 3. *c.* 26. §. 3. *nu.* 19. *&* 29. *seqq.* & alii; & apud Rot. coram Celso *dec.* 98. *inter ejus impress. n.* 6. *seqq. & decis.* 5. *n.* 9. *p.* 14. *rec.* nisi adsit immemorabilis exigendi integras decimas, de qua vide Rot. citatas. Si vero prædia Cistercienssibus &c. locentur pro pecunia, in nihilo sunt exempti. Rot. *dec.* 4. *de privil. in antiq.* Put. *dec.* 150. Rot. sæpius apud Monet. *loc. cit. num.* 13. *vers. item declara.* sicut hæc exemptio non suffragatur quoad possessiones, vel prædia ab aliis conducta, tex. *in c. dilecti*, & ibi DD. *de decim.* nisi in privilegiis aliter esset dispositum. de quo Rot. *decis.* 334. *p.* 2. *rec.* ubi de privilegio, in quo aderant clausulæ *de bonis quæ ipsi colunt, aut NB. coli faciunt.* vel nisi aliter fuerit transactum. Rot. *decis.* 370. *nu.* 4. coram Celso *inter ejus impress.* ubi de concordia, quod pro bonis acquisitis ante Concilium certa portio esset Parocho solvenda a Monachis, quæ facit, quod exemptio dicatur realis, & ita extendatur etiam ad colonos &c. glos. *in Clem.* 1. *verb. excolendos. in fin. de decim.* Abb. *cons.* 9. *sub num.* 2. *vers. si enim l.* 1. & alii apud cit. Rot.

Sed, tenenturne Cistercienses solvere decimas ex prædiis acquisitis post generale Concilium? Resp. est negativa, si propriis sumptibus illa excolunt. Rot. coram Coccin. *in d. Pampelon. decimarum* apud Monet. *de decim. d. cap* 5. *a num.* 11. *seqq.* dummodo illa acquisiverint pro novis Monasteriis ædificandis, quo casu tradenda erunt aliis excolenda, sicque Religiosi erunt immunes pro portione sua, non autem coloni pro sua. vide etiam Rot. *in una Carpentoraten. decimarum* 27. *Aprilis* 1678. *coram Rondinino, qua in ordine est decis.* 201. *p.* 19. *rec.* Et dummodo talia privilegia non incipiant esse enormiter læsiva Ecclesiæ Parochial. *cap. suggestum, cap. dilecti*, ubi glos. *de decim.* Rebuff. *loc. cit. q.* 14. Monet. *loc. cit. a n.* 13. ubi Rotæ & alia Rota *decis.* 24. *n.* 2. *& decis.* 122. *nu.* 9. *&* 10. *p.* 13. *rec.* ubi de materia: quando autem privilegium dicatur enormiter læsivum, spectat ad Summ. Pontificem decernere. Abb. *in d. cap. suggestum n.* 4. glos. *in cap. decet, de R. J. in verb. decet. post med.* Rot. coram Coccin. *decis.* 896. *inter ejusd. impress. n.* 2. P. Pirhing *d. tit.* 30. *n.* 74. Dixi dummodo illa acquisiverint, pro novis Monasteriis ædificandis; nam alias est regula, quod hæc privilegia non extendantur ad prædia, quæ dicti Religiosi acquisiverunt post *d. Concil. Lateran.* etiamsi illa acquisiverint emptione, sive pia fidelium donatione, quamvis propriis manibus, aut sumptibus excolant. P. Pirhing *loc. cit. n.* 56. & disponitur *in cap. nuper*, 34. *de decim.* Monet. *loc. cit. n.* 12. Gonzal. *in d. cap. nuper. & in cap. commissum. n.* 9. *de decim.* Seraphin. *decis.* 1380. *n.* 3. quem refert Solorzan. *de Jur. Indiar. l.* 3. *c.* 21. *n.* 26. quamvis nonnulli apud eundem contrarium teneant. Vide etiam Fagnan. *in cap. nuper. decim. a num.* 14. ubi prior sententia quod procedat, quando ex illis fundis de novo acquisitis prius decima solvebatur, alias secus.

Quinto omnes Religiosi sunt exempti a solvendis 9
decimis de nutrimentis animalium: hoc est de animalibus, quæ ipsi nutriunt. glos. *in Clem. 1. de decim. cap. ex parte. il.* 1. *decim.* Item de hortis suis *d. c. ex parte.* fallit, si aliis dicta animalia nutrienda darent. Rebuff. *loc. cit. clem.* 1. ubi glos. *verb. animalibus, & verbo tenenda, de decim.* Abb. *in d. cap. ex parte in fin.* & ibi Anchar. *n.* 2. *vers. istud etiam.* Henric. Bohic. *n.* 2. *vers. intellige.* & alii apud Rot. *decis.* 493. *p.* 4. *rec. tom.* 1. *nu.* 1. & ibi etiam Rebuff. *loc. cit. q.* 14. *nu.* 57. ubi, quod, si dentur aliis tenenda, & custodienda, requiratur quod vesperi reducantur ad Monasterium. Item fallit in hortis, si aliis colendos traderent. Abb. *in d. cap. ex parte.* Rebuff. & Monet. *ll. cit. a n.* 15. Item multo magis fallit in animalibus ad alios spectantibus, etiamsi pascant in bonis Monasterii. Rot. *decis.* 43. *p.* 15. *rec. nu.* 7. & quod de animalibus, & hortis dictum est, idem dicitur de novalibus. DD. *cit.* de quibus etiam infra *n.* 111.

Sexto Summ. Pontifex non solvit decimas; quia is 10
est Summus Sacerdos, ad quem spectat decimas imponere. Item in Episcopo, qui non solvit decimas, nisi S. Pontifici, de bonis, quæ sunt de mensa Episcopali, secus de patrimonialibus, quæ possidet tanquam privatus; uti dicitur de aliis Clericis. Monet. *d. c.* 5. *a n.* 20. *ad* 24.

Septimo Leprosi, vel Eremitæ, aut alii Laici, qui 11
vivunt in communi, & stant simul in eodem loco, & domo, non solvunt decimas de hortis suis, neque de animalibus suis ibi nascentibus, vel eorum nutrimentis; secus, si colunt agros, vel vineas, vel vivunt per se in domibus suis. *c.* 2. *de Eccles. ædfic. l. c. n.* 33. Rebuff. *de decim. q.* 5. *num.* 22. fallit in hospitali communi leprosis, & aliis infirmis; quia tunc etiamsi ibi deferantur aliqui leprosi curandi, non per hoc dicuntur ibi leprosi communiter vivere; juxta Rot. *decis.* 493. *n.* 2. *&* 3. *p.* 3. *rec. tom.* 1.

Octavo infideles secundum aliquos non solvunt de- 12
cimas, eo quod non sint de Ecclesia; sermo est de personalibus, prædiales tamen solvere debent, vel dimittere prædia. P. Pirhing *d. tit.* 30. *de decim. sect.* 3. §. 1. *n.* 37. *&* 38. Monet. *l. c. a n.* 36. Rebuff. *d. q.* 5. *n.* 11. Azor. *inst. moral. l.* 7. *c.* 35. *q.* 1.

Nono limitatur quoad illos, qui illicite aliquid ac- 13
quirunt: nam de ejusmodi illicite acquisitis non solvitur decima; uti sunt usurarii, quia illas usuras solventi competit repetitio, & non transfertur dominium irrevocabiliter. Econtra meretrix, & histrio tenentur solvere decimas; quia acquirunt dominum irrevocabiliter. Rebuff. *q.* 5. *n.* 18. Monet. *l. cit. c.* 4. *q.* 2. *per tot.* glos. *in cap. ex trasmissa. in verb. licite, de decim.* & sic de aliis. Ita de captis in bello injusto non solvitur decima. Rebuff. *q.* 8. *n.* 2. Monet. *l. c. nn.* 46. quia talia sunt obnoxia restitutioni. *cap. sicut, de Jurejur.* de prædiis vero etiam injuste acquisitis, solvitur decima. glos. *in cap. decima, & cap. ex transmissa, in verb. licite in fin. de decim.* Monet. *l. c. num.* 39. *q.* 2. quia quælibet res transit cum suo onere. *cap. de terris, de decim. c. quanto, de usur.*

Decimo tandem limitatur quoad illos, qui habent 14
privilegium non solvendi; quod privilegium triplex esse potest. Primum reale, quod cum re ad omnes transit. Rot. *decis.* 4. *de privileg. in antiquis.* Monet. *c.* 5. *q.* 2. ubi etiam Bellamer. *in repet. clem.* 1. *de decim. n.* 239. Secundum est concessum personis pro rebus, quod a solutione decimarum eximit bona, quæ propriis manibus, vel sumptibus coluntur, uti de privilegio Cistercienssium dictum est. Tertium est, quod conceditur personis tantum, uti in venatione, piscatione &c. Rebuff. *d. q.* 8. *n.* 28. Monet. *d. quæs.* 2.

Jam privilegium non solvendi decimas non potest 15
concedi ab Episcopo. Rebuff. *q.* 5. *n.* 28. Monet. *d. c.* 5. *q.* 2. *n.* 40. Pirhing *d. tit.* 30. *n.* 52. Barbos. *de paroch. c.* 28. *nu.* 49. *& seqq.* §. 3. quia non potest contra Concilium dispensare, quod statuit, ne Ecclesiæ antiquitus constitutæ decimis privarentur. *cap. Ecclesiæ, & seqq.* 16. *q.* 1. DD. apud Monet. *loc. cit.* licet fructus decimarum debitos suæ mensæ remittere possit ex causa justa. *cap. quia circa, de privileg.* Sicut illas, quas nunquam possedit, post earum recuperationem alteri Ecclesiæ concedere potest. Rot. *in una Sabinens. decimarum.* 10. *Julii* 1609. *coram Coccin.* Illas vero, quas aliquando

possc-

possedit, si ad mensam revertantur, non potest transferre ad manus mortuas. Rot. apud Monet. *d. q. 2. a n. 45.*

16 Pontifex vero potest non solum Ecclesiasticos, sed etiam Laicos eximere per viam privilegii ab onere solvendi decimas; juxta *c. suggestum. cap. anobis, & cap. ult. de decim. cap. dudum, & c. accedentibus, de privileg.* Rebuff. *l. c. q. 5. n. 28. & q. 13. n. 103.* Covar. *l. 1. var. res. c. 17. n. 9.* Monet. *loc. cit. num. 46. ad 53.* saltem in sententia, quæ dicit illas deberi de Jure Ecclesiastico: & forte etiam in sententia, quæ dicit, quod debeantur Jure divino, nempe interpretando jus, non vero dispensando in illo.

17 Quæres primo, an Papa communicando privilegia alicujus Religionis, in quibus privilegiis adest expressa exemptio a solutione decimarum, alteri Religioni, censeatur etiam exemptionem a solutione decimarum communicasse? Resp. negative, nisi de hac fiat specialis mentio. Butr. *cons. 19. n. 9.* Put. *decis. 65. lib. 3.* & alii, ac Rota sæpius apud Monet. *d. c. 5. q. 2. nu. 54. vers. hic quæri potest.* & signanter etiam Rot. *decis. 24. n. 8. p. 13. rec. & decis. 333. p. 10. rec. nu. 35.* & alibi pluries; licet Papa in dicta communicatione privilegiorum fecerit mentionem de decimis, quia si non apparet de expressa mente concedentis, post verbum *decimæ* referri ad decimas extraordinarias, quæ imponuntur ab homine, non autem ad ordinarias, & prædiales, maxime in communicatione privilegiorum, in qua non derogatur *cap. nuper, de decimis*, de quo infra in verbo *exemptio*; ubi limitatur. Rot. apud Coccin. *decis. 192.* apud Put. *decis. 63.* apud Veral. *decis. 167.* vide Monet. *loc. cit.*

18 Quæres secundo, an privilegium concessum Religiosis, & aliis de non solvendis decimis, etiam ex agris antiquitus cultis, & quæ colebantur etiam tempore concessi privilegii, extendatur etiam ad eas, in quarum possessione aliquis erat? Resp. quod si is, qui in possessione erat, illas percipiebat de Jure communi, prout est Ecclesia Parochialis, ad illas extendatur, & sic quod tale privilegium dictæ Ecclesiæ Parochiali præjudicet; secus si eas quis percipiebat tantum Jure particulari, puta donatione, privilegio, præscriptione &c. & ratio primæ partis est; quia Pontifex præsumitur satis scire hanc possessionem de jure communi competentem. *c. 1. de constit. in 6.* & sic concedendo privilegium contrarium, quod aliter suum effectum fortiri non potest, velle eidem præjudicare: ratio vero secundæ partis e contrario est; quia Pontifex non præsumitur nosse jus, quod alicui competit Jure particulari; cum Pontifex solum ea præsumatur scire, quæ sunt Juris, non vero quæ sunt facti, ut diximus supra in praxi *Clausularum. num.* & sic non præsumitur velle præjudicare Juri sibi ignoto, & alicui competenti. Et hanc decisionem sub ista distinctione defendunt Moneta *de decim. d. c. 5. q. 2. num. 55. & 56.* Covar. *l. 1. var. res. c. 17. num. 14.* Rebuff. *de decim. c. 13. n, 114.* & apud illos alii, & pluries sic tenuit Rot. ut videre est apud Cassador. *decis. 1. de privileg. num. 2. & decis. 511. p. 18. rec. tom. 2. n. 2. & 3.* & late *in una Hispalens. decimarum. 27. Januarii 1677.* & quidem utraque parte informante, quæ in ordine *est decis. 9. p. 19. rec. per tot.* quamvis alia Rota *in una Cordubens. decimarum. 30. Januarii 1637.* quæ in ordine est *decis. 193. p. 7. rec. & decis. 47. p. 8. rec.* contrarium resolverit, & indistincte, recedendo a decisionibus contrariis judicaverit, similia privilegia præjudicare non solum possessoribus decimarum ex jure communi, seu universali, sed etiam ex Jure speciali, & allegat Cassad. *d. decis. 1. de privileg.* Verall. *decis. 263. l. 1. in manuscrip.* idem dicitur *in decis. 48. p. 1. rec. & in decis. 213. a n. 26. p. 17. rec.* & alibi. & dant rationes; quia Papa sciebat, vel cogitabat, aut potuit scire, & cogitare illas ab aliquo percipi, & sic dando privilegia contraria, quod voluerit præjudicare non tantum iis, qui illas Jure communi percipiebant, sed etiam illis, qui illas habebant Jure particulari. de hac materia vide etiam Fagnan. *in c. nuper, de decim.*

Si forte prima sententia tibi placeret, illam limitabis, si privilegium fuit concessum non per verbum *indulgemus*, aliasque clausulas generales, sed per clausulas speciales, maxime vero cum illa *non obstantibus quibuscumque consetudinibus, privilegiis &c.* tunc enim censeretur sublata etiam immemorabilis, juxta ea quæ diximus in verbo *Consuetudo. num. 49.* & sic præjudicatum etiam illis, quibus decimæ de Jure speciali competebant. Ita Monet. *loc. cit.* post Cassad. *d. decis. 1. de privileg.* Bertran. *cons. 7. l. 3.* Crot. *cons. 94. n. 12.* & alios. Item limita, si exemptio fuisset concessa verbis amplissimis, & clausulis prægnantissimis a solutione *quacumque decimarum etiam Papalium de Jure communi, vel alias debitarum*; quia tunc illa verba verificari nequirent in alio, quam Jure speciali, cui propterea censeretur derogatum, ita Rot. *decis. 213. n. 27. p. 17. rec.*

Secundam sententiam limitat Rot. *in cit. dec. 48. p. 1. rec.* primo si non versemur in decimis antiquis, sed in decimis novalium, in quibus facienda foret mentio possessionis tertii a Papa probabiliter ignoratæ. ad tex. *in c. 2. de decim. in 6.* Abb. *in cap. causam quæ, il. 2. n. 5. de testib.* Menoch. *cons. 36. n. 1.* Covar. *l. sup. cit.* ita dicens: d. Rot. *ibid. nu. 5.* intelligendos esse DD. qui stant pro prima opinione. Secundo limitat *n. 8. & 9.* quoad Laicos, quibus ante Concil. Lateran. erant dictæ decimæ in feudum concessæ ex Joan. Andr. *in c. nuper. nu. 4. de decim.* quibus Papa non præsumitur præjudicare velle; tum quia potuit probabiliter ignorare jus, & possessionem illorum tanquam regulariter incapacium dicti juris decimandi; tum quia difficilius solet Papa juri competenti Laico ex sua concessione præjudicare, quam competenti Clericis, seu Ecclesiasticis personis. *arg. cap. cum dilectus, de Jurepatr.* Tertio limitat in illis, qui decimas habent ex titulo oneroso. *ad decis. Mohedan. 350. alias 11. de Jurepatr.* Et quarta limitatio desumi potest ex Rot. *in cit. dec. 9. p. 19. rec. a n. 22.* nempe derogationem Juris specialis esse necessariam, quando agitur de secundo privilegio juris decimandi, seu exemptionis a decimarum solutione, in concursu prioris privilegii contrarii etiam a Pontifice concessi. ex not. per Abb. *in cap. veniens. 19. sub num. 12. vers. in contrarium tit. de præscr.* ubi, quod si per Sedem Apostolicam fuit alicui concessum privilegium percipiendi decimas in tota Parochia, & deinde alteri concessum privilegium percipiendi easdem ex certis prædiis ejusdem Parochiæ, hoc secundum privilegium non facta mentione de primo, non præjudicet; & Suarez *alleg. 28. per tot.* quia Pontifex, dum concessit secundum privilegium, potuit probabiliter ignorare primum a se, seu a suis prædecessoribus concessum, quod si sciviset, verisimiliter non concessisset, cum non deceat Principem esse varium. ita cit. Rot. quamvis contra aliquas ex his ultimis datis limitationibus stet Rot. *in cit. dec. 193. & dec. 47. p. 8.* quas vide.

Quær. tertio, an Papa eximens aliquem a solutione quarumcumque decimarum, censeatur eximere non solum a personalibus, sed etiam a realibus? Resp. quod ab utrisque, & cujusvis demum naturæ illæ sint, ob illud verbum *quibusvis*. Quod est ampliativum etiam ultra naturam rei, cui adjicitur, & semper auget vim verborum, & aliquid amplius operatur. *L. 1.* cum glos. *fin. & L. quicumque. C. de servis fugit.* Rot. *dec. 193. p. 7. rec. n. 1. & 2.* plura de exemptione, & privilegio exemptivo a solutione decimarum, vide infra in Verbo *Exemptio*, & in Verbo *Privilegium*. 19

Porro, quamvis privilegium alicui Religioni concessum non solvendi decimas, a privatis domibus, vel Prælatis expresse, & absolute renunciari non possit, utpote concessum in favorem Ecclesiæ, & totius Religionis. *arg. c. si diligenti 12. de for. comp.* tamen per non usum, vel usum contrarium 30. vel 40. annorum amitti potest, juxta *c. si de terra, & cap. accedentibus. 15. de privileg.* Item per rationabilem compositionem post privilegium rite obtentum factam. *c. dilecti. 8. in fin. & c. suggestum. 9.* ibi: *super ipsis decimis componatis. & c. penult.* ibi: *nisi cum ipsis Ecclesiis aliter duxerint componendum. de decim.* P. Pirhing *d. tit. sect. 3. §. 6. n. 75. & 76.* 20

§. IV.

Quinam eximi possint a solutione decimarum, consuetudine, aut præscriptione? & de materia, & probatione.

Quær. quarto, an consuetudo possit eximere a solutione decimarum? Resp. certum esse, quod consuetudo circa portionem, & quantitatem decimarum solvendam, valeat. 21

valeat. *cap. in aliquibus. §. ult. c. commiſſum. c. cum ſint homines, & c. dilecti, de decim.* & hoc tam in prædialibus, quam perſonalibus. Rebuff. *q.* 13. *nu.* 46. *de decim.* Azor. *inſtit. mor. l.* 7. *c.* 37. *q.* 2. Covar. *l.* 1. *var. reſ. c.* 17. *nu.* 8. Monet. *de decim. c.* 5. *q.* 4. *nu.* 87. Sicut etiam valet conſuetudo dictas decimas ſolvendi, puta vel in natura, vel in pecunia &c. DD. *cit.* & gloſ. *in c. in aliquibus, de decim.* Cancer. *var. reſp.* 1. *c.* 23. *nu.* 12. & alii apud Rot. *deciſ.* 12. *n.* 6. *p.* 19. *rec. & dec.* 407. *n.* 2. *&* 6. *p.* 18. *rec. tom.* 2. quæ conſuetudo cum non ſit contra jus, non requirit quadragenariam præſcriptionem, ſed ſufficit decennalis, ut per Marcheſ. *de commiſſ. appel. in cauſ. decimar.* §. 1. *nu.* 49. *&* 117. *cum duob. ſeqq.* Monet. *l. cit. nu.* 101. Coccin. *dec.* 570. *n.* 7. & alii apud Rot. *cit. dec.* 407. *n.* 11. *p.* 18. *rec.* Similiter valet conſuetudo quod de certis fructibus, uti fœno &c. decima non ſolvatur. gloſ. *in cit. c. in aliquibus, in verbo loci, de decim.* Monet. *loc. cit. num.* 94. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. l.* 3. *c.* 26. §. 3. *num.* 65. *ſeqq.* apud Rot. *d. dec.* 12. *p.* 19. *rec.*

Conſuetudo vero, quantumvis longæva nullas ſolvendi decimas, nec aliquid aliud decimarum loco miniſtris Eccleſiæ, non valet, neque excuſat a peccato, quando alias Sacramentorum miniſter ſuſtentari non poteſt; ita Canoniſtæ, & Theologi, uti teſtatur Monet. *loc. cit. num.* 90. Covar. *d. cap.* 17. *numer.* 8. Sotus *de Juſt. & Jur. lib.* 9. *q.* 4. *art.* 1. *verſ. quæſtio poſtremo.* Rot. *dec.* 5. *numer.* 10. *p.* 14. *tom.* 1. *rec.* ubi Abb. *in cap. ult. de Paroch. n.* 5. *in fin.*

22 Quia tamen decima de Jure debetur de omnibus fructibus terræ, ut infra; Ideo excipientibus de conſuetudine, incumbit onus probandi, & quidem legitime juxta *cap. fin. de conſuet. cap. cum Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Rot. *dec.* 180. *n.* 14. *p.* 7. *rec.* ad quam probandam debet probari præciſe certus temporis curſus, & teſtes debent præciſe deponere v. g. de decennio. Abb. *in cap. cum ſint homines, n.* 6. *de decim.* quem refert Achill. *deciſ.* 3. *num.* 5. *eod. tit.* Put. *deciſ.* 154. *alias* 155. *num.* 7. *lib.* 1. *&* *deciſ.* 163. *p.* 2. *diverſ. relati* a Rot. *in deciſ.* 124. *num.* 13. *p.* 5. *rec. tom.* 1. *&* *deciſ.* 123. *p.* 9. *rec. tom.* 1. *num.* 2. plura vide in praxi *Conſuetudinis* ſupra *litt. C.* & ut infra *n.* 43.

23 Qualiter vero hæc conſuetudo debeat eſſe præſcripta? Reſp. ſi non agatur de præſcribenda decima, ſed tantum de modo illas ſolvendi, puta vel in manipulis, vel in pecunia, quod non requiratur quadragenaria, ſed ſufficiat decennalis, cum non ſit contra jus; ut per allegata ſupra *n.* 21. Similiter ſufficit conſuetudo decennalis, quando agitur de Jure decimandi inter duas Eccleſias Parochiales, puta unam Sacramentalem, & alteram prædialem; nam & illa eſt præter jus, & interpretativa Juris, cum ſit valde dubium, ad quamnam duarum Eccleſiarum iſtarum decimæ pertineant, & utraque habeat intentionem fundatam, una in cura animarum, & altera in ſituatione prædii. Achill. *deciſ.* 3. *de decim.* Abb. *in cap. cum ſint homines. n.* 6. *verſ. ideo conſuetudo, de decim.* Put. *deciſ.* 154. *n.* 7. *lib.* 1. apud Rot. *dec.* 279. *&* 289. *p.* 2. *rec.* Rot. coram Coccin. *deciſ.* 570. *inter ejus impreſſ.* & Rot. *dec.* 169. *p.* 5. *tom.* 1. *n.* 2. Idem dic, ſi ageretur inter duas Eccleſias prædiales, dubitaretur autem in quanam illarum prædium eſſet ſitum, & ſic ad quam decimæ ſpectent. gloſ. 2. & DD. per tex. *in c. cum contingat, de decim.* Covar. *l.* 1. *var. reſ. c.* 17. *nu.* 8. *verſ. quarto fortiori ratione.* & ibi Abb. *in d. c. cum ſint homines.* Monet. *de decim. d. c.* 5. *q.* 4. *nu.* 100. P. Pirhing *l.* 3. *decret. tit.* 30. *nu.* 117. *verſ. id autem.* Rot. *deciſ.* 434. *num.* 5. coram Merlin. *inter ejuſd. impreſſ.* quando vero ageretur inter unam Parochialem, & alteram non Parochialem, & ſic habentem reſiſtentiam Juris, tunc non ſufficeret decennalis, ſed requireretur quadragenaria, ſicut & in aliis ſimilibus caſibus, ob regulam generalem, quod circa decimas conſuetudo debeat eſſe quadragenaria, taliſque ſufficiat ad notata per Monet. *loc. cit. num.* 103. ad tex. *in cit. cap. fin. de conſuet.* & apud illum Pariſ. *conſ.* 25. *n.* 6. *&* 27. *l.* 4. Covar. *d. nu.* 8. *verſ. decimo his omnibus animadverſis.* & alii. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. l.* 3. §. 3. *c.* 26. *n.* 69.

Quæ quidem ſine difficultate tranſire videntur in terminis conſuetudinis proprie talis, in qua nec requiritur titulus, licet ei adverſetur Juris communis præſumptio. Monet. *loc. c.* Balb. *de præſcr.* 1. *part. princ. q.* 10. *n.* 5. & ut ſupra in verbo *Conſuetudo n.* 26. nec requiritur quod decima probetur petita, & denegata cum acquieſcentia &c. quia hæc qualitas requiritur quidem in præſcriptione, ut infra *n.* 31. non vero in conſuetudine proprie tali, pro qua ſufficit, decimam non fuiſſe ſolutam 40. v. g. annorum ſpatio etiam ſine titulo, ut dicit Rot. *deciſ.* 35. *p.* 19. *rec. n.* 9. ubi Covar. *loc. cit.* Barboſ. *de Jur. Eccleſ. d. c.* 26. §. 3. *ſub nu.* 75. Tondut. *quæſt. benef. p.* 1. *c.* 39. *n.* 3. & Rot. *deciſ.* 321. *n.* 8. *p.* 15. *rec.* At vero quando agitur de præjudicio tertii per conſuetudinem eidem auferendo jus quæſitum, aut de acquirendo jure alicui privato, & ſic de conſuetudine improprie tali, quæ tunc potius præſcriptio, quam conſuetudo eſt, juxta ſuperius notata in verbo *conſuetudo d. num.* 26. *&* 43. ubi poſuimus differentiam inter conſuetudinem, & præſcriptionem, tunc non ſecundum regulas conſuetudinis, ſed præſcriptionis judicandum eſt, de quibus infra ſuo loco. *nu.* 79. Abb. *in cap. fin. num.* 20. *de conſuet. & in cap. cum. Eccleſ. Sutrina. n.* 43. ubi Ripa *n.* 124. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Ruin. *conſ.* 41. *nu.* 46. *l.* 1. & alii apud Rot. *deciſ.* 169. *n.* 15. *p.* 5. *rec. tom.* 1.

Quær. quinto, an præſcriptio poſſit aliquos, etiam 24
Laicos, eximere a ſolutione decimarum? Reſp. etiam quoad Laicos affirmative, non ſolum a parte, vel quota, juxta Rebuff. *loc. cit. q.* 13. *n.* 57. Monet. *de decim. d. c.* 5. *q.* 5. *n.* 105. ſed juxta aliquos etiam a tota. Navar. *in man. c.* 21. *n.* 28. Covar. *d. c.* 17. *nu.* 10. Azor. *inſt. mor. p.* 1. *l.* 7. *c.* 37. *q.* 4. quia licet Laici ſint incapaces juris decimandi, nullibi tamen reperitur, quod ſint incapaces hujus exemptionis. & probatur *ex c.* 1. *de præſcr. in* 6.

Sic etiam Eccleſia poteſt eximi a ſolutione decimæ, 25
non tantum quoad quotam, ſed etiam quoad totam. gloſ. *fin. & DD. in c. in aliquibus de decim.* & Felin. *in cap. cauſam, de præſcr.* Covar. *loc. cit. num.* 10. Monet. *l. c. num.* 106.

Quæ tamen præſcriptio non extenditur de decima 26
unius rei, ad decimam alterius rei, etiam ejuſdem fundi. Butr. *in cap. cum in tua, de decim.* Monet. *l. c. n.* 109. ubi Rot. neque ad novalia. Rebuff. apud Monet. *l. c. nu.* 111. Gabr. *de præſcr. concl.* 2. *n.* 11. ſicut nec in locis poſtea quæſitis. Rot. *deciſ.* 333. *nu.* 31. *p.* 10. *rec.* ubi, quod immemorabilis non ſolvendi decimas non extendatur in poſtea quæſitis. ubi Gabr. *loc. c. num.* 13. Zaſius *conſ.* 16. *num.* 54. *& ſeq. lib.* 2. Mareſc. *lib.* 1. *var. reſ. c.* 11. *n.* 18. *ad fin.* ubi quod id etiam procedat in privilegio exemptivo. & ibi Rot. *in una Seguntin. decimarum.* 30. *Octobris* 1600. *coram Card. Seraphin.* Neque de perſona in perſonam. Rebuff. & Monet. *ll. cit.*

Quod vero Laici poſſint fieri immunes a ſolutione 27
decimarum, procedit, dummodo miniſtris Eccleſiæ aliunde ſufficiens ſuſtentatio ſuppetat. DD. apud Dian. *p.* 3. *tr.* 3. *reſ.* 78. Monet. *l. c. nu.* 105. ubi Rebuff. *d. q.* 13. *n.* 57. *&* 58. poſt Angel. *in ſumma. verb. decimæ.* §. 2. ſi enim deficientibus decimis, miniſtri Eccleſiæ aliunde non haberent congruam ſuſtentationem, puta ex oblationibus, legatis piis &c. Laici non poſſent fieri immunes ab illarum ſolutione; cum illæ debeantur ad hunc effectum de Jure divino, de quo P. Pirhing *d. tit. de decim. ſect.* 6. §. 3. *n.* 126. ubi DD. Et hinc dicitur etiam quod etiamſi decimæ aliquando ex conceſſione Apoſtolica, aut alio modo transferantur in alios, etiam Laicos, hæc translatio ſemper intelligatur ſub tali conditione, ut congrua remaneat Rectori, cui Papa per hanc translationem non cenſetur voluiſſe præjudicare, atque ita, illa deficiente, ad illam tenentur, qui tales poſſident decimas, utpote tunc de Jure Divino debitas. *cap.* 2. §. *ubi autem, de decim. in* 6. Rebuff. *de congr. num.* 47. Covar. *var. reſ. l.* 1. *c.* 17. *num.* 6. *in fin.* apud Rot. *deciſ.* 420. *n.* 8. *p.* 1. *rec. & dec.* 437. *n.* 4. *p.* 3. *rec.* Gratian. *diſc. for. c.* 366. *n.* 20. ubi cit. Rebuff. *& q.* 12. *n.* 103. Ludoviſ. *deciſ.* 497. *n.* 1. & Rot. *in una Pacenſ. congruæ.* 18. *Junii* 1612. *coram ſacrato. & dec.* 1. *p.* 19. *rec. n.* 3. & infra *n.* 76.

Porro ad præſcribendam hanc exemptionem requiri- 28
tur ſpatium quadraginta annorum cum probatione tituli, vel tempus immemoriale, juxta *cap.* 1. ubi gloſ. *de præſcr. in* 6. Rebuff. *ubi ſupra.* & Monet. *loc. c. n.* 112. Covar. *lib.* 1. *var. reſ. c.* 17. *n.* 10. *circa medium.*

Rot.

Rot. apud Monet. *loc. cit.* quod tamen procedit in præſcriptione contra habentem decimas ex jure univerſali: nam ad præſcribendum contra illum, qui habet decimas de jure ſpeciali, uti ex donatione &c. ſufficiunt ſoli quadraginta anni cum bona fide. gloſ. *in d. cap.* 1. Rot. apud Burt. *in cap. pervenit, de cenſ.* Balb. *de præſcript. p.* 1. *part.* 5. *princ. q.* 8. *nu.* 6. etiamſi enim Laici non poſſint ſola præſcriptione acquirere jus decimandi ex alienis agris, tanquam incapaces juris ſpiritualis, quale eſt jus decimandi. *cap. cauſam.* 7. *de præſcr.* aliud tamen dicendum eſt in acquiſitione juris percipiendi integros fructus ex propriis agris abſque illorum decimatione, quod jus non eſt quid ſpirituale. ita Covar. *loc. cit.* P. Pirhing. *tit. de decim. ſect.* 6. *num.* 130. ubi etiam Suarez *lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 17. Navar. *conſ.* 1. *n.* 4. *de decim.*

29 Ut vero Laici præſcribant exemptionem a tota decima contra Eccleſiam habentem de Jure intentionem fundatam, ſecundum ſententiam Rotæ, non ſufficit ſola immemorabilis ſine titulo ad præſumendum, privilegium obtentum fuiſſe ante Concilium Lateran. ſed requiritur exhibitio ipſiuſmet privilegii Apoſtolici, vel probatio famæ privilegii una cum immemorabili, ſecundum magis communem per Abb. & Innoc. *in cap. cum Apoſtolica, de his, quæ fiunt a Prælat.* Rot. *deciſ.* 474. *num.* 3. *p.* 1. *rec.* Rebuff. *de decim. q.* 3. *nu.* 69. Gabr. *de præſcr. concl.* 1. *num.* 16. Rot. ſæpius apud Monet. *l. c. num.* 112. *verſ. ad hoc autem.* & apud Mareſc. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 17. *a num.* 1. quomodo vero fama probanda ſit, vid. infra *num.* 64.

30 Porro cum libertas ſolvendi decimas, ſeu exemptio non præſumatur; cum hoc onus cenſeatur eſſe annexum, & intrinſecum ipſis bonis, ad tex. *in cap. decimæ.* 16. *q.* 1. *& in cap. omnes decimæ d. cauſ.* 16. *q.* 7. & quidem de Jure divino quoad ſubſtantiam, ut ſupra *num.* 3. ideo ab illam allegante probari debet tanquam fundamentum ſuæ intentionis, vel per privilegium, vel per immemorabilem &c. probando, decimam nunquam fuiſſe ſolutam; per deducta a Gabr. *de probat. concl.* 6. DD. *in cap. ſuper his, de accuſat.* ubi Innoc. *num.* 10. Butr. *num.* 3. Felin. *n.* 16. *in* 3. *concluſ.* Bart. in *L. actor. n.* 6. *C. de probat. in antiqu. lect.* apud Rot. *deciſ.* 31. *a num.* 1. *ſeqq. p.* 8. *rec.*

31 Et præſcriptio non ſolvendi decimas non probatur, niſi doceatur, illas fuiſſe a parte contraria petitas, & denegatas cum patientia, & acquieſcentia. Seraphin. *deciſ.* 1102. *num.* 8. Burat. *deciſ.* 572. *num.* 12. & 13. Celſus *deciſ.* 44. *num.* 8. & diximus ſupra in verbo *Conſuetudo. num.* 43. nam generale eſt, quod in actionibus negatoriis nunquam incipiat poſſeſſio favore alicujus, niſi etiam concurrat ſcientia, & patientia illius, de cujus præjudicio agitur, ut notant Bart. *in L.* 1. *§. in hoc interdicto. ff. de itinere actuque privat.* Felin. *in cap. cum acceſſiſſet. num.* 26. *de conſtit.* relati a Rota *deciſ.* 31. *num.* 2. *p.* 8. *rec.* tex. *in L. in incorporabilibus. C. de ſervit.* Poſt. *de manuten. obſ.* 10. *num.* 100. *ſeqq.* Limita primo ſecundum aliquos, quod id proeedat, quando negativæ præſcriptionem allegans nullum alias habet titulum, ſecus ſi cum præſcriptione titulum haberet; nam tunc relevaretur ab onere probandi hanc qualitatem ſcientiæ, & patientiæ &c. Gratian. *diſc. for. cap.* 870. *num.* 33. Bichius *deciſ.* 386. *num.* 11. Rot. *deciſ.* 319. 11. *p.* 17. *rec.* Limit. ſecundo quando non conſtat, quod adverſarius ſemel fuerit in poſſeſſione exigendi decimas; nam tunc libertas in ſuo primævo ſtatu conſervanda, & manutenenda eſt: ſecus ſi de poſſeſſione anteriori conſtat. Bich. *deciſ.* 597. *num.* 1. Rot. *deciſ.* 2. *nu.* 1. & 5. *p.* 18. *rec. tom.* 1. ubi Bal. *conſ.* 257. *lib.* 2. Selva *conſ.* 66. *num.* 4. Surd. *conſ.* 234. *ſub num.* 39. Poſtius *loc. cit. num.* 103. ubi quod libertas non ſolvendi, aut aliquid non faciendi ſit manutenenda, niſi conſtet, quod præceſſerit obligatio. Limit. tertio, quod ſupra dicta qualitas requiratur tantum in præſcriptione longi, ſeu longiſſimi temporis, non vero in immemorabili, juxta Aym. *conſ.* 111. *ſub num.* 2. & 21. *& conſ.* 775. *col. penult.* Natta *conſ.* 446. *nu.* 15. Menoch. *conſ.* 887. *num.* 54. & alios apud Rot. (quæ tamen dubitat de hac limitatione) *deciſ.* 333. *num.* 27. *p.* 10. *rec.* quia immemorabilis inducit præſumptam conceſſionem privilegii, quæ petitione, & ſolutionis denegatione non eget.

32 Ulterius in probanda præſcriptione non ſolvendi debent teſtes coarctare negativam, aſſerendo, aliter eſſe non poſſe, quin ipſi ſcirent vel vidiſſent. Bart. *in L.* 1. *§. hoc interdicto. nu.* 8. *ff. de itiner. actuq. privat.* gloſ. *in §. hinc nobis in verb. & vidiſſe in fin. auth. de hæred. & Falcid.* D. D. apud Ludoviſ. *deciſ.* 325. *nu.* 5. *&* *deciſ.* 510. *n.* 1. Gabr. *de teſtib. concl.* 4. *n.* 8. Rot. *deciſ.* 212. *p.* 10. *rec. n.* 6. & ſic non probarent, ſi dicerent, *non vidi, non interfui &c.* cum ſolvi potuerint prædictæ decimæ, etiamſi non viderint &c. DD. *cit.* & Bal. *in rubr. C. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab. num.* 7. *verſ. & adverte.* quamvis deponant etiam de ſenſu proprio de aliquo tempore, decimas non fuiſſe ſolutas; cum potuerint alio tempore ſolvi, ut notavit Rota *in una Hiſpalenſ. decimarum, dec.* 22. *p.* 10. *rec. n.* 10. ubi Cavaler. *deciſ.* 487. *num.* 3. Seraphin. *deciſ.* 1102. *num.* 8. *verſ. & ideo.* & alii. Limita, niſi ex qualitate teſtium appareat, ipſos fuiſſe taliter informatos, quod non potuiſſent decimæ ſolvi, quin ipſi ſciviſſent, quo caſu non requiritur, quod illud exprimant. gloſ. *in d. L.* 1. *§. hoc interdicto. primo, in verb. an non, in fin. ff. de itiner. actuq. priv.* Ludoviſ. *loc. cit. num.* 6. & ibi Beltramin. *num.* 27. ubi Farin. *de teſt. q.* 65. *nu.* 218. & Rota pluries. Multo minus probarent, ſi deponerent, ſe non recordari, aut neſcire, an decima fuerit ſoluta. Rot. coram Mantic. *deciſ.* 341. *num.* 5. *&* *deciſ.* 232. *num.* 13. *p.* 17. *rec.* Neque negativa non ſolvendi decimas ſuffragatur, ſi decima ſoluta non fuerit propter illius exiguitatem; nam tunc fruſtra prætenditur inducta præſcriptio negativa in præjudicium Eccleſiæ, ſed ſi poſtmodum fructus multum excreverint, decima ſolvenda erit. Monet. *de decim. cap.* 4. *q.* 1. *ſub n.* 9. gloſ. *in cap. commiſſum, verb. paſcuis, de decim.* Burat. *deciſ.* 402. *num.* 3. & alii apud Rot. *dec.* 232. *nu.* 14. *p.* 17. *rec.*

Hæc vero præſcriptio interrumpitur per litem introductam etiam coram Judice Laico, licet nulla ſit; quia per illam reus conſtituitur in mala fide. Rot. apud Monet. *d. cap.* 5. *nu.* 112. *verſ. hæc præſcriptio.* Balb. *de præſcr.* 3. *p.* 6. *part. princ. q.* 4. *num.* 3. Item proteſtationibus extrajudicialibus, ſi ſunt aptæ inducere malam fidem. Butr. *in cap. gravis. n.* 11. *de reſt. ſpoliat.* Abb. *in c. ut debitus. nu.* 2. *de appellat.* Rot. apud Monet. *loc. cit. verſ. item.* Limita, niſi ſententia fuerit lata ad favorem poſſeſſoris; quia tunc nec inducitur mala fides. Felin. *in cap. illud num.* 17. *in* 14. *concl. de præſcr.* Covar. *in regul. poſſeſſor. p.* 2. §. 12. *num.* 4. *verſ. ſecunda concluſio,* & alii apud Monet. *l. c. verſ. non tamen.* 33

Præterea hæc negativa non remanet probata, ſi adſint teſtes deponentes de affirmativa, qui in concurſu regulariter præferuntur deponentibus de negativa, juxta gloſ. *in L. diem proferre. §. ſi plures. verb. conſenſerunt. ff. de arbitr.* & gloſ. *fin. in fin. in cap.* 1. *de præſcr. in* 6. Gabr. *de teſtib. concl.* 4. *num.* 1. Ludoviſ. *deciſ.* 445. *num.* 3. Rot. *deciſ.* 182. *num.* 29. *p.* 7. *rec.* maxime ſi teſtes de affirmativa deponant de facto proprio. Rot. *deciſ.* 591. *p.* 5. *rec. to.* 2. *num.* 17. niſi forſan teſtes de non ſolutione deponentes eſſent numero plures, & una ſimul verioſimiliora deponerent ad normam v. g. generalis, ſeu particularis conſuetudinis, confeſſionis ipſius partis, vel alias adminicularentur, ut per Rot. *dec.* 2. *num.* 7. *p.* 18. *rec. tom.* 1. *&* *deciſ.* 99. *num.* 7. *p.* 15. *rec.* ubi Socin. Sen. *conſ.* 12. *ſub num.* 20. *verſ. ſecundum quia.* Ludoviſ. *deciſ.* 100. *num.* 3. *&* 4. 34

§. V.

Quibus ſint ſolvendæ decimæ, & de quibus rebus? ubi de Jure Parochi.

Decimæ de Jure ſunt ſolvendæ Parochis. *cap. Eccleſias.* 13. *q.* 1. & ibi gloſ. *in verb. in diœceſi.* & Parochi in ſua Parochia, & cura, habent intentionem fundatam in Jure communi in terris exiſtentibus intra limites ſuæ Parochiæ. *c. ſi quis Laicus cap. ſtatuimus.* 16. *q.* 1. *cap. cum in tua, & cap. cum contingat,* & ibi Card. *de decim.* etiam contra Epiſcopum. *cap. fin. de Paroch.* Rebuff. *de decim. q.* 7. *num.* 5. Trunchedin. *conſ.* 91. *num.* 8. *ſeqq.* Ventrigl. *de decim. annot.* 17. §. 2. Monet. *de decim. cap.* 7. *q.* 2. apud quem Rot. ſæpius, & apud Merlin. *deciſ.* 640. *num.* 1. *inter ejus ſelectas.* Limita primo in prædiis ſitis intra limites Cathedralis, in quibus præfertur Epiſcopus. *cap. dudum, de decim.* Limita ſecundo in decimis, quæ in nullius Parochia ſunt ſitæ. *cap. quoniam de decim.* & tunc debentur Epiſcopo. Barboſ. *de offic. Epiſc. alleg.* 86. *num.* 36. ad tex. 35

in c.

in c. quoniam. & ibi Abb. *num.* 2. & 4. glos. *in c. cum contingat, in verb. de jure communi, de decim.* Azor. *inst. mor. lib.* 7. *c.* 36. *q.* 9. quas secundum discretionem suam a Deo eidem datam alii Ecclesiæ deputare, vel ad opus suum poterit retinere, ut dicit tex. *in d. cap. quoniam.* quem quidem textum intelligunt DD. ubi constat, quod prædium in nullius Parochiæ finibus situm sit: secus si sit situm inter duo oppida habentia Parochias distinctas: tunc enim etiamsi non appareret, quis esset hujus territorii verus Parochus, non propterea posset Episcopus sibi retinere decimas, sed inter proximas, & contiguas Parochiales esset facienda divisio, ut dixit Rot. *in una Pacens. decimarum dec.* 202. *nu.* 3. *p.* 3. *rec.* ubi Jo. Andr. *in d. c. quoniam. num.* 2. Anchar. *num.* 4. & Anan. *num.* 3. *de decim. q.* 14. *nu.* 4. cum tunc præsumantur communes utriusque Parochiæ. *& in decis.* 212. *d. p.* 3. *num.* 3. 9. *&* 12. *seq. & in dec.* 270. *d. p.* 3. *&* 4. ubi, quod Episcopus prætendens decimas, deberet probare hanc negativam tanquam fundamentum suæ intentionis, quod nempe prædium in nullius Parochia sit situm, vel certe esse incertum, aut saltem juxta Host. *in d. c. quoniam. num.* 2. quod deberet facere super hoc diligentem inquisitionem juxta formam. *c. cum causam, de probat. & cap.* 1. *de relig. domib.* ubi vide. Limit. tertio, cum Parochiæ non sunt distinctæ; quia tunc tota Diœcesis est Parochia Episcopi. *c. omnes Basilicæ.* 16. *qu.* 7. ita ut tunc etiamsi Episcopus soleat uni vel pluribus beneficiatis curam animarum demandare cum facultate illam administrandi ad libitum, & nomine ipsius Episcopi, tamen ipse, tanquam Parochus universalis, & non beneficiati habeat in dictis decimis assistentiam juris. Rot. *dec.* 283. *num.* 3. *&* 4. *p.* 12. *rec.* ubi tex. *in c. fin.* ubi glos. *de Paroch.* Rebuff. *de decim. q.* 7. *num.* 9. Azor. *inst. mor. tom.* 1. *lib.* 7. *c.* 35. *q.* 9. *vers.* 3. *quando non sunt distinctæ.* Monet. *de decim. c.* 7. *q.* 2. Barb. *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 86. *num.* 37. *& de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 26. §. 2. *num.* 15. & alii.

36 Quæ quidem Juris assistentia, quam habet Parochus in decimis insurgentibus intra limites suæ Parochiæ, sola sufficit in judicio petitorio. Maresc. *var. res. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 14. Rot. *decis.* 135. *per tot. p.* 2. *rec. & decis.* 321. *num.* 3. *p.* 15. *rec.* ita ut non teneatur aliter probare, decimas sibi competere, sed transferat onus contrarium probandi in adversarium. Maresc. *loc. cit.* ubi Rebuff. *de congr. port. num.* 10. *cum seqq.* & alii. Rotæ cit. *decis.* 133. *num.* 5. *p.* 11. *rec.* Ita ut contra Parochum habentem assistentiam juris non sufficiat quasi possessio, nisi etiam justificetur titulus etiam in judicio possessorio, ut ad tex. *in cap. ad decimas, de rest. spol. in* 6. Batt. *cons.* 82. *in princ. lib.* 1. Calderin. *cons.* 10. *per tot. de prob.* tenuit Rot. *dec.* 126. *num.* 2. *p.* 15. *rec.* quæ tamen loquitur tantum de possessione modici temporis, seu quinque annorum: & quod illa quasi possessio non liberet a probatione, nec illam transferat in Parochum habentem assistentiam Juris, tenuit etiam Rota *in una Calaguritan. decimarum coram Celso*, quæ est *decis.* 211. *inter ejus impress. n.* 12. ubi tex. *in cit. cap. ad decimas, de rest. spol. in* 6. Bal. *in L. vis ejus, in fin. C. de probat.* Ruin. *cons.* 28. *num.* 9. *lib.* 4. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 69. *nu.* 4. idque etiamsi possessio sit longæva; per Alex. *cons.* 76. *nu.* 4. *lib.* 3. Seraphin. *decis.* 332. *num.* 3. *& seqq.* & quod habens contra se juris præsumptionem non possit obtinere in possessorio, nisi etiam titulum probet, tenet etiam Tranched. *consult.* 91. *num.* 17. ubi Tondut. *cap.* 104. *num.* 7. *var. res. p.* 1. Castil. *de tertiis. cap.* 3. *num.* 50. *& cap.* 20. *num.* 1. Joseph. de Rosa *consult.* 9. *num.* 6. Limita si in contrarium probaretur immemorabilis, aut certe temporis considerabilis, puta 40. ann. cum titulo; quia illa facit cessare assistentiam Juris in Parocho, ad not. per glos. *in cap. in aliquibus. verb. loci consuetudine, in fin. vers. quia Clerici, de decim.* Rebuff. *de decim. q.* 13. *num.* 63. Beltram. ad Ludov. *dec.* 312. *num.* 4. *vers. item assistentia.* Post. *de manuten. obs.* 45. *num.* 22. *& seq.* & alii apud Celsum *decis.* 110. *num.* 2. *seqq.* quod procedit si Ecclesia &c. possideat; quidquid sit in Laicis, de quibus infra §. 7. Ex quibus plures oriuntur quæstiones. Inter quas

37 Quæritur primo, an contra Parochum in decimis existentibus intra limites suæ Parochiæ habeat locum actio spolii, ita ut spoliatus a Parocho debeat ante omnia restitui &c. & Resp. sub distinctione: vel enim agens contra Parochum actione spolii probat, quod tantum aliquamdiu possederit, puta quinque, aut sex annis (de quo casu loquitur Rot. *sup. cit. in decis.* 126. *p.* 15. *rec.*) & tunc non habet locum contra Parochum actio spolii, ob tex. clarum *in cap. ad decimas.* 2. *de rest. spol. in* 6. nisi spoliatus probet titulum, vel immemorabilem &c. ibique rationem dant DD. quia jus commune resistit spoliato, assistit vero spoliatori: præsumunt enim jura, quod quis contra Parochum injuste decimas possideat, & occupaverit. *DD. infra citandi.* Quod si vero spoliatus doceat de possessione immemoriali, aut certe temporis considerabilis, habet locum etiam contra Parochum actio spolii. ita P. Pirhing *lib.* 2. *decretal. tit.* 13. *de rest. spol.* §. 6. *num.* 42. P. Laym. *in d. cap. ad decimas. nu.* 2. P. Engel. *lib.* 3. *decret. tit. de decim. n.* 4. Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 17. *num.* 6. ubi DD. & rationem dant; quia probando longam pacificam possessionem, juris præsumptionem pro se allegare videtur; ad notat. per Panorm. *in cap.* 3. *num.* 52. *de caus. possess.* Franc. *in cit. cap. ad decimas. limit.* 4. spoliatus autem decimis ideo juxta *cit. cap. ad decimas*, ad illas non restituitur, quia præsumitur, decimas occupasse, & injuste detinere, & ita præsumptio non tantum est contra jus decimandi, sed etiam contra illius possessionem; hæc autem præsumptio contraria præsumptione tolli, vel saltem infirmari potest, ut dubitari possit, ad quem decimæ legitime spectent; & possessio longæva, & multo magis immemorialis habet vim tituli; quibus accedit alia ratio, ne alias daretur ansa Parochis aliena jura turbandi, violentiarum scandala excitandi, & mundum litibus implendi. Quodnam autem possessionis tempus dicatur considerabile; Resp. quod tempus considerabile in decimo verificetur, non solum quando est contra præsumptionem juris, sed etiam contra jus; dummodo possessio fuerit pacifica. Mares. *lib.* 1. *var. res. cap.* 11. *num.* 55. & ibi Cassad. *dec.* 2. *de caus. possess. & propriet.* ubi dicitur, quod ex possessione decennali inducatur titulus præsumptus; idem tenuit Rot. *decis.* 397. *p.* 19. *rec. n.* 1. Postius *de manuten. obs.* 44. *n.* 23. *&* 24. Cancer. *var. res. tom.* 3. *cap.* 14. *n.* 45. Rot. *decis.* 100. *n.* 13. *p.* 11. *rec.* & hæc quidem minorem videntur habere difficultatem, si possessor contra Parochum sit Ecclesia, aut Ecclesiastica persona. At

Quær. secundo, utrum possit etiam Laicus agere con- 38
tra Parochum in causa decimarum existentium intra limites suæ Parochiæ, actione spolii, vel an possit eum Parochus repellere exceptione, *eum dictas decimas possidere non posse, nec potuisse*, donec doceat de titulo &c. & negative quoad primum, ac affirmative quoad secundum in similibus casibus respondet Menoch. *recuper. remed.* 15. *num.* 433. *seqq.* ob potissimam rationem; quia hoc modo nihil contra possessorium objicitur, sed possessorium illud negatur, quare frustra de possessorio tractatur, cum non entis nullæ sint qualitates. *L.* 3. *C. de usufr. L. ejus qui in provincia. ff. si cert. pet.* ubi allegat plures DD. & exempla; inter quæ illud, quod adversus repetentem beneficii possessionem, objici possit, eum esse Laicum, qui spiritualia possidere minime possit. *cap. causam, de præscr.* aliud est enim quod possessio sit contra præsumptionem juris, ut *in n. antecedenti*, & aliud quod Jus resistat possessioni, Rot. *decis.* 268. *num.* 2. *p.* 2. *& decis.* 534. *n.* 7. *p.* 1. *divers.* citatæ a Beltram. ad Ludov. *dec.* 370. *num.* 10. uti resistit in Laicis, ut infra dicemus; & ideo prior possessio, si sit considerabilis, manutenetur etiam contra habentem assistentiam Juris. *DD. num. antec. cit.* & Menoch. *de retin. remed. ult. n.* 21. non vero posterior regulariter, nisi docto de legitimo titulo. Beltramin. *loc. cit.* ubi Caputaq. *decis.* 296. *p.* 1. & ideo dixit glos. *in cit. cap. ad decimas in initio, & in verb. præsumitur, de rest. spol. in* 6. quod Laicus quantocumque tempore perceperit decimas in aliqua Ecclesia Parochiali, si Rector illius Ecclesiæ spoliaverit Laicum, Laicus contra Rectorem non possit intentare interdictum *unde vi.* nisi alleget titulum ante Concil. Lateran. &c. nec audiatur, si alleget præscriptionem; quia non potest præscribere; cum non possit possidere, ut infra plura. Tranchedin. *consult.* 91. *num.* 21. & possessio Laicorum in decimis, sine titulo, sit simplex detentio de facto, quæ non manutenetur. vide etiam DD. apud Covar. *d. cap.* 17. *num.* 6. ubi tamen cum aliquibus limitat in illo casu, ubi pro

spo-

ſpoliante non adeſt juris præſumptio, tametſi ea adverſetur ſpoliato. ubi vide & Poſt. *loc. cit. n.* 51. *&* 52.

39 Prioribus non diſſimilis eſt tertia quæſtio, an nempe ex ſola juris aſſiſtentia concedatur Parocho manurentio in jure decimandi alio exiſtente in poſſeſſione de tempore motæ litis? & affirmative olim reſpondit Rot. apud Mareſc. *var. reſ. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 14. quam ipſe ſequitur, ob rationem; quia cum hæc juris aſſiſtentia transferat onus probandi in adverſarium, ut ſupra diximus, multo magis debebit ſufficere in judicio ſummariiſſimo manutentionis. Verum hodie Rot. hanc opinionem in dubium poſuit, teſte cit. Mareſc. *num.* 13. & ut videre eſt etiam *in una nullius juris decimandi deciſ.* 685. *num.* 2. *p.* 1. *rec.* & ibi Abb. *in cap.* 1. *num.* 8. *ut lit. pend. & in deciſ.* 61. *num.* 4. *p.* 13. *rec. & in dec.* 508. *p.* 5. *rec. tom.* 2. ubi dicitur ex ſola juris aſſiſtentia manutentionem hodie non concedi. & apud Beltramin. ad Ludoviſ. *dec.* 512. *num.* 4. *verſ. extra vero materiam juriſdictionis.* quod multo magis procedit, ſi dicta Juris aſſiſtentia redderetur turbida, vel contraria poſſeſſione temporis conſiderabilis, ut ſupra, vel una cum poſſeſſione, producatur titulus &c. nam dum diſputaretur de illius valore, eſſet poſſeſſor manutenendus etiam contra Parochum. Ludoviſ. *d. deciſ.* 312. *nu.* 1. Mareſc. *loc. cit. num.* 16. late Poſtius *de manuten. obſ.* 45. *a num.* 42. *ad* 54. dixi de tempore motæ litis, ubi ſufficit poſſeſſio etiam vitioſa; quia ubi agitur in poſſeſſorio ſummariiſſimo retinendæ, attenditur ſolus ſtatus, & detentio facti, nec opus eſt juſtificare poſſeſſionem, & proinde datur etiam ſpoliatori. Covar. *pract. quæſt. cap.* 17. *num.* 1. 5. *&* 6. Seraphin. *deciſ.* 582. & alii apud Clem. Merlin. *deciſ.* 19. *num.* 9. & ſic contra talem poſſeſſorem debebit a ſpoliato agi remedio *unde vi*, aut *uti poſſidetis*, ſeu poſſeſſorio ordinario quod an, & quando poſſit fieri contra Parochum, vidimus *num.* 36. *ſeq.* plura infra *manutentio.* Sed an hæc procedant etiam in Laico poſſeſſore, ut etiam is manuteneri debeat etiamſi non alleget titulum, vide *num. antec.* & negativæ videtur adhærere etiam Poſtius *l. c. obſ.* 44. *num.* 46. cum ſit poſſeſſionis incapax. Caputaq. *deciſ.* 296. *p.* 2. apud Ludoviſ. *deciſ.* 404. quod tamen etiam in Laico limitatur primo, ſi non conſtaret, quod illæ decimæ, quas Laicus percipit, ſint ſpirituales, & Eccleſiaſticæ, ſed potius reſponſiones aliquæ, quarum Laicus non eſt incapax, & donec hoc cognoſcatur, Laicus manuteneri debet. Ludoviſ. & Poſtius *ll. cit.* Limit. ſecundo, ſi Laicus adverſus Laicum agat, & ita Parochus non ſit in quæſtione. Poſt. *loc. cit. ſub num.* 50. ubi Mantic. *deciſ.* 289. *num.* 2. Covar. *d. lib.* 1. *var. c.* 17. *num.* 6. *ante med. verſ. quamobrem.*

40 Decimæ vero prædiales debent ſolvi in illo loco, ſeu illi Eccleſiæ, ubi prædia ſita ſunt. *cap. fin. de Paroch.* niſi aliter habeat conſuetudo. *cap. cum ſunt, cap. ad Apoſtolicæ, de decim.* Rebuff. *de decim. q.* 6. Perſonales vero, ubi audiuntur divina, & percipiuntur Sacramenta frequentius. Rebuff. *loc. cit. num.* 2. Si vero æqualiter in utraque Parochia audiuntur divina, vel percipiuntur Sacramenta, decimæ dividuntur æqualiter, & pro rata temporis. Bohic. *in cap. pervenit, de decim.* Rebuff. *l. c.* Secus, ſi audiantur in Monaſteriis; quia decimæ adhuc debentur Parochiæ; nam paria ſunt recipere, & recipere poſſe. Federic. de Sen. *conſ.* 253. *in fin.* Monet. *de decim. cap.* 7. *q.* 2. ubi Navar. *de decim. conſ.* 2. *num.* 5. Rebuff. *loc. cit. num.* 2. & alii. Limita quoad Baptiſmales tantum, quæ non ſunt ſimul Parochiales; quia illis decimæ non ſolvuntur. Item quoad Vicarias perpetuas; nam decimæ ſolvuntur Rectori Eccleſiæ, non vero Vicario, etiam perpetuo. Riccius *in prax. var. reſ. p.* 2. *reſ.* 153. & debentur Monaſterio curam habenti in proprietate, non autem Rectori, ſeu Vicario actu curam exercenti. Rot. *deciſ.* 192. *num.* 3. *p.* 7. *rec.* ubi Innoc. *in cap. paſtoralis. num.* 1. *de privileg.* ubi etiam Abb. *num.* 7. Mohed. *deciſ.* 5. *de decim.* Creſcent. *eod. tit. deciſ.* 2. & alii apud Beltram. ad Ludoviſ. *deciſ.* 174. *num.* 8. ipſe Ludoviſ. *loc. cit. num.* 3. Rot. *deciſ.* 520. *num.* 5. *&* 6. *par.* 13. *rec. & deciſ.* 304. *p.* 7. *rec. num.* 8. *&* 12. *ſeqq.* Et debent ſolvi etiam non danti, ſeu non diſtribuenti candelas in die Purificationis B. M. V. Riccius *in prax. Paroch. reſ.* 527. *num.* 1. *in p. c.*

41 Parochus tamen decimas prædiales prætendens, debet plene intentionem ſuam fundare probando, quod dicta prædia ſita ſint intra limites ſuæ Parochiæ. tex. ad litteram *in c. ad decimas, de reſt. ſpol. in* 6. Archid. *in cap. quod priori.* 13. *q.* 1. Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de Paroch. n.* 1. Roman. *conſ.* 356. *n.* 1. *&* 2. & alii apud Rot. *deciſ.* 124. *nu.* 2. *p.* 5. *rec. tom.* 1. & coram Coccin. *deciſ.* 454. *inter ejuſd. impreſſ. num.* 1. alias eſſet manutenendus ille, qui Sacramenta adminiſtrat dominis, ſeu cultoribus dictorum agrorum; cum habeat aſſiſtentiam Juris in decimis; cum jus illas percipiendi ſequatur curam animarum. tex. *in cap. fin. de Paroch.* & decimæ dentur propter adminiſtrationem Sacramentorum.

In probatione autem ſituationis &c. in dubio ali- 42
quando arguitur a limitibus Juriſdictionalibus ad decimatorios. Butr. *in c.* 1. *n.* 15. *de relig. dom.* Felin. *in cap. quia judicante. num.* 6. *verſ. cum iſtis concordat, de præſcr.* apud Rot. coram Coccin. *deciſ.* 454. *num.* 4. *inter ejuſd. impreſſ.* Gratian. *diſc. for. cap.* 595. *num.* 8. ubi Hoſt. *in ſum. de relig. domib.* §. *cui ſubeſt. verſ. ſed ſi jurarunt. & alii.* Sicut etiam ex ſolutione collectarum, & aliis, de quibus vide Gratian. *loc. cit.* & ibi de Luca *a n.* 9. ſecus ubi conſtat de diviſione Parochiarum. Hoſtienſ. *in cap. ſuper eo. n.* 3. *&* 11. *de Paroch. & in cap. querimoniam. n.* 2. & ibi etiam Butr. *num.* 6. *de jurepatr.* apud Coccin. *loc. cit. num.* 3. ſicut etiam dicitur, quod a territorio temporali non bene inferatur ad territorium ſpirituale, ſive diœceſanum. gloſ. *in Clem. ne Romani, verb. diœceſim, de elect.* Butr. *in tap. querimoniam. num.* 6. *de Jurepatr.* Felin. *in cap. cum cauſam. num.* 12. *de probat.* apud Rot. *deciſ.* 270. *n.* 1. *p.* 3. *rec.* Bene vero probatur ex actis viſitationis, in quibus enunciatur, prædia eſſe ſita in aliqua Parochia, maxime ſi emanaverit ab Epiſcopo; quia eidem tanquam informato de ſtatu ſuarum Eccleſiarum credendum eſt; ad tradita per DD. *in Clem.* 2. *de offic. Ordin.* Rot. *deciſ.* 541. *p.* 1. *& deciſ.* 196. *num.* 2. *&* 3. *p.* 16. *rec.* Item probatur teſtibus deponentibus de certis confinibus, & limitibus, & aliis conjecturis. *c. cum cauſam, de probat. c. cum olim, de cenſib.* Rot. *deciſ.* 180. *num.* 8. *p.* 7. *rec. & deciſ.* 22. *d. p.* 7. *num.* 2. vide etiam Gozal. & DD. *in cap. cum cauſam, de probat.*

De cætero cuinam Eccleſiæ decimæ ſint ſolvendæ, 43
an prædiali, ſive ubi ſita ſunt prædia; an vero Sacramentali, ſive ubi prædiorum domini, ſeu cultores illorum percipiunt Sacramenta? ſtatur conſuetudini, ut ſupra diximus, *& num.* 23. ad quam in dubio recurritur. *cap. cum ſint homines, de decim.* etiam in novalibus. *cap. commiſſum.* & ibi DD. *de decim.* Rot. *dec.* 333. *num.* 3. *p.* 5. *rec. tom.* 1. quia tamen communior eſt opinio, decimarum prædialium ſolutionem ab eo, qui in una parochia degit, & in alio prædia colit, fieri debere in loco, in quo ſita ſunt prædia; ad tex. *in cap. quoniam, & cap. cum contingat, & c. Apoſtolicæ, de decim. & cap. ad decimas, de reſt. ſpol. in* 6. DD. apud Rot. *deciſ.* 169. *num.* 4. *p.* 5. *rec. tom.* 1. Gratian. *diſc. for. d. cap.* 595. *num.* 18. *ſeqq.* ideo Eccleſiæ Sacramentali prætendenti decimas in vim conſuetudinis incumbet onus probandi dictam conſuetudinem. Rot. *deciſ.* 382. *p.* 16. *rec. n.* 16. Et teſtes de hac conſuetudine deponentes debent præcise deponere ad minimum de decennio. Abb. *in cap. cum ſint homines. num.* 6. *de decim.* quem refert Achill. *dec.* 3. *n.* 5. *eod. tit.* & alii apud Rot. *deciſ.* 124. *n.* 13. *p.* 5. *rec. tom.* 1. & coarctare ſuam negativam, quod ita fuerit toto illo tempore ab omnibus obſervatum, ita ut decimæ nunquam fuerint illo decennio Eccleſiæ prædiali ſolutæ. Gratian. *diſc. for. d. cap.* 595. *n.* 24. apud Rot. *deciſ.* 382. *n.* 7. *p.* 16. *rec.* nec ſufficit, ſi deponant per verbum juris, dicendo, *ita talis eſt conſuetudo.* niſi factum deducant, ſeu rationem reddant, ex qua factum deducatur, ut per Decian. *reſp.* 51. *n.* 11. *lib.* 2. dixit Rot. *deciſ.* 223. *num.* 2. *p.* 1. *& deciſ.* 252. *nu.* 2. *p.* 3. *rec.* Imo ſi Parochus prædialis probaverit particularem conſuetudinem ad ſui favorem, non ſufficeret conſuetudo decennalis contraria, ſed requireretur formalis præſcriptio; quia ageretur de jure alicui privato acquirendo juxta ſuperius dicta, & Abb. *in cap. fin. nu.* 20. *de conſuet. & in cap. cum Eccleſia Sutrina. num.* 45. *de cauſ. poſſeſ. & propriet.* cum aliis relatis a Rota *d. deciſ.* 169. *n.* 15. *p.* 5. *rec. tom.* 1. Et in hac materia attenditur conſuetudo particularis alicujus loci, non autem conſuetudo generalis totius diœceſis; quia ad eam, tanquam loci dominantis, recurritur tantummodo in ſubſidium, deficiente conſuetudine particulari.

gloſ.

glos. *in cap. super eo, de censib. in verb. in vicinis.* Paris. *cons.* 25. *num.* 42. *lib.* 4. Aym. *cons.* 206. *num.* 14. & alii relati a Rot. *decis.* 279. *p.* 2. *rec.* ubi etiam Federic. de Sen. *cons.* 91. *vers.* 3. *probo. & decis.* 333. *num.* 6. *p.* 5. *rec. tom.* 1. *& decis.* 169. *nu.* 10. *d. p.* 5. *rec.* Et hinc est, quod etiamsi aliqui actus excludant consuetudinem universalem decimandi, ex hoc tamen non excludunt consuetudinem particularem. Anchar. *cons.* 255. incip. *in causa, & quæstione quæ vertitur. sub num.* 3. *vers. ad hoc dico, quod justificari non potest.* Cravet. *cons.* 111. *num.* 6. *vers. & licet in Italia*, apud Rot. *decis.* 101. *num.* 11. *p.* 10. *rec.*

44 Et in concursu testium hinc inde ad probandam consuetudinem a Parocho Sacramentali, vel prædiali aut aliis productorum, statur depositioni illorum, qui deponunt pro Parocho prædiali, etiamsi sint pauciores, utpote habentes pro se assistentiam Juris, ut tenuit Rot. *in una Pampilon. primitiarum. decis.* 382. *nu.* 12. *p.* 16. *rec.* ubi Decius *cons.* 448. *n.* 11. Ruin. *cons.* 147. *n.* 5. *lib.* 5. Seraph. *decis.* 1135. *num.* 4. & alii: ita ut ad destruendam contrariam consuetudinem unicus actus sufficiat, etiamsi plures ante pro consuetudine concurrerent. Bart. *in L. semper in stipulationibus, in fin. ff. de R. J.* Dec. *cons.* 215. *n.* 2. Afflict. *decis.* 80. *n.* 9. cum ad conservandam assistentiam Juris quilibet actus, & quælibet etiam non rigorosa probatio sufficiat, & attendatur. Rebuff. *de congr. port. n.* 10. *& seqq.* Maresc. *lib.* 1. *var. res. cap.* 11. *a nu.* 14. ita Rot. *cit. decis.* 382. *n.* 13. *&* 14.

45 Verum decimæ, quæ solvebantur Parocho Sacramentali ratione administrationis Sacramentorum &c. si illas solvens mutet domicilium, non amplius debentur priori Curato, sed secundo, si ibi audiantur divina, & recipiantur Sacramenta. Azor. *inst. moral. lib.* 7. *c.* 35. *q.* 14. Monet. *de decim. q.* 2. *cap.* 7. *num.* 24. Rot. *d. decis.* 124. *num.* 6. *p.* 5. *rec. tom.* 1. Rebuff. *de decim. q.* 6. *num.* 24. Et in dubio circa voluntatem mutandi domicilium, requiritur, quod per multum temporis in novo domicilio mora trahatur. Butr. *in cap. cum ad Apostolicæ. col.* 2. *de decim.* apud Rebuff. *loc. cit.* relat. a Monet. *loc. cit. num.* 25.

46 Decimæ vero mixtæ dividendæ sunt inter prædialem, & Parochialem, seu Sacramentalem Ecclesiam, juxta quod de personali, & reali decima participant, juxta Monetam *loc. cit. num.* 26. Navar. *cons.* 2. *num.* 8. *&* 9. *tit. de decim.* Dicuntur autem decimæ mixtæ, quæ solvuntur de fœtibus, lana, lacte, caseo, & similibus. Rot. *decis.* 458. *nu.* 47. *p.* 5. *rec. tom.* 2. ubi Host. *in sum. tit. de decim. vers. quot sunt ejus species.* Rebuff. *d. decim. q.* 3. *num.* 33. & alii; nisi solvantur ratione pascuorum; quia tunc dicerentur prædiales, & ideo solvendæ illi Ecclesiæ, in cujus Parochia animalia pascunt, & morantur. Alciat. *cons.* 29. *num.* 5. *tom.* 1. *lib.* 1. post glos. *in cap. ad Apostolicæ, de decim.* Monet. *de decim. cap.* 4. *q.* 1. *num.* 16. vide Rot. *& DD. cit.* quod si in duabus Parochis pascant, vel in una jaceant, & dormiant, & in alia pascant, hujusmodi decima dividenda erit, ut per Rebuff. *de decim. q.* 8. *nu.* 11. *& q.* 6 *num.* 25. *&* 26. & DD. apud Monet. *l. c.* ubi etiam Azor. *d. cap.* 35. *q.* 15. Quod si vero animalia ob hostium, vel abigeorum incursiones fugata sint in alienam parochiam, ibique pariant, debetur nihilo minus decima eidem parochiæ, ex qua fugata sunt. Antonel. *de loco legali lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 5. quia qui est in fuga, videtur esse in loco, a quo recessit. Bart. & Bal. & DD. *in L. hujusmodi. §. legatum. ff. de leg.* 1. Boer. *decis.* 13. *num.* 54. apud Catleval. *de Judic. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *q.* 2. *num.* 103. relati ab Antonel. *loc. cit.*

47 Ex quibus oritur quæstio, si Ecclesia Sacramentalis alleget, seu probet consuetudinem decennalem percipiendi ex pascuis existentibus intra limites alterius Ecclesiæ omnem decimam animalium, casei, lanæ &c. si dicta pascua ad culturam redigantur puta frumenti &c. an tunc dictæ Ecclesiæ Sacramentali debeantur adhuc decimæ? & Rotæ placuit sequens distinctio, quod vel dicta Ecclesia probat, quod perceperit dictas decimas jure universali, & reali concernente ipsam terram, & quidem omnes, & ipse solus, & sic quod pascua fuerint vere decimatoria in favorem ipsius Ecclesiæ Sacramentalis, & tunc habebit etiam decimas novorum fructuum, tanquam subrogatorum in locum priorum; alias secus. de quo vide Rot. *in decis.* 169. *n.* 13. *&* *decis.* 333. *a n.* 8. *p.* 5. *rec. tom.* 1. & quæ infra dicemus *n.* 105. *seqq.*

Decimæ debentur etiam notoriis fornicatoribus, vel aliis criminibus notorie irretitis, etiam non egenis. 48
Monet. *de decim. cap.* 7. *q.* 2. *nu.* 32. *&* 38. ad tex. *in cap. tua nobis.* ubi glos. & DD. *de decim.* Gonzal. *in cap. tua, in verb. nequitiæ Clericorum. eod.* Rebuff. *de decim. q.* 7. *nu.* 15. & hoc etiamsi illas in malos usus convertant. Host. *in rubr. de decim.* apud Rebuff. *loc. cit. n.* 16. & alii relati per Monet. *loc. cit. num.* 33. Episcopus tamen potest illas eisdem auferre, & in utilitatem Ecclesiæ convertere; cum possit illos coercere ab exercitio curæ. *arg. cap. præter, dist.* 32. Rebuff. *loc. cit. q.* 13.

Quæres, an decimæ debeantur Parochis, si divites 49
sint, nec egeant? Resp. affirmative. glos. *in cap. decimæ.* 16. *q.* 1. *in verb. tributa.* Rebuff. *de decim. q.* 7. *num.* 14. Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 17. *num.* 4. S. Thom. 2. 2. *q.* 87. *a.* 3. *ad* 1. *& quodlib.* 6. *art.* 10. Sotus *de Just. & Jur. lib.* 9. *q.* 4. *art.* 3. *vers. ad primum igitur.* Sylvest. *in verb. decima. num.* 14. Monet. *loc. cit. n.* 38. Rot. *in recent. decis.* 122. *n.* 8. *p.* 13. *& decis.* 511. *num.* 15. *p.* 18. *tom.* 2. quia illarum solutio non fundatur in quantitate facultatum Ecclesiæ, aut parochi, nec tantum in alimentatione ministrorum, sed etiam in administratione Sacramentorum. DD. *cit.*

Quæres secundo, an decimæ possint denegari Paro- 50
cho, si non administret Sacramenta? Resp. affirmative. Lap. *alleg.* 66. *num.* 7. *&* 8. Abb. *in cap. fin. de paroch.* Host. *in sum. tit. de decim. §. & quare.* Monet. *de decim. cap.* 7. *q.* 2. *num.* 35. ubi DD. quia decimæ saltem personales dantur propter administrationem Sacramentorum: dummodo non propria auctoritate detineantur, sed in judicio excipiendo, vel conveniendo. DD. *cit.* & Malignat. *de jur. retent. num.* 256. Franc. *in cap.* 1. §. *fin. de rest. spol. in* 6.

Quær. tertio, an sint tuti in conscientia, qui deci- 51
mas non solvunt in iis locis, in quibus Ecclesia, seu parochus non petit? Resp. affirmative, nisi obstinatam habeant voluntatem non solvendi, etiamsi peterentur. S. Thom. 2, 2. *q.* 87. *art.* 1. *vers. ad* 3. apud Antonel. *de loco legali cap.* 8. *lib.* 1. *n.* 11. Balb. *de præscr.* 1. *p.* 5. *p. princ. num.* 5. *vers. sed est notandum.*

Decimæ prædiales debent solvi de omnibus fructi- 52
bus terræ. *cap. non est. cap. nuncios. cap. ex parte*, 21. *de decim.* Boich. *in cap. pervenit. eod.* Mantic. *cons.* 1. *nu.* 31. Rebuff. *loc. cit. q.* 8. *n.* 13. *seqq.* Monet. *l. c. c.* 4. *a n.* 1. *seqq.* ubi late Gonz. *lib.* 3. *decret. tit. de decim. cap.* 7. Pirhing. *ibid. sect.* 2. §. 1. *nu.* 10. etiam de fructibus extra territorium perceptis, nisi extra de illis decima solvatur. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 5. *cap. ult.* §. 1. *num.* 8. Riccius *in praxip.* 2. *ref.* 90. *&* 109. Debet solvi etiam de pascuis, & de fructibus, qui ex illis colligitur, puta lana, lacte &c. *c.* 4. *de decim.* Oter. *de pascuis, & jur. pascend. tot. c.* 35. Etiam de pascuis gratis ad pascendum concessis, cum res transeat cum suo onere. Innoc. *in cap. commissum nu.* 1. *de decim.* & ibi Joan. Andr. *num.* 4. *vers. dicit.* Innoc. & Anchar. *num.* 4. *ante fin. vers. secundo quæro.* ac Abb. *num.* 3. relati a Rot. *decis.* 458. *n.* 44. *p.* 5. *to.* 2. *& decis.* 43. *n.* 8. *p.* 15. *rec.* & cum ista decima partim sit prædialis, quæ nempe solvitur ratione prædiorum, & partim mixta, ut supra *num.* 46. hinc non repugnat, ut quis solvat decimas mixtas, & etiam prædiales Ecclesiis, quibus debentur; & ut *num. seqq.* & fœtus, dum lactantur, computantur in ponenda ratione decimarum mixtarum; dum vero pascuntur, computantur in ponenda ratione decimarum prædialium, ut dixit Rot. *cit. decis.* 458. *num.* 48. *p.* 5. *rec.* ubi Joan. Andr. *in cap. cum homines. num.* 2. *de decim.* & ibi Henr. Boich. *n.* 2. Anchar. *sub num.* 4. Oldrad. *cons.* 236. *nu.* 2. & alii. De fœno vero regulariter decima non solvitur, de quo adest fere ubique talis consuetudo, teste Covar. *var. res. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 8. *vers. septimo eodem jure.* Rot. *decis.* 35. *p.* 19. *rec. nu.* 7. quamvis de Jure aliud foret dicendum ob tex. *in cap. pervenit.* & ibi glos. *in verb. de fœno, de decim.*

Decimæ personales solvuntur de omni lucro licito, 53
imo & illicito, juxta limitationem tamen supra traditam *num.* 13. & Monet. *de decim. cap.* 4. *q.* 2. *a num.* 39. Sed an debeantur ex acquisitis per eleemosynam, donationem, hæreditatem, vel legatum? Resp. negative; quia hæc non dicuntur acquisita ex industria, sed ex alterius voluntate. Monet. *d. cap.* 4. *num.* 36. Bonac. *in Decalog. disp. ult. q.* 5. *punc.* 3. apud quem Suarez & alii. vide Barbos. *de Offic. & potest. paroch. cap.* 28. *nu.* 25. *seqq.*

Quam-

Quamvis quod ex debito quantitatis frumenti legati, aut donati extraneo, decima ſolvenda ſit, quamvis ab ipſo donatore, aut legante ea bona fuerint decimata, teneat S. Anton. *in ſum. p. 3. tit. 4. cap. 3 §. 3. col. 2. poſt princ. verſ. de re etiam donata &c.* Sylveſt. *in ſum. in verb. decima. num. 12. verſ. dico ſecundo.* apud Rot. *d. deciſ. 458. num. 39. p. 5. rec.* nihil in contrarium faciente, quod ex eadem re duplex decima non ſit ſolvenda, cum ex præcepto unica tantum decima ſolvenda ſit. late Rot. *d. deciſ. 458. a num. 6.* quia in hoc caſu non ſolvitur duplex decima ex eadem re, ſed ex prorſus diverſa: prima enim ſolvitur tanquam realis, ſeu prædialis, & ſecunda ut perſonalis. Rot. *loc. cit. a num. 40.* gloſ. *in cap. ad Apoſtolicæ, in verb. perſonales, de decim. & in cap. decimæ, in verb. negotio. 16. q. 1.* ſic debentur etiam de omni opificio, negotiatione licita, ſeu illicita, ut ſupra, aut artificio *d. cap. decimæ. 16. q. 1.* quæ etiam ſpirituales ſunt. Rot. *deciſ. 22. n. 19. p. 7. rec.*

54 An vero decimæ debeantur ex diſtributionibus quotidianis, vide Monet. *de diſtrib. p. 3. q. 9. a n. 3.* ubi affirmativæ inclinat, maxime cum ſubrogantur in locum fructuum beneficii. Et Tuſc. *litt. D. concl. 512.* Bonac. *de hor. Canon. diſp. 2. q. 6. punc. 2. num. 1.*

§. VI.

De tempore, loco, ac modo ſolvendi decimas, & an deducantur expenſæ in illis conſeruandis, aut colligendis?

55 Quær. primo, quo tempore ſolvendæ ſint decimæ? Reſp. quod decimæ prædiales ſolvi debeant ſtatim, ac fructus collecti ſunt, id eſt, quando citius ſolvi poſſunt. *cap. cum homines*, ubi gloſ. & DD. *de decim.* Antonel. *de tempor. legal. lib. 2. cap. 37. num. 1. & de loco legali, cap. 8. num. 7.* Monet. *de decim. cap. 6. q. 2. num. 8.* ubi Rebuff. *de decim. q. 12. num. 1.* & gloſ. pen. *in d. cap. cum homines. in princ. il ius gloſ.* & alii. Valet tamen conſuetudo, ut decimæ non ſolvantur ſtatim, ſed certo tempore, cui ſtandum erit. *DD. cit.* & & Baboſ. *in d. cap. cum homines.* Decimæ vero perſonales regulariter ſunt ſolvendæ in fine anni. DD. *cit.* recuſari tamen a Parocho non poſſunt, ſi intra annum ſolvantur. Antonel. *de loco leg. d. cap. 8.* Monet. *loc. cit. num. 13.* ubi Butr. *in cap. ad Apoſtolicæ. in fin. de decim.* & Rebuff. *loc. cit. num. 3.* Decimæ tamen de agnis, & vitulis &c. non debent ſtatim ſolvi, cum nati ſunt; quia alias eſſet inutilis talis decimatio, ſed tunc primum cum illi nutriti fuerint, nec amplius indigent lacte materno. Antonel. & Monet. *ll. cit.* & apud illos Barboſ. *in cap. cum homines.* Rebuff. *loc. cit. q. 6. nu. 3.* Jo. Andr. & DD. *in d. cap. cum homines.* Lana vero ſtatim ſolvi, & exigi poteſt; cum nulla ſit cauſa differendi, ut notat Antonel. *de tempor. legal. d. c. 37. num. 4.* ubi Jo. Andr. ad Specul. *tit. de decim. § ſcire debes, litt. F. verb. ſpecie, circa fin.*

Et quod diximus, quod decimæ prædiales ſtatim ſolvi debeant, ampliatur, quod Laici decimas ſolventes, fruges collectas aſportare non poſſint, donec Clerici, quibus ſolvendæ ſunt decimæ, certiores fiant de collectione, ut illi aſſiſtere poſſint. ita Monet. *l. c. q. 1. nu. 2.* ubi Specul. *tit. de decim. num. 12.* Abb. & DD. communiter. *in cap. ex parte, il. 2. de decim.* Aufer. ad Capel. Tholoſ. *deciſ. 109.* Covar. *lib. 1. var. reſ. cap. 17. num. 8. verſ. octavo ex his.* & alii. Antonel. *de loco legal. d. cap. 8. num. 3.* & hoc ad evitandas fraudes, quæ fieri poſſunt; hinc Clerici, vel alii decimarum exactores a Judice Eccleſiaſtico, ad quem hujuſmodi cauſæ privative quoad alios ſpectant, obtinere inhibitionem poſſunt contra dominum fundi, ne fructus exportet, ante decimæ ſolutionem. ita Antonel. *loc. cit.* & ibi Covar. *loc. cit.* Aufer. ad Capell. Tholoſ. *d. deciſ. 109.*

56 Quær. ſecundo, in quo loco ſint ſolvendæ decimæ? Reſp. quod ubi ſunt horrea ad hoc publice deſtinata, ac deputata, debent decimæ ad illa deferri. Covarruv. *lib. 1. var. c. 17. d. nu. 8. verſ. octavo. ex his, ad med.* Monet. *loc. cit. cap. 6. q. 1. num. 5.* Antonel. *de loco leg. d. cap. 8. lib. 1.* Rot. *deciſ. 611. num. 5. p. 1. rec.* quod ſi ſimilia horrea non ſint deputata, debent dictæ decimæ petentibus Parochis &c. aſportari ad illorum horrea, vel domos. *DD. cit.* gloſ. *in cap. revertimini. verb. in horrea. 16. q. 1.* Riccius *in prax. for. Eccleſ. p. 2. reſ. 244.* ubi alii; & quidem expenſis ejus, qui decimatur. *cap. 1. verſ. oportet autem*, ubi gloſ. *in verb. horreum. 16 q. 7.* Abb. *in cap. pervenit, ſub num. 3. de decim.* apud Rot. *deciſ. 317. num. 32. p. 4. rec. tom. 2.* dummodo levi ſumptu, & labore, id fieri poſſit. Covar. & Monet. *ll. cit.* apud Antonel. *loc. cit. d. cap. 8. num. 2. verſ. hæc tamen.* Sed & in hoc ſtatur conſuetudini locorum, quæ etiam decennalis ſufficit. DD. *cit.* & Antonel. *de regim. Eccleſ. lib. 5. cap. ult. §. 5.* ad tex. *in c. in aliquibus. §. fin. de decim.* Navar. *d. tit. conſ. 2. num. 1.* Riccius *loc. cit.* ſic valida eſt conſuetudo, ut decimæ relinquantur in agro, dummodo Curatus monitus fuerit, antequam fieret aliqua fructuum ſeparatio. Aufrer. ad Capell Tholoſ. *d. deciſ. 109.* Monet. *loc. cit. n. 7.* ubi alii. Antonel. *de loco legal. d. c. 8. num. 4.* ubi etiam, quod conſuetudine obtineri poſſit, ut Laici libere colligant frumentum &c. & in propria horrea, etiamſi ſine teſtibus condant, & ex illis poſtea decimas miniſtris ſpiritualibus integre ſolvant. ex Monet. *l. c.*

Quær. tertio, quomodo ſolvantur decimæ. Reſp. deci- 57
mas eſſe præſtandas ex decem unum. Ita definitum eſt *in cap. fin. de Paroch. cap. commiſſum, cum cap. ſeq.* & clarius in *cap. cum homines, & cap. ex parte, il. 2. & ſeq. cap. in aliquibus, de decim. cap. decimæ. in fin. 16. q. 1. & cap. omnes decimæ. 16. q. 7.* & hanc eſſe veram decimam, quæ curatis perſolvitur, dixit Rebuff. *de decim. q. 3. nu. 25. & q. 8. num. 5.* relat. a Rot. *deciſ. 474. nu. 1. p. 1. rec.* & quidem in eadem frugum ſpecie, ſeu in manipulis; ut colligitur *ex c. quicumque il. 1. & c. omnes decimæ. 16. q. 7.* Rot. *deciſ. 133. n. 1. p. 11. rec. & deciſ. 110. num. 3. d. p. 11.* ubi, quod invito Parocho tanquam debitæ in natura, in pecunia præſtari non poſſint. arg. tex. *in L. 2. §. mutui datio ff. de reb. cred.* ubi poſt gloſ. notant. Bart. Caſtr. & DD. *in L. ſi ſq. §. idem Prætor. ff. de re judic.* & quod etiamſi inveniantur aliquæ ſolutiones in pecunia factæ, tanquam actus voluntarii, obligationem inducere nequeant. Roman. *conſ. 198. ſub n. 3. cum ſeqq.* maxime in præjudicium ſucceſſorum, quibus factum anteceſſoris obeſſe non potuit *cap. veniens, de tranſact.* & notat. Abb. *in cap. ex multiplici, ſub nu. 3. & cap. cum homines, n. 4. de decim.*

Limita, ſi adeſſet conſuetudo in contrarium, quod decimæ certorum fructuum ſolvantur in pecunia &c. quæ obſervanda eſſet, ex ſupra dictis. & Monet. *de decim. cap. 4. num. 11. verſ. aut ſi eſt conſuetudo & c. 5. nu. 87.* & ibi Rot. & Rebuff. *eod. tit q. 3. n. 46.* & alii. Rot. *deciſ. 528. n. 2. verſ. nec refragatur. p. 4. diverſ. & deciſ. 91. n. 6. p. 14. rec.* ubi tamen *num. 7. ſeqq.* illam conſuetudinem non probari, ſi conſtet, Parochum illas ſemper petiiſſe in manipulis, ac de iſtis contendiſſe; quia ſi non adeſt patientia, & conſenſus illius, tunc neque adeſt conſuetudo. Item non probari, ſi conſtet de ſolutionibus difformibus in pecunia factis, v. g. in diverſa quantitate &c. aut non adeſſet obſervantia majoris populi &c. imo ſi adeſſet expreſſa lex, ſeu conſtitutio ſynodalis prohibens, ne quis ſolutionem decimarum commutare præſumat, ſed illas ſemper in manipulis &c. ſolvere debeat, non ſufficeret conſuetudo, ſed immemorabilis præſcriptio, aut quadragenaria cum titulo; ut *ex cap. ult. de conſuet.* & ibi gloſ. *ult. & cap. 1. de præſcr. in 6.* dixit Rot. *cit. deciſ. 91. a n. 10. p. 14. rec.*

Ulterius fideliter ſolvi debent decimæ, ita ut nec 58
optimum, nec pejus detur pro decima. *cap. quicumque il. 1. 16. q. 7.* & Rebuff. *de decim. q. 14 n. 17.* & alii apud Monet. *d. tit. c. 6. num. 26.* tex. eſt *in cap. omnes decimæ. 5. cauſ. 16. q. 7. & cit. c. quicumque.*

Quær. quarto an in ſolutione decimarum deducan- 59
tur expenſæ in illis colligendis, ſeu conſervandis &c. & alia onera a colonis domino debita? Reſp. quod decimæ prædiales regulariter ſunt ſolvendæ in manipulis, vel aliis fructuum ſpeciebus jam recollectis, nulla facta deductione expenſarum ſeminis &c. tex. *in cap. tua nobis. 26. & cap. paſtoralis. 28. de decim. cap. non eſt in poteſtate, & in cap. cum homines*, ubi DD. *eod.* Rot. *deciſ. 232. n. 16. p. 17. rec.* Monet. *de decim.* ubi DD. *cap. 6. num. 27.* Antonel. *de tempor. legal. lib. 2. cap. 37. num. 4.* Carol. Anton. de Luca ad Gratian. *diſc. for. ap. 595. num. 5.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 15. gloſ. 1. n. 10.* ubi, quod citati textus ſint tam clari, ut nullo pacto cavillari poſſint; & alii; ſecus vero eſt in decimis, quæ ſolvuntur ex fructibus induſtrialibus. DD. *cit. cap. paſtoralis, de decim.* gloſ. *in cap. non eſt. eod.* Navar.

in ma-

in manual. cap. 21. n. 31. Barbos. *de off. & potest. Paroch. cap.* 28. §. 1. *nu.* 37. *&* 38. & alii apud Antonel. *ut statim infra.* Et quod diximus de prædialibus, dicitur etiam de mixtis, ut agnis, caseo &c. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 5. *cap. ult. num.* 2. Similiter non deducuntur tributa, census, decimæ mere temporales a colonis debitæ ipsis dominis ex conventione, nec alia debita &c. ad tex. *in c. cum non sit in homine*, 33. *de decim.* & ibi DD. Antonel. *l. mox. cit.* & sic decimæ spirituales temporalibus, & aliis oneribus semper præferendæ sunt. Rot. *decis.* 180. *num.* 26. *p.* 7. *&* *decis.* 123. *num.* 12. *p.* 9. *rec. tom.* 1. late Barbos. *de Offic. Paroch. d. cap.* 28. *a num.* 34. *seqq.*

§. VII.

An Laici possint acquirere jus decimandi?

60 Dubitandum non est, quin Summ. Pontifex possit Laici decimas, vel jus eas percipiendi concedere: (quidquid sit de jure decimandi, quatenus est jus mere spirituale, & fundatum in spirituali titulo, de quo P. Pirhing. *tit. de decim. num* 137.) cum enim possit Summ. Pontifex illos eximere ab illarum solutione, ut supra diximus *num.* 16. ita etiam potest eisdem illas concedere. Monet. *de decim. cap.* 5. *q.* 7. *num.* 135. *&* *q.* 3. *num.* 83. ad tex. *in c. Hadrianus. dist.* 63. *cap. cum Apostolica, de his, quæ fiunt a Præl. sine cons. cap. ex parte. il.* 3. *de decim.* DD. apud Solorzan. *de Jur. Indiar. lib.* 3. *cap. nu.* 9. *seqq* ubi late. Sive ut eaſdem pauperibus erogent, sive ut illas pro suis alimentis retineant, cujus rei rationem dat Butr. *in cap. a nobis, de decim. sub num.* 5. relatus a Rota *decis.* 249. *sub num.* 23. *p.* 8. *rec.* quia eum illarum solutio præcepta sit primo, ut ex earum præstatione honoretur Deus in recognitionem supremi dominii; secundo, ut cedant in usus, & alimenta Clericorum Ecclesiæ inservientium. *c. tua nobis, de decim. cap. decimæ.* 16. *q.* 1. potest Summus Pontifex tanquam supremus Dominus omnium Ecclesiarum, illas ab una auferre, non solum ut alteri concedat, sed etiam ut illas habeant viri Laici pro suis alimentis, & satis honoratur Deus, dum ille, cui concessæ fuerunt, eas recognoscit a Summ. Pontifice tanquam sibi indultas pro suis alimentis &c. dummodo tamen remaneat Rectoribus congrua sustentatio, ut supra *n.* 27. & Monet. *loc. cit. n.* 84. & infra *n.* 76.

61 Sicut etiam decimæ possunt Laicis remitti ab Ecclesia etiam Parochiali cum assensu Summi Pontificis. Monet. *d. cap.* 5. *num.* 135. etiam ita, ut illæ acquiranturr iisdem quoad dominium, puta per venditionem &c. P. Pirhing *loc. cit. n.* 138.

62 De cætero Laici cum sint incapaces spiritualium jurium, ideo sine privilegio Apostolico sunt incapaces decimarum, seu juris decimandi, aut illas percipiendi, cum illæ debeantur ex ministerio altaris & spiritualium. *cap. decimas il.* 1. 16. *q.* 7. *cap. causam, de præscr. cap. fin. de rer. permut. cap.* 2. *de judic.* glos. communis *in c. quamvis, de decim.* Covar. *lib.* 1. *var. res. c.* 17. *num.* 5. *&* 6. Monet. *de decim. cap.* 5. *q.* 3. *num.* 57 ideo nec possunt illas præscribere; quia illas possidere non possunt tanquam jus spirituale, *cap. prohibemus, de decim. & cap. causam quæ*, & ibi glos. & late Gonzal. *a num.* 8. *de præscr.* Anton. *de tempor. legal. lib.* 2. *c.* 37. *n.* 6. Barbos. *in d. c. prohibemus, & cap. causam quæ.* ubi quod Concil. Lateran. simpliciter, & directe prohibet alienationem decimarum in Laicos; ubi autem Lex simpliciter prohibet alienationem, & acquisitionem, censetur etiam prohibere præscriptionem, juxta tex. *in L. alienationis. ff. de V. S.* Gabr. *com. concl. tit. de præscr. concl.* 13. *a num.* 1. *ad* 4. *& per tot.* Balb. *de præscr. in* 1. *part.* 5. *part. princ. q.* 7. *n.* 4. *& seq. & n.* 19. Mares. *lib.* 2. *var. res. cap.* 92. *num.* 1. *& seq.* quia jus resistit, etiam possessioni ut ad tradita per Gabr. *loc. cit. concl.* 1. *n.* 16.

63 Conclusionem limita, nisi concurrat quadragenaria cum legitima probatione tituli, aut immemorabilis cum fama privilegii obtenti ante Concil. Lateranense celebratum anno 1179. juxta Menoch. *de præsump. lib.* 6. *præs.* 86. aut certe recognitio ab Ecclesia. Abb. *in c. cum Apostolica. num.* 12. *de his, quæ fiunt a Præbat.* Felin. *in cap. causam quæ. num.* 2. *de præscr.* Rebuff. *de decim. q.* 13. *num.* 69. Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 17. *n.* 10. *vers. hinc etiam fit.* Monet. *de decim. cap.* 5. *q.* 5. *num.* 112. Mares. *d. cap.* 92. apud quem Rota. *&* *cap.* 13. *n.* 4. & apud illos alii. & infra *num.* 78.

Fama tamen privilegii non est probanda de toto tem- 64
pore, quo probatur ipsa possessio, sed sufficit illam probare cum diuturnitate, arbitrio Judicis, nec est necessario probanda in tali casu per quadraginta annos. Antonel. *de temp. legal d. cap.* 37. *num.* 13. & tenuit Rot. *coram Orano.* 8. *Febr.* 1588. Felin. *loc. cit. & in c. cum contingat. nu.* 4. *in fin. de for. comp.* apud Mares. *lib.* 1. *var. res. c.* 17. *num.* 4. *&* 9. ubi, quod testes deponentes de fama diuturna, operantur, quod retro semper fuerit ista fama, & ibi Ruin. *cons* 143. *num.* 20. *in fin. cum seqq. lib.* 5. Cephal. *cons.* 56. *num.* 25. & alii; & ita tenuit etiam Rot. *decis.* 56. *num.* 14. *p.* 7. *rec.* dummodo deponant de fama ante motam litem. Rot. *decis.* 182. *nu.* 28. *p.* 7. *rec.* ad tex. *in c. licet ex quadam, de testib.* & ibi Abb. *n.* 3. & alii.

Et licet testis dicat, se ignorare, quid sit fama, ta- 65
men sufficienter probat, si ex illius verbis colligatur tale factum, ex quo resultet publica vox, & fama, ut *in una Conchen. Capellaniæ.* 17. *Martii* 1608. *coram Ortemb. & Vincens. Parochialis.* 4. *Junii* 1612. *coram eod.* apud Beltram. ad Ludovis. *decis.* 325. *n.* 28. & ideo si testis deponat, quod publice dicitur a tanto tempore ante motam litem, probat famam, etiamsi dicat, se ignorare, quid sit fama, ita Beltram. *l. c.* Rot. *dec.* 702. *n.* 5. *p.* 1. *rec.*

Et sufficiunt duo testes ad illam probandam. glos. *in* 66
L. 3. §. *ejusdem. ff. de testib. in verbo confir. & in cap. si testes* §. *sæpe. in verb. fama* 4. *q.* 3. Bart. *in L. de minori.* §. *plurium. num.* 19. *ff. de quæst.* Felin. *in cap.* 3. *num.* 5. *de præsum.* Dec. *cons.* 272. *num.* 4. ubi de communi, & alii apud Rot. *decis.* 702. *num.* 3. *p.* 1. *rec.* Nec opus est ut deponant, aut constet de causa, propter quam idem privilegium diceretur concessum, ut per Felin. *in cit. c. causam quæ. num.* 3. *de præscr. & in c. cum contingat. nu.* 4. *de for. comp.* notavit. Rot. *dec.* 56. *num.* 5. *&* *decis.* 182. *num.* 35. *&* 36. *p.* 7. *rec.* debent tamen deponere concludenter, ita ut aliter esse non posset, quin ipsi scirent. per glos. *in L.* 1. *in fin. ff. de itin. actuq. priv.* Rot. *cit. decis.* 182. ubi plura.

Probatio igitur immemorabilis sine fama privilegii 67
Laicis non sufficeret. DD. *sup. cit.* nec ad effectum manutentionis. Antonel. *de temp. legal. d. cap.* 37. *a n.* 9. & ibi Seraph. *dec.* 1102. Genuen. *in tract. de Eccl. q.* 39. *n.* 3. *&* 4. Rot. *d. dec.* 56. *n.* 1. *p.* 7. *rec* ubi quod millies fuerit ita in Rot' resolutum. Monet. *de decim. cap.* 5. *q.* 3. *sub num.* 59. *vers. in concessione.*

Quæ tamen diximus de immemorabili, & fama pri- 68
vilegii, limitanda videntur, quando Laicus contra Laicum ex legitima concessione decimas possidentem præscribit; quia tunc idem jus esset, ac de aliis Laicorum bonis per tradita ab Antonel. *de temp legal. d. cap.* 37. *n.* 18. Balb. *de præscr. p.* 1. *p.* 5. *princ. num.* 22. respectu tamen solius juris ad d. Laicum spectantis: nam si eidem decimæ fuerint ad tempus concessæ, illo finito, ad Ecclesiam revertuntur, non obstante quacumque tertii præscriptione intra hoc tempus introducta. Barb. ubi de communi *in cit. cap. causam quæ, de præscr. num.* 5. apud Antonel. *loc. cit.*

Principalem conclusionem amplia, ut nec Episco- 69
pus post Concil. Lateran. possit tale jus Laicis concedere. *cap. pervenit.* 1. *q.* 3. Monet. *de decim. loc. cit. num.* 59. & probatur *ex c. prohibemus, de decim.* Rot. apud Monet. *loc. cit.* & coram Dunozet. *dec.* 71. *num.* 7. *inter ejusdem impress.*

Imo si decimæ fuerunt Laicis concessæ, & ignora- 70
tur, an ante, vel post Concil. Lateran. censentur post Concil. concessæ. Rot. apud Monet. *loc. cit. vers. quod si.* Bart. *in cap. cum Apostolica. num.* 4. *de his, quæ fiunt a præl.* Antonel. *de temp. legal. d. cap.* 37. *n.* 17. Rot. *decis. num.* 9. *p.* 2. *rec. & dec.* 67. *n.* 17. *p.* 15. *rec.* vide etiam infra *n.* 78.

Limita quoad fructus decimarum, quos ad tempus 71
Episcopus concedere potest ex causa, seu ad vitam. DD. *in cap. quamvis, de decim.* Abb. *in c. ad hæc, eod.* Rebuff. *q.* 10. *num.* 34. *&* *q.* 13. *num.* 110. Covar. *d. cap.* 17. *num.* 5. nam commoditatis fructuum decimarum sejunctæ a jure decimandi, Laici non sunt incapaces. Bich. & ibi Rot. *decis.* 347. *num.* 8. Rebuff. *loc. cit. num.* 34. Rot. *decis.* 215. *num.* 5. *p.* 2. *&* *decis.* 545. *num.* 2. *p.* 4. *divers.* Bal. *cons.* 274. *num.* 1. *lib.* 5.

Berous

Berous *conſ.* 84. *num.* 41. & DD. apud Monet. *loc. cit. num.* 61. Tiraq. *de retr. lignag.* §. 1. *gl.* 7. *num.* 51. quia tamen hodie obſtat Extravag. *ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alien.* ubi omnis conceſſio, & locatio bonorum Eccleſiaſticorum ultra triennium prohibetur, ut obſervat Barboſ. *in cap.* 2. *num.* 4. *de locat.* apud Antonel. *loc. cit. num.* 21. ideo videnda erunt, quæ ſupra diximus *in praxi alienationis*.

72 Neque poteſt Epiſcopus poſt Concil. Lateran. decimas infeudare ſine Beneplacito Apoſtolico. Coccin. *deciſ.* 484. *lib.* 2. & Rot. apud illum *dec.* 485. Rot. coram Dunozet. apud Monet. *l. c.* Imo decimæ ante Concil. Lateran. conceſſæ, reverſæ ad Eccleſiam non poſſunt amplius infeudari ab Epiſcopo. Fachin. *lib.* 7. *contr. Jur. cap.* 72. Barboſ. *de Offic. Epiſc. alleg.* 121. *num.* 11. *in fin.* Menoch. *de præſump. lib.* 6. *præſ.* 86. *nu.* 3. Rot. *deciſ.* 193. *num.* 9. *p.* 2. *rec.* ubi Covar. *d. cap.* 17. *num.* 5. & alii; maxime ſi menſæ Epiſcopali fuerunt incorporatæ. Riccius *in præx. p.* 1. *reſ.* 77. quamvis Clar. *in* §. *feudum. q.* 13. *n.* 2. contrarium teneat, ſi erant ſolitæ Laicis infeudari poſt dictum Concilium Lateran. Et in hac quæſtione DD. & rationes pro utraque opinione vide apud Barboſ. *l. c. n.* 10. *ad* 13.

73 Infeudationes tamen illis factæ ab Epiſcopis ante Concil. Lateran. validæ ſunt; quia ante illud tempus poteſtas infeudandi erat licita, & conceſſa; quia Epiſcopus in ſua Diœceſi poteſt, quod Papa in Eccleſia, exceptis illis, quæ prohibentur; & Concil. Lateran. non revocavit infeudationes ante licite factas; ſed tantum prohibuit fieri in futurum. Monet. *de decim. cap.* 5. *num.* 66. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 121. *n.* 4. Rot. *deciſ.* 103. *nu.* 12. *p.* 7. *rec.* & apud Bich. *deciſ.* 323. *n.* 12. juxta *cap. cum Apoſtolica, de his, quæ fiunt a Præl.*

74 Et licet Laici habentes decimas in feudum ab Epiſcopis ante Concil. Lateran. non poſſint illas in ullum Laicum ullo modo transferre etiam infeudando ſine conſenſu Pontificis. *cap. prohibemus*, ubi DD. & Abb. *de decim.* Covar. *lib.* 1. *var. reſ. d. cap.* 17. *num.* 5. *verſ. præter hæc.* Rebuff. *d. q.* 10. *num.* 11. *& q.* 13. *num.* 79. Monet. *d. cap.* 5. *q.* 3. *num.* 72. ubi alii. Intrigliol. *de feud. q.* 44. *num.* 20. quidquid ſit, ſi illas decimas Laici habuerint a Papa ex privilegio ſive ante, ſive poſt Conc. quia tunc aliqui affirmare videntur, uti Guttier. *pract. quæſt. lib.* 1. *q.* 14. *num.* 2. *& q.* 15. *num.* 6. Henriq. *tom.* 1. *ſum. Theolog. mor. lib.* 7. *cap.* 27. *n.* 2. *litt. O.* & alii apud Monet. *l. c.* neque donare, etiam cum conſenſu Epiſcopi; quia is ſuam authoritatem præſtare non poteſt, ut decimæ de Laico in Laicum transferantur. DD. *cit.* & Rot. *d. deciſ.* 193. *p.* 2. *rec. c. quamvis, de decim.* Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit.* Menoch. *l. c.* Rot. apud Mareſc. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 95. *num.* 19. Gonzal. *in d. c. prohibemus, de decim.* P. Pirhing *eod. ſect.* 7. §. 3. & 4. neque valet conſuetudo contraria. Mareſc. *l. c.* nec ad hunc effectum lapſus temporis ſuffragari, aut aliquid operari poteſt. Abb. *in cap. licet Heli de ſimon.* apud Rot. *l. c. num.* 10. Tamen cum conſenſu Epiſcopi, aut Capituli poſſunt eas transferre in aliam Eccleſiam. *c. in ſacris.* 16. *q.* 1. *cap. cum & plantare, de privileg. cap.* 2. *de decim. in* 6. §. *ſane.* Covar. & Monet. *ll. cit.* tex. *in cap. cum Apoſtolica, circa med.* ibi: *taliter reſpondemus, de his, quæ fiunt a Præl.* gl. *in d. cap. cum & plantare. verb. Eccleſias igitur.* apud Rot. *dec.* 234. *num.* 9. *p.* 9. *rec. tom.* 1. Quando tamen decimæ a Laicis retro donantur Eccleſiis, reaſſumunt primævam ſuam naturam. Coccin. *dec.* 192. *lib.* 2. ubi Oldrad. *cenſ.* 91. *num.* 2. Rebuff. *q.* 10. *de decim. nu.* 50. Rot. apud Monet. *l. c. num.* 71. Rot. *d. dec.* 234. *num.* 10. ſcilicet quoad Eccleſiaſticitatem, & ſpiritualitatem ad effectum, ne amplius dicantur Laicales; ad quem effectum loquitur Rebuff. *d. q.* 10. teſte Rot. *dec.* 213. *num.* 29. *p.* 17. *rec.* ubi aliæ Rotæ, ubi, an & quando dicantur reaſſumere primævam ſuam naturam ad effectum ut dicantur debitæ de Jure communi, vel potius de jure ſpeciali donationis. *& dec.* 202. *num.* 4. *in fin. p.* 3. *rec.*

75 Ergo ſolus Pontifex Laicis decimas, vel jus eas percipiendi ex cauſa concedere poteſt. arg. *cap. Hadrianus. diſt.* 63. *cit. cap. cum Apoſtolica, de his, quæ fiunt a Præl. fin. conſ. capit. c.* 2. §. *ſtatuimus, de decim. in* 6. Rebuff. *d. q.* 13. *nu.* 110. Covar. *l. c. nu.* 6. *verſ. quarto ab eadem.* Navar. *de reddit. Eccleſ. q.* 1. *monit.* 57. Monet. *l. c. n.* 83.

76 Ut tamen tam Laicus, quam Religioſus privilegiatus poſſit decimas ab aliis percipere, tenebitur congruam portionem pro ſuſtentatione miniſtrorum, & oneribus ſupportandis Eccleſiæ Parochiali aſſignare. *c. ſtatuto.* §. *ubi autem, de decim. in* 6. Monet. *de decim. cap.* 4. *q.* 3. *concl.* 6. *n.* 74. *& cap.* 5. *n.* 84. P. Pirhing. *l. c. n.* 72. Solorzan. *de Jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 19.

Secluſo itaque privilegio Pontificio Laici decimas Ec- 77
cleſiaſticas habere, nec retinere poſſunt, nec injuſte obtentas in alios transferre. *cap. decimas, il.* 1. 16. *q.* 7. *cap. pervenit.* 1. *q.* 3. *cap. ad hæc, & cap. quamvis, de decim. d. c.* 2. *eod. in* 6. *arg. cap. ſi quis Presbyterorum, de reb. Eccleſ. cap. exhibita, de rer. permut.* Barboſ. *de offic. Paroch. cap.* 28. §. 2. Mareſc. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 19. Solorzan. *de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 8. *& 9.* Gonzal. *in d. cap. prohibemus, de decim.* & alii innumeri, apud quos videtur indubitabile.

Sed quæres, quomodo ſciri poteſt, an Laici habue- 78
rint in feudum decimas ante Concil. Lateran. ſi hoc probari non poſſit per inveſtituras? Reſp. quod ſi laicus poſſederit decimas per tempus immemorabile, erit maxima præſumptio, & ſufficiens probatio tituli ante Concil. acquiſiti. Ita Butr. Card. Imol. Joan. Andr. & alii. *in d. cap. cum Apoſtolica, de his quæ fiunt a Præl.* Balb. *de præſcr. in* 1. *p.* 5. *p. princ. q.* 7. Menoch. *de præſ. lib.* 6. *præſ.* 86. *num.* 4. Gabr. *de præſcr. concl.* 1. *num.* 22. Maſcard. *de probat. concl.* 483. *num.* 8. Peregr. *de privil. fiſc. lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 22. Monet. *d. c.* 5. *num.* 74. Covar. *d. c.* 17. *num.* 5. *verſ. ſed ſi dubitetur.* modo tamen ultra immemorabilem allegatur communis fama, illaque probetur, ut ſupra *n.* 63. diximus, quod laicus illas decimas obtinuerit ex privilegio ante Concil. &c. Menoch. *loc. cit. num.* 5. Monet. *loc. cit.* & apud illos alii; quamvis aliqui velint, quod ſi laicus habeat pro ſe immemorabilem, ſufficiat, ſi alleget, ſe illas habuiſſe v. g. in feudum ante Conc. & tunc eidem credatur abſque probatione famæ; de quo vide late Balb. *de præſcr. d.* 1. *p.* 5. *part. princ. q.* 7. *num.* 20. *ſeqq.* & Monet. *loc. cit.* Quomodo vero immemorabilis probanda ſit, vide late infra in verbo *Præſcriptio.* Verum, etiamſi probata fama feudi, illud præſumatur conceſſum ante Concil. Lateran. ſtante poſſeſſione immemorabili, tamen ex ipſa ſola præſcriptione etiam immemorabili, ipſum feudum, ſeu conceſſio Apoſtolica non præſumitur, nec probatur, ut de beneplacito Apoſtolico diſcurrit Rota *dec.* 295. *num.* 11. *p.* 5. *rec.* Mareſc. *lib.* 1. *var. reſ. c.* 13. *a num.* 1. alias enim redderetur eluſoria diſpoſitio, quod Laici non poſſint præſcribere, ſi Laicus poſſet ex præſcriptione allegare præſumptionem conceſſionis Apoſtolicæ, ex quibus proinde confirmatur neceſſitas probandi ſaltem famam privilegii &c. ut ſupra *a num.* 63. Gabr. *de præſcr. concl.* 1. *num.* 22. & Rot. apud Mareſc. *loc. cit.*

§. VIII.

An, & quomodo una Eccleſia, aut perſona Eccleſiaſtica poſſit præſcribere decimas contra aliam

Una Eccleſia poteſt præſcribere jus percipiendi deci- 79
mas contra alteram, & in aliena parochia ſpatio 40. annorum cum titulo, & bona fide. *cap. ad Apoſtolicæ, & c. cum contingat. de decim. c.* 1. ubi gloſ. *in verbo legitime, de præſcr. in* 6. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *c.* 37. *n.* 19. *verb. obſerva.* 7. vel ſaltem per tempus immemorabile. *d. c.* 1. *de præſcr. in* 6. Balb. *de præſcr. in* 1. *p.* 5. *p. princ. q.* 7. *num.* 3. *&* 13. etiam ſine titulo. P. Pirhing *lib.* 3. *decret. tit. de decim. num.* 117. §. 1. *ſect.* 6. Gonzal. *in c cum contingat, de decim. num.* 2. ſine titulo tamen quadragenaria non ſuffragatur. *c.* 1. *de præſcr. in* 6. non tamen requiritur juſtus titulus, ſed ſufficit putativus, qui ſit aptus excludere malam fidem ad tradita per gloſ. *in c. de quarta, verſ. ſe poſſe tueri, de præſcr. & in L. Celſus. verb. exiſtimarent, ante med. & in verb. non poſſint, de uſucap.* Felin. *conſ.* 2. *n.* 14. apud Rot. *deciſ.* 458. *num.* 73. *p.* 5. *rec. tom.* 2. Monet. *de decim. c.* 5. *n.* 112. gloſ. notab. *in c.* 1. *de præſcr. in* 6. *verb. cauſam tribuat.* Rot. *deciſ.* 520. *num.* 19. *p.* 13. *rec.* Gonzal. *in c. ad aures. num.* 3. *ad med. de præſc.* & Laym. & DD. ibid. & *in d. c.* 1. *num.* 3. *de præſcr. in* 6. niſi ſit error injuſtus, ut ad explicationem *d. L. Celſus.* diſtinguit Bartol. *in d. L. Celſus.* Bal. *in repetit. p.* 1. *num.* 6. apud Rot. *d. deciſ.* 520. *nu.* 18. & hæc ſi jus aſſiſtat ei, contra quem poſſidetur: at ſi ei jus non aſſiſtat, ut quia Eccleſia Parochialis, aut non parochialis contra

non parochialem præscribit, & tunc sufficiunt quadraginta anni cum bona fide, nec opus tunc erit tituli allegatione, aut probatione, juxta Laym. *in c. 1. n. 3. vers. quær. 1. de præscr. in 6.* glos. *ibidem in verb. titulum.* Alex. *in c. si diligenti n. 53. de præscr.* & facit tex. *in c. ad aures*, & ibi glos. *verb. quadragenalis*, *eod.* Maresc. *lib. 2. var. res. c. 95. nu. 23. seq.* & hæc circa præscriptionem: nam circa consuetudinem vidimus supra *n. 23. & 43.*

80 Ecclesia tamen, vel persona Ecclesiastica habens donationem decimarum a Laico, uti Rege &c. non potest illas præscribere etiam per tempus immemoriale *c. dudum*, ubi Abb. *de decim.* Rebuff. *de decim. q. 13. n. 87.* Monet. *eod. d. c. 5. num. 113.* nisi Laicus illas habuerit in feudum ante Concil. Lateran. juxta *c. 2. §. sane*, *de decim. in 6.* & superius dicta §. *antecedenti*.

81 Quod autem diximus, quadragenariam præscriptionem sufficere, ut una Ecclesia acquirat jus decimandi contra aliam, limita, si Ecclesia fuerit vacans, nam tunc, cum careat defensore, contra illam non currit præscriptio, sed tempus illud, quo Ecclesia vacavit, subducitur. *c. auditis*, & ibi glos. *in verbo subducto. c. cum vobis*, *& c. de quarta*, ubi glos. *in verbo caruisset*, *de præscr. c. transmissa*, *eod.* & ibi Gonzal. *nu. 4. & 5.* Aym. *de antiquit. temp. p. 4. c. materia r. 68.* Balb. *de præscr. 2. p. 6. part. princ. an. 7.* ubi varii casus, late Barbos. *de potest. Episcopi alleg. 132. per tot.* ubi varios etiam ponit casus Ecclesiæ vacantis, sive in re, sive in æquivalenti, utpote quia forte Prælatus agere non potest, vel ob tempora hostilia, vel ob morbum, inhabilitatem &c. *c. 1. vers. si tamen d. tit. de præsc.* Et hæc, etiamsi adsit Prælatus superior, seu supremus, qui agere possit pro dictæ Ecclesiæ defensione; quia Ecclesia nihilo minus tunc dicitur vacare, quando non habet suum Prælatum particularem, & sponsum immediatum, ad tradita per Innoc. *in cap. olim*, *il. 1. num. 2. ad fin. de rest. spol.* Abb. *in cap. cum deputati*, *n. 19. de judic. & in d. cap. 1.* ubi Felin. *num. 5. vers. dum Abbas*, *de præscr.* relat. a Rot. *decis. 415. num. 3. p. 4. rec. tom. 1.* Limita primo, per *Rot. cit.* quod dicta procedant in præscriptione ordinaria, de qua detrahitur tempus Sedis vacantis, secus autem in immemorabili; quia ad illam excludendam non potest adduci, quod Ecclesia caruerit defensore. ubi etiam Oldrad. *cons. 254. nu. 18.* Butr. *in d. cap. cum d. putati. num. 13. ad fin. vers. credo quod loquatur*, ita explicans Innoc. *loc. cit.* Limita secundo itidem per *cit. Rot. n. 4.* quod hæc procedant, si Ecclesia consuevit habere suum peculiarem Rectorem, seu Prælatum; alias secus, quia tunc proprie non dicitur vacare; ut post Innoc. *in cap. 1. n. 3. vers. dicunt tamen aliqui*, *ne Sede vacante.* docet Imol. *ibid. n. 15.*

82 Quær. quantum tempus requiratur, ut Ecclesia præscribat decimas contra Episcopum? Resp. si Episcopus illas nunquam possedit, cum tunc non agatur de jure quæsito amittendo, quod tunc sufficiat sola præscriptio quadragenaria cum scientia, & patientia Episcopi. Rot. coram Coccin. *in una Sabinen. decimar. 1609. quæ reperitur inter recent. decis. 262. p. 2.* apud Monet. *de decim. cap. 5. sub num. 112. vers. item ad hoc.* ubi Card. *in cap. cum Ecclesia*, *in §. verum quam*, *vers. oppono de hoc*, *de caus. possess. & propriet.* secus si illas decimas possederit; tunc enim requireretur aut immemorabilis, aut quadragenaria cum titulo. DD. *cit.* Rip. *in d. cap. cum Ecclesia. num. 25. vers. decimæ solutio.* & ibi Abb. *num. 46.* & Felin. *in cap. si diligenti*, *de præscr. num. 7.* apud Rot.

83 Porro præscriptio, seu quasi possessio decimandi adversus Episcopum habentem assistentiam juris, seu Parochum in uno prædio, non trahitur ad aliud, uti nec observantia trahitur de uno ad alium locum. Cavaler. *decis. 487 num. 4.* apud Postium *de manuten. obser. 73. num. 183.* Rot. *decis. 21. num. 12. p. 10. rec.* nec de specie ad speciem fructuum, ubi jus resistit, sed tunc dicitur tantum præscriptum, quantum possessum. Post. *loc. cit.* & plura infra *in §. 10. num. 107.* ubi etiam an præpræscribens decimas majores, habeat etiam minutas.

84 Præscriptio tamen non datur in jure exigendi decimas, quando fructus alias in parva quantitate existentes, & ideo non collecti, paulatim, & annuatim excreverunt, cum præscriptio requirat certum statum, & uniformitatem, ut de consuetudine supra diximus, & notavit Rot. *decis. 666. p. 3. rec. num. 3.*

85 De modo vero probandi præscriptionem concorda, quæ supra diximus *num. 42. & 44.* & quæ dicemus in verbo *Præscriptio*. Et ad possessionem continuam exigendi decimam probandam, non est necessarium, quod testes fuerint præsentes in quolibet actu solutionis; sed satis est, quod non fuerint absentes per longum tempus in actibus aliarum frequentiorum solutionum; ad notata per Abb. *in proœm. 10. decret. Rex. pacificus num. 3. vers. his notabiliter expeditis.* & ibi Felin. *num. 3. & 4.* relatos a Rot. *decis. 432. num. 6. p. 3. rec. & decis. 520. num. 21. p. 13. rec.* hinc etiam non dicuntur sibi contrarii probantes decimarum continuatam solutionem, licet non omnibus solutionibus fuerint præsentes. Rot. *decis. 32. num. 2. p. 4. rec. tom. 1.* quia etiam per sensum auditus possunt circa factas solutiones testificari, maxime cum sunt de communitate, ut potuerint optime hæc omnia scire; ad notata per Specul. *de testib. §. 1. num. 57. vers. si vero sit cæcus.* relat. a Rot. *cit. decis. 432. n. 5. p. 3. & decis. 520. n. 21. p. 13. rec.* ubi quod probari possit etiam per testes cæcos, si possint deponere de sensu proprio auditus &c. ut ibi.

§. IX.

An super decimis possit fieri compositio seu remissio?

Quæres, an super decimis valeat compositio, vel 86
transactio? Resp. affirmative inter personas Ecclesiasticas. *cap. 2.* ubi glos. & DD. *de transact. c. dilecti*, ubi Abb. & glos. *in verbo componatis. de decim.* Rebuff. *d. tit. q. 13. n. 16.* dummodo præcedat causæ cognitio, decretum, & consensus Episcopi. P. Pirhing *lib. 3. tit. 30. num. 133.* Monet. *de decim. c. 5. n. 120.* ubi, quod cum istis qualitatibus consensus &c. valeat compositio inter personas Ecclesiasticas, ut decimæ uni Ecclesiæ debitæ alteri solvantur; quod, stando in terminis transactionis, intelligendum venit in dubio, ad quemnam transigentium decimæ spectent: nam transactio super re omnino clara, & quæ nullam probabilem dubitationem recipit, corruit, nec sustineri potest; ad tradita per Rot. *dec. 111. nu. 2. p. 14. rec.* ubi Cancer. *var. res. lib. 1. c. 13. n. 36. & seqq.* Mantic. *cons. 136. n. 42. vers. cum igitur. & cons. 137. n. 23.* & alii, & ut infra in verbo *transactio*; & extra casum dubium esset alienatio, quæ ideo requireret solemnitates, quas supra notavimus in praxi *alienationis*, puta utilitas, necessitas, partium interesse habentium citatio &c. & Rot. *decis. 47. p. 11. rec. a num. 3.* Super decimis ergo licita est transactio, & compositio. *DD. cit. & cap. fin. de pact. in 6.* nec requiritur consensus Pontificis, sed sufficit consensus Episcopi. *d. cap. 2. de transact.* & ibi Abb. *num. 2. & 4.* glos. *in c. ex multiplici*, *verb. eandem*, *de decim.* Rot. *decis. 397. n. 11. p. 19. rec. & decis. 218. num. 3. p. 7.* quæ proinde erit servanda. Rot. *decis. 218. a num. 1.* & in privilegio decimarum exemptivo facienda erit mentio, & derogatio hujus transactionis, alias foret servanda non obstante privilegio, ut ad tex. *in cit. c. ex multiplici*, *de decim.* tenet Rota *decis. 97. num. 3. p. 13. rec.* Gonzal. *in d. c. ex multiplici. num. 6.*

Valet etiam compositio inter Clericos, ut minus quam 87
decima solvatur, vel de aliquibus non solvatur. *c. veniens*, *de transact. d. c. ex multiplici*, ubi DD. *de decim.* Abb. *in c. dilecti. eod.* Rebuff. *loc. cit. n. 26.* Monet. *ubi supra n. 123.* Imo eadem compositio valet etiam inter Clericos, & Laicos. glos. *in d. c. 2.* dummodo fiat cum Ecclesiæ utilitate, & a Pontifice, seu Superiore confirmata, vel magno temporis intervallo, scilicet per triginta annorum observantiam. Rot. coram Coccin. apud Monet. *loc. cit. nu. 125.* Rot. *decis. 582. num. 2. p. 18. rec. tom. 2.* quæ omnino vera sunt, si compositio fiat inter Clericos & Laicos de modo, loco, & tempore decimas solvendi, juxta Monet. *l. c. n. 126. in princ.* ubi Rebuff. *l. c. ex c. venerabilis.* & ibi glos. *de confirm. util. vel inutil.*

Ad hoc tamen ut obliget successores, debet fieri cum 88
auctoritate Superioris, & aliter non egreditur suum authorem. *c. de catero*, *de transact.* Abb. *in d. c. ex multiplici*, *n. 2.* ubi Butr. *in fin. de decim.* & alii apud Monet. *loc. cit. n. 126.* Limita quoad compositionem super decimis præteritis, vel decursis, quæ valet sine auctoritate superioris. glos. & DD. *in c. super*, *de reb. Eccles. non alien.* Rebuff. *d. quæs. 13. nu. 25. & 37.* Monet. *loc. cit. num. 128.* ubi dat rationem; quia nempe tunc non agitur de tol-

len-

lendo, aut remittendo aliquo jure Eccleſiæ, ſed ſolum de commodo illius Parochi, ad quem illæ decimæ jam ſpectant.

89 De futuris vero valet etiam tranſactio de conſenſu Pontificis, vel Epiſcopi, ſi pro decimis compenſetur Eccleſia in aliis rebus. Rebuff. *l. c. num. 36.* & dummodo detur ſpirituale pro ſpirituali: niſi enim accedat auctoritas Pontificis, ſpirituale pro temporali permutari non poteſt etiam cum utilitate Eccleſiæ. vide DD. apud Monet. *loc. cit. num.* 129. *&* 130. Et quod compoſitio ſuper decimis ſimpliciter facta intelligatur de decimis tam præſentibus, quam futuris, & ſic etiam quoad poſſeſſiones per Monachos poſtea acquiſitas, voluit gloſ. *in c. ex multiplici, de decim. in verb. quamdiu viveret.* ad tex. *in c. quia circa, de privileg.* quamvis quoad privilegia ſupra contrarium dixerimus, & etiam in terminis tranſactionis contrarium tenere videatur Rot. *deciſ.* 24. *an. 9. p.* 13. *rec.* ſi enorme inferat Eccleſiæ præjudicium.

90 Quær. an a tranſactione inita cum reſervatione beneplaciti Apoſtolici poſſit una pars, altera invita reſilire, antequam dictum beneplacitum ſuperveniat? Reſp. quod ſi dictum beneplacitum fuit pro forma requiſitum, & ſub clauſula *non alias, aliter, nec alio modo*, ſuntque factæ diligentiæ pro illo obtinendo, quod ſit locus pœnitentiæ antequam dictum beneplacitum ſuperveniat. ita Rot. *d. dec.* 218. *n.* 13. *p.* 7. *rec.* ſecus vero in illa tranſactione, in qua non adeſt talis clauſula; quia tunc cenſetur requiſitum, quatenus opus ſit, & ex ſuperabundanti, nec de jure requiritur, ad tradita per Gabr. *conſ.* 97. *num.* 7. Put. *deciſ.* 42. *lib.* 2. Seraph. *deciſ.* 1027. *num.* 7. apud Rot. *d. deciſ.* 218. *num.* 14. nihil in contrarium faciente regula *de conſenſu*, quod nempe ante expeditionem litterarum beneplaciti Apoſtolici ſit locus pœnitentiæ; quia id procedit in Beneficialibus, aut in materia, ſuper qua non licet tranſigere ſine beneplacito Apoſtolico, ut late per Put. *deciſ.* 343. *lib.* 1. *in nov. impreſſ.* apud Rot. coram. Dunoz. *deciſ.* 34. *n.* 4. *inter ejus impreſſ.* quæ alias eſt *deciſ.* 585. *p.* 1. *rec.* cum itaque inter perſonas Eccleſiaſticas nullo jure tranſactio interdicatur etiam ſine conſenſu Pontificis. *DD. cit.* ideo locus non erit pœnitentiæ, etiamſi ſupplicatio nondum eſſet ſignata, & ſic conſenſus Pontificis nondum ſecutus. Rotæ *cit.* & apud illas Alex. *conſ.* 40. *num.* 1. *lib.* 5. Pariſ. *conſ.* 1. *nu.* 129. *ſeq. lib.* 1. Cephal. *conſ.* 91. *num.* 9.

91 Poteſt etiam remitti decima Epiſcopalis Clericis, & talis remiſſio large interpretatur etiam ad poſſeſſiones poſtea acquirendas. *cap. quia circa; de privileg.* ſicut etiam ab una Eccleſia alteri Eccleſiæ. Decima parochialis poteſt remitti Clerico, imo etiam Laico de conſenſu Pontificis, vel Epiſcopi, ſed in graviſſima cauſa. Monet. *l. ſup. cit. num.* 135. Rebuff. *d. q.* 13. *num.* 27. Et remiſſio decimæ præteritæ nullam requirit ſolemnitatem, ſed liberat debitorem a culpa, & pœna, ut ſic intelligendo Navar. *in manual. cap.* 21. *num.* 32. & gloſ. *in reg. peccatum, verb. reſtituatur*, tradit. Monet. *l. c. n.* 136. *verſ. remiſſio.*

92 Quær. an remittens decimas ſibi debitas etiam novalia remiſiſſe cenſeatur? Reſp. affirmative. *c. quia circa, de privileg.* ubi Jo. Andr. & Abb. nam in beneficiis plena fit interpretatio, dummodo remiſſio legitime fuerit facta. Monet. *de decim. cap.* 4. *q.* 3. *num.* 76. & non ſit in enorme detrimentum Eccleſiæ. gloſ. ibi: per tex. *in cap. Apoſtolicæ, de donat.* & fiat ex cauſa neceſſitatis, pietatis, vel utilitatis. Innoc. Hoſt. & Joan. Andr. apud cit. Monet. quem vide.

§. X.

Quid ſint novalia, & quibus ſolvi debeant?

93 Eſt vero novale juxta aliquos ager nunc primum præciſus. *cap.* 1. *de V. S.* vel juxta alios, eſt terra præciſa, quæ anno ceſſat. ad tex. *in L. ſylva cædua.* 30. *ff. de V. S.* apud Monet. *de decim. cap.* 4. *q.* 1. *num.* 50. ſed quidquid ſit de iſtis definitionibus, ſtando hac in decimarum materia definitioni canonum, quam communiter amplectuntur DD. dicendum eſt, quod novale ſit ager de novo ad culturam redactus, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuerit. *c. quid per novale. de verb. ſignif.* ubi Innoc. Rot. *dec.* 223. *nu.* 1. *p.* 1. *rec.* Ruin. *conſ.* 163. *nu.* 16. *lib.* 5. Abb. *conſ.* 71. *n.* 20. *lib.* 2. apud Rot. *dec.* 252. *n.* 1. *p.* 3. *rec.* quod proprie novale dicitur, & quaudo memoria extat, quod aliquando cultus fuerit, vel ſolum mutetur ſemen, dicitur novale improprie dictum. vide Monet. *de decim. l. c.* P. Pirhing. *lib.* 3. *decret. tit. de decim. ſect.* 5. *num.* 98. & DD. *in d. cap. quid per novale.*

Itaque ut teſtes probent novale, requiritur quod de- 94
ponant, quod nunquam viderint vel audiverint aliquos, qui dicerent, ſe vidiſſe illa loca coli, vel audiviſſent ab aliis, qui vidiſſent, vel audiviſſent ab aliis rurſum in infinitum, vel etiam ab aliis, qui ſecum convivebant, coarctando negativam &c. Innoc. *in cap. veniens. n.* 1. *de verb. ſignif.* Ruin. *d. conſ.* 163. Ferret. *conſ.* 195. *n.* 2. *lib.* 1. quos ſequitur Rota *deciſ.* 223. *nu.* 1. *p.* 1. *& dec.* 252. *p.* 3. *& dec.* 99. *n.* 3. *p.* 15. *rec.* & alibi. Quæ proinde articulanda erunt, alias teſtes non probarent. Nec ſufficit, quod deponant per verbum juris, dicendo: *illa eſſe vel non eſſe novalia*, niſi etiam rationem reddant, quæ factum concludat. Aym. *conſ.* 6. *n.* 223. apud cit. Rot. *n.* 2. Quamvis, quod hæc rigoroſa probatio non requiratur, ſi locus ille non fuerit antea ex propria natura aptus ad recipiendam culturam, v. g. ratione ſitus conſiſtentis in quibuſdam foveis, paludibus &c. juxta ſenſum gloſ. *in cap. commiſſum, verb. paſcuis, de decim.* ibi: *quæ prius erant quaſi inutilia, ut montana, paludes, &c.* tenuit Rot. *dec.* 99. *n.* 4. *p.* 15. *rec.*

Itaque terræ illæ, quæ olim prata, ſylvæ, vel paſcua 95
fuerunt, ſi ex illis aliqui fructus percipiebantur, ex quibus ſolvebatur, vel ſolvi debebat (etiamſi forſan per fas & nefas non fuerit ſoluta) decima, ſi redigantur ad culturam, non conſtituunt novale, nec mutatur earum terrarum natura quoad decimas, quæ ſemper illi perſolvendæ erunt, cui ante culturam ſolvebantur, juxta diſtinctionem tamen, ut infra *a nu.* 105. nam ad conſtituendum novale proprie tale non ſufficit, quod terra illa uſque tunc inculta fuerit, ſed inſuper requiritur, quod ex illa nihil fuerit ſolutum, nec etiam debitum nomine decimarum, ut per Abb. *in d. cap. quid per novale. n.* 1. *verſ. nota tria.* Pariſ. *conſ.* 73. *n.* 17. *&* 18. *lib.* 4. Rebuff. *de decim. q.* 14. *n.* 22. Covar. *var. reſ. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 13. tenuit Rot. *in cit. dec.* 223. *p.* 1. *&* 252. *n.* 2. *&* 3. *p.* 3. *rec.*

Non tamen eſt neceſſarium ad conſtituendum nova- 96
le, quod nulli omnino fructus collecti fuerint, ſeu ut locus ille fuerit omnino incultus, ſed ſatis eſt, ut fructum in conſiderabili quantitate non faceret, vel afferret, cum alias ex tenui fructu non deſinat eſſe novale. Innoc. *in d. c. quid per novale.* Monet. *l. c. num.* 50. P. Pirhing *l. c. num.* 98. Rot. *deciſ.* 99. *nu.* 5. *p.* 15. *rec.* ubi gloſ. *in c. commiſſum, de decim. in verb. paſcuis.* ibi: *vel ita modicum, quod ſine læſione poterat amittere illud.* Guttierrez *pract. quæſt. lib.* 1, *q.* 18. *n.* 11. *&* *ſeqq.* Rebuff. *de decim. q.* 14. *n.* 43.

Et novalium horum decimæ ſunt ſolvendæ. *cap. non* 97
eſt, de decim. c. omnes decimæ. 16. *q.* 7. *c. cum contingat. de decim.* Monet. & Pirhing *loc. cit.* ſed cui? Reſp. quod novalium decimæ, ſecluſis privilegiis &c. ſicut aliæ, pertinent ad Eccleſiam parochialem, & quidem ad illam, in cujus finibus ſurgunt *d. cap. cum contingat, de decim. c. quoniam.* 13. *eod.* P. Pirhing. *loc. cit. num.* 100. & ſi loca, in quibus novalia inſurgunt, in nullius Parochiæ finibus ſita ſint, illa ſpectabunt ad Epiſcopum, in cujus diœceſi ſita ſunt; juxta ſuperius dicta tamen *nu.* 35. Pirhing *l. c. num.* 101. ſed ſi inſurgant quidem intra limites duarum parochiarum, ſed neſciatur, in qua, dividentur pro rata inter illas. Pirhing. *num.* 102. *verſ. notandum*, & juxta ſuperius dicta *d. num.* 35. *&* *num.* 40. *&* 41. *& ſeq.* ubi diximus, habendam rationem ad Eccleſiam Sacramentalem tanquam habentem intentionem fundatam in cura animarum.

In aliquibus tamen locis adeſt conſuetudo, quod de- 98
cimæ novalium proprie talium primis tribus annis ſpectent ad Parochum illius loci, in quo illa inſurgunt, illis vero elapſis ſpectent ad illos, qui alias jus univerſale decimandi habent in illo loco, quam conſuetudinem adeſſe in tota Bavaria teſtatur D. Klingenſperg. *in ſuis theſibus, de decim. aſſert.* 53. *cap.* 5. ubi illam conſuetudinem defendit.

Verum quidquid ſit de hac conſuetudine, & illius validitate, ſtando diſpoſitioni juris communis, ad explicationem *cap. cum contingat, de decimis*, an ille, qui acquiſivit decimas in aliena parochia, ſeu in aliquo pago,

aut diſtrictu &c. habere debeat etiam novalia, quæ in illa inſurgunt, pro praxi inſervient ſequentes concluſiones: ſit itaque, loquendo de novalibus proprie talibus.

99 Qui decimas in aliena parochia per præſcriptionem acquiſiſtit, ſeu in aliquo pago, ſi ibi inſurgunt novalia, illorum decimas non habebit; quia præſcriptio decimarum non extenditur ad novalia; *cap. cum contingat, de decim.* & ibi Joan. Andr. Butr. & alii apud Fagnan. *in cit. cap. cum contingat. num.* 1. 5. *&* 15. P. Pirhing *ibid. ſect.* 5. *n.* 110. Poſtius *de manuten. obſerv.* 73 *nu.* 182. Gonzal. *in cap. cum in tua, num.* 2. *de decim.* Laym. *in d. cap. cum contingat.* Monet. *de decim. cap.* 4. *num.* 79. Covar. *var. reſ. cap.* 17. *num.* 13. *lib.* 1. Rebuff. *de decim. q.* 14. *num.* 9. Barboſ. *de offic. & poteſt. Paroch. cap.* 28. *num.* 58. & apud illos alii, qui unanimiter rationem aſſignant; quia præſcriptio non datur ſine poſſeſſione, quæ in novalibus nondum ruptis, nuſquam contingit. Limita juxta Monet. *loc. cit. num.* 84. ſi decimæ præſcriptæ ſint in una parte fundi, & poſtea altera pars ejuſdem fundi fiat novalis; quia in hoc caſu habebit etiam novalia, qui decimas præſcripſit. ad tex. *in cap. cum in tua de decim.* Brun. *in tract. de augment. concl.* 17. *in princ.* Rebuff. *l. c. num.* 20. Abb. *conſ.* 71. *vol.* 2. *per tot.* Covar. *l. c.* Fagnan. *l. c. num.* 15. Barboſ. *l. c.* Poſt *l. c. num.* 162. Gratian. *diſc. for. cap.* 425. *num.* 14. Balb. *de præſcr.* 2. *p. princ. num.* 17. & idem annuere videtur Rot. in terminis non multum diſſimilibus *in dec.* 212. *num.* 5. *&* 13. *p.* 3. *rec.* ubi, quod, quando quis decimat unam partem prædii, qui negat dare decimam, de reliquo videatur habere præſumptionem juris contra ſe, nempe, quod prædium ſit pro una parte decimatorium, pro alia vero non. Quæ tamen limitatio locum habebit, dummodo appareat, unum eſſe prædium, vel per limites, & clauſuram, vel quia uno pretio fuit emptum &c. alias ſecus, ut dicit Monet. *l. c.* ubi Rebuff. *d. q.* 14. *num.* 21. & Abb. *d. conſ.* 17. *ad fin.* Gratian. *loc. cit. n.* 16.

100 Privilegium conceſſum Laicis percipiendi decimas in aliena parochia, etiamſi dictæ decimæ fuerint eiſdem in feudum datæ, non comprehendit novalia, niſi de illis ſpecialis mentio facta fuerit: ut ad tex. *in cap. tua. il.* 1. §. *ult.* ubi gloſ. & DD. *de decim. & cap.* 2. *eod. in* 6. §. 1. tenet. Monet. *l. c. num.* 66. Gonzal. *in c. commiſſum. num.* 9. *ad med. de decim.* Covar. *d. cap.* 17. *num.* 13. *ad med.*

101 Privilegium vero conceſſum Eccleſiaſticis perſonis percipiendi decimas alienæ parochiæ, comprehendit etiam novalia, ut ad *cap. ex parte.* 3. *de decim.* ubi gloſ. *& in cap. cum contingat, eod.* defendunt Fagnan. *in d. c. cum contingat. a num. ſeqq.* ubi dat rationem; quia verbum *decimarum* generaliter prolatum ex proprietate vocabuli includit decimas tam præſentes, quam futuras. Et apud illum Innoc. *in d. cap. cum contingat in princ.* & Hoſtienſ. *num.* 4. ubi aliam dant differentiam inter præſcriptionem, & privilegium, quod prior tanquam odioſa ſit reſtringenda. *L. fin. C. de annal. except. in fin. c. vigilanti*, §. 1. *de præſcr.* poſterius ampliandum; & hanc defendit etiam Monet. *de decim. d. c.* 4. *num.* 65. Verum quod tale privilegium ſive ſit perſonis Eccleſiaſticis conceſſum, ſive Laicis, etiamſi decimæ ſint eidem in feudum conceſſæ, non comprehendat novalia poſtea rupta, niſi de illis fiat ſpecialis mentio, defundat P. Pirhing. *tit. de decim. ſect.* 5. *num.* 104. Covar. *d. c.* 17. *num.* 13. Barboſ. *in cap. ex parte, nu.* 3. *de decim. & de offic. & poteſt. Paroch. c.* 28. *num.* 58. Zœſius *in comment. ad Decret al. lib.* 3. *tit.* 30. *num.* 56. Laym. *in d. cap. cum contingat, de decim.* & apud illos alii. late Gonzal. *in c. commiſſum. num.* 9. *per tot. de decim.* quia in hoc paſſu, privilegium, & præſcriptio comparantur. Barboſ. *loc. cit.* & etiamſi privilegium quoad Clericos ſit minus odioſum, quam quoad Laicos, ſimpliciter tamen eſt odioſum, utpote in præjudicium tertii, ſeu Parochi, ut dicit Pirhing *loc. cit.* & fatetur etiam Fagnan. *uti ſupra.* Et in *cap. ex parte*, teſte Gonzal. & Pirhing *ll. cit.* & aliis, agebatur de privilegio conceſſo ei, cui jure communi decimæ debebantur, præſcriptione tamen, vel alio modo jus ad eas amiſerat, quo caſu non eſt mirum, ſi tale privilegium fuit tanquam favorabile extenſum ad novalia. Bichius *dec.* 322. *n.* 10. Limita primo cum P. Pirhing *loc. cit.* quod id procedat, ſi verba privilegii talia ſint, ut ſalva verborum proprietate poſſint reſtringi ad prædia prius culta, abſque hoc, quod comprehendant novalia poſt privilegium rupta, alias ſecus, ne privilegium reddatur inutile. Limita ſecundo, ſi fuit conceſſa decima, *& jus decimandi* terras alienæ Parochiæ; nam tunc non ſolum intelligitur conceſſa decima de præſenti, ſed etiam de futuro, ne illud verbum *& jus decimandi* ſit ſuperfluum, ad tradita per Decian. *reſp.* 22. *num.* 36. *lib.* 1. apud Rot. *dec.* 381. *p.* 4. *rec. tom.* 2. *num.* 29.

An vero privilegium non ſolvendi decimas compre- 102
hendat etiam novalia poſt privilegium rupta? affirmative reſpondet P. Pirhing *loc. cit.* at negative reſpondet Monet. *de decim. d. c.* 4. *num.* 67. uti Butr. *in c. tua, il.* 1. *colum. ult. de decim.* Rebuff. *de decim. q.* 14. *num.* 30. & alii. & late probat Gonzal. *in d. c. commiſſum.* 4. *num.* 9. *de decim.*

Et privilegium non ſolvendi decimas de novalibus, 103
intelligitur de iis novalibus, in quibus alter non habet tempore conceſſi privilegii quaſi poſſeſſionem percipiendi decimas, juxta *cap. dudum, de privileg. & cap. ſtatuto, de decim. in* 6. ne fiat tertio præjudicium præter intentionem concedentis. vide Abb. *in d. cap. dudum.* & Covar. *d. c.* 17. *in fin.* Monet. *loc. cit. n.* 69. & quæ ſupra diximus *num.* 18.

Imo & Regulares exempti in aliquibus Parochiis de- 104
cimas antiquas, aut earum partem habentes ex donatione Laicorum, non poſſunt pro illis novales ſupervenientes percipere, vel prætendere ſine alia juſta cauſa. Monet. *loc. cit. num.* 75.

Sed quid juris in novalibus improprie talibus, ubi 105
ſolum ſemen alteratur, ſeu mutatur &c. an ex tali alteratione mutetur obligatio decimandi, an vero ille, qui prius habebat decimas, illas etiam habere debeat ex fructibus ſubrogatis, ſive, an ille, qui prius habebat decimas majores, habere debeat etiam decimas minores, ſi tales fructus ſeminentur &c. pro cujus quæſtionis deciſione theoricam tradit Butr. *in cap. cum contingat. num.* 4. *verſ. pro ſolutione.* relat. a Fagnan, *ibid. num.* 11. *ſeqq.* pro concordia textuum, qui ſibi contrariari videntur, nempe *c. cum in tua, cit. cap. cum contingat; & cap. ex parte de decim.* ubi affirmative reſpondet, quando ſpecies, ad quam fit extenſio, eſt inferioris gradus; nam tunc eadem eſt materia; quia idem fundus, & idem genus; quia minutæ, & groſſæ ſunt de genere decimarum, & minutæ ſunt inferioris gradus, unde debet fieri extenſio, & ideo exiſtens in quaſi poſſeſſione decimandi fructus unius fundi, ex quo ſolum frumentum antea colligebatur, dicitur etiam eſſe in quaſi poſſeſſione decimandi milium, quod poſtea loco frumenti fuit in eodem fundo ſatum.

Verum dicendum videtur, quod quando aliquis pro- 106
bat jus reale, & univerſale decimandi quoad omnes fructus, ſeu quod ſit decimator univerſalis de omnibus fructibus, adeo, ut nulli fructus colligerentur ex ipſis prædiis, quin de omnibus ipſe ſolus, & non alius haberet decimam, tunc eidem debentur etiam decimæ ex novis fructibus ſubrogatis. Balb. *de præſc.* 2. *p. princ. num.* 17. *&* 18. Rot. Rom. ſæpius, & ſignanter *in una Conchenſ. decimarum.* 17. *Aprilis.* 1676. quæ reperitur inter recent. *p.* 8. *tom.* 2. *dec.* 688. *& in una Placentin. decimarum dec.* 333. *p.* 5. *rec. tom.* 1. *num.* 9. Barb. *de Jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 3. *c.* 25. §. 2. *n.* 62. quo caſu dicit procedere textum *in d. c. cum in tua, de decim.* ubi plures citat. Mareſc. *var. reſol. lib.* 2. *c.* 95. *a nu.* 12. *ſeqq.* quia mutatio ſeminis, & fructuum, non mutat, aut minuit obligationem ſolvendi decimas, ne ſit in poteſtate ruſticorum, aut aliorum aliquem defraudandi jure ſuo decimandi, contra *cap. commiſſum, verſ. & ſicut, & cap. cum in tua.* 30. *de decim.* niſi tamen alius ſit in poſſeſſione exigendi decimas ex certis fructibus, v. g. conſtituentibus decimas minutas. Mareſc. *loc. cit. num.* 17. *verſ. alio in poſſeſſione non exiſtente.* Monet. *de decim. cap.* 5. *q.* 5. *poſt n.* 109. *verſ. declara.*

Qui vero decimas tantum habet ex præſcriptione, non 107
fit extenſio de una ſpecie ad aliam, ubi jus reſiſtit, ut eſt contra Parochum; & ſic, quando decima frumenti erat debita ratione præſcriptionis, ſi loco frumenti ſeratur linum, illius decima non debetur eidem, qui præſcripſit decimam frumenti, ſed Parocho, niſi pariformiter pro parte dicti decimatoris doceatur de præſcriptione etiam quoad decimas lini: quia tunc intrat Regula, *tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum.* ita *DD. cit.* & Ma-

reſc.

resc. *loc. cit. num.* 25. *seqq.* videatur Abb. *in d. cap. cum contingat.* Butr. & Barbos. *ll. cit.* Monet. *loc. cit.* Postius *de de manuten. obs.* 73. *an.* 177. *seq.* Rot. *decis.* 319. *p.* 17. *rec.* & *cit. decis.* 333. quæ etiam citat Butr. sic concordantem tex. *in cit. cap. cum in tua, c. ex parte. & cap. cum contingat, de decim.* & Cassan. *cons.* 34. *num.* 17. qui tradit cit. tex. *cap. cum in tua.* non fuisse ad aliud promulgatum, quam ad id dicendum, quod nempe decimæ novorum fructuum pertineant ad illum, qui prius ex jure universali &c. percipiebat decimas ex illis agris &c. videatur etiam Laym. *in d. cap. cum in tua.* quas decimas proinde qui prætendit, maxime contra Parochum, ad quem de Jure omnes decimæ spectant, probare debebit hoc jus universale. Rot. *decis.* 688. *p.* 18. *rec. tom.* 2.

102

103 Probatur vero hoc jus universale, vel per Juris assistentiam, ut in Parocho qui existens in possessione quoad unam speciem manutenetur quoad omnes alio non existente in possessione legitima, ad tradita per Postium *loc. cit. a num.* 155. *ad* 176. ubi DD. item ex concessione facta decimarum, & *Juris decimandi*, juxta supra tradita *num.* 101. *ad fin.* Item ex actuali perceptione quoad omnes fructus ut *num.* 106. Item ex investituris factis & feudis concessis ab habente legitimam potestatem in omnibus decimis, & fructibus ex certis fundis, aut certo territorio &c. Rot. *decis.* 591. *p.* 5. *rec. tom.* 2. vel si fuerint non solum præscriptæ decimæ, sed etiam *jus decimandi* circa omnes fructus: secus vero si fuissent alii fructus percepti, ex quibus præscribens non percepisset decimas. Balb. *d. p.* 2. *princ. num.* 18. potest enim unus & idem ager esse duobus decimabilis, uni quidem respectu tritici, & alteri respectu vini, ut dicit idem Balb. *loc. cit. & nu.* 21. & notat etiam Laym. *in c. cum in tua, de decim.* quod in jure dissonum non sit, quod una res diverso jure censeri possit ex diversitate rationis, & sic quod decimæ majores alicui ex privilegio &c. competant, minores vero etiam ex eodem fundo ad Parochialem Ecclesiam de Jure communi; quibus proinde conditionibus cessantibus parochus habebit intentionem fundatam in novalibus, seu novis fructibus; ad *cap. cum contingat, de decim.* de Luca ad Gratian. *disc. for. d. cap.* 425. *num.* 11. Bich. *decis.* 322. In dubio vero jus decimandi præsumitur reale respectu prædiorum, non vero respectu certorum fructuum, quando tamen omnes prætendentes veniunt ex jure coæquali: secus vero si unus niteretur jure communi, alter vero præscriptione, aut certe esset in possessione percipiendi decimas ex aliquibus fructibus. vide Monet. *d. c.* 5. *n.* 109. *per tot.*

104

105

106

109 Sed quid si mutatio fructuum fiat in tales, de quibus non solet solvi decima, v. g. si agri, in quibus seminabatur frumentum &c. reducantur ad prata, eritne debita etiam decima fœni? Resp. affirmative, si decima frumenti prius debebatur jure reali, seu universali percipiendi omnes decimas ex illis fundis. Rot. *decis.* 321. *num.* 6. *p.* 15. *rec.* quia non tollitur jus decimandi, sed solum mutantur fructus, & ideo censentur subrogati in locum antiquorum, ad tex. *in cit. cap. commissum. in fin. & c. cum in tua.* ubi Butr. *num.* 5. & 6. *de decim.* Abb. *cons.* 71. *num.* 2. *lib.* 2. & alii apud *cit. Rot.* ita ut consuetudo non solvendi decimam de fœno ex pratis antiquis non suffragetur respectu terrarum noviter ad prata redactarum, ne alioquin sit in potestate colonorum mutando semen auferre jus Parochis, & tractatu temporis eos frustrare decimis eisdem de jure debitis, ut dicit Rot. *decis.* 321. *a num.* 4. *ad* 9. *p.* 19. *rec.* Bicch. *decis.* 322. *num.* 8. secus vero est, si decimæ debebantur præscriptione, aut privilegio de decimis certorum fructuum loquente &c. DD. *cit.* & ut supra *num. anteced.*

107

110 Ex quibus supra dictis colligitur, quod Dominus fundi decimalis possit pro arbitrio dictum fundum mutare, seu illius conditionem, & qualitatem, ut ex agro facere vineam, aut hortum, & vice versa &c. etiam sine consensu Ecclesiæ, quæ ex dicto fundo percipiebat decimas, dummodo decimæ solvantur etiam ex novis fructibus ut supra P. Pirhing *loc. cit. num.* 113. ubi Abb. *in cap. commissum. num.* 2. *de decim.* Azor. *inst. mor. p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 35. *q.* 10. & an, & quando hæc culturæ variatio sit licita, ubi per illam alicui aliquod damnum infertur uti mutare pratum in quo aliquis habebat jus pascendi, in agrum &c. vide Covar. *pract. quæst. cap.* 37. *num.* 4. Cæpol. *de servit. rustic. præd. c. de servitut. juris pascend. num.* 26.

Porro decimæ novalium debentur ab omnibus, nisi 111
habeant speciale privilegium exemptionis, prout habent P. P. Soc. JESU, ac alii Religiosi, quando propriis expensis colunt, nisi ab illis aliter fuisset pactum. Rebuff. *de decim. q.* 14. *num.* 45. Monet. *de decim. cap.* 4. *num.* 56. & 57. apud quem Rot. coram Dunozet. Barbos. *de Paroch. p.* 2. *cap.* 28. §. 3. *n.* 17. & tex. est *in cap. ex parte.* 10. *de decim.* Rot. *decis.* 99. *num.* 1. *p.* 15. *rec.* Limita, si novalia ab exemptis, aliis dantur ad excolendum. Rebuff. *loc. cit. num.* 17. Monet. *num.* 58. Limita secundo, si solvendo tacite renunciarunt privilegio *cap. accedentibus, & cap. si de terra, de privileg.* Rebuff. *loc. cit. n.* 54. Monet. *n.* 60. Limit. tertio, si Ecclesiæ talis exemptio enorme affert detrimentum. Monet. *num.* 62. & ut supra. Limita quarto in possessionibus noviter acquisitis, scilicet post Concil. Lateran. *cap. nuper de decim.*

Et prædia, quæ semel sunt novalia, semper, ac per- 112
petuo debent censeri talia quoad immunitatem per privilegium Religiosis concessam de non solvendis decimis ex illis, juxta *cap. ult. de privileg.* Pirhing *loc. cit. n.* 99. Monet. *d. cap.* 4. *nu.* 62. Gonzal. *in d. cap. ult. de privileg.* nisi incipiat esse iniquum propter magnam Ecclesiæ læsionem; ad glos. *fin. in cap. quid per novale de V. S.* Monet. *loc. cit.* In aliis vero personis per privilegium non exemptis, viget in aliquibus Regionibus consuetudo, ut pro primis tribus, aut quatuor annis agrorum noviter ad culturam redactorum Domini, ex illis aut nihil, aut certe certa tantum pars, puta vigesima &c. solvatur in compensationem magnarum expensarum, quas facere solent in reducendo terram ad culturam, quo tempore postea elapso decimas solvere tenentur cui de Jure, ut ex aliis agris.

Id tamen quod supra *num.* 97. & 98. diximus, nova- 113
lium decimas, de Jure spectare ad Parochum, aut certe tribus primis annis, de consuetudine aliquarum Regionum, id procedit, si Parochus probaverit, illa esse vera novalia, ut in contradictorio facere deberet, tanquam fundamentum suæ intentionis; ad tex. *in L. qui accusare. C. de edend. L. ei. incumbit. ff. de probat.* & per tradita *in una Mediolan. decimarum de Varisio. Lunæ* 16. *Decembris* 1613. *coram Pirovan.* quæ reperitur *in recent. p.* 3. *decis.* 544.

§. XI.

Miscellanea decimarum.

Quær. quis sit Judex competens in causa decima- 114
rum tam in petitorio, quam in possessorio, tam inter personas Ecclesiasticas, quam Laicas? Resp. si lis sit inter solos Clericos, vel inter Laicum actorem, & Clericum Reum, quod cognitio spectet ad Judicem Ecclesiasticum privative ad Laicum. Monet. *de decim. cap.* 8. *num.* 18. est enim triti Juris regula, quod in utroque Jure tam Canonico, quam civili, Clericus Reus conveniendus sit coram suo Judice Ecclesiastico. *cap. qualiter, de Judic. cap.* 2. & *cap. si diligenti, de for. comp.* & alibi passim. late Covar. *pract. qq. cap.* 31. *per tot.* Menoch. *de retin. remed.* 3. *n.* 346. *seqq.* & 350. & *de recuper. remed.* 15. *n.* 213.

Si vero lis est inter Laicos, vel Clericum actorem, 115
& Laicum Reum, & quidem in possessorio meri facti, puta an decimæ fuerint solutæ nec ne, & cui &c. potest etiam Judex laicus cognoscere. DD. apud Monet. qui tamen contrariæ magis inclinat. *loc. cit. num.* 5. & 8. late Menoch. *d. remed.* 3. *de retin. a* 324. & *de recuper. d. remed.* 15. *a num.* 200. *ad* 233. & 235. Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 26. §. 4. *a num.* 1. Gratian. *disc. for. cap.* 238. *num.* 16. & ibi de Luca *num.* 17. Scacc. *de sent. & re jud. glos.* 7. *q.* 3. *limit.* 5. *n.* 42. P. Pirhing *lib.* 3. *decret. tit.* 30. *sect.* 7. *num.* 162. Zerol. *in prax. Episcop. p.* 1. *verb. decimæ.* §. 6. Covar. *pract. quæst. cap.* 35. *num.* 2. & apud illos alii, quamvis non desint DD. magni nominis, qui contrarium teneant, ut videre est apud DD. *cit.* & Azor. *inst. mor. d. lib.* 7. *c.* 36. *q.* 5. *tom.* 1. id tamen intellige, ut possit etiam Judex Ecclesiasticus tunc cognoscere, & sic causam esse mixti fori, locumque esse præventioni. *arg. c. cum sit, de for. comp.* Sperel. *decis.* 98. *num.* 25. *seq.* P. Pirhing *l. c.* Gratian. *l. c.* & apud illum Federic. *cons.* 255. *in fin.*

Auffr. *de poteſt. ſæcul. in Eccleſ. reg.* 4. *fal.* 19. *in fin. verſ. ſubdens fol.* 364. & alii. Et ideo juxta *DD. cit.* poterit etiam Judex ſæcularis compellere Laicum recuſantem ad decimas ſolvendas. vide Covar. *l. c.* ſicut & in furto decimarum poteſt Judex laicus cognoſcere. Rebuff. *de decim. q.* 10. *n.* 3. apud Scacc. *loc. cit. nu.* 43. Rot. *deciſ.* 296. *num.* 15. *p.* 5. *rec. tom.* 1. Limit. ſi non eſt quæſtio puri facti, ſed etiam de Jure poſſidendi, an nempe quis legitime poſſideat, & ſic ſit manutenendus &c. Monet. *de decim. d. cap.* 8. *nu.* 13. Zerol. *loc. cit.* non enim tunc eſſet cauſa mere temporalis, ſed mixta cum ſpirituali, cujus laicus eſt incapax. Menoch. *d. remed.* 3. *anu.* 328. ubi late examinat. vide Sperel. *deciſ.* 98. *a n.* 22. *ſeqq.* Antonel. *de regim. Eccl. lib.* 5. *cap. ult.* §. 2. *n.* 12. *& 13. & DD. ſup. cit.* ubi ergo ſufficit ad obtinendum in judicio retinendæ, probare quaſi poſſeſſionem, poterit etiam Judex Laicus cognoſcere, etiamſi incidenter allegetur titulus ad poſſeſſionem colorandam, abſque hoc quod ille titulus examinari debeat, ſecus ſi probatio quaſi poſſeſſionis non ſufficiat, ſed inſuper etiam titulus examinari debeat. Menoch. *& DD. cit.*

116 Quinam vero ſit Judex competens etiam quando agitur in petitorio inter Laicos, in materia decimarum, quæ ipſis ſæcularibus datæ ſunt in feudum? major eſt difficultas, & quod tunc Judex Laicus ſit Judex competens etiam in petitorio, defendere conantur Covar. *pract. quæſt. cap.* 35. *num.* 2. *verſ. tertio quoties.* Barb. *in L. Titia. n.* 42. *ff. ſol. matr.* Gutierrez *pract. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 1. & alii apud Barboſ. *de Jur. Eccleſ. d. cap.* 26. §. 4. *num.* 2. late Solorzan. *de Jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 1. *a num.* 32. ubi doctoribus & rationibus hanc opinionem comprobat. Verum, quod etiam tunc ſolus Judex Eccleſiaſticus ſit Judex competens, inſigniter utraque parte informante deciditur & defenditur *in una Ravennatenſ. Emphyteuſis.* 28. *Martii* 1631. *coram Merlin.* quæ inter recent. reperitur *in p.* 6. *deciſ.* 42. ubi *num.* 15. expreſſe dicitur, quod etiam cauſa decimarum, quæ datæ ſint in feudum ſæcularibus, diſcutienda ſit coram Judice Eccleſiaſtico: licet enim dominium hujuſmodi decimarum, ſcilicet fructuum earum omnino ſpectet ad Laicos, & feudum cenſeatur ſæculare, tamen, quia oritur, & dependet a Jure ſpirituali, & Eccleſiaſtico, non poteſt Judex Laicus de illis cognoſcere, & citat Federic. de Sen. *conſ.* 245. *num.* 1. Azor. *inſt. moral. p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 36. *q.* 3. Monet. *de decim. cap.* 8. *q.* 1. *nu.* 15. Facundez *ſuper præcept. Eccleſ. lib.* 3. *præcep.* 5. *cap.* 5. *n.* 5. ubi Covar. & alios contrarium ſentientes refellit, quos etiam citat Barboſ. *l. c.* idem tenet Sperel. *deciſ.* 98. *num.* 25. P. Pirhing. *d. tit.* 30. *num.* 163. ubi de communi, & alii innumeri: dicunt quidem DD. contrarium tenentes, & ſignanter Solorzan. *loc. cit. num.* 29. *&* 42. hanc decimarum conceſſionem, quæ Laicis fieri ſolet, non tam dirigi ad ipſum jus eas demmet decimas percipiendi, & proprio titulo habendi, quod ſpirituale eſt; ſed ad fructus temporales, qui ex ipſis decimis reſultant, atque procedunt; & ſic tanquam de re mere temporali poſſe Judices Laicos cognoſcere: ſed Reſp. id procedere, ſi decimæ auctoritate Summi Pontificis omnino ſint translatæ in Laicos, ut de illis ſicut de bonis temporalibus diſponere poſſint, tunc enim non eſſent amplius bona ſpiritualia, vel ſpiritualibus annexa, ſed temporalia. Pirhing. *l. c.* Azor. *uti ſupra.* §. *cæterum.* ubi, quod id fieri cenſeatur, cum decimæ auctoritate Summ. Pontificis fuerunt in Laicos translatæ contractu permutationis cum alia re temporali, emptionis &c. alias ſecus: nec ex eo, quod Laici ſint effecti capaces decimarum illæ ſunt execratæ, ut dicitur de Jurepatronatus. *ut in cap. quanto, de Jurepatr.* ſed remanent ſpirituales, etiamſi ſint Laicis in feudum conceſſæ, ut tenuit alia Rota *in deciſ.* 103. *n.* 18. *ſeqq. p.* 7 *rec.* quæ rejicit diſtinctionem Barboſ. *in d. L. Titia.* cum decimæ ſpirituales ſint, & fructus ab illis dependeant, ſeu a Jure decimandi, quod ſufficit ad excludendum Judicem Laicum. vide *DD. cit.* apud quos habebis alias rationes, & auctoritates. Limita primo hanc veram concluſionem, ubi aliter conſtat de mente infeudantis, ut ex Pirhing & Azor. diximus, quando nempe decimæ auctoritate Pontificis omnino ſæcularizatæ fuerunt, de quo caſu forſan cum Solorzan. loqui volunt DD. contrarii. Limit. ſecundo ubi agitur de decimis, ſeu fructibus jam exactis contra exactorem; quia tunc non ſunt amplius decimæ, ſed debitum, ſeu pecuniarum creditum, & ſic cum non agatur tunc proprie de decimis, ſed de ratione reddenda, ſeu de reſtitutione, Judex laicus cognoſcere poterit, dummodo nihil diſcutiatur ſuper titulo, aut jure illas exigendi, ſed de illo non dubitetur, de quo Sperel. *d. dec.* 98. *num.* 24. *&* 25. plura de hac materia vide apud Azor. *d. cap.* 36. *per tot.* ubi abſolute vult cauſam decimarum quocumque modo tractetur inter quaſcumque perſonas, ſemper eſſe tractandam coram Judice Eccleſiaſtico.

Decimarum cauſæ ſunt ſummarie tractandæ in judi- 117
cio, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura judicii. *Clem.* 2. *de Judic.* P. Pirhing *loc. cit. num.* 164. Rot. *deciſ.* 611. *p.* 1. *rec. num.* 5. Jo. Franc. Leo *in theſ. for. Eccleſ. p.* 2. *cap.* 12. *tit. de decim. num.* 40. *impreſſ. Rom. de anno* 1627. ubi tamen dicit, id procedere, quando agitur de decimis Jure divino aut poſitivo debitis, ſecus quando prætenduntur jure ſpeciali præſcriptionis, donationis, pacti &c. quo caſu non haberet locum *d. Clem.* 2. ubi vide & citat gloſ. *eod. in verb. decimis.* & ibi Imol. *num.* 4. Card. *num.* 19. Monet. *d. q.* 8. *n.* 46. *&* 47. *de decim.* Et Judex poteſt etiam non requiſitus ex officio procedere, compellendo poſſeſſores terrarum ad ſolvendas decimas, ſi ei conſtet, eſſe intra limites alicujus parochiæ, tanquam contra notorie delinquentes in negando ſolutionem decimarum. Fagnan. *in cap. quoniam. n.* 6. *de decim.* Card. *in d. Clem.* 2. *nu.* 28. *&* 4. Rot. *d. deciſ.* 611. *nu.* 5. *p.* 1. *& deciſ.* 357. *n.* 6. *p.* 5. *rec. tom.* 1. Monet. *de decim. d. cap.* 8. *num.* 76. Quænam vero actio in petitione decimarum inſtituenda ſit, & quomodo libellus formandus? vide Specul. *in tit. de decim.* §. *un. per tot.* Jo. Franc. Leon. *l. c. a n.* 25. P. Pirhing. *d. tit. de decim. ſect.* 8. §. 2. *a num.* 156. Rot. *deciſ.* 180. *a num.* 1. *p.* 7. *rec. & deciſ.* 149. *p.* 8. *rec. a n.* 1.

Qui decimas ſubtrahunt, non ſolvunt, aut impe- 118
diunt, ne illæ Parochis &c. ſolvantur ex diſpoſitione *cap. ad hæc* 15. *cap. ex parte* 21. *cap. in aliquibus* 32. *de decim.* & Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 12. ſi moniti ſolvere renuant, excommunicandi ſunt, nec abſolvendi, donec plene ſolvant, & non ſolutas reſtituant; quia tales non ſolventes, dum poſſunt, committunt crimen ſacrilegii, & reatum damnationis æternæ incurrunt. *cap. decimas. il.* 1. 16. *q.* 7. Riccius *in prax. variar. p.* 3. *reſ.* 515. qui alias enarrat pœnas; & quod talibus perſonis decimas ſolvere renuentibus, dum poſſunt, quia ſunt in notorio peccato mortali, poſſit Parochus denegare ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum; & ſic antequam excommunicentur, requiritur monitio. *cap. pervenit.* 5. *cap. tua nobis*, 26. ibi *ſi moniti reddere noluerint, de decim. Clem.* 2. *de Judic.* ibi *præmoniti cenſura Eccleſiaſtica coerceri &c.* P. Pirhing. *l. cit. num.* 165. videatur etiam Franc. Leo *l. c. a num.* 34. *ſeqq.*

Nec a decretis ad earum ſolutionem condemnanti- 119
bus admittitur appellatio ſuſpenſiva, ut ad tex. *in c. ex multiptici, & cap. tua nobis in fin. de decim.* dicit Rot. *deciſ.* 100. *p.* 11. *rec. num.* 4. ubi Piaſec. *in prax. Epiſc. p.* 2. *cap.* 4. *tit. de decim. n.* 59. Leo *l. c. cap.* 27. *nu.* 42. *ſeu cap.* 12. *d. n.* 42. *juxta diverſ. impreſſ.* Scacc. *de appell. q.* 17. *limit.* 18. *n.* 1. Monet. *d. cap.* 8. *nu.* 58. intellige tamen a præcepto, quo ſubditi ſolvuntur ad cogendas decimas; aliquas tamen limitationes vide ſupra in verbo *Appellatio n.* 31. & apud Leon. *l. c. & DD. cit.* quæ vel maxime procedunt, dum aliquis eſt in poſſeſſione exigendi decimas; tunc enim etiamſi altera pars allegaret exemptionem, aut aliquod aliud jus requirens altiorem indaginem, illius diſcuſſio remitteretur ad petitorium, & interim lite, ſeu appellatione pendente, decimæ eſſent ſolvendæ. Rot. *l. c. n.* 7. ubi Gomez. *in prax. utriuſque ſignat. nu.* 86. imo teſte Marcheſ. *de commiſſ. appell. a cauſa decimarum.* §. 1. *n.* 43. *ſeqq. & n.* 62. apud Rot. & Monet. *ll. cit.* commiſſio appellationis in cauſa decimarum ſolet dari cum clauſula *ſine retardatione ſolutionis.*

Sententia vero lata in cauſa decimarum contra Re- 120
ctorem Eccleſiæ afficere ſolet etiam ſucceſſores, ſicut & probationes, ac alia acta judiciaria facta contra anteceſſorem probant etiam contra ſucceſſores; quia eorum jus non eſt diverſum a jure Rectorum, quorum ſunt ſucceſſores, cum ſemper agatur de præjudicando eidem Eccleſiæ. ita Rot. *deciſ.* 12. *n.* 3. 4. *&* 8. *p.* 7. *rec.* ubi Aym. *conſ.* 10. *n.* 8. Abb. *conſ.* 62. *n.* 2. *in fin. lib.* 1. Oldrad. *conſ.* 94. 17. *&* 18. & alii, ad tex. *in cap. cum inter, de ſent. & re jud.*

Allega-

121 Allegatio unius tituli competentis ad decimas de Jure communi non excludit alium competentem de jure ſpeciali, & extraordinario, cum poſſit admitti concurſus plurium titulorum, in caſu, quo unus non ſufficeret. Suarez *alleg.* 28. *n.* 22. apud Rot. *deciſ.* 9. *nu.* 29. *p.* 19. *rec.* & idem dicitur in alia Rot. *deciſ.* 182. *num.* 19. *ſeqq. p.* 7. *rec.* & coram Celſo *deciſ.* 32. & 262. *num.* 2. *in ejuſd. ſelect.* ubi, quod quamvis fuerit intentatum unum judicium, poſſit recurri ad præſcriptionem &c.

122 Decimarum obligatio eſt realis, & ideo decimæ præteritæ non ſolutæ (ſermo eſt de prædialibus) debent ſolvi ab emptore prædii, ex quo debebant ſolvi; quia res tranſit cum ſuo onere, ita, ut ſit in electione creditoris decimarum convenire pro præteritis decimis emptorem prædii, vel venditorem. Gig. *de penſion. quæſ.* 39. *n.* 12. Riccius *in prax. var. reſ.* 57. *p.* 2. & *reſ.* 527. *nu.* 6. *p.* 1. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 26. §. 4. *num.* 10. & 11. Azor. *inſt. moral. lib.* 7. *cap.* 35. *q.* 2. *verſ. quæres*. Monet. *de decim. c.* 6. *n.* 18. & apud illos alii.

123 In judicio decimarum, an & quando ſuccumbens teneatur ſolvere non ſolum futuras, ſed etiam præteritas reſtituere, & quidem omnes, an vero ſolum perceptas a die motæ litis? videndum eſt, an in jus fuerit principaliter deductum jus decimandi, an vero ipſæ decimæ, ſeu fructus: & primo caſu, quia fructus decimarum veniunt acceſſorie ad ipſum jus decimandi, ideo, ut præteritæ debeantur, neceſſaria eſt mora, & mala fides poſſeſſoris, quæ non niſi per litis conteſtationem, vel interpellationem contrahitur; cum bonæ fidei poſſeſſor fecerit antea fructus ſuos, illoſque reſtituere non teneatur, ad tex. *in L. bonæ fidei emptor. ff. de acquir. rer. domin.* Seraphin. *deciſ.* 1168. Secundo vero caſu, debebuntur etiam præteritæ, & ante motam litem perceptæ; quia cum tunc judicentur de per ſe, tanquam ſors principalis, ac conſiſtant in omnibus decimis, ſive ante, ſive poſt motam litem decurſis, æque cenſentur petitæ non ratione moræ, ſeu malæ fidei debitoris, ſed jure dominii penes actorem exiſtentis, & ideo omnes reſtituendæ erunt. Et ita diſtinxit Rota *in una Hiſpalenſ. decimarum coram Bichio*, quæ inter recent. eſt *deciſ.* 354. *in p.* 10. ubi de hac materia, & citat Seraphin. *d. deciſ.* 1168. Cancer. *var. reſ. p.* 3. *c.* 16. *n.* 97. Poſtium *de manuten. obſ.* 74. *n.* 11. *ſeqq.* & alios Rot. poſt Cenc. *de cenſ. deciſ.* 240. *poſt n.* 4. apud quos alii; an vero, & quando cenſeatur petitum jus decimandi, an vero ipſæ decimæ, vide late Rot. *in d. deciſ.* 354. *a n.* 4. ubi *n.* 10. & 11. quod qualitas judicii, ſeu actionis intentatæ non metiatur ab exceptione Rei conventi, ſed ab intentione, ac libello actoris. ad tex. *in L.* 1. §. 1. *ff. ſi pars hæred. pet.* Caſſad. *dec.* 3. *n.* 2. Ludoviſ. *deciſ.* 335. *n.* 13. & *deciſ.* 470. *n.* 6.

124 Quær. an decimæ poſſint valide ſine beneplacito Apoſtolico alienari? Reſp. negative, ubi eſt recepta Extravag. *Ambitioſæ*, de qua ſupra in verbo *Alienatio*, etiam per concordiam, & compoſitionem, niſi res eſſet dubia, uti ſupra diximus, vel niſi adeſſet difficultas illas exigendi, juxta Riccium *in prax. p.* 1. *reſ.* 38. apud quem Rot. & DD. Monet. *de decim. c.* 5. *q.* 6. *n.* 119. Neque poſſunt infeudari ſine Beneplacito. Clar. *in §. feudum. q.* 13. *nu.* 2. Riccius *loc. cit. reſ.* 76. niſi ſint ſolitæ infundari. Riccius *loc. cit.* modo non fuerint menſæ denuo incorporatæ, de quo ſupra.

125 Quær. ſecundo, an decimæ in parochia noviter erecta ſpectent ad Eccleſiam matricem, quæ illas ante novæ parochiæ erectionem precipiebat, an vero ad parochiam noviter erectam, vide late apud Fagnan. *in cap. cum contingat a n.* 31. *ſeqq.* ubi poſtquam diverſas opiniones poſuit, *poſt nu.* 42. concludit, quod remaneant penes matricem, niſi aliter ab Epiſcopo diſponatur, ad mentem Concil. Trid. *ſeſſ.* 21. *c.* 4. *de reform.* & tenuit Rot *dec.* 497. *a n.* 1. & *deciſ.* 607. *p.* 4. *tom.* 1. *rec.* & alibi paſſim, & hoc de Jure Tridentini, quidquid fuerit de Jure communi.

DECLARATIO

Praxis Declarationis.

1 Declaratio dicitur ineſſe actui declarato, & cum eo fingitur emanaſſe, & ad tempus dicti actus retrotrahitur. Auth. *de rapt. mulier. quæ rapt. nubunt. prope fin.* ibi: *quam interpretationem &c. auth. de filiis, ante dotal. inſtrum. nat.* §. *tertia vero conſtitutione*. Joan. Andr. *in addit.* Speculat. *tit. de teſte*. §. *nunc videndum ſub n.* 18. Roman. *conſ.* 45. *ſub n.* 1. & *conſ.* 65. *n.* 3. *verſ. retro enim trahitur*. Caſtr. *in L. hæredes palam.* 21. §. *ſi quid poſt. ſub n.* 3. *verſ. Idem nota ex hoc*. Gabr. *de R. J. concluſ.* 3. *n.* 9. Magon. *deciſ. flor.* 50. *num.* 44. & 45 Surd. *dec.* 29. *n.* 4. Coſta *in tract. de retotract. c.* 8. *caſ.* 13. *fol.* 123. Et quando eſt vera, præjudicat etiam Juri tertio quæſito. Caſtr. *l. c.* Dec. *in L. edita.* 3. *ſub n.* 4. *verſ. & ex his infertur. C. de eden. & in c. fin. ſub n.* 47. *de conſtit.* Rimin. jun. *conſ.* 131. *n.* 9. & *conſ.* 200. *n.* 13. Cyriac. *ut infra*.

Sumitur autem declaratio tripliciter. Primo pro omnimoda correctione: ſecundo pro modificatione, quæ in augendo, vel diminuendo conſiſtit; tertio pro congrua verbi declaratione. Primæ duæ ſunt impropriæ declarationes, & ex illis inducitur nova diſpoſitio, tertia eſt vera, & propria declaratio, quæ ineſt antiquæ diſpoſitioni. Caſtr. *conſ.* 338. & 340. Sola *ad conſtitutiones antiquas Sabaudiæ in tit. de clauſ. mandatorum Principis ſignificatione: in decreto Carolus. gl.* 1. *nu.* 10. Tepat. *in ſuo compendio variarum juris ſententiarum in tit. de declarationibus l.* 2. *fol.* 12. & hæc conſiſtit in explicatione ambiguæ diſpoſitionis, quæ ex verbis dubiis ad diverſos ſenſus adaptari poteſt ſine alteratione ſubſtantiæ. Caſtr. *loc. cit.* Decius *loc. cit.* Menoch. *conſ.* 160. *n.* 48. & *conſ.* 191. *n.* 49. Honded. *conſ.* 51. *n.* 75. *vol.* 2. Amat. *deciſ. Marchiæ* 61. *n.* 98. Cyriac. *controv.* 210. *nu.* 14. & *ſeq.* & hanc diſtinctionem approbat etiam Gabr. *de R. J. concluſ.* 3. *per tot.* Gratian. *diſcept. for. c.* 560. *n.* 18. *par.* 3. Tuſchus *litt. D. concluſ.* 86. *n.* 23. Et quando declaratio fit circa actum, in quo non cadit dubitatio, in jure dicitur nova diſpoſitio. Craveta *conſ.* 830. *n.* 9. *vol.* 5. Becci. *conſ.* 186. *num.* 25. *vol.* 2. Burſat. *conſ.* 339. *n.* 26. *vol.* 3. Surd. *conſ.* 426. *n.* 47. *vol.* 3. apud Cyriac. *l. c. n.* 20. Et dicitur etiam nova diſpoſitio, quando aliquid ſubſtantiale additur, vel diminuitur varians ſubjectum, Gabr. *de R. J. d. concluſ.* 3. *n.* 49. Tuſch. *l. c. concluſ.* 86. *n.* 4. Honded. *conſ.* 51. *n.* 75. *vol.* 2. Gratian. *deciſ.* 175. *n.* 13. Alder. Maſcard. *de ſtatut. concluſ.* 13. *n.* 9. Surd. *conſ.* 380. *n.* 44. 50. & 51. *vol.* 3. Menoch. *conſ.* 331. *n.* 100. ſicut etiam, quando aliquid additur, quod omiſſum erat. Paulus Bellon. *in tract. de poteſt. eorum quæ in continenti fiunt vel ex intervallo. l.* 1. *c.* 16. *n.* 5. quia ut dicatur declaratio, verba debent convenire ſecundum propriam ſignificationem cum priori diſpoſitione. Gabr. *l. c. n.* 88. Cyriac. *l. c. n.* 27. & *ſeq.*

2 Et quando declaratio inducit novam diſpoſitionem, non trahitur ad præterita. DD. *cit.* & Felin. *in cap. fin. ſub n.* 2. *verſ.* & *ampliatur iſta ampliatio de conſtit.* Naſcard. *d. concluſ.* 13. *n.* 8. & 9. quia lex nova reſpicit futura, non præterita. *L. leges* 7. *C. de LL. c. fin. de conſtit.* Cyriac. *l. c. n.* 32. & *ſeq.*

3 Quoad tertiam vero declarationem ineſt actui declarato; quia qui declarat, nihil de novo diſponit, ſed diſpoſitum explicat. *L. hæredes palam.* 21. §. *ſed ſi quid poſt.* ubi Imol. *n.* 5. & Caſtr. *ſub n.* 3. *ff. de teſtam.* Bart. *conſ.* 37. *n.* 2. *vol.* 2. & qui declarat, novum non dicit, ſed implicitum dictum explicat. Bellam. *conſ.* 33. *n.* 40. & *deciſ.* 723. *n.* 5. Mohedan. *deciſ.* 7. *tit. ut lite pend.* Ancharan. *conſ.* 65. *nu.* 3. Dec. *conſ.* 423. *num.* 20. Natta *conſ.* 420. *n.* 8. Rol. *conſ.* 15. *nu.* 27. *vol.* 3. Surd. *conſ.* 70. *n.* 1. & alii apud Cyriac. *controv.* 210. *nu.* 11. Et ita etiam de declarationibus S. Congreg. Concil. Trid. probat P. Anacletus Reiffenſtuel *in lib.* 1. *Decretal. in proœmio nu.* 132. ex gl. *in cap. ſicut nobis. ver. reſpondemus de V. S. in* 6. *auth. de rapt. mulier.* §. *fin. collat.* 9. & docet, quod licet in Legis editione ſit neceſſaria publicatio, in declaratione tamen Legis non eſt neceſſaria. Et citat Barb. *de Jur. Eccleſ. l.* 1. *c.* 4. *n.* 83. Fagnan. *in cap. quoniam. nu.* 42. & 43. *de conſtitut.* & ita etiam declaravit S. Congreg. apud Dianam *par.* 5. *tract.* 2. *reſ.* 96. & Barb. *l. c. n.* 83. Ex quibus conſtat, quam improbabiliter docuerint quidam Theologi mox citandi, declarationes Cardin. S. Concil. Trid. eſſe duntaxat doctrinales, & probabiles, nec vim obligandi habere, niſi poſtquam fuerunt publicatæ, & promulgatæ. Ita tenuerunt Bonac. *de LL. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *p.* 8. *n.* 4. Laym. *in theolog. mor. l.* 1. *tr.* 4. *c.* 7. *n.* §. 7. *n.* 28. quibus addo Vincent. de Juſtis *de diſpenſat. matrimonial. l.* 1. *c.* 4. *a n.* 354. ubi *n.* 360. ponit requiſita declarationum, quæ ponit etiam Dian. *mor. p.* 5. *tr.* 2. *reſ.*

2. *ref.* 96. & alii plures!, quos ultimo excepto citat Barb. *l. c. num.* 82. & contra hos probat, declarationes Card. d. S. Conc. Trid. vim habere obligativam in utroque foro ; quia notorium eſt , hanc Congreg. a Summ. Pontificibus a Greg. XIII. & Sixto V. ut hæc ſpecialiter incumbat executioni , & interpretationi Concil. Trid. dubia, & difficultates circa illius decreta occurrentes Sanctæ Sedis nomine , eadem tamen conſulta , reſolvant ; uti Doctores longa manu ab eodem Barb. *l. c. n.* 81. collecti docent, cum quibus Garz. *de benef. in præfat. to.* 1. Zerola *in prax. par.* 1. *verb. auctoritas & par.* 2. *verb. abſolutio. poſt principium.* Zipæus *in analytica poſtrema Juris Eccleſ. narrat. in Epiſt. ad Lectorem.* Narbona *de appellat. a Vicario ad Epiſc. part.* 1. *n.* 189. Homob. de Bon. *de exam. Eccleſ. tract.* 1. *par.* 1. *c.* 6. *quæſt.* 29. Cochier *de permut. benef. par.* 2. *c.* 30. Ridolph. *in prax. judic. par.* 1. *c.* 7. *n.* 83. Fagnan. *in d. c. quoniam* 13. *de conſtit. num.* 8. *& ſeq.* & Pignatell. *conſult.* 86. *nu.* 19. *to.* 1. & poſſe de illis authententice conſtare ſine publicatione, & promulgatione, uti nos tales habuimus, nimirum ſubſcriptas a ſecretario S. Congregationis , quam allegavimus in praxi *ordinis*. & Sanz. non requirit publicationem , ſed duntaxat quod authentice de illis conſtet , & ſi quis non credit , aliquam declarationem eſſe authenticam, adeat Romam, & conſulat S. Congregationem , & interim obſervetur declaratio de qua controvertitur , & quæ probatur per tot teſtes , quot ſunt Doctores , qui illam allegant, quia in ore duorum , vel trium ſtat omne verbum. Ita Ciarlin. *controv. for. c.* 186. *nu.* 50. *in fin.* hinc Rota ſemper ſolet hujuſmodi declarationibus deferre, ut teſtatur Rot. *deciſ.* 154. *n.* 3 *p.* 5. *rec. tom.* 1. ubi alia Rota. Nam Cardinalium authoritas in dubiis , & cauſis decidendis cenſetur Apoſtolica; & tam ex veteri, quam ex novo teſtamento cauſam trahere aperte probat textus notabilis *in cap. per venerabilem*, §. *rationibus , qui fil. ſint legit.* apud Fagnan. *l. c. nu.* 13. ubi ex Joan. Andr. *col.* 3. *in verb. fratres noſtri*. Anchar. *n.* 18. Abb. *n.* 19. *in d. c. per venerabilem*, quod verba dicti textus ſint intelligenda de Cardinalibus, late Specul. *in tit. de legato*. §. *ſequitur. num.* 2. itaque publicatio ſolum neceſſaria erit in declarationibus inducentibus novam diſpoſitionem , & ita quæ per modum novæ legis eduntur , de quo caſu forſan locuti ſunt aliqui ex DD. in contrarium citatis , ſecus in declarationibus proprie talibus ; quia cum non faciant novum jus, ſed tantum manifeſtent, quod prius erat, & lex declarata ab initio promulgata fuerit , ſolemnitas publicationis ſemel adhibita in principali diſpoſitione non eſt ulterius repetenda illius declaratione. ita Fagnan. *l. c. n.* 43. ubi DD.

5 Quia tamen declarationes Sacr. Congr. ſemper intelliguntur emanare juxta ea, quæ in facto proponuntur. *L.* 1. *C. de diverſ. reſcr.* & ibi Padill. *n.* 14. Rub. *conſ.* 12. *n.* 2. Pariſ. *conſ.* 9. *n.* 42. *l.* 1. Alex. *conſ.* 84. *in fin. l.* 1. Caſſad. *deciſ.* 6. *de reſcr.* relati a Rota *deciſ.* 154. *nu.* 5. *p.* 5. *rec. tom.* 1. ideo ſi adſint plures tales declarationes inter ſe contrariæ , ſtandum eſt ultimæ, & non primæ. ita Rot. cit. *n.* 4. ad tex. *in L. non eſt novum, cum duab. ſeqq. ff. de legib. c. cæterum, de reſcr.*

¶ DECOCTI.

§. I.

Decoctorum & fallitorum vita.

1 Decocti † & falliti ſunt infames & antiquo tempore creditoribus laniandi aſſignabantur. Bald. *conſ.* 249. *ſuper libris Theſaurariæ*, *l.* 1. *nu.* 1. *circa fi. ver. Item quia ſunt infames* , quod duplicatur *lib.* 5. *conſ.*
2 396. † Mentituntur & decipiunt de facili, & ideo illis in judicio ſolemniter examinatis non creditur ; igitur nec extra judicium. Bald. *d. conſ.* 249. *n.* 1. *ver. æquitas etiam naturalis*, *l.* 1. *& conſ.* 396. *l.* 5. ubi duplicatur, *& conſ.* 250. *in fi. n.* 16. *l.* 1. quod valet argumentum, eſt fallitus , ergo fraudator, in tantum quod non excuſatur volens probare contrarium , & duplica-
3 tur *conſ.* 82. *l.* 5. † Et ideo decoctus, ſi confiteatur ad favorem creditoris, cui confert hypothecam bonorum, non poteſt præjudicare aliis creditoribus chirographariis, & niſi conſtet de priori , prout in dote , præſumitur confeſſio ſimulata, & hypotheca ſimulata. Bald. *conſ.* 432. *caſus talis eſt* ; *lib.* 1. † Fraudem commit- 4
tunt de facili falliti, ideo ſi aliquid ante fallimentum faciunt in damnum creditorum, non creditur eis. Bald. *d. conſ.* 249. *lib.* 1. *in prin.* duplicatur *lib.* 5. *conſ.* 396. ubi per tot. limit. niſi aliter conſtet de veritate. † Et 5
quod mercator ruptus præſumatur fraudator. Rota Januen. *dec.* 83. *numer.* 12. † Teſtes eſſe non poſſunt in 6
criminali cauſa, neque in civili ardua ; ſecus in civili non ardua , vide plene Maſcar. *conſ.* 738. *Falliti an repellantur a teſtimonio.*

§. II.

Decoctorum & fallitorum pœnæ diverſæ.

Mediolani † eſt decretum mercatorum contra falli- 1
tos, quod nullus poſſit eos receptare , etiam ſi pater, mater, frater & quicumque alii ſub certa pœna. Bald. *conſ.* 230. *In quæſtione domini Milani*, *n.* 7. *ver. verba autem ſtatuti* , *lib.* 1. ubi qualiter intelligatur tale ſtatutum, *& l.* 5. *conſ.* 382. † Adde quia falliti appel- 2
lantur fraudatores, & iſta præſumptio , ſuper qua fundantur pœnæ & ſtatuta contra fallitos , eſt tantæ potentiæ , ut probatio in contrarium eos non excuſet, quin pœnas patiantur , etiamſi velint docere de non fraude. Bald. *d. conſ.* 250. *in fi. num.* 14. *& ſeq. verſ. ſed adhuc reſtat* , *lib.* 1. *& lib.* 5. *conſ.* 382. *num.* 18. † Florentiæ denegatur audientia fallito , ſeu ceſſanti 3
per ſtatuta, ut etiam atteſtatur Aret. *conſ.* 84. *numer.* 4. & ideo cum iſta exceptio impediat litis ingreſſum, Bald. *in l. poſtquam liti*; *C. de pact.* Bart. *in l. omnes. C. de fundis patrim. lib.* 11. non poteſt audiri fallitus etiam in cauſa tactus, vel capturæ parte opponente , niſi ſolvat ex præmiſſis , ad quæ facit Dec. *conſ.* 275. *col.* 1. *&* 2. † Extende, quia vigore legis de anno 1489. 4
denegatur hæc audientia, etiam parte non opponente, quo caſu proceſſus eſt ipſo jure nullus . Alex. & Rip. *in l.* 1. §. *ſublata ff. ad Trebell.* late Dec. *conſ.* 275. † Reſtringe niſi talis ceſſans obtinuiſſet licentiam a 5
dominis ſex mercantiæ virtute ejuſdem legis, quo caſu poteſt agere nedum in illa curia, ſed etiam in quacumque alia, quia lex indiſtincte loquitur , & debet indiſtincte intelligi. *l. de pretio*; *ff. de publ. l.* 1. §. *generaliter*, *ff. de leg. præſtan.* Docto. *in l. quamvis*, *in fi. ff. de in jus voc.* † Reſtringe quia procedit lex , 6
ut ceſſans non audiatur agens via ordinaria , per ea quæ tradit Bart. *in l. intra*, *ff. de re jud.* quia agi dicitur litem conteſtando, *l. amplius non peti*, *ff. rem, ratam hab.* & eſt gloſſa in *l. ſi poſtea. in gloſſ.* 1. *ff. de pecul.* quam ſingularem notat Bald. *in c. quoniam contra falſam. col.* 7. *de probat.* unde non procedit in eo qui petit exequutionem ſententiæ, quæ fecit tranſitum in rem judicatam, maxime quando diſtulit opponere de hoc poſt multum tempus calumnioſe, de quibus dubitat Tuſchus: vide eum *litt. F. verb. Fallitorum & ceſſantium pœnæ diverſæ concl.* 40. vide eund. *litt. S. verb. ſtatutum circa fallitos & decoctores qualiter intelligatur vel habeat locum. concl.* 547.

§. III.

Decoctus cui æquiparetur, & quæ poſſit, vel non?

Decoctus † æquiparatur fonti aquis exſiccato , de 1
quo *in l. & Attilicinus . ff. de ſerv. ruſt. præd.* ſed tamen poteſt præſcribere decoctus , licèt actio ſit inanis contra eum, quia præſcribens æquiparatur ſolventi. Bald. *conſ.* 180. *Præmiſſis verbis n.* 1. *in fi. ver. non obſtat*, *lib.* 1. † Limita, quia decoctus non poteſt ex ſua 2
confeſſione inducere hypothecam, etiam ſi confiteatur dotem ſibi promiſſam ante matrimonium. Urſil. *in addit. ad Affict. dec.* 402. *n.* 6. *in fi. n.* 7.

§. IV.

Decoctum Remedia, & Privilegia.

Decoctis † concedere poſſunt creditores pro majori 1
parte dilationem quinquennalem, etiam invita minori parte, ſi concurrant iſta, quod ſint omnes congregati, vel quod ſit major pars habito reſpectu ad majorem

quan-

quantitatem virorum creditorum; item quod interveniat decretum superioris, videlicet judicis. Ang. *conſ.* 213. *Simon & Jacobus, per tot.* quod eſt collegii Pe-
† rusini. † Extende ut procedat, etiam ſi alii creditores habeant inſtrumenta, vel credita habentia exequutionem paratam ex forma ſtatutorum. Ang. *d. conſ.* 213. *per tot.* vid. Tuſch. *litt. C. verb. Ceſſio bonorum quibus permiſſa & quomodo & quando fieri poſſit. concl.* 218. vide plenius eund. *litt. M. verb. Major pars multa operatur. concl.* 14. vide eund. *ead. litt. verb. Moratoria qualiter concedenda debitoribus, concl.* 283.

§. V.

Decoctorum non ſufficere bona, & qualiter diſtribuenda?

1 Regulariter † bona decoctorum ſunt diſtribuenda inter creditores æquales per æs & libram. *l. pro debito*
2 *in fi. ff. de bon. auth. jud. poſſid.* † Amplia, quia imo Florentiæ extat ſtatutum de ceſſantibus *lib.* 3. *rubr.* 10. *tit. de creditoribus ceſſantium*, per quod diſponitur quod omnes creditores ſint æquales & concurrant per & libram, non obſtante quocunque privilegio, hypotheca & anterioritate, exceptis dotibus & debitis ex
3 cauſa tutelæ vel curæ. † Declara tamen, quia tale ſtatutum eſt correctorium, & dicitur odioſum, & ideo in exceptis conſervantibus jus commune dicitur favorabile, & recipit ampliationem, ut etiam creditum fiſci ſeu Reipublicæ, & alia æquiparata doti & tutelæ ſint excepta, quia in æquiparatis idem judicium, & ita judicatum alias fuit, ut in additione ad Tuſchi
4 ſtatutum. Extende † quia creditor, qui obtinuit ſequeſtrum & confirmationem ſequeſtri, adhuc concurrit cum aliis creditoribus, quando non fuit facta exequutio ſententiæ, quia per eam non eſt translatum dominium. vide Tuſch. *litt. S. verb. ſequeſtrum a judice incompetenti inducit ſpolium, a judice vero competenti privat, & aufert aliquando dominium, aliquando non.*
5 *concl.* 106. † Limita quando exactiones fuerunt factæ a republica ex arbitrio, non per æs & libram, quia ſi mandatur ſatisfieri creditoribus, poteſt ſolvi plus uni, quam alteri, ſicut exactio fuit major ab uno quam ab alio, ut contrariorum ſit eadem diſciplina. Jo. de Anan. *conſ.* 34. *num.* 2. ubi dicit communem.
6 † Qualiter autem probetur bona decocti vel debitoris non eſſe ſufficientia pro ſatisfactione creditorum, vide Maſcard. *concl.* 737. *facultates alicujus non ſufficere*, ubi, quod eo ipſo, quod quis dicit non extare niſi talia bona, qui dicit plura extare, probare debet, ubi declarat; item probatur per famam, item per librum æſtimi, item per inſtrumenta & teſtes, item per diſcuſſionem, item per affines, & conjunctos vicinos.

DECRETUM.

1 Decretum in contractibus, & maxime in reditione rationis facta a tutore debet a Judice cum magna cauſæ cognitione interponi, alias probata læſione etiam per conjecturas nihil operatur. Gratian. *diſcept. forens. c.* 563. *n.* 37. 38. *&* 44. Et tenetur ipſe Judex ſubſidiaria actione, ad omnia damna & intereſſe, ut dixit Sabellus *in* §. *Judex n. & facit in* §. *Curator. num.*

2 Decretum interpoſitum ſine cauſæ cognitione eſt nullum. Duen. *reg.* 186. *per tot.* ubi novem modis ampliat. vide Montan. *de tut. c.* 33. *n.* 289. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 176. *n.* 5. *vol.* 3. Rot. *part.* 13. *recent. decſ.* 400. *n.* 2. *& ſeqq.* Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *quæſt.* 38. *n.* 95. *tom.* 6. Rot. poſt Urceol. *de Tranſact. deciſ. n.* 11. Et ideo eſt adhibendum, & interponendum probatis, ac excuſſis cauſis in ſcriptura ſeparata. Duen. *d. reg.* 186. *ampliat.* 6. Menoch. *de arbitr. caſ.* 171. *n.* 23. *& ſeqq.* Merlin. *deciſ.* 714. *nu.* 34. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 63. *n.* 2. *&c. part.* 13. *deciſ.* 479. *n.* 3. *& deciſ.* 521. *n.* 3. ubi quod ita litteraliter diſponit ſtatutum Urbis *lib.* 1. *cap.* 13. & ideo ſervandum, & cauſam expreſſam debere eſſe certam, & determinatam, nec vagam & generalem ſufficere, Scop. ad Gratian. *dec.* 237. *nu.* 10. Niſi de conſuetudine loci talis excuſſionis interveniant conſanguinei, a quibus poſſit præſumi judex informatus prævio illorum juramento, circa utilitatem vel neceſſitatem contractus; Gratian. *diſcept. forens. cap.* 409. *num.* 30. *cap.* 153. *per tot. cap.* 555. *num.* 12. *& cap.* 657. *num.* 15. Idem Gratian. *deciſ.* 130. *num.* 8. *& ſeqq. & deciſ.* 237. *numer.* 14. *&c.* Urceol. *conſult. forens. cap.* 28. *num.* 24. *&c.* Idem Scop. *loc. cit. num.* 11. *&* 12. Prædictam excuſſionem per ſcripturam ſeparatam non ſervari de conſuetudine, etiam in quocunque negotio graviſſimo requirente cauſæ cognitionem, & ſubtiliſſimum omnium circumſtantiarum examen, & hujuſmodi conſuetudinem valere, & per eam tolli poſſe jus poſitivum & ſtatutum, teſtatur idem Gratian. *diſcept. forens. cap.* 861. *n.* 13. *&c.* Surd. *deciſ.* 334. *per tot. l.* 2. Urceol. *d. c.* 28. *n.* 26. *&c.* Sperel. *deciſ.* 109. *num.* 52. *&c.* Quod cauſæ cognitio dicatur ſatis conſtare ex verbis inſtrumenti, *cauſa mature, & diligenter diſcuſſa, & inſpecta, vel cognita*, illiſque ſtandum dixit Rot. *in noviſſ. part.* 7. *deciſ.* 89. *n.* 8. ex Alex. *conſil.* 80. *n.* 6. *l.* 5. *& aliis infra, n.* §.

Decretum Judicis præſumitur juſtum, niſi conſtet de 3
læſione etiam per conjecturas, Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 75. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 409. *num.* 33. *cap.* 435. *num.* 10. *& cap.* 553. *num.* 5. Urceol. *conſult. forenſ. cap.* 28. *num.* 1. *& alii paſſim.* Quod tamen videtur intelligendum de decreto interpoſito per judicem ſuperiorem, vel etiam inferiorem, ſed Doctorem, & peritum, alias pro eo nihil præſumitur. Rot. *part.* 2. *diverſ. dec.* 72. *num.* 34. Simoncel. *de decret. lib.* 3. *tit.* 37. *& ſeqq.* Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 67. *num.* 19. *&* 20. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 13. *nu.* 1. *cap.* 153. *per tot. cap.* 233. *num.* 555. *num.* 12. *cap.* 657. *num.* 14. *& cap.* 831. *nu.* 2. *&c.* Duen. *reg.* 189. Quod ſtante enormiſſima læſione nihil operetur decretum, curatoris auctoritas, nec juramentum, & ſimiles cautelæ. Rot. *part.* 2. *d. verſ. deciſ.* 82. *numer.* 2. Fachin. *controv. jur. lib.* 3. *cap.* 20. Gabriel. *comm. concl. tit. de empt. & vend. concl.* 1. *num.* 57. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 28. *num.* 12. *&* 13. *volum.* 5. ubi de læſione ultra dimidiam. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *quæſt.* 38. *numer.* 93. *tom.* 6. Altograd. *controverſ.* 23. *num.* 26. *&* 27. Quod præſumatur ſolemniter factum ex antiquitate temporis & enunciatione ſolemnitatum in genere, imo etiam ſine enunciatione, ſtante longiſſimo tempore 30. annorum, Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 143. *numer.* 3. *&c. &* 193. *per tot.* vide Sabell. *ſumm. div. Tract. in* §. *ſolemnitas. numer.* 2. Tuſch. *litt. S. concluſ.* 322. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 487. *&* 488. ubi an, & quando præſumatur ex antiquitate temporis, & faciat præſumi omnia ſolemniter acta.

Decretum poteſt interponi a judice domicilii illius, 4
qui indiget decreto, licet bona immobilia, ſuper quibus contrahitur, ſint alibi ſita, nec eſt neceſſarium aliud decretum judicis loci, in quo ſita ſunt bona, ſed ſufficit illud judicis domicilii, quod ratione juriſdictionis, quam habet in perſonam extenditur ad omnia bona alibi ſita. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 861. *num.* 18. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 176. *num.* 7. *vol.* 3. Simoncel. *de decret. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 17. *&* 18. *lib.* 2. *tit.* 4. facit quod dixit Sabellus in reſol. *cap.* 69. *n.* 38. ubi quod ſpectat ad Epiſcopum Eccleſiæ alienantis, & non ad eum, in cujus diœceſi ſita ſunt bona, auctoritatem interponere, vide Sabell. *ſumm. diverſ. Tract. in* §. *Judex num. .... infra num.* 16. Altimar. *de nullit. rubr.* 9. *quæſt.* 26. *num.* 161. *tom.* 1. Scialoya *de for. competent. cap.* 4. *nu.* 18. non valet tamen, nec quidquam operatur interpoſitum ad ipſius judicis interponentis favorem, cum nemo poſſit contractum ad ſui commodum authorizare. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 368. *vel* 370. *nu.* 12. in Ravennat. revelationis, *& deciſ.* 400. *n.* 21. in eadem cauſa.

Decretum non præſumitur ex juſta cauſa interpoſi- 5
tum, ſtante temporis brevitate, & præcipitantia, quæ dicitur juſtitiæ noverca, & ubi aliquid permittitur ex cauſa, non eſt de facili ſumenda occaſio, ſed mature, ac deliberate, & cum expreſſione cognitionis cauſæ, quæ eſt omnino neceſſaria exprimi, alias non præſumitur etiam in Principe, ubi agitur de tollendo jure quæſito. Magon. *deciſ. Flor.* 131. *num.* 6. *& ſeqq.* vid. ſupra *nu.* 2. *&* 3. Quod decretum judicis faciat præſumere juſtitiam, & veritatem cauſæ. Surd. *conſ.* 451. *nu.* 28. Rot. *part.* 3. *recent. deciſ.* 643. *num.* 2. *& part.* 13. *deciſ.* 110. *nu.* 9. Et contractus factus

ctus cum decreto Judicis in dubio præsumitur ad utilitatem minoris. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *quæst.* 48. *sub n.* 93. *tom.* 6.

6 Decretum interpositum ex falsa causa est ipso jure nullum. Bart. *in d. l. Sejæ num.* 3. *ff. de tut. & curat. dat. ab his.* Afflict. *decis.* 218. *numer.* 4. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 33. *num.* 16. Pic. *ad stat. Urb. glos.* 21. *num.* 35. Gratian. *discept. forens. cap.* 122. *num.* 5. *cap.* 691. *num.* 31. *& cap.* 961. *num.* 24. *&* 25. Tusch. *litt. D. concl.* 124. *&c.* Paul. Christin. *dec.* 175. *numer.* 11. *vol.* 3. Ricc. *collect.* 3164. Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 312. *numer.*. 22. *& seqq.* ubi etiam quod Judex debet certior fieri de veritate causæ, aliunde quam ex assertione contrahentium, *&* *part.* 17. *decis.* 231. *numer.* 14. De Luc. *de judic. disc.* 36. *num.* 31. Supplet enim tantum defectum solemnitatum, non autem defectum causæ. Duen. *reg.* 185. *per tot.* ubi quatuor modis ampliat, & septem limitat idem Gratian. *discept.* 624. *n.* 16. Duran. *decis.* 373. *numer.* 15. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 109. ubi pro nullitate contractus mulieris ex defectu veritatis causæ, vel si causa adducta fuerit nimis vaga, & generalis, *&* *d. part.* 12. *decis.* 193. *per tot. & decis.* 200. *per tot. & decis.* 383. *per tot.* ubi de nullitate census a muliere constituti pro extinguendo alio censu nullo, vide Sabellum *in* §. *obligatio numer.* 4. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 512. *&* *part.* 14. *decis.* 31. *per tot. & decis.* 163. *numer.* 6. *& seqq.* ubi quod causa non debet esse damnosa, & læsiva, *&* *decis.* 265. *num.* 6. *& seqq.* De Luc. *de alienat. disc.* 24. *nu.* 17. *in fine.* Habet tamen pro se præsumptionem veritatis causæ, super qua fuit interpositum, ita ut alleganti contrarium incumbat onus probandi. Cavaler. *decis.* 482. *numer.* 4. Mascard. *probat. concl.* 486. vide Tusch. *d. concl.* 124. *n.* 3. *&c.* Rot. *part.* 12. *decis.* 109. *n.* 10. *&c.* ubi quod verum est in dubio, secus autem dum causæ ineptitudo convincitur ex nimia generalitate. De Luc. *de alienat. disc.* 28. *n.* 6. *&* *disc.* 31. *n.* 5.

7 Decretum partim ex vera, & partim ex falsa causa interpositum est nullum. Bart. *in l. Fulcinius* §. *Prætor ait, ff. ex quib. caus. in poss. eat.* Scapuc. de Salvian. *lib.* 3. *qu.* 12. *nu.* 7. Gratian. *discept. forens. cap.* 162. *num.* 19. Duen. *dict. regul.* 185. *ampliat.* 4. Capyc. *decis.* 51. *num.* 1. *& seqq. ad* 8. Odd. *de restit. in integr. quæst.* 77. *num.* 48. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 63. *n.* 5. *& seqq.* ubi quod est nullum in totum, & *decis.* 109. *num.* 9. *decis.* 200. *per tot. decis.* 340. *num.* 9. *part.* 13. *decis.* 479. *num.* 8. *part.* 14. *decis.* 378. *numer.* 9. De Luc. *cit. disc.* 36. *num.* 31. *de Judic.* Si tamen sit interpositum ex pluribus causis, sufficit unam veram esse. Cavaler. *decis.* 482. *num.* 5. vid. Sabell. *summ. divers. Tract. in* §. *mulier, num.* 19. §. *causa, num.* 23. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 221. *numer.* 3. facit Altimar. *de nullitat. rubr.* 1. *quæst.* 13. *num.* 131. *tom.* 3. Quod debeat esse distinctum super quo contractu interponatur, ita ut alternative interpositum & concessum, veluti de alienando, vel pignori dando, non valeat. Menoch. *de arbitr. cas.* 171. *num.* 16. *&c.* Quod sit individuum, & ideo impositio census pro parte nulla ex defectu versionis in utilitatem minoris, corruat in totum, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 162. *numer.* 14. *& decis.* 163. *num.* 15. *&c.* ubi quando ita concluso non procedat, *&* *decis.* 265. *num.* 12. *&c.* ubi quod licet decretum sit nullum, tenetur mulier, vel minor de in rem verso pro parte, quæ in extinctionem proprii debiti cessit, *&* *decis.* 378. *d. part.* 14.

8 Decretum fundatum super causa præcedente nulla, & invalida nihil operatur, ut si mulier, vel minor sine solemnitatibus confessi fuerint in apocha aliquid recepisse, licet de illa postea fiat instrumentum cum decreto, non operatur tanquam fundatum super dicta apocha nulla, Gratian. *discept. forens. cap.* 669. *num.* 6. *& per tot.* facit Mag. *decis. Luc.* 13. *n.* 33. vide Sabell. *summ. div. Tract. in* §. *obligatio num.* 4. *&* §. *Positio.* Duran. *decis.* 373. *num.* 15. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 495. ubi quod prima obligatio nulliter contracta, tunc reddit nullam secundam pro extinguenda prima factam, quando nullitas primæ jam erat opposita, secus autem si adhuc erat in implicito statu validitatis, nam hoc casu sufficit ad sustinendum secundum contractum, vide Sabell. *summ. div. Tract. in* §. *statutum requirens &c. n.* 13. *&* *n.* 20.

9 Decretum Judicis facit præsumere utilitatem; Gratian. *discept.* 861. *numer.* 4. Altimar. *de nullit. rubr.* 1. *part.* 4. *qu.* 36. *a numer.* 95. *tom.* 6. Interpositum tamen perfunctorie nunquam impedit restitutionem in integrum, idem Gratian. *cap.* 761. *n.* 11. Quod imo nunquam facit cessare restitutionem in integrum, late Simoncel. *de decret. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 3. *& seqq.* Odd. *de restit. in integr. quæst.* 23. *art.* 9. 10. *&* 11. *per tot.* Quod operetur multa, & qualia. Tusch. *litt.* D. *conclus.* 126. *per tot.* Qualiter suppleat defectum insinuationis, vide Sabell. *summ. divers. Tract. in* §. *Insinuatio. nu.* 12. *in fi.* Quod suppleat omnium solemnitatum defectum, *l. etiam in princ. ff. de bon. lib.* Gratian. *discept.* 564. *n.* 21. Merlin. *decis.* 226. *n.* 9. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 224. *n.* 11. *&c. infra n.* 14.

10 Decretum latum, sive interpositum ex falsis probationibus est ipso jure nullum, absque beneficio restitutionis in integrum, licet in eo non sit expressa falsa causa, & idem est in rescripto. Bart. Jas. & alii *in l. divus, ff. de except.* Odd. *de restit. in integr. q.* 77. *art.* 9. *per tot.*

11 Decretum non potest interponi die feriata in honorem Dei, nisi in re pia, in casu necessitatis. Guid. Pap. *decis.* 815. *n.* 10. Duen. *reg.* 188. *cas.* 4. Fenzon. *ad stat. urb. c.* 58. *num.* 11. *&c.* vide Sabell. *summ. divers. Tract. in* §. *Contractus n.* 36. §. *Juramentum. n.* 31.

12 Decretum debet interponi a judice sedente pro tribunali, ad instantiam contrahentium, & in scriptis redigi par Notarium, alias est nullum, late Pic. *ad stat. Urb. glos.* 21. *nu.* 15. *& per tot.* ubi plura. Quod non sufficiat interventus judicis, sed positive requiratur illius decretum, per quod appareat discussisse utilitem, & approbasse contractum, hujusmodi tamen defectus diceretur remissus, si minor factus, major tacuerit per quinquennium. Merlin. *decis.* 535. *per tot.*

13 Decretum interpositum in fine cum clausula *super omnibus, & singulis, &c.* refertur non solum ad substantialia contractus, sed etiam ad omnia enunciata, & incidenter prolata, & operatur ut is credatur. Rot. *part.* 2. *divers. decis.* 316. *n.* 17. Pic. *dict. glos.* 21. *num.* 20. *& seqq. ad* 32.

14 Decretum adhibitum juxta formam statuti illud requirentis pro confirmatione, & validitate actus, non potest supplere alios defectus, nam interpositum ad unum effectum, & unum actum non extenditur ad alium. Gratian. *discept. forens. cap.* 483. *nu.* 12. *&* *cap.* 485. *num.* 16. *cap.* 767. *num.* 23. *&* *cap.* 827. *nu.* 6. *&c.* Menoch. *de arbitr. cas.* 211. *n.* 9. ubi quod unus judex non potest suas, & consanguineorum vices supplere, sed adhibendi sunt duo judices, unus qui interponat decretum, alter qui suppleat defectum consanguineorum, ubi opus fuerit. *supr. n.* 4.

15 Decretum judicis pro forma requiritur in alienatione rei immobilis facta per minorem, vel pupillum, ultra alias solemnitates, de quibus Sabell. *summa divers. Tract. in* §. *Alienatio. nu.* 22. quo deficiente, alienatio est ipso jure nulla. *l. magis puto,* §. *si as alienum, ff. de reb. eor. l. si quidem, & l. si prædium. Cod. de præd. min.* Jodoch. Damhouder. *de subhast. c.* 2. *nu.* 13. *& seqq.* Montan. *de tut. c.* 33. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 171. *per tot.* late Tusch. *litt.* D. *concl.* 124. *& seqq.* ubi quando sit nullum. Merlin. *decis.* 535. *per tot.* De Luc. *de alienat. disc.* 61. *n.* 4. *& seq.* Brunneman. *in l. magis puto, ff. de reb. eor.*

16 Decretum Judicis requiritur in alienatione rerum Civitatis, præsumitur interpositum ex justa & rationabili causa, & cum interventu omnium solemnitatum, ac sufficit esse interpositum a judice ordinario loci, in quo sita sunt bona, licet secundum alios debeat interponi a judice domicilii, & secundum alios a Præside Provinciæ. Gratian. *discept. for. cap.* 654. *num.* 20. *& seqq.* ubi remissive quæ alia requirantur in hujusmodi alienatione rerum Civitatis. vide Sabell. *summ. divers. Tract. in* §. *Alienatio. n.* 31. *supra nu.* 4. Brunneman. *in l. final. C. de vend. reb. Civit. l.* 11. Viginti casus, in quibus est necessarium judicis decretum, & ex quibus annulletur, vide per Duen. *reg.* 187. 188. *&* 189. Tusch. *litt.* D. *concl.* 124. *& seq.*

17 Decretum Judicis appositum in inventario supplet solemnitates illius, si fuerint omissæ, quod intellige fuerint saltem enunciatæ, alias secus. Gratian. *discept. forens. c.* 767. *nu.* 11. *&* 14. Pahanuc. *de Inventar. par.* 3. *nu.* 78. An autem sit necessarium in inventario, vide Sabell. *summ. divers. Tract.* §. *Inventarium.*

Decre-

18 Decretum, & aliæ ſolemnitates ſtatutariæ, non requiruntur in expeditione actus neceſſarii, ut in extinctione cenſus facta cum pupillo. *leg. a divo Pio* §. *final.* ubi Alexand. & Jaſon, *ff. de re judic.* Felic. *de ſociet. cap.* 4. *n.* 35. Pic. *ad ſtat. Urb. gloſ.* 7. *n.* 14. vide Sabell. *ſumm. diverſ. Tract. in* §. *ſtatutum*. Merlin. *deciſ.* 758. *n.* 4.

19 Decretum Judicis non requiritur in alienatione rei, quæ ſervando ſervari non poteſt, prout pecunia, Rot. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 89. *nu.* 1. & 2. Altimar. *de nullit. rubr.* 293. *quæſt.* 1. *ſect.* 1. *nu.* 269. *tom.* 8. Alia vide in Sabell. *ſumm. diverſ. Tract.* §. *ſtatutum requirens certas ſolemnitates per tot.*

20 Decretum de torquendo requiritur antequam deveniatur ad torturam, a quo decreto de jure datur appellatio, licet de conſuetudine non ſervetur. vide Sabell. *ſumm. diverſ. Tract. n. Judex &* §. *Tortura*. ¶

DECRETUM IRRITANS.

Praxis Decreti irritantis.

De hac decreti irritantis materia vide ſupra in praxi *Clauſularum Apoſtol. clauſ.* 46. *n.* 55.

1 Decretum irritans ligat etiam Papam juxta Gabr. *com. concluſ. tit. de clauſul. concl.* 3. *n.* 4. & ibi DD. at quod regulariter non liget Papam, defendit Mareſcot. *lib* 2. *var. reſ. cap.* 38. *n.* 33. quamvis loquatur de quacumque auctoritate etiam Apoſtolica; quia id intelligitur, quando illa auctoritas Apoſtolica provenit a delegatis Apoſtolicis, non autem quando provenit ab ipſomet Papa, ut per Rot. *ibidem*, & verba decreti *de quacumque auctoritate*, non ſunt trahenda ad perſonam loquentis, & multo minus ipſius Papæ, per Aym. *conſ.* 3. *nu.* 18. *& ſeqq. &* 26. niſi in litteris dicatur *etiam per nos*, per Rot. *deciſ.* 106. *nu.* 3. *p.* 1. *diverſ.* vel niſi decretum irritans apponatur in lege, ſeu conſtitutione generali; quia tunc ligat etiam Papam. ita Mareſc. *loc. cit.* Hoc unum eſt, quod interponens hoc decretum poſſit venire contra illud, & actus valet, quando facit motu proprio, vel, ſi facit ad inſtantiam partis, faciat ex certa ſcientia cum clauſula derogatoria ipſius decreti. DD. apud Gabr. *loc. cit. nu.* 5. Mareſc. *num.* 37. ubi Socin. *conſ.* 117. *col. fin. verſ. ſed quando*, *lib.* 3.

2 Decretum irritans tollit conſuetudinem non tantum præteritam, ſed etiam futuram. DD. apud Gabr. *l. c. n.* 39. excepta immemorabili, ut ſupra in verbo *Conſuetudo n.* 47.

3 Inficit poſſeſſionem, & titulum, ſi fuit poſitum in ſpeciali reſervatione de certo corpore beneficii, ſecus, ſi ſuper incerto beneficio. Gabr. *l. c. n.* 15. ubi Bellam. *conſ.* 34. *col.* 3. *verſ. ad ſecundum facit.* Felin. *in cap. in noſtra in* 36. *corollar. de reſc.* & alii.

DEFENSIO.

Praxis Defenſionis.

1 Defenſio contra Magiſtratum etiam injuſte procedentem non eſt licita; quia, cum utatur jure publico, non dicitur injuriam facere. *L. injuriarum* §. 1. *ff. de injur.* Farin. *de homicid. q.* 125. *n.* 101. ubi DD. Carrer. *in pract. crim. de homic.* §. *circa ſecundum*. *n.* 7. Maſcard. *de probat. concl.* 1126. *l.* 3. *n.* 57

2 Neque eſt licita contra Genitores verberantes; quia ubi juſta eſt offenſio, ibi injuſta eſt defenſio. DD. Conciol. *reſ. crim. in verb. defenſio reſ.* 8. *n.* 1. Paſqual. *de patr. pot. p.* 3. *c.* 4. *nu.* 7. apud quos; quod ſi filius reſiſtat patri cum verberanti, ipſumque repercutiat, poſſit impune occidi. Clar. *in* §. *fin. q.* 56. *num.* 2. & ibi Bajard. *num.* 3. ubi plura. Neque eſt licita ſervis contra dominos, uxori contra maritum, aut Monacho contra Abbatem, & tandem contra illos, quibus debetur reverentia; niſi iſti immoderate, & atrociter, ſeu animo occidendi percuterent, vel vulnerarent; quia tunc licita eſſet contra eoſdem defenſio. *DD. cit.* Farin. *de homic. q.* 125. *n.* 110. *&* 111. ſi tamen aufugiendo non poſſent ſe ſalvare, alias ſecus; quia, ſi poſſent, tenerentur fugere. Conciol. *l. c. nu.* 7.

3 Hinc bannitus, quando eſt diffidatus, non poteſt reſiſtere ſe defendendo vulneratione, aut occiſione aggreſſoris, ſed tantum poteſt fugam arripere; quia offenſio eſt juſta. Conciol. *l. c. num.* 7. *verſ. adde.* alias puniretur, ut tradunt Bar. Caſtr. & alii *in L. ut vim.* 3. *ff. de juſt. & jur.* relati per Conciol. *loc. cit.* Farin. *de homic. quæſ.* 125. *n.* 114. dummodo banniti aggreſſio fiat ex cauſa publica; non ex odio privato. Gail. *de pac. publ. l.* 1. *cap.* 16. *num.* 10. ubi Bal. *in d. L. ut vim. n.* 3. & dummodo ſententia, vel ſtatutum faciant licitam occiſionem banniti, & non tantum impunitam. vide Farin. *d. num.* 114. & dummodo non proditorie, uti veneno, occidatur. Cabal. *reſ. crim. caſ.* 278. *n.* 1. & ibi Gomez. *var. reſ. tom.* 3. *de homic. n.* 7. *circa med.* Farin. *in pract. criminal. tit. de var. & diverſ. quæſt. q.* 103. *nu.* 110. *verſ. prout & contrarium.* & alii; quamvis alii cit. a Conciol. *n.* 4. teneant licere talem bannitum etiam veneno occidere, quos refert etiam Farin. *loc. cit. n.* 8. ita ut teſte Conciol. *n.* 5. in practica obſervaretur, cum talis ſententia, & ſtatutum reſpiciant publicam utilitatem.

4 Defenſio ſuæ vitæ & honoris eſt licita quibuſcumque, & contra quoſcumque etiam contra Principem, & Papam per Farin. *de homic. q.* 125. *num.* 34. de quo tamen dubitat Clar *in* §. *homicidium num.* 30. ita ut nullo jure, ſtatuto, vel conſuetudine tolli poſſit, & quidem quibuſcumque armis, etiam occidendo aggreſſorem, etiam pro conſervatione bonorum: & ſufficit armorum terror intentatus pro probanda defenſione: etiam pro defenſione proximi, etiam defenſione præventiva contra parantem offenſam, vel inſidiantem, vel minantem, dummodo minæ fuerint de occidendo. Licet non ſciatur, an ſit ſolitus exequi minas, maxime ſi eſt potens; & hæc quidem quoad forum extetnum, quidquid ſit in fore interno, quod pro hic & nunc Theologis relinquimus, & dicemus aliqua in *verb. Homicidium.* vide late Farin. *d. quæſ.* 125. *per tot.* Clar. *in* §. *homicidium. a n.* 24. Gail. *l.* 2. *pract. obſerv.* 110. *a n.* 10. Maſcard. *de probat. concl.* 1126. *lib.* 3. Gomez. *var. reſ. tom.* 3. *c.* 3. *a n.* 20. Paſqual. *de patr. poteſt. p.* 3. *c.* 6. *per tot.* Conciol. *reſ. crim. reſ.* 1. *per tot. in verb. defenſio*, apud quos innumeri alii videri poterunt, ſicut & diverſi caſus in hac materia occiſionis ad defenſionem vitæ propriæ, bonorum, proximi &c. factæ.

5 Et defenſio poteſt fieri in quocumque loco, etiam in Eccleſia, ita ut tunc per effuſionem ſanguinis non polluatur, nec indigeat reconciliatione, ut dicit Farin. *d. c.* 125. *n.* 22. ubi Dec. *in d. L. ut vim. n.* 4. *in fin. ff. de juſt. & jur.* & ibi etiam Mantua. *num.* 24. *in fin.* Jac. Ayrer. *in tr. de homic. neceſſ. p.* 1. *nu.* 82. *in* 14. *ampliat.* & alii.

6 Porro defenſio debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, aliter punitur extraordinarie ob exceſſum. Fachin. *lib.* 1. *contr. jur. c.* 32. & *DD. cit.* Et debet fieri in continenti, non ex intervallo, aliter præſumitur facta ad vindictam. Gail. *de pac. publ. c.* 16. *n.* 12. *l.* 1. ubi quando dicatur facta in continenti, *& pract. obſ. l.* 2. *d. obſ.* 110. *n.* 13. Paſqual. *loc. c. n.* 15. Conciol. *l. cit. reſ.* 3. *nu.* 6. *&* 7. Farin. *loc. cit. num.* 338. *ſeqq.* Capon. *diſc. for. c.* 392. ſive defenſio ſit perſonæ, ſive rerum: nec dicitur defenſio moderata, ſi offenſus potuit fugere, & non fugit, de quo infra in praxi *fugæ.* Et qualiter defenſio in homicidio debeat probari, vide Fachin. *l. c. c.* 30. Conciol. *l. c. reſ.* 2. Clar. *l. c. n.* 33. & ibi Bajard. *n.* 109. Farin. *l. c. n.* 120. *& p.* 7. *n.* 419.

7 Defenſio in dubio præſumitur facta in continenti, non autem ex intervallo. Bologn. *in d. L. ut vim. n.* 41. *ff. de Juſt. & Jur.* Boſſ. *in pract. tit. de homic. ſub n.* 82. quos ſequitur Proſper Farin. *l. c. num.* 345. apud Conciol. *l. c. reſ.* 3. *nu.* 16. contra Maſcard. *de probat. concl.* 1126. *n.* 44. *l.* 3. quod tamen quis ad defenſionem occiderit, non præſumitur, ſed erit ab allegante probandum. Bal. *in L.* 1. §. *cum arietes. verſ. & ideo ff. ſi quadrup. paup. feciſ. dicatur.* Medic. *de caſib. fortuit. p.* 1. *q.* 8. *n.* 6. Maſcard. *de probat. concl.* 72. *n.* 2. *l.* 1. *& alibi.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 56. *n.* 29. *cent.* 1. & alii relati a Conciol. *l. c. reſ.* 9. *n.* 1. ubi quod non admittatur confeſſio qualificata, dicendo „ *ad meam defenſionem occidi &c.*

8 Defenſio etiam cum occiſione aggreſſoris eſt licita, licet inſultatus non ſit in periculo vitæ, ſi tamen imminet periculum injuriæ perſonalis, dummodo injuria perſonalis ſit talis, quæ inferat periculum vitæ, de quo in verbo *fuga*, quod eo ipſo dicitur imminere, quod

quis

quis armis impellatur. vide Covar. *in Clem. si furiosus p. 3. §. 1.* Boss. *de homic. cap.* 83. Farin. *d. q.* 125. *a num.* 41. ubi *n.* 42. explicat, nempe non licere pro defensione honoris ab initio aggressorem statim interficere, sed solum resistere, & si postea ex hac resistentia ponatur resistens in discrimen vitæ, tunc erit etiam licitum occidere, (modo non excedatur moderamen inculpatæ tutelæ) aliter secus. ubi Bolognet. *in d. L. ut vim. n.* 42. *in fin. ff. de Just. & Jur.* Harprecht §. *hæc actio. nu.* 180. *in fin. Inst. de injur.* Ayrer. *in tract. de homic. necess. p.* 1. *n.* 93. *& seqq.* alias sequeretur absurdum, ut notat. cit. Ayr. apud Farin. *ibid.* quod nempe quis posset interficere volentem verbali injuria afficere, & hæc quoad forum externum: nam pro foro interno obiter hic notanda est sententia damnata a fel. record. Innoc. Papa XI. quæ sic sonat. *Fas est viro honorato occidere invasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit: idem quoque dicendum, si quis impingat alapam, vel fuste percutiat, & post impactam alapam, vel ictum fustis fugiat.* quamvis tales quoad forum externum mitius punirentur. Pasqual. *l. cit. num.* 23. *seqq.* Farin. *l. c.* ubi infert, quod homicidium ob solam defensionem honoris non sit omnino impunibile, & faciunt tradita per Fagnan. *in cap. suscepimus, num.* 18. *& in cap. petitio. n.* 9. *de homic.* ubi occidens ob defensionem solam sui honoris, si non adsit simul defensio vitæ, sit irregularis. ubi Navar. *in man. c.* 27. *n.* 213. Covar. *in Clem. si furiosus. p.* 8. §. *un. n.* 4. *per tot.* quod idem contra nonnullos probabilius dicunt in occidente ob solam bonorum defensionem, nisi insuper adsit periculum vitæ, utpote quia fur telo se defendit, ut Covar. *in d. Clem. si furiosus. p.* 3. §. *un. n.* 6. ubi ponit exempla. Fagnan. *in d. cap. interfeciſti. a n.* 5. *seqq. & in cap. suscepimus, per tot. late, de homic.* defendat se ergo insultatus clamoribus, aut aliis mediis licitis, non vero statim occidendo, & si postea invadens nolit cedere, sed insuper occidere intentet, defendat se, & suam vitam etiam occidendo, nec tunc diceretur occidere ob sua bona conservanda, sed ob conservandam vitam.

9 Et excessus defensionis, quamvis non puniatur pœna ordinaria, ut ad tex. in *L. si adulterium cum incestu*, §. *Imperatores. ff. ad L. Jul. de adult.* & DD. apud Covar. *l. c. n.* 2. Pasqual. *l. c. nu.* 12. *& DD. cit.* tamen talis homicida fieret irregularis, ut probat P. Pirhing *l.* 5. *decret. tit. de homic. n.* 93. Covar. *l. c. n.* 3. ubi *n.* 4. infert talem irregularem fieri, qui poterat mortem vitare fugiendo, si omissa fuga invasorem occiderit. per *DD. ibid. cit.* plura vide *apud DD. cit.* & infra in praxi *fugientium*; & in praxi *irregularitatis*.

DEGRADATIO.

Praxis Degradationis.

1 Degradatio alia est verbalis, alia realis, seu actualis: & verbalis degradatio dupliciter fit, & primo simpliciter ad pœnam, & tunc fit per solam, & simplicem sententiam, qua Clericus ob delictum ab ordinibus sacris perpetuo depositus declaratur. Secundo vero verbalis declaratio fit ad effectum, ut sequatur actualis degradatio, de qua *in cap. degradatio, de pœn. in* 6. Antonel. *qui infra.* Menoch. *de arbitr. cas.* 415. *a n.* 3. & declaratio realis, seu actualis, est ipsa executio degradationis verbalis secundo loco positæ, quando nempe Clericus incorrigibilis post degradationis sententiam personaliter privatur, exuitur, & spoliatur ordinibus, & insignibus Ecclesiasticis. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 6. *c.* 3. *nu.* 1. 2. *&* 5. nam primo Clericus degradatur verbis, deinde facto. Menoch. *l. cit. n.* 24. ubi DD. cum enim Judex Ecclesiasticus ob incorrigibilitatem Clerici delinquentis eundem Judici sæculari temporaliter puniendum tradit, ne is manus violentas in Clericum injiciendo incurrat in aliquam excommunicationem, ante traditionem Ecclesiasticus talem Clericum authorizare debet, & desecrare per verba consecrationi contraria, ut dicit Car. de Grass. *de eff. Cler. effect.* 1. *n.* 818. eidem coram Judice sæculari, cui tradi debet, abradendo loca capitis, & manuum, quæ ordinatione fuerunt oleo uncta, & auferendo solemniter ornamenta ea a degradato, quæ acceperat tempore suæ ordinationis. Vide etiam Gonzal. *in cap. cum non ab homine, de judic. n.* 14. & qualiter fiebat, ac quibus solennitatibus de Jure Canonico antiquo, vide *in d. cap. degradatio.* ubi glos. & DD. *de pœn. in* 6. *cit. cap. cum non ab homine, de Judic. cap. novimus de V. S. cap. felix.* 15. *q.* 7. *cap. non potest, de re jud.* & de Jure Concil. Trid. vide *sess.* 13. *c.* 4. *de reform.* & illius formam videre poteris in Pontificali Romano, & illius sententiæ formam tradit Menoch. *loc. cit. nu.* 8. deductam *ex cap. accedens. dist.* 50. *& cap. veritatis, de dol. & contum.* hisce verbis: *& quia novimus te commisisse tale crimen hujus degradationis dignum, ideo sententialiter dicimus te esse deponendum &c. prout te deponimus &c.*

Degradatio ergo verbalis primo loco posita, nihil 2
aliud est, quam ab altaris ministerio depositio, seu perpetua remotio, seu ordinum privatio. Menoch. *l. c. n.* 3. Antonel. *qui supra n.* 4. Ciarlin. *contr. for. c.* 297. *nu.* 32. fitque per solam, & simplicem sententiam per illam Clericum privando perpetuo ab Ordinibus sacris, seu illorum ministerio. Grass. *l. c. n.* 815. & est altera fere depositio, & ab illa solum differt, quia illa Clericum solum privat a ministerio ad tempus, degradatio vero in perpetuum. *DD. cit.* Barbos. *de offic. Episc. p.* 3. *alleg.* 110. *n.* 1. Bonac. *de censur. disp.* 4. *punc. un.* Bellet. *disquis. cleric. tit. de favor. Cler. person.* §. 10. *n.* 4. alias differentias vide apud Laym. *in theol. mor. l.* 1. *tr.* 5. *p.* 3. *c.* 5. *n.* 1. *&* 2.

Non aufert privilegium Clericale, canonis, vel fo- 3
ri. *DD. cit.* potest fieri per Episcopum solum vel ejus Vicarium generalem privando Clericum per sententiam. Ciarlin. *l. c. n.* 34. & non requirit alias solemnitates. *DD. cit.* Non fit tamen nisi in casibus a Jure expressis, ut per Aretin. *in d. cap. cum non ab homine. col.* 9. *de Judic.* & ibi Dec. *n.* 27. ubi de communi, & alios docet Menoch. *l. c. nu.* 9. exceptis Ordinibus minoribus, a quibus degradatio est Episcopo arbitraria ob perpetratum aliquod scelus per Diaz. *in pract. canon. criminal. cap.* 90. *n.* 8. Et habet prædicta degradio locum in adulterio, concubinatu perseverante post monitionem, Simonia notoria, stupro, incestu, furto, perjurio, & homicidio, ut diximus, & dicemus suis locis, quando agemus de his delictis. & vide DD. *cit.* ac Gonzal. *in not. ad d. cap. cum non ab homine, de Judic. a nu.* 1. *ad* 7. *cap. presbyter. dist.* 81. Et quando Canones statuunt, Clericum esse degradandum, & in Monasterium detrudendum, intelligunt de hac verbali degradatione, quæ fit in pœnam, & quam depositionem diximus. Ita Abb. *in cap. at si Clerici in princ. col.* 3. *de Judic.* Diaz. *l. c. c.* 132. post Felin. *in cap. qualiter. il.* 2. *in fin. de accus.* & alios apud Menoch. *l. c. n.* 18. & cum jura de depositione loquuntur, de hac in dubio intelliguntur, juxta Sylvestr. *in verb. degradatio. n.* 2. Bellet. *l. sup. cit. n.* 5. Piasec. *in prax. Episc. p.* 2. *c.* 4. *n.* 93. Barbos. *d. alleg.* 110. *n.* 9. apud Antonel. *l. c. n.* 4.

Non tamen opus est, quod Clericus, ad hoc ut de- 4
poni possit, sit in delicto flagranti comprehensus, ut annuere videntur tex. *in c. presbyter dist.* 81. *cap. tuæ, de pœn. & d. cap. cum ab homine de Judic.* sed sufficit quod sit confessus, aut convictus; quia tales dicuntur in delicto comprehensi. *cap. vestra, & cap. ult. de cohab. Cler. & mul.* glos. *in d. c. presbyter, in verb. captus.* & DD. apud Sperel. *l. c. n.* 36. imo sola comprehensio non sufficit, nisi quoad infamiam, sed requiritur, ut reus delictum confiteatur, aut ut de illo convincatur, ut ex Host. *in cap. tuæ de pœn. n.* 4. *in verb. atque convictus*, dicit Fagnan. *in d. cap. cum non ab homine n.* 18. nisi crimen sit notorium per evidentiam facti. ubi vide. *n.* 19.

Quod autem diximus de furto, quod nempe Cleri- 5
cus fur degradari, seu suspendi possit, intellige, si furtum sit commissum in magna quantitate. Abb. *in d. c. tuæ.* & ibi DD. *de pœn.* & alii apud Ciarlin. *l. c. nu.* 37. & quando furtum sit tale, relinquitur arbitrio Judicis, qui considerabit qualitatem materiæ furto oblatæ, & personæ, cui fuit res furto ablata. vide Menoch. *de arbitr. cas.* 295. *n.* 10. & per tot. Ciarlin. *l. c.*

Ab hac degradatione Episcopus regulariter dispensare 6
non potest, nisi ubi talis pœna imposita fuerit pro adulterio, vel aliis criminibus minoribus, vel saltem non majoribus, vel nisi sententia hujusmodi facultatem sibi reservaverit. *cap. at si Clerici*, §. *de adulteriis, de Judic.* Specul. *tit. de legat.* §. *nunc. ostendendum est, n.* 7.

Bellet.

Bellet. *loc. cit. nu.* 9. Bonac. *de cenſur. d. diſp.* 4. *punc. un. n.* 4. apud Antonel. *loc. cit. n.* 4.

7 Degradatio verbalis ſecundo loco poſita, ſeu præparatoria ad actualem, quæ a DD. realis dicitur, quando nempe Judex per ſententiam declarat Clericum criminoſum degradatum, ſeu privatum ab exercitio, & executione Ordinum, officiorum, ac beneficiorum Eccleſiaſticorum, ac privilegii Clericalis animo procedendi ad degradatinnem actualem, ac tradendi degradatum Judici ſæculari ab eodem puniendum, requirit ſolemnitates in textibus, ſupra. *n.* 1. allegatis, poſitas. De quibus vide etiam Antonel. *l. c. n.* 2. Jo. Aloiſ. de Leo *in L. officiales. nu.* 15. *C. de Epiſ. & Cler.* Scacc. *de Judic. c.* 11. *l.* 1. *nu.* 73. *&* 75. Farin. *in tract. crim. crim. q.* 8. *n.* 72. *& in fi.* & quomodo obſervetur in degradatione Epiſcopi, ponit Mart. *de Juriſd. p.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 131. *n.* 11. Gambar. *in tract. de offic. legat. l.* 3. *n.* 196. & alii apud Graſſ. *l. c. nu.* 819. Clar. *in d.* §. *fin. q.* 74. *n.* 4.

8 Aufert privilegium Clericale, canonis, & fori, adeo ut taliter degradatus illico ſubjiciatur Judici Laico ſine alia traditione facienda, juxta Sylveſtr. in verb. *degradatio. nu.* 8. Marant. in Specul. *p.* 4. *diſt.* 11. Scacc. *Judic. l. c. n.* 74. Dian. *p.* 9. *tr.* 4. *reſ.* 29. & alii, quorum multi tamen loquuntur in degradato actualiter, & ſolemniter, ut infra *nu.* 10. Sed quod hæc degradatio realis, quæ potius verbalis dicitur, non auferat privilegium canonis, ex quo non tollatur character, maneatque adhuc Clericus, licet non in priori dignitate conſtitutus, dicit Graſſ. *l. c. nu.* 820. ubi gloſ. *in c. accedens. diſt.* 50. *& in in c. ad abolendam, in verb. prærogativam, de hæret. & in c. degradatio, in verb. privilegio. de pœn. in* 6. Dec. *conſ.* 19. *n.* 115. *l.* 3. idem tenet Marta *de juriſd. p.* 2. *caſ.* 132. Bajard. ad Clar. *l. c. n.* 1. *verſ. degradationis*, & hinc eſt, quod adhuc teneretur ad continentiam, nec valide matrimonium contraheret. Bajard. *l. c.* ac valide conſecraret. DD. apud Dian. *l. c.* & ideo illum percutiens eſſet excommunicatus, & quod non fiat de foro Judicis Laici, ut ab eo puniri poſſit, donec tradatur Curiæ ſæculari, uti fit per degradationem actualem, ut ſupra *n.* 1. & infra *n.* 10. defendunt Clar. *in* §. *fin. q.* 36. *n.* 35. *verſ. ſcias autem.* Sylv. *l. c.* Dec. *in L. in omnibus. n.* 18. *de Reg. Jur.* Scacc. *d. c.* 11. *n.* 77. & alii apud Graſſ. *l. c. n.* 284. Fagnan. *in d. c. cum non ab homine. n.* 15. *de judic.* & ideo contrarium dicentes intelligendi ſunt de degradatione actuali.

9 Ad hanc degradationem non ſtatim devenitur etiam propter incorrigibilitatem, ſed prius verbaliter deponitur, & deinde ſi adhuc perſeveret in delinquendo primum ob incorrigibilitatem devenitur ad depoſitionem realem, de quo vide late Gonzal. *in d. cap. cum non ab homine per tot.* Clar. *d. q.* 36. *nu.* 33. *&* 37. ubi, quod non poſſit Clericus puniendus tradi Curiæ ſæculari, niſi ſit incorrigibilis, quam opinionem dicit communem ex Abb. *in d. c. at ſi Clerici poſt nu.* 38. *verſ. & ſic reſidet, de Jud.* Antonel. *l. c. n.* 12. Graſſ. *n.* 818. vide late Fagnan. *l. c. an.* 22. *ſeqq.* & etiam ſupra in verbo *Clericus n.* 92. ubi, quod ultra incorrigibilitatem debeat adeſſe etiam contemptus Judici Eccleſiaſtici &c. & dicitur incorrigibilis, ſi fuerit ſervata forma *cit. c. cum non ab homine.* ut nempe, quod primo ſit depoſitus, ſecundo excommunicatus, & tertio annathematizatus, ac tandem perſeverans in contumacia incorrigibilis judicatur. Antonel. *l. c. num.* 12. *verſ. dicitur.* Limita in iſtis tribus tantum caſibus, ſeu delictis, ob quæ degradatio realis etiam ſine incorrigibilitate locum habet, ſcilicet in hæreſi, falſitate commiſſa in litteris Apoſtocis, & conſpiratione contra proprium Epiſcopum, de quo tamen vide *DD. cit.* & Gonzal. *a n.* 16. Antonel. *an.* 12. qui tamen in conſpiratione in Epiſcopum requirunt incorrigibilitatem; & Barboſ. *l. c. n.* 12. imo quod neque hæreticus manifeſtus ſit degradandus, ſi ſe corrigere paratus ſit, licet in perpetuum carcerem tradi poſſit, præter alios dicit Laym. *qui infra n.* 6. ubi gloſ. *in c.* 1. *de hæret. in* 6. Molin. *tr.* 3. *diſp.* 49. *nu.* 15. ita tamen ut ſi poſtea relapſus fuerit, non iterum recipiendus, ſed degradandus ſit. *cap. ad abolendam*, §. *illos quoque, de hæret. & cap. ſuper eo, eod. in* 6.

10 Degradatio vero actualis eſt ipſa executio ipſius degradationis verbalis factæ animo veniendi ad actualem, ut dictum *num.* 1. *&* 7. & in hac non requiritur præſentia Epiſcoporum, ſeu Prælatorum, & aliæ ſolemnitates, ut *in n.* 7. ſed ſufficit ſolus Epiſcopus, quia jam prius degradatus eſt. Antonel. *l. c. n.* 5. *ubi* Sylveſt. *l. c. n.* 1. *in fin.* Laym. *in theol. mor. l.* 1. *tr.* 5. *c.* 5. *n.* 4. & apud illum Abb. *in cap. qualiter* 2. *n.* 11. *de accuſ.* id tamen intelligit Menoch. *loc. cit. n.* 25. *&* 26. quod nempe ſolus Epiſcopus admoveat manum in capite, manibus, & veſtibus degradandi, & ita explicat tex. *in cap. degradatio.* §. *actualis, cum* §. *ſeq. de pœn. in* 6. interim tamen dicit, requiri præſentiam aliorum Epiſcoporum, aut Abbatum, ad normam Concil. Trid. *l. c.* Hoc unum eſt, quod actualis degradatio fieri debeat ab Epiſcopo conſecrato; quia eſt actus Juriſdictionis, & Ordinis. gloſ. & Abb. *in cap. tranſmiſſam, de elect.* Bonac. *de cenſur. diſp.* 4. *pun. un.* Laym. *loc. c.* Dian. *p.* 10. *tr.* 11. *reſ.* 50. Antonel. *l. c.* & poteſt committi alii Epiſcopo conſecrato. Barb. *d. alleg.* 110. *n.* 14.

Hæc proinde privat Clericum omni privilegio cleri- 11
cali, fori, & canonis, & de hac forte intelligunt DD. dicentes, quod actualiter degradatus poſſit a Judice Laico puniri abſque alia traditione: nam ut notat Graſſ. *loc. cit. n.* 119. *poſt med.* Judex Eccleſiaſticus non tradit Clericum degradatum Judici Laico, ſed eidem eum oſtendit, declaratque eum eſſe exutum privilegio Clericali; & *n.* 824. dicit, quod traditio Curiæ ſæculari ſit ipſa executio degradationis verbalis, quæ differt ab ipſa degradatione. & *n.* 826. quod Judex Eccleſiaſticus non debet manualiter tradere Judici ſæculari Clericos puniendos, ſed tantum eoſdem coram illo privatos privilegio per ſuam ſententiam declarare, illoſque ita ſolemniter degradatos eidem ibi puniendos relinquere; & quod in hac degradatione non ſit neceſſaria traditio, dicit etiam Fagnan. *in d. c. cum non ab homine. n.* 16. ubi de communi.

Debet tamen Judex Eccleſiaſticus efficaciter inter- 12
cedere pro dicto degradato, ne Judex laicus illum puniat pœna mortis. Laym. *l. c. n.* 5. Graſſ. *ubi ſupra. n.* 826. Addend. ad Clar. *in d. quæſ.* 74. & eſt tex. *in d. c. novimus* 27. *de verb. ſignif.* imo quod non ſolum rogare, ſed etiam prohibere debeat, ne traditus puniatur pœna ultimi ſupplicii, tenent Marant. *in pract. p.* 4. *diſt.* 11. *n.* 72. Riminald. jun. *conſ.* 685. *n.* 42. *l.* 6. Decian. *in tract. crim. p.* 1. *l.* 4. *c.* 9. *nu.* 123. *&* 124. Scacc. *de Judic. d. p.* 1. *c.* 11. *n.* 74. & alii relati a Graſſ. *l. c.* ſed quod hac interceſſione, ſeu proteſtatione non obſtante poſſit Judex laicus ad libitum procedere etiam ad pœnam mortis, dicit Clar. *in d.* §. *fin. q.* 36. *nu.* 42. *verſ. ſed an Judex*, ubi quod ita ſervetur. Carer. *in pract. crim.* §. *homicidium, ult. poſt n.* 64. & facit gloſ. *in d. c. novimus, in verb. intercedere*, ubi, quod debeat intercedere precibus, non excommunicatione.

Sed hic quæritur an Judex Laicus teneatur exequi 13
ſtatim ſententiam Judicis Eccleſiaſtici contra degradatum, an vero poſſit deſuper formare novum proceſſum? Reſp. quod ſi fuerit degradatus ob cauſam hæreſis, vel alterius criminis mere Eccleſiaſtici, cognoſcere non poſſit, ſed ſolum ſententiam exequi Judicis Eccleſiaſtici, juxta *cap. ut inquiſitionis*, §. *prohibemus, de hæret. in* 6. Laym. *l. c. n.* 6. *verſ. ad extremum.* Antonel. *l. c. n.* 7. ubi Gravat. ad Veſtr. *in prax. l.* 8. *c. ult. n.* 41. Sbroz. *de Vicar. Epiſc. l.* 2. *q.* 190. *n.* 9. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 107. *nu.* 27. DD. apud Car. de Graſſ. *l. c. n.* 827. *ſeqq.* & ibi Abb. *in cap. ea quæ n.* 14. *de ſtat. Monach.* Felin. *in d. cap. at ſi Clerici, de Judic.* deberet tamen Judex Eccleſiaſticus in ſententia ſua declaratoria exprimere qualitatem pœnæ a Judice Laico irrogandæ, ut poſſit dictus Judex Laicus illam exequi abſque alio judicio, quod certe alias facere non poſſet. vide Graſſ. *loc. cit. a num.* 830. Si vero fuit degradatus ob crimen ſæculare, aut mixti fori, puta homicidio &c. poterit deſuper Judex Laicus novum judicium formare; quia tunc judicaret ut in ſubditum, vel certe poſſet petere proceſſum a Judice Eccleſiaſtico, ut deſuper cognoſcat. DD. *cit.* Quod ſi tamen Judex Eccleſiaſticus vellet ipſemet ſuam ſententiam exequi, poſſet petere brachium ſæculare, quod Judex Laicus teneretur impertiri, ut diximus *in prax. brach. ſæcul.* & dicit Antonel. *a num.* 7. *&* 10. Et ſi degradatus opponat de nullitate degradationis, an tunc de illa Judex Laicus cognoſcat, vide Carrer. *in pract. crim.* §. *homicidium. ult.*

Hæc degradatio actualis non eſt neceſſaria in da- 14
mnato ad triremes, ſaltem de conſuetudine, ſed ſufficiet

verbalis, etiamsi sit ad vitam, seu in perpetuum ad remigandum damnatus. Ciarlin. *contr. for. d. c.* 207. *n.* 54. & apud illum Abb. *in cap. excommunicatus. n.* 2. *vers. sed credo, de hæret.* Ugolin. *de offic. Episc. p.* 2. *c.* 56. *n.* 3. *vers. verum.* Farin. *de hæres. q.* 189. *a n.* 13. & alii; Antonel. *l. cit. nu.* 16. ubi quod talis Clericus licite verberari possit a triremium ministris, ex Piasec. *in prax. Episc. p.* 2. *c.* 4. *n.* 92.

15 Quær. primo, quid agendum cum Clerico absente, qui propter scelera degradandus, & Judici Laico puniendus traditur, quomodo poterit privari privilegiis Ecclesiasticis, cum actualiter degradari non possit propter absentiam? Resp. quod talis degradari prius debeat verbaliter, & postea ficte, seu per degradationem actualem fictam judici Laico tradatur. ita Scacc. *in tract. de jud. d. p.* 1. *c.* 11. *nu.* 76. ubi, quod paria sunt, ut quis actualiter degradetur, vel ficte tradatur Curiæ sæculari, & apud illum Eimeric. *in direct. inquis. p.* 3. *nu.* 214. *in fin. in forma citandi convictum, pag.* 570. & alii relati a Grass. *l. c. num.* 835.

16 Quær. secundo, an prædicta actualis degradatio habeat locum etiam in Clericis in minoribus Ordinibus tantum constitutis, ita ut sit necessaria, antequam tradantur puniendi Curiæ sæculari? Resp. affirmative, ex quo dicantur characterе Clericali insigniti. Abb. *in c. Clericus, de vita, & honest. Cleric. & in c. si quis presbyt. in* 1. *notab. de Cleric. excom.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. d. alleg.* 110. *n.* 8. Grass. *l. c. n.* 839. & apud illos alii; ad tex. *in c.* 2. *de pœn. in* 6. *& in c. si quis Episcopus.* 27. *q.* 1. contrarium tamen defendunt Covar. *pract. quæs. c.* 32. *nu.* 3. *vers. ex quibus.* & alii quos citat Grass. *l. c.* qui tamen dicit, quod quamvis hæc secunda opinio sit frequentiori calculo approbata, ipse tamen nunquam recederet a prima. In prima tonsura tamen tantum initiato conveniunt DD. *cit.* & apud illos alii, quod non sit necessaria hæc actualis degradatio; quamvis etiam in tonsurato hanc degradationem esse necessariam, late probet Fagnan. *in c. cum contingat a n.* 63. *de etat. & qual.*

17 Quær. tertio, an semper sit necessaria degradatio, antequam Clerici criminosi possint a Judice Laico puniri? Resp. affirmative, exceptis casibus a Jure expressis, Grass. *loc. cit. num.* 841. Covar. *loc. cit. n.* 2. Clar. *qui infra num.* 35. & in casibus a Jure exceptis, requiritur declaratoria. Sic excipitur committens crimen assassinii, qui puniri potest a Judice Laico absque degradatione. ad tex. *in cap.* 1. *de homicid. in* 6. Covar. *loc. cit.* modo adsit sententia Episcopi declaratoria, per quam declaretur, esse assassinium, Grass. *loc. cit.* Sic a multis excipitur Clericus criminosus incorrigibilis, ut videre est apud Covar. *loc. cit.* Clar. *in §. fin. d. q.* 36. *a nu.* 33. *& per tot.* ubi alios ponit casus, requiritur tamen prius declaratoria, Clar. *l. c. n.* 34. & supra in verb. *Clericus n.* 92.

18 Quær. quarto, an Episcopus possit dispensare cum degradato realiter, & actualiter, seu illum restituere in pristinum statum? Resp. negative, sed hoc spectat tantum ad Summ. Pontificem. *cap. ideo* 2. *q.* 6. Riccius *in prax. p.* 2. *ref.* 221. Piasec. *prax. Episc. p.* 2. *c.* 1. *n.* 13. *vers. quarto reservatur.* apud Antonel. *loc. cit. num.* 14. Barbos. *d. alleg.* 110. *n.* 29. ubi alii. glos. *in cap. Episcopus.* 2. *q.* 3. Et injuste degradatus non potest exercere officium suum, nisi insignia graduum amissa recipiat coram Altari de manu Episcoporum: nempe, si Episcopus est, horarium, annulum, & baculum: si Presbyter, horarium, & planetam; si Diaconus, horarium, & albam: si Subdiaconus, patenam, & calicem, & sic de reliquis, ut disponitur *in d. cap. Episcopus.* & ibi glos. Gonzal. *in d. cap. cum non ab homine, n.* 14. *de Judic.* vide plura in verbo *Clericus.*

DELEGATIO.

Praxis Delegationis, & Delegatorum.

1 Delegatio facta alicui sub nomine dignitatis, non expresso nomine proprio, transit ad successorem in ipsa dignitate. *cap. quoniam Abbas,* & ibi glos. *in verb. substitutum, de offic. deleg.* ubi Abb. *nu.* 4. Dec. *nu.* 4. cum aliis relatis a Noal. *de transmiss. cas.* 51. *n.* 1. *L. annua, §. attia ff. de ann. leg. §. & hoc vero jubemus.* & ibi glos. *in verb. rescriptum, in authent. ut nulli judici.* Sperel. *dec.* 166. *n.* 1. De Luca ad Gratian. *disc. for. c.* 92. *n.* 1. & alii innumeri; quia etiamsi mutetur persona morte, amotione &c. dignitas tamen nunquam moritur, & sic gratia, seu delegatio tantum suspenditur, donec de successore in dignitate provideatur. DD. *cit.*

Ampl. primo, quod delegatio facta Episcopo sub no- 2
mine dignitatis, transeat in successorem tantum electum, & confirmatum, licet non consecratum, (si sumus in rebus, quæ non sunt Ordinis, sed tantum jurisdictionis) licet rescriptum fuerit præsentatum antecessori, Sperel. *l. c. n.* 2.

Ampl. secundo, quod hæc delegatio facta sub nomi- 3
ne dignitatis transeat ad successorem, non solum quando ab antecessore jam fuit incepta. Innoc. *in d. cap. quoniam Abbas.* & Dec. *in L. more. n.* 54. *ff. jurisd. omn. jud.* Menoch. *de arbitr. l.* 1. *quæs.* 68. *n.* 22. apud Noal. *l. c. n.* 2. Sed etiam quando res est integra. Host. *in d. c. quoniam Abbas col. ult. vers. verum ubi delegata.* & ibi Abb. *n.* 4. *&* 7. Dec. *n.* 4. *vers. & quod dictum est.* Menoch. *l. c.* apud cit. Noal. contra Angel. *in d. §. & hoc vero jubemus. auth. ut nulli judici n.* 9.

Ampl. tertio, quod etiam facta Vicario generali tran- 4
seat in successorem, licet dignitas Vicariatus non habeat successorem, nec sit perpetua. Sperel. *l. c. n.* 9. ubi quod ita sit in praxi receptum, quamvis contraria de rigore Juris, videatur communior. Barbos. *de offic. Episc. alleg.* 54. *n.* 166. *in novissima edit.* Garz. *de benef. p.* 6. *c.* 2. *n.* 34. Paris. *de resign. l.* 1. *q.* 11. *n.* 17. Noal. *l. c, n.* 4. ubi de veriori & æquiori contra nonnullos. Sanchez *de matrim. l.* 8. *disp.* 27. *nu.* 9. *&* 10. Tamburin. *de Sacram. l.* 8. *tr.* 2. *c.* 12. *n.* 4. Gabr. *cons.* 32. *l.* 2. Put. *dec.* 487. *l.* 2. *& decis.* 151. *p.* 3. *lib.* 2. Genuens. *in prax. Archi-Episc. c.* 69. *vel* 85. *juxta divers. impres. n.* 1. ubi quod ita practicetur. Maresc. *l.* 2. *var. res. c.* 7. Vivian. *in prax. Jurisp. p.* 2. *l.* 13. *nu.* 11. *c.* 5. Sbroz. *de offic. Vicar. l.* 2. *q.* 66. & alii; vide infra plura in praxi *Executoris Apostolici. §.* 2. & apud Noal. *l. c.* ubi adsunt plures ampliationes & limitationes, etiam conclusionis principalis. Hinc Vicarius delegatus non poterit ad ulteriora procedere postquam desiit esse Vicarius, licet sit factus Episcopus ejusdem Diœcesis, sed transibit in Vicarium successorem, & sic de reliquis. Sanch. *l. c. n.* 22. *&* 23. De Luca ad Gratian. *disc. for. d. c.* 92. *n.* 12. quamvis quoad hoc ultimum, quod Vicarius delegatus factus Episcopus ejusdem diœcesis, non possit ad ulteriora procedere, contrarium sentire aliqui videantur, de quo vide Gem. *in c. Romana. in pr. n.* 3. *vers. nota idem esse auditorium, de appell. in* 6. Franc. *in c. dilecti, il.* 3. *n.* 40. *col.* 6. *q.* 5. *de appell.* Gratian. *l. c. n.* 5. sed priori tanquam veriori adhæret Sanch. *loc. cit. nu.* 31. Sperel. *uti supra n.* 7. & apud illum Anchar. *in Clem.* 2. *n.* 24. *de rescr.* & ibi Imol. *n.* 9.

Delegatio vero alicui in dignitate constituto facta 5
non sub nomine dignitatis, sed sub nomine proprio, non transit in successores, sed vel expirat morte delegati, vel ille delegatus, cui nomine proprio facta est commissio, de ea cognoscere, etiam post resignatam dignitatem, potest. Sperel. *l. c. nu.* 1. Gratian. *d. c.* 92. *n.* 1. & ibi de Luca *n.* 6. ubi, quod Canonicus delegatus sub nomine proprio possit causam expedire, etiamsi ante sententiam resignaverit Canonicatum; quia dignitas requiritur quidem, ut delegatus sit capax delegationis acquirendæ, non vero ad delegationis acquisitæ retentionem. Noal. *d. cas.* 51. *nu.* 35. Sperel. *decs.* 31. *n.* 14. Sanch. *l. c. n.* 22. Monet. *de commut. ult. volunt. cap.* 8. *tit. quib. mod. expiret commut. ult. vol. nu.* 161. apud de Luca *loc. cit. nu.* 7. nisi dignitatem amisisset adhuc re integra, puta ante citationem partium, nisi transisset de una dignitate ad aliam. vide DD. *cit.* & an dicatur res integra quando præcessit citatio, vide late Sanch. *l. c. disp.* 28. *per tot.* Noal. *d. cas.* 51. *n.* 30. Si vero contraxit matrimonium, & causa delegata erat spiritualis, non amplius cognoscere potest. Specul. *de Jud. deleg. n.* 22.

Itaque delegatio alia est realis, quæ fit sub nomine 6
dignitatis habentis successorem, alia personalis, quæ fit non sub nomine dignitatis, sed sub nomine proprio delegati, & prima transit in successorem; secunda vero non. DD. *cit.* imo etiam facta sub nomine dignitatis in successorem non transit, si dignitas non sit perpetua, nec haberet successorem, uti in legatis etiam a latere, Nunciis &c. DD. *cit.* & late Noal. *d. cas.* 51. *n.* 12. excepto

Vica-

Vicario, saltem de consuetudine, ut supra *nu.* 4. imo Gratian. *l c. num.* 16. admittit etiam in Legato, ut in Vicario, quando locus legationis est certus, & consuetum est in eo esse Legatum. Et si fuit expressum nomen proprium, & nomen dignitatis, attenditur quod præcedit. DD. *cit.* cum limitationibus tamen ut infra in praxi *Executoris Apostolici, vers. Noal. tamen &c.*

7 Quær. an Canonicatus sit dignitas, ad effectum, ut delegatio eidem sub nomine Canonicatus facta dicatur realis, & in successorem transitoria? Resp. de rigore juris negative, cum Canonicus non habeat successorem, sed canonicatus cum persona extinguatur. Ita Sperel. *l. c. n.* 4. Sanchez *de matrim. d. dis.* 27. *n.* 12. ubi Abb. *in c. cap. quoniam Abb. num.* 9. *de offic. deleg.* & alii; ad tex. *in cap. dilecto, de præb. §. præterea, circa princ.* secundum mentem tamen Pontificis delegatio hæc transit in successorem; maxime ubi adest certus Canonicorum numerus, & præbendarum &c. certum titulum habentium. de Luca ad Gratian. *l. c. n.* 6. Sperel. & Sanch. *ll. cit.* ubi delegatio erat facta Canonico pœnitentiario.

8 Delegatus, qui pronunciavit, se non habere jurisdictionem, si fuit datus principaliter in causa, illam non reassumitur, ut ad tex. *in c. significantibus, de offic. deleg.* & ibi Felin. dicit Genuen. *in prax. Archi Ep. c.* 85. *n.* 8. *juxta meam impress.* secus, si fuit datus accessorie, ut est executor in causa beneficiali, qui potest suam jurisdictionem reassumere; quia, cum duret principalis gratia, non potuit ejus pronunciatio auferre jus parti. ita Genuen. *l. c.* & infra. *n.* 35.

9 Expirat morte delegantis re integra (fermo est de simplici delegatione ad aliquam gratiam faciendam, non vero de commissione habente vim legis, aut tribuente jurisdictionem ordinariam, de quibus Sanch. *d. disp.* 28. *nu.* 2. & 3.) Sanch. *l. c. nu.* 7. & *seqq.* ubi late, quando dicatur res integra. Noal. *d. cas.* 51. *n.* 30. Sperel. *d. decis.* 166. *a num.* 21. secus per mortem delegati, si sit realis, ut supra diximus; sic etiam delegatio gratiæ faciendæ expirat morte delegantis re integra, secus in gratia jam facta, de qua late Sanchez *l. c.* quando vero dicatur gratia facta, vel facienda, vide infra in verb. *Executor Apostolicus*, & aliqua in verb. *gratia*. Et an facta ad beneplacitum delegantis, aut dignitatis, vel Officii, expiret morte delegantis? vide *Executor Apostolicus*.

10 An delegatio facta ad arbitrium delegantis cesset per ejusdem excommunicationem? Resp. negative; quia licet expiret officium quoad exercitium, tamen remanet in radice: sicut nec per amentiam; quia per illam non expirat voluntas. Covar. *l.* 3. *var. res. cap.* 15. *n.* 4. *vers. tertio*. Sanch. *d. lib.* 8. *disp.* 28. *num.* 57. Noal. *d. cas.* 54. *num.* 13. quamvis quoad amentiam multi teneant contrarium.

11 Delegatio facta Vicario, si Episcopus habet duos Vicarios, convenit digniori, & eidem intelligitur facta; quia nomen dignitatis simpliciter prolatum, intelligitur de principali. Sanch. *l. c. dis.* 27. *n.* 36. ad tex. *in Clem.* 2. *de resc.* ubi glos. *in verb. principalis*. Bonac. *de LL. disp.* 1. *punc.* 8. *quæs.* 3. §. 1.

12 Delegari non possunt regulariter, quæ sunt reservata Principi, uti regalia &c. quæ non sunt concedenda, nec veniunt in generali concessione, nisi fiat specialis eorum mentio. Mastril. *de Magistr. l.* 1. *c.* 16. *n.* 23. Capon. *disc. for.* 337. Covar. *pract. quæst. c.* 4.

13 Delegata vero causæ cognitione, videtur etiam delegata ejus executio, vel expeditio. Fachin. *l.* 12. *contr. jur. c.* 54. Felin. *in cap. super, de Offi. deleg.* contrarium tenet Menoch. *de arbitr. q.* 37. *n.* 23. qui tamen *nu.* 30. *seqq.* pluries limitat, & est communior uti testatur ipse Fachin. *l. c.*

14 Delegata dispensatione, vel gratia Episcopo, non facta mentione Vicarii, vel Vicario, non facta mentione Episcopi, ille solus exequitur, cui fuit facta delegatio: nam licet sit idem utriusque tribunal, fallit tamen in iis, quæ sunt Jurisdictionis extraordinariæ. Tambur. *de Sacram. l.* 8. *tr.* 2. *c.* 12. §. 1. *nu.* 2. Sanch. *de matrim. l.* 8. *disp.* 27. *nu.* 30. Bonac. *de LL. disp.* 1. *q.* 3. *pun.* 8. §. 1. Rebuff. *in forma Vicar. n.* 161. & plures vide in verb. *Executor Apostolicus. vers. si vero litteræ*.

15 Delegatus Judex non potest, ubi voluerit, locum Judicii sibi eligere: nam si in delegatione fuit assignatus, debebit ad illum partes citare; si non, debebit citare ad locum territorii intra limites Jurisdictionis, tutum, & honestum, partibus non multum incommodum. *L. si locus.* 59. *ff. de Jud.* & non ultra dietam. *cap. statutum*, §. *cum vero, ad med de resc. in* 6. Marant. in Specul. *p.* 6. *memb.* 1. Scacc. *jud. l.* 1. *c.* 32. *n.* 34.

Delegatus Principis regulariter potest sub delegare. *L.* 16
un. Cod. qui pro sua Jurisd. L. a Judice Cod. de Jud. c. fin. de Offic. deleg. c. cum causam, §. *mandamus de appel.* Sanch. *de matr. l.* 3. *disp.* 31. *n.* 1. Sperel. *dec.* 106. *n.* 46. Limit. si delegatus per se, vel suis manibus causam expedire fuit jussus; quia tunc dicitur electa industria personæ. Menoch. *de præs. l.* 2. *præs.* 21. *n.* 8. *cit. c. fin.* §. *is de offic. & pot. Jud. deleg.* Vant. *de nullit. ex def. Jurisd. deleg. n.* 21. Sbroz. *de offic. Vicar. l.* 2. *q.* 34. & alii apud Sperel. *l. c.* licet negotium esset leve. Limit. secundo si ejus conscientia fuit onerata, secundum plurimos apud Sperel. *l. c.* vel si fuit dictum in delegatione „ *de tua persona, vel prudentia confidentes*, vel *proprio Judicio*. (de quo tamen latius infra in verb. *Executor Apostolicus.*) si fuit facta motu proprio; nam si facta est ad instantiam, si partes consentiant, potest fieri subdelegatio, licet sit electa industria personæ DD. apud Sperel. *l. c.* Antonel. *de regim. Eccles. l.* 5. *c.* 9. Limit. tertio in causis meri Imperii, quæ subdelegari non possunt. Menoch. *de arbitr. q.* 54. *a n.* 12. ubi late. Fachin. *l.* 1. *contr. Jur. c.* 47. ubi ad contraria respondet.

Delegatus Principis non est dignior ordinario. Fa- 17
chin. *lib.* 12. *contr. Jur. cap.* 84. Felin. *in cap. super quæstione, de Offic. deleg.* & alii; habet infirmiorem Jurisdictionem, quam ordinarius. Fachin. *l. cit. c.* 86. excepta causa delegata. Fachin. *d. c.* 47. & 84.

Potest recusari, & allegari suspectus. *cap. Judex, de* 18
off. deleg. in 6. nisi in delegatione recusatio fuisset prohibita. Barbos. *de clausul. clauf.* 131. & delegatus post recusationem, seu allegationem pro suspecto, nulliter ad ulteriora procedit, tam de Jure Civili, quam Canonico. DD. apud Lancellot. *de attent. post recus. Jud. cap.* 6. *n.* 4. ubi late. Rot. *decis.* 31. *p.* 15. *rec. n.* 1. nec tunc potest subdelegare. *cit. cap. Judex.* Marant. *in prax. de ord. judic. p.* 4. *dist.* 5. *n.* 43. apud Rot. *d. decis.* 31. *n.* 2. subdelegatio tamen facta ante propositam recusationem, tenet. vide glos. *in d. cap. Judex. in verb. Judex.* Et talis recusatus potest compellere partes ad eligendum arbitros, & potest causam principalem, si causæ suspicionis non sunt probatæ, neque arbitri electi, remittere Principi, vel aliis subdelegare, etiam sine recusantis consensu. Marant. *de Jud. ord. d. p.* 4. *dist.* 5. nisi super causa recusationis fuerit declaratum; quia tunc nec de partium consensu subdelegare potest. Sperel. *dec.* 93. *n.* 2. 10. *& seq.*

Delegatus Principis potest in causis sibi commissis 19
ab eodem eligere nuntios, & executores, qui partes citent, & alia in causis necessaria exequantur. *L.* 3. *Cod. de sport.* & ibi glos. *in verb. supponere in prima opinione.* & in eo se male gerentes removere, & punire, & alios subrogare, dummodo fuerit delegatus ad universitatem causarum, secus si ad unam tantum, juxta cit. glos. *in d. verbo supponere in secunda opinione*. vide Cabal. *res. crim. cas.* 262. qui id admittit etiam in delegato ad unam tantum causam, contra cit. glossam.

Dicitur delegatus ad universitatem causarum, cui 20
committitur genus causarum sub aliquo nomine collectivo, & talis habet naturam ordinarii. Bal. *in L. si ut proponis. Cod. quom. & quand. Jud.* Abb. *in c. Bertoldus, de sent. & re jud.* Felin. *in cap. qualiter, de accus.* Scacc. *de Jud. l.* 1. *c.* 66. *num.* 7. plura quis, & quando quis dicatur delegatus ad universitatem causarum, & quando non, vide P. Pirh. *n.* 1. DD. *in tit. extr. de offic. & potest. Jud. deleg.*

Delegatus ad unum articulum causæ non potest sub- 21
delegare. DD. *in d. L. a Judice. Cod. de jud.* quia tunc delegatus nullam habet Jurisdictionem, sed tantum utitur Jurisdictione delegantis. Fachin. *lib.* 1. *contr. Jur. c.* 45. contra Bar. *in L. more. ff. de Jurisd. omn. Jud.* Imo delegatus talis etiam cum potestate subdelegandi, non potest subdelegare juxta eundem Fachin. *l.* 1. *c.* 45. *& lib.* 12. *c.* 99. licet communior apud eundem teneat contrarium.

Delegatus ad universitatem causarum, potest cogno- 22
scere de nullitate suæ sententiæ. Menoch. *de arbitr. l.* 1. *q.* 67. *n.* 31. & DD. apud Riccium *in prax. cauf. deleg. res.* 428. Autrer. *ad Capell. Tholos. decis.* 38.

23 Delegatus in deciſoriis tenetur ſervare ſtylum Curiæ delegantis, ſecus in ordinatoriis; nam in his loci conſuetudo eſt attendenda. Sperel. *deciſ.* 85. *n.* 5. ubi DD. Beltram. ad Ludov. *deciſ.* 251. *nu.* 16. Grat. *diſc. for. c.* 516. *num.* 32. Genuenſ. *d. c.* 85. *num.* 13. *L. teſtium. in fin. ff. de teſt.*

24 Debet ſervare formam reſcripti, ſeu delegationis, aliter nulliter agit, & tenetur ad intereſſe. *cap. cum dilecta, de reſcr. L. diligenter, ff. mand.* Pax Jord. *de re judic. l.* 13. *tit.* 6. *n.* 48. Ludoviſ. *deciſ.* 1. *num.* 1. ubi Abb. *in cap. cauſam n.* 10. *de re jud. cap. venerabili, de offic. deleg. cap. Piſanis, de reſtit. ſpol.* Ciarlin. *contr. for. c.* 51. *nu.* 1. Capon. *diſc. for.* 99. ſi tamen formam non ſervaret ſciente eo, qui delegavit, & non contradicente, videtur habere tacitum mandatum in eo, quod excedit, & ſic validum erit. Pax Jord. *l. c.* Vantius ubi
25 *de nullit. tit. qualiter, & quib. mod. ſentent. n.* 47. DD.

Delegatus non tenetur mittere citato originalem commiſſionem, vel delegationem. Riccius *in praxi var. reſ. p.* 2. *reſ.* 62. Gail. *l.* 1. *obſ.* 48. Mynſing. *cent.* 3. *obſ.* 1. comparenti tamen tenetur illam exhibere in originali, ſi petatur; alias ſufficit copiæ tranſmiſſio. Ricc. *l. c.* Scacc. *de jud. lib.* 1. *cap.* 32. *n.* 34. tex. gl. & DD. *in cap.* 2. *in pr. de dilat.* quamvis multi velint, quod teneatur delegatus mittere citato originale ſuæ delegationis, ut videre eſt apud DD. *in auth. qui ſemel. verb. adverſario cognitis.* C. *quomod. & quand. cap. prudentiam, de offic. deleg.* ſed contraria communior dicitur a cit. Mynſing.

26 Delegatus ab Epiſcopo non poteſt accipere expenſas itineris a partibus, ſed debent dari a delegante. gl. *in cap. cum ab omni, de vit. & hon. Cler.* Molin. *de Juſt. tr.* 2. *d.* 84. *n.* 8. Pirhing *l.* 1. *tit.* 3. *ſect.* 5. §. 5. ubi late etiam quoad alia munera &c.

27 Delegatus Pontificius non poteſt ſibi aſſumere aſſeſſorem, niſi indigeat & tunc modo partibus non ſit ſuſpectus. *cap. ſtatutum, de reſcr. in* 6. §. *aſſeſſorem.* Poteſt ſibi aſſumere Notarium; nullum munus a partibus accipere poteſt. *d. cap. ſtatutum, de reſcr. in* 6. exceptis expenſis itineris. vide P. Pirhing *l. c.* Poteſt alteri ſubdelegare munus examinandi teſtes, non tamen ipſum munus, vel miniſterium, ad quod fuit delegatus, uti ipſam diſpenſationem. Sanch. *de matrim. l.* 8. *diſp.* 27. Gobat. *de imped. matrim. caſ.* 23. & latius infra *in prax. Execut. Apoſt.* Debet immittere in poſſeſſionem Beneficiatum proviſum a S. Pontif. licet adſit contradictor, qui ſit in poſſeſſione, niſi iſte oſtenderit titulum canonizabilem, & validum. de quo vide verb. *Manutentio.*

28 Delegatus Apoſtolicus debet eſſe in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus. *d. cap. ſtatutum in princ. de reſc. in* 6. vel obtinere perſonatum, aut eſſe Canonicus Cathedralis Eccleſiæ. Sperel. *deciſ.* 167. *n.* 15. & 30. Poteſt etiam is eſſe, qui habet præeminentiam cum Eccleſiaſtica Juriſdictione, licet revocabilem ad nutum. Eſt ſubditus Ordinario. Barboſ. *de offic. Epiſc. alleg.* 106. *n.* 9. Pignat. *tom.* 2. *conſ.* 24. ubi loquitur de Conſervatoribus. Ad excommunicandum non eſt merus executor. Barboſ. *l. c. alleg.* 96. Delinquens in ſuo officio non poteſt puniri ab Ordinario tanquam inferiore, ſecus ſi delinquit extra officium. Ricc. *in prax. cauſ. deleg. reſ.* 431. & *p.* 3. *reſ.* 492. Cabal. *reſ. crim. caſ.* 53. Clar. *in* §. *fin. q.* 35. *n.* 14. Imo ſi aliquid mandat Ordinatio, quod ſpectat ad executionem ſuæ delegationis, tenetur ille, viſa delegatione obedire. *cap. ſane, de offic. deleg.* Abb. *in c. cum contingat, de reſcr.*

29 Delegatus Apoſtolicus non poteſt ſubdelegare non conſtitutis in dignitate Eccleſiaſtica. Riccius *l. cit. reſ.* 430. & diximus in verbo *Alienatio nu.* 46. Genuenſ. *d. c.* 85. *nu.* 3. apud quos videre poteris limitationes. Non poteſt procedere extra locum deputatum; quia delegatio ad unguem eſt ſervanda. Riccius *l. c. reſ.* 432. & regulariter ſolet deputari Civitas, vel locus inſignis. *d. c. ſtatutum, de reſcrip.*

30 Delegatus „ *ſi in evidentem* „ non poteſt mortuo Papa ferre judicium, ſi fuit mortuus re integra; quia non eſt gratia facta. Riccius *in prax. p.* 1. *reſ.* 105. Felin. *in c. relatum, de Offic. deleg.* Subdelegare non poteſt; quia eſt electa induſtria perſonæ ob gravitatem cauſæ. Riccius *loc. cit. reſ.* 106. Non habet facultatem transferendi emphyteuſin in extraneum, niſi hæc facultas ſit expreſſa. Riccius *in prax. emphyt. p.* 1. *reſ.* 120. cum alias id ſit de jure communi prohibitum. gloſ. *in L. etiam. ff. ſol. matr. verb. etiam filios.* Poteſt augere cenſum; quia tunc non dicitur facere contra delegationem, ſed illam pinguius adimplere. Riccius *in prax. p.* 1. *reſ.* 102. apud quem Rot. & DD. apud quem tamen aliqui contrarium tenent. Poteſt cognoſcere de ſubreptione. Abb. *in cap. ſuper lite de reſcr.* apud Riccium *loc. cit. reſ.* 103. vide tamen tex. & ibi gloſ. magna *in cap. de cætero, de ſent. & re jud.* ubi, quod poſſit cognoſcere, non ut ſemper ea pronunciet, ſed ut negotium ad ſuperiorem deferat. Tenetur probare clauſulam *evidentis utilitatis*, & ad hunc finem examinare teſtes, citare partem, & Eccleſiam. Ricc *loc. cit. reſ.* 104. gl. *in Clem. præſenti, de cenſ.* niſi Pontifex concederet, ut extrajudicialiter ſe informaret. vide quæ ſupra diximus in praxi *alienationis.*

Delegati, cum ſunt plures, non poteſt unus ſine alio cognoſcere. *L. duo ex tribus. ff. de jud. cap. cauſam, c. prudentiam, & c. cum cauſa, de Offic. deleg.* niſi in delegatione adeſſet clauſula „ *quod ſi omnes*, vel alia ſimilis, uti „ *conjunctim, vel diviſim.* Quo tamen caſu debet prius requiri Collega, aliter ſine requiſitione, & declaratione, *quod non poteſt intervenire*, non poſſet alter procedere. Abb. & Felin. *in d. cap. prudentiam, de off. deleg.* vide tex. & DD. *in cap. cum plures, de offic. deleg. in* 6. Limit. in delegatione ad univerſitatem cauſarum; quia in iſtis idem dicendum eſt, quod in ordinariis. Marant. in Specul. *p.* 4. *fol. mihi* 108. Si diſcordant, non poteſt Ordinarius ſe immiſcere, ſed petere litteras delegationis, ut ſciat, cui obedire debeat. Abb. *in cap. cum contingat. de reſcr.* 31

Delegatus, non poteſt abſolutionem caſuum reſervatorum alii ſubdelegare; quia cenſetur electa induſtria perſonæ. Riccius *in d. prax. cauſ. deleg. reſ.* 429. & de diſpenſationibus quæ in foro conſcientiæ committuntur expediendæ confeſſori per ſacræ Pœnitentiariæ reſcriptum, an poſſint ſubdelegari, vide Sanchez *de matr. l.* 8. *diſp.* 27. *n.* 40. 32

Delegatus non poteſt trahere reum ultra dietam extra Diœceſin, niſi aliter conſtet ex reſcripto. *d. c. ſtatutum, de reſc. in* 6. quæ debet computari a finibus Diœceſis. 33

Delegatus accipit juriſdictionem a tempore datæ, ſed exercitium a tempore præſentationis. Felin. *in cap. eam te num.* 21. *de reſcript.* Bald. *in L. falſus nu.* 21. *C. de furt.* Oldrad. *conſ.* 324. *verſ. in commiſſione.* Sarnen. *ſuper reg. Cancell. de non judicando juxta formam ſupplicationis. quæſt.* 1. *num.* 9. Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 349. Bich. *deciſ.* 114. *num.* 9. tex. *in cap. ſuper eo. il.* 2. *verſ. fin. de appellat.* gloſ. *in Clem.* 1. *verb. receptis, de procurat.* Archid. *in cap. ſi is cui. n.* 1. *de off. deleg. in* 6. Rot. *deciſ.* 264. *numer.* 15. *p.* 19. *rec. tom.* 1. hinc juriſdictionem non habet niſi ſibi præſentato originali, & authentico reſcripto delegationis ſibi factæ, cum debeat eſſe certus de ſua juriſdictione. Rot. *deciſ.* 20. *de conceſſ. prab. in noviſ. & deciſ.* 4. *de offic. deleg. in antiq.* Ægid. *deciſ.* 110. *verſ. circa ſecundum dubium;* & alii apud Rot. *deciſ.* 6. *numer.* 2. & 6. *p.* 4. *rec. tom.* 1. ubi quod alias nulliter ageret. & *deciſ.* 9. *d. p.* 4. etiamſi partes non appoſuerint de defectu juriſdictionis. & *d. dec.* 264. *nu.* 14. & 18. *p.* 19. *rec.* Et præſentatio reſcripti debet fieri ſolemniter per manum publici Notarii, & cum appoſitione teſtium. Specul. *tit. de reſcr. præſent. in princ. & per tot.* apud Rot. *d. deciſ.* 9. *n.* 1. *d. p.* 4. ubi etiam modus quomodo debeat regiſtrari in actis. 34

Ejus juriſdictio expirat per ſententiam, ſive juſtam, ſive injuſtam. Rot. apud Merlin. *deciſ.* 131. *numer.* 2. *inter ejus impreſſ.* ad tex. *in c. in litteris. cap. venerabili. & cap. ſignificantibus, de offic. deleg. L. ſi ut proponis. la.* 1. *C. quomod. & quand. Jud. L. Judex poſteaquam.* & ibi gloſ. *ff. de re jud.* P. Pirhing *de offic. deleg. in lib.* 1. *decret. nu.* 156. Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 27. *n.* 39. Menoch. *de arbitr. quæſ.* 67. *a n.* 21. Riccius *in prax. reſ.* 428. *p.* 1. Aufrer. ad Capel. Tholoſ. *deciſ.* 38. *nu.* 2. hinc dicitur, quod executor, qui erravit in in exequendo, puta, aut male diſpenſando, aut male negando diſpenſationem, non poſſit ſanare hunc errorem; cum jam fuerit functus officio ſuo, & ſic ceſſet juriſdictio. Tambur. *de Sacram. l.* 8. *tr. tr.* 2. *c.* 12. §. 1. *n.* 19. & ibi Gutierrez *Canon. quæſt. l.* 2. *c.* 2. *nu.* 8. Limit. primo in delegato, qui ſententiam nullam, aut invalidam tulit ob non ſervatam formam reſcripti 35

ſcripti *arg. L. quid tamen.* 21. *ff. de recept. arbitr. DD. cit.* Limit. ſecundo in executore gratiæ, v. g. beneficialis; quia is, ſi per errorem juris, vel facti invalidam proviſionem fecit, aliam validam facere poteſt, ut poſt Innoc. docet Abb. *in c.* 1. *nu.* 29. *de ſent. & re jud.* apud Pirhing *l. c. verſ.* 3. *limitatur*. Limit. tertio juxta cit. Pirhing *verſ. limit. autem* 1. Menoch. *l. c. n.* 31. Aufrer. *l. c. n.* 2. in delegato ad univerſitatem cauſarum, & apud illum Gutierrez *l. c. nu.* 25. *& dub ſeq.* contra Decium, plura vide aqud cit. Menochium, & alios. Et talis delegatus poſt ſententiam latam, neque ſubdelegare, poteſt, ut ad tex. *in cit. L. Judex poſtea-quam. ff. de re judic. & in cap. in litteris.* 9. *de offic. deleg.* dixit Rot. *dec.* 31. *n.* 3. *p.* 15. *rec.*

36 Judex delegatus, & ordinarius ſimul, ſi actum, quem fecit nullum, fecerit tanquam delegatus, non poteſt poſtea illum ſuſtinere tanquam ordinarius: uti, ſi quis proceſſit tanquam delegatus Apoſtolicus vigore litterarum &c. ut ex Hoſtienſ. Imol. Abb. & aliis *in cap. cum ex officio, de reſcr.* dicit Rot. *deciſ.* 6. *nu.* 8. *p.* 4. *rec. tom.* 1. utpote qui potuit procedere ex poteſtate valida, proceſſit ex invalida. Put. *dec.* 383. *n.* 3. *l.* 2. Roman. *conſ.* 343. *n.* 5. Rot. *l. c.*

37 Delegatus, qui ſubdelegavit, non poteſt cauſam avocare, poſtquam ſubdelegatus incepit procedere, niſi adſit clauſula avocandi in qualibet parte litis *arg. cap. quamvis. 6. cap. ſi delegatus. 7. de offic. deleg. in 6.* Gratian. *diſc. for. cap.* 92. *n.* 8. Genuenſ. *d. cap.* 85. *n.* 27. ſecus re integra. *d. cap. quamvis, de offic. deleg. in 6.* quidquid ſit in Ordinario.

38 Subdelegatus non poteſt alteri ſubdelegare, ne res in infinitum procedat; ut per gloſ. magnam *in princ. in cap. ſuper quæſtionum. §. porro, de offic. deleg.* quam ſequitur Abb. *in c. cum Bertoldus. col.* 10. *de re jud.* & alii apud Vantium *de nullit. ex defect. juriſd. n.* 26. *pag.* 130. licet ordinarius poſſit delegato ſuo poteſtatem dare ſubdelegandi. gloſ. *fin. in cap. is cui, de offic. deleg. in 6.* Imol. ubi de communi *in Clem.* 1. *de offic. deleg.* & alii apud Vantium. *loc. cit.* & ſubdelegatus non poteſt ſubdelegare, etiamſi coram eodem ſubdelegato ſubdelegare volente lis fuiſſet conteſtata. DD. apud Vant. *loc. cit. num.* 28.

39 Delegatio non convaleſcit ex poteſtate ſuperveniente, quando a principio non tenuit, & ideo acta ante ſupervenientiam poteſtatis, utpote nulla, non convaleſcerent. DD. apud Vantium *l. cit. nu.* 31. Speculat. *in tit. de judic. delegato. §. excipi poteſt. verſ. quid ſi committens. n.* 15.

Plura de hac materia vide apud Canoniſtas *in tit. de offic. & poteſt. jud. deleg.* Vantium *loc. ſup. cit.* Speculat. *ubi ſupra*. & infra in praxi *Executoris Apoſtolici. litt. E.*

DENUNCIATIO.

Praxis Denunciationis.

1 Denunciatio Judicialis eſt manifeſtatio criminis, vel delinquentis. Alia eſt generalis, quando nempe ſolum crimen manifeſtatur, & hæc eſt ſine requiſitis. Specialis eſt, quando etiam delinquens manifeſtatur; & hæc habet quatuor requiſita. Primum, quod ſit ſcripta. Secundum, debet exprimi ſpecialiter delictum. Tertium, debet exprimi delinquens per nomen proprium, vel per alia ſigna æquipollentia, quæ illum indicent. Quartum requiritur nomen denunciantis, ſicut etiam in querela, aliter non poteſt procedi. Bal. & alii *in L. fin. Cod. de neg. geſt.* Alex. *conſ.* 71. *l.* 3. Scacc. *de jud. l.* 1. *c.* 71. *n.* 2. *cap. inquiſitionis, de accuſ. §. tertiæ dubitationis, & ſeq.* Dian. *p.* 4. *tr.* 8. *reſ.* 41. Farin. *de hæreſ. q.* 85. *n.* 68. Item requiritur juramentum denunciantis, niſi aliter obſervet conſuetudo. Bene verum eſt, quod poteſt teneri occultum nomen denunciantis. Scacc. *l. c. verſ. nam reſpondeo*. Debet etiam nominare teſtes, quos ſi ignorat, Judex debet illi præcipere, ut redeat melius informatus. modum procedendi vide Scacc. *l. c.*

2 Denunciare quis tenetur delicta pertinentia ad S. Officium, licet non poſſit probare, quamvis ſecus ſit in aliis. Barb. *de pot. Epiſc. alleg.* 96. *a nu.* 51. Sanct. *de hæreſ. c.* 9. *dub. unic. num.* 3. *&* 4. Homob. *de exam. Eccleſ. p.* 1. *tr.* 7. *q.* 14. Genuenſ. *in prax. c.* 18. *ſeu* 23. *juxta diverſ. impreſſ. n.* 5. Bonacin. *de onere, & oblig. denun. diſp.* 6. *punc.* 1. §. 4. *nu.* 5. Scacc. *de judic. cauſ. civil. crimin. & hæret. c.* 56. *n.* 4. *l.* 1. & plurimi alii cum Dian. *p.* 1. *tr.* 4. *reſ.* 1. Et in delictis, quæ ſpectant ad S. Officium, denunciatio poteſt fieri etiam ante correctionem. Dian. *l. c. reſ.* 2. Limit. quod denunciatio non eſt neceſſaria, cum criminoſus eſt jam emendatus. Genuenſ. *l. c.* & DD. apud Dian. *l. c. reſ.* 3. Limit. ſecundo quod non tenetur denunciare, qui propterea grave damnum in bonis timet. Sanct. & Scacc. *ll. cit.* & alii apud Dian. *uti ſup. reſ.* 8. Neque complices; quia manifeſtarent ſe ipſos. idem, *reſ.* 9. Bonac. *in Decalog. diſp.* 10. *q.* 3. *pun.* 1. vide etiam in verbo correctio. & DD. *cit.* apud quos plura de hac materia. & Genuenſ. *l. cit. c.* 2. ubi etiam quod teneatur quis denunciare impedimentum matrimonii, etiamſi illud probare non poſſit. ita *n.* 2. *poſt med.* Barboſ. *l. c. n.* 51. *ad fin.* Bonacin. *loc. c. verſ. quartus eſt caſus.* niſi ex denunciatione oriretur ſcandalum. vide Barboſ. *l. c. reſ.* 31. *n.* 26. contra Pontium, *ut infra n.* 4.

Denunciatio litis, vel laudatio authoris debet eſſe 3
non tantum certificatoria ſecundum multos, ſed etiam incitatoria; quamvis ſecundum plures ſufficiat, quod ſit certificatoria. vide DD. apud Scacc. *de Jud. l.* 1. *c.* 30. *a n.* 7. qui tamen conſentit priori ſententiæ, quod denunciatio debeat eſſe etiam incitatoria, & ut laudatus teneatur credere, debet ei in citatione tranſmittere copiam libelli, in forma debita & authentica. Marant. in Specul. *p.* 6. *memb.* 5. Bar. & DD. apud Scacc. *l. c.* Limit. ſi denunciatio fiat cum Judicis auctoritate; quia tunc creditur Judici, & ſi petatur, debet dari copia. Et hæc denunciatio eſt neceſſaria, licet denunciatus ſit aliunde certus de lite mota. Præterea denunciatio eſt facienda venditori ipſi, non fidejuſſori. Bal. *in L. liberam. Cod. de ſent. & interloc. omn. Jud.* Neque ſufficit, quod fiat authori venditoris, niſi venditor expreſſe ceſſiſſet ei ſua jura, & actiones, vel conſtituiſſet eum procuratorem in rem propriam. Marant. *l. c.* Scacc. *l. c. num.* 11. quod ſi venditor fuit mortuus, nullo relicto hærede, nec poſſit laudari alius, facienda erit denunciatio hæreditati jacenti, & denuncians debebit petere curatorem eidem hæreditati; nam alias denunciatio non erit efficax. Scacc. *de jud. l.* 1. *cap.* 30. *n.* 12. ſi vero reliquit hæredem, denunciatio fiet illi, etiam non petito curatore pro illo, ſi ſit major. Debet autem denunciatio talis fieri, antequam labatur terminus ad probandum; nam alias denuntiatus non poſſet docere de Juribus ſuis; debet etiam fieri coram eo Judice, coram quo emptor fuit conventus; nam venditor utpote tertius interveniens in Judicio tetinet naturam actoris. Gail. *l.* 1. *obſ.* 71. *nu.* 6. Scacc. *de jud. l. c. n.* 14. *&* 15. niſi lis verteret coram arbitro, nam coram eo tertius, vel author non poſſet laudari. De hac materia denunciationis litis vide etiam Pajatel. *exped. & annot.* 18. *n.* 6. *&* 24. *ſeqq.* plura vide infra in verbo *Venditor*.

Denunciationes matrimoniales non ſunt de illius ſub- 4
ſtantia, ſed tantum de ſolemnitate, & ideo earundem omiſſio illud non irritat. Guttier. *lib.* 2. *pract. quæſt. q.* 4. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 5. *num.* 3. Riccius *in prax. p.* 1. *reſ.* 235. Seraphin. *deciſ.* 1099. Farin. *dec.* 390. Barb. *de off. Epiſc. alleg.* 32. *n.* 1. Ciarl. *contr. for. c.* 104. *n.* 16. Gratian. *diſcept. for. c.* 841. *n.* 26. *&* 27. ubi Rota & S. Congr. Obligant tamen ad detegendum impedimentum occultum, quod non poteſt probari, ut ſupra *n.* 2. Covar. & alii apud Dian. *p.* 3. *tr.* 4. *reſ.* 221. ſed Pont. *de matrim. lib.* 5. *cap.* 34. *num.* 5. tenet contrarium.

Denunciationes debent fieri tribus diebus feſtivis 5
continuis, & non ferialibus, etiam cum diſpenſatione Epiſcopi; quia Epiſcopus in conſtitutionibus Concilii non poteſt diſpenſare; debent etiam fieri in utraque Parochia contrahentium, in qua magis verſati ſunt, & ubi habent principalem locum. Riccius *loc. cit.* & ibi DD. Barboſ. *loc. cit.* vide Sanch. *de matr. lib.* 3. *diſp.* 6. Dian. *p.* 3. *tr.* 4. *reſ.* 235.

DEPOSITUM.

Praxis Depositi.

1 Depositum est contractus, quo sola rei custodia alteri committitur. *L. 1 ff. depos.* Gomez *tom. 2. var. res. cap. 7. num. 2.* Aliud est privatum, aliud Judiciale. Hoc solet fieri, quando creditor recusat recipere pecunias, & lite pendente super aliqua re illa solet deponi. *L. licet. ff. depos.* quod vocatur sequestrum, & non potest restitui, nisi lite finita. Debet fieri coram Judice deponentis ut supra in verb. *Creditor. num.* 24. Ciarlin. *contr. for. cap.* 34. *num.* 11. *& cap.* 200. *nom.* 19. Capon. *disc. for.* 11. *num.* 13. Scaccia *de jud. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 44. Est etiam aliud depositum, quod dicitur confessionatum, quod censetur eodem Jure, ac reale secundum DD. apud Fachin. *lib.* 2. *contr. jur. cap.* 92. Rol. *cons.* 17. ut cum quis fatetur se debere ex causa depositi, quamvis multi contrarium teneant apud cit. Fachin.

2 Depositum non cadit in stabilibus, Bart. *in fin. in L. si mora*, ubi Castr. *ff. solut. matrim.* apud Ciarlin. *contr. for. cap.* 45. *num.* 21. proprie enim stabilia offeruntur, & traduntur, mobilia vero consignantur, seu deponuntur; & tunc, si res oblata ob moram creditoris in eam recipiendo, fiat deterior, debitor de dolo duntaxat tenetur. cit. *L. si mora.* ubi creditor erat uxor pro suis dotibus.

3 Itaque depositum aliud est judiciale, ut quando res controversa apud tertium deponitur, vel de consensu ambarum partium, vel authoritate, & mandato Judicis, ut lite finita victori restituatur, quod etiam vocatur sequestrum, seu voluntarium, seu necessatium, seu etiam quod fit a debitore, quando creditor recusat acceptare solutionem, ut diximus in verb. *Creditor num.* 24. & tangemus aliqua adhuc infra; & aliud est privatum, quod fit privata partium authoritate in re alias non litigiosa custodiæ causa. de quibus late DD. *in tot. tit.* 16. *lib.* 3. *decret. & lib.* 16. *tit.* 3. *ff. depos.*

4 Ulterius aliud est regulare, quando res alicui gratis custodienda datur, & gratia ac commodo solius deponentis; & aliud irregulare, ut cum vel datur depositario aliqua merces pro custodia rei depositæ, & tunc dicitur potius locatio, aut conductio, ut in *L.* 1. §. *si vestimenta. ff. depositi*, vel cum pecunia deponitur, ut depositarius eadem ad libitum utatur, quod tunc se habet ad instar mutui. Alex. *cons.* 80. *num.* 4. *vers. confirmo. vol.* 3. & transfertur dominium ex natura rei, si non ex natura contractus. Bero. *cons.* 194. *num.* 34. *vol.* 2. apud Alex. Sperel. *decis.* 29. *num.* 21. *seqq.* ubi late, & *num.* 25. quod assumat naturam mutui, & secundum illam regulari debeat, ex quo dominium transeat in depositarium, ex glos. *in L. in navem in verb. in creditum; & in verb. solveret. ff. locat. L. Lucius. la.* 1. *ff. depos.* Alex. *in L. cum quid. num.* 13. *ff. si cert. pet.* & aliis & *num.* 32. quod citra labem formalis usuræ non possit deponens aliquod lucrum prætendere per *DD. ibid. cit.* & infra *num.* 17.

5 Et licet in deposito regulariter non detur compensatio, ut diximus in verb. *compensatio. num.* 11. & late Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 10. *tit.* 10. *per tot.* Gratian. *disc. for. cap.* 728. *n.* 21. tamen in hoc deposito irregulari illa admittitur, non secus ac in mutuo vero, & etiam sola depositarii confessione probatur, non secus ac in mutuo confessato, ita Sperel. *l. c. n.* 28. *& 29.* Mantic. *l. c. n.* 17. sed contrarium vide apud Graff. *de except. except.* 16. *n.* 56. quod nempe non admittatur compensatio, etiamsi depositum consistat in pecunia numerata, licet dominium transeat in depositarium. Omneque periculum tunc spectat ad depositarium. Sperel. *n.* 30. Ludovis. *decis.* 146. *n.* 17. ubi plura.

6 Ut depositarius pecunia deposita uti possit, sufficit tacitus consensus. Bonac. *de contract. disp.* 3. *q.* 13. *punc.* 1. *nu.* 3. *vers. secundus.* Garzia *de contract. cap.* 2. *nu.* 12. apud Sperel. *loc. cit. n.* 23. ubi *num.* 21. *& 22.* quod talis tacitus consensus eruatur, si pecunia fuerit a deponente depositario numerata, & non sigillata &c. per glos. *in L. die sponsaliorum.* §. 1. *in verb. condemnandus est. ff. depositi.* & ibi Salycet. *in fin.* Castr. *in L. si sacculum. eod.* & aliis; nec tunc depositarius utendo pecunia deposita furtum committit. Vide de hoc plura apud cit. Sperel. ubi etiam an, & quando [præsumatur potius mutuum, quam depositum, ac vice versa & infra *n.* 11.

Porro depositum factum in casu, quo creditor recu- 7
sat acceptare solutionem, liberat debitorem; ad tex. *in L. obsignatione. C. de solut.* maxime si est factum de mandato Judicis. Ciarlin. *cap.* 179. *num.* 6. Ut liberet debitorem ab usuris, debet esse purum, & non conditionale conditione extrinseca, secus intrinseca, quæ inest ex natura rei, & contractus. de quo vide Post. *de subhastat. inspect.* 17. Cyriac. *contr.* 267. *n.* 2. *& 5. lib.* 2. Merl. *de pign. & hypoth. lib.* 4. *tit.* 2. *q.* 82. *n.* 69. Sigism. Scacc. *de commerc. & camb.* §. 2. *glos.* 5. *num.* 172. Gratian. *disc. for. cap.* 260. *num.* 7. *seq.* Menoch. *de arbitr. cas.* 232. Capon. *disc. for.* 11. *num.* 4. Rot. *decis.* 339. *p.* 4. *rec. tom.* 2. *per tot.* & alios, apud quos videre poteris requisita ad hujus depositi legitimitatem; inter quæ primum requisitum est, quod præcedat oblatio realis, & quod creditor dolose solutionem acceptare recusaverit. *L. si soluturus. ff. de solut.* Maurus *de solut. cap.* 2. §. 4. Ludovis. *decis.* 214. *num.* 1. Cyriac. *contr.* 158. *num.* 24. Cancer. *var. res. p.* 3. *cap.* 8. Bichius *decis.* 283. Tusc. *litt. D. concl.* 203. Tranchedin. *cons.* 109. *a num.* 9. & alii; & hæc, si creditor sit præsens, si vero sit absens, poterit illa alteri fieri, si aliquis extet, cui fieri possit, nec tenebitur debitor in alteram provinciam se conferre, ad quam se creditor contulit. Item quod debitor adeat domum creditoris, & ibi eidem sui debiti solutionem offerat, nec sufficiet, si adeat Judicem. Item quod fiat loco, & tempore debito. Item quod fiat integrum una cum solutione sportularum Notario; & quod sit integrum, probare debebit debitor, non creditor. Gabr. *de prob. concl.* 6. *in* 1. *limit. num.* 15. *seqq.* Ludov *decis.* 480. *n.* 2. & 3. apud Rot. *decis.* 224. *num.* 14. *p.* 8. *rec.* & infra *num.* 9. Item, quod fiat in moneta currente in loco contractus, nisi contrahentes expresserint qualitatem monetæ. Et si moneta sit de proximo varianda, & minuenda, depositum non valet, si deponens id sciebat, de quo Scaccia *loc. cit.* §. 2. *glos.* 3. *a num.* 112. *seqq. & dicta glos.* 5. *a num.* 177. Gratian. *disc. for. cap.* 260. *num.* 19. & ibi de Luca *n.* 10. *&* 11. ubi, quando possit dici pecunia de proximo minuenda. Menoch. *l. c. n.* 6. Debet etiam intimari pro luitione census, creditori & hæredibus, qui, si sint minores, & non habeant curatorem, debent citari consanguinei, qui illos defendant, & in subsidium debet dari defensor a Judice. Capon. *loc. cit.* & tandem debet præcedere citatio creditoris ad cognoscendum, an adsit justa causa recusandi. *L. acceptam. C. de usur.* Rot. coram Coccin. *decis.* 1345. *a num.* 13. *inter ejusd. impress.* Rot. post Cenc. *de censib. decis.* 297. *num.* 6. sufficit tamen quod fuerint citati principales creditores, ut ad tex. *in L. mora rei* 88. *ff. de V. O.* Bart. *in L. centum Capuæ. n.* 8. *ff. de eo, quod cert. loc.* dicit Coccin. *loc. cit. n.* 17. plura vide apud *DD. citat.* & tetigimus aliqua in verbo *Creditor, & Debitor, n.* 24.

In tali depositio debet Judex eligere depositarium, 8
qui facile rem depositam creditori restituet. Trentacinq. *var. res. lib.* 3. *tit. de deposito, resol.* 22. *sub n.* 2. *vers. & ipse.* apud Bich. *loc. cit. nu.* 26. Menoch. *loc. cit. nu.* 9. *&* 10. ubi, quod Judex possit etiam se ipsum in depositarium eligere. DD. *in L. si fidejussor*, §. *ult. ff. qui satisd. cog.* Tiraquel. *de retract. convent.* §. 4. *glos.* 7. *num.* 1. ubi tamen *nam.* 2. monet, ut Judex abstineat, quantum fieri potest, ab ista electione sui ipsius in depositarium, ad tollendas suspiciones fraudis. Et si persona a Judice in depositarium electa recusat depositum recipere, debet deponere volens recurrere denuo ad Judicem, ut personam idoneam eligat, alias depositum non relevat. Coccin. *l. c. n.* 25.

Depositum etiam non dicitur integrum, si non fue- 9
rit factum una cum fructibus decursis, ut ex *L. acceptam. in princ.* & ibi glos. *in verb. cum usuris.* & Bal. *in* 6. *oppos. num.* 19. & alii. *C. de usur.* apud Ludovis. *decis.* 480. *n.* 2. & sufficit defectus in uno nummo, ad hoc ut depositum non dicatur integrum. Ludovis. *loc. cit. num.* 4. & ibi Beltramin. *n.* 6. Tiraquel. *de retract. convent.* §. 4. *glos.* 6. *n.* 23. *& seq.* & integra solutio probari debet a debitore. *DD. cit.*

Depositum tamen quando fuit a creditore accepta- 10
tum, seu ratificatum, sive tacite, sive expresse, suffragatur, quamvis alias fuerit invalidum. Rot. coram Coccin. *d. decis.* 1345. *num.* 18. ubi citat Aym. *cons.* 106. *nu.* 2. Surd. *cons.* 86. *in fin.* & dicitur tacite approbatum, quando cre-

do creditor inſtitit pro illius conſignatione. Rot. *deciſ.* 81. *par.* 14. *rec. numer.* 11. ubi *DD. cit.* Similiter, ſi pars recepit, & acceptavit depoſitum non integrum, ſibi præjudicat, nec poteſt illud impugnare ſub prætextu non integritatis, ſed ſolum poteſt agere ad reſiduum, ut dicit Beltramin. *loc. cit. num.* 7. ubi etiam, quod pars cenſeatur eo ipſo illud tacite approbare, ſi illo ſibi intimato, nihil opponit. ex Surd. *loc. cit.*

11 Depoſitum potius, quam mutuum præſumitur, quando pecunia fuit data mercatori diviti; quia ille non præſumitur accepiſſe mutuam. Sperel. *deciſ.* 29. *num.* 14. & 15. Gratian. *diſc. for. cap.* 174. *a num.* 1. ubi late. Gabriel. *commun. concl. tit. de reb. cred. concluſ.* 2. *num.* 2. ubi Decius *in L. cum quid. ff. ſi cert. pet.* Mareſc. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 7. *num.* 1. niſi expreſſe conventum fuerit, ut pecunia depoſita poſſit uti. vide gloſ. *in L. die ſponſaliorum. in verb. condemnandus eſt. ff. depoſit.* Cyriac. *contr. for.* 92. *num.* 20. & 21. late Ciarlin. *contr. for. cap.* 156. *per tot.* & principalis concluſio procedit, etiamſi pecunia fuerit numerata. vide Gratian. *loc. cit. num.* 8. *ſeqq. & DD. cit.* ubi videbis limitationes.

12 Hujus depoſiti judicialis periculum ſpectat ad creditorem, quando ipſe fuit in mora adimplendi pro parte ſua, etiamſi depoſitum ſit conditionale, conditione tamen poteſtativa reſpectu ipſius creditoris, *L. qui decem*, cum ibi not. ut per Bart. Caſtr. *num.* 3. *& L. creditor oblatam.* 102. *ff. de ſolut.* Tiraquel. *de retr. convent.* §. 4. *gloſ.* 6. *num.* 34. apud Mareſc. *l. c. nu.* 6. ubi, quod in hoc caſu non attendatur, an dominium depoſiti remanſerit penes debitorem, ſed conſideretur culpa ipſius creditoris ſolutionem ſine cauſa recipere recuſantis. Similiter ſi depoſitum fuit purum, & abſque conditione, debitor liberatur: quod ſi vero depoſitum fuit conditionale conditione intrinſeca, & nec debitor, nec creditor fuit in mora, tunc debitor non liberatur, juxta Mareſc. *loc. cit.* vide etiam Tranced. *conſult.* 109. *a n.* 15.

13 Depoſitum tacito deponentis conſenſu nunquam novatum cenſetur, niſi concurrat expreſſus; ad tradita per Sperel. *deciſ.* 29. *num.* 42. quia novatio hodie ex tacito conſenſu, non fit, *L. ult.* ubi DD. *C. de novat.* Menoch. *de præſum. lib.* 3. *præſ.* 134. *num.* 12. Gail. *lib.* 2. *pract. obſ.* 30. *num.* 3. An poſſit a deponente revocari quando eſt judiciale, ſine conſenſu Judicis, & partium? negativam vide apud Capon. *diſc. for.* 11. Salgad. *in labyr. cred. p.* 3. *cap.* 16. *num.* 34. late Tiraquel. *de retr. convent.* §. 4. *gloſ.* 9. *per tot.*

14 Depoſitum, & cuſtodiam quis non cenſetur in ſe ſuſcepiſſe ex eo, quod ipſo præſente, & tacente fuerit quid depoſitum in ejus capſa. Nat. qui de communi teſtatur *conſ.* 131. *n.* 1. apud Ludoviſ. *deciſ.* 146. *nu.* 14.

15 Depoſitum, ut habeat vim ſolutionis, pecunia debet numerari, nec ſufficit depoſitio ſacculi. Ludoviſ. *deciſ.* 146. *n.* 3. ubi Bart. *in L. cum ſervus. num.* 3. *ff. de cond. & demonſtr.* Bal. *in L. accept. nu.* 1. *C. de uſuris*. Menoch. *de arbitr. caſ.* 232. *num.* 4. & quidem coram teſtibus. Beltramin. ad Ludoviſ. *loc. cit. num.* 22. & depoſitarius debet ſe obligare ad depoſitum reſtituendum. Ludoviſ. *loc. cit. num.* 8. ubi Jaſ. *conſ.* 9. *col. pen. verſ.* 4. *quod talis.* Rol. *conſ.* 63. *num.* 33.

16 Depoſitum in ea parte, in qua debitum eſt liquidum, debet eſſe integrum, pro reſiduo vero illiquido ſufficit præſtare fidejuſſorem cum oblatione ſolvendi facta liquidatione, juxta theoricam Bal. *in L. ſi reſiduum.* ibi: *tamen debet fidejuſſorem præſtare. C. de diſtrac. pign.* Imol. *in L. ſi mora. ſub num.* 2. *circa med. verſ. item adde prædictis. ff. ſol. matr.* & alii apud Rot. *deciſ.* 2. *n.* 24. *p.* 10. *rec.*

17 Deponens accipiens aliquid ultra depoſitum, ſeu rem depoſitam a depoſitario ratione depoſiti committit uſuram. Felin. *in cap. cum ordinario, de reſcr.* Lup. *de uſur. comment.* 1. §. 3. *num.* 61. Covar. *lib.* 3. *var. reſ. cap.* 2. *nu.* 6. *in fin.* ubi idem dicit de fidejubente, quod non poſſit aliquid accipere ratione fidejuſſionis. late Sperel. *deciſ.* 29. *num.* 20. *cum plurib. ſeqq.* Et hoc licet pecunia fuerit depoſita in ſacculo aperto, ut depoſitarius ad libitum illa uti poſſet, ut *ſupra num.* 4. Limita ſi pecunia fuit depoſita in ſacculo clauſo, & obſignato cum obligatione, ut reſtituatur eadem in ſpecie, & tamen depoſitarius illa fuit uſus; tunc enim ratione delicti tenetur ad uſuras. Sperel. *loc. cit.* ubi Lup. *loc. cit.* §. 5. ubi idem dicunt, ſi depoſitarius ſit in mora reſtituendi depoſitum. Et depoſitarius non poteſt uti depoſito, aliter committit furtum; quia contrectat rem alienam invito domino. *L. ſi ſacculum. ff. depoſiti.* Garz. *de contract. cap.* 2. Molin. *de contract. diſp.* 524. Bonac. *eod. tract. diſp.* 3. *q.* 14. *punc.* 1. Limit. primo cum rationabiliter credit, id deponenti non diſplicere, ut ſupra *nu.* 6. ubi, quod ſufficiat conſenſus tacitus. Limit. ſecundo, ſi dominus conceſſit uſum depoſiti, ut ſupra.

Depoſitarius debet potius res ſuas perdere, quam alienas depoſitas, ſi ſunt pretioſiores. Abb. *in cap.* 2. *de depoſ.* quod quando procedat, vide P. Pirhing *in lib.* 3. *decret. tit. de depoſ. n.* 16. 18

Depoſitarii plures ſinguli tenentur in ſolidum, ut ad tex. *in L.* 1. §. *ſi apud duos. ff. depoſ.* dicit Rot. *deciſ.* 390. *num.* 20. *p.* 16. *rec.* vide etiam tex. *in L. ſi duo hæredes* 22. *ff. eod.* 19

Depoſitarius non tenetur de caſu fortuito, ſed tantum de dolo, & lata culpa. *L.* 1. *Cod. depoſ.* maxime ſi depoſitum fit tantum gratia deponentis. Gomez *var. reſ. tom.* 2. *cap.* 7. *nu.* 2. Farin. *de furt. q.* 169. Diana *p.* 1. *tr.* 8. *reſ.* 74. Tuſch. *litt. D. concl.* 205. Ciarl. *contr. for. cap.* 156. *num.* 17. & ideo non tenetur ad reſtitutionem, ſi res furto ſibi fuit ablata, licet pecunia depoſita fuerit numerata, & ad numerum tradita, quo caſu ſolet illa tranſire in dominium depoſitarii, & induere naturam mutui, juxta ſuperius dicta *num.* 4. 5. 6. *&* 11. nam hoc non procedit, cum depoſitum fit gratia deponentis tantum, & non recipientis, uti penes divitem, & non mercatorem, ſecus ſi penes pauperem, & mercatorem. DD. apud Ciarlin. *loc. cit.* Merlin. *deciſ.* 188. *a num.* 4. *ſeqq.* Sperel. *d. deciſ.* 29. *num.* 14. *ſeq.* Limit. in depoſito irregulari, quod tranſit in mutuum. Sperel. *l. c.* Et depoſitario alias viro bono creditur, ſi cum juramento dicat, ſibi fuiſſe furto ablatum depoſitum. Maſcard. *de prob. concl.* 329. Ciarlin. *l. c. nu.* 18. Qui citat Menoch. *conſ.* 353. *num.* 21. *lib.* 4. Mareſc. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 10. *num.* 2. *& 4. verſ. aliud.* quem ſequitur Cyriac. *contr. for.* 442. *num.* 28. dummodo tamen probetur furtum in genere; & quamvis DD. diſputent, an is, qui paſſus eſt caſum fortuitum, debeat probare, rem fuiſſe in loco; tamen ſi furtum contigit in eo loco, in quo res erat ſolita manere, & viriſimiliter manebat, tunc non eſt neceſſaria hæc probatio, ſed qui diceret ſervatam fuiſſe in alio loco, probare deberet. Cyriac. *l. c. nu.* 27. & quod illa res furto ablata fuerit ſolita manere in loco furti commiſſi, probatur per teſtes de hoc deponentes, de quibus Rot. coram Merlin. *d. deciſ.* 188. *num.* 3. *inter ejus impreſſ.* ubi Grat. *conſ.* 87. *num.* 8. *& conſ.* 94. *num.* 26. *verſ. ult. non obſtat. & conſ.* 95. *num.* 28. *ſeq. lib.* 2. Farin. *conſ.* 158. *num.* 2. *lib.* 2. Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concl.* 829. *num.* 5. apud quos plura de hujus caſus fortuiti probatione; & apud Mareſc. & Ciarlin. *ll. cit.* Et concluſio principalis procedit, etiamſi fuiſſet depoſitario tacite data facultas pecunia utendi: nam ſi ea non fuit uſus, nec cæpit ea uti, perit domino ſuo, id eſt deponenti. Merlin. & Ciarlin. *ll. cit. num.* 15. quia antequam pecunia utatur, integra remanet actio depoſiti. *L.* 1. §. *eleganter. in fin. ff. depoſiti.* 20

Solvens de mandato Judicis, liberatur, licet pars, cujus intereſt, non fuerit vocata. Afflict. *deciſ.* 150. *n.* 24. & diximus in verbo *debitor* Menoch. *de arbitr. caſ.* 137. *a num.* 11. Ciarl. *contr. for. cap.* 171. *num.* 31. licet non appellaverit, niſi injuſtitia eſſet notoria. Poteſt tamen ſolvere domino putativo, citatis per edictum intereſſe prætendentibus, quando incertus eſt contradictor. Ciarl. *l. c.* 21

Non poteſt declinare forum, coram quo ſe obligavit reſtituere depoſitum, adeo ut non poſſit allegare exemptionem fori, in depoſito judiciali, ſecus in extrajudiciali, & ſic qui habet in depoſito rem pertinentem ad Eccleſiam, licet ſit Laicus, non poteſt declinare forum Eccleſiaſticum, ſecus Clericus quoad vim coactivam; quia non poteſt prorogare Juriſdictionem in Laicum. Ciarlin. *cap.* 195. *&* 200. *num.* 20. & quod Clericus non poſſit cogi per Laicum ad reſtituendum depoſitum, etiamſi ſit factum de mandato Judicis Laici, ſicut nec clericus fidejuſſor ad judicatum ſolvendum, tenent idem Ciarlin. *cap.* 200. *num.* 20. Gratian. *diſc. for. cap.* 8. *a nu.* 29. Tiraquel. *de retract. convent.* §. 4. *gloſ.* 7. *nu.* 10. Mart. *de juriſd. p.* 4. *caſ.* 104. *nu.* 9. Graſſ. *de effect. Cler. eff.* 1. *nu.* 855. *in fin.* ubi quod contraria Civi- 22

liſta-

liſtarum opinio non ſit vera, & a SS. Canon. correcta, teſte Surd. *conſ.* 396. *lib.* 3. *num.* 33. Dian. *p.* 1. *tr.* 2. *reſ* 21. apud quem etiam Bellet. *diſquiſ. Cleric. p.* 1. *tit.* 3. *num.* 37. Bonac. *de LL. diſp.* 10. *q.* 2. *punc.* 1. §. 1. *num.* 26. Ambroſin. *de immun. Eccleſ. cap.* 20. *num.* 53. Duard. *in Bull. Cœn. lib.* 2. *can.* 15. *q.* 11. *n.* 36. & apud illos alii plurimi, contra Civiliſtas; quidquid ſit, an Judex Laicus poſſit cognoſcere, & pronunciare, rem apud Clericum depoſitam eſſe reſtituendam, relicta executione Judici Eccleſiaſtico, ut aliqui Civiliſtæ voluerunt apud Dian. *l. c.* & Ciarl. *c.* 44. *n.* 49.

23 Depoſito facto per debitorem ad utilitatem creditoris, datur creditori contra depoſitarium non ſolum utilis depoſiti actio, ſed etiam utilis rei vindicatio; quia ex quo creditor ratificat depoſitum, transfertur in ipſum dominium rei depoſitæ. ad tex. *in L. ſi ego. ff. de neg. geſt.* & ſi depoſitarius depoſitum judiciale debitori deponenti reſtituit ſine mandato Judicis, ageretur contra debitorem, qui depoſitum revocavit illicite &c. ita Gratian. *diſc. for. cap.* 8. *num.* 25. *ſeqq.* ubi Caſtr. *in L. acceptam. col.* 2. *num.* 5. *de uſur.* & ibi Bal. *nu.* 4. & alii. Et hoc depoſitum eſt valde privilegiatum, adeo ut ſummarie in eo procedatur, *L. ſi quis C. de poſ.* imo etiam executive, & ſine figura judicii poteſt depoſitarius cogi ad dandum creditori rem depoſitam, ut ad tex. *in L. eum pro quo ff. de in jus voc.* Ciarl. *contr. for. cap.* 195. *num.* 10. & 16. Gratian. *loc. cit. num.* 28. apud Surd. *conſ.* 280. *num.* 11. & alii; ita ut nequeat depoſitarius appellare. *d. L. pen.* ubi Bar. Bal. & Caſtr. *C. depoſit.* Gratian. *diſc. for. cap.* 665. *num.* 21. & apud illum Suarez *in L. poſt rem judicatam. notab.* 3. *verſ. adde quintum. num.* 1. & 2. *ff. de re judic.* Boer. *deciſ.* 295. *num.* 7. quem allegat etiam Ciarl. *loc. cit. num.* 18. qui citat etiam Caroc. *de depoſit. p.* 1. *tit. de caſ. num.* 65. quod procedit etiam in depoſito irregulari, & confeſſionato; quia gaudet iiſdem privilegiis, ut ſupra diximus, & tenet Gratian. *diſc. for. cap.* 728. *ſub n.* 28. Mantic. *de tacit. lib.* 10. *tit.* 10. *nu.* 12. *ſeq.* quos cum aliis, allegat etiam Ciarl. *loc. cit. n.* 17. quæ tamen vera dicit de Luca ad Gratian. *loc. cit. cap.* 665. *num.* 9. *in fin.* ſi agatur implorando officium Judicis: ſecus ſi agatur actione depoſiti.

24 Quær. primo, an depoſitario competat jus retentionis propter expenſas factas in re depoſita. Reſp. affirmative. gloſ. *in L. ſi plures.* §. *ult. in verb. interitura, in fin. ff. depoſ.* Innoc. *in cap. propter ſterilitatem. de loc. & conduct.* Imol. *in cap. bona fides. num.* 13. *in fin.* & 14. *de depoſ.* quos allegat Mantic. *d. tit.* 10. *num.* 24. quamvis compenſationis exceptio non concedatur. Mantic. & Grat. *ll. cit.* ubi diſparitatem videbis inter compenſationem, & jus retentionis.

25 Quær. ſecundo, an condemnatis ad reſtituendum depoſitum concedatur tempus, ſeu dilatio ſolvendi debitoribus concedi ſolita, ut ſupra in verbo *debitor.*? Reſp. negative, ſed ſtatim compelluntur reſtituere. Mantic. *d. tit.* 10. *num.* 3. ob tex. *in d. L. penult. C. depoſiti.* & ibi Bal. *num.* 1.

26 Quær. tertio, an depoſitarius liberetur a reſtitutione depoſiti, ſi rem depoſitam ſine mandato Judicis, aut partis apud alium depoſuerit, & contra eum velit cedere actionem? Negative Reſp. Gratian. *d. cap.* 665. *n.* 17. ob gloſ. *in L. quod debetur verb. præſtatione, ad med. ff. de pecul. leg.* & Gaſpar. Theſaur. *quæſt. for.* 27. *nu.* 7. *lib.* 1. quem tamen intelligendum eſſe credit de Luca ad cit. Gratian. *loc. cit. num.* 9. ſi dolo malo, aut ſine cauſa apud alium rem depoſitam depoſuerit; ſecus ſi ſine dolo, ſed bono fine, ut eam forte liberaret ab incendio imminenti, vel alias ob metum illam amittendi, cum, ut ſupra dictum eſt, depoſitarius teneatur tantum de dolo, & culpa lata.

27 Quær. quarto, an depoſitarius rem depoſitam præſcribere poſſit? & Reſp. negative, ſi verſemur in ſimplici depoſitario, ſecus ſi dicto depoſitario ſuperveniat melior titulus, puta rei depoſitæ donatio &c. quia tunc præſumitur depoſitarius mutaſſe ſibi cauſam poſſeſſionis, & ſic poſſediſſe titulo magis proficuo, atque ita præſcribere poſſe tanquam quilibet alius, qui nunquam fuiſſet depoſitarius. ita ex Anchar. *conſ.* 252. *ſub num.* 3. *verſ. ego dico.* Caſtr. *conſ.* 171. *num.* 1. *verſ. ſi ergo ſecundum.* Aym. *conſ.* 171. *num.* 1. dicit. Rot. *deciſ.* 682. *num.* 21. *ſeqq. p.* 4. *rec. tom.* 3.

28 Quær. quinto, an depoſitarius ad effectum reſtituendi rem depoſitam poſſit opponere exceptionem dominii, ſcilicet rem ad ſe ſpectare? Reſp. negative, ſi agatur de dominio acquiſito poſt depoſitum. cit. *L. pen.* ibi: *vel in rem. C. depoſiti.* & ibi Bart. *num.* 4. Salyc. *num.* 3. *verſ. item nota, quod exceptio dominii.* Mantic. *loc. cit. num.* 18. *ſeq.* ſecus ſi agatur de dominio acquiſito ante depoſitum; quia tunc non eſſet depoſitum, cum rei ſuæ depoſitum non conſiſtat. *L. qui rem ſuam. ff. depoſiti.* ita Mantic. *loc. cit.*

Quær. ſexto, ſi depoſitarius tradidit rem ſervo, vel famulo ſuo, ut eam deponenti traderet, ſi ſervus aufugit cum ea, an liberetur depoſitarius, vel an teneatur deponenti ad intereſſe? Reſp. ſi depoſitum erat irregulare, hoc eſt in pecunia numerata cum facultate ea utendi, & ſic depoſitarius non erat obligatus reſtituere in ſpecie, ſed in genere, quod tunc non liberetur; tum quia genus non perit; tum quia in depoſito irregulari omne periculum ſpectat ad depoſitarium, ut ſupra diximus. Si vero depoſitum erat regulare, & famulus alias erat fidelis, & conſuetus fideliter pecunias pro ſuo domino tranſportare, tunc liberatur, ſecus ſi erat infidelis &c. niſi de tali perſona, ſeu famulo inter deponentem, & depoſitarium fuiſſet conventum. de quibus vide late Gomez *var. reſ. tom.* 2. *cap.* 7. *num.* 83. & DD. *in L. argentum.* 20. *ff. commod. L. apud Labeonem.* §. *fin. ff. de præſcr. verbis.* & tetigimus in verbo *debitor. num.* 4. & 6. 29

Plura de privilegiis depoſiti, & quomodo illud probetur, & an contra illud poſſit opponi exceptio hypothecæ &c. vide apud Mantic. *d. lib.* 10. *tit.* 10. *per tot.*

DEROGATIO.

Praxis Derogationis.

Derogatio in ampliſſima forma privilegiorum Societatis Jeſu, ſi non fuit intimata, non præjudicat. Dian. *de dub. Regular. tr.* 2. *reſ.* 68 & *p.* 7. *tr.* 10. *reſ* 29. ubi Rot. Stylus tamen Curiæ eſt contrarius, teſte eodem Diana *loc. cit.* ubi de materia. 1

Derogatio ſpecialis Concil. Trid. licet habeat decretum irritans, non eſt neceſſaria; quia hoc reſervat Pontifici liberam poteſtatem & diſpoſitionem. Mareſc. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 40. *n.* 15. Garz. *de benef. p.* 11. *cap.* 10. *num.* 118. Pyrrhus Corrad. *in prax. diſpenſ. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 17. & lib. 3. *cap.* 1. *num.* 28. & ſic ſufficit, quod materia ſit contraria diſpoſitioni dicti Concilii. 2

Derogatio etiam ſpecialis non valet, niſi deroget regulæ Cancellariæ *de Jure quæſito non tollendo.* Mareſc. *loc. cit. n.* 38. ubi Rot. & latius in praxi *clauſul. Apoſtol.* 3

Derogatio privilegiorum etiam ad inſtantiam Regum conceſſorum non comprehendit privilegia Regibus conceſſa, vel aliis Jure ſpeciali. Rot. apud Mareſc. *loc. cit. n.* 29. Et derogatio privilegiorum ſimpliciter non comprehendit illa, quæ ſunt conceſſa ad inſtantiam Regum. *cap. fin. de off. deleg. in* 6. *verſ. nec aliquis.* & *cap. ne aliqui, de privil. in* 6. Mareſch. *loc. cit. n.* 25. & 29. 4

Derogatio generalis ſubſtantiarum in aliqua diſpoſitione, cum clauſula „ *quorum tenoris* „ tollit diſpoſitiones contrarias, & idem operatur, ac ſi nominatim in contrarium obſtantibus fuiſſet derogatum. *L. omnes.* Cod. *de præſcript.* 30. *ann.* Anchar. *conſ.* 335. Alex. *conſ.* 187. *lib.* 5. Dec. *conſ.* 55. Rebuff. *in prax. tit. de diſpenſ. & conſtit.* Felin. *in cap. nonnulli, de reſc.* Rot. apud Mareſc. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 40 & de hac materia latius diximus in praxi *clauſul. Apoſtolicarum. num.* 7. 54. & 57. & limitat Gabr. *de clauſul. concl.* 5. *n.* 24. quando lex, vel ſtatutum, cui derogatur, mandat fieri ſpecialem derogationem; tunc enim non ſufficere generalis. 5

Derogatio a Principe non præſumitur facta conventionibus partium, niſi ita clare fuerit facta, ut non poſſit aliter fieri interpretatio. *cap. ex multiplici*, ubi Anchar. *de decim. verſ. unde.* Felin. *in c. cauſam quæ, de reſc.* Put. *dec.* 193. Ciarl. *cap.* 24. *num.* 31. 6

DESCENDENTIA.

Praxis Deſcendentiæ.

Deſcendentia, utpote difficilis probationis, probatur indiciis, & præſumptionibus. Mareſc. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 70. maxime in antiquis. Genuenſ. *in præx. Archi-Ep. c.* 100. *num.* 13. Merlin. *dec.* 66. *num.* 1. Bich. *dec.* 180. 1

apud

apud quos Rota. Tranched. *conſ.* 43. *a num.* 1. & ad antiquitatem ſufficiunt 50. anni. Tranched. *loc. cit.* Peregr. *de fideicom. art.* 43. *num.* 87. & 44. Genua *de enunc. lib.* 2. *q.* 33. *num.* 16. Tuſch. *litt. A. concl.* 341. & quidem probatur fama, quæ in antiquis probat. Maſcard. *concl.* 411. item duabus enunciativis in antiquis, vel una cum aliis adminiculis plene, dummodo emanarint a perſonis non ſuſpectis, & hæ ſint a centum annis. Tranch. & Mareſc. *l. c.* vide etiam ſupra in verb. *conſanguin. num.* 7. & 8.

2 In ordine ad ſucceſſionem debet probari ſingillatim, & per gradus diſtinctos. *cap. licet ex quadam*, ubi Abb. Bal. & Innoc. *de teſtib.* & deficiente uno gradu deſtruitur probatio tota deſcendentiæ. Mareſc. *ut infra.* Item debet probari, quod deſcendentia veniat a linea legitima. Rot. apud Mareſc. *lib.* 1. *var. reſc. c.* 70. *nu.* 1. quæ procedunt, cum aliquis deſcendens vocatur in certo gradu, & diximus aliqua etiam in praxi *conſanguineorum. num.* 1.

3 Deſcendentium nomine, veniunt omnes de familia. *L. liberorum. ff. de verb. ſign.* Sylvat. *lib.* 1. *conſ.* 58. *nu.* 7. Deſcendentium, & poſterorum nomine veniunt omnes etiam naſcituri in infinitum. Rot. *deciſ* 436. *num.* 9. *p.* 5. *rec. tom.* 2. ad tex. *in* §. *primo auth. de hæred. venien. ab in eſt. L. fin. C. de ſuis, & legitim.* etiam fœminæ, etiam maſculi ex fœminis, ſi deficiant maſculi ex maſculis, tam in fideicommiſſis, quam in primogenituris. Fuſar. *de ſubſt. q.* 325. Mant. *de conject. lib.* 8. *tit. ult. num.* 13. Pereg. *de fideicom. art.* 25. *num.* 8. Paſchal. *de patr. pot. p.* 4. *c.* 9. *nu.* 34 & probatur *ex d. L. liberorum. ff. de V. S. d.* §. 1. *auth. de hæred. ab inteſt. venien. L. fin. C. de ſuis &c. L. cognoſcere.* §. *liberorum. ff. de V. S.* Joſeph. Altogr. *contr.* 90. *n.* 34.

4 Deſcendentes eodem modo ſuccedunt in fideicommiſſis, quomodo ab inteſtato de Jure communi. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 327. *per totam & num.* 14. Peregr. *de fideicom. art.* 21. *n.* 5. Ciarl. *cap.* 150. *nu.* 14. Cenſentur vocati in capita, cum ſunt in pari gradu Peregr. *de fideicom. art.* 30. *n.* 23. plura vide in verb. *Succeſſio.*

5 Deſcendentes in fideicommiſſis veniunt nomine generationis ſeminis, vel ſanguinis, aut poſterorum. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 329. *per tot.* ubi late, an veniant etiam nepotes ex fœmina.

6 Deſcendentes nepotes maxime ex fœminis, an faciant deficere conditionem „ *ſi ſine liberis* . vide Fuſar. affirmantem. *q.* 413. *de ſubſtit.*

DICTIO.

Praxis Dictionum.

1 Dictio *poſt* in teſtamentis importat conditionem Sperel. *deciſ.* 144. *num.* 62. *ſeqq.* ad tex. *in L. inter illam.* 217. *ff. de V. S.* Bart. *in L. quibus diebus* 40. *num.* 7. *ff. de condit. & demonſtr.* Rot. *deciſ.* 167. *n.* 6. *p.* 2. *rec.* & differentiam inter particulam *cum*, & particulam *poſt.* ut: *cum fari potuerit.* vel: *poſtquam fari potuerit.* vide in tex. & DD. *in d. L. inter illam*, ubi etiam gloſ. & quod dictio *poſtquam* etiam importet conditionem, dicit Rot. *dec.* 393. *n.* 18. *p.* 9. *rec. tom.* 2.

2 Dictio *donec, quoad, dum*, facit legatum eſſe annuum. Sperel. *deciſ.* 159. *num.* 22. tex. *in L. legatum.* 17. *ff. de annuis legat. in princ. L. qui concubinam.* §. *uxori. ff. de legat.* 3. & legatum annuum relictum donec vidua manſerit, debetur ſingulis annis, etiamſi a vidua non detur cautio de perpetuo manendo in viduitate, nec legata præterita in viduitate percepta amittet, etiamſi poſtea nubat. vide Sperel. *loc. cit. num.* 23. Et quod dictio *quoad. donec &c.* denotet temporis proceſſionem, uti & particula *quamdiu*, dicit Rot. *deciſ.* 563. *num.* 5. *p.* 4. *rec. tom.* 3. ubi Caſtr. *col.* 2. *in princ.* Alex. *col.* 2. *ante fin. in L.* 1. *C. de legat.* & alii.

3 Dictio *prædicta*, eſt relativa, & repetitiva priorum. Sperel. *deciſ.* 176. *num.* 23. apud quem Maſcard. *de probat. concl.* 126. *n.* 34. Rol. *conſ.* 56. *num.* 27. *vol.* 3. & *conſ.* 30. *n.* 21. *vol.* 4. Bellam. *conſ.* 32. *in princ.* ac ſi omnia præcedentia nominatim, & ſpecifice eſſent expreſſa. Rot. *dec.* 456. *n.* 20. *p.* 4. *rec. tom.* 2. & cum omnibus ſuis qualitatibus. Ruin. *conſ.* 206. *n.* 5. *lib.* 2. apud cit. Rot. Et idem operantur verba *ut ſupra.* Rot. cit. *n.* 22. ubi Pariſ. *conſ.* 19. *n.* 6. 8. & 71. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 28. *n.* 6. *lib.* 2. Cephal. *conſ.* 311. *num.* 37. *lib.* 3. & alia Rot. *in dec.* 514. *num.* 5. *d. p.* 4. *rec. tom.* 3.

Dictio *ſeu* in legatis ſecundum multos ſumitur ampliative, ad tex. *in L. ſi quis ita. ff. de auro, & argen. legat.* Ciarlin. *contr. jur. cap.* 9. *n.* 43. *lib.* 1. ſecundum plures disjunctive; cum quibus Fachin. *lib.* 5. *contr. jur. cap.* 68 Covar. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 5. *n.* 10. ubi late gloſ. *in L. ſi quis in verb. omnia deberi*; ita explicans textum: ut ſi legans dicat, *lego vina, quæ habeo in urbe, ſeu in portu*, veniunt quidem omnia in obligatione, non vero in ſolutione, ita ut omnia debeantur, ſed tantum alterutrum ad electionem debitoris, ut dicit cit. gloſ. ad tex. *in L. ſi ita.* 25. *ff. de contrah. empt.* & de hac electione tetigimus aliqua in verb. *Debitor. n.* 183. 4

Dictio „ *ſi vero* „ *vero* &c. ut ſi diceretur. *Titio lego centum, ſi filios habuerit, Sempronio vero, autem &c. domum* habet vim copulandi, & inducit repetitionem præcedentis qualitatis, cum ponitur in eadem oratione nondum perfecta, ſecus ſi ponitur inter duas orationes perfectas, & diſtinctas. Bar. *in L. Lucius. ff. ad S. C. Trebel.* Bal. *in L. omnes populi. ff. de Juſt. & jur.* Peregr. *de fideicom. art.* 16. *n.* 91. Mant. *de conjectur. lib.* 10. *tit.* 6. *n.* 17. apud Ciarlin. *cap.* 8. *n.* 77. Ut de dictione, & eſt tex. *in L. Sejæ.* §. *Cajo Sejo. ff. de fund. inſtruct.* quando autem dicatur oratio perfecta, & quando imperfecta, vide Peregr. *loc. cit.* 5

Dictio, *quamcumque*, eſt univerſalis, & ad omnia ſe extendit. Tuſch. *litt. D. concl.* 269. Peregr. *de fideicom. art.* 22. *n.* 68. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 358. *nu.* 14. Ciarlin. *cap.* 25. *n.* 13. ubi de dictione *quilibet*. 6

Dictio „ *placet*, licet importet arbitrium boni viri, tamen appoſita verbis univerſalibus, importat liberum arbitrium. Ciarlin. *loc. cit. num.* 14. niſi agatur de præjudicio tertii; nam tunc importat arbitrium boni viri, ut de verbo *volo* dicit Menoch. *de arbitr. q.* 7. *num.* 4. Ciarlin. *loc. cit.* & facta a Papa videtur concedere, quidquid fuit petitum. Caſſad. *deciſ.* 7. *de reſcr.* Rot. apud Mareſc. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 98. *num.* 1. 7

Dictio „ *tibi*, & *ipſi* in contractu non ſtat reſtrictive, ſed demonſtrative, & ſic non impedit tranſmiſſionem. *L. ſtipulatio iſta* §. *ſicut autem. in fin. ff. de V. O.* quia quilibet præſumitur ſibi, & ſuo hæredi providere. Mantic. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 40. ita etiam in conceſſione non ſtat reſtrictive, ſed demonſtrative; nam adjectio perſonæ in conceſſione ſui natura tranſmiſſibili non facit conceſſionem eſſe perſonalem, ut patet ex illis verbis Chriſti „ *tibi dabo claves Regni Cœlorum.* Noal. *ut infra.* ſi vero eſſemus in prohibitione rerum, quæ ſunt de genere permiſſorum, illa Dictio ſtaret reſtrictive. vide Noal. *de tranſmiſ. caſ.* 28. *num.* 179. *ſeqq.* ubi plura late de effectibus dictionis hujus *tibi, ſibi.* &c. 8

Dictio „ *hujuſmodi*, importat omnimodam ſimilitudinem ad expreſſa Bar. *in L. ſed & reprobari. ff. de excuſ. tut.* Fagnan. *in* 2. *p. V. decret. cap. ex parte il.* 2. *de privil. num.* 2. *verſ. & quoad*, & *verſ. ſed in contrarium*, 9

Dictio & in reſcriptis ſubinde ſtat copulative, ſubinde disjunctive, & æquivalet dictioni, *vel.* P. Pirhing *lib.* 1. *tit.* 3. *ſect.* 3. §. 1. *num.* 50. & probat *ex cap.* 2. *de reſcr. L. ſæpe.* 53. *ff. de V. S.* 10

Dictio „ *ſucceſſores*, idem importat, quod *hæredes.* *L. hæredis appell.* 170. *ff. de V. S.* Ciarlin. *contr. for. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 25. Fuſar. *de ſubſt. q* 339. *nu.* 14. Peregr. *de fideicom. art.* 32. *n.* 26. Menoch. *conſ.* 1053. *n.* 6. 11

Dictio „ *una cum:* importat copulatam quandam conjunctionem. Barboſ. *dict.* 75. Bertazol. *de clauſ. cl.* 4. Capon. *diſc. for.* 233. *nu.* 17. & augmentum. Sperel. *deciſ.* 176. *nu.* 26. citans Menoch *de præſ. lib.* 4. *quæſt.* 139. *n.* 29. & ejus natura eſt copulare acceſſoria. Sperel. *loc. cit. n.* 25. cum qualitatibus relati. 12

Dictio „ *videlicet*, non eſt ſemper taxativa, ſed ut plurimum demonſtrativa, ſecundum ſubjectam materiam, ut in *cap. cum Martha, de celeb. miſſ.* & in dubio ſtat potius demonſtrative, quam taxative, & aliquando ſtat exemplificative, ut in *cap. nihil, de elect. in fin.* & aliquando terminative, ut *cap. ſuper litteris, de reſcr.* Capon. *diſc. for.* 12. *num.* 16. & ſubinde ſtat declarative, & reſtrictive, ut in Rot. *rec. p.* 4. *deciſ.* 483. *n.* 19. uti ſi diceretur *lego hæredibus infra ſcriptis* videlicet, *filiis, & nepotibus &c.* & ſic declarat præcedentia. Rot. *deciſ.* 254. *n.* 11. *d. p.* 4. 13

Dictio *Dicti*, & *prædicti* eſt perſonaliſſima, & eſt repeti- 14

repetiva præcedentium, & eorum, quæ superius dicta fuerunt, faciqueque relationem ad præcedentia cum omnibus suis qualitatibus, & aliquando stat declarative & demonstrative, si non adest taxativa. Dec. *cons.* 291. & Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 69. *num.* 7. Rol. *cons.* 97. *nu.* 23. Honded. *cons.* 60. *n.* 55. *lib.* 1. & alii apud Sperel. *dec.* 152. *n.* 19. *& seq.*

15 Dictio *omnino*, præcisam habet naturam, & nullam patitur restrictionem, sed necessitatem importat, omnem excludit gratiam, & dispensationem; & habet vim decreti irritantis, impeditque absolutionem a juramento. Sperel. *dec.* 182. *n.* 84. gl. *in cap. ex parte* 12. *verb. omnino de off. Deleg. & in cap. & si Christus. de jurejur. in verbo omnino* Hojeda *de incompat. benef. par.* 2. *cap.* 1. *nu.* 4. Fel. *in cap. at si Clerici de Jud.* §. *de adult.* & ibi Abb. Archid. & Franc. *in cap. cum ex eo. de elect in* 6. Lambert. *de Jurepatr. lib.* 2. *par.* 1. *quæst.* 7. *art.* 30. *num.* 19. & alii apud Sperel. *dec.* 111. *num.* 68. & 69. sed quamvis habeat præcisam naturam. *cap.* 17. *de Judic.* recipit tamen congruam determinationem, & interpretationem, secundum subjectam materiam. Rot. *dec.* 276. *num.* 21. & 28. *p.* 4. *rec. tom.* 2. & probat. ex tex. *in L. si quis in conscribendo. C. de pactis.* ubi habetur quod pacta sint omnino servanda, & tamen ibidem notant DD. quod illa dictio omnino congruam recipiat determinationem; & citat Dec *ibid. n.* 12. Jas. *nu.* 6. Gozzadin. *nu.* 4. Bal. *in L. fin. n.* 6. *C. de contrah. empt.* & alios.

16 Dictio texativa *tantum*, includit expressa, & reliqua excludit. Rot. *dec.* 256. *p.* 16. *rec. n.* 2. ubi Barbos. *de diction. usufreq. dict. tantum. num.* 2. Gratian. *disc. for. cap.* 216. *num.* 19. & alii. Rot. *dec.* 357. *num.* 44. *p.* 11. *rec.* non excludit tamen casus similes, juxta Prat. ad Pascha. *de patr potest. p.* 1. *cap.* 4. *vers. minus obest. fol. mihi* 57. & latius *in p.* 1. *cap.* 1. *vers. restringitur secundo. pag.* 14. ubi Barbos. *in d. dict. tantum* 402. *num.* 8. *vers. verum.* glos. *in L. ob æs alienum verb. alienum tantum. C. de præd. & aliis reb. minor.* Natta *cons.* 675. *num.* 13. & alii.

17 Dictio *etiam* tanquam copulativa repetit qualitates præcedentes. Surd. *decis.* 210. *num.* 14. *& seqq.* apud Rot. *decis.* 415. *num.* 18. *p.* 4. *rec. tom.* 2. stat augmentative, & ampliative. *L.* 3. *C. de testib.* & exprimit casum magis dubitabilem. *L. etiam* 141. *ff. de V. S.* Rot. *decis.* 47. *num.* 8. *p.* 8. *rec.* est implicativa, & comprehensiva. Rot. *decis.* 204. *num.* 37. *d. p.* 8. *rec.* & de explicatione dictionis *etiam*, positæ *in L. C. qui admit. ad bonor. possess.* vide late Fachin. *lib.* 13. *contr. cap.* 39.

18 Dictio *nisi*, est exceptiva, & facit conditionem in ultimis voluntatibus. Riccius *in prax. p.* 3. *res.* 500. ubi plura quid hæc dictio *nisi* importet: & si oratio affirmativa præcedit, dictio *nisi*, negat, & privat; si verò præcedit oratio negativa, affirmat & ponit. Bart. *in L. si eum.* §. *qui injuriarum. num.* 3. *ff. si quis caut.* Surd. *decis.* 264. *num.* 17. In contractibus vero non facit dispositionem conditionalem, sed facit eam sub conditione resolvi. Riccius *loc. cit. num.* 4. ubi DD. Et si quis dicat *non petam, nisi a te*, aut *non dicam aliam nisi te*, illa particula *nisi* non facit, quod teneatur ab alio non petere, aut aliam non ducere. Rot. *dec.* 656. *num.* 3. *p.* 4. *rec. tom.* 3.

19 Dictio *dummodo* importat conditionem. Seraphin. *decis.* 1122. *num.* 2. Ludovis. *decis.* 311. *num.* 12. Ciarlin. *contr. for. cap.* 92. *nu.* 1. ubi, quod sive hæc dictio *dummodo* importet conditionem, sive modum, tamen justificanda sint narrata in gratia, cum formam inducat, ut per Sperel. *decis.* 154. *num.* 6. ubi alii. Et quod hæc dictio dummodo in contractibus non inducat conditionem suspensivam, sed subinde tantum resolutivam, aut modum, dicit idem Ciarlin. *cap.* 136. *num.* 50. apud quem Gratian. *disc. for. cap.* 124. *num.* 10. *seq.* & apud illum Bal. *in c. dudum il.* 2. *n.* 6. *de elect.* ubi, quod receptus in Civem, dummodo data solvat, non solvendo, non desinat esse civis, sed agatur, ut solvat, & Menoch. *cons.* 131. *num.* 10. *& cons.* 132. *num.* 19. *lib.* 2. ubi, de admisso ad civilitatem dummodo ædificet domum, qui non desinit esse civis, etiamsi non ædificet, sed requiritur prius interpellatio, & terminus ad id præstandum. vide etiam Tiraquel. *de retr. lignag.* §. 8. *glos.* 8. *n.* 1. Bart. *in L. quibus diebus.* §. *ult. col.* 2. *vers. quid de dictione dummodo. ff. de condit. & demonstr.* & apud illos alios, videatur etiam tex. & DD. *in L. cum ab eo* 41. *ff. de contrah. empt.* Coarctat dispositionem secundum qualitates appositas. Rot. *dec.* 329. *num.* 31. *p.* 6. *rec.* Statque restrictive, & qualificat antecedentem dispositionem. Rot. *dec.* 777. *nu.* 6. *p.* 2. *& dec.* 247. *p.* 5. *recent. tom.* 1.

Dictio *casu quo*, importat conditionem. Tusc. *litt. C.* 20 *concl.* 583. *n.* 10. apud Ciarlin. *contr. for. c.* 43. *n.* 20. & ibi etiam Bal. *c nf.* 241. *lib.* 1. *& cons.* 150. *lib.* 5.

Dictio *Ut* est redditiva rationis, & importat causam 21 impulsivam regulariter, non vero finalem, & sic dispositio potest locum habere etiam causa cessante. DD. apud Ciarlin. *cap.* 54. *n.* 19. & quod regulariter non importet conditionem, sed modum, ultra cit. Ciarlin. tenet etiam Rota *in recent. decis.* 709. *n.* 16. *p.* 18. *rec. tom.* 2. ad tex. *in L. demonstratio.* 17. §. *fin. ff. de condit. & demonstr.* & sic legatarius sub modo, *ut faciat*, statim capit legatum præstita cautione de faciendo, quamvis forte secus si fuisset legatum sub conditione, juxta glos. *in d. L. demonstratio. verb. sub modo.*

Dictio *ita ut*, accipitur subinde restrictive, vel de- 22 clarative, aut ampliative, secundum subjectam materiam, ut per Rot. coram Seraphin. *decis.* 911. *num.* 7. Barbos. *de diction. dict.* 182. *num.* 4. relatos a Rota *decis.* 311. *num.* 12. *p.* 14. *rec.* ubi, quod semper declaret mentem, & regulet præcedentem dispositionem. Et quod hæc dictio sit ad oculum demonstrativa causæ finalis, a qua tota dispositio regulatur, est casus in Rot. *recent. dec.* 16. *n.* 19. *p.* 17. & apud Ludovis. *decis.* 544. *n.* 5. ubi quod sit manifestativa præcisæ voluntatis testatoris. ad tex. *in L. libertas.* 17. §. *hac scriptura. ff. de manum. testam.* magisque prona ad restringendam, quam augendam dispositionem, sed quod etiam non inducat conditionem, sed modum, ut de dictione *dummodo*, & *Ut*, diximus, est tex. *in d. L. libertas.* §. *hac scriptura*, & ibi gl. *in verb. ita ut*. Et quod subinde stet non solum declarative, sed ampliative, ut particula *ita quod*, dicit Rot. *dec.* 274. *num.* 15. *p.* 5. *rec. tom.* 1. declarat tamen mentem testatoris, & regulat præcedentem dispositionem. Rot. coram Coccin. *dec.* 267. *num.* 7. *inter ejus impress.*

Dictio *cum* accessorie copulat, facitque rem alteri ac- 23 cessoriam. *L.* 1. *&* 2. & ibi Bart. *num.* 3. *ff. de pecul. legat.* ubi quod servo legato cum peculio, illo mortuo &c. etiam extinguatur peculium. Coccin. *decis.* 1788. *num.* 4. maxime cum una res est de natura alterius. vide Fachin. *lib.* 5. *contr. jur. cap.* 65. ubi an legato Castro cum pertinentiis, etiam bona particularia, & prædia contineantur; & etiam Gabr. *com. concl. tit. de V. S. concl.* 10. *per tot.* apud quos, quod pertinentiarum nomine, veniant illa, quæ simul cum re principali fuerunt comparata, vel constat, quod paterfamilias usus sit rebus, de quarum pertinentia agitur, tanquam pertinentibus ad rem principalem, & apud illos etiam Mantic. *de conjectur. ult. vol. lib.* 9. *tit.* 2. *num.* 34. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 99. & alii; igitur illa particula *cum* denotat quamdam accessionem. DD. *cit.* & Gratian. *decis. for. cap.* 675. *num.* 28. Et dictio *cum* juncta verbo futuri temporis, ut *cum vacaverit*, importat conditionem. *L. hujusmodi*, & ibi glos. *in verb. concepta & L. quodcumque.* §. *fin. ff. de V. O.* Rot. coram Coccin. *decis.* 2217. *num.* 12. *inter ejus impres.* & ibi Bal. *in L. ex his. C. quando dies leg. ced. num.* 1. & talis conditio dicitur expressa, secundum Bal. *in rubr. de instit. & substit. num.* 4. *vers. quidam autem dicunt.* Dec. *cons.* 401. *num.* 1. *tom.* 2. & alios apud cit. Rot. quod tamen illa dictio *cum*, non semper importet conditionem in fideicommisso, vel legato, ut si testator dicat *do, lego, cum pervenerit ad legitimam ætatem*, sed solum videatur dilata petitio in tempus legitimæ ætatis, & sic etiamsi legatarius moriatur ante legitimam ætatem, tamen transmittat legatum in hæredes, est tex. *in L. ex his verbis.* 5. *C. quando dies legati cedat.* Rot. *dec.* 113. *num.* 5. *p.* 4. *rec. tom.* 2. de effectibus dictionis *una cum*, vide Menoch. *de præsum. lib.* 4. *præs.* 139. *num.* 25. *&* 26.

Dictio *tunc*, restringit dispositionem ad casum ex- 24 pressum, nisi contrarium ex conjecturis colligatur. Sylvatic. *lib.* 1. *cons.* 48. extremitatem temporis significat. *L.* 4. §. *un. ff. de condit. & demonstr.* ubi, quod si quis ita legaverit, *si Titio in quinquennio proximo filius natus non fuerit, tunc hæres Cajo decem dato*, si interim intra quinquennium Titius moriatur, tamen propter particulam *tunc*, illa decem Cajo non debeantur ante

quin-

quinquennium. Et in materia dispensationum vide Pyrr. Corrad. *lib.* 8. *in prax. dispens. Apost. cap.* 6. *num.* 67. quod tamen non semper procedit, sed illa dictio subinde diversimode accipitur, ut per Cassad. *dec.* 1. *num.* 3. *de testam.* Rebuff. *in L. mulieris appellatione.* §. *desinere, a vers. tunc, id est eo casus, cum seqq. ff. de V. S.* Mandel. *cons.* 51. *a n.* 19. *seqq.* dixit Rot. *dec.* 144. *n.* 8. *p.* 2. *rec.* ubi quod significet temporis extremitatem solummodo quando ad tempus refertur, ut *in cit. L.* 4. ubi vide.

25 Dictio *plures*, de jure verificatur etiam in duobus. *L. ubi numerus*, cum ibi not. *ff. de testib.* Rot. *decis.* 161. *n.* 19. *p.* 4. *rec. tom.* 2. glos. *in auth. de triente, & semisse* §. *& quod sæpe. verbo filiorum.* ubi quod idem dicatur de verbo *pluries*; an vero idem dicendum de dictione *per plures annos*, vide Rot. *num.* 8. negantem, sed quod requiratur ad minimum triennium; ex Alex. *in L. sæpe, num.* 4. *de re jud.* & de hac dictione *plures*, vide late Gratian. *disc. for. cap.* 135. *num.* 10.

26 Dictio *a, ab, ex*, & similes denotantes terminum a quo, sunt separativæ, & exclusivæ termini, ut dicitur in verb. *infra quinque dies proximos*: propter dictionem *proximos*, quæ excludit diem actus celebrati, de quo vide Antonel. *de temp. legal. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 2. *& seqq.* ubi plures limitationes.

27 Dictio *prorsus, penitus*, habet præcisam naturam, ita ut nullam recipiat modificationem. Rot. *decis.* 291. *n.* 25. *p.* 4. *rec. tom.* 2. ubi etiam *n.* 20. quod desideret totalem extinctionem. & *decis.* 270. *n.* 3. *d. p.* 4. tex. *in L. derogatur.* 102. *ff. de V. S. & decis.* 276. *n.* 25. *d. p.* 4. *tom.* 2. ubi tamen, quod id intelligatur juxta subjectam materiam.

28 Dictio *debitum*, aut *ex debito*, importat necessitatem, & præceptum. Ciarlin. *cap.* 38. *num.* 22. ad tex. *in cap. oblatæ* 57. §. *superior. de appell. c. ut famæ.* 35. §. *respondemus, de sent. excom.* Dictio vero *sua sponte*, importat omnimodam voluntatem, nec est contenta quocumque voluntario, aut secundum quid, uti in actibus, qui fiunt ad instantiam partis sub minis, metu &c. multa enim voluntarie fiunt, quæ sponte non fiunt, de quo vide late Gratian. *disc. for. cap.* 544. *num.* 24. *& 41. seqq.* ubi Rebuff. *in L. munus.* 214. per illum textum *ff. de V. S.* tex. *in L. non distinguemus.* §. *item si quis* ibi: *quia etsi judicium sponte accepisset. ff. de recept. arbitr. L.* 1. §. *sed si Prætor. ff. de feriis. L.* 2. *& 3. C. de his, qui sponte publ. muner. subeunt, lib.* 10.

29 Dictio *ex tunc* facit ut tempus currat de momento in momentum. Anch. *in cap. cum in tua. vers. fin. de consuet. in* 6. & DD. *in L. Gallus. ff. de liber. & posth.* Tiraquel. *de retr. lignag.* §. 1. *glos.* 11. *num.* 39. apud Antonel. *de temp. legal. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 19. & an operetur, ut dies termini computetur in termino, vide DD. apud Tiraquel. *loc. cit.* An vero dictio *usque* stet exclusive, vel inclusive, vide Antonel. *l. c. cap.* 1. *n.* 16. *seqq.*

30 Dictio *aliquis*, est universalis. glos. *in Clem. un. in verb. aut earum parte, de for. comp.* Menoch. *cons.* 90. *n.* 94. apud Ciarlin. *contr. for. cap.* 47. *nu.* 40. sicut etiam dictio *aliquid* est universalis secundum subjectam materiam, & in qualibet minima re verificatur. glos. *in cit. Clem. un. in verb. aut earum parte.* Gratian. *disc. for. c.* 509. *nu.* 35. Rot. *dec.* 373. *nu.* 6. *p.* 11. *rec.* Dictio vero, *omnis* vel *quæcumque*, est universalissima. *L. hoc articulo. ff. de hæred. instit. L.* 1. *C. de Sacros. Eccles.* glos. *in L.* 2. *in verb. alias C. de quadrien. præscr.* Ciarlin. *l. c.* ubi plura de hujus dictionis effectu, quod nempe omnia, & omnes casus comprehendat.

31 Dictio alternativa tribuit debitori electionem. *cap. in alternativis, de R. J. in* 6. Ciarlin. *contr. for. cap.* 38. *n.* 2. Dictio *aut*, est disjunctiva. Barbos. *de diction. dict.* 46. Tusch. *litt. D. concl.* 268.

32 Dictio *alia*, est implicativa ad similes causas, & casus. Abb & Felin. *in cap.* 16. *de rescr.* Rot. *decis.* 194. *n.* 8. *p.* 4. *rec. tom.* 2. glos. *in L. si fugitivi. verb. alia. C. de serv. fugit.*

Plura fusissime apud Barbos. *in suo tract. de Dictionibus.*

¶ DIFFAMANTES, DIFFAMATUS & DIFFAMATIO.

§. I.

Diffamantes aliquem qualiter puniantur?

Dictum † vel factum contra veritatem in diffamationem alterius, præsertim si fama lacessitur, arbitrio judicis puniri debet. Bald. *cons.* 230. *omne factum, per totum. lib.* 3. ubi late contra disseminatores discordiarum. 1

† Amplia; quia faciens imposituram honestis personis per mendacium, crimine stellionatus puniri debet. Bald. *d. cons.* 230. *in pr. lib.* 3. 2

† Amplia; quia pro mendacio in alterius detrimentum quis potest puniri, maxime, quando oritur discordia inter conjunctos. Bald. *d. cons.* 230. ubi, quod seminantes discordias puniendi sunt crimine stellionatus, & ideo si is, qui falsè vociferatur se primo contraxisse cum muliere maritata, puniri potest & debet, ubi est casus consilii. 3

§. II.

Diffamatus de crimine qualiter agat, vel experiatur?

Diffamatus † de crimine extrajudicialiter agere debet actione injuriarum, nec sufficit officium judicis imploratum, quia non competit. Bald. *cons.* 261. *viso dicto puncto, n.* 2. *verbo. quod ergo remedium, lib.* 5. 1

† Restringe, quando diffamatio esset facta de crimine in judicio, & tunc si petitur imponi silentium, competit officium judicis contra diffamantem. Bald. *d. cons.* 261. *n.* 2. *ver. aliquando ista diffamatio, lib.* 5. 2

† Restringe, quando diffamatio esset respectu debiti civilis, quia si petatur imponi silentium, potest implorari officium Judicis. Bald. *d. cons.* 261. *num.* 2. *ver. si autem ista diffamatio, lib.* 5. 3

† Amplia; quia licet agere nemo compellatur, & propterea non possit assignari terminus, intra quem quis agat. *l. un. C. ut nemo invit.* Roman. *cons.* 53. nisi adsint statuta, prout in multis civitatibus Italiæ, in quibus fiunt cridæ & proclamationes, tamen quando quis diffamat alium dolo, vel errore, asserens se habere jus in re aliena, compellitur agere, & præfigitur terminus *per l. diffamari, C. de Ingen.* Roman. *d. cons.* 53. 4

† Et est ratio quare compellatur diffamans alium, ut agat, quia ex quo diffamat, se adstringit, ex quo diffamare est ad judicium provocare, & sic justa causa procedit. Castr. & Salycet. *d. l. unic. C. ut nemo invit.* Bal. *in d. l. diffamari. colum.* 1. *in fi. & col. fin. in fi.* Bart. *in l. Titia.* ubi Alex. in apostil. *de accus.* Innoc. *in cap. conquerente, de offic. ordin. in princ.* Bald. *in auth. ad hæc, colum.* 5. *de usur.* vide infra *num.* 23. 5

† Sufficit tamen diffamatio tam judicialis quam extrajudicialis, & tam si est facta in cœtu personarum, quam si coram paucis personis, dummodo causa diffamandi allegetur. Bald. *in dict. l. diffamari, in princ. C. de Ingen. & manumiss.* Socin. *cons.* 45. *col.* 1. *in fi. incip. visa, lib.* 1. Doct. *in l. turpiæ, ff. de leg.* 1. Canonistæ 5. *q.* 1. *per totum.* Cagnol. *d. l. diffamari. n.* 6. *in* 1. *limit.* 6

† Et de remedio *l. diffamari*, quomodo dignoscatur intentatum, & quæ requirantur & debeant probari, ut obtineatur, vid. Covarruv. *var. resol. lib.* 1. *c.* 18. *n.* 3. Gabr. *comm. opin. de actio. concluf.* 6. 7

† Adde; quia ad hoc, ut diffamatus agere compellat diffamantem, requiritur, quod constet de diffamatione, alias non posset compelli. Cagnol. *in d. l. diffamari, col.* 2. *ver. & vide alias, C. de Ingen. & manumiss.* ubi late de materia, & qualiter sit præfigendus terminus duplex causa cognita *num.* 5. *in* 1. *limitatione.* 8

† Et quod requiratur diffamatio, ut possit præfigi terminus, plene Rom. *cons.* 53. *Visis themate, in princ.* ubi apostilla. 9

† Contrarium, quando cumulatur remedium *leg. si contendat, ff. de fidejuss.* ubi gl. communiter approbata, quod si quis petat declarari sibi competere exceptionem adversus actionem prætensam actoris, & ideo actionem frustratoriam, non requiritur alia probatio diffamationis secundum communem. Covarr. *var. resol. cap.* 18. *n.* 3. ubi dicit, quod ista remedia semper cumulantur; ideo non requiritur probatio jactationis; secus si ex sola lege, *diffamari*, & latissime Roman. *cons.* 412. *Pro habenda, in princip.* allegat multa jura, & multas leges probantes, quod ha- 10

bens

bens exceptionem potest prævenire suum adversarium, maxime *in l. 3. C. qui bon. ced. poss.* Deci. *cons.* 31. *Diligenter, col. fin. ver. circa alia dubia*, & alii, quos prima apostilla ad Roman. ubi supra *in verb. inquietari* 11 citat, vide infra *num. 29. in ver. declara.* † Et quod requiratur diffamatio quando intentatur remedium *l. diffamari*, ut quis compellatur agere, alias non valeat præfixio termini, neque ad instantiam partis, neque ex officio, plene Roman. *d. cons. 53. visis themate, in princ.* 12 ubi apostil. *in ver. impetrare.* citat plurimos. † vide Cravet. *cons. 906. n. 4.* ubi late multa requiri dicit ad probandam diffamationem, est verum, quod loquitur ad effectum inquirendi, sed tamen forte idem ad effectum compellendi 13 aliquem, ut agat. † Extende, quia non potest diffamans impedire diffamatum, quin agere compellatur, & non poterit evitare præfixionem termini & silentium; quia si contrarium diceremus, posset auferri beneficium juris competens diffamato. Roman. *d. cons. 53. col. 2. ver.* 14 *nec dicta bannimenta.* † Regula igitur est; quod diffamatus, sive pro re civili, sive criminali, potest obtinere præfigi terminum diffamanti, intra quem agat, & bina requiritur præfixio, & contra absentem trina citatio, & quæ cognitio causæ, & qualiter debeat constare de diffamatione; plenissime Boer. *decis. 255. per totam.* ubi latissime examinat hanc materiam, & multos allegat, ubi extendit *l. diffamari*, multos modos, & quod præfixo termino ad agendum, eo lapso, non audiatur, est textus *in l. super eo*, & ibi gl. Bald. & Salyc. *C. qui accus.* Doctor. *in l. fin. ff. de feriis.* Bart. *in l. Titia*, 15 *ff. de accusat.* Cagnol. *d. l. diffamari*, C. *de Ingen.* † Et quod Judex possit præfigere terminum; per quem citatus excludatur a jure suo, & non audiatur, est textus *in l. si pro eo* & ibi gl. Bart. & Salyc. *l. de accusat.* gl. & Bart. *in d. l. Titia, ff. de accusat.* Cagnol. late *dict. l. diffamari. C. de Ingen.* Roman. *cons.* 431. *In terminis, per to-* 16 *tum.* † Et an requiratur bina monitio, vel sufficiat unica; ut post lapsum termini non possit amplius audiri, late Alexand. *in d. l. Titia, ff. de accusatio.* Afflict. *decis.* 264. Cœpol. *cautel.* 110. & distinguit Cagnol. *in d. l. diffamari num.* 7. *&* 8. *in* 2. *limit. C. de Ingen.* ubi, quod si ex solo termino debet excludi, duplex præfixio requiritur, si post terminum debet sententia ferri, unicus terminus sufficit. vide Tusch. *Litt. T. verb. Termino præfixo ad agendum, eo lapso, quando excludatur* 17 *agere volens, vel non, conclus.* 64. † Amplia quia diffamatus potest obtinere *ex l. diffamari C. de Ingen.* ut a Judice cogatur diffamatus intra certum diem actionem proponere, vel jus, quod habere prætendit, in judicium deducere, adjecta comminatione perpetui silentii imponendi, nisi intra præfinitam diem egerit. Covarr. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 3. *& seq.* vid. Ant. Gabriel. *lib.* 2. *tit. de actio. concl.* 6. *Jactanti se habere jus potest judex præfigere terminum*, ubi plenissime exami- 18 nat. † Extende; quia aliud est remedium ex *l. si contendat, ff. de fidejuss.* quasi simile, in quo agitur, ut pronuncietur sibi exceptionem competere adversus Titium, seque liberum esse ab ea actione, quæ Titio competerat, ut declarat Covarr. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 19 18. *pag.* 1. † Et siquidem in termino præfixo citatus agere cœpit, non amplius tractatur de *lege diffamari.* sed de meritis, & de jure partium. Aretin. *cap. in præsentia in* 6. *not.* ubi Feli. *colum.* 2. *ver. unum aliud*, & Decius *col.* 2. *ver. quarto nota de probat.* Cagnol. *d. l.* 20 *diffamari num.* 11. † Si vero non deduxit jus suum, nec cœpit agere, debet judex illum contumacem pronunciare, & de cætero super jactatis juribus non esse audiendum, juxta tradita per glos. & Doct. *in d. l. diffamari.* Aret. *Instit. de except. in rubr. num.* 73. ubi admonet agentem, ut bis faciat assignare terminum, 21 ut possit deveniri valide ad pronunciam. † Libellus in actione *l. diffamari. C. de Ingen. & manumiss.* sic concipitur, *Peto Titio adversario meo statui certum terminum, intra quem agere, vel accusare me debeat, si quod jus habet, vel delictum aliquod me commississe prætendat, tum de hoc vadat me diffamando, & quod eo non agente, vel non accusante intra dictum tempus, de cætero non audiatur, imo eidem per vos imponatur perpetuum silentium super asserta diffamatione prædicta.* Ita Saly. *in d. l. diffamari.* C. *de Ingen.* Areti. *in rubr. de except.* Spec. *in tit. de sponsal.* §. *porro quasi in fin.* ubi ponit libellum; & vide Cagnol. plenius *d. l. diffamari. C. de Ingen. num.* 23. ubi, quod non est necessaria litis contestatio. † Amplia, quia agi potest nedum super diffa- 22 matione personali, sed etiam super reali. Felin. *in c. in præsentia, num.* 3. *de probat.* † Amplia; quia remedium *l. diffamari. C. de Ingen. & manum.* fuit introductum ad reprimendum eos, qui errore vel dolo contendunt se habere jura in bonis alterius, & ita diffamant, & vulgo prædicant, & optima quidem ratione, quia talis diffamatio est multum præjudicialis possidentibus bona, & quandoque impedit alienationes, & quandoque facit, ut minori pretio vendantur, argumento ejus, quod dicitur de fundo litigioso, qui minus æstimari debet illa qualitate attenta, mala enim qualitas rei minorem causat æstimationem. Socin. *in l.* 1. §. *si hæres, ff. ad Trebell.* & per Doct. *in l.* 2. *C. de rescind. vend.* faciunt not. *in l. mortis causa capimus, ff. de dotat. cauf. mort.* vide supra *num.* 4. † Limita; 24 quia si quis habet jus in re, & faceret pro sui juris conservandi gratia, non haberet locum *l. diffamari, C. de Ingen. & manum.* Socin. *cons.* 118. *colum.* 2. *& cons.* 146. *lib.* 1. Bald. & Ang. *in l. fin. ff. quod quisque jur.* & ratio videtur; quia qui utitur jure suo, nemini injuriam facit. † Extende; quia non habet locum, quan- 25 do quis ex causa legitima dicit & diffamat se habere jus in re, sed solum, quando diffamatio est injusta, & sine causa legitima. Bald. *in l. ob commissa C. de ad ult.* quem refert & sequitur Alex. *in l si ea, C. qui accus. non poss.* † Limita, quia diffamatus agens actione *l.* 26 *diffamari C. de Ingen.* in actione reali non potest obtinere contra possessorem rei, de qua aliquis asserit se dominum. Aret. *in d. c. in præsentia, col.* 1. *de probat.* sequitur ibi Felin. *num.* 3. & est ratio, quia nemo cogitur ostendere titulum suæ possessionis *l. cogi.* & ibi Doct. *C. de petit. hæred.* Socin. *reg.* 430. † Extende, quia 27 is qui habet actionem ordinariam, non agit remedio *l. diffamari.* Bart. *in l. finita*, §. *eleganter, num.* 4. *ff. de damn. infect.* ubi omnes. † Limita, quia non debet 28 præfigi terminus, ut diffamans agat, alias lapso termino censeatur impositum perpetuum silentium, quando petens assignari terminum non habet jus in re, de qua fit diffamatio, quia cum nullum jus habeat, non habet interesse, ita Castren. *in d. l. si contendat. ff. de fidejuss.* post Innocent. *in c. Abbate, post princ. in* 1. *colum. de verb. sign.* & propterea solent judices pronunciare super hoc termino statuendo, & cum causæ cognitione statuunt terminum duorum mensium ad agendum, & ipsis non agentibus, petentem post lapsum terminum non posse molestari pronunciant, & diffamatoribus imponunt perpetuum silentium, cum con- 29 demnatione expensarum. † Declara, quia etiam sine diffamatione prodita sunt alia remedia, quia timens molestiam in re, vel persona, potest coram judice, coram quo esset conveniendus ab actore comparere, & petere, quod judex declaret se non esse debitorem, & sibi legitimam exceptionem competere, vel pronuncia ipsum comparentem habere meliora jura, & perpetuum silentium adversario imponi, juxta textum *in l. Aurelius.* §. *centum. ff. de liber. leg. & in l. si contendat. ff. de fidejuss.* plene Bart. *in l. si finita*, §. *eleganter, ff. de damn. infect.* vide Tusch. *Litt. A. verb. Agere invitus nemo compellitur & qualiter procedat. concl.* 241. vide eund. *litt. T. ver. elapso, quando excludatur agens vel non Concl.* 64.

§. III.

Diffamatus agens contra diffamantem, quando actor, vel reus dicatur?

Committi † obtinens causam diffamationis dicitur 1 actor, ideo debet convenire diffamantem coram judice suo. Afflict. *dec.* 268. *In alia causa fuit dubitatum.* Alex. *cons.* 103. *lib.* 5. Bart. & Alex. *in l. libertas, ff. de in jus vocan.* & ideo movens hanc actionem, debet adire judicem rei, non attento, quod si reus ageret, deberet movere judicium contra judicem intentantis diffamationem. Maria. Socin. *in c. proposuisti de for. compet. col.* 10. *in fi. ver. duodecimo quæro.* † Contrarium, quod imo sit reus, & ideo jactans 2 dicatur actor, & posset conveniri coram judice diffamati. Cap. *decis.* 18. & Ursil. *in addit. ad Afflict. dec.* 268. & hanc magis communem Covar. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 5. *in fi.* & hanc communem dicit

cit Cagnol. *d. l. diffamari C. de Ingen. nu.* 9. ubi allegat Alex. *d. conſ.* 103. *lib.* 5. quod laicus diffamatus trahit clericum diffamantem ad judicem ſecularem; quia ſi ageret Clericus, deberet convenire laicum in foro ſuo. vide Tuſch. *Litt. A. in verb. actor quando* 3 *& in quibus caſibus reus dicatur, concl.* 118. † Et effectus eſt magnus, nedum quoad forum, ut ſupra, ſed etiam quia in dubio pro reo pronunciatur, ideo cum iſte, qui agit ad diffamationem, ſit actor improprie, ſed ſit reus vere, in dubio pro eo pronunciandum eſt. Dec. *in l. favorabiliores, ff. de Reg. Jur.* ubi 4 multa congerit ad hoc ſimilia. † Imo quando conventus ſuper ſilentio imponendo agit, prima petitio agentis ſuper diffamatione vel ſilentio imponendo non procedit, ſed reſolvitur ſimplicis exceptionis, & ſuper ea non eſt pronunciandum, ſed ſuperſedendum, uſque ad ſecundam ſententiam, & pronunciandum, dictam petitionem in tali judicio non admittendam, ſed ſolum procedendum ſuper petitione actoris, ut per Aret. *in c. in præſentia, in* 2. *not. de probat.* ubi Dec. *in* 4. *notab.* Cagnol. *d. l. diffamari, C. de Ingen. & manum. num.* 11. *verbo, tertia dubitatio.* Felin. *in cap. in præ-* 5 *ſentia, num.* 3. *de probat.* † Quid ſi reus habet plures judices, prout ſcholaris, & agat ſuper jactatione coram uno, alter vocatus incipiat de jure ſuo agere coram alio, non obſtabit litis pendentia; quia electio eſt actoris. Cagnol. *in d. l. diffamari n.* 10. *ver. ſecunda dubitatio. C. de Ingen.*

§. IV.

Diffamatus coram quo Judice debeat agere contra diffamantem?

1 Judex, † coram quo per viam exceptionis trahitur actor, debet eſſe illemet, quem ſi actor ageret, teneretur adire, quando habens exceptionem agit alio remedio, quam diffamationis. Rom. *d. conſ.* 412. *n.* 2. *verb. ſecundum quod*, ubi apoſtilla *in ver. conveniſſet*, dicit, quod judex inquietati, non inquietantis, debet adiri. vide Tuſch. *Litt. A. verb. actor quando & in* 2 *quibus caſibus reus exiſtat, & e contra, concl.* 118. † Extende ut idem ſit, quando reus vult convenire actorem ſuper jactationibus, quia debet convenire eum coram eodem judice, coram quo, ſi actor ageret, convenire deberet, apoſtilla ad Roman. *d. conſ.* 412. *in verb. conveniſſe*, ubi citat plures, & dicit magis 3 communem. † Declara, quia ſi reus habet plures judices ordinarios, non de ſpeciali privilegio, poteſt adire quem velit, ſicuti poſſet actor, ſed ſi ex privilegio particulari vel ſpeciali, vide relative Roman. *d. conſil.* 412. *num.* 3. *verſ. tertium, quod*, ubi dicit com- 4 munem. † Et judex competens, qui prævenit in citatione, facit, ut aliis ſit præcluſa via. Roman. *d. conſ.* 5 412. *numer.* 4. ubi dicit communem. † Declara, niſi citatio eſſet non legitima, puta non facta ſecundum formam ſtatuti, quod quis non poſſit citari, niſi dimiſſa copia libelli, quæ non fuit dimiſſa; quia tunc fit præoccupatio. Rom. *d. conſ.* 412. *numer.* 5. *& ſeq. verb. nunc primo.* ubi ponit tria ſimilia, quod per litis conteſtationem interrumpitur præſcriptio, item per libelli correctionem, ſi modo ſunt legitime factæ, alias non; item quia perpetuatur jutiſdictio delegati per unum actum legitime factum, ſecus ſi illegitime, & ibi Apoſtilla *in verbo tria*, dat concordant. & Roman. ibi in fine, idem de cauſa non legitime mota, ut non præcludat viam aliis judicibus.

§. V.

Diffamatio non probatur ex eo, quod teſtes dicant, talem diffamatum ob tale crimen ad effectum plenæ probationis, ſed bene ad effectum inquirendi, vel carcerandi.

Vide Maſcardum *concluſ.* 513. *Diffamatio*, vide plene Tuſch. *Litt. I. verb.* Infamis probatur ex Inſtrumento, & aliis modis. *concl.* 109. ¶

¶ DIGNITAS.

§. 1.

Dignitas quid ſit, & qualiter probatur?

Dignitas eſt quædam præeminentia ex adminiſtra- 1
tione. Oldrad. *conſ.* 150. *In Eccleſia Valentina n.* 3. *ver. ſecundo eſt attendendum.* ubi quid ſit perſonatus, & in quo differant, & quod in materia larga unum pro alio quandoque ſumitur, & quod dignitas non eſt aliud quam præeminentia in Eccleſia. Feder. de Sen. *conſ.* 27. *n.* 4. *ver. non obſtat, quod dicitur*, in conſilio d. Petri de Tuderto, ibi inſerto; ubi *in princ.* de dignitate, perſonatu & officio. † Sig. a cognoſcendi dignitatem ſunt 2
tria; primum, quando is, qui habet officium, præeſt adminiſtrationi cum juriſdictione; ſecundum, quando nomen officii ſonat in dignitatem, prout Archidiaconus, Archi-Presbyter, & Primicerius; tertium quando ex conſuetudine vel conſtitutione, pro dignitate habetur, ita Franc. Aret. *conſ.* 23. *In præſenti conſultatione in princ.* † Dupliciter ſumitur dignitas, large & ſtri- 3
cte; large capitur pro quolibet honore, Aret. *d. conſ.* 23. *num.* 6. ubi *num.* 5. *in fi.* quod dignitas eſt cum adminiſtratione & ſine adminiſtratione, prout in Archidiacono, & Archi-presbytero in Cathedrali, quia ſunt nomina dignitatis. † Amplia, quia ubi eſt col- 4
legium in Eccleſia, ibi eſt dignitas & juriſdictio. Bald. *conſ.* 1. *in fi. ver. & ratio differentiæ lib.* 1. Fed. de Sen. *conſ.* 80. *Factum eſt tale numer.* 2. *ver. conſiderantur ergo.* Gem. *conſ.* 132. *in princ.* † Et ideo Prio- 5
ratus Fraternitatis laicorum, ex quo habet collegium & præeminentiam in illos de Collegio, dicitur habere dignitatem, quia tale collegium tendens ad pietatem & religionem eſt licitum. Bald. *conſ.* 473. *Reverend. pater lib.* 2. † Amplia; quia ubi eſt Conventus, 6
ibi eſt dignitas. Feder. de Sen. *conſ.* 40. † Declara, 7
quod in conceſſione dignitas non venit collegiata, niſi ſit dictum *cap. cum aliis, de præben.* Feder. de Sen. *conſ.* 112. *in princ.* † Perſonatus eſt quædam præeminentia, 8
quam habent habentes perſonatum inter non habentes dignitatem. Feder. de Sen. *conſ.* 49. vide Tuſch. *Litt. P. verb. Perſonatus in quibus differat a dignitate concl.* 321. † Amplia, quia dignitas poteſt eſſe ex conſue- 9
tudine communi opinione, aut denominatione, quod habeatur pro dignitate. *c. illud, de præſumpt. c. per tuos de probat.* Feder. *d. conſ.* 80. *num.* 2. *ver. nec præſupponitur.* Gemin. *conſ.* 101. ubi, quod conſuetudo poteſt operari quod officium non habens prærogativam ſuper alios, ſit dignitas, quod duplicatur. *conſ.* 140. † Declara; 10
quia dignitas, vel perſonatus judicatur ex conſuetudine loci. *c.* 1. *de conſuet. in* 6. Caſtr. *conſ.* 226. *Dico, d. Ser. Franciſcum, circa fi. lib.* 1. † Amplia, quia 11
quis dignitatem obtinet, ex quo præponitur ſuper alios, vel ad curam gerendam, vel ad adminiſtrationem bonorum, vel temporalium ſine ſpiritualitate. Gemin. *conſ.* 132. *in princ. ver. item vult, cum ſeq.* maxime *numer.* 3. *ver. item ad concludendum*, ubi quod non eſt de ſubſtantia prælaturæ & ſic dignitatis, ut habeat utramque adminiſtrationem. † Amplia; quia Plebania, 12
Archi-presbyteratus, Prioratus, Præpoſitura, & ſimiles Eccleſiæ, etiamſi non ſint collegiatæ, dummodo habeant ſub ſe capellas perpetuas, dicuntur habere dignitatem, *cap.* 1. *ne Clerici, vel Monach. in fin. lib.* 6. ubi Franc. † Contrarium tenet Feder. de Sen. *conſ.* 13
80. *Factum eſt tale, num.* 2. *ver. item non obſtat* ubi quod ſi non habent Collegium, vel prærogativam in Cathedrali, vel Collegiata, non habent dignitatem. † 14
Amplia; quia qui habet feudum cum juriſdictione, dicitur habere dignitatem, quia conceſſio proprie juriſdictionis dignitatem habet, & gradum excellentiæ ſuperioris; cum præſit univerſitati. Bald. *conſ.* 352. *Materia feudorum, in princ. numer.* 11. *nam omnis conceſſio, lib.* 1. † Amplia, quia de jure communi Ar- 15
chidiaconus habet dignitatem ex ſolo nomine. Aret. *conſ.* 23. *in princ.* vide Tuſch. *Litt. A. verb. Archidiaconus, & ejus officium quid ſit. concl.* 482. † Ex- 16
tende, quia Archi-presbyter pariter habet dignitatem, quia cum Archidiacono ambo ſonant in nomen dignitatis. Aret. *conſ.* 23. *in princ.* vide Tuſch. *Litt. A ver. Archi-presbyter & ejus officium quid ſit. concl.* 485. † Ex- 17

tende, quia Primicerius quoque ſonat in nomen dignitatis. Aret. *d. conſ.* 23. *n.*.... vide Tuſch. *Litt. A. verb. Primicerius quid ſit & an ſit dignitas. concl.* 650.

18 † Extende; quia omnes habent dignitatem, quando vel in Cathedrali habent præminentiam cum juriſdictione, ſive ſint Præpoſituræ, ſive Decanatus, ſive Cantoriæ, vel quocunque alio nomine; idem quando caput Collegii conſtituunt, & idem in plebe, Archi-preſbyteratu, & ſimilibus. Feder. de Sen. *d. conſ.* 80. *per totum.*

19 Gemin. *conſ.* 132. *in pr.* † Reſtringe, quia reliqua omnia officia non ſonant in nomine dignitatis de jure communi, niſi conſuetudo ſit in contrarium. Aret. *dict.*

20 *conſ.* 23. *in princ.* † Præpoſitura igitur non eſt dignitatis nomen, de jure communi, niſi de conſuetudine aliter diſponatur. Aret. *d. conſ.* 23. *num.* 5. vide Tuſch. *Litt. P. verb. Præpoſitura eſt dignitas & quando ſecus. Concl.* 518. † Theſaurarius non eſt dignitas. Rota

21 *deciſ.* 8. *de præben. in noviſſ.* alias 173. Aret. *d. conſ.* 23. *in princ.* Abb. *conſ.* 93. *in princ. & per totam, lib.* 2. vide Tuſch. *Litt. T. verb. Theſauraria & cantoria non eſt dignitas niſi adſit conſuetudo. concl.* 298.

22 † Decanus non habet dignitatem de jure communi. Rota *deciſ.* 8. *in noviſſ. de præb.* Aret. *d. conſ.* 23. *in pr.* vide Tuſch. *Litt. D. verb. Decanatus & Præpoſitura an*

23 *ſit dignitas, concl.* 60. † Præcantor non eſt dignitas, licet de conſuetudine poſſit eſſe. Areti. *d. conſ.* 23. *n.*

24 6. † Sacriſta non eſt dignitas, licet de conſuetudine

25 poſſit eſſe. Zabar. *conſ.* 62. *in princ.* † Declara, quia Dignitates Eccleſiaſticæ ſunt ut plurimum ſecundum conſuetudinem loci, quæ attendi debet, plene Card. Zabar.

26 *d. conſ.* 62. *in princ.* † Amplia quia dignitas probatur eo ipſo quod quis habet adminiſtrationem rerum Eccleſiæ cum juriſdictione, vel habet officium, vel Beneficium, cujus nomen ſonat in dignitatem, vel de jure communi, vel ex conſuetudine, non tamen probatur per verba enunciativa. Maſcard. *concl.* 514. *Di-*

27 *gnitas quomodo probetur.* † Limita; quia e contrario non poteſt eſſe dignitas, quæ non obtinet in Eccleſia Cathedrali vel Collegiata prælaturam vel prærogativam, vel niſi quæ præeſt collegio, niſi ex conſuetudine, vel communi opinione, vel denominatione habeatur pro dignitate. Feder. de Sen. *d. conſ.* 80. *num.* 2. *ver. conſiderantur ergo*, ubi loquitur in plebe etiam habente capellas ſub ſe, quæ ſpectet ad electionem capellanorum; & quod dignitas non ſit, niſi habeat prærogativam ſupra alios, niſi conſuetudo contrarium diſponat. Gemin. *conſ.* 101. *Quoad primum, & conſ.* 140. *in princ.* ubi duplicatur, ubi quod Cantoria & Theſauraria non eſt dignitas, niſi conſuetudo hoc diſponat.

28 † Declara non procedere in Archidiaconatu, Archipreſbyteratu, & Primiceriatu, quia poſſunt eſſe ſine cura & adminiſtratione, & ſunt nomina dignitatis.

29 Franc. Aretin. *conſ.* 23. *in princ.* † Limita in Canonicatu, etiam ſi habeat annexam dignitatem; quia non dicitur dignitas, etiamſi de conſuetudine, vel alias habeat inſtitutionem, vel deſtitutionem capellarum, & poſſit interdicere. Feder. de Sen. *d. conſ.* 80. *n.* 2. *in fi. ver. item non obſtat, quod inſtituit, & in fi.* vide Tuſch. *Litt. D. verb. Delegati Judices eſſe qui poſſint, concl.* 145.

§. II.

Dignitas quotuplex in Eccleſia?

1 Dignitas † in Eccleſia eſt triplex; prima eſt Papatus, qui dicitur apex Dignitatis; ſecunda Epiſcopalis, quæ eſt culmen aliarum dignitatum; tertia eſt, Dignitas ſimplex. Oldrad. *conſ.* 259. *Impugnatur, numer.* 3.

2 *ver. item tria.* † Dignitates ſimplices, aliæ ſunt perſonales, vel ſimplices, aliæ Collegiatæ, & dignitas ſeu Eccleſia collegiata non venit in odioſis appellatione ſimplicis dignitatis. Oldr. *conſ.* 281. *num.* 3. *uſque in fi.* ubi dicit procedere, etiamſi dignitas collegiata

3 non eligatur, ſed conferatur. † Extende; quia ſi Papa diſponeret, quod obtinentes dignitates debeant promoveri intra annum, non includerentur dignitates collegiatæ in materia odioſa. Gemin. *conſ.* 131. *numer.* 5.

4 *verſ. expreſſit de Decanatu.* † Dignitatum aliæ ſunt electivæ, aliæ non electivæ, & in collatione dignitatis ſi non eſt facta mentio, quod ſit electiva, non venit in conceſſione ſimplici. Bald. *conſ.* 387. *circa fi. ver. amplius licet dignitas. lib.* 1. *inc. Archidiaconus habet.* † Dignitates Eccleſiaſticæ licet quandoque æqui- 5
parentur ſecularibus dignitatibus, tamen non eſt bene dictum, quia dignitates Eccleſiaſticæ non ſunt ordinatæ ſecundum jura Civilia, ita Ægid. *conſ.* 5. *num.* 47. *ver. ſed forte.* † Et ideo magis aſſimilantur dignitates 6
Eccleſiaſticæ Archidiacono, prout Abbas, & alii Prælati inferiores, quam quod aſſimilentur ſæcularibus dignitatibus. Ægid. *d. conſ.* 3. *num.* 47. *ver. ſed forte.* 7
† vide Oldr. *conſ.* 211. *Ad propoſitum fratrum, in pr. & per tot.* ubi, quod ad inſtar Prætorum, quorum alter pro incolis, alter vero pro peregrinis, fuerunt curati animarum inſtituti; ordinarii pro incolis, & ſunt parochiani; alii pro forenſibus, ut fratres S. Anton. & dat alia exempla multa.

§. III.

Dignitatum majoritas & præcedentia ex quibus cognoſcatur?

Altitudo † Sedis inter Sedes dignitatum arguit ma- 1
joritatem dignitatis, quia majores altiori loco ſedere debent. Bald. *conſ.* 387. *in pr. incip. Archidiaconus habet. lib.* 1. allegat gloſſ. *in §. aliam vero. Inſtit. de bonor. poſſeſſ.* † Amplia, quia proximiores ſedi Prin- 2
cipis, & magis proximi in inceſſibus, & aliis actibus, apud Dominum & Principem reputantur digniores. Bald. *d. conſ.* 387. *in pr. lib.* 1. † Amplia in ju- 3
riſdictione magis libera, & amplia; quia qui habet ampliorem juriſdictionem meri & mixti Imperii, dicitur dignior & major. Bald. *d. conſ.* 387. *in pr. ver. præterea notiſſimum, lib.* 1. † Extende, quia is, qui 4
præeſt pluribus & majoribus, dicitur eſſe major, quam is qui præeſt paucioribus & minoribus. Bald. *d. conſ.* 387. *in pr. ver. ſimiliter certum eſt, lib.* 1. † Exten- 5
de ratione Imperii, quia is, qui imperat alteri, dicitur habere majorem dignitatem. Bald. *d. conſ.* 387. *ante medium, ver. item dignior eſt, lib.* 1. † Am- 6
plia, ratione adminiſtrationis, quia major dicitur habens dignitatem cum adminiſtratione, quam ſine; ideo Epiſcopus habens adminiſtrationem dicitur major Epiſcopo titulari & portitivo. Bald. *d. conſ.* 387. *ante mod. ver. item dignior eſt, lib.* 1. † Amplia ratione inſi- 7
gnium, quia illa dicitur major dignitas, quæ honorabiliora inſignia defert, licet iſta inſignia non conferant plenam poſſeſſionem majoris honoris. Bald. *d. conſ.* 387. *circa med. ver. inſignia etiam, lib.* 1. † 8
Amplia ratione ordinis, quia qui præcedit in ordine ſedendo, ſubſcribendo, & alia faciendo, ex prioritate ordinis arguitur majoritas dignitatis. Bald. *d. conſ.* 387. *circa med. ver. quando autem ſunt, lib.* 1. † 9
Amplia ratione ſtipendii, quia habens majus ſtipendium, dicitur habere inter pares majorem honorem, & majorem dignitatem. Bald. *d. conſ.* 387. *circa med. ver. ſtipendia etiam lib.* 1. † Amplia ratione conſue- 10
tudinis, quia de conſuetudine una poteſt eſſe major dignitas, quam alia, quia gradus excellentiam oſtendit conſuetudo. Bald. *d. conſ.* 387. *poſt med. verſ. itaque gradus, lib.* 1. † Extende, quia imo conſuetu- 11
do facit dignitatem, & multum attenditur conſuetudo, an dignitas ſit talis, & an major. Card. Zab. *conſ.* 62. *in pr.* † Amplia ratione majoris beneficii; 12
quia major reputatur dignitas, quæ confertur pro maximo ſervitio & beneficio, quam quæ confertur pro modico beneficio. Bald. *d. conſ.* 387. *poſt med. ver. item* 13
illa eſt major, lib. 1. † Amplia ratione ſubditorum magis nobilium; quia regnum habens magnos feudatarios dicitur nobilitari ex infeudationibus. Bald. *conſ.* 333. *ad intelligentiam ſequendorum, col.* 2. *circa med. ver. item infeudare, lib.* 1. ubi, quod Duces magni habent ſub ſe Comites, & Barones, & quod ille dicatur melior & nobilior, qui præeſt nobilioribus & melioribus. Signo. Homod. *conſ.* 23. *quæſtio diſputata. in pr.* † Extende, quia quanto quis melioribus & majoribus præeſt, tanto major, digniorque eſt. 14
auth. de defenſor. civit. §. nos igitur. Roman. *conſ.* 460. *Illa verba, in fi.* ubi, quod Prætor Florentiæ dignior eſt Prætore Prati; quia præeſt majoribus. † Am- 15
plia, quia prævalet exercitium, & actus potius quam habitus, etiamſi habitus poſſit per caſum deduci ad actum. Zabarel. *d. conſ.* 62. *in primo dubio, in fin.* † 16

Amplia,

Amplia, quia nobilior est, qui disponit, quam qui amplet; & sic qui recumbit, quam ille qui ministrat. Si-
17 gnor. *cons.* 23. *n.* 4. *& seq.* † Amplia, quia prior ordine & sic antiquior in dignitate præferri debet. Signor. *d. cons.*
17 23. *n.* 24. *ver. præterea primatus.* † Amplia; quia præfertur ille, cujus exercitium est magis universale. Si-
19 gnor. *d. cons.* 23. *num.* 28. † Amplia; quia si ordo litteræ præponat unum alteri, præpositus dicitur dignior.
20 Signor. *d. cons.* 23. *num.* 26. † Amplia, quia signa cognoscendi majorem dignitatem in Ecclesia, est sedere prius, subscribere prius, convocare alios, & similia.
21 Card. Zab. *cons.* 30. *num.* 6. *& seq.* † Amplia; quia habens dignitatem a Papa præfertur in pari casu habenti similem dignitatem ab alio. *c. per tuas, de major. & obed.* Deci. *in rubr. de postul. prælat. in princ.* vide Tusch. *Lit. P. verb. Præcedere quis debeat inter plures. concl.* 477. vide eund. *Litt. D. verb. Doctor an præferatur. concl.* 550. ¶

DILATIO.

Praxis Dilationum.

1 Dilatio data ad solvendum purgat omnem moram. Tranched. *cons.* 51. *n.* 19. *& seq.* Tusc. *litt. E. concl.* 193. *num.* 19. & si a Judice denegetur potest appellari. DD. apud Merlin. *ut statim infra n.* 1. Debet dari a Judice debitori etiam hypothecario. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 5. *q.* 166. Statil. *de salv. Interd. inspect.* 5. *c.* 1. *a n.* 45. Rot. post Cenc. *de cens. decis.* 268. *a n.* 2. est arbitraria quoad tempus. Trentacinq. *res.* 1. & habet vim solutionis. Altograd. *cons.* 84. *n.* 75. *lib.* 1 & diximus in verb. *Debitor, & Creditor. a n.* 58. ubi plura.

2 Dilatio est concedenda procuratori in Curia citato, ad hoc ut possit certiorare Dominum de lite particulari sibi mota, ut possit deliberare, & procuratorem instruere. *cap. dilectus.* ubi Host. & Abb. *de proc.* Cassad. *dec.* 1. *de dilat.* Rot. apud Maresc. *lib.* 1. *var. res. cap.* 91. *num.* 15. Limit. primo, si procurator jam habeat mandatum speciale ad procedendum in illa causa. Limit. secundo post lapsum sex mensium a commissa citatione; quia tunc petitio dilationis præsumitur calumniosa. Limit. tertio si principalis fuit citatus per edictum in partibus. DD. *cit.*

3 Dilatio reo regulariter est concedenda ad deliberandum an velit contendere, vel cedere. Limit. primo, si contra eundem jam fuit servatus terminus ad articulandum. Limit. secundo, in reo spoliatore, cui non datur dilatio, licet nondum fuerit probatum spolium. Limit. tertio, quando jam habuit quartam dilationem. *L. ult. ff. de fer.* Mynsing. *sing. obs. cent.* 1. *obs.* 72. Eccles. *obs. for.* 46. *n.* 5. Maresc. *lib.* 1. *var. res. cap.* 91. *n.* 6. Leo *dec.* 120. *n.* 7. & Specul. *tit. de dilat. in princ. n.* 18.

4 Imo dilatio quarta non datur, nisi subsit causa relevans, & Reus juret, illam esse veram. arg. *cap. ultra tertiam, de testib.* Limit. quoad hæredem, vel successorem illius, contra quem fuit cæptum Judicium; quia illi conceditur ulterior dilatio, non expresso, an sit quarta, vel quinta. Maresc. *loc. cit. num.* 14. Limit. secundo, ad opponendum contra jura noviter reperta; quia tunc nova dilatio est concedenda. Crescent. *decis.* 5. *de dilat.* Maresc. *lib.* 1. *var. res. d. cap.* 91. *nu.* 10. Ad se præsentandum debet pro singulis viginti milliaribus dari dies. Eccles. *obs. for.* 46. *num.* 16. Menoch. *de arbitr. cas.* 40. *num.* 4. *L.* 1. *ff. si quis caution.* qui terminus tamen moderari potest arbitrio Judicis juxta qualitatem locorum, & personarum. *DD. cit.*

5 Ubi timetur de calumnia petentis, potest concedi cum impositione pœnæ, ipso facto incurrendæ, nisi causam probavetit. Eccles. *obs. for.* 52. *num.* 16. Asin. *in prax.* §. 20. *cap.* 3. & alii apud eundem.

6 Actori ad se instruendum, non datur regulariter; quia ad Judicium debet venire instructus. Maresc. & Eccles. *ll. cit.* non est danda, si probatio non facit ad casum. *L. properandum. Cod. de Jud.* Eccles. *loc. cit. obs.* 53. *n.* 16. & *obs.* 46. *n.* 4.

7 Est danda non tantum fisco ad probandum delictum, sed etiam Reo ad se defendendum, etiam in delictis exceptis, maxime in ordine ad gaudendum immunitate Ecclesiastica. Mar. Ital. *de immun. Eccles. cap.* 6. Ciarlin. *contr. for. cap.* 20.

8 Dilatio probatoria est moderanda secundum qualitatem personarum, & distantiam locorum. Eccles. *obs. for.* 53. plura invenies passim apud DD. *in tit. de feriis, & Dilationibus.* & DD. *cit.*

DISPENSATIO.

Praxis Dispensationum.

§. I.

Quomodo Dispensatio interpretanda, & qualiter facultas dispensandi?

Incipiendo a facultate dispensandi, si fuit generali- 1
ter concessa, late venit interpretanda, & ad casus etiam extendenda non expressos, qui quoquo modo adaptari illi possunt, licet essent tantum accessorii. Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 2. *n.* 1. *& disp.* 24. *n.* 9. Diana *p.* 8. *tr.* 3. *res.* 42. Pont. *de matr. lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 13. Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 6. *nu.* 73. Pyr. Corrad. *in prax. dispens. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 27. Sperel. *decis.* 112. *num.* 76. Grat. *disc. for. cap.* 278. *num.* 13. *&* 982. *nu.* 2. Justis *de dispens. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 1. & reliqui interpretes *in cap. at si Clerici* §. *de adulteriis, de Judic.* & apud illos alii. Ex qua conclusione

Infertur primo, quod concessa generali facultate le- 2
gitimandi spurios, vel cum illis dispensandi, possit legitimare quoscumque spurios, modo legitimatio non præjudicet tertio, quia est facultas generaliter concessa, nec restricta ad certas personas: ita, data facultate legitimandi ad Ordines, poterit legitimare ad quoscumque, etiam Sacros, & potest dispensare cum natis ex adulterio, licet ex utriusque parentis adulterio nati sint, & potens dispensare in aliquo præciso gradu, uti in secundo, vel tertio affinitatis, vel consanguinitatis, poterit in illa dispensare licet duplicatus sit. Rot. *divers. p.* 3. *lib.* 2. *dec.* 70. Sanch. *d. lib.* 8. *disp.* 24. *nu.* 9. Tusc. *litt. D. concl.* 463. ad *num.* 20. Just. *loc. cit. n.* 8. Pyr. Corrad. *l. c. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 77. non tamen se extendit ad casum seu gradum diversum: & sic potestas dispensandi in secundo, non se extendit, si dispensandi sint in secundo, & tertio; teste Sanch. *loc. cit. num.* 10, sed hodie, teste Pyr. Corrad. *loc. cit. d. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 77. *vers. modernis.* ad evitandum omne dubium, quod in his oriri solet, in his facultatibus expresse conceditur facultas dispensandi cum quibusvis personis, tertio, aut quarto simpliciter, aut mixtim, etiam multiplici, consanguinitatis &c. gradibus conjunctis &c. & potens dispensare in affinitate, poterit etiam dispensare in publica honestate, dummodo semper & in iis casibus, potestas fuerit generaliter concessa, non expressis nominibus dispensandorum.

Limit. I. Si talis potestas tenderet in præjudicium 3
tertii, vel Jurisdictionis alicujus: tunc enim stricte est interpretanda, sive motu proprio Principis, sive ad instantiam partis sit concessa. Rot. post Cenc. *de cens. dec.* 72. *num.* 5. Paris. *de resignat. lib.* 12. *q.* 14. *num.* 12. Grat. *disc. for. cap.* 421. *num.* 42. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 15. §. 1. *num.* 75. Pont. *l. c. lib.* 8. *de matr. num.* 14. Justis *loc. cit. num.* 56. & est tex. *in cap. super eo, de offic. deleg.* & diximus *in prax. clausul. Apostol. num.* 1. quia jus tertii in omni dispositione præsumitur exceptum, & potius rescriptum esse debet frustratorium, quam tertio præjudicare. Grat. *disc. for. cap.* 730. *num.* 31. licet in concessione non adesset clausula „ *sine præjudicio tertii*, quia illa semper subintelligeretur. Barb. *d. claus.* 157. *num.* 1. Vivian. *de Jurepat. lib.* 13. *cap.* 8. *num.* 80. Justis *loc. cit. num.* 60.

Limit. II. ut talis potestas non procedat in iis, quæ 4
sunt de Jure Divino, vel naturali, in quibus ipse Pontifex non solet dispensare; unde habens potestatem absolvendi ab omnibus casibus reservatis, etiam Pontificiis, non potest absolvere ab iis, qui reservantur in Bulla Cœnæ, quia Pontifex has facultates difficile solet dare. *c. si Episcopus.* 2. *de pœnit. & remiss. in* 6. & in potestate dispensandi generali non venit potestas dispensandi super crimine, nec commutandi pœnas. Sbroz. *de Offic. Vicar. lib.* 2. *q.* 37. *num.* 10. Et Pontifex concedens Abbati, quæ competunt Episcopo, non concedit illa, quæ sunt Ordinis Episcopalis. Neque dans facultatem dispensandi super votis, intelligitur dare potestatem dispensandi super voto castitatis, vel Religionis,

quia ardua non veniunt in generali mandato. Neque præsumitur facultatem concedere cum ea plenitudine, quam ipse habet. *cap. dudum, de præb. in 6.* Grat. *disc. for. cap. 891. num. 53.* Sbroz. *l. c.* Justis *l. c. num. 67.* apud quem plura.

5 Limit. III. In potestate ad dispensandum concessa restricta ad particulares personas in commissione expressas; nam tunc erit stricte interpretanda, & tantum valebit, quantum verba sonant. Dian. *p. 8. tr. 3. d. res. 42.* Pont. *loc. cit. num. 15.* Pyr. Corrad. *lib. 1. cap. 5. num. 27. vers. secus vero & lib. 7. cap. 6. num. 77.* Justis *loc. cit. num. 69.* licet talis potestas fuisset concessa ad instantiam delegati dispensaturi; quia gratia respicit dispensandos, & in illorum favorem concessa censetur. Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 28. num. 90.* Pont. *d. lib. 8. cap. 4. num. 16. & 17.* Hinc si in facultate dispensandi concessa sunt expressa nomina personarum, cum quibus est dispensandum, non poterit in mixto gradu dispensari; quia in odiosis mixta non comprehenduntur in simplici. Sanch. *d. lib. 8. c. 24. nu. 5. seqq.* uti, quod fieri debeat mentio hujus mixti gradus, alias gratia erit subreptitia, & Pyr. Corrad. *l. cit.* Justis *loc. cit. n. 72.*

6 Limit. IV. Dum agitur de extendenda facultate ad casum, quem sublata verborum significatione facultas non comprehendit; nam aliud est late interpretari, & aliud ad casum non expressum extendere. *cap. significante. 34. de rescr.* Sanch. *d. lib. 8. disp. 2. num. 2.* nam facultas a Jure concessa tantum extenditur ad similes, vel inferiores casus. Just. *num. 76.*

7 Dispensatio vero stricte est interpretanda. Sanch. *d. lib. 8. disp. 1. num. 3.* Dian. *p. 8. tr. 3. d. res. 42.* Pont. *de matr. lib. 8. cap. 21. n. 2.* Tusc. *litt. D. concl. 464.* Garz. *de benef. p. 1. cap. 6. n. 58.* Pyr. Corrad. *in prax. disp. lib. 1. cap. 5. n. 1.* Sperel. *decis. 112. n. 73.* Just. *lib. 1. cap. 2. n. 2.* ita ut in ea locus non sit argumento a majori ad minus late Covar. *2. p. 4. decret. cap. 8. §. 8. num. 11.* tex. *in cap. qui de non Sacerdotali, de præb. in 6. cap. fin. de translat. Episc.* Differentia est; quia dispensatio, utpote exorbitans a Jure communi, & illud lædens, est odiosa. Sanch. & Sperel. *ll. cit.* Rot. *p. 1. divers. decis. 240. n. 2.* Corrad. *loc. cit. n. 1.* Just. *num. 16.* facultas vero dispensandi soli concedenti præjudicium infert; & cum sit beneficium Principis præter jus concessum, nulli tertio præjudicans, est late interpretanda in iis, quæ vergunt in concedentis præjudicium. DD. *cit.*

8 Ex qua conclusione infertur primo, quod dispensatus ab Episcopo ad Beneficium non intelligitur dispensatus ad Beneficium extra Diœcesin, neque ad Beneficium in Cathedrali. Rot. *in antiq. decis. 45.* Garz. *de benef. l. c. num. 62.* Tusc. *litt. D. concl. 463. num. 1.* Just. *loc. cit. num. 30. & 31.* Neque in loco, ubi Pater idem, vel aliud Beneficium habuit, juxta Concil. Trid. *sess. 25. cap. 15. de reform.* imo dispensatus ad beneficium in Cathedralibus non potest habere in Metropolitanis. Hojed. *de incompat. benef. p. 2. cap. 12. num. 78.* Just. *num. 33.* Neque dispensatus ad quascunque dignitates erit dispensatus ad Episcopatum. Pyr. Corrad. *loc. cit. num. 5.* Justis *numer. 35.* Garz. *d. cap. 6. num. 66.* Hojed. *loc. cit. nu. 77.* Neque dispensatus ad beneficia, si non fuit dictum „ *ad quæcumque*, poterit consequi præbendas, vel alia Beneficia Cathedralis. Garz. *loc. cit. num. 63.* Neque Curata. Garz. *n. 49.* Hojed. *l. c. p. 2. cap. 2. n. 74.*

9 Infertur secundo, quod dispensatus, licet infra annum non promoveatur, nihilo minus possit retinere præbendam, cui ordo Sacer est annexus, non habebit vocem in Capitulo. Barbos. *de Canon. & dignit. cap. 37. n. 13.* Sperel. *decis. 112. num. 28.* Tusch. *d. concl. 461.* Neque dispensatus ad obtinendum Beneficium cujuscunque sit præsentationis, potest provideri de beneficio Juris-patronatus Laicalis; quia non præsumitur Papa velle præjudicare patrono Laico, cum Laici sint potius invitandi, non absterrendi, ut similes fundationes faciant. Vivian. *de Jure patr. cap. 2. lib. 7. nu. 12.* Neque minor annis 20. dispensatus ad Canonicatum potest esse Delegatus Pontificius. Sperel. *loc. cit. num. 29.* Just. *l. cit. n. 40.* Neque dispensatus super residentia potest non residendo percipere distributiones. Sanch. Tusc. & Sperel. *ut sup.* Just. *num. 41.* Neque dispensatus super tertio consanguinitatis erit dispensatus super tertio affinitatis, licet consanguinitas sit fortius vinculum, quam affinitas. Sanch. *lib. 8. disp. 24. num. 19.* Bonac. *de LL. disp. 1. pun. 5. q. 2. propos. un. nu. 8.* Pont. & alii, quos citat, & sequitur Just. *l. c. num. 42.* Et dispensatus ut in eadem Ecclesia possit obtinere duo beneficia, non potest lucrari duas distributiones, si præsens sit. Covar. *lib. 3. var. res. cap. 13. num. 2. & 3.* Monet. *de distrib. p. 2. cap. 4. num. 6.* Riccius *in prax. p. 3. res. 467. n. 8.* Neque dispensatus ad obtinendum censetur dispensatus ad retinendum. Rot. *decis. 233. num. 23. p. 1. divers.* apud Just. *num. 45.* & diximus in verb. *Beneficium. num. 97. circa fin.* Neque dispensatus ad ordines censetur dispensatus ad majores, nisi Pontifex sciret, dispensatum fuisse jam minoribus insignitum, vel adesset particula „ *ad omnes.* gl. *in cap. litteras, de filiis Presbyt. in verb. ordinari.* Pont. *de matr. lib. 8. cap. 21. nu. 5.* Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 1. num. 26.* Dian. *p. 8. tr. 3. res. 36.* Justis *loc. cit. num. 45.* Et illegitimus dispensatus ad ordines non censetur dispensatus ad Beneficium simplex. DD. *mox cit.* & Pyr. Corrad. *loc. cit. c. 5. num. 15.* ubi quod id servetur de stylo Curiæ. Justis *loc. cit. num. 46.* Grat. *disc. for. cap. 397. num. 38.* Thes. *de pœn. Eccles. p. 2. verb. illegitimi. c. 2.* DD. apud Garz. *de benef. d. c. 6. num. 70.* contra Sayr. & alios.

Infertur tertio, dispensationem, utpote odiosam, non esse extendendam, licet major dispensatio esset concessa ea, qua opus est, ita dispensatus, ut possit retinere Beneficium Curatum, non potest virtute talis dispensationis possidere Beneficium simplex. Barbos. *de offic. Episc. alleg. 33. num. 14.* Corrad. *loc. cit. n. 4.* Just. *num. 48.* Neque dispensatus ad Beneficium majus est dispensatus ad pensiones. Rebuff. *in prax. benef. tit. de dispens. ad plura &c. num. 65.* Corrad. *nu. 7.* tex. *in cap. quamvis & cap. cui de non, de præb. in 6.* Neque ad ordines Tusc. *concl. 466. num. 2. litt. D.* Neque dispensatus ad dignitatem, est dispensatus ad Beneficium simplex, vel dispensatus ad Archi-Episcopatum, est dispensatus ad Episcopatum. iidem. 10

Limit. I. jam conclusio, quod dispensatio non est ita stricte interpretanda, ut reddatur inutilis, & illusoria, sed debet extendi ad necessario, & inseparabiliter connexa, sine quibus effectus dispensationis stare non potest. DD. *sup. cit.* Sperel. *decis. 112. num. 19.* Just. *n. 81.* Rot. *decis. 444. n. 27. p. 5. rec. tom. 2.* quare dispensatus super pluralitate Beneficiorum, est etiam dispensatus super residentia. DD. *cit.* glos. *in cap. si quis in clero. verb. solemnibus. 7. q. 1.* Et dispensatio, quod possit quis contrahere cum consanguinea in certo gradu, facit, quod etiam consanguinea sit dispensata ad contrahendum cum illo. Genuen. *in prax. cap. 20. num. 7.* & dispensatus Subdiaconus, ut possit contrahere matrimonium, est etiam dispensatus a recitatione horarum; quia hæc recitatio est annexa non characteri, sed statui. Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 8. n. 11.* Just. *loc. cit. n. 87.* Ita minor 25. annis dispensatus, ut possit obtinere Parochiam, est etiam dispensatus, ne teneatur se facere promoveri infra annum. Sanch. *loc. cit. num. 19. disp. 1.* Sperel. *decis. 112. num. 23.* Just. *n. 88.* Et dispensatus ad Clericatum est etiam dispensatus ad pensiones. Justis *loc. cit. n. 90.* & citat Seraphin. *decis. 1264. num. 2.* Lother. *de re benef. lib. 1. q. 40. num. 143.* quamvis quoad beneficia etiam simplicia contrarium supra dixerimus. Et dispensatus ad Sacerdotium est etiam dispensatus ad ordines Sacros inferiores, & minores. Ita dispensatus ad testandum potest facere plura testamenta, annullatis prioribus. Fachin. *lib. 5. contr. Jur. c. 99.* Sarmient. *de reddit. Eccles. p. 4. cap. 4. num. 3.* Dian. *p. 8. tr. 3. res. 41. vers. hinc infertur.* Sanch. *d. lib. 8. disp. 1. n. 18.* Pont. *loc. cit. num. 4.* Just. *num. 94.* 11

Limit. II. cum dispensatio est super statuto, & per illam fit reditus ad Jus commune; quia talis dispensatio dicitur favorabilis. Sylv. *in verb. privilegium. q. 3.* Pont. & Sanch. apud Just. *num. 95. ll. cit.* 12

Limit. III. cum dispensatio est inserta in corpore Juris; tunc enim debet extendi ad omnes illos casus, in quibus eadem, vel major ratio militat. Sanch. *loc. cit. nu. 7.* & Dian. *uti sup. res. 32. vers. infertur tertio.* Tusch. *litt. D. concl. 465.* Hinc facultas concessa a Concil. Trid. *sess. 24. cap. 6. de reform.* dispensandi in omnibus casibus occultis non deductis ad forum contentiosum, excepta irregularitate ex homicidio voluntario proveniente, extenditur ad Capitulum Sede vacante, & alios Prælatos inferiores habentes Jurisdictionem quasi Episcopalem. Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 2. num. 10.* maxime cum hæc Jurisdictio prædictis competat de jure 13

Ordi-

Ordinario, pro quibus faciunt tradita a Sanch. *loc. cit. lib. 2. disp. 40. num. 14.* & Barbos. *de offic. Episc. alleg. 35. num. 15.*

14 Limit. IV. Cum dispensatio fuit concessa motu proprio; tunc enim late extenditur, non tamen ultra naturam propriam verborum; quia tunc est mera gratia, & liberalitas Principis. Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 1. n. 5.* Pyr. Corrad. *loc. cit. cap. 5. num. 30.* & 31. Garz. *de benef. p. 1. c. 6. num. 64.*

15 Limit. V. In dispensatione debita, vel favorabili, uti cum agitur de publico favore Religionis, vel animæ. Sanch. *d. lib. 8. disp. 1. n. 33.* Sperel. *dec. 112. n. 32.* Just. *n. 109.* & late quando dispensatio dicatur debita, quando vero permissa, & quando prohibita, vide apud Sperel. *decis. 111. an. 5.*

16 Lim. VI. quando minor includitur in majori, & quando casus, in quo dispensatur, expressam continet concessionis rationem: nam cum eadem reperitur ratio, non dicitur fieri extensio, sed declaratio, quod casus includatur. Paris. *de consid. q. 42. n. 26.* Corrad. *loc. cit. num. 23.* Lotter. *de benefi. lib. 2. q. 48.* sic dispensatus in gradu majori, dicitur etiam dispensatus in minori ejusdem generis, uti consanguinitatis vel affinitatis. Et dispensatus ad comedendas carnes, est etiam dispensatus ad lacticinia. DD. *mox sup. cit.*

17 Limit. VII. In casibus a Jure æquiparatis, hinc dispensatus ut possit percipere fructus præbendæ, dum studet Theologiæ, erit etiam dispensatus, si audit Jus Canonicum; quia hæ scientæ in jure æquiparantur. Dian. *p. 8. tr. 3. res. 41.* plura exempla, ampliativa, & limitativa prædictorum, vide apud DD. *cit.*

§. II.

Quis dispensare possit?

18 In primis S. Pontifex, ut est indubitatum, vel dispensative, vel declarative. Et quidem causæ matrimoniales, vel dispensationes in impedimentis matrimonialibus expediuntur aliquando per Cameram, & viam secretam, uti cum personis qualificatis: aliæ expediuntur per officium minoris gratiæ, seu Datariam; aliæ per Cancellariam, aliæ per Secretariam Brevium, & aliæ per Pœnitentiariam. Per Datariam expediuntur dispensationes in remotioribus gradibus, uti in quarto; vel tertio, & quarto ab uno, vel pluribus stipitibus. Per Cancellariam expediuntur litteræ in gradibus propinquis, ut in tertio, & in secundo, & tertio ex uno, vel pluribus stipitibus. Per secretariam Brevium expediuntur dispensationes in gradibus propinquioribus, ut in primo, vel primo, & secundo consanguinitatis, vel affinitatis, vel in primo, & quarto; primo & tertio ab uno, vel pluribus stipitibus. Pyr. Corrad. *in prax. disp. matr. lib. 7. c. 4. n. 6.* Just. *lib. 1. cap. 3. de dispens. per tot.* Per Pœnitentiariam expediuntur dispensationes pro impedimentis occultis, quæ diriguntur Confessario pro foro interno tantum: Et quando aliquot impedimenta sunt publica, & aliquot occulta, pro publicis datur dispensatio vel in Dataria, vel Cancellaria, vel Secretaria Brevium, juxta graduum propinquitatem in utroque foro: pro occultis datur in Pœnitentiaria; & si impedimentum occultum fiat publicum, non prodest dispensatio confessarii in foro externo, & proles habebitur pro illegitima in eodem foro externo. Justis *de dispens. lib. 1. cap. 3. n. 19. & cap. 8. per tot.* ubi late quomodo confessarius delegatus se gerere debeat.

19 Difficultas est, an litteræ Apostolicæ sint necessariæ ad valorem gratiæ? negant Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 29. a num. 2.* Mascard. *de prob. concl. 845. num. 14.* Dian. *p. 8. tr. 3. res. 84.* Paris. *de resign. lib. 8. q. 2. n. 8. & lib. 10. q. 1. num. 3.* Pontius *de matr. d. lib. 8. cap. 15. num. 2.* & alii multi apud Justis *loc. cit. num. 25. & seqq.* quia in solo verbo, vel rescripto Papæ gratia perficitur. Affirmativa est communis, & de stylo Curiæ ob regulas Cancellariæ. Paris. *d. lib. 10. num. 10.* Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 36. num. 12.* quia Cancellaria Apostolica est organum mentis, & vocis Papæ. Paris. *de resign. lib 3. q. 6. num. 3. & lib. 9. q. 26. num. 4.* Garz. *de benef. p. 4. cap. 2. nu. 18.* Vivian. *de Jurepatr. lib. 13. cap. 2. n. 17.* Pyr. Corrad. *in prax. dispens. lib. 2. cap. 3. n. 21.* Just. *l. c. a nu. 34.* Et quod facit Cancellaria, ipse Papa facere videtur. Gomez *in reg. de trien. poss. q. 7. vers. præterea,* & stylus Cancellariæ prævalet Juri communi, ac facit jus. Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gl. 6. n. 210.* Garz. *de benef. p. 1. cap. 5. nu. 87.* tam quia Pontifex non vult præjudicare officialibus, qui emerunt officia. Paris. *de resign. lib. 10. q. 1. num. 15.* Corrad. *lib. 8. cap. 5. num. 15.* Just. *num. 38.* & gratia aliter non conceditur, quam sub conditione, *si litteræ expediantur*, Paris. *d. lib. 10. q. 1. a num. 10.* ubi Bellamer. *cons. 34.* & alii; & quamvis daretur priori opinioni, quod valeat gratia sine litterarum expeditione, tamen ejus effectus, & usus suspenderetur, donec litteræ expedirentur.

Porro dispensationis impetratio prodest etiam ignoranti. Rot. apud Farin. *decis. 34. num. 6. impress. post ejusdem cons. vol. 2.* Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 26. num. 4.* Dian. *p. 8. tr. 3. res. 87.* Pont. *de matrim. lib. 8. cap. 15. num. 3.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gl. 63. num. 16.* Corrad. *lib. 7. cap. 5. num. 101.* & patet *ex cap. si motu proprio, de præb. in 6.* quod non tantum intelligitur de Beneficiis, sed quibuscumque gratiis. Just. *a num. 51.* Sanch. *loc. cit.* ut tamen dispensatus possit uti dispensatione, est necessarium, quod illlam acceptet. DD. *cit.* Imo potest dari etiam absenti, cum sit actus Jurisdictionis voluntariæ, etiamsi sit tantum delegata. DD. apud Pignatel. *tom. 1. consult. 20. num. 3.* ubi Innoc. & Abb. *in cap. per venerabilem, qui fil. sint legit.* Sanch. *loc. cit. lib. 3. disp. 34. num. 2.* 20

§. III.

De nullitate Litterarum.

Ut vero litteræ Apostolicæ valeant, requiritur, quod careant vitio, sub- vel obreptionis. Subreptio dicitur, cum verum reticetur, obreptio, cum falsum narratur. Mascard. *de prob. concl. 1210.* Leo *in thes. for. Eccles. p. 2. cap. 16. num. 12.* Corrad. *d. lib. 7. cap. 4. num. 54.* Just. *l. c. cap. 4. num. 3.* 21

Illarum vero rerum taciturnitas vitiat gratiam, quæ jus exprimi jubet, vel de quibus in Jure decernitur, quod illis expressis Pontifex gratiam non faceret; quia talis præsumitur esse voluntas Principis, qualis est intentio Juris. Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 21. num. 12.* Ludovis. *decis. 163. num. 6.* Tusch. *litt. P. concl. 53. num. 2.* Rot. sæpius apud Just. *loc. cit. num. 6.* Paris. *de resign. lib. 6. q. 2. num. 45.* Farin. *in prax. crim. p. 1. q. 6. num. 48. & consil. 93.* Mascard. *de prob. concl. 846. num. 2.* Menoch. *de arbitr. cas. 201. num. 26.* Dian. *p. 4. tr. 4. res. 53.* Imo etiam taciturnitas illius, quod de stylo Curiæ esset exprimendum, vitiat gratiam; quia stylus Curiæ facit jus, & est pro lege servandus. Garz. *de Benef. p. 1. cap. 5. num. 23.* Paris. *de resign. lib. 10. q. 2. num. 14. seqq.* Sanch. *de matr. lib. 3. disp. 29. num. 17.* Dian. *p. 4. tr. 4. d. res. 53. & res. 135.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gl. 6. nu. 200.* Justis *loc. cit. n. 19.* 22

Obreptio vero, vel falsi narratio vitiat gratiam, sive falsitas contingat circa causam finalem, sive circa impulsivam solam. Barb. *in vot. Canon. lib. 2. vot. 17.* Crescent. *dec. 8. de præb. num. 7.* Mascard. *de prob. concl. 846. num. 1.* Garz. *de benef. p. 6. cap. 2. num. 200.* quia gratia Principis habet in se tacitam conditionem „ *si preces veritate nitantur*, licet expressum non fuerit. *cap. 2. de rescr.* & ibi glos. *verb. conditio.* quod limitatur a præfatis DD. quando falsitas non reddidit faciliorem ad faciendam gratiam, vel si veritas explicita non reddidisset difficiliorem ad dispensandum. Quam sententiam maxime in dispensationibus tuentur etiam Sperel. *dec. 109. n. 38.* Corrad. *in prax. dispens. matr. lib. 1. cap. 1. nu. 10.* & ibi Oldrad. *cons. 256. vers. primum videtur.* Dec. *in cap. cum cessante, de appell.* & DD. quos allegat Sanch. ut infra *nu. 30.* vide DD. *in cit. c. 2. & cap. 20. de rescrip.* Turricell. *de reb. Eccles. non alien. cap. 9. a nu. 25.* Menoch. *de arbitr. cas. 201. num. 22.* & alii, apud quos exempla habere poteris; quamvis contrariam sententiam, quod nimirum sola falsitas in causa finali irritet dispensationem, teneant magni DD. Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 21. nu. 32.* Dian. *p. 8. tr. 3. res. 61.* Cassad. *dec. 12. de præb. nu. 15.* Merlin. Pignatel. *contr. for. cap. 54.* Justis *num. 28.* Laym. *in theol. mor. lib. 1. tr. 4. cap. 22. nu. 22.* P. Pirhing *in lib. 1. decret. tit. de rescr. nu. 103.* At quidquid sit de hac controversa quæstione, hoc unum est, quod in rescriptis maxime dispensationum, si unica ponatur causa, cum Pontifex sine causa dispensare velle non censeatur, 23

tur, ut pate ex clausula apponi solita „ *si preces veritate nitantur* &c. illa sit justificanda, alias gratia erit nulla, & sic illa causa censenda erit finalis, ad notata per cit. Pirhing *nu.* 105. *vers. quod si causa unica*. Sanch. *l. c. n.* 41. Guttierrez *Canon. quæst. l.* 2. *c.* 15. *n.* 103. *seq.* An vero quando plures causæ narrantur, debeant omnes justificari, an vero sufficiat unam justificare, vide cit. Sanch. *a n.* 42. *& DD. cit.* Pont. *de matr. d. l.* 8. *c.* 17. §. *ult. n.* 41. & dicemus infra *n.* 146.

24 Porro qualitates possunt esse in duplici differentia: quædam extrinsecæ, & ad dispensationem non pertinentes de Jure, vel stylo Curiæ; & hæ qualitates non sunt necessario explicandæ, nec earum taciturnitas reddit irritam gratiam, licet Pontifex tali qualitate cognita, non dispensasset, v. g. si orator esset facinorosus, vel si impetraturus Beneficium non narret, quod pro illo concurrat familiaris Papæ; quod si sciret Papa, impetranti non daret, sed familiari: Item si quis fuit factus irregularis ob homicidium commissum contra Sacerdotem, & in dispensatione taceatur qualitas Sacerdotii: Ita si bigamus petat dispensationem, non est necesse, quod narret se ter, vel quater contraxisse. *DD. cit.* & Rot. *decis.* 258. *n.* 18. *p.* 7. *rec.*

25 Intrinsecæ qualitates sunt, quæ pertinent ad id, circa quod fit dispensatio, & quæ de Jure, stylo, vel consuetudine exprimi debent: & hæ sunt probandæ coram Delegato. Sanch. *l. c.* Pont. *l. c. cap.* 17. §. 4. *nu.* 24. Garz. *de benef. p.* 8. *c.* 3. *n.* 25. Just. *loc. cit. nu.* 32.

26 Quær. primo: quid si gratia esset divisibilis, uti cum quis petit dispensationem a voto ob periculum incontinentiæ, quod vere extat, & ab alio impedimento dirimente cum causa falsa, sed sine dolo, ac ignoranter, vitiabiturne tota gratia? Resp. negative, sed in ea parte tantum, in qua fuit allegata falsa causa. *arg. cap. si eo tempore, de rescr. in* 6. Vivian. *de Jurepatr. l.* 14. *c.* 3. *n.* 114. Pont. *l. c. c.* 16. *nu.* 9. Garz. *de benef. p.* 8. *c.* 3. *n.* 16. Dian. *p.* 8. *tr.* 3. *res.* 61. *vers. nec deseram.* quia in separabilibus utile per inutile non vitiatur: Si vero causa falsa fuit allegata dolose ab impetrante, in pœnam malitiæ, tota gratia irritatur. DD. *mox. cit.* & patet *ex d. cap. si eo tempore.* 9. *de rescrip. in* 6. *cap. ex tenore, & cap. super litteris, extr. eod.*

27 Et quamvis taciturnitas veri non vitiet gratiam motu proprio factam, juxta *cap. si motu proprio, de præb. in* 6. tamen si exprimitur falsa causa finalis, sine qua gratia non fuisset facta, irrita est. Menoch. *de arbitr. d. cas.* 201. *n.* 80. Sanch. *de matr. l.* 8. *disp.* 21. *nu.* 47. quia clausula *motu proprio* non firmat gratiam contra mentem concedentis. Michalor. *de fratr. p.* 3. *c.* 25. *nu.* 65. Just. *num.* 41. *cit. cap. si motu proprio*; & vide quæ diximus *in praxi clausul. Apost. n.* 1.

28 Quær. secundo: utrum executor, cui fuit commissa dispensatio, possit procedere ad executionem, si in litteris fuit expressa affinitas loco consanguinitatis? Resp. negative; quia licet oratores nullam commiserint fraudem, tamen executor non potest excedere fines mandati, nec verba Pontificis aliter interpretari, quam sonant. *cap. cum dilecta.* 22. *de rescr.* & licet executori constet de errore scriptoris, tamen ad illum non spectat cognoscere de valore, vel invaliditate litterarum. Pyr. Corrad. *de dispens. l.* 7. *c.* 5. *n.* 71. Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 24. *num.* 19. Rot. sæpius apud Just. *numer.* 45. & ita stylus Curiæ, & faciunt tradita per Covarr. *in* 4. *decret.* 2. *p. cap.* 8. §. *num.* 11. Afflict. *decis.* 320. *num.* 12.

§. IV.

Quænam in specie vitient gratiam?

29 Licet error nominis oratorum non vitiet gratiam, cum constat de persona, cui facta est. Sanch. *de matr. l.* 8. *disp.* 21. *n.* 37. Paris. *de resign. l.* 11. *q.* 6. *n.* 53. Dian. *p.* 8. *tr.* 3. *res.* 63. tamen error in nomine, vel cognomine delegati vitiat. Capon. *disc. for.* 71. ubi Sanch. Pont. & alii; quia non fuit delegatus, nisi qui fuit expressus. Imo etiamsi error in nomine, vel cognomine impetrantis de jure non vitiet gratiam, ut præter DD. *cit.* tenet etiam Justis *d. c.* 4. *n.* 54. Rot. *dec.* 566. *n.* 3. *p.* 2. *rec.* Gratian. *disc. for. c.* 919 *n.* 5. & DD. apud cit. Justis; tamen teste Pyr. Corrad. *d. l.* 7. *c.* 5. *n.* 3. id non procedit de stylo, & praxi Curiæ in dispensationibus, in quarum litteris, si sit erratum in nomine, vel cognomine, non merentur dispensationem, nisi corrigantur, & hoc ad evitandas multas fraudes, quæ alias contingere possunt, nisi error sit verisimilis consistens in mutatione alicujus litteræ, aut Syllabæ; ut si pro *Antonio*, dictum fuerit *Antonino* &c. vide cit. Corrad. ubi etiam, quod si impetrans haberet duo nomina, ut puta *Francisci Antonii*, non vitiaretur gratia, si tantum unum nomen exprimeretur, *ob conf.* Bartol. 179. & Jo. de Anania *conf.* 17. *nu.* 10. & prima sententia etiam limit. quod error in nomine impetrantis, vel cognomine vitiat gratiam, vel dispensationem petitam in forma pauperum, ne detur locus fraudibus. Justis *de dispens. l.* 1. *c.* 3. *n.* 56. Ita licet error in expressione loci, vel locorum regulariter non vitiet, tamen si dispensatio fuit petita cum causa „ *ob angustiam loci*, vel *locorum*, nisi prius error fuerit correctus, illam vitiat. Corrad. *d. l.* 7. *c.* 5. *n.* 30. quia tunc error est in causa finali, & executor debet inhærere stricte verbis litterarum, vel commissionis, nec potest excedere fines mandati, licet Pontifex etiam sub expressione alterius loci, æque facile dispensasset. Paris. *de resig. l.* 9. *q.* 17. *n.* 133. Pyr. Corrad. *d. l.* 7. *nu.* 82. *c.* 6. Rot. apud Just. *nu.* 62. & mentio debet fieri loci originis oratorum, nec sufficit mentio loci domicilii: quod si oratores alibi extra locum originis domicilium contraxissent, id deberet exprimi dicendo, *exponitur pro parte N. & N. ex loco N. Diœcesis N. & in Civitate N. a biennio, & ultra commorantium &c.* vide late Corrad. *loc. cit.* In aliis casibus expressio loci non est necessaria, & de stylo Curiæ sufficit exprimere nomen Diœcesis oratorum, & quidem amborum, & tunc si erratur in nomine Diœcesis oratricis, subreptitia est dispensatio; quia Pontifex intendit committere dispensationem Ordinario oratricis, conformiter Concil. Trid. *sess.* 22. *c.* 5. *de reform.* Sanch. *l. c. n.* 39. Corrad. *l.* 7. *c.* 5. *a n.* 28. *seqq.* Sbroz. *de Offic. Vicar. l.* 2. *q.* 36. *n.* 2. late Justis *l. c. an.* 67. ubi quod talis sit stylus Curiæ.

Qualitas oratorum, uti nobilitas &c. duobus in casibus debet exprimi. Primo si nobilitas est causa finalis gratiæ. Secundo, si nobilitas exprimitur ad evitandam probationem alicujus clausulæ, quæ de stylo Curiæ apponi debuisset, uti clausula „ *Et si extra* „ quæ in nobilibus omittitur, licet sint in secundo, & tertio consanguinitatis, vel affinitatis gradibus, & petatur dispensatio „ *ob angustiam*. Justis *n.* 70. 30

Quær. quid si postquam ob aliquod impedimentum dirimens fuit cum oratoribus ab executore dispensatum, & postmodum illi venerint in notitiam alterius impedimenti prius non expressi? Resp. esse obtinendam a S. Pont. gratiam „ *perinde valere*, narrando quod super alio impedimento fuerint dispensati, juxta praxin, quam dat Justis *n.* 74. Si tamen impedimentum est publicum: nam si esset occultum, recurritur ad sacram Pœnitentiariam. Si vero error fuit commissus in qualitate impedimenti, si fuit expressum duplex impedimentum, cum tantum unicum, & simplex adesset, tunc potest dispensari super illo impedimento, quod adest. dummodo cesset fraus; quia utile per inutile non vitiatur. Pyr. Corrad. *l. c. nu.* 80. Justis *n.* 76. 31

Error, qui fit in expressione graduum, exprimendo majorem pro minore, dummodo sit in eadem specie, non irritat dispensationem; quia eo ipso, quod dispensatur in majori, virtualiter dispensatur in minori, in eodem ordine, & eadem specie. Sanch. *lib.* 8. *disc.* 24. *num.* 17. Pont. *l.* 8. *c.* 17. §. 5. *n.* 31. quia in gradu superiori includitur inferior, & in majori minor ejusdem speciei. Sperel. *dec.* 112. *n.* 16. Rot. apud Justis *l. c. n.* 133. non e converso. 32

Si oratores laborent pluribus impedimentis, quæ non possunt tolli nisi via dispensationis, omnia sunt exprimenda: nam uno sublato, remanet aliud, & dispensatio super uno impedimento non extenditur ad aliud: nec Pontifex censetur sanare defectus, quos ignorat, juxta *cap. si eo tempore.* 9. *de rescr. in* 6. Ludovis. *dec.* 164. *n.* 7. Garz. *de benef. p.* 8. *c.* 3. *n.* 54. Graff. *de effect. Cler. eff.* 4. *n.* 56. Sperel. *decis.* 112. *n.* 23. Ludovis. *dec.* 87. *nu.* 6. Gratian. *disc. for. c.* 96. *num.* 8. Covar. *in* 4. *p.* 2. *cap.* 6. §. 7. *num.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 13. *numer.* 85. Et tunc tot sunt necessariæ dispensationes, quot sunt impedimenta. Rot. apud Justis *loc. cit. num.* 82. Ludovis. *dec.* 87. *num.* 16. Grat. *disc. for. cap.* 33

397. *n.*

297. *nu.* 39. Sperel. *loc. cit. nu.* 24. Et Pontifex tantum dispensat in impedimentis expressis, quod omnino certum est. Put. *dec.* 39. *lib.* 3. & alii apud Justis *n.* 83. Sanch. *loc. cit. n.* 40. apud quos exempla habere poteris.

34 Sed debent ne omnia impedimenta in una supplicatione explicari, vel sufficit, si separatim exponantur? Resp. omnino in eadem supplicatione exponi debere; quia duo fortius ligant, quam unum; & difficilius dispensatur in pluribus, quam in uno Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 13. §. 3. *n.* 92. Suarez *de LL. lib.* 6. *cap.* 24. Sanch. *d. lib.* 8. *disp.* 23. *nu.* 2. Pont. *lib.* 8. *cap.* 17. §. 5. *num.* 25. Dian. *p.* 2. *tr.* 10. *ref.* 39. *& p.* 8. *tr.* 3. *ref.* 25. qui quamvis, jure communi spectato, contrariæ adhæreat, tamen *d. ref.* 39. fatetur, illam esse contra praxim, & stylum Curiæ. Garz. *de benef. p.* 8. *cap.* 3. *num.* 54. *&* 55. & Theologi plures apud Justis *num.* 89. Limita, si impedimenta non se contingant, sed sint diversæ rationis, uti si petens dispensationem super impedimento dirimente habeat etiam votum castitatis, vel Religionis, quia tunc, si adsunt causæ ad dispensandum, vel commutandum, poterit prius peti dispensatio, vel commutatio super voto, & dein super impedimento dirimente. Sanch. Pont. & Garz. *ll. cit.* Navar. *cons.* 12. *de privileg.* Limit. secundo, quando unum impedimentum esset publicum, aliud occultum; tunc enim pro publico recurritur ad Datariam, & pro occulto ad Pœnitentiariam, explicato eidem quoque impedimento publico, super quo Pontifex dispensavit, ut voluit Sanch. *l. c. cit. num.* 7. Justis *l. c. a num.* 103.

35 Neque sufficit exprimere omnia impedimenta, sed si per dispensationem jus tertii lædatur, debet exprimi: quia nunquam Pontifex præsumitur velle derogare Juri tertii, nisi exprimatur. Imo debet etiam oratorum inhabilitas ad contrahendum exprimi, uti si sunt pueri, furiosi &c. aliter dispensatio non valet. *cap. si motu proprio, de præb. in* 6. Rebuff. *in prax. benef. in tit. de dispensat. num.* 10. *fol. mihi* 277. Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 21. *n.* 49. *&* 50. & plures apud Justis *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 110.

36 Qualitas viduitatis non est necessario exprimenda pro valore dispensationis, nisi hæc petatur ob ætatem mulieris; quia ob hanc causam viduis non conceditur dispensatio. Just. *loc. cit. num.* 114. contra Pontium *de matrim. lib.* 8. *cap.* 17. §. *ult. n.* 42. *ad fin.*

37 Porro impedimenta ad dispensationem obtinendam debent explicari singula in propria specie, & gradu, aliter dispensatio non valebit: & ita exprimi debet præcisus gradus consanguinitatis, vel affinitatis, an ex uno communi, vel diversis stipitibus proveniat; quia, quo propinquior est gradus, & quo majora sunt impedimenta, eo difficilior est dispensatio. Sanch. & DD. *cit.* Item an distantia gradus sit in linea recta vel transversali. Item an oratores, qui sunt infra secundum gradum conjuncti distent in gradu inæquali, & fœmina sit propinquior stipiti; quia tunc Papa vel non dispensat, vel difficillime. Justis *l. c. n.* 15. *seqq.* DD. apud Sanchez *cit. disp.* 24. *n.* 5. *seqq.*

38 Si oratores distent in gradibus inæqualibus a communi stipite provenientibus, de stylo Curiæ debet uterque gradus exprimi, ad hoc ut super remotiori dispensetur, & super propinquiori dentur litteræ declaratoriæ, quod ejus distantia non obstet; quæ licet olim non fuerint necessariæ, hodie tamen consuetudine legitime introcta requiruntur, ita ut sine illis matrimonium contrahi non possit, etiam valide, ob declarationem Urbani VIII. apud Barbos. *in votis Canon. vot.* 4. *num.* 16. & Constitutionem Pii V. quæ incipit „ *Sanctissimus*, & quam refert Antonel. ut infra. Pyr. Corrad. *in prax. dispens. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 56. *seqq.* Non quia gradus propinquior obstat matrimonio, sed tantum remotior, qui trahit ad se propinquiorem, juxta Covar. *p.* 2. *cap.* 6. §. 10. *num.* 12. Sanch. *loc. cit. disp.* 24. *a num.* 24. Tusch. *litt. D. concl.* 476. *num.* 2. sed ad tollenda scandala plebis Jus ignorantis. Si itaque narratum fuisset Pontifici, oratores conjunctos esse in quarto, cum essent in tertio, & quarto, aliæ litteræ a Sed. Apost. sunt impetrandæ, ubi datur facultas exequendi priores, ac si in illis de utroque gradu fuisset facta mentio. Et declaratoriæ si desunt, non potest dispensatio executioni mandari: videatur d. declaratio Urbani VIII. apud Just. *lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 41. & ut infra *a n.* 122. & ita servat stylus Curiæ. Corrad. *d. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 56. quidquid in contrarium docent Sanch. Pont. & Genuens. vide etiam Fagnan. *in cap. vir qui, n.* 15. *de consangu. & affin.* Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 8. *cap.* 11. Si vero petatur dispensatio super primo, & secundo a communi stipite, non dantur declaratoriæ super primo, sed dispensatur super utroque. Just. *d. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 127.

Debet etiam, si petitur dispensatio super affinitate, 39
narrari, an hæc oriatur ex uno, vel pluribus stipitibus. Just. *loc. cit. num.* 151. & ut supra memoravimus. An affinitas sit in linea recta, vel transversali; quia facilius in ista, quam in illa dispensatur. An ex matrimonio rato, & consummato, vel ex illicita copula. Just. *nu.* 152. Et super honestate debet exprimi, an oriatur ex sponsalibus, vel matrimonio rato; quia ex matrimonio oritur fortius vinculum. Sanch. *loc. cit. nu.* 26. Just. *n.* 152.

Et licet exprimi debeat, an honestas oriatur ex ma- 40
trimonio, si tamen fuit dictum, quod honestas sit in secundo, tertio, vel quarto gradu, non est opus dicere, procedere ex matrimonio; quia jam satis constat impedimentum honestatis. Sanch. & Just. *ll. cit.* & in hoc impedimento sufficit exprimere gradum remotiorem, etiam sine declaratione *proximiorem non obstare*; quia Bulla Pii V. tantum loquitur de consanguineis, & affinibus. Sanch. Pont. & Just. *ut supra.*

Quid si aliquis habens tantum impedimentum pu- 41
blicæ honestatis ex matrimonio rato, & non consummato cum sorore fœminæ, quam ducere intendit, exponeret, se habere cum illa affinitatem ex matrimonio consummato, valeretne dispensatio? Resp. affirmative; quia in hujusmodi affinitate includitur illa honestas; ergo dum Pontifex vult auferre impedimentum affinitatis, eo ipso tollit etiam impedimentum honestatis. Sanch. *l. c. n.* 38. Pont. *loc. cit. cap.* 17. §. 5. *n.* 30. Just. *num.* 159. Secus si affinitas procederet ex illicita copula, & simul adesset honestas: tunc enim utrumque esset exprimendum. Garz. *de benef. p.* 8. *cap.* 3. *num.* 45. Sylvest. *in verbo matrimonium.* 8. *q.* 4.

Neque est opus exprimere, quoties copula fuerit ha- 42
bita, in affinitate; quia affinitas multiplicatur per diversas personas, non per diversas copulas; & cum multitudo copularum non augeat impedimentum, Pontifex non redditur difficilior ad dispensandum. Dian. *p.* 8. *tr.* 3. *ref.* 58. *ad fin.* Garz. *l. c. n.* 77. Just. *nu.* 162. Sanch. *d. disp.* 24. *n.* 7.

In impedimento cognationis spiritualis debet expli- 43
cari qualitas illius; quia indecentius est contrahere cum filia spirituali, quam cum illius matre; debet etiam explicari, an oriatur ex Baptismo, vel Confirmatione; eum ex illo fortius sit vinculum. Just. *num.* 168. Et qui plures filios alicujus levat ex sacro fonte, vel in Confirmatione tenet, unam tantum contrahit cognationem. Dian. *loc. cit.* Garz. *loc. cit. n.* 78. qui citat declarationem Clem. VIII. dum esset Datarius Sixti V. Ex diversis tamen Sacramentis multiplicatur cognatio, vel si compatres unus alterius filios invicem levant. DD. *cit.*

In dispensatione voti vel juramenti est explicandum 44
primo: an unum fuerit factum dependenter ab alio, & in voto religionis, & castitatis debet utrumque simul explicari. Pont. *lib.* 8. *cap.* 17 §. 4. *nu.* 24. vel prius petere dispensationem a voto Religionis, & postmodum a voto castitatis. Just. *num.* 176. idem dic de impedimento voti, & consanguinitatis, de quo Pontius *loc. cit.* Suarez *de LL. lib.* 6. *cap.* 24. *num.* 4. Secundo debet exprimi, an fuerit factum soli Deo, vel in favorem tertii; quia super hoc difficillime dispensatur. Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 21. *num.* 50. nam nunquam præsumitur, quod Papa velit derogare juri tertii. Just. *num.* 178. Et valebit dispensatio obtenta super juramento, licet non super juramento, sed super voto necessaria fuisset, vel econtra; aut utroque. Sanch. *loc. cit. disp.* 2. *num.* 24. Just. *num.* 180. quia hæc duo æquiparantur: quod tamen verum dicit Sanch. si juramentum sit factum in voti confirmationem, secus vero si independenter ab illo sit emissum; nam tunc erit utriusque facienda mentio, si nempe utrumque adsit; & quamvis ante dispensationem votum sæpius fuerit repetitum, non erit necesse hoc narrare; quia hæc repetitio non auget impedimentum, nec novum inducit. Sanch. *de matr. loc. cit. num.* 25. secus si post executam dispensationem repeteretur. Just. *n.* 182. de reliquo, quando vota sunt plura, & diversa, ita ut unum in alio non includatur, tunc

de omni-

de omnibus eſt facienda mentio, alias diſpenſatio erit ſupreptitia. Sanch. *lib.* 8. *diſp.* 21. *num.* 23. Juſt. *num.* 184. licet votum expreſſum eſſet gravius non expreſſo: ſic Religioſus profeſſus petens diſpenſari ad matrimonium contrahendum, ſi eſſet in ſacris, teneretur explicare profeſſionem, & ordinem Sacrum præciſum. Juſt. *num.* 185. ubi plura.

45 Raptus ſecutus ad finem contrahendi matrimonium cum rapta debet exprimi, an ad dictum finem, vel explendam libidinem fuerit commiſſus, vel facilitandam diſpenſationem in alio impedimento. Sanch. *lib.* 8. *diſp.* 25. *num.* 19. Juſt. *num.* 187. maxime cum in litteris apponi ſoleat clauſula, *dummodo rapta non fuerit.* imo hæc clauſula ſubintelligitur, etiamſi poſita non fuerit, teſte Sanch. *l. c.*

46 Super crimine, an obtineatur diſpenſatio, debet explicari qualitas criminis, an oriatur ex machinatione, vel adulterio, aut utroque; item an ſæpius fuerit patratum; quia tunc Pontifex non præſumitur id genus criminis ſæpius remittere; quia clementia Principis ad peccandum abutens non meretur veniam. Sanch. *loc. cit. diſp.* 22. *num.* 20. Pont. *lib.* 8. *cap.* 17. §. 1. *n.* 8. Dian. *p.* 8. *tr.* 3. *reſ.* 75. dummodo idem crimen fuerit repetitum, ſecus ſi ſemel in machinatione deliquit, & alia vice in adulterio, tunc enim non erit neceſſaria hæc expreſſio. DD. apud Juſtis *n.* 196. & DD. *cit.*

47 Diſpenſatus ſemel ſuper irregularitate ob commiſſum homicidium, ſi perpetret aliud homicidium, & vult diſpenſari, debet prioris diſpenſationis mentionem facere. Dian. *loc. cit. reſ.* 55. Tuſch. *litt. G. concl.* 56. Fragoſ. *de regim. Chriſt. Reipub. p.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 11. §. 3. *num.* 309. DD. apud Sanch. *d. lib.* 8. *diſp.* 22. *num.* 2. *&* 20. Navar. *conſ.* 12. *de privileg.* Covar. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 20. *nu.* 8. ubi etiam DD. Secus ſi plura homicidia commiſit ante diſpenſationem primam; tunc enim ſufficit narrare irregularitatem contractam ex homicidio. Sanch. *de matr. lib.* 8. *d. diſp.* 22. Zerol. *in prax. p.* 2. *verb. irregularitas.* §. 12. Garz. *de benef. p.* 8. *cap.* 3. *n.* 30. Ugol. *de irregul. cap.* 56. Diana *loc. cit. reſ.* 58. Suarez *ut infra nu.* 11. Si vero occiſus erat Sacerdos, & Sacerdoti mentio facta non fuit, ſecundum Suarez *de LL. lib.* 6. *cap.* 24. *n.* 12. & alios, non valet, ſecundum Sanch. *lib.* 8. *diſp.* 21. *n.* 22. Ponr. *lib.* 8. *cap.* 17. §. 4. *n.* 24. Dian. *p.* 1. *tr.* 10. *reſ.* 38. *& p.* 8. *tr.* 3. *reſ.* 51. valet; quia hæc qualitas nec de Jure, nec de ſtylo eſt exprimenda.

48 Sed quid, ſi ſit diſpenſatus, ut poſſit celebrare, præterquam in loco patrati delicti, & delictum fuit commiſſum in Civitate, poteſtne celebrare apud Regulares in ſuburbiis? videtur quod non; quia ſuburbia veniunt nomine Civitatis, & ideo natus in ſuburbiis dicitur natus in Civitate. *L. qui in continentibus. ff. de V. S.* & legatum bonorum, quæ ſunt Romæ, extenditur ad bona, quæ ſunt in ſuburbiis Romæ. *L. cui, quæ Romæ. ff. de leg.* 3. Bal. & Felin. *in cap. Rodulphus, de reſcr.* de quo vide Menoch. *de præſ. lib.* 4. *præſ.* 126. *per tot.* Jo. Andr. *in cap. ſi Civitas, de ſent. excom. in* 6. Tamen Diana *p.* 4. *tr.* 4. *reſ.* 123. tenet, poſſe, *argum. d. cap. ſi Civitas*, & Jura citata procedere tantum in favorabilibus. Bar. & Alciat. *in L.* 2. *ff. de V. S.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 155. *num.* 10.

49 Si vero poſt litteras diſpenſationis a Pontifice impetratas, ante illarum executionem, ſupervenit affinitas matrimonium dirimens, erit recurrendum pro nova diſpenſatione, vel litteris „ *perinde valere*, utrumque impedimentum exprimendo: ſi vero jam erant executæ, & ante matrimonium ſupervenit affinitas, tunc ſufficit obtinere diſpenſationem ſuper hac affinitate, alio impedimento amplius non expreſſo, quia jam fuit ſublatum. Sanch. *lib.* 8. *diſp.* 23. *num.* 4. Juſt. *num.* 200. *lib.* 1. *cap.* 4.

50 Diſpenſatio, in qua non fit mentio matrimonii ſcienter inter gradus prohibitos initi, & ſi fuit conſummatum, ipſius quoque conſummationis, eſt nulla, cum enim Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 5. cum his diſpenſari ſpecialiter prohibeat, Pontifex non præſumitur, id facere velle. ſita Juſtis *l. c. num.* 227. Navar. *conſ.* 5. *num.* 5. *de conſangu. & affin.* Garz. *d p.* 8. *cap.* 3. *num.* 41. Zerol. *in prax. p.* 1. *verb. diſpenſatio.* §. *tertio.* Sanch. *loc. cit. diſp.* 21. *nu.* 15. Diana *p.* 9. *tr.* 7. *reſ.* 36. & alii; Si vero affines, vel conſanguinei contraxiſſent inter ſe cum diſpenſatione, & uno illorum mortuo vellet ſuperſtes diſpenſari ad aliud matrimonium, non erit opus narrare priorem diſpenſationem; quia hæ diſpenſationes ſunt ſuper diverſis matrimoniis. Sanch. *d. diſp.* 22. *n.* 13. Dian. *l. c. reſ.* 55. Juſtis *n.* 201. Ita, obtenta diſpenſatione ad contrahendum cum una conſanguinea, ſi velit diſpenſari ad contrahendum alia, & ita non uti priori diſpenſatione, non tenetur illius mentionem facere. Ita ſi conſtitutus in Sacris, obtenta diſpenſatione, ut matrimonium contrahere poſſit, velit poſtea ducere conſanguineam, aut affinem, non tenetur in hac diſpenſatione facere mentionem prioris, quia ſunt res diverſæ. Sanch. *lib.* 8. *d. diſp.* 22. *n.* 5. Grat. *diſc. for. cap.* 827. *n.* 14. Fragoſ. *loc. cit. lib.* 3. *p.* 1. *diſp.* 6. *n.* 79. apud Juſtis *n.* 204.

Prima ergo diſpenſatio in petitione ſecundæ tribus 51
in caſibus eſt exprimenda. Primo, cum caſus eſt a Jure expreſſus. Secundo, cum mentio prioris eſt neceſſaria, ut Pontifex non ignoret totum impedimentum, ſuper quo diſpenſatio petitur. Tertio, quando per ſecundam diſpenſationem petitur major gratia ſuper eo, ſuper quo quis fuit alias diſpenſatus, ut Pontifex poſſit intelligere qualitatem, & quantitatem gratiæ, v. g. Si Beneficiatus fuit diſpenſatus ſuper reſidentia ad quinquennium cum perceptione fructuum, ſi expleto tempore petit ſuper eadem re aliam gratiam, & diſpenſationem per aliud v. g. quinquennium, debet exprimi prior diſpenſatio, aliter gratia eſt nulla. Jo. Andr. apud Felin. *in cap. pen. de præſcr. num.* 2. quem refert Pontius *d. cap.* 17. *num.* 8. Sanch. Dian. *ll. cit.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 202. *num.* 68. Rot. apud Juſtis *num.* 266. Tuſc. *concl.* 460. *litt. D.* Ita ſi diſpenſatus ſuper voto caſtitatis ducat uxorem, & ſoluto matrimonio velit aliam ducere, tenetur novam diſpenſationem impetrare, & ſimul de jam obtenta mentionem facere. Pontius *loc. cit.* Put. *deciſ.* 246. Menoch. *loc. cit. caſ.* 203. Juſt. *n.* 207. Ita ſi illegitimus diſpenſatus ſuper beneficio velit poſtmodum diſpenſari ſuper pluralitate, debebit de diſpenſatione priori, & illegitimitate facere mentionem. DD. *cit.* quia veriſimile eſt, quod Pontifex conſcius prioris diſpenſationis ſecundam ſit denegaturus. Et debet explicari qualitas illegitimatis, an ſit ſpurius, adulterinus, ſacrilegus &c. Sanch. *lib.* 8. *diſp.* 24. *num.* 3. Pont. *loc. cit.* §. 5. *num.* 25. Covar. *in* 4. *p.* 2. *cap.* 8. §. 9. *num.* 2. Barb. *in vot. Canon. vot.* 58. *num.* 14. Juſt. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 210. Limit. ſi diſpenſationem ſuper illegitimitate jam obtinuerat. DD. *cit.* ſic diſpenſatus cum aliqua limitatione, ſi velit poſtmodum diſpenſari abſolute, tenetur prioris, cum limitatione datæ, mentionem facere. Juſt. *n.* 214.

Nec obſtat valori diſpenſationis, ſi illa fuit prius pe- 52
tita, & denegata; quia nullibi reperitur, denegationem prioris petitionis eſſe exprimendam. Sanch. *loc. cit. diſp.* 22. *num.* 14. Pont. *lib.* 8. *cap.* 17. *n.* 3. Dian. *p.* 8. *tr.* 3. *reſ.* 54. Suarez *de LL. d.* 6. *cap.* 22. contra Menoch. *de arbitr. caſ.* 203. *num.* 6.

Minus obſtabit, quod ſuper eadem fuerit prius alia 53
diſpenſatio obtenta, quæ ex aliqua cauſa fuit invalida; quia poſterior valebit, etiam non facta mentione prioris. Sanch. *loc. cit. n.* 21. Dian. *reſ.* 59. Maſcard. *de prob. concl.* 486. *n.* 22. Tuſc. *concl.* 460. *n.* 3. *litt. D.* quia quod non valet, non præſtat impedimentum. *cap. non præſtat; de R. J. in* 6.

Sed difficultas non modica eſt, an copula inter con- 54
ſanguineos, vel affines præhabita ſit neceſſario exprimenda Pontifici in diſpenſatione obtinenda ſuper impedimento? ſermo eſt de copula perfecta; nam imperfecta non proprie copula, ſed tactus impudicus, & pœnalia ſunt reſtringenda. Dian. *loc. cit. reſp.* 83. Sanch. *loc. cit. diſp.* 25. *n.* 10. contra Garz. *n.* 98. *d. cap.* 3. Item ſermo eſt de copula formaliter inceſtuoſa, hoc eſt, habita cum ſcientia impedimenti, alias certum eſt, non eſſe opus exprimere copulam. DD. *cit.* qui requirunt formalem inceſtum ex utraque parte. Item ſermo eſt de copula habita ante diſpenſationem: nam habita poſt diſpenſationem non eſt inceſtuoſa. Sanch. *lib.* 7. *de matr. diſp.* 67. *n.* 9. *& lib.* 8. *diſp.* 25. *n.* 4. Garz. *de Benef. p.* 8. *c.* 3. *n.* 74. Pyr. Corrad. *in prax. lib.* 8. *cap.* 1. *a n.* 43. Sermo eſt præterea de copula habita non ex animo facilitandi diſpenſationem; nam hæc certo explicari debet. DD. *mox cit.* & Pont. *lib.* 8. *cap.* 17. §. 6. *n.* 32. ſi pro cauſa copula fuit allegata, ſecus ſi alia cauſa fuit propoſita. Navar. *conſ.* 5. *n.* 5. *de conſang. & affin.* Pont. *loc. cit. num.* 32. *in fin.* Dian. *loc. cit. reſ.* 82. Garz. *loc. cit. cap.* 3. *num.* 97. Juſt. *num.* 269. quæſtio ergo eſt de copula ex fragilitate habita ante diſpen-

penſationis litteras obtentas, vel ante illarum executionem? & eſſe exprimendam tenent Franc. Leo. *in theſ. for. Eccleſ. l. 2. c. 8. n. 48.* Garz. *l. c. nu. 30. uſque ad n. 113.* Dian. *p. 4. tr. 4. reſ. 135.* Quarant. *in ſumm. Bullar. verb. matr. diſpenſ. nu. 13.* Sanch. *loc. cit. diſp. 25.* Zerol. *in prax. Epiſc. verbo diſpenſatio.* §. 4. Pyr. Corrad. *l. 8. c. 1. nu. 3.* quia expreſſa copula difficilior eſt diſpenſatio, & datur cum majori compoſitione; tum quia inceſtus eſt impedimentum matrimonii, & ſtylus Curiæ ita obſervat.

Non eſſe exprimendam, ſi alia cauſa allegetur, tenent Navar. *conſ. 1. de conſang. & affinit.* Pont. *l. c.* Dian. *p. 1. tr. 10. reſ. 44. & p. 8. tr. 3. reſ. 81.* Mar. Antonin. *var. reſ. lib. 1. reſ. 112. caſ. 33.* Juſtis *num. 380.* qui hanc in praxi tutam vocat, & veram, & neceſſitas exprimendi copulam nullibi reperitur Jure cauta; & multis hanc defendit uſque *ad numer. 322.* & reſpondet contrariis. Ad primum negat, fieri difficiliorem diſpenſationem, imo fieri faciliorem pro vitandis ſcandalis; & quod expreſſio copulæ faciat creſcere compoſitionem, non pertinet ad cauſam motivam. Ad ſecundum pariter negat, inceſtum eſſe impedimentum, niſi ad ſummum impediens, quod non eſt exprimendum in diſpenſatione; ad tertium, ſtylus Curiæ, cum ſit facti, eſt probandus, & quatenus probaretur, non inducit neceſſitatem Tribunalibus extra Curiam illum ſervandi, niſi talis ſtylus ſit ſcriptus, probatus, notorius, & ſpeciali deciſione, vel declaratione Pontificis confirmatus. Lap. *alleg. 52.* Perez. *de matrim. diſp. 47. ſect. 6.* Dian. *p. 10. tr. 15. reſ. 7.* Gratian. *diſc. for. cap. 236. num. 29.* Juſtis *num. 345.* quia eſt maxime variabilis, & modo albus, modo niger, ſecundum opinionem Datarii, Auditorum Rotæ, & Abbreviatorum. Pariſ. *de reſign. lib. 3. q. 6. num. 24.* Caſſad. *deciſ. 7. num. 4. de reſcr.* ubi vero de ſtylo, ut dictum, conſtaret, utique in iis, quæ dependent a voluntate Papæ, tenemur illum ſequi; nam talis eſt mens Papæ, qualis eſt ſtylus Curiæ, qui non poteſt non eſſe notus Pontifici. Felin. *in cap. in noſtra. num. 19. de reſc.* Caſſad. *deciſ. 12. num. 14. de præb.* Rot. coram Coccin. *deciſ. 328. nu. 2. inter ejus collect.* & ſtylus Curiæ facit Jus. *cap. quam grave, de crim. falſ. cap. ex litteris, de conſtitut.* & quamvis Cævallos *pract. qq. 737. num. 20.* dicat, ſtylum Curiæ non ſe extendere extra Curiam Romanam, hoc tantum procedit in iis, quæ expediuntur extra Curiam, non vein iis, quæ expediuntur in Curia, uti diſpenſationes, & gratiæ Pontificiæ. Jam certum eſt de ſtylo Curiæ diſpenſationes concedi propter anguſtiam, defectum dotis, ſedationem inimicitiarum, extinctionem litium, honoris oratricis reparationem, ſcandalorum vitationem, meritorum remunerationem, ætatem oratricis, & alias: ex his tamen cauſis, ſi concurrant, optio datur omnibus, ut quam volunt explicent, dummodo talis ſit, ut ob illam ſoleat diſpenſatio concedi.

§. V.

Impedimenta Matrimonii, ſuper quibus diſpenſandum.

Antequam ad praxim diſpenſationis ſuper impedimentis deſcendamus, neceſſarium duximus, impedimentorum explicationem præmittere, ſuper quibus diſpenſari ſolet. ideo ſit

CAPUT I.

De Impedimentis Matrimonii in genere.

Supponendum pro certo, impedimenta dirimentia 55
matrimonium poſt Concil. Trid. a ſolo Pontifice conſtitui poſſe, excluſis Principibus Sæcularibus. Patet ex Concil. Trid. *ſeſſ. 24. can. 12.* Dian. *p. 1. tr. 2. reſ. 127.* Gobat. *de imped. matr. caſ. 1. n. 19.* cum enim matrimonii contractus per Chriſti inſtitutionem elevatus ſit ad rationem Sacramenti, res ſacra facta eſt; ergo nullo modo ſubjecta poteſtati Principis ſæcularis. Ex quo Pontius *de matr. l. 6. c. 2. n. 3.* Diana *loc. c.* & alii contra Sanch. & nonnullos alios arguunt, hoc non procedere ſolum ex eo, quod Summ. Pontifex hanc poteſtatem ſibi reſervaverit, ſed ex defectu poteſtatis legem ferendi in hoc Sacramento. Quod tamen limitatur a DD. & ſignanter a Sanch. *de matr. l. 7. n. 5.* circa ſubditos infideles, cum illorum matrimonia non ſint Sacramenta. Imo etiam excluſis Epiſcopis; neque enim Epiſcopus hanc poteſtatem habet de Jure divino, vel humano, juxta Perez. & Coninch. apud Dian. *p. 8. tr. 1. reſ. 76.* Neque de conſuetudine, juxta communem ſententiam, quam docet Laym. Pont. Averſ. Carpenſ. Franc. Lugo. & alii apud Dian. *d. p. 8. tr. 1. reſ. 76.* & licet in contrariam ſententiam iverint Sanch. *de matr. l. 7. diſp. 1. n. 9.* Bonac. *de matr. q. 2. & 3. pun. 1.* & alii, volentes, quod ſpectato Jure divino, naturali, vel Canonico, poſſint etiam Epiſcopi impedimenta dirimentia ſtatuere, tamen teſtantur, hodie non amplius poſſe. videetiam Juſtis *l. 2. c. 1. n. 35.* Et quod S. Pontif. poſſit conſtituere impedimenta dirimentia, eſt omnium Catholicorum vera ſententia, & patet ex Trid. *ſeſſ. 24. can. 4.* & contrarium dicere, eſſet hæreticum, tanquam contrarium *can. 3.* ejuſdem Concil. *ſeſſ. 24.* Sanch. *de matr. l. 7. diſp. 1. n. 2. & l. 8. diſp. 6.* Guttier. *de matr. c. 98. & 122.* Burſat. *conſ. 461. vol. 4.* Rebell. *de oblig. Juſt. p. 2. l. 3. q. 15.* Covarruv. *in 4. p. 2. c. 6. §. 10. n. 16.* quia ſicut quilibet alius Princeps poteſt irritare contractus, ſi non fiant ſub certis conditionibus, & ſolemnitatibus, & hoc quidem dupliciter; primo, mediate, reddendo perſonas inhabiles ad contrahendum; ſecundo immediate, ſcilicet irritando contractum: Ita S. Pontifex poteſt irritare matrimonium. Sanch. *l. c. diſp. 1.* Bonac. *de matr. q. 3. pun. 1.*

Sunt autem hujuſmodi impedimenta in duplici diffe- 56
rentia; ſcilicet dirimentia contractum faciendum, & factum, alia impedientia contractum faciendum, non autem dirimentia jam factum. Dirimentia comprehenduntur his verbis.

Error, conditio, votum, Cognatio, crimen,
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſis affinis, vel forte coire nequibis,
Si Parochi, & duplicis deſit præſentia teſtis,
Raptaque ſit mulier, nec parti reddita tutæ.

CAPUT II.

De Impedimentis in Specie.

57 Quod attinet Impedimentum erroris, dirimit matrimonium Jure naturæ, ut nec S. Pontifex poſſit in illo diſpenſare, niſi partes per novum conſenſum tacite, vel expreſſe ratificent; quia Pontifex non poteſt diſpenſare in iis, quæ ſunt Juris Divini, vel naturalis; cum inferior non habeat poteſtatem in legem ſuperioris: ratio vero eſt clara; quia cum matrimonium non poſſit ſtare, nec de potentia Dei ſine conſenſu mutuo contrahentium, ut tenet Pont. *de matr. l. 2. c. 3. nu. 4.* Sanch. *eod. tr. l. 2. diſp. 26.* Ochagau. *de Sacram. tr. 2. q. 8.* ut patet ex ejus definitione, quidquid in contrarium ſentire videatur Dian. *p. 8. tr. 1. reſ. 82.* cum Tanner. Becan. & aliis; qui novam matrimonii ſpeciem videntur tunc adſtruere, & non illud, quod definitur communiter a DD. qui tamen conſentiunt cum priore ſententia, non poſſe S. Pontificem hunc conſenſum ſupplere, cum auctoritas conceſſa non reperiatur: Errantis vero nullus eſt conſenſus, per nota jura: ergo in hoc impedimento diſpenſari non poteſt.

Impedimentum conditionis, ſcilicet ſervitus ignora- 58
ta ſive ſit abſoluta, ſive diminuta, cum fuerit introductum lege poſitiva Pontificia, ut *in c. fin. de conjug. ſervor.* conſequens eſt, quod eadem auctoritate tolli diſpenſative poſſit, juxta Juris regulam, *per eaſdem cauſas, per quas quid naſcitur, per eaſdem diſſolvi poteſt;* neque quoad hoc eſt inter DD. altercatio: & cum in praxi ſit admodum ratus talis error, non minus ac muſcæ albæ, ideo non diu immoramur.

Impedimentum tertium, eſt votum: ubi notandum, 59

votum

votum castitatis esse duplex, scilicet simplex, & solemne. Illud non dirimit matrimonium contractum, sed tantum impedit contrahendum, hoc vero dirimit etiam contractum. Est autem votum solemne castitatis illud, quod in solemni professione Religionis a Religioso emittitur in manibus Superioris, vel etiam quod, secundum aliquos, a Sacerdote in susceptione ordinum emittitur: & consistit in hoc, quod Ecclesiæ auctoritate statutum sit, nec differt a voto simplici essentialiter, sed tantum accidentaliter, juxta Theologos apud Garz. *de benef. p. 7. cap. 10. a n. 70.*

Quia vero voti hujus solemnitas, uti dictum, descendit a Jure positivo Pontificio, hinc est, quod a Papa super eo dispensari possit, uti sæpius dispensatum reperimus, & quidem ultimo a Sixto V. cum quodam P. Capucino, qui erat ex illustri familia de Giojosa in Gallia, ad conservandum, mediante prole, dominium, seu statum in Religione Catholica, qui alias ob defectum hæredum transiviſſet ad hæreticos; votum enim solemne solo Jure Ecclesiastico dirimit matrimonium, uti diximus supra. Sanch. *de matr. lib. 7. disp. 26. n. 2. & 4. in fin.* Suarez & Theologi passim apud Garz. *l. c. num. 76. & seq.*

Et quamvis juxta dicta votum simplex non sit impe- 61
dimentum dirimens, hoc tamen fallit in voto simplici castitatis, quod edunt Religiosi Societatis Jesu, post Bullam Gregor. VIII. quæ incipit, *Ascendente Domino*, finito biennio novitiatus; quia hoc votum omnino dirimit matrimonium, juxta Suarez *de Relig. tom. 3. lib. 2. c. 6. & 7.* Gobat *de imped. matrim. cas. 6. num. 149.* Tho. Tambur. *de matr. lib. 8. tr. 2. cap. 4. num. 2.*

Impedimentum quartum, est cognatio: cujus triplex 62
cum sit species, de qualibet seorsim aliquid breviter agendum est, omissis quæstionibus speculativam tangentibus, & solis practicis contenti. Cognatio ergo alia est naturalis, alia legalis, alia spiritualis. Prima est conjunctio, seu vinculum duarum personarum descendentium ab eodem stipite per carnalem propagationem. Cognationis naturalis duplex est linea, recta una quæ rursus subdividitur in lineam ascendentium, & descendentium, alia transversalis.

Arbor tertii, & quarti Consanguin. grad.

Joannes
Stipes

1	1
Octavius	Lucas
2	2
Antonius	Marcus
3	3
Stephanus Sponsus	Anna
	4
	Catharina Sponsa.

Arbor quarti Consanguin. grad.

Petrus
Stipes

1	1
Antonius	Franciscus
2	2
Lucas	Joannes
3	3
Maria	Horatius
4	4
Matthæus sponsus.	Joanna sponsa.

Ubi nota, quod semper duæ personæ unum tantum gradum constituunt; juxta *cap. ad Sedem. §. quia vero. 35. quæst. 5.*

Arbor duplicis quarti consang. grad.

Polydorus Stipes		Trojanus Stipes	
1	1	1	1
Joan. Aloysius vir Juliæ	Franc.	Antonius	Julia, uxor Joā. Aloys.
2	2	2	2
Franc. Anton.	Fabritius Vir Portiæ	Portia uxor Fabritii	Fran. Anton.
3	3	3	3
Joan. Baptista	Octavius	Octavius	Joan. Baptista
4	4	4	4
Annibal sponsus.	Portia sponsa.	Portia sponsa.	Annibal sponsus.

Ubi

Ubi vides, quod Annibal, & Portia Sponsi ex linea Polydori sint invicem conjuncti in quarto gradu, similiter etiam ex linea Trojani, cum Fabritius, & Portia fuerint conjuges, & sic Portia Sponsa ex utraque linea, tam Polydori, quam Trojani proveniat: quod itidem contingit in Annibale Sponso, propter conjugium Joannis Aloysii ex linea Polydori, cum Julia ex linea Trojani.

Arbor quadruplicis quarti consanguinitatis gradus.

	Joan. Stipes.	
1	1	1
Joannes Vir Mariæ	Margarita Uxor Antonii	Ludovicus Vir Joannæ
2	2	2
Catharina	Franciſca	Magdalena
3	3	3
Ludovica Uxor Franciſci cum diſpenſatione	Nicolaus	Franciſcus Vir Ludovicæ cum diſpenſat.
4	4	4
Joannes ſponſus,	Maria ſponſa	Joannes ſponſus.

	Franciſcus Stipes.	
1	1	1
Maria Uxor Joannis	Antonius Vir Margaritæ	Joanna Uxor Ludovici
2	2	2
Franciſcus	Ferdinand.	Antonius
3	3	3
Nicolaus Vir Hieronymæ cum diſpenſatione	Franciſcus	Hieronyma Uxor Nicolai cum diſpenſatione
4	4	4
Maria ſponſa.	Joannes ſponſus.	Maria ſponſa.

Joannes & Maria ultimo loco poſiti, ſunt in quadruplici quarto conſanguinitatis gradu, quia Franciſcus, & Ludovica genitores Joannis contraxerunt cum diſpenſatione in tertio conſanguinitatis gradu; & hoc quoad duplicem quartum gradum ex ſtipite Joanne. Similiter quoad alium ſtipitem Franciſcum, ſunt ipſi Joannes, & Maria, in duplici quarto conſanguinitatis gradu; quia Nicolaus, & Hieronyma genitores Mariæ, contraxerunt pariter, prævia diſpenſatione, etiam in tertio gradu conſanguinitatis, vide Pyr. Corrad. *in prax. diſp. lib. 7. cap. 5. num. 89.*

63 Hoc impedimentum cognationis an dirimat matrimonium tantum Jure Eccleſiaſtico, vel etiam naturali, controvertitur inter DD. & communis ſententia eſt, dirimere tantum Jure Eccleſiaſtico, etiam in primo gradu, excepto primo gradu deſcendentium, ut inter parentes, & filios. Dian. *p. 8. tr. 1. reſ. 70.* Perez *de matr. diſp. 28. ſect. 5.* S. Thom. *2. 2. q. 154. a 9. ad 3.* ubi Cajet. Pont. Præpoſ. & alii. Contrarium tenent Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp. 52. n. 11.* Bonac. *de matr. q. 3.* Merat. *eod. tr. diſp. 4. ſect. 7.* Vaſquez, Rebel. & alii.

64 Difficultas hic naſcitur in ordine ad praxin, an ad effectum impediendi matrimonii contrahendi conſanguinitatis præſumatur, vel qualiter probetur, & quidem, an unico teſte, concluſio? ad probandum impedimentum impediens matrimonium contrahendum, unus teſtis ſufficit, & plene probat. Juxta *c. ſuper eo, il. 2. de teſt. & atteſt.* ubi dicitur: quod mulier non eſt conjungenda viro, ſi mater alterutrius eſſe eos conſanguineos fatetur; ſecus ſi matrimonium jam fuit contractum. Idem decidit etiam clare in *cap. præterea il. 2. de ſponſal.* ubi habetur, quod dictum unius aſſerentis impedimentum, uti, quia teſtis habuit copulam carnalem cum ſponſa fui fratris, quam frater intendit ducere, impedit matrimonium, ne deterius quid contingat: ex quibus liquet, unicum teſtem probare plene impedimentum matrimonii in ordine ad illud impediendum. Et ita docet Covar. *in 4. p. 2. cap. 6. §. 10. num. 21.* Abb. *in cap. præterea 2. de ſponſal. & in cap. ſuper eo, de teſtib.* Jaſ. *in L. admonendi. ff. de Jurejur.* Nevar. *in cap. ſacerdotes, de pœnit. diſt. 6.* Sanch. *de matr. lib. 1. diſp. 71.* Alex. de Nevo *in c. cum in tua, de ſponſal.* Guttier. *can. quæſt. lib. 1. cap. 11.* vide etiam quæ tetigimus in verb. *conſanguinitas. n. 6.*

65 Et concluſio ampliative procedit, licet non fuerit citatus, ſed eſſet denunciator, vel ſe offerret ad impedimentum denunciandum, & ad exonerandam ſuam conſcientiam. Item licet teſtis allegaret ſuam turpitudinem, & propterea nollet publice dicere teſtimonium, vel quia etiam timeret præpotentiam contrahere volentium: ut eſt caſus *in d. cap. præterea*; & confirmatur ex doctrina doctorum aſſerentium, quemlibet teneri ſub culpa mortali denunciare impedimentum, licet occultum ſit, & illud non poſſit probare. Guttier. *loc. cit. & de matr. cap. 59.* Sanch. *de matr. lib. 3. diſp. 13. num. 2.* ſed ſi non crederetur teſti tali, nulla eſſet obligatio, utpote ſuperflua: ad quem finem enim obligare aliquem ad teſtificandum, cujus dicto fides haberi non poteſt? Bene verum eſt, quod concluſio procedit tunc, & eo caſu, quando teſtis non tantum denunciat, ſed etiam deponit, dummodo deponat cum juramento; quia teſti non jurato non creditur. *cap. tua.* ibi *ſola teſtimonia. de cohab. Cler.* Joa. Andr. & Hoſt. *in cap. præterea il. 2. de ſponſal.* Abb. *in cap. 1. de conſang. & affin.* Covar. & Guttier. *ll. cit.* & dummodo teſtis deponat, ſe non tantum audiviſſe, ſed certo ſcire; quia alias teſtificans de ſolo auditu, licet cum illo alius teſtis, ſed ſine juramento, diceret, ſe ſcire, non probat. Covar. *loc. cit.* Sanch. *loc. cit. num. 11.* Et ideo plus probat fama, vel unus teſtis juratus, quam duo teſtes, quorum unus dicit, ſe ſcire ex auditu, & alter non juratus aſſerit, ſe ſcire ex vera ſcientia. Abb. *loc. cit.* Maſcard. *de prob. concl. 1035.* Guttier. *loc. cit.* Excipe caſum, quo teſtis deponeret de conſanguinitate; tunc enim ſi deponeret juxta *cap. licet ex quadam, de teſt.* probaret conſanguinitatem. vide late Juſtis *de diſpenſ. lib. 1. c. 6. a num. 412. ſeqq.* hinc eſt.

Concluſio ſecunda: teſtis unus de auditu deponens 66
de conſanguinitate duorum ad impediendum matrimonium inter illos contrahendum, non probat, niſi depoſuerit ſervata forma *d. cap. licet ex quadam.* Anchar. *in cap. 1. de conſang & affinit.* Maſcard. *de probat. concl. 410. num. 7.* Card. & præpoſ. *in d. cap. 1. & in cap. tua nos, eod.* Covarr. *in 4. p. 2. cap. 6. §. 10. n. 21. prope finem.* Abb. *in d. cap. tua nos.* Felin. *in d. cap. licet ex quadam, de teſtib.* Guttier. *loc. cit.* Sanch. *de matr. lib. 1. diſp. 71. num. 11.*

Concluſio tertia, ad dirimendum matrimonium jam 67
contractum, conſanguinitas non probatur niſi per duos ad minimum teſtes idoneos, qui proprio juramento affirment, quod ad ferendum teſtimonium in cauſa ipſa, odio, vel amore, timore, vel commodo non procedant, perſonas expreſſis nominibus, vel demonſtratione, vel circumlocutione ſufficienti deſignent, & ab utroque latere ſingulos gradus clara computatione diſtinguant, & in ſuo nihilo minus juramento concludant, ſe accepiſſe a ſuis majoribus, quæ deponunt; & credere ita eſſe. Nec tales ſufficiunt, niſi jurati deponant, ſe vidiſſe perſonas, vel ſaltem in uno prædictorum graduum conſtituras pro conſanguineis ſe habere. Ita tex. expreſſus *in cit. cap. licet ex quadam, de teſt. & atteſt.* Menoch. *de arbitr. caſ. 243. per totum.* Tuſc. *verb. teſtes. concl. 180. num. 39.* Farin. *de teſt. quæſt. 69. num. 117.* Tiraq. *de retr. lignag. §. 1. gl. 16. n. 1.* Lotter. *de re benef. q. 11. a n. 94.* Gonzal. *in lib. 2. decretal. in cap. licet ex quadam, de teſt.* plura vide apud Juſtis *d. cap. 6. num. 430.* & concorda, quæ ſupra diximus in verb. *Conſanguinitas.*

Ubi obſervandum, quod teſtis ad impediendum ma- 68
trimonium deponens non facit fidem, ſi eſt perſona vilis, quia vilis perſona etiam ad impediendum peccatum, de quo eſt ſermo in *cap. ſuper eo de teſt. & atteſt. & in cap. præterea il. 2. de ſponſal.* non auditur. Panorm. *in d. cap. præterea. & cap. tua num. 7.* niſi factum ſit tale, quod aliter probari non poſſit, niſi per vilem perſonam, *cit. cap. præterea, de teſtib.* Sanch. *loc. cit. num. 12.*

Limit. concluſio prima, quod teſtis unus, etiam de 69
ſcientia, & juratus non probat ad impediendum matri-

monium

monium juratum, vel dissolvenda sponsalia jurata; quia tunc Ecclesia certa esset de perjurio iisdem sponsalibus non impletis, incerta autem de impedimento, & ita quod est tutius, merito eligit, juxta gl. *in cap. super eo, de consangu. in verb. fama. & d. c. præterea*, ubi Abb. & Card. Sanchez tamen *loc. cit. num.* 8. contrariam tenet sententiam tanquam veriorem, & putat, sufficere testem unicum, dummodo sit integer, qualis non erat ille, cujus fit mentio *in d. cap. præterea*: quia allegabat propriam turpitudinem, scilicet copulam cum sponsa, & occulte, nomine suo non publicato. Abb. *in cap. super eo, de consang. n.* 8. *& cap. super eo, de eo, qui cognovit consang. uxor. suæ &c.* Covar. *loc. cit. n.* 22. Mascard. *de prob concl.* 1035.

70 Conclusio quarta: fama probat impedimentum matrimonii ordine ad illud impediendum, ne contrahatur. Ita tex. *in cap. super eo, de consangu.* licet sponsalia fuerint jurata; quia glossa explicat verba illa „ *fide data* „ per juramentum, quasi juramentum, & fides data æquipolleant. Abb. *ibidem.* Anchar. *in cap. præterea il. 2. de sponsal.* & ibi Henricus, Alex. de Nevo, & Præpos. Covar. *loc. cit. num.* 22. Sanch. *loc. cit. num.* 14. Mascard. *de prob. concl.* 1035. dummodo de fama constet Judici publice, & non tantum privatim, sicut etiam rumor legitime probatus eandem facit protionem: differt autem rumor a fama, quod hæc sit, quæ habetur majori parte viciniæ, ille vero sit, quem facit aliqua pars viciniæ, uti tertia, vel qqarta.

71 Bene verum est, quod contra famam debent, & possunt admitti alii testes clarioribus probationibus. gl. *in cap. cum in tua, de sponsal.* ubi Anchar. Abb. Præpos. & Alex. de Nevo, Paris. *cons. 23. vol. 1. & cons. 64. vol. 3.* Navar. *in cap. sacerdos, de pœnit. dist. 6.* & ad probandum contra famam admittuntur etiam consanguinei; imo etiam juramentum contrahere volentium se non esse consanguineos, admitti potest arbitrio Judicis, qui attenta qualitate personarum, id poterit arbitrari. Menoch. *de arbi. Jud. cas.* 243. *& cas.* 454. Mascar. *de prob. concl.* 1035. Sanch. *de matr. lib. 1. disp. 71. n.* 17.

72 Cognatio legalis est, quæ fuit introducta Jure Civili, & reperitur inter adoptantem, & adoptatum, ejusque descendentes usque ad quartum gradum inclusive; sive in infinitum secundum Justis, ut infra *num.* 75. Inter adoptati conjugem, & adoptantem, & econtra. Et inter adoptatum, ac filios legitimos adoptantis. Et hæc cognatio tantum parit impedimentum dirimens inter personas mox enumeratas. Bonac. *de matr. q. 3. pun. 5. §. 3. n.* 5. Sanch. *de matrim. lib. 7. disp.* 63. Tho. Tambur. *de matr. lib. 8. tract. 1. cap. 5. §. 3.* dixi *legitimos* juxta Sanch. *l. c. n.* 30. quamvis contrarium quod nempe hæc cognatio oriatur etiam inter illegitimos, teneat Pont. *de matr. lib. 7. cap.* 41. *nu.* 8. sed Justis *n.* 51. adhæret primæ.

73 Sed quia duplex est adoptio, scilicet perfecta, quæ & arrogatio dicitur, quæ fit, quando adoptatus transit in potestatem adoptantis, sitque ejus hæres necessarius tam ex testamento, quam ab intestato. Alia imperfecta, quando scilicet adoptatus manet sub potestate alterius, uti patris naturalis, & est hæres necessarius solum ab intestato, juxta Sanch. Bonac. & Tambur. *ll. cit.* Gobat. *de imped. matrim. cas. 8. num.* 176. Oritur difficultas, an utraque adoptio, tam perfecta, quam imperfecta pariat impedimentum dirimens matrimonium? in quo dubio, diversæ sunt sententiæ. Sanch. solam docet adoptionem perfectam parere impedimentum dirimens. *l. c. num. 9.* quem sequitur Perez *eod. tract. disp.* 30. *sect.* 2. Coninch. *disp.* 32. *de matrim.* Aversa. *eod. tit. quæst. 16. sect.* 3. ratio eorum est; quia hoc impedimentum, inter alia motiva fuit introductum, ad impediendam fornicationem, quæ solet esse facilis inter commorantes in eadem domo, sed per adoptionem imperfectam non traducitur adoptatus in domum adoptantis, ergo cessat motivum impedimenti: tum quia Jura prohibentia matrimonium sunt odiosa, utpote restrictiva libertatis matrimonii, quod alias est favorabile. Secunda sententia Pontii *de matrim. lib. 7. dict. cap.* 41. quem sequuntur Rebell. Præpos. Hurtad. & alii, docet, matrimonium dirimi tam per adoptionem imperfectam, quam perfectam: quibus accedit Gobat. *de imped. cas. 8. n.* 176. moventur; quia Jura inducunt impedimentum dirimens inter adoptantem, & adoptatum, & non distinguunt inter adoptionem perfectam, & imperfectam: quod autem Jus non distinguit, nec nos distinguere debemus: secundo, licet adoptatus non transeat in potestatem adoptantis, acquirunt tamen illi, quæ amittuntur per emancipationem. Quid dicendum? Resp. licet utraque sit probabilis, prima tamen videtur benignior, & Concil. Tridentino maxime adaptatur, quod ad minuenda peccata cognationis spiritualis, & affinitatis impedimenta reduxit. Et hanc opinionem sequitur etiam Diana *part. 4. tr. 4. res.* 120. qui citat Laym. & alios quibus addo De Justis *de dispens. lib. 2. cap. 6. n.* 56. apud quem plura. Imo ex adoptione imperfecta non tantum non oritur impedimentum dirimens; quia nullum Jus afferri potest, quod inducat hoc impedimentum, sed nec impediens, secundum Ochagau, Tanner. & alios apud Dian. *l. c. vers. non distinam.* sed contrarium defendit Justis *l. c. n.* 59. quando vero finiatur, vide apud Justis *l. c.*

Cognatio spiritualis est vinculum inter plures perso- 74
nas ex regeneratione spirituali, hoc est Baptismo vel Confirmatione orta. Sanch. *de matr. lib. 7. disp. 54. n.* 1. Hæc hodie post Concil. Trid. *sess. 24. de reform. matr. cap. 2.* tantum contrahitur inter sequentes, primo inter Baptizatum, vel confirmatum, & Baptizantem, vel confirmantem, & patrinam, vel matrinam. Secundo inter patrinam, vel matrinam, & patrem, ac matrem Baptizati, vel Confirmati. Tertio inter patrem, & matrem Baptizati, seu confirmati, & Baptizantem, seu Confirmantem. & vide quæ diximus in prax. *Baptismi, & confirmationis*. Ex quibus liquet, hanc cognationem non oriri ex Catechismo. Sanch. *de matr. lib. 7. disp.* 10. *per tot.* Navar. *in man. c.* 12. *a n.* 72. Covar. *de sponsal. p. 2. cap. 6. §. 4. in 4. n.* 11. Ludovic. Beia *in respons. cas. conscient. part. 1. cas.* 16. Guttierez *de matr. cap.* 100.

Præterea hæc cognatio non contrahitur in baptismo 75
domi privatim ministrato, maxime in ordine ad dirimendum matrimonium post Concil. Trid. *loc. cit.* intellige tamen in levante in baptismo privatim ministrato. Sanch. *loc. cit. disp. 62. num.* 14. Justis *de dispensat. lib. 2. cap. 5. num.* 41. & apud illos alii. At in Baptizante aliud est dicendum; qui proinde cognationem semper contrahet, sive baptismus conferatur solemniter, sive privatim, ob jura indistincte loquentia, teste Justis *loc. cit. n.* 40. ubi Sanch. *loc. cit. n.* 10. Navar. *in man. cap. 22. n.* 40. Laym. *in theol. mor. lib. 5. tract. 10. p. 4. cap. 8. qu. 3. n.* 7. & alii, exceptis parentibus in necessitate baptizantibus. *cap. ad limina. 30. qu.* 1. Neque in Baptismo quod solenniter fuit iteratum, uti decidit Rot. Rom. apud Sanch. *l. c. disp.* 62. Ratio est, quia Iura decernunt ex Baptismo oriri cognationem; quia Baptismus est regeneratio; sed secundus Baptismus nec est verus Baptismus, nec regeneratio, tum quia si Baptismus repetitur sub conditione ob dubium validitatis prioris, postquam vero constiterit priorem Baptismum fuisse validum, non contrahetur hoc impedimentum: si vero erit dubium, sive positivum, sive negativum, an primus fuerit validus, non contrahetur ex secundo cognatio, secundum Tambur. contrahetur secundum Sanchez *l. c.* nec si puer domi baptizaretur, & deinde ceremoniæ supplerentur in Ecclesia, hæc cognatio contraheretur. DD. apud Justis *l. c.* Pyr. Corrad. *in prax. dispens. lib. 8. cap. 8. n. 6.* apud quos Sacr. Congr.

Quær. primo, an cognatio spiritualis contracta a viro 76
transfundatur ad uxorem, vel econtra? Resp. quod non. Sanch. *de matr. lib. 7. disp. 54. num.* 11. Coninch. *de sacram. & Censur. tom. 2. disp.* 32. quia hæc cognatio non contrahitur nisi inter personas expressas a Trid. & ita decidit Pius V. in quodam motu proprio edito anno 1566. Sicut etiam non contrahitur inter patrinum, & matrinam.

Quær. secundo an, ut patrini contrahant hanc co- 77
gnationem, requiratur intentio contrahendi compaternitatem? Resp. sufficere intentionem faciendi, quod intendit Ecclesia, vel quod faciunt patrini: quod si nec hanc intentionem haberent, nullam cognationem contraherent. Ratio est; quia obligatio non oritur nisi ex consensu, & baptizans sine omni intentione non contrahit cognationem, & quod hæc intentio sufficiat, est ratio; quia qui vult antecedens, vult etiam consequens illi necessario connexum, & non dependens ab ejus voluntate. vide Sanchez *d. lib. 7. disp. 58. per tot.* & statim infra *n. seq.* & Justis *l. c. n.* 54.

Quær.

78 Quær. tertio, an tactus ad contrahendam cognationem ſpiritualem in patrinis ſit de ſubſtantia? concluditur quod ſic. Caputaqu. *dec.* 246. *p.* 3. Veral. *p.* 1. *dec.* 146. Juſtis *loc. cit. num.* 51. ubi qualis tactus requiratur; & apud Corrad. *loc. cit. num.* 8. ſed quid ſi Patrinus dicit, ſe non habuiſſe animum tenendi inſtar veri patrini, an ſit ei credendum in foro externo? dicendum eſt, non eſſe credendum; quia præſumptio Juris eſt contraria, ut patet *ex cap. per tuas, de prob.* ubi indignum dicitur, ut quod quis ſua voce dilucide eſt proteſtatus, in eundem caſum proprio valeat infirmare teſtimonio: tum quia nemo præſumitur dicere, quod in corde non habet. Menoch. *de præſ. lib.* 6. *præſ.* 35. *nu.* 2. *& lib.* 3. *præſ.* 1. *an.* 36. & in foro externo creditur homini contra ſe, non pro ſe. Abb. & Hoſtienſ. *in cap. veniens, de teſtib.* Sanch. *de matr. lib.* 3. *diſp.* 15. *n.* 9.

79 Quær. ultimo, an hanc cognationem contrahat, qui ſuſcipit per procuratorem? Reſp. nec principalem, nec procuratorem contrahere: non principalem; quia non ſuſcipit perſonaliter: eſt enim actus perſonalis neceſſarius; quia canones inducentes hanc cognationem, uti ſunt verba „ *levat, tenet, accipit, ſuſcipit.* non verificantur per procuratorem; quia non ſuſcipit nomine proprio, nec habet intentionem ſe obligandi ad id, nec eſt deſignatus. Sanch. *ut infra num.* 4. ubi DD. Limit. ſi conſuetudo haberet, quod ſuſcipiens per procuratorem contraheret cognationem; tunc enim illi ſtandum eſſet. Sanch. *de matr. lib.* 7. *diſp.* 4. *&* 60. *num.* 6. plura de hac materia vide apud Juſtis *d. lib.* 2. *tot. cap.* 5. 74

80 Impedimentum quintum, eſt crimen. Et crimen, quod dirimit matrimonium, eſt illud, quod eſt contra fidem matrimonii, & ex quo poteſt timeri conjugis ſive viri, ſive fœminæ occiſio.

81 Hujuſmodi vero crimen, quadruplex eſt. Primum eſt conſpiratio cum occiſione conjugis etiam ſine adulterio, dummodo hæc conſpiratio fuerit facta ab ambobus ſive per conſilium, ſive per mandatum, animo contrahendi matrimonium, & fuerit exterius explicata; quia aliter non poſſet verificari conſpiratio duorum. Pont. *de matr. lib.* 7. *cap.* 45. Sanch. *eod. tr. lib.* 7. *diſp.* 78. *per tot.* Juſtis *de diſpenſ. lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 4. ubi DD. etiamſi mors poſtea ſequatur culpa medicorum, vel negligentia ipſius percuſſi, ut contra Pont. *de matr. lib.* 7. *cap.* 45. *num.* 4. *in fin.* tenet Juſtis *l. cit. num.* 13. modo mandatum non fuerit revocatum in tempore. Juſtis *num.* 6. 75

82 Secundum crimen eſt adulterium cum occiſione ſine mutua conſpiratione, dummodo occiſio fuerit facta ex intentione ducendi adulteram, ſecus ſi fuit facta ex intentione ducendi aliam. Bene verum eſt, quod ſi occiſor vult contrahere cum adultera, in foro externo præſumitur occidiſſe cum intentione ducendi adulteram; nec eſt neceſſarium, quod hæc intentio fuerit manifeſtata adulteræ. Sanch. *de matr. lib.* 7. *diſp.* 78. *num.* 9. 12. *& ſeqq.* Tambur. *eod. tr. lib.* 8. *tr.* 1. *cap.* 6. §. 2. qui citat Averſam *de matr. q.* 18. *ſect.* 4. quamvis contrarium teneat Pont. *eod. tr. lib.* 7. *cap.* 45. *num.* 5. citans S. Thom. & alios. 76

83 Tertium crimen eſt adulterium cum promiſſione matrimonii poſt mortem uxoris; dummodo tam adulterium, quam promiſſio interveniant durante priori matrimonio, etiam ſine machinatione, & dummodo promiſſio fuerit acceptata a parte adultera; quia alias non eſt perfecta promiſſio, ſed potius pollicitatio; & dummodo promiſſio non fuerit ficta. In foro autem externo præſumitur vera; quia nemo præſumitur habere in ore, quod non habet in corde. Præterea acceptatio debet eſſe externa: juxta Sanch. *loc. cit. diſp.* 79. *per tot.* Eſt tamen verum, quod tacens conſentire videtur in favorabilibus, quod favorabile eſſe, certe apprehenditur ab adultera, juxta Coninch. *de matr. diſp.* 31. Hurtad. *de matr. lib.* 1. *difficul.* 2. Rebell. *lib.* 3. *q.* 8. Perez. *de matr. diſp.* 33. *ſect.* 5. Juſtis *l. c. num.* 32. contra Sanch. *l. c.* Bonac. *de matr. q.* 3. *pun.* 6. Caſtro Pal. & alios, putantes non præſumi conſenſum, cum ſimus in nocivis. 77

84 Quartum crimen eſt adulterium cum matrimonio attentato conjunctum, ad quod ſufficit matrimonium attentatum fuiſſe ſolummodo ratum; nec requiritur, eſſe poſtea conſummatum. Sed hic vel maxime venit advertendum in diſpenſationibus non ſufficere exprimere crimen, ſed inſuper eſſe ſpecificandam criminis qualitatem, aliter diſpenſationem fore ſub, vel obreptitiam, ut ſupra diximus. *n.* 45.

Impedimentum ſextum, eſt cultus diſparitas: ubi ſupponendum pro certo eſt, matrimonium inter fidelem, & infidelem eſſe irritum, ſicut etiam inter baptizatum, & Catechumenatum, cum Baptiſmus ſit janua Sacramentorum. Et quamvis in Jure non appareat præciſe, a quo hoc impedimentum fuerit introductum, tamen conſuetudine, & uſu ab Eccleſia recepto fuit approbatum, videri poteſt Pont. *de matrim. lib.* 7. *cap.* 47. *num.* 4. *&* 5. Sanch. *eod. tr. lib.* 7. *diſp.* 71. *num.* 7. Neque in contrarium refert Concil. Chalcedonen. quod permittit contractus fidelibus cum infidelibus; quia quidquid ſit, an ex Jure ſcripto poſſit juſtificari hoc impedimentum, tamen ex Jure non ſcripto ſufficienter probatur, nimirum ex ſupra ſcripta conſuetudine: tum quia Concil. permittit contractus pure civiles, vel etiam ſponſalia de futuro, & non de præſenti, quæ habent admixtam rationem ſacramenti; & contractus, qui habent admixtam rationem ſacramenti, propter ſuam præeminentiam, & dignitatem, non veniunt appellatione cæterorum contractuum. 85

Unde infertur, etiam matrimonium infidelis cum hæretico eſſe nullius momenti, cum hæretici revera ſint ſubditi Eccleſiæ, & ideo veniunt nomine fidelium. Sanch. & Pont. *ll. cit.* 86

Verum non levis difficultas exiſtit, an hoc Impedimentum ſit Juris divini, vel Eccleſiaſtici; refert autem plurimum deciſio hujus quæſtionis pro diſpenſationibus: quia ſi ſit Juris divini, uti aliqui volunt apud Sanch. *loc. cit. num.* 6. non erit diſpenſabile: DD. ergo apud Sanch. nonnulli exiſtimant, hoc impedimentum eſſe introductum Jure divino naturali, & ideo ſemper fore invalidum matrimonium; tum quia Deus, Deuteron. *cap.* 7. interdixit Hebræis commercium cum gentibus ob periculum proximum ſeductionis; tum ex illo Pauli 2. ad Corint. *nolite jugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio juſtitiæ cum iniquitate, aut quæ ſocietas lucis ad tenebras, aut quæ pars fideli cum infideli.* tum quia tale matrimonium adverſatur fini ejuſdem. 87

Verum hæc argumenta nimium probare videntur, nimirum etiam matrimonium Catholici cum hæreticæ, fore invalidum, quod tamen falſum eſſe clare demonſtrat moderna praxis Europæ, in partibus, in quibus adhuc viget hæreſis. Præterea nunquid Joſephus valide contraxit matrimonium cum filiabus Ægyptiacis, & Jacob cum filia Laban. &c. illa ergo probant ad ſummum, illicitum fore hujuſmodi matrimonium Jure naturali, non autem irritum. Bene verum eſt; pacta, quæ ineunt Catholici, etiam tantum per conſenſum, cum hæreticis, ut filius educatur in Religione Patris, ſive vera, ſive falſa, & filiæ ſimiliter in religione matris, eſſe impia, & contra Jus Eccleſiaſticum, quod mandat, ut proles ſequatur conditionem parentis fidelis.

Impedimentum ſeptimum, & octavum eſt vis, & ordo ſacer. De vi, dicemus in praxi *matrimonii*; de ſponſalibus, ubi de metu. Ordinem ſacrum, eſſe impedimentum dirimens matrimonium, nemo Catholicus poſt Concil. Trid. dubitare poteſt. Ita enim definitur *in ſeſſ.* 24. *de matrim. can.* 9. vide Sanchez *eod. tr. lib.* 7. *diſ.* 26. Bellarmin. *in controverſ. lib.* 2. *cap.* 22. Guttier. *de matr. cap.* 94. Azor. *inſt. mor. p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 12. *quæſ.* 1. Tambur. *lib.* 8. *de matr. tr.* 1. *cap.* 9. apud quem Coninch. Reginald. & alii. Limita, ſi fuit per vim collatus, vel infanti, juxta communem apud Sanchez *de matr. lib.* 7. *diſp.* 29. Azor. *tom.* 1. *lib.* 13. *cap. ult. q.* 8. Bonac. *de matr. q.* 3. *pun.* 9. Barboſ. *in collect. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 42. *cap.* 3. Vaſquez *in* 3. *p. diſp.* 246. Dian. *p.* 8. *tr.* 1. *reſ.* 43. apud quem Coninch. Sanch. Suar. Perez. & alii; quia hoc impedimentum Eccleſia non conſtituit, inter invitos ſuſcipientes ordines; cum invitus ſacrorum ordinum characterem non ſuſcipiat. DD. apud Azor. *loc. cit.* ubi etiam pro, & contra diſputat, an id procedat etiam erga ordinatos per metum cadentem in conſtantem virum. Quidquid ſit an infans tunc characterem ſuſcipiat. 88

Præterea ordinatus in ſacris, ſi audet contrahere matrimonium, incidit in pœnam excommunicationis latæ ſententiæ. *Clem. un. de conſang. & affin.* & irregularitatem bigamiæ ſimilitudinariæ, & poſt ſententiam, etiam priva- 89

ptivationem Beneficii, juxta *cap. decernimus dist.* 28. an vero id procedat etiam in contrahentibus ſponſalia de futuro, concorda, quæ diximus in verbo *Conſanguinei. n.* 5. & verb. *Bigamia n.* 5.

90 Impedimentum nonum, eſt ligamen, & hoc impedimentum eſſe de Jure divino, vix eſt, qui dubitet, & patet ex Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. matr. can.* 2. & ex pluribus ſummorum Pont. decretis apud Sanch. *lib.* 7. *diſp.* 80. *numer.* 1. qui id probat etiam ex illo Matth. 19. *quicumque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur*, & ex illo Matth. 19. *erunt duo in carne una.*

91 Eſt etiam de jure divino naturali: & primo quidem quoad pluralitatem virorum reſpectu unius uxoris patet, tum quia eſſet incerta proles, & ſic adverſaretur primario fini; tum quia ex plurium virorum coitu impeditur prolis generatio, quod pariter adverſatur primario fini matrimonii, & docet experientia in meretricibus; tum quia impedit domeſticam communicationem operarum, in ordine ad ſuſtentationem familiæ; tandem, quia non extinguit, ſed accendit libidinem. vide Sanch. *cit.*

92 Deinde quoad pluralitatem uxorum quoad eundem virum; quia matrimonium eſt mutua corporis traditio, ſed quod uni eſt traditum quoad dominium, alteri ſine injuria tradi non poteſt; tum quia vir non tenetur toties reddere debitum, quoties vellet uxor; quia poſſet contingere duas ſimul petere, ergo polygamia adverſatur ſubſtantiæ matrimonii quoad pluralitatem uxorum, licet non adverſetur forte fini illius, ut quia vir poſſet fœcundare plures mulieres.

Et ſi polygamia fuit apud antiquos Patres, illa fuit ex diſpenſatione divina propter neceſſitatem tunc urgentem, quæ diſpenſatio utique erat poſſibilis; cum non adverſaretur primariis principiis Juris naturalis, plura vide apud Sanch. & Tambur. & alios paſſim.

93 Impedimentum decimum eſt publica honeſtas, & hoc impedimentum eſt, quod oritur ex ſponſalibus, vel matrimonio rato contractis cum ſorore, vel fratre illius, cum quo modo contrahere intendis. *cap. litteras, de deſponſ. impub. cap. juvenis. cap. ad audientiam. & cap. ſponſam, de ſponſal. cap. un. eod. in* 6. Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 3. *de reform. matrim.* Sperel. *dec.* 95. *n.* 1. & alii apud eundem.

94 Si oritur ex ſponſalibus per verba de futuro, non dirimit matrimonium niſi in primo gradu, juxta diſpoſitionem ejuſdem Concil. Trid. *loc. cit.* & ut declaravit S. Congr. ſub Gregor. XIII. & Pio V. teſte Gallemart. in d. loco Concilii. Si vero oriatur ex matrimonio rato, & non conſummato, dirimit uſque ad quartum gradum incluſive. Eadem S. Congregatio ubi licet ex matrimonio rato non conſummato non oriatur affinitas, tamen oritur publica honeſtas. Rebell. *de oblig. Juſt. p.* 2. *lib.* 3. *q.* 14. Coninch. *de ſacram. & cenſ. tom.* 1. *diſp.* 32. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 68. *nu.* 11. Guttier. *de matrim. cap.* 103. Navat. *in man. c.* 22. Grilenzon. *conſ.* 30. & patet ex conſtitutione Pii V. quæ incipit „. *ad Romanum Pontificem. anno* 1568. & ſic per Concil. Trid. fuit correctum Jus commune, quoad honeſtatem tantum, quæ oritur ex ſponſalibus de futuro, ut ſcilicet hoc impedimentum non extendatur ultra primum gradum, non vero quoad illam, quæ oritur ex matrimonio rato. Pyr. Corrad. *in prax. diſpenſat. l.* 8. *c.* 7. *n.* 6.

95 Porro hoc impedimentum non oritur ex ſponſalibus quomodocumque invalidis, non tantum ex defectu conſenſus, ſed etiam propter alia impedimenta, uti metus, erroris perſonæ, vel indeliberationis. Trevisan. *dec.* 9. *lib.* 1. Guttier. & Sanch. *ll. c.* Tambur. *de matr. lib.* 8. *tr.* 1. *cap.* 11. §. 2. ubi citat alios. Quamvis enim olim hoc impedimentum oriretur etiam ex ſponſalibus de futuro invalidis, dummodo talia non fuerint ex defectu conſenſus, ut patet *ex cap.* 1. *de ſponſal. in* 6. hodie tamen Concil. Trid. *d. ſeſſ.* 24. *cap.* 3. illud ſuſtulit, ſi ſponſalia fuerint quomodocumque invalida. *DD. cit.* Sicut neque oritur ex ſponſalibus conditionatis ante conditionis eventum, ob conſenſus defectum, qui ſuspenditur, donec conditio fuerit impleta. Sanch. *de matr. lib.* 7. *diſp.* 69. *n.* 2. Coninch. & Guttier. *ll. c.* Adveniente vero conditione enaſcitur etiam hoc impedimentum; quia tunc, cum jam fuerit impleta conditio, ſunt vera ſponſalia. Tambur. *l. c.*

Sed quid, oriturne publica honeſtas ex ſponſalibus 96
invalidis ob defectum conſenſus interni, ſicut ſi fuerint invalida ob alia impedimenta occulta? Reſp. affirmative, & eſt communior apud Sanch. *loc. cit. diſp.* 68. *num.* 14. tum quia Jure antiquo oriebatur ex dictis ſponſalibus hoc impedimentum, juxta *cap. un. de ſponſal. in* 6. ergo multo magis de Jure novo Concil. Trid. quod hujuſmodi impedimentum inſtituit, vel confirmavit ad vitanda ſcandala, quæ certe non vitantur, quando in ſponſalibus ſolum deſideratur conſenſus internus. Juſtis *loc. cit. num.* 14. & 26. Pont. *de matr. lib.* 7. *cap.* 36. *num.* 10. Laym. *theol. mor. lib.* 5. *tr.* 10. *p.* 4. *cap.* 9. *num.* 2. Barboſ. *de pot. Epiſc. alleg.* 51. *n.* 187. ſi impedimentum probari non poſſit. Limit. niſi ſponſalia eſſent adeo clandeſtina, ut non poſſint probari, quod ſi Impedimentum omnino erat occultum, & fuit probatum etiam falſis teſtibus, imo etiam falſo, & ſponſalia erant publica, ortum eſt impedimentum publicæ honeſtatis; quando vero illud impedimentum, quod invalida facit ſponſalia, ſive veris, ſive falſis probationibus, & teſtibus non fuit probatum, ceſſat publica honeſtas. Si vero ſponſalia ſunt omnino clandeſtina, non oritur publica honeſtas. Sanz. *d. diſp.* 69. *num.* 17. *lib.* 7. *circa fin.* ſaltem quamdiu in notitiam non veniunt.

Hoc autem impedimentum eſt perpetuum, & per- 97
ſeverat etiam ſponſalibus ſolutis per mutuum conſenſum. *arg. cap. acceſſit. verb. ſane, de deſponſ. impub.* Sanz. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 68. *num.* 20. Sperel. *dec.* 95. *numer.* 21. qui teſtatur, ita fuiſſe declaratum a S. Congreg. Concil. Bonacina *de matrim. quæſ.* 3. *punc.* 11. quia, uti diximus, hoc impedimentum eſt perpetuum. *cap. ſponſam. de ſponſal.* Sanz. Bonac. & Sperel. *ll. cc.* tum quia hoc impedimentum non ceſſat etiam per alterius ſponſi obitum. Iuxta *cap. ſponſam de ſponſal. cap. ſi quis deſponſaverit, & cap. ſi quis uxorem.* 27. *quæſt.* 2. Sanz. *loc. cit.* Gobat. *de impedim. matrim. caſ.* 15. *num.* 373. Tamburin. *de matrim. l.* 8. *tract.* 1. *cap.* 11. §. 2. *num.* 6. P. Layman *moral. d. tract.* 10. *lib.* 5. *par.* 4. *cap.* 9. *numer.* 3. P. Perez *de matrim. diſp.* 8. *ſect.* 2. Bonacin. *de matrim. quæſt.* 3. *p.* 11. contra Dianam *par.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 222. cui adhæret Juſtis *loc. cit. num.* 53. & 54. Ratio eſt, quia matrimonii impedimenta non dependent a contrahentium voluntate, ſed ab Eccleſia, quæ illa conſtituit, cui ſententiæ ultra declarationem S. Congreg. favet etiam ſtylus Curiæ, teſte Pyr. Corrad. *loc. cit. num.* 14. ubi quod omnes curiales id ſciant; quæ paſſim in hujuſmodi caſibus concedit diſpenſationes, utique non conceſſura, ſi impedimentum fuiſſet ſublatum, cum diſpenſatio neceſſario ſupponat impedimentum; a qua ſententia in praxi non eſt amplius recedendum poſt declarationem S. Congreg. ſub Alexandro VII. quæ emanavit *Anno* 1658. & quam refert Tamburinus *l. c. n.* 8. Leo *in theſ. for. Eccleſ. p.* 2. *c.* 9. *nu.* 92. & ſic hodie ceſſare videtur probabilitas ſententiæ contrariæ, quam docet Pontius *de matrim. l.* 7. *c.* 36. Barb. *in Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 3. *num.* 8. & aliis: & ſic dum petitur diſpenſatio, eſt facienda mentio hujus diſſolutionis. Corrad. *n.* 25.

Accedendo nunc ad ſecundum caput, ex quo ori- 98
tur publica honeſtas, ſcilicet matrimonium ratum; ex hoc ſemper oritur publica honeſtas, licet matrimonium ſit invalidum ex quocumque defectu, vel impedimento, dummodo non ſit invalidum ex defectu conſenſus, uti declaravit Pius V. *in quodam motu proprio* qui incipit, *ad Romanum ſpectat.* apud Sanz. *loc. cit. diſp.* 70. *num.* 5. Corrad. *in prax. diſpenſat. lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 6. Juſtis *eo tract. cap.* 8. *lib.* 2. *num.* 12. Sperel. *deciſ.* 95. *num.* 1. ubi late, & quomodo probentur ad hunc effectum ſponſalia. Vel conſenſus non fuerit metu gravi, & injuſte extortus, vel non fuerit clandeſtinus ob non ſervatam formam Concil. Trid. quia talis conſenſus eſt nullus. Verum non deſunt multi, qui defendunt, naſci impedimentum publicæ honeſtatis ex matrimonio rato, quando etiam eſt nullum ob conſenſum nulliter præſtitum, puta ob non ſervatas ſolemnitates Concil. Triden. *ſeſſ.* 24. *c.* 1. *de reform. matrim.* Ita Pontius *de matrim. l.* 7. *c.* 35. *n.* 5. Perez *eodem tract. diſp.* 32. *ſect.* 3. Averſa *de matrim. quæſt.* 17. *ſect.* 5. Hurtadus & alii apud eundem Perez *l. c.* qui teſtatur, ita fuiſſe declaratum a S. Congreg.

Con-

Concluſio vero procedit etiam in matrimonio conditionali purificata conditione, ſecus dum conditio eſt in ſuſpenſo. *DD. ſup. cit.* quibus adde Tamburin. *l. c.* §. 3.

99 Sed quæres an ex matrimonio rato invalide contracto oriatur hoc publicæ honeſtatis impedimentum diſſolvens priora ſponſalia valida? v. g. contraxiſti prius valide ſponſalia de futuro cum Berta, poſtea contraxiſti ſponſalia de futuro aut etiam de præſenti cum Caja ejus ſorore, & ita invalide, non tamen conſummaſti, poſtea vis fidem ſervare Bertæ, & cum illa contrahere matrimonium de præſenti, quæritur, an valide poſſis? & Reſp. affirmative, quia hoc impedimentum non agit in præteritum, uti conſanguinitas, aut affinitas, ſed tantum in futurum. Sanch. *de matr. d. lib. 7. c. 68. n. 4.* Sperel. *d. deciſ. 95. n. 24. verſ. non etiam.* Juſtis *d. lib. 2. cap. 8. n. 48.* Navar. *in man. cap. 22. num. 57.* & alii; & conſtat ex *cit. cap. un. de ſponſal. in 6.*

100 Alios caſus, in quibus ex ſponſalibus non oritur hoc publicæ honeſtatis impedimentum, vide apud DD. cit. & ſignanter apud Pyr. Corrad. & Juſtis *ll. cit.* inter quos unus eſt, quando quis ſponſalia contrahit ante legitimam ætatem in illis requiſitam, niſi malitia ſuppleat ætatem. Item ſi fuerint contracta poſt votum ſolemne caſtitatis. Item ſi ſint contracta cum perſona incerta. Item ſi fuerint conditionata, ante eventum conditionis, niſi conditio ſit turpis, aut impoſſibilis, quæ favore matrimonii habetur pro non adjecta. Item ſi ſint contracta a parentibus nomine filiorum abſentium, donec ſponſalia ratificent, vel niſi fuerint præſentes, & non contradixerint &c. de quibus, & aliis caſibus vide fuſius apud *DD. cit.*

101 Et cum difficilius diſpenſetur in publicæ honeſtatis impedimento orto ex matrimonio rato, quam ex ſponſalibus de futuro, ideo id in ſupplicatione exprimendum, an nempe oriatur ex matrimonio, an ex ſponſalibus, ut ſupra *n. 39. ſeq.*

102 Impedimentum undecimum eſt affinitas, quæ Affinitas eſt propinquitas duorum orta ex copula licita vel illicita; eoſdem habet gradus, quos conſanguinitas; etenim perſona addita per carnalem copulam mutat genus non gradum attinentiæ. ita Sanz. *de matrim. lib. 7. diſp. 64.* Petez *eodem tract. diſp. 31. ſect. 2.*

103 Hæc, ſi fuit orta ex copula illicita hodie (quidquid fuerit de jure antiquo) dirimit matrimonium contrahendum tantum uſque ad ſecundum gradum incluſive, juxta Conc. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 4. de reform. matrim.* quod confirmavit conſtitutionem Innoc. III. *in cap. non debet de conſanguin. & affinit.* & prout declaravit S. Congr. quam refert Gallemart. in Concil. Triden. *loc. cit.* & tenent Gutierez *Can. quæſt. lib. 2. cap. 15.* Sanz. *de matrim. lib. 7. diſp. 67. nu. 4.* Coninch. *de ſacram. & Cenſur. tom. 2. diſp. 32.* Tambur. *de matr. lib. 8. tr. 1. cap. 12. §. 1.* & ita declaravit Pius V. *in quodam motu proprio*, qui incipit, *ad Romanum, anno 1566.* Et in hac affinitate ex copula fornicaria attenditur gradus remotior, qui trahit ad ſe proximiorem, & ita valide contrahunt exiſtentes in primo, aut ſecundo & tertio. Pyr. Corrad. *in prax. diſpenſ. lib. 7. cap. 2. n. 28.* Et quod ex copula fornicaria jure naturæ oriatur affinitas, docet Rebellus *de Juſt. oblig. p. r. 2. lib. 3. quæſt. 15.* Sanz. *de matrimon. lib. 7. diſp. 66.* Coninch. *loc. c. diſp. 32.* quamvis juxta cit. Sanch. *n. 4.* in nullo gradu matrimonium dirimat Jure naturæ, ſi nempe ſit ex copula fornicaria; & *cap. 65. n. 9.* ubi quod affinitas ex copula fornicaria non ſit naturalis, quod intellige in ordine ad impedimentum. Laym. *ut infra cap. 6. n. 6.*

104 Difficultas eſt, an hæc affinitas, orta ex copula fornicaria, habita in infidelitate impediat matrimonium contrahendum poſt Baptiſmum? & quidem negativam tenent Henriquez *in ſumma lib. 12. c. 1. & 3.* Sanch. *de matr. lib. 7. diſp. 65. n. 11.* quibus favet Dian. *p. 3. tr. 4. reſ. 262.* quia cum hoc vinculum non ſit naturalis, ſed poſitivi Juris, ut ſupra diximus, & Juſtis *de diſpenſ. lib. 2. cap. 7. n. 48.* non contrahitur tempore infidelitatis: quia Eccleſia non habet Juriſdictionem in non baptizatos. *DD. cit.* quibus adde Rebell. & Coninch. *loc. cit.* Laym. *mor. lib. 5. tr. 10. p. 4. cap. 6. num. 6.* Tamburin. *loc. c.* §. 2. *n. 2.*

105 Alia difficultas eſt, an affinitas extinguatur extincta illa perſona, per quam, vel propter quam orta fuit? Reſp. quod licet de Jure Civili extingui teneant aliqui ex Legiſtis. arg. *L. cui eorum. §. affinitates.* Ubi *de poſtulando.* Ciarl. *cap. 170. lib. 2. controv. forenſ. num. 1.* & quidquid ſit quoad alios Juris effectus, tamen quoad impedimentum matrimonii non extinguitur. gloſ. *in d. L. cui eorum. §. præſentes.* Sanch. *loc. cit. diſp. 64. num. 2.* tex. *in cap. fraternitatis. 35. qu. 10.* Tamburin. *l. c.* §. 1. *num. 8. & 9.* Juſtis *de diſpenſ. lib. 2. cap. 7. n. 21.*

Affinitas orta ex copula licita, dirimit matrimonium 106
uſque ad quartum gradum incluſive; quia quoad hanc nihil immutavit Concil. Trident. & caſus non exceptus manet ſub diſpoſitione Juris communis. Et hæc affinitas durat etiam mortuo illo, vel illa, cum qua orta eſt, ut mox ſupra diximus; Contrahitur etiam inter conſanguineos illius, propter quem orta eſt, etiam poſtea tantum natos; quia copula, quæ fuit fundamentum affinitatis, revera præceſſit, nec eſt neceſſe, quod perſeveret. Tambur. *de matr. d. lib. 8. tr. 1. cap. 12. §. 1. n. 8. 9. & 10.*

Superveniens matrimonio jam contracto, non diri- 107
mit illud; quia non debet eſſe in poteſtate malitioſi contrahentis dirimere matrimonium, ne fraus ſua alicui patrocinetur; tum quia matrimonium eſt vinculum indiſſolubile, quod facto hominis ſolvi non poteſt. Sanch. & Tambur. *ll. cit.* Bene tamen impedit uſum matrimonii, & facit, ne conjux nocens a conjuge, etiam innocente, debitum petere poſſit, ſine diſpenſatione illius, qui auctoritatem habet diſpenſandi. Sed hic ſubintrat illa agitata a DD. quæſtio, quæ etiam ad ſacrum Pœnitentiariæ forum deducta, integra, & indeciſa remanſit, teſte Navar. & Pontio infra citandis, an nempe maritus poſſit petere debitum, ſi adulterium commiſit cum conſanguinea uxoris ſuæ ultra ſecundum gradum, puta in tertio, aut quarto? & affirmative reſpondet Tamburin. *l. c. q. 12. §. 3. nu. 3.* Laym. *in Theol. mor. lib. 5. tr. 10. p. 4. cap. 5. n. 3.* Sanch. *de matrim. lib. 9. diſp. 27. n. 14.* Pont. *eod. tr. lib. 7. cap. 33. n. 6.* Garz. *de benef. p. 8. cap. 3. n. 75. & 76.* Juſtis *l. c. n. 72.* Navar. *lib. 4. conſ. 3. de conſangu. & affin. n. 3.* & apud illos alii, & Sacr. Cong. declar. quia cui conceditur id, quod eſt majus, conceditur etiam quod eſt minus, & in conſequentiam venit; cum autem inceſtuoſus iſte non impediretur contrahere cum præſenti uxore, neque debet impediri uſus matrimonii contracti. Sed negativam tenent multi apud *cit.* DD. Comitol. *lib. 1. quæſt. mor. quæſt. 138. num. 2.* Angles. 1. *part.* Flor. *de matrim. quæſt. 14. de imped. affin. art. 1. ante primam diffic. immediate.* & alii; quia Concil. Trident. *loc. cit.* loquitur tantum de affinitate in ordine ad impedimentum matrimonii, non vero in ordine ad petitionem debiti; cum ergo ſimus in correctoriis, & exorbitantibus a Jure, non eſt facienda extenſio; & quia etiam hæc prohibitio petitionis debiti non provenit abſolute ex affinitate. Et hanc probabilem vocat Ledeſm. *de matrim. q. 55. art. 3. dub. 4.* ſed ſi vera eſt declaratio Sac. Congr. illi ſtandum erit.

Quamvis vero conjux nocens petere non poſſit de- 108
bitum, reddere tamen valebit innocenti, ne quis alterius odio prægravetur, & ferat pœnam culpæ alienæ, cum pœnæ ſuos debeant tenere authores. *cap. diſcretionem, de eo, qui cogn. conſ. uxor.* Limit. primo, ſi uterque conjux fuit complex delicti. Tambur. *in Decal. lib. 7. cap. 4. §. 2.* Juſtis *l. c. n. 79.* Limit. ſecundo, ut mulier vi oppreſſa non privetur Jure petendi debitum; quia cum culpam non habeat, neque pœnam meretur, & affinitas ſuperveniens impedit uſum matrimonii in pœnam peccati. *cit. cap. diſcretionem.* Sanch. *de matrim. lib. 9. diſput. 31. num. 1.* Pont. *eod. tr. lib. 1. cap. 7. num. 6.* Limit. tertio, ſi vir, vel mulier ex metu gravi cogitur talem inceſtum committere; quia licet talis metus non excuſet a peccato; quia ille non excuſat a præcepto negativo, tamen excuſat a tali pœna, quæ non præſumitur ab Eccleſia in tali caſu infligi. Diana *ut infra.* Bonac. *de matr. quæſt. 4. pun. 2. num. 5.* ſed contrarium tenet Pont. *l. c. n. 6.* Juſtis *l. c. n. 82.* Sanchez *l. c. num. 4.* & apud illos alii. Quod ab aliquibus extenditur probabiliter etiam ad ignorantiam tam facti, quam Juris, etiam pœnæ; dummodo non ſit affectata. Sanch. *l. c. diſp. 32.* & plures apud Dian. *p. 11. tr. 5. reſ. 38.* & quod tunc non incurratur impedimentum probabilius etiam judicat Juſtis *l. c. n. 74.* ubi late.

109 Affinitas autem, ut dictum eſt ſupra *num.* 102. eoſdem habet gradus, quos conſanguinitas; affinitas enim nullos habet gradus, ſed regulatur prout in conſanguinitate; quia quoto gradu ſum ego Antonio conſanguineus, toto gradu ſum Antonii uxori affinis, cujus arborem præ oculis pono.

Arbor Affinitatis in quarto æquali.



Arbor Affinitatis in ſecundo gradu ex uno, & ſecundo & tertio ex alio ſtipite.



Et ſic quoto gradu diſtabat defunctus Octavius a Franciſco Sponſo, toto gradu ab eo nunc diſtat Berta Octavii defuncti uxor, quæ ex linea Petri, ut ex arbore apparet, eſt in ſecundo, & tertio affinitatis gradu conjuncta, & ex linea Chriſtophori, in ſecundo æquali gradu diſtat; & ſic ex duplici linea, quod proinde in litteris exprimendum erit, alias diſpenſatio erit ſubreptitia.

110 Porro facienda etiam erit mentio, an affinitas procedat ex copula licita vel illicita, & hoc de ſtylo Curiæ Romanæ, quia quando ſimpliciter loquitur de affinitate, intelligitur de illa, quæ orta fuit ex copula licita, niſi aliud exprimatur. Ita Pyr. Corrad. *d. lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 13. *ad fin.* Juſtis *l. c. n.* 94. quia delicta non præſumuntur. *L. merito. ff. pro ſocio.* Sanch. *de matr. lib.* 8. *d ſp.* 24. *n.* 36. Covar. *in* 4. *p.* 2. *cap.* 6. *n.* 5. Rebuff. *in prax. benef. reg. de diſpenſat. in grad. prohib. gl ſ.* 4. *pag. mihi* 429. ubi quod in diſpenſatione affinitatis ex copula illicita nulla ſolvitur compoſitio, ſed dantur litteræ clauſæ, & tantum taxantur quoad expeditionem, ac ſi eſſent apertæ.

111 Hæc vero affinitas ſive ex copula licita, ſive illicita non contrahitur, niſi inter conſanguineos unius conjugis cum altero conjuge & econtra; non vero inter alios, cum affinitas non pariat affinitatem: hinc eſt, quod conſanguinei mariti non fiant affines conſanguineis uxoris, nec vice verſa; & ideo duo fratres poſſunt ducere duas ſorores: pater ſponſi, matrem, aut filiam ſponſæ; & ſic de reliquis, quod vide apud Juſtis *l. c. n.* 24. *ſeqq*

112 Impedimentum duodecimum eſt impotentia; nam impotentia coeundi dirimit matrimonium de Jure naturæ, & non tantum Jure poſitivo; quia nemo poteſt tradere dominium ſui corporis ad illum uſum, qui eſt impoſſibilis, ut patet ex tot. tit. *de frigid. & malef.* Neque iuſte infertur, ſterilitatem, hoc eſt impotentiam generandi fere impedimentum dirimens; quia differentia in eo verſatur, quod impotentia non tantum reddit impoſſibilem finem primarium, ſed etiam ſecundarium, ſcilicet remedium concupiſcentiæ; ſterilitas vero, eſto redderet impoſſibilem finem primarium, ſcilicet prolis generationem, tamen relinquit finem ſecundarium. Sanch. *de matr. loc. c. d. lib.* 7. *diſp.* 92. *n.* 26. DD. apud Juſtis *lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 3.

Quæ licet vera ſint, tamen impotentia ſuperveniens 113
matrimonio legitime contracto, illud non dirimit; quia matrimonium ſemel validum, invalidum reddi nequit. Eſt enim vinculum indiſſolubile, & patet *ex cap. hi qui.* 32. *q.* 7. Sanch. *de matr. lib.* 7. *diſp.* 102. & DD. apud Gobat *de imped. matr. caſ.* 17. *n.* 422.

Sed ſciendum, quod impotentia hæc, eſt in duplici 114
differentia: nam alia eſt abſoluta, quæ ſcilicet omne, & quodcumque matrimonium impedit, & cum omnibus: alia reſpectiva, quæ impedit tantum matrimonium cum aliquibus, ſcilicet cum illis, cum quibus eſt impotentia. Sanch. *de matrim. d. diſp.* 92. ubi alii. Et probatur ex tot. tit. *de frigid. & malef.* dummodo impotentia ſit perpetua: oritur autem ex diverſis cauſis, quæ videri poſſunt apud Gobat. & Sanch. *ll. cit.* & maxime ex averſione, quam quis habet a ſuo conjuge ob ejus deformitatem, taliter, ut cum cogitat de copula, totus frigeſcat, dummodo talis averſio ſit inemendabilis, vide etiam Bonac. *de matrim. q.* 3. *pun.* 13. Nec refert, licet poſſit per miraculum auferri, vel per miraculum fuerit ablata; quia miracula non ſanant nullitatem matrimonii. Lim. ſi per ordinarios exorciſmos maleficium fuit ablatum. *cap. fraternitatis de frigidis.* ubi Abb. *n.* 6. Laym. *lib.* 5. *tract.* 10. *par.* 4. *cap.* 11. *n.* 1. *corol.* 2. Bonac. *l. c. n.* 4.

Et cum dixerimus, matrimonium dirimi ob impo- 115
tentiam reſpectivam, nempe reſpectu illorum, quorum eſt impotentia, ideo ſequitur, quod impotentia ex maleficio dirimat matrimonium tantum illorum, & quoad illos, reſpectu quorum eſt maleficium, non vero reſpectu aliorum. Bonac. *l. c. n.* 9. Et cum maleficium fuit ſublatum, tenetur conjux redire ad primum maritum *d. cap. fraternitatis*. Limit. ſi maleficium non non præceſſit, ſed fuit ſubſecutum; tunc enim non dirimit matrimonium. Neque hoc adverſatur illis, quæ diximus de miraculo; quia maleficium poteſt auferri ſine miraculo. Bonac. *l. c. n.* 4.

Et ſciendum, quod in dubio impotentia naturalis 116
præſumitur præceſſiſſe matrimonium, licet proveniat ex maleficio, ſecundum multos apud Gobat *de imped. matrim. caſ.* 17. *num.* 432. at Vincentio de Juſtis *d. c.* 17. *n.* 21. arridet diſtinctio, quod nempe in hoc ſecundo caſu tunc demum præſumatur impedimentum

præ-

præceſſiſſe; ſi conatus ad copulam fuiſſet habitus paulo poſt matrimonii contractum, ſecus ſi maximum tempus interceſſiſſet. Et citat Sanchez *d. l. 7. diſp.* 103. *n.* 5. *&* 6. Filliuc. & alios.

117 Sed quid dicendum de impotentia temporali, quæ antecedit matrimonium, dirimetne illud? dicendum non dirimere. Sanch. *loc. cit. diſp.* 92. & probatur *ex cap. fraternitatis, de frigid. & malef.* Limita ſi proveniat ex immatura ætate.

118 Verum quando agitur de diſſolutione matrimonii, ob materiæ gravitatem omnis diligentia, & cautela adhibenda eſt, ut omnis fraus, & error, quantum poſſibile eſt, excludatur, ut dicit Hoſtienſ. *in cap. fin. nu.* 10. *verſ. & bene caveat Judex, de frigid. & malef.* & ibi Anton. de Butr. *n.* 6. *verſ. de cautela.* ideo non eſt credendum conjugibus inſtantibus pro diſſolutione matrimonii, etiamſi ambo impedimentum confiteantur, *arg. cap. ſuper eo.* 5. *de eo, qui cognovit conſanguin. &c.* DD. apud Juſtis *l. c. n.* 21. & ideo Eccleſia induxit tam exquiſitas ſolemnitates, antequam ad diſſolutionem deveniatur, ut *in cap. laudabilem, & cap. fin. ac tot. tit. de frigid. & malef.*

119 Hinc ſi impotentiæ ſigna dubia ſint, etiamſi uterque conjux fateatur impedimentum, requiritur ambarum partium juramentum, inſpectio, ac viſitatio peritorum medicorum, obſtetricum &c. ac inſuper experientia triennalis, ac nova poſtea inſpectio, cum ſeptima manu propinquorum, firmantium juramento, ſe commiſceri carnaliter nequiviſſe, de quibus pro contingentia caſus plura, ac quando ſcilicet prædictæ ſolennitates cenſeantur legitime obſervatæ, vide late apud Sperel. *dec.* 141. *per tot.* Rot. *dec.* 392. *per tot. p.* 4. *rec. tom.* 2. & ibi Rubeum *in annot.* Juſtis *l. c.* Gobat *de imped. matr. cap.* 17. *num.* 429. *DD. in d. c. laudabilem.* ac alios paſſim.

Imo nec ſufficiet triennalis cohabitatio, niſi probetur etiam ejus temporis condormitio in eodem lecto. Hoſtienſ. *in d. cap. fin. poſt princ.* & ibi Jo. Andr. apud Sperel. *l. c. n.* 9. imo & quod conati fuerint incumbere operi nuptiali, & quod illud perficere non potuerint, quod conjuges juramento confirmare debebunt, juxta Rot. *l. c.* ad tex. *in d. c. fin.* & ibi gloſ. *in fin.* & Hoſtienſ. *ibid. ante nu.* 1. ubi quod ille conatus probetur per juramentum conjugum. Et triennium debet eſſe ſine magna interruptione; de quo Dian. *p.* 11. *tr.* 5. *reſ.* 8. Hurtad. *de matr. diſp.* 22. *differ.* 11. *n.* 41. Juſtis *loc. cit. n.* 29.

120 Prædicta tamen limitantur primo, ſi per inſpectionem peritorum manifeſte conſtet de impotentia perpetua; nam tunc prædicta non requirentur, ſed poſſet ſtatim deveniri ad ſententiam ſuper matrimonii diſſolutione. *DD. cit.* Limit. ſecundo, cum de impotentia conſtat ex ſignis verſimiliter evidentibus: tunc enim non requireretur triennalis experientia, ſed exacto juramento conjugum, aſſerentium, ſe coire non poſſe, & adhibita ſeptima propinquorum manu, aut, in priorum defectu, vicinorum, vel amicorum, jurantium ut ſupra, deveniretur etiam ad ſententiam diſſolutionis &c. Sperel. *l. c. n.* 7. Sanch. *l. c. diſp. n.* 107. *n.* 4. & propinqui, de quibus ſupra, debent eſſe quatuordecim, ſeptem ex parte viri, & ſeptem ex parte mulieris, ne conjuges conſpirare poſſint: quod ſi tot inveniri non poſſint, relinquitur arbitrio judicis. Pontius *de matr. l.* 7. *c.* 66. *n.* 5. Sperel. *l. c.* apud quos plura.

121 Si vero impotentia ex maleficio procedat, debent, durante triennio probationis fieri orationes, adhiberi exorciſmi, & hæc de mandato Judicis. *DD. cit.* & Paul. Rub. *ut infra. num.* 26.

122 Quær. primo, an illud triennium incipiat a die primi conatus, ſeu intentatæ copulæ, an vero a die decreti Judicis? Reſp. quod ſecundum Juſtis *l. c. nu.* 28. & apud illum Filiuc. *tom.* 1. *tr.* 10. *p.* 2. *c.* 3. *num.* 112. Conink. *diſp.* 31. *n.* 83. Bonac. *de matr. q.* 3. *punc.* 13. *n.* 21. Sanchez *de matr. d. l.* 7. *diſp.* 110. *n.* 1. *&* 4. Innoc. *in d. cap. fin. de frigid. & malef.* & apud illos alii plures, computari debeat, non quidem a die celebrati contractus, ſed a die conatus, ſeu intentatæ copulæ. Sed quod incipiat currere primum a die decreti Judicis, defendunt Hoſtienſ. *in d. cap. fin. n.* 10. *de frigid. & malef.* & ibi Jo. Andt. *n.* 8. *&* 10. Anchar. *num.* 9. Butr. *n.* 10. Henric. Boich. *n.* 9. *&* 10. Rot. *deciſ.* 192. *n.* 4. *&* 5. *& deciſ.* 226. *nu.* 1. *poſt conſil.* Farinac. *tom.* 2. quos, cum aliis, citat, & ſequitur Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 52. *num.* 5. late Paul. Rubeus, ubi de veriori *in annot. ad deciſ.* 392. Rot. Rom. *p.* 4. *rec. tom.* 2. *num.* 22. Capell. Tholoſ. *deciſ.* 381. *num.* 6. *in fin.* Gonzal. *ſuper reg.* 8. *Cancellar. gloſ.* 57. *num.* 74. *verſ. ejus opinio*, ubi DD. contrarios reprobat. Et hanc opinionem conſtanter pluries tenuit Rota teſte Rubeo *loc. cit.* & hæc in triennali experientia aſſignata maleficiato, aut ad experiendum, an impedimentum ſit naturale, aut accidentale ex maleficio &c. nam quando ſumus in caſu impotentiæ naturalis ex frigiditate, erit arbitrarium Judici, an velit uti cohabitatione præcedenti decreto, ut in Rot. *d. deciſ.* 226. *numer.* 1. *verſ. nihilominus. poſt* 2. *vol, conſil.* Farin. apud Rub. *l. c. n.* 23. & ſic abbreviare tempus, quod etiam admittit Capell. Tholos. *l. cit.* ſecus in impedimento ex maleficio, in quo erit expectandum triennium. *DD. cit.*

Quær. ſecundo, an ob impotentiam diſſoluto matri- 123
monio, ſervatis ſervandis, ut ſupra, ſi conjuges poſtea modo aliquo naturali, ac ordinario potentes fiant ad copulam, an reſtaurari debeat matrimonium? Reſp. affirmative, ut *ex cap. fraternitatis, de frigid. & malef.* docet Juſtis *loc. cit. a nu.* 63. vide late Sanch. *de matr. d. lib.* 7. *diſp.* 99. *per tot.* & ſi interim alteruter conjugum fuiſſet ſacris ordinibus initiatus, aut religionem profeſſus, nihilominus tenebitur conjugi alteri petenti debitum reddere, non vero poterit petere. Limita niſi uterque fuerit religionem profeſſus; quia tunc matrimonium ratum fuiſſet diſſolutum per validam profeſſionem. vide *DD. cit.*

Quær. tertio, an poſſit cum prædictis diſpenſari, ut 124
non obſtante impotentia abſoluta poſſint nihilominus cohabitare? Reſp. affirmative, ſi velint cohabitare tanquam frater, & ſoror. *cit. cap. laudabilem de frigid. & malef.* modo vivant a thoro ſeparati abſtinentes ab omni commixtione, & tactibus impudicis, alias non eſſent tolerandi; imo ſi conjuges non poſſent ſe continere, tenerentur reclamare, & petere diſſolutionem. DD. apud Juſtis *loc. cit. num.* 60

Impedimentum decimum tertium, eſt raptus; qui 125
in genere ſumptus eſt violenta puellæ extractio e domo patris, vel aliorum, ſub quorum poteſtate vivit, ad explendam libidinem vel ad contrahendum matrimonium. Dicitur vero violenta extractio etiam illa, quæ fit precibus importunis, quibus difficile reſiſtitur. Guttierez, Bonac. & alii apud Gobat, *de impedim. matrim. caſ.* 19. *num.* 544. Navar. *de raptor. & incend. conſ.* 1. Zerol. *in prax. p.* 2. *verb. raptus.* Sanch. *de matr. d. lib.* 7. *diſp.* 13. *num.* 11. Rebell. *de oblig. Juſtit. p.* 2. *Juſtit. p.* 2. *l.* 13. *q.* 11. Laym. & alii. Corrad. *l.* 7. *c.* 6. *n.* 54.

Itaque hodie de jure Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. matr.* 126
cap. 6. inter raptorem & raptam non poteſt conſiſtere matrimonium, quamdiu rapta in poteſtate raptoris manſerit. *DD. cit.* dummodo tamen, ut dictum, interveniat aliqua violentia, ſive abſoluta, ſive per importunas preces, fraudem &c. nam ſi puella quædam amore cujuſdam capta, propria ſponte e domo exeat, illumque v. g. prætereuntem ab illo non allecta &c. ſequatur, non eſſet raptus, ut dicit Navar. *cit. conſ.* 1. non tamen requiritur, quod inter raptorem, & raptam intervenerit copula. Corrad. *l. c. n.* 60. Juſtis *de diſpenſ. l.* 2. *c.* 18. *n.* 65.

Sed dubitatur, an raptus commiſſus puella rapta con- 126
ſentiente, ſed invitis parentibus, dirimat matrimonium? & duplex eſt opinio; affirmat Salzedo *in pract. c.* 78. Vega *in ſum. tom.* 2. *c. c.* 34, *caſ.* 157. Henriquez *in ſum. l.* 11. *cap.* 14. Zerol. *in prax. Epiſc. p.* 2. *verb. raptus.* §. 1. Laym. & alii. Pyr. Corrad. *l. c. nu.* 55. Juſtis *l. c. num.* 83. ubi quod ſemper rapta ſit ponenda in loco tuto, ac ibi exploranda illius voluntas; quia jam verificatur raptus, & ideo dirimit matrimonium; ad mentem Concil. Trid. Negativa tamen opinio videtur communior, quam docet Sanch. *de matr. lib.* 7. *diſp.* 13. *&* 12. *num.* 36. Reginald. *in prax. for. pœnit. lib.* 22. Coninck. *de ſacram. & cenſur. diſp.* 31. Corn. *in* 3. *p. S.* Thom. *q.* 3. Leand. *de ſacram. tom.* 2. *tr.* 9. *diſp.* 22. *q.* 3. quia finis Concilii fuit, ne puella metu conſentiat, qui ceſſat in noſtro caſu, ſed quando ceſſat ratio legis adæquata, ceſſat lex, quod probatur a Fachin. *l.* 10. *contr. jur. c.* 74. & pro hac ſententia negativa ſtat etiam Gobat *de impedim. matr. caſ.* 19. *n.* 542. & alii plures,

quos refert, & sequitur Diana *p.* 10. *tr.* 16. *res.* 83. & probat *ex cap. cum causam, de raptor.* Raptori tamen non crederetur, si diceret raptam consensisse in raptum, & hoc in odium raptus. Justis *l. c. nu.* 84. imo quod non sit audiendus, si id vellet probare, ex Alex. de Nevo *cons.* 12. *nu.* 10. Limita, si ab initio fuit puella invita, & postmodum consentit; quia tunc matrimonium remaneret nullum. Sanch. *loc. cit.* Bonac. *de matr. q.* 4. *pun.* 18. contra Dian. *loc. c.* quia alias per Concilium non fuisset sufficienter provisum libertati matrimonii.

127 Ut vero raptus impediat matrimonium, requiritur, quod fiat causa contrahendi matrimonii; hinc si fiat tantum explendæ libidinis causa, quidquid sit de aliis pœnis contra raptorem impositis, tamen matrimonium non dirimit. Salzedo *in pract. cap.* 78. Vega *in sum. tom.* 2. *c.* 34. *cas.* 157. Sanch. *loc. cit. num.* 4. Lessius *de just. c.* 3. *dub.* 9. Reginald. *in prax. for. pœnit. l.* 31. *nu.* 165. Justis *l. cit. nu.* 52. Sicut econtra raptus cum aliqua, etiam sine copula sufficit ad impediendum matrimonium, juxta Ric. *in prax. matr. p.* 4. *res.* 451. apud quem DD. & patet ex verbis Tridentini *& supra n.* 1.

128 Quær. primo, an raptus, quo sponsus rapit sponsam propriam, dirimat, vel impediat matrimonium? Resp. negative cum Sanch. *l. c. n.* 15. Lessio *de Just. l.* 4. *c.* 3. Henriquez *in sum. l.* 22. *c.* 14. Laym. & aliis, quamvis stando verbis ejusdem Concilii, & illius fini, qui fuit libertas matrimonii, contrarium videretur dicendum, uti non inficiatur ipsemet Sanch. *l. cit.* Gobat *cas.* 19. Bonac. *d. q.* 4. *pun.* 18. *n.* 11. qui tamen limitat, dum sponsa fuit abducta ad contrahendum matrimonium, etiam invitis parentibus.

129 Quær. secundo quid si mulier rapuit virum, scilicet juvenem per se, vel per alium? Resp. non dirimere matrimonium juxta Farin. *in prax. crim. q.* 145. Sanch. *de matr. l.* 7. *disp.* 13. *n.* 16. Riccium *in prax. matr. p.* 4. *res.* 452. Pont. *de matr. l.* 7. *c.* 69. *n.* 6. Dian. *p.* 10. *tr.* 16. *res.* 83. cum de hoc casu tanquam insolito non videatur cogitasse Concil. sed ut verum fatear, verba Concilii sunt valde generalia, & licet masculinum regulariter non complectatur fœmininum in odiosis; tamen quando constat de contraria mente loquentis, & eadem in utroque militat ratio, & finis, contrarium est dicendum, alias multi S. Scripturæ textus possent in dubium revocari, an loquantur etiam de fœminis, ut ille tex. *qui vult venire post me, qui non tollit crucem suam*, & plures. Et ideo opinionem contrariam sequuntur Emanuel Sa. *in sum. tom.* 1. *c.* 232. Henriquez *in summa l. c. n.* 4. Vega *in sum. tom.* 2. *c.* 34. & alii apud Dian. *l. c.* late Justis *l. c. a nu.* 75. *seqq.* quia ubi militat eadem ratio, idem quoque jus est statuendum, cum ratio sit anima legis. Hinc est, quod licet Concil. Trid. non loquatur de sponsalibus, tamen raptus dirimit etiam ipsa sponsalia de futuro. Justis *l. c. n.* 63. *&* 64. Bonac. *l. c. n.* 9. *vers. tertia est.* Riccius *l. c. res.* 354. ubi DD. Corn. & Leander, quos sequitur Dian. *d. p.* 10. *tr.* 16. *res.* 83. alias essent elusoriæ leges.

130 Quær. tertio, an raptus, quo fuit rapta meretrix, corrupta, vel inhonesta, impediat, vel dirimat matrimonium? Resp. in negativam inclinare Riccium *in prax. p.* 4. *res.* 439. & 440. sed affirmativam, si nempe raptus sit secutus ad effectum matrimonii contrahendi, tenet Justis *d. l.* 2. *c.* 18. *n.* 40. Sanch. *d. l.* 7. *disp.* 13. *nu.* 14. Bonac. *de matrim. quæs.* 4. *punc.* 18. *n.* 7. apud quos alii; quia Concil. Trid. indistincte loquitur, & etiam in istis per raptum offenditur libertas matrimonii.

131 Porro in raptu simplici non petitur dispensatio; tum quia illa non conceditur, quamdiu rapta est in potestate raptoris; tum quia, si fuerit posita in potestate raptoris; tum quia, si fuerit posita in loco, & postea libere in matrimonium consentiat, hoc ipso est sublatum impedimentum. Justis *loc. cit. an.* 13. Hoc est bene verum, quod Episcopi requiratur licentia, cum ad illum spectet cognoscere de causa raptus, & an raptor adimpleverit conditiones in hoc requisitas a Sac. Concil. Trid. nempe an rapta consentiat, an sit posita in loco turo, dotata &c. Si vero sit a Pontifice impetrata dispensatio super aliquo impedimento, non facta mentione raptus, erit de novo recurrendum ad sum. Pontificem, qui cum talibus non censetur velle dispensare, & ideo si delegatus compererit adesse inter oratores raptum, non poterit litteras exequi, ex quo semper subintelligatur clausula *dummodo ad hoc mulier &c.* etiamsi in litteris posita non fuerit. Pyr. Corrad. *in prax. dispens. l.* 7. *c.* 6. *n.* 55. *&* 56. ubi tradit formam servandam in novo recursu ad sum. Pontif. faciendo. Justis *l. c. n.* 32. *&* 33.

§. VI.

Quot modus concedantur dispensationes in Curia, & extra?

Redeundo ad praxim dispensationum, prænotandum 132
nobis est, mandata de dispensando, aliquando concedi in Curia, aliquando vero extra Curiam, scilicet a Nunciis Apostolicis, & hæc mandata non concedi, nisi sub certis conditionibus, sub quibus hæc auctoritas a summis Pont. eisdem concessa reperitur.

Et quidem in Curia hæ dispensationes matrimonia- 133
les passim conceduntur, exceptis iis, qui sunt conjuncti in secundo gradu consanguinitatis, vel affinitatis, propter prohibitionem Concil. Trid. *sess.* 24. *de reform. matr. c.* 5. quæ non solent concedi, nisi inter magnos Principes, & ob causam publicam, & Pius V. declaravit hoc intelligi de gradibus consanguinitatis, & affinitatis. Et S. Congr. idem censuit in sponsalibus etiam de futuro, juxta Bullam Pii V. uti testatur Gallemart. in Concil. Trid. *loc. cit.*

In curia dispensationes matrimoniales communiter 134
dari solent, vel in forma ordinaria, vel in forma pauperum.

In forma pauperum dari non consueverunt nisi illis, 135
inter quos intercessit copula carnalis, scienter, vel ignoranter, vel saltem suscipio ejusdem copulæ, ita ut propter talem suspicionem mulier diffamata, vel infamis remaneret, quo casu, propter paupertatem mitior intrat componenda, maxime si copula fuit habita ignoranter. Extra Curiam vero dantur in forma pauperum, etiam illis, inter quos nulla fuit copula, vel suspicio, sed propter angustiam, vel alias causas infra enarrandas. Ut autem ejusmodi dispensationes obtineantur in forma pauperum tam in Curia, quam extra, debet transmitti fides Ordinarii in forma authentica, attestans, oratores esse pauperes, & miserabiles, ad quem finem debent ab Ordinariis examinari testes juxta instructionem ab Urbano VIII. ad ipsos transmissam, tenoris sequentis.

In primis testis moneatur de gravitate juramenti, in hoc præsertim negotio, & illius importantiam, & gravitatem.

Interrogentur de nomine, cognomine, patria, ætate, exercitio, & habitatione.

Interrog. an sit civis, vel exterus, & quatenus sit exterus, a quanto tempore sit in loco, in quo deponit.

Iterrog. an ad examen accesserit sponte, vel requisitus.

Interrog. an sibi pro hoc testimonio ferendo fuerit aliquid datum, promissum, remissum, vel oblatum a contrahere volentibus.

Interrog. an cognoscant ipsos contrahere volentes, a quanto tempore.

Si responderint negative, dimittantur.

Si responderint affirmative. Interrog. quid sponsus in omnibus suis bonis, generis cujuscumque, possideat, & ad quem valorem, & in causa scientiæ.

Interrog. quid, si bona prædicta locarentur, annuatim ex illis percipere posset, & in causa scientiæ.

Interrog. an alibi bona habeat, ex quibus majores fructus percipere posset, & in causa scientiæ.

Interrog. an esse possit, quod sponsus alia bona possideat, ipso teste ignorante; si negaverit, det rationem suæ negativæ.

Interrog. an sciat, quam dotem habeat sponsa, vel alia bona, & in quo dos consistat, an in mobilibus, vel immobilibus.

Interrog. quid, dotem locando, percipere posset annuatim, & in causa scientiæ.

Interrog. quæ onera, tam sponsus, quam sponsæ habeant super bonis prædictis, tam ordinaria, quam extraordinaria, & in causa scientiæ.

Interrog. an sciant inter Oratores aliquod parentelæ vinculum intercedere, & quale: si affirment,

Mo-

Moneantur delineare arborem, & dicere, quas perſonas ex illa cognoverit, & quomodo ab aliis reputarentur.

Interrog. an Oratores orthodoxæ fidei cultores exiſtant, & in cauſa ſcientiæ.

Interrog. an ipſi teſtes in Paſchate communicaverint.

Quo examine peracto ab Ordinario fit fides paupertatis, modo ſequenti.

NOs &c. Univerſis, & ſingulis, præſentes viſuris, lecturis, pariter & audituris, notum facimus, & atteſtamur, N. & N. qui ſuper tertio, vel quarto (*exprimatur gradus*) conſanguinitatis, vel affinitatis gradu, diſpenſari cupiunt, cum cauſa, in calce harum exprimenda, ita pauperes, & miſerabiles eſſe, ut ex proprio tantum labore, & induſtria vivant, idque nobis conſtare ex fide dignorum teſtium juſſu noſtro, ſervata forma inſtructionis Almæ Urbis examinatorum, depoſitione, amboſque orthodoxæ fidei cultores exiſtere, quorum fidem &c. Datum &c.

Quæ quidem fides expeditur illis oratoribus, qui nihil habent, ſeu nulla bona; ſi vero talia bona haberent, ex quibus tot fructus perciperent, ut ad tres, vel quatuor menſes vivere poſſent, in fide paupertatis exprimi deberet, hoc modo.

N. & N. qui ſuper &c. diſpenſari cupiunt, bona poſſidere, ex quibus, detractis oneribus tot florenos, &c. percipere poſſunt, in reliquis autem ita pauperes, & miſerabiles eſſe &c.

Et hoc propter annatam, quam ſolvere debent.

§. VII.

Diſpenſatio in forma pauperum.

136 Hæc in curia non datur, ut diximus, niſi ad ſuccurrendum honori mulieris, & vitanda gravia ſcandala, quæ ex copula inter ſponſos habita vel ex familiari converſatione, ex qua orta ſit ſuſpicio copulæ, quamvis falſa, probabiliter timentur, & oratores debent eſſe pauperes, ac miſerabiles, & ex proprio labore, & induſtria tantum viventes. Et ad diſpenſandum cum ſimilibus ſumm. Pontifex movetur, ut ſuccurrat famæ, & honori oratricis, ne oratrix cum animæ periculo diffamata, & innupta remaneat. Corrad. *in prax. diſp. matr. lib. 8. cap. 1. num. 1.* & ſola infamia mulieris eſt cauſa diſpenſationis. Juſt. *lib. 1. cap. 7. num. 48.* & ſufficit timor præſens; licet accidere poſſet, quod tractu temporis nuberet; quia quæ dependent a futuro eventu, non habentur in conſideratione. Grat. *diſ. for. cap. 944. num. 23.* & licet copula non verificetur, ſi verificatur infamia, diſpenſatio valet; quia hæc ſola movet Pontificem. Sanch. *de matr. lib. 8. diſp. 21. nu. 45.* Dian. *p. 10. tr. 11. reſ. 43. & p. 8. tr. 3. reſ. 65.* Juſt. *d. lib. 1. cap. 7. n. 54.* niſi ſola copula fuiſſet falso allegata pro cauſa finali: & requiritur veritas cauſæ allegatæ, tempore datæ, nec ſufficit, ſi poſtmodum copula, etiam ante executionem habeatur; quia Pontifici jam fuit narrata cauſa falſa, & ideo diſpenſatio eſt nulla. Ut infra num. & Juſtis *l. c. n. 56. & 57.* Sanch. *l. c.*

137 Quando vero petitur diſpenſatio in forma pauperum in gradibus remotioribus, ſufficit allegare mulierem remanſuram diffamatam, & innuptam; ſi vero petatur in gradibus propinquioribus, ut in ſecundo, vel infra ſecundum, hoc non ſufficeret, ſed deberet exprimi, quod remaneret graviter diffamata, & gravia ſcandala veriſimiliter orirentur, & utrique oratori vitæ periculum immineat, juxta ſtylum Curiæ a tempore Pauli V. Pyr. Corrad. *lib. 8. cap. 2. n. 2.* Juſt. *l. cit. n. 58.* & quæ ſint ab executore circa hoc verificanda, vide littera *executor.* & Juſt. *l. c. n. 60.*

138 Quamvis pauper ille dicatur regulariter, qui non habet tantum, ut ſe decenter, juxta ſuam qualitatem ſuſtentare poſſit. Maſcard. *de prob. concl. 1154. num. 13.* Barb. *de Jure Eccleſ. lib. 3. cap. 17. nam. 23.* & qui non habet ſufficientia ad alimenta, ſed cum induſtria ſupplere cogitur. Rot. coram Pennia *dec. 543. inter ejus ſelect.* & judicis arbitrio relinquatur, quis dicatur pauper. Pariſ. *de reſign. lib. 5. q. 6. num. 136.* Corrad. *in prax. diſp. lib. 8. cap. 5. num. 21.* Rot. coram Pennia *loc. cit. & deciſ. 507. num. 3.* tamen, quia diſpenſatio in forma pauperum non datur, niſi cum clauſula „ *quod ſint ita pauperes, & miſerabiles, ut ex proprio* &c. oratores debent eſſe in tali ſtatu paupertatis, ut ob illum natura nos moveat ad commiſerandum: & paupertas hæc eſt probanda, licet alias præſumatur; quia omnes pauperes naſcimur. Sperel. *dec. 138. n. 58. & deciſ. 156. n. 15. 16. & ſeqq.* Juſt. *l. c. an. 80.* Maſcard. *ut ſup.* Rot. apud Juſt. *num. 82.* Gratian. *diſc. for. cap. 7. num. 9.* Rot. *deciſ. 617. num. 15. p. 4. rec. tom. 3.* Imo propter ly *miſerabiles*, non ſufficit, oratores eſſe pauperes, & eorum labore, & induſtria vivere, ſi ex locuplete induſtria vivant; quia tales non reputantur pauperes. Lotter. *de re Benef. lib. 2. q. 36. n. 33.* Maſcard. *de prob. concl. 1154. num. 36.* Rot. apud Juſt. *num. 86.* Leoncil. *de privileg. paupert. p. 2. privil. 249. num. 31.* nam habere artem, & bona, æquiparantur, iidem.

Quær. an filiusfam. qui nihil habet, ſed habet parentes divites, dici poſſit pauper? Reſp. eſt affirmativa, ſi filius non habet bona; & a parte expulſus non habet alimenta, neque ei in vita parentum de Jure communi, vel ſtatutario, competat aliqua portio pro legitima. Et ad effectum paupertatis debet reſpici, quid quis poſſideat, non quid ſperet. Sperel. *dec. 156.* Juſt. *loc. cit. num. 108.* & apud illos Innoc. *in cap. ſignificantibus. n. 4.* & ibi Butr. *num. 21.* Imol. *num. 23. de offic. & pot. Jud. deleg.* 139

Porro in probatione paupertatis debet detrahi æs alienum & aliæ expenſæ neceſſariæ. Barb. *axiom. 37.* Leoncil. *loc. cit. p. 2. privil. 75.* Cenc. *de cenſ. q. 35. num. 1. & p. 1. cap. 3. q. 2. art. 1. num. 18. & 19. in prim. impreſ.* & Rot. poſt illum. *dec. 88. num. 5.* Juſt. *loc. cit. num. 121.* Pariſ. *de conſident. q. 35. num. 32.* 140

Si vero oratores ſunt nobiles, & pauperes, & velint diſpenſari in forma pauperum, ſufficit exprimere, quod ſint ex honeſtis familiis, & pauperes, & eorum labore, ac induſtria vivant, plura quoad praxin, vide verb. *Executor.* & apud Juſt. *tot. d. cap. 7.* 141

§. VIII.

Cauſæ requiſitæ ad diſpenſandum.

Diſpenſatio in lege ſuperioris ſine cauſa, illiuſque cognitione, & expreſſione, eſt nulla, etiam in caſibus alias permiſſis. Innoc. *in cap. cum ad monaſteria, de ſtat. Monach.* Abb. *in cap. cum in cunctis, de elect.* Barboſ. *de offic. Epiſc. alleg. 33. num. 4. & de Jure Eccleſ. univerſ. lib. 1. cap. 11. §. 6. num. 198.* Sperel. *deciſ. 109. a num. 10.* Sanch. *de matr. lib. 3. diſp. 8. num. 1. & lib. 8. diſp. 17. nu. 10. & 11.* Juſtis *in prax. diſpenſ. lib. 3. cap. 1. a num. 1. ſeqq.* Covar. *in 4. p. 2. cap. 6. §. 9. num. 11.* Azor. *inſt. mor. tom. 1. lib. 5. cap. 15. q. 9.* & apud illos alii, & patet ex Concil. Trid. *ſeſſ. 6. cap. 2. & ſeſſ. 25. cap. 18. de reform. & ſeſſ. 24. cap. 5. de reform. matr.* & probatur etiam ex gloſ. *in cap. 2. de ſchiſmat. in verb. diſpenſatum. & in cap. litteras, de conceſſ. præb. in verb. vacare noſcatur. circa fin. verſ. vel dic. & in cap. 1. de ætat. & qual. in 6. verb. diſpenſare. in princ.* ubi, quod promovendo inhabilem, aut indignum &c. non hoc ipſo cum eodem diſpenſatur, niſi promovens hoc facere intendat cum cauſa &c. & Azor. *l. c. q. 10.* Imo, etiamſi adeſſet vera, & juſta cauſa diſpenſandi, quod nihilominus, ſi diſpenſans illam non cognovit, diſpenſatio ſit injuſta, & nulla, ſaltem in foro externo, tenent Sanch. *d. lib. 8. diſp. 17. num. 10. & 11.* Juſtis *loc. cit. num. 29.* Barboſ. *d. cap. 11. num. 198.* Diana *p. 1. tr. 10. reſ. 34.* Imo Azor. *l. cit.* verius judicat illam, tunc nec in foro interno valere, eo quod inferioribus non ſit data facultas diſpenſandi in lege ſuperioris, niſi cum cauſæ cognitione. Ut patet ex cit. Concil. Trid. Sufficit tamen cognitio ſummaria, 142

ria, ac extrajudicialis, ita ut prudenter, ac bona fide judicaverit dispensans, causam esse justam &c. nec requiretur judicialis, nisi ubi id expresse reperitur cautum. Ut contra nonnullos tenet Sanch. *d. lib. 3. disp. 8. n. 3. & 4.* vide etiam Barbos. *d. cap. 11. §. 6. n. 198.*

143 Similiter in summo Pontifice, qui valide, etiamsi sine causa, potest dispensare, (excepta tamen lege superioris, ut infra *nu. 190.* (Covar. & Azor. *ll. cit.* & sic cum sit supra Concilium. Cassador. *decis. 2 de præb. n. 4.* Leo. *in thes. for. Eccles. p. 2. cap. 8. nu. 14.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 1. n. 62.* sic etiam in illo, etiam sine causa, valide dispensat. DD. apud Justis *loc. cit. num. 5. & 6.* tamen, ad hoc ut licite dispenset, requiritur justa causa. Sylvest. *verb. dispensatio. §. 3. n. 5.* Sanch. *d. lib. 8. disp. 17. num. 24.* Pontius *de matr. lib. 8. cap. 14. per tot.* Diana *p. 8. tr. 3. res. 4.* Justis *loc. cit. num. 7.* & dispensatus etiam a summ. Pontifice sine justa causa, non est tutus in conscientia. Hojed. *de incompat. Benef. p. 2. cap. 12. num. 39.* Mascard. *de probat. concluf. 345. n. 14. vol. 1.* Sperel. *l. c. n. 15.* Covar. *l. c. n. 7. & 11.* Fragos. *de regim. Christian. Reipub. p. 1. lib. 3. disp. 6. num. 13.* latius de hac materia vide apud cit. Sperel. *d. decis. 109. per tot.* Paul. Rubeum *in annot. ad decis. 254. Rot. Rom. p. 9. rec. tom. 1. an. 123.* Suarez *de LL. lib. 6. cap. 18.*

144 Et licet in dispensatione Pontif. quæ fit *motu proprio*, in sua lege præsumatur causa, etiamsi nihil dixisset. DD. apud Grat *disc. for. c. 959. num. 4. & 5.* Sanch. *disp. 17. num. 14.* & alii apud Just. *l. c. num. 33.* tamen cum dispensatur in jure divino vel naturali, aut gentium, causa non præsumitur in foro externo. Ricc. *in prax. res. 410. num. 3. p. 2.* Corrad. *in prax. dispens. lib. 1. c. 1. num. 7.* Sanch. & Just. *ll. c.* & vide in prax. *clausul. Apost. clauf. 1.* secus in foro interno, in quo præsumitur pro superiore. vide Sanch. *n. 15.*

145 Et quandocunque Papa potest cum aliis dispensare, potest etiam in iisdem casibus secum dispensare proprie, & directe. Sperel. *dec. 111. num. 44.* Sanz. *l. c. disp. 3.* Dian. *par. 8. tr. 3. res. 6.* Pontius *lib. 8. cap. 14. num. 5.* Justis *num. 31.*

146 Causa dispensationis est duplex, finalis & impulsiva. Illa est, quæ funditus & totaliter movet animum dispensantis, alias non concessuri. Lother. *de re benef. lib. 2. quæst. 36. num. 28.* Mant. *de conjectur. lib. 6. tit. 14. num. 7.* Just. *n. 46.* Dian. *l. c. res. 61.* Sanch. *l. c. disp. 21. nu. 11.* Impulsiva dicitur, ob quam gratia facilius conceditur, sed etiam sine illa concederetur. Sanz. *l. c. n. 8.* Just. *n. 54.* cujus defectus, quando annullet gratiam, vid. supr. *num. 23.*

147 Si plures causæ fuerunt expressæ, illæque fuerunt adæquatæ, ita ut ex qualibet earum concessa fuisset dispensatio; sufficit unam ex illis verificari. Sanz. & Diana *ll. cc. res. 65.* Justis *n. 59.* Maresc. *lib. 2. var. res. cap. 1. n. 125.* Puteus *dec. 69. lib. 2. & 193. lib. 1.* Felin. & Ripa *in cap. 2. de rescript.* Pontius *de matr. lib. 8. cap. 17. nu. 45.* In dubio vero an causa allegata sit finalis, vel impulsiva, censetur impulsiva, nisi fuerit sola allegata. Sanz. *d. disp. 21. n. 20.* Pontius *de matrim. d. lib. 8. c. 17. n. 41.* Justis *n. 67.*

148 Et quia in dubio præsumendum est pro valore actus, ut magis valeat, quam pereat, juxta DD. *[mox cit.* ideo dispensatio matrimonii in dubio censenda est valida. *cap. abbas de V. S. §. contra. circa fin.* Diana *par. 3. tract. 6. res. 9. & par. 8. tract. 3. res. 62.* Sanz. *l. c.*

149 Sed valebitne dispensatio cessante causa, propter quam concessa fuit? Respond. si causa cessat, antequam proponatur Pontifici pro dispensatione obtinenda, omnino non valet dispensatio. Sermo est de causa finali; si vero cessat post mandatum de dispensando Delegato commissum, non potest Delegatus dispensare; quia causa cessante cessare debet effectus. Sanz. *de matrim. lib. 8. disp. 30. num. 12.* Garz. *de Benef. p. 6. cap. 2. num. 289.* Pont. *eodem tract. lib. 8. cap. 20. num. 3.* & alii, quos citat & sequitur Just. *num. 80.* Diana *d. p. 8. tr. 3. res. 24.* Neque sufficit, quod causa sit vera tempore executionis, ut docuit Garz. *l. c. num. 283.* Pyr. Corrad. *in prax. dispens. lib. 7. cap. 2. num. 28.* sed debet etiam esse vera, seu verificari tempore petitæ dispensationis; ut contra præfatos, & alios tenet Justis *in prax. dispens. d. lib. 3. cap. 1. n. 81.* Sanch. *ut infra.* imo ipse Corrad. in contrarium citatus, ut patet *n. 31. & 32.* loquitur tantum, quando dispensatio fuit concessa in forma gratiosa, ita ut non egeat narratorum justificatione, quæ forma gratiosa, eodem teste, hodie non datur, præsertim, in dispensatio- matrimonialibus, sed omnes expediuntur in forma commissaria, & sic narrata juxta doctrinam Justis, *l. c.* semper erunt verificanda, scilicet tempore datæ, & etiam tempore executionis; quamvis forte tempore medio causa narrata cessaverit, si reviviscat tempore executionis: quia nihilominus, si verificarentur extrema, nempe de tempore datæ, & executionis, gratia valeret. Sanch. *lib. 8. disp. 30. n. 16.* Dian. *p. 8. tr. 3. res. 24. vers. confirmatur.* Just. *l. c. & lib. 1. cap. 6. n. 302.* si vero cessat causa finalis post dispensationem rite factam, nondum secuto matrimonio, & ita nondum consummato effectu dispensationis, valet dispensatio. Garz. *de Benef. p. 6. cap. 2. num. 291.* Pont. *l. c. cap. 20. nu. 4.* Barb. *de Jur. Eccl. lib. 1. cap. 11. §. 6. nu. 197.* Dian. *d. p. 8. res. 24.* Just. *nu. 82.* quia per dispensationem jam fuit sublatum impedimentum. Rot. apud Farin. *dec. 642. n. 6. posthum.* Limita si effectus dispensationis esset omnino indivisibilis a causa illius, ut si quis ob aliquam infirmitatem fuit dispensatus a jejunio quadragesimali; & post mediam quadragesimam plene convaluit, cessat dispensatio, & obligatur ad jejunium. Bonac. *de LL. disp. 1. q. 2. pun. 12. §. 1. propos. 4. n. 11.*

Ad dispensandum in voto solenni Religionis non 150
sufficit causa privati boni, sed requiritur causa respiciens bonum commune, ut pacis totius Regni, vel ejus conversionis ad fidem. Sanch. *lib. 8. disp. 8. n. 8.* aliquæ causæ particulares pro dispensatione in voto solenni adducuntur a Gratian. *dis. for. cap. 457. n. 13. usque ad num. 22.* uti ne stirps nobilis deficiat sine hærede, & regnum non pereat; tunc enim Papa dispensat, quod Monachus capiat uxorem usque ad procreationem sobolis. ex Jason. *in L. ult. n. 3. Cod. de transact.* sive pro magna guerra sopienda, aut pro cultu Dei ampliando, si essent pauci fideles, aut pro vitanda strage animarum: nam tunc Papa posset dispensare, ut possent contrahere matrimonium etiam Monialis, & Clericus. ex Anchar. *in cap. sunt quidam, ante finem. 25. q. 2.* Item ad componendas lites multorum regnorum: Eman. Rodriquez *quæst. regul. 25. tom. 1. art. 2.* qui refert, cum aliquibus Religiosis professis ob hanc causam fuisse dispensatum. Item quando votum solenne est impedimentum majoris boni, uti, si per matrimonium solemniter voventis posset pax patriæ procurari. Joan. Andr. *in c. semel. 51. de Reg. Jur.* Cordub. *lib. 1. quæst. Theolog. c. 24. ad fin.* Item quando timetur tumultus in Regno, nisi certus successor declaretur &c.

In dispensatione vero voti simplicis non admittitur 151
pro causa sola solutio compositionis pecuniariæ, bene vero in commutatione illius. Sanch. *l. c. disp. 20. num. 6.* & ordinarie causa dispensationis solet esse, si dubitatur prudenter, an voti materia inutilis facta sit, vel mala; aut majus bonum impediens, vel si ob fragilitatem, pravum habitum, vel aliorum consortium, quod vovens vitare de facile non potest, est in periculo graviter peccandi contra votum; vel ob scrupulos continuo est anxius: & propter has causas, licet raro detur dispensatio, tamen commutatio conceditur. Sanch. *l. c.* Just. *l. c. num. 97.* Si vero cum voto concurrat juramentum, major requiritur causa ad dispensandum; quia duo vincula fortius ligant, licet ad commutandum non requiratur major causa; quia per commutationem vinculum non tollitur, sed transfertur in aliam materiam. Sanch. *l. c.* Just. *n. 104.*

Pro dispensatione in matrimonio rato, in quo, se- 152
cundum communem, dispensari potest, juxta *cap. ex publico, de convers. conjug.* & ibi glos. *in fin.* & DD. Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 14.* Tusch. *litt. M. concl. 153.* Barbos. *de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 2. num. 192.* Garz. *de Benef. p. 7. cap. 10. num. 83.* Just. *in prax. disp. lib. 2. cap. 10. an. 15.* & apud illos innumeri alii, causæ esse solent. Superveniens lepra alteri conjugi, vel gravis timor magni scandali, uti discordiarum, necis &c. Item conjugum disparitas in qualitate. Item si alter conjugum asserit, se non habuisse animum contrahendi, nec potest induci ad perseverandum in matrimonio illo. Item si vir fuit promotus ad Episcopatum, & hæc promotio est utilis bono communi. Item, si conjuges sunt inter se discordes. Item periculum perversionis, vel si est hermaphroditus: hæ sunt causæ finales. Impulsiva vero potest esse oratorum nobilitas. Sanch. *l. c.* Tusc. *litt. D. concl. 477.* Just. *l. c. an. 21. ad 34.*

In cognatione paternitatis, vel maternitatis spiritualis, 153
ut inter levantem, & baptizatum, raro, aut nunquam dispen-

dispensatur, & tunc ex urgentissima causa, uti in primo gradu affinitatis: in comparernitate facilius dispensatur, & ex causis levioribus. Ideo exprimenda erit qualitas hujus cognationis ut supra *nu.* 43. causa vero solet esse in paternitate, ob gravia scandala, & quod oratrix graviter diffamata remaneret, & periculum vitæ utrique imminens. Just. *lib.* 2. *cap.* 5. *a n.* 78. Pyr. Corrad. *lib.* 8. *cap.* 8. *n.* 4. *ad* 15. ubi, quod hæc dispensatio dirigatur secundum dispensationes concedi solitas in consanguinitate, aut affinitate.

153 In consanguinitate, quo propinquiores sunt gradus; eo major requiritur causa. Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 5. *de reform. matr.* & in secundo gradu non solet dari dispensatio, nisi inter magnos Principes, & ex causa publica, & raro aliæ causæ admittuntur, quam ad vitanda scandala, & vitandam mulieris infamiam, vel ob solutionem magnæ, & extraordinariæ summæ pecuniarum in pios, & publicos usus, tunc enim non diceretur dispensari sine causa. Pont. *de matr. lib.* 8. *cap.* 14. *num.* 13. vel pro illustris familiæ conservatione, aut ut bona in familia conserventur, vel ob excellentiam maritorum. Vel ad stabiliendam inter Principes fideles pacem, vel benevolentiam inter illos conservandam. Si vero ex istis causis nulla adsit, tunc plures ex levioribus conjunguntur. Vide Navar. *cons.* 6. *n.* 1. *de consang. & affinit.* Sanch. *lib.* 8. *disp.* 19. *num.* 5. *& per tot.* Pont. *lib.* 8. *cap.* 14. *num.* 10. Just. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 113.

154 Causæ vero leviores, quæ in remotioribus allegantur, sunt angustia loci, defectus dotis, ætas mulieris, sedatio inimicitiarum, compositio litium. Item si oratrix sit filiis gravata ex priori matrimonio. Scandala vitanda, majus bonum, vel vitatio majoris mali. Merita personæ, futurum bonum, commune bonum. Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 19. Sperel. *dec.* 111. *per tot.* & reducuntur ad utilitatem, vel necessitatem Ecclesiæ. Quarant. *in sum. Bullar. verbo matrimoniales dispens.* Sanch. *l.c. lib.* 8. *d. disp.* 19. Justis *lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 121. Pyrrhus Corrad. *de dispens. matrim. lib.* 7. *cap.* 2. *per tot.*

155 Causa *ob angustiam loci*, debet verificari quoad locum originis, & non domicilii oratricis. Pyr. Corrad. *in prax. disp. libr.* 7. *cap.* 5. *nu.* 31. Just. *in prax. disp. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 128. *& lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 3. Diana *p.* 8. *tr.* 3. *res.* 93. *vers. sufficiens etiam.* Barb. *de offic. Episc. alleg.* 4. *num.* 8. nisi Pontifex aliter expresserit. Porro angustia non tam stricte est accipienda, ut sit necessaria exacta perquisitio, an in oppido sint pares oratrici non consanguinei, vel affines, qui illam ducere velint, sed moraliter est intelligenda, ut licet aliqui sint non consanguinei paris conditionis, tamen difficile illis sit nubere æquali sibi, suisque parentibus grato. Just. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 14. paritas vero in matrimonio consideratur ex nobilitate, potentia, divitiis, honore, ætate, genio, & moribus. *arg. cap. super eo.* 2. *de testib.* Tusc. *litt. N. concl.* 157. Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 19. *num.* 15. Dian. *p.* 8. *tr.* 3. *res.* 93. *vers. notat tamen.* ubi, quod sola æqualitas nobilitatis, aut divitiarum non attendatur; sic si major pars civium, vel incolarum loci sint oratrici consanguinei, vel affines, verificatur angustia. Item si in loco non æstimentur æquales, nisi consanguinei, scilicet morali hominum æstimatione. Pont. *lib.* 8. *cap.* 21. §. 2. *n.* 22. Just. *n.* 23. Imo sufficit, quod nullus sit in loco, non consanguineus, qui illam ducere velit, Pyr. Corrad. *l.c. nu.* 58. Item si oratrix per aliquos annos fuit ornata & exposita ad nubendum, & nullus æqualis illam petiit: quia mulieres non debent per se quærere maritum. Ludovis. *dec.* 414. *nu.* 11. Fontanel. & alii apud Just. *l.c. n.* 24. Corrad. *l.c. n.* 58.

156 Porro angustia loci sufficit, quod verificetur de tempore petitæ, & executæ dispensationis, prout sonant verba litterarum, quæ denotant tempus præsens; neque habetur in consideratione, quod mulier futuro tempore possit invenire æqualem: nam tempus futurum, utpote incertum, attendi non debet. Salgad. *in labyr. cred. p.* 2. *cap.* 22. *n.* 101. Just. *l.c. n.* 26. sed

157 Quær. primo, an Doctor Juris, ex ignobilibus parentibus natus, qui est vere talis, possit dici æqualis fœminæ nobili, ad effectum dispensationis *ob angustiam loci*? Resp. est affirmativa; quia doctoratus est dignitas *cap. quanto.* & ibi glos. magna *in fin. de magistr.* Ric. *in prax. for. Eccles. p.* 2. *res.* 467. *num.* 5. Pasch. *de patr. potest. p.* 2. *cap.* 5. *n.* 69. *&* 71. Gratian. *disc. for. cap.* 590. *n.* 20. Genuen. *in prax. for. Eccles. q.* 416. *n.* 4. Leo *in thes. for. Eccles. p.* 1. *cap.* 12. *n.* 27. Menoch. *de præsum. lib.* 4. *præs.* 189. *num.* 86. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 7. *gl.* 3. *p.* 15. *num.* 63. & alii apud Just. *l. c. nu.* 63. apud quos est unanimis, quod doctoratus causet nobilitatem; adeo, ut Comitissa etiam magna nubens Doctori, non dicatur nubere indigno. DD. *cit.* Paschal. *uti supra n.* 68. Farin. *de carcer. q.* 27. *n.* 77. dummodo Doctor sit eximius doctrina, & non tantum nominalis. Fragos. *de regim. Reip. Christ. p.* 1 *lib.* 3. *disp.* 6. *n.* 150. Just. *l.c. n.* 54.

Quær. secundo, si mulier volens nubere sit nobi- 158
lis, sed pauper, & in oppido adsint personæ ignobiles, sed divites, qui velint illam ducere cum parva dote, eritne talis dicendus paris conditionis? Resp. negative; quia paritas non debet considerari ex divitiis, sed ex genere, & moribus, juxta *L. sed ea.* ibi *indignum moribus. ff. de sponsal. L. viduæ.* ibi *ut si pares sint genere ac moribus. C. de nuptiis.* Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 189. *n.* 85. Genuen. *in prax. for. Eccles. q.* 706. *n.* 2. Nec tenetur mulier nobilis, licet pauper, nubere ignobili, quamvis diviti; quia tunc perdit nobilitatem, & fit ignobilis. Tiraq. *de nobilit. c.* 18. *num.* 16. Paschal. *loc. cit. p.* 4. *cap.* 2. *numer.* 35. Rot. coram Cavaler. *dec.* 6. *num.* 11. tex. *in L. cum te. C. de nupt.* & talis manet etiam mortuo viro; quia sequitur conditionem viri. *L. fœminæ ff. de senator.* Fontanel. *d. gl.* 3. *p.* 14. *num.* 48. Just. *loc. cit. a n.* 62. sicut ignobilis nubens nobili fit nobilis. *d. L. fœminæ.* Fontanel. *& DD. sup. cit.*

Quær. tertio, quid si fœmina petens dispensationem 159
ob angustiam loci, possit in locis vicinis nubere paribus non consanguineis, potestne angustia loci verificari? Resp. affirmative; quia non tenetur mulier extra suam patriam nubere, quamvis locis sit vicinus, & cohærens patriæ. Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 19. *n.* 13. Pont. *eod. tr. lib.* 8. *cap.* 21. §. 2. *num.* 22. Genuen. *in prax. Archiepisc. curiæ cap.* 20. *num.* 4. & ita declavit S. Congr. uti testantur Sanch. & Pont. *ll. cit.* Just. *num.* 70.

Quia vero in gradibus propinquioribus major requi- 160
ritur causa, ideo si oratores sunt in secundo & tertio consanguinitatis conjuncti, addi solet in Curia clausula „ *& si extra* „ hoc est, si mulier extra suum locum nubere cogeretur, dos non esset competens, vel sufficiens ad nubendum æquali; quia vero hæc clausula est difficilis probationis, ad vitandam hanc difficultatem, illius loco solet exprimi, *quod oratores sint ex honestis familiis*, & licet non exprimatur nobilitas, dispensatio non irritatur, ut si taceretur, quod orator sit Comes, Baro &c. quæ est tutior, & facilior, sed auget Romæ componendam, hoc est expensas, in quinque aureis circiter. Justis *l.c. n.* 108. *&* 109. Pyr. Corrad. *in prax. disp. lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 19.

Et quando in dispensatione fuit expressa sola nobi- 161
litas, cum illa narrativa „ *ex certis rationabilibus causis &c.* tunc non est opus nobilitatem verificare; quia tali casu oratores debuerunt solvere majorem taxam, quæ succedit loco causæ. Just. *ut sup. n.* 114. Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 35. *n.* 24. Pyr. Corrad. *l. c. nu.* 113. si vero hæc nobilitas fuit expressa ad vitandam probationem clausulæ „ *& si extra*, tunc debet probari. Just. *n.* 117. Pyr. Corrad. *n.* 115. Sanch. *n.* 25.

Sed quomodo dignoscitur, quod nobilitas in dispen- 162
satione stet pro causa finali? Resp. cognosci ex illis verbis „ *ut asseris, asserentes*, vel *sicut asserunt*, vel „ *ut ab ipsis asseritur*, quia tunc asserens debet probare. Barbos. *de claus. claus.* 116. *nu.* 1. Cassad. *dec.* 4. *num.* 1. *de probat.* Sperel. *dec.* 52. *num.* 21. quia nobilitas regulariter non inest a natura. Riccius *in prax. p.* 2. *res.* 286. *num.* 1. Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 35. *num.* 25. *& dis.* 19. *n.* 6. si vero in litteris dicitur impersonaliter „ *ut asseritur*, quia hoc verbo non præsumitur nobilitas a partibus allegata, non est probanda. Cassad. *d. dec.* 4. *nu.* 9. *de prob.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 32. *num.* 12. Barb. *de claus. claus.* 188. *numer.* 3. Rot. sæpius apud Just. *n.* 121. & coram Coccin. *dec.* 89. *num.* 3. *&* *dec.* 138. *num.* 1. inter ejus select. Rot. in posth. Farin. *dec.* 510. *num.* 1. & de hac clausula *ut asseris*, & *ut asseritur*, diximus in prax. *clausularum Apostol. num.* 10.

Ut

163 Ut autem qualitas nobilitatis probetur, sufficit probare nobilitatem patris, & quod oratores nobiliter vivant, & ea exerceant, quæ spectant ad statum nobilem; ab illis vero abstineant, quæ popularia sunt. Pyr. *num.* 119. Just. *num.* 123. si vero fuit dictum, *de nobili genere procreatos esse*, tunc oportebit probare nobilitatem patris, & matris. Sanch. *lib.* 8. *disp.* 19. *num.* 6. de qua materia, & modo probandi nobilitatem pluta vide apud Just. *loc. cit. num.* 126. & 136. Corrad. *loc. cit. cap.* 2. *num.* 119. Mascard. *de probat. Concl.* 1090. *num.* 12.

Ut vero probetur, oratores esse ex honestis familiis, sufficit, quod testes dicant, eos honeste vivere, & eorum familias non turpitudinis vitio laborare. Corrad. *num.* 118. Just. *num.* 143. juxta tex. *in L. omnes C. de iis, qui ven. atat. impetr. circa princ.* ibi. *sed etiam testibus idoneis* &c.

164 Causa *ob defectum dotis*, est secunda, & admittitur in gradibus remotioribus; in propinquioribus vero, ut in secundo, & tertio, & in primo publicæ honestatis, requiritur augmentum, quo casu executor non poterit dispensare, nisi prius ab oratore oratrici dos fuerit aucta. Just. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 10. Corrad. *lib.* 8. *capit.* 2. *numer.* 23. & 37. & debebit bene observare substantias oratoris, an possit implere quod promittit, vel non. Si vero oratrix sit omnino indotata, & orator velit illam ducere indotatam, illamque dotare ex integro, & competenter, est causa sufficiens ad dispensandum, & tunc delegatus non dispensabit, donec orator competenter illam dotaverit. Admittitur autem hæc causa *ob defectum dotis*, ne mulieres innuptæ remaneant, vel cogantur nubere indigno, & quia propter inopiam sæpe periclitatur honestas. Vel quia uxor indotata a viro male tractatur &c. Sperel. *decis.* 138. *numer.* 83. Sanch. *de matr. lib.* 4. *disp.* 26. *num.* 4.

165 Idem dic, si oratrix habet quidem dotem, sed litibus involutam, & orator vult in se suscipere lites. Corrad. *in prax. dispen. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 48. & 58. Just. *loc. cit. num.* 27. Pont. *de matr. lib.* 8. *cap.* 21. §. 2. *num.* 23. Sanch. *eod. tr. lib.* 8. *disp.* 19. *n.* 20. dummodo orator sit habilis ad prosequendam litem & propter suam peritiam valde necessarius, ita ut oratrici difficile subveniretur, illo matrimonio non contracto, & lis sit super bonis magni momenti; quænam vero sint talia, relinquitur arbitrio Judicis delegati, habito respectu ad facultates, & qualitates oratorum, quia in paupere quæstio de porcello, diceretur magna. Just. *l. cit. n.* 30. Paris. *de resign. lib.* 5. *q.* 6. *num.* 113. Barb. *axiomat. axiom.* 32. *num.* 1. & sufficit, quod mulier in patria ob dotis incumpetentiam virum non inveniat, eodem modo, quo diximus de angustia loci; & verificatur causa, licet aliqui pauci adessent non consanguinei, paris conditionis, sed difficile esset oratrici uni ex illis nubere: quia libertas matrimonii non est restringenda ad duos, vel tres. Just. *libr.* 3. *cap.* 2. *num.* 14. Dian. *p.* 8. *tr.* 3. *res.* 93. §. *sufficiens in fin.* quia non decet, libertatem matrimonii ita restringi, & durum esset, si fœmina arctaretur ad unum, aut alterum invita & cum aversione &c.

166 Quær. primo, an fœmina censeatur pauper, & dote carere si nihil possideat, sed habeat parentes divites? Resp. negative: quia pater tenetur dotare, & potest compelli ad dandam dotem. Sperel. *dec.* 165. *numer.* 3. Sanch. *lib* 4. *disp.* 26 *num.* 8. & 11. & *lib.* 8. *disp.* 19. *n.* 21. Pont. *lib.* 8. *cap.* 21. *n.* 23. §. 2. Corrad. *lib.* 7. *c.* 2. *n.* 23. Justis *loc. cit. num.* 42. Tusch. *litt. D. concl.* 373. licet invito patre nubat, imo licet nubat indigno, si pater distulit illam collocare ultra 25. annos. Sanch. *lib.* 4. *disp.* 26. *num.* 11.

167 Porro dicitur carere dote, non obstante morali certitudine, quam habet, quod frater, vel alius sit dotatus; quia si nulla fuit facta promissio, vel pactum, nullum jus habet ad dotem DD. *cit.* censetur etiam pauper, & dote carere, si parentes sint in tali statu, ut non possint se privare bonis, licet post mortem illorum sibi sint destinata; quia onera matrimonii incipiunt in ipsius contractu, & ita statim est necessaria dos. Just. *n.* 46. & *DD. cit.*

168 Quær. secundo, an fœmina dicatur pauper, si dos, quam habet, sufficit ad nubendum æquali, sed est minus sufficiens ad nubendum consanguineo etiam potentiori? Resp. negative. Just. *num.* 49. Pont. *lib.* 8. *c.* 21. §. 2. *n.* 23. Sanch. *loc. cit. n.* 17.

Porro licet fœmina tempore petitæ dispensationis vere fuisset pauper, tamen, si ante executionem fuit facta dives, non potest dispensari ob dotis incompetentiam, quæ non verificatur. Just. *loc. cit. num.* 56. & *cap.* 1. *n.* 81. *cit. lib.* 3. & diximus supra *num.* 148. 169

Quær. tertio, quid si mulieri pauperi fuit factum legatum, de quo illa nullam habuit notitiam, & bona fide petita dispensatione, cum causa *ob defectum dotis*, eaque obtenta, & consummato illius effectu, venit in notitiam ipsius legati, valebitne dispensatio? Resp. affirmative; quia paupertas expressa, vera, & certa ex communi errore vulgi, ab ipsis etiam oratoribus habebatur. Just. *lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 68. Pyr. Corrad. *loc. cit. n.* 27. 170

Sed quid, si dispensatio fuit petita ob mulierem omnino indotatam, & postea in verificatione narratorum reperiatur, habere aliquam modicam dotem, vel si petita fuit ob defectum dotis, & in verificatione reperiatur, Oratricem esse omnino indotatam, eruntne litteræ subreptitiæ? & affirmative Respondet Corrad. *in prax. dispens. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 50. sed negativam tenet Justis *loc. cit. nu.* 20. quia semper mens Pontificis verificatur, nempe ne Oratrix maneat innupta, sive deinde id sequatur, ex quo habeat dotem incompetentem, sive quia sit omnino indotata.

Tertia causa est *ob lites*, sive lites sint inter ipsos oratores, sive inter parentes, vel consanguineos, aut affines, dummodo lis sit super magnis rebus; quia modica non curantur. Quando sit magni momenti, remittitur arbitrio Judicis delegati: non sufficit, quod lis adfuerit, & fuerit composita: quia causa dispensationis tunc jam cessavit: & dummodo lites non procedant ex causa matrimonii contrahendi inter oratores; quia tunc Pontifex potius retraheretur a dispensando. Just. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 17. Imo si data opera, & crimine admisso, ut facilius Pontifex dispensaret, oratores, vel consanguinei, vel alii lites ipsas introduxissent, carere deberent dispensatione, & tenerentur de ejusmodi fine in petitione dispensationis mentionem facere. *loc. cit. num.* 18. Et delegatus non potest in tali casu dispensare, nisi prius illi constiterit, quod facta fuerit inter litigantes transactio propter clausulam in ablativo absolute posito, in litteris apponi solitam, *facta prius litis cessione &c.* quæ formam inducit. Rubeus *dec. Rot.* 212. *n.* 21. *p.* 4. *rec. tom.* 2. Just. *lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 19. 171

Quarta causa est, *ob inimicitias*, dummodo hæ aliunde ortæ sint, quam ex causa matrimonii, & ante illius tractatum cœperint. Genuen. *in prax. Curiæ Archiepisc. cap.* 20. *in addit. num.* 16. Just. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 13. & dummodo inimicitiæ non sint leves, sed graves, & probentur. Ad tex. *in §. si vero quis.* ibi. *& approbaverit statim. authent. de testib.* Paris. *de resign. lib.* 5 *q.* 3. *n.* 259. Mascard. *de prob. concl.* 900. *n* 7. & quæ sint graves inimicitiæ, relinquitur arbitrio delegati. Tusch. *litt. I. concl.* 149. Paris. *loc. cit.* Pajatel. *exped.* 14. *num.* 42. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 110. *num.* 3. Dicitur inimicitia gravis in Jure, quæ est capitalis, etiam ad effectum dispensationis matrimonialis, item quæ fuit orta ex injuria atroci, & offensus est promptus ad vindictam. Tusch. *loc. cit.* Mascard. *de prob. concl.* 1129. *num.* 5. Item si fuit orta ex controversia omnium, vel magnæ partis bonorum, vel ex querela criminali, nisi fuerit revocata. Rot. apud Farin. *dec.* 371. *num.* 12. *post* 2. *vol. consil.* Tusch. *loc. cit. num.* 8. Just. *num.* 23. Gravis etiam, & capitalis reputatur causa pecuniarum, ob quam de maxima substantia controvertitur. Menoch. *loc. cit.* Just. *num.* 27. Tusch. *loc. cit.* & semel inimicus præsumitur etiam de futuro inimicus, nisi probetur, quod inimicitia cessaverit. Idem. 172

Quinta causa est *ob pacis confirmationem*: quia inimicitia gravis, etiam secuta pace, solet odia post se relinquere, ideo confirmatio pacis est causa ad dispensandum, ut magna mala, & delicta vitentur. Pyr. Corrad. *in prax. lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 74. Just. *loc. cit. cap.* 6. 173

Sexta causa est, *pro oratrice filiis gravata:* & non admittitur in gradibus propinquioribus, sed tantum in remotioribus, & delegatus non potest procedere ad dispensationem, nisi postquam orator idonee caverit, se dictis filiis alimenta præstiturum, & quidem per scripturam authenticam, nec sufficit hypotheca sola, sed requiritur etiam fidejussor. Just. *loc. cit. cap.* 7. 174

Septi-

175 Septima causa est, *ob ætatem mulieris*: hæc non admittitur ad dispensandum quoad viduas: quia lex non curat de viduis. Pont. *de matr. lib.* 8. *cap.* 17. §. *ult. n.* 42. *in fin.* Pyrr. *d. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 88. quia in litteris Apostolicis apponitur dictio „ *hactenus non invenit.* quæ importat tempus præteritum, & infert, oratricem nullum habuisse maritum. In gradibus proprinquioribus dispensatur in 25. annis, sed in remotioribus sufficit, quod oratrix attigerit 24. annum Justis *cap.* 8. *num.* 11.

176 Ætas vero est verificanda coram delegato, vel ex libro baptizatorum patris, vel ex testibus. Paris. *de resig. lib.* 10. *q.* 3. *nu.* 38. Mascard. *de prob. concl.* 671. Grat. *disc. for. cap.* 767. *nu.* 47. Coccin. *dec.* 334. *num.* 1. non tamen probatur per patrem, vel matrem, aut fratres oratricis; quia memoria hominum fallax est, juxta Just. *d. cap.* 8. *num.* 15. quamvis apud eundem contrarium teneat Alex. de Nevo *cons.* 1. *num.* 12. & causa finalis debet stricte probari, & si una dies deesset, gratia esset subreptitia. Garz. *de Benef. p.* 6. *cap.* 2. *num.* 285. quia in iis, quæ a lege, vel legislatore sunt determinata, & limitata, non licet delegato arbitrari. Sanch. *de matr. lib.* 1. *disp.* 16. *num.* 4. & cum lex certi anni meminit, de perfecto intelligitur. *DD. cit.* & Mates. *lib.* 2. *var. res. cap.* 1. *num.* 8. Rot. apud Merlin. *dec.* 496. *num.* 1. Mascard. *de prob. concl.* 666. *n.* 47. & quod delegatus non possit exequi litteras, si unica dies desit, late comprobat. Just. *loc. cit. cap.* 8. *a num.* 13. neque sufficit, quod oratrix tempore executionis compleat ætatem, sed requiritur quod etiam tempore impetrationis illam expleverit. Garz. *loc. cit. num.* 285. Pont. *lib.* 8. *cap.* 20. *num.* 2. Paris. *de resign. lib.* 4. *q.* 2. *num.* 17. Just. *num.* 22. & ut supra *num.* 148.

177 Quær. quid si oratrix habuit occasionem nubendi, & sponte recusavit? Corrad. *loc. cit. num.* 93. *vers. illud autem in fin.* credit, fore subrepritiam gratiam, ex quo per ipsam stetit. Sed Justis tenet, fore validam *n.* 30. quia licet fœmina ab initio proposuerit manere innupta, tamen quia voluntas hominis est ambulatoria, non dicitur in culpa, si casu eveniente mutet propositum.

178 Causa octava, *quia locus est ad littus maris &c.* est similis cum *angustia loci*, & movetur Papa ad dispensandum, ne mulier innupta remaneat. Just. *cap.* 9.

179 Causa nona, *ob excellentia meritorum* est, ut si quis diutius pro fide catholica militavit, & vulnera reportavit. tex. *in cap. tali conjugio.* 1. *q.* 7. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 19. *n.* 32. & non tantum movetur Pontifex ex meritis oratoris, sed ex meritis illius, qui pro illo intercessit, & qui Ecclesiæ servitia præstitit. Porro merita hæc debent probari coram executore. Garz. *de Benef. p.* 6. *cap.* 2. §. 2. *nu.* 225. Tusch. *litt. D. concl.* 462. *num.* 2. Just. *cap.* 12. *nu.* 12. Pyr. Corrad. *in prax. dispens. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 110.

180 Causa generalis, scilicet, *ex rationabilibus causis*, est decima, in qua licet sint exprimendæ qualitates nobilitatis &c. non tamen sunt necessario probandæ, & verificandæ coram executore, sicut nec causæ in genere expressæ; quia in his dispensationibus datur, & solvitur major compositio, quæ in pios usus impeditur. Corrad. *in prax. disp. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 112. Just. *cap.* 13. & diximus supra.

181 Causa undecima est, ut *bona conserventur in familia*; nam Reipublicæ interest familias conservari locupletes. *arg. L.* 1. §. *sed & si servus, vers. publice enim interest. ff. de ventr. inspic.* Sanch. *loc. cit. nu.* 30. Et non solet concedi nisi inter magnates, personasque illustres, divites, & potentes, attenta loci qualitate, etiam in propinquioribus gradibus, ut in primo & secundo, vel in secundo. Tusch. *litt. D. concl.* 546. Just. *cap.* 14. *num.* 10.

182 Causa duodecima, *ob illustris familiæ conservationem*, est; quia tenuit in bonum publicum, regulatur-que ut mox antecedens, Just. *cap.* 15. & DD. *ibi cit.* Sanch. *l. c. n.* 31. Hinc S. Pontifex aliquando dispensat super voto castitatis, etiam solemni ad matrimonium contrahendum, cum hac differentia, quod super voto solemni, seu in professione, non dispensatur nisi ex publica causa, cum subdiaconis vero etiam ex privata causa. Prosp. Bottin. apud Just. *post cap.* 15. *per tot.* Sanch. *lib.* 8. *disp.* 8. *num.* 2. Card. Albicius *de inconstant. in fid. cap.* 36. *num.* 145. Fagnan. *in cap. cum ad monasterium. nu.* 64. *de stat. monac.* Bellet. *disquis. Cler. p.* 1. §. 9. *num.* 13. & ita fuit dispensatum cum D. Comite Slabata ab Alex. VIII. & ut supra. *num.* 60.

Causa decima tertia est, *ad vitanda scandala*, & 183
hac dictum est supra in dispensatione *in forma pauperum.* dicuntur vero gravia scandala, timor probabilis inimicitiarum, vel jurgiorum. Item timor incontinentiæ. Nec requiritur, scandala esse certa, sed sufficit, quod probabiliter timeantur. Just. *lib.* 3. *cap.* 17. *per tot.* ratio autem hujus causæ est; quia ob scandalum vitandum debet prætermitti omne id, quod non est contra veritatem vitæ, doctrinæ, & justitiæ, vel, quod non est contra Deum; quia nunquam est mortaliter peccandum, imo nec venialiter. Non contra doctrinam; quia doctor, vel concionator, nunquam debet falsum dicere, non contra Justitiam; quia nunquam judex potest ferre falsam sententiam, nec testis falsum testimonium, licet veritas ob vitandum scandalum possit taceri, vel delinquens non puniri, sed non absolvi, & casus, in quibus scandala vitari possunt, vide apud Just. *loc. cit. num.* 34.

Causa decima quarta est, *ob matrimonium contra-* 184
ctum ignoranter in gradu prohibito, ad vitanda scandala, quæ ex divortio sequerentur, maxime si fuit consummatum, & adest proles. Dian. *p.* 8. *tr.* 3. *res.* 93. *in fin. vers. adverte.* & debet exprimi, an matrimonium fuerit ignoranter, vel scienter cum impedimento contractum. Item an denunciationes fuerint omissæ sive cum licentia Episcopi, sive sine illa, aliter dispensatio est nulla. Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 25. *num.* 21. Just. *in prax. disp. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 6. vide Concil. Ttid. *de reform. matr. sess.* 24. *cap.* 5.

Porro, si matrimonium fuit publice contractum, 185
præmissis denunciationibus, vel omissis ex dispensatione Ordinarii, ignorantia impedimenti præsumitur. Rot. post Farin. *dec.* 234. *num.* 4. *post* 2. *vol. cons.* Sanch. *loc. cit. disp.* 21. *num.* 68. Rot. post Cenc. *de cens. decis.* 299. *num.* 3. Ludovis. *decis.* 461. *num.* 3. & 4. Tusch. *litt. M. concl.* 118. *num.* 9. imo bona fides in contrahentibus inducitur, ex assertione parochi asserentis, se habere licentiam copulandi. Ludovis. *loc. cit. num.* 10. si vero fuit matrimonium clandestine celebratum, præsumitur mala fides. Tusch. *litt. L. concl.* 447. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 42. *nu.* 1. debet etiam exprimi, quod ambo oratores bona fide contraxerunt: nam si unus mala fide contraxisset, & non fuisset expressum, non valeret dispensatio. Just. *lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 15. citans Navar. *cons. ult. de consangu. lib.* 4. *in* 2. *edit.* quem sequitur Sanch. *lib.* 8. *disp.* 25. *num.* 30. Genuen. *in praxi Curiæ &c. cap.* 20. *num.* 7. quando nempe fuit narratum Pontifici, oratores impedimentum ignorasse. Ignorantia an fuerit probabilis, probatur juramento, quia quæ consistunt in animo, aliter non possunt probari. Sanch. *de matr. lib.* 3. *disp.* 15. *num.* 8. Barbos. *de offic. Episc. alleg.* 32. *nu.* 23. Farin. *cons. crim.* 60. *num.* 100. Pyr. Corrad. *in prax. disp. lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 58. Just. *loc. cit. num.* 21. ideo oratores in manibus delegati jurare debebunt.

§. IX.

Dispensatio an præsumatur, vel qualiter probetur?

Præsumitur ex scientia, & patientia superioris dispen- 186
sare valentis, & impedire potentis. Dian. *p.* 8. *tr.* 3. *res.* 17. Sanch. *de matr. lib.* 3. *disp.* 35. *num.* 20. Item ex decennali possessione in Beneficio. Ludovis. *decis.* 57. *num.* 8. Paris. *de resign. lib.* 3. *q.* 6. *num.* 74. *& sequen.* Rot. coram Bichio *dec.* 198. *num.* 31. ubi Cassador. & alii, dummodo possessio allegetur ab illo, pro quo dispensatio præsumitur, secus si negatur ab illo, & ab alio contra eundem allegatur. Paris. *loc. cit. n.* 75. Ric. *in prax. p.* 2. *res.* 360. Mates. *lib.* 2. *var. res. cap.* 24. *num.* 1.

In matrimonio vero, conjuges, qui præmissis denun- 187
ciationibus in gradu prohibito contraxerunt, & steterunt in figura matrimonii, saltem per decem annos continuos, præsumitur, fuisse super impedimento directo dispensatos, maxime in favorem legitimitatis prolis. Ludovis. *dec.* 57. *num.* 8. Rot. coram Cavaler. *dec.* 123. *num.* 5. Tusch. *litt. D. concl.* 481.

Que-

§. X.

Quædam dubia in materia diſpenſationum.

188 Quær. I. An diſpenſatio conceſſa, *quia fœmina remaneret innupta defectu dotis*, valeat, ſi maneret innupta tantum ob deformitatem? Reſp. eſt affirmativa; quia cauſa finalis, & motiva eſt, ne mulier maneat innupta, quæ verificatur tam in deformitate, quam defectu dotis. Ita Sanch. *de matr. lib.* 8. *diſp.* 19. & alii apud Dian. *p.* 10. *tr.* 11. *reſ.* 42. & propter deformitatem, vel alias cauſas, tunc dos non poteſt dici ſufficiens contra Guttierrez, apud quos tamen videbis rationes pro, & contra.

189 Quær. II. An diſpenſatio in primo gradu affinitatis valide, & licite a Summ. Pontifice concedi poſſit cum cauſa? Affirmant Dian. *p.* 4. *tr.* 4. *reſ.* 93. *& p* 8. *tr.* 1. *reſ.* 67. & probat ex S. Thom. 2. 2. *q.* 154. *a.* 3. & probatur ex 3. *Reg. cap.* 2. ubi Adonias petiit Abiſag in uxorem, quæ fuerat uxor ipſius patris, & obtinuit. Neque eſt contrarius S. Paul. 1. *ad Cor.* 5. ubi dicitur: *tanta auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris ſui aliquis habeat:* quia ille inceſtuoſus tovercam ſuam cognovit vivo adhuc patre.

190 Quær. III. An diſpenſatio S. Pontificis in lege propria ſine cauſa valeat? Reſp. affirmative; ſecus in lege ſuperioris. Dian. *p.* 8. *tr.* 3. *reſ.* 4. ubi plurimi. Eſt tamen illicita, juxta multos, mortaliter. Suar. *de LL. lib.* 6. *cap.* 18. *num.* 4. Covar. *in* 4. *p.* 2. *cap.* 6. §. 9. *num.* 8. juxta alios tantum venialiter. Ut ſentit Dian. *p.* 8. *tr.* 3. *reſ.* 6. & illa utens peccat venialiter, ceſſante ſcandalo, aut gravi damno proximi, alias fieret culpa mortalis. Juxta Sanch. *de matr. lib.* 8. *diſp.* 18. *num.* 12. Idem dic de diſpenſatione Epiſcopi in legibus propriis. Et diximus de hoc ſupra *n.* 142.

191 Quær. IV. An diſpenſans in lege ſuperioris poſſit diſpenſato imponere aliquod onus? Reſp. negative, non ex contractu; quia redoleret Simoniam, non ex lege præcedenti; quia inferior non poteſt illam permutare, vel extendere in aliam materiam, neque de novo lege, vel præceptum imponere. Dian. *p.* 8. *tr.* 3. *reſ.* 22. Sanch. *de matr. lib.* 3. *diſp.* 10. *num.* 9. *& lib.* 8. *diſp.* 14. *a num.* 2. ubi tamen etiam contrariam ſententiam eſſe probabilem, & non damnandam dicit. Pallaus *tom.* 1. *tr.* 3. *diſp.* 9. contra Sylveſtr. & alios.

192 Quær. V. An diſpenſatio obtenta ad matrimonium, vel Beneficium proſit pro quolibet matrimonio, vel Beneficio, & non tantum pro primo? Reſp. affirmative, ſi duret eadem cauſa diſpenſandi, quia hæc ſuſtulit impedimentum matrimonio, vel Beneficio obſtans, & diſpenſatio non reſpicit matrimonium, vel Beneficium, ſed perſonam. Joan. Andr. *in capit.* 1. *de fil. Presbyt. in* 6. *& cap. non poteſt, de præb. in* 6. Dian. *p.* 8. *tr.* 3. *reſ.* 40. Dummodo diſpenſatio fuerit abſoluta, & non limitata. Sanch. *de matr. lib.* 8. *diſp.* 31. *num.* 8.

193 Quær. VI. An diſpenſatio cum Epiſcopo electo, ut poſſit retinere Beneficia, valeat, ſi non fuit facta mentio, vel derogatio Juriſpatronatus Laicorum. Reſp. affirmative. Vide Covarr. *pract. qq. cap.* 36. *n.* 12. Ventrigl. *de Jurep. annot.* 2. §. 2. *nu.* 6. Capon. *diſc. for.* 1. *n.* 27. *& diſc.* 89.

194 Quær. VII. An illa quæ diximus de diſpenſ. *in forma pauperum*, procedant etiam extra Curiam? Reſpondetur obſervandum cujuſque Epiſcopi, uti etiam Nuntii Indultum, & authoritatem ſuper hoc. Quia vero hodie communiter datur Epiſcopis a Papa facultas diſpenſandi cum pauperibus ſine ulla clauſula reſtrictiva, diſpenſari poterit cum quibuſcumque pauperibus, licet miſerabiles non ſint, & induſtria propria tantum viventes uti obſervatur in praxi. Et quinam tali caſu ſint pauperes, remittitur Judicis, vel diſpenſantis arbitrio, uti ibi diximus; & quia facultas diſpenſandi utpote favorabilis latè eſt interpretanda, ut diximus ab initio hujus §. neque eſt neceſſaria Copula, vel Copulæ ſuſpicio; quia hæc diſpenſatio extra Curiam non datur ob cauſam infamiæ mulieris tantum, ſed etiam, ob alias, uti *ob anguſtiam loci*, vel *locorum*, *dotis incompetentiam* & alias, ut fuit practicatum in Nuntiatura Viennenſi & aliis.

DISTRIBUTIONES.

Praxis Diſtributionum.

Diſtributiones quotidianæ, quæ etiam Victualia dicuntur, ſunt diurnum ſtipendium, quod Cathedralium, vel Collegiatarum Eccleſiarum Clericis diſtribuitur, quatenus vere, vel per fictionem juris Divini interſint, vel pro ſui muneris qualitate inſerviant. Moneta *de diſtributionibus par.* 1. *quæſt.* 4. *n.* 10. Quoad ſubſtantiam introductæ ſunt jure naturali, & divino; quoad modum vero jure humano, & Pontificio. Prior pars patet; quia naturale eſt, labori mercedem deberi, & remuneratio eſt naturalis *cap. charitatem* 12. *quæſt.* 2. & Lucæ 10. *Dignus eſt operarius mercede ſua:* quod vero quoad modum ſint introductæ jure Pontificio patet; quia in S. Scriptura nullibi fit mentio quotidianarum diſtributionum, ſed in Concil. Trid. *ſeſſ.* 21. *cap.* 3. *de refor.* ubi ſtatutum eſt, quod tertia pars fructuum, & quarumcumque obventionum tam dignitatum quam Canonicatuum, perſonatuum, officiorum &c. ſeparari debeat, & in diſtributiones converti. Et *ſeſſ.* 22. *cap.* 3. *de refor.* ubi Epiſcopi tanquam ſedis Apoſtolicæ Delegati ex fructibus, & proventibus quibuſcumque tertiam partem fructuum in diſtributiones convertere poſſe. Moneta *loc. cit. quæſt.* 5. *per totam*. Vide etiam Bonac. *de hor. Canon. diſp.* 2. *q.* 1. *punct.* 3. 1

Non veniunt appellatione fructuum Beneficii, nec dicuntur de corpore Beneficii. Oldrad. *conſ.* 118. Caſſad. *dec. un. de cler. non reſiden.* ubi, quod diſpenſatus, ut poſſit in abſentia percipere omnes fructus beneficii, non poſſit per hoc percipere diſtributiones. *& dec.* 6. *de præben. n.* 6. Rota apud Put. *dec.* 464. *lib.* 2. *num.* 2. & apud Cæſarem de Graſſ. *dec.* 116. *de præb. num.* 1. Hojeda *de incompat. benef. par.* 1. *cap.* 12. Covar. *lib.* 3. *var. reſ. cap.* 13. *num.* 1. Moneta *de diſtribut. par.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 3. Pariſ. *de reſign. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 30 Limita in Canonicatibus, qui nullam habent præbendam, vel alios fructus præter diſtributiones quotidianas. Geminian. *in cap. præſenti de officio ordinar. in* 6. Moneta *loc. cit. n.* 14. 2

Aliæ ſunt, & dicuntur groſſæ, quæ nimirum dantur reſidentibus, & aliæ minutæ, quæ dantur illis, qui ſingulis horis canonicis interſunt. Monet. *l. c. quæſt.* 9. *num.* 33. Put. *deciſ.* 375. *num.* 5. *lib.* 2. Rot. *deciſ.* 330. *num.* 5. *& 6. p.* 1. *in noviſſ.* Navar. *conſ.* 8. *de Cler. non reſid.* Fuſcus *de viſit. lib.* 1. *cap.* 15. *nu.* 25. Cæſ. de Graſſ. *deciſ.* 102. *de præb.* Azor. *Inſt. mor. p.* 2. *lib* 7. *cap.* 7. *quæſ.* 8. Quæ etiam proprie diſtributiones ſunt, & dicuntur. Antonel. *de Regim. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 1. Aliæ autem ſunt extraordinariæ, & large dictæ, quæ dantur pro funeribus, ſeu anniverſariis defunctorum, & aliis ejuſmodi. *cap. un. de Cler. non reſid. in* 6. Monet. *de diſtribut. p.* 1. *q.* 3. *num.* 12 Garz. *de benef. p.* 3. *cap.* 4. *num.* 15. niſi diſtributiones funeralium &c. eſſent unitæ cum horis. Garz. *l. c. verſ. illa autem*. Ubi, an, & quando diſtributionibus privatus, cenſeatur privatus etiam iſtis. Quoad ortum, & originem ſuam ſunt favorabiles; quia ſunt inventæ favore cultus divini. Moneta *l. c. quæſt.* 5. *concluſ.* 3. *n.* 35. qui eſt favorabilis. *cap. fi. de reſcript. in* 6. Abb. *in cap. cum dilectus. num.* 7. *de Cler. non reſid.* & ſumma eſt ratio, quæ pro religione facit. *L. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt. funer.* & DD. apud Monetam *l. c. quæſt.* 10. *a num.* 11. 3

Debentur ratione Canonicatus, vel Dignitatis, & debentur etiam ſupernumerariis; quia iſti ſtatim habent jura canoniæ, ſtallum in choro, & vocem in Capitulo, ac prærogativas, quas habent alii Canonici. Innoc. Hoſtienſ. Gemin. Butr. Felin. Dec. & alii *in cap. ſtatutum, de reſcr. in* 6. Hojed. *de Benef. incomp. p.* 1. *cap.* 12. *n.* 6. Gomez *de grat. expectat. num.* 28. S. Congregat. Concil. Trid. in una Segobienſ. & Salernitan. apud Monet. *p.* 2. *q.* 1. *n.* 7. Limit. primo, ſi conſuetudo introduxit, quod Supranumerarii non habeant jus Canonicæ. Limit. ſecundo, cum quis fuit receptus in Canonicum non ſimpliciter, ſed ut eſſet Supernumerarius; quia tunc conſtat, quod Canonici noluerint frangere numerum. Lim. tertio, cum Papa mandavit, aliquem ſimpliciter recipi in Eccleſia, in qua eſt certus numerus Canonicorum, neque derogat certo numero, neque mandat recipi cum plenitudine Juris canonicalis. Monet. 4

mandat recipi cum plenitudine Juris canonicalis. Monet. *l. c.* ubi DD. Debentur autem non tantum Canonicis, sed etiam Clericis beneficiatis, juxta *cap. in de Cler. non resid. in* 6. Concil. Trid. *sess.* 21. *cap.* 3. *de reform.*

5 Distributiones debentur etiam illis, quibus datus fuit a Papa coadjutor cum futura successione, uti etiam illorum Coadjutori, saltem in illius parte, in qua ei congrua portio loco stipendii assignetur. Monet. *l. c. n.* 22. *&* 30. Secus in illis, qui non recitant horas Canonicas, licet intersint choro, si non cantent per se, aut habeant suos cantores, vel mansionarios, & ita obtineat consuetudo. Monet. *l. c. q.* 2. *per tot.* ubi late, & diximus in verbo *Canonicus. num.* 7. *&* 13.

6 Distributiones debent assignari singulis horis, & Canonicis, & divinis officiis. *gl. in cap. un. verb. ordinationem, de Cler. non resid. in* 6. S. Congr. apud Monet. *q.* 3. *n.* 2. Garz. *de Benef. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 464. Concil. Trid. *d. sess.* 21. *cap.* 3. Ubi, quod ubi sunt distributiones tenues, ita ut a Canonicis contemnantur, debeat fieri dismembratio tertiæ partis proventum, applicandæ interessentibus divinis; de quo vide late Garz. *l. c.* Et ubi viget consuetudo, quod in Cathedrali, vel Collegiata recitetur etium Officium B. Virg., debent etiam illi Canonici, & Clerici interesse, sicut Vigiliis, & Officiis Mortuorum. Navar. *de hor. Canon. cap.* 10. *nu.* 2. Sylvest. *in verb. Hora. q.* 5. *n.* 6. & alii apud Monet. *l. c. n.* 5. & hoc spectat ad Officium, seu Episcopum, sicut etiam determinatio quantitatis. DD. *in cap. cum omnes, de constit.* Concil. Trid. *d. sess.* 21. *cap.* 3. *& sess.* 22. *cap.* 3. & Monet. *l. c. an.* 15. Quamvis etiam valeat consuetudo, quod distributiones quotidianæ solvantur illis, qui non integris horis, sed etiam non omnibus intersunt, sed aliquibus tantum, & certis. *Clem.* 2. *de ætat. & qual. ord.* ubi gl. in verbo *certis horis.* & Card. *q.* 17. Anchar. *n.* 8. Hojed. *de Benef. incompat. p.* 1. *cap.* 17. *n.* 11. Monet. *l. c. n.* 43. licet contratrarium teneat Butr. *in cap. quia nonnulli, de Cler. non resid.* Sicut etiam consuetudo facere potest, quod qui habet Canonicatum, & Dignitatem, duplices habeat distributiones. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 13. *nu.* 6. *circa fin.* quia talis consuetudo non est contra Jus naturale, nec damnosa Ecclesiæ. Monet. *l. c. q.* 4. *num.* 16. *&* 17. Bich. *dec.* 576. *num.* 4.

7 Non dantur absentibus, licet sint in Civitate, vel loco, ubi sita est Ecclesia, sed tantum iis, qui divinis horis, & officiis intersunt. *cap. licet, de præb.* Covar. *l. c. n.* 3. *& probatur ex cap. fin. de rescr. in* 6. & ibi gl. *verb. exceptis. cap. cum non deceat, de elect. in* 6. Concil. Trid. *d. sess.* 21. *cap.* 3. *& sess.* 24. *cap.* 12. §. *distributiones vero de reform.* Cassad. *dec. un. de Cler. non resid. n.* 1. *&* 2. Cæs. de Graff. *dec.* 116. *de præb. nu.* 3. Monet. *l. c. q.* 5. *nu.* 19. Licet deserviant per alium ex privilegio, & licet Beneficium nullos alios haberet redditus, præter distributiones. Idem *n.* 20. contra Azor. Imo licet abesset ex aliqua justa causa, ob quam alias percipere posset distributiones in absentia, si, cum non erat impeditus, non fuit solitus interesse, uti dicitur etiam de infirmis. Bichius *decis.* 567. *n.* 5. *&* 14. ubi quod allegans hoc impedimentum debeat probare, quod fuerit prius solitus interesse. Monet. *n.* 21. Oddo *de rest. in integr. q.* 27. *art.* 4. Quia tunc causa non dicitur ponere impedimentum, neque impedimentum affectatum excusat. Tiraquel. *de retr. lignag.* §. 35. *gl.* 4. *n.* 29. Felin. *in cap. fin. n.* 5. *de testib.* Odd. *l. c. q.* 27. *art.* 1. *n.* 2. Monet. *n.* 28. ubi signa affectationis. Neque illud impedimentum, quod processit ex culpa impediti, vel facile potuit illud removere, & non removit. Idem *l. c. n.* 41. *&* 42. Nec valet consuetudo, quod absentes lucrentur distributiones. Monet. *p.* 2. *q.* 12. *nu.* 31. *& seq.* Hojed. *l. c. n.* 20. Secus si Canonicus fuit impeditus facto Capituli, ne intersit Choro; tunc enim lucratur, ac si fuisset præsens. Bich. *dec.* 102. *n.* 1. *&* 21. ubi Rota. Moneta *de distrib. par.* 2. *qæst.* 16. *n.* 29. Barb. *de Can. cap.* 24. *n.* 47.

8 Plura vide in verbo *Canonicus*, ubi etiam de infirmis, quales non sunt senes; quia licet senectus ipsa sit morbus, tamen non excusat, nisi sit talis, & tam gravis, ut propterea in Ecclesiam ire Canonicus non possit, & divinis interesse. Azor. *Inst. moral. lib.* 7. *cap.* 7. *q.* 12. *p.* 2. ¶Dummodo senex reliquo ætatis suæ tempore consueverit interesse. Hojed. *de Benef. incomp. p.* 1. *cap.* 17. *n.* 17. Bich. *dec.* 567. *nu.* 14. *&* 15. & ut *supra n. antec.* Et quomodo cognoscatur, quod senectus sit talis, quæ impedit accessum ad Ecclesiam, & interessentiam &c. Judicis arbitrio relinquitur. Barb. *in cap. sedes. nu.* 73. *de rescr.* Joa. Andr. *in cap. quoniam frequenter*, ubi Socin. & Felin. *ut lit. non contest.* Menoch. *de arbitr. cas.* 59. *cent.* 1. Hojed. *l. c. num.* 18. Monet. *l. c. q.* 7 *n.* 6. *&* 7.

Et quod distributiones non dentur nisi præsentibus, 9
tenet etiam Rot. apud Merlin. *dec.* 153. *n.* 1. & quando accrescant præsentibus, vel Ecclesiæ, vide eundem Merlin. *dec.* 504. Covarruv. *ut infra.* vide etiam infra in verb. *Jus accrescendi*, & distributiones, quas Canonicus amittit ob non recitationem horarum, non accrescunt aliis Canonicis; quia licet regulariter illæ ob non residentiam accrescant præsentibus, secus tamen est ob non recitationem officii. Garz. *de Benef. p.* 3. *cap.* 2. *nu.* 445. *usque ad num.* 450. Item non accrescunt præsentibus, si singulis Canonicis, & Beneficiatis certa portio est assignata; tunc enim ad Ecclesiam pertinent. Surd. *de aliment. tom.* 1. *q.* 82. *num.* 16. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 13. *nu.* 7. Monet. *de distrib. p.* 3. *q.* 6. *num.* 16. Merlin. ubi Rot. *d. dec.* 504. Garz. *de Benef. p.* 3. *cap.* 2. §. 2. *num. cit.* Barb. *de Canon. cap.* 22. *n.* 14.

Non possunt dari, nisi habenti titulum, & possessionem Beneficii; nam jus ad distributiones acquiritur ratione Beneficii. Rot. apud Bonac. *de hor. canon. disp.* 2. *q.* 3. *punc.* 3. Menoch. *de recuper. remed.* 15. *a nu.* 580. Item habenti illam ætatem, ut intra annum possit suscipere ordinem suæ præbendæ annexum, alias non esset ad illas admittendus. Bonac. *l. c. num.* 2. Monet. *de distribut. p.* 2. *q.* 19. *nu.* 32. *&* 33. Garz. *de Benef. p.* 3. *cap.* 4. *n.* 12. *& seq.* 10

Non tantum debentur illis, qui intersunt horis Canonicis, sed etiam illis, qui intersunt Missæ conventuali; quia venit nomine officii divini. *cap.* 1. *de celebr. Miss.* & distributiones dantur interessentibus officiis divinis. *cap.* 1. *de Cler. non resid.* 11

Distributiones adeo Clericorum sunt, & fiunt, ut illi acquirant verum Dominium illarum. *cap. un. de Cler. non resid. in* 6. §. *qui vero.* Redoan. *de Spol. Eccles. q.* 3. §. *& in hac materia. n.* 4. Covar. *in cap. cum in officiis. nu.* 4. *de testam.* Cras. *de successione.* §. *testamentum. q.* 34. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §. 7. *num.* 164. Monet. *de distrib. p.* 3. *q.* 1. *n.* 18. Quia distributiones aliud non sunt, quam merces laboris personalis, nec percipiuntur ratione Beneficiorum, nec illorum fructus sunt. Hinc testari de illis possunt libere, & donare. DD. *cit.* & Clar. *in* §. *testamentum. q.* 27. *nu.* 10. Et quamvis de Jure in fructibus Beneficii, non consanguinei, sed Ecclesia succedat. *cap. cum in officiis, & cap. relatum. de testam.* tamen in distributionibus quotidianis secus fit: ut late probat Monet. *l. c. q.* 3. *a nu.* 4. apud quem Rot. coram Seraph. *dec.* 594. *n.* 6. & non tantum donare, sed etiam transigere super illis possunt. Monet. *l. c. q.* 5. vide etiam Bich. *dec.* 102. Azor. *Inst. moral. p.* 2. *lib.* 8. *cap.* 3. *q.* 9. juxta quos DD. *cit.* Clerici possunt etiam de illis testari tam inter vivos, quam causa mortis. Vide etiam Carol. Felic. de Matha. *de constitor. caus. in addit. reddit. Eccles. nu.* 100. Leo *in Thes. for. Eccles. p.* 3. *cap.* 3. *nu.* 27. & Bich. *dec.* 256. *a n.* 17. *& dec.* 102. *n.* 2. Vide tamen supra in verbo *Clericus. n.* 16. & illas assequi volens in judicio, deberet libellum offerre nomine proprio, non Ecclesiæ. Marian. Socin. *in cap.* 1. *sub n.* 112. *de libell. oblat.* apud Rubeum *in annot. ad decis.* 576. *Rot. Rom. p.* 4. *tom.* 3. *num.* 8. ubi *Rot.* Si nempe illis fuisset exclusus culpa propria. 12

Distributiones possunt esse materia Simoniæ, si quis admittitur ad illarum perceptionem pretio prius pacto; quia jus distribuendi distributiones est spirituali annexum saltem mediate, Monet. *de distrib. p.* 2. *q.* 18. *n.* 51 *&* 52. Sicut redimens pensionem sine auctoritate Pontificis committit Simoniam. 13

Distributionum amittendarum pœna a Pontifice, vel a Canone ipso jure inflicta obligat in Conscientia, etiam ante omnem sententiam condemnatoriam, vel declaratoriam. Secus si fuit lata ab inferioribus, ut synodali constitutione alicujus Ecclesiæ. Prima pars patet *ex capit. un.* §. *qui vero. de Cler. non resid. in* 6. Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 12. *de reform. verb. distribut.* Monet. *l. c. p.* 3. *q.* 7. *n.* 71. *& per tot.* ubi DD. 14

Ex distributionibus non solvitur decima, etiam Seminario, nec subsidium charitativum, neque annatæ. Limit. quoad decimam Papalem, si fuit imposita super omnibus proventibus, secus si fuit imposita super omnibus fructibus Beneficii; quia distributiones veniunt nomine obventionum, non vero fructuum. Monet. 15

l. c. q. 9. num. 8. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *num.* 174. Eman. Rodriq. *quæst. regul. tom.* 3. *q.* 74. *a.* 9. Lapus *alleg.* 136. *num.* 7.

16 Distributiones non debentur excommunicato vitando, suspenso, interdicto, vel degradato; nec eas recuperat. Monet. *de distrib. p.* 2. *q.* 15. *num.* 18. *per tex. in cap. pastoralis.* §. *verum. de appellat.* ubi Abb. *num.* 17. Ugol. *de cens. Eccles. tab.* 2. *cap.* 12. *num.* 1. Dec. *in d.* §. *verum.* Felin. *in cap. Apostolicæ. num* 12. *de except.* Garz. *de Benef. p.* 7. *cap.* 13. *num.* 90. *seqq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 5. §. 9. *num.* 123. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 13. *num.* 8. *vers.* 12. Rot. coram Seraph. *dec.* 1164. *num.* 2. Veral. *dec.* 66. *lib.* 1. sive excommunicatio sit major, sive minor, & quamvis talis excommunicatus appellet. *cap. is cui. de sent. excom. in* 6. *cit. cap. pastoralis.* §. *verum.* quoad suspensum, probatur ex Host. *in sum. tit. de sentent. excomm.* §. *si quis ejus effect. num.* 11. Præpos. *in cap. Pastoralis.* §. *verum. de appellat.* Felin. *in d. cap. Apostolicæ.* Limit. quoad injuste excommunicatum, vel suspensum. Navar. *cons.* 11. *n* 6. *de Cler. non resid. vol.* 1. Ugol. *l. c. tab.* 4. *cap.* 6. §. 7. *nu.* 4. Felin. *in d. cap. Apostolicæ.* & plures apud Monet. *l. c. n.* 42. Idem dic de interdicto. Monet. *n.* 46. Plura apud *DD. cit.*

17 Quær. an irregularis amittat distributiones? Resp. regulariter negative, nisi tribuantur ob exercitium ordinis, quem irregularis exercere non potest; quia irregularitas de per se duntaxat privat receptione, vel executione ordinum, non autem recitatione horarum canonicarum etiam in Ecclesia, cum illas recitare non sit exercere ordines. Monet. *l. c. p.* 2. *q.* 17. *num.* 36. Limit. primo, nisi irregularitas esset talis, quæ etiam privaret Beneficio, vel propter illam esset Clericus privandus. Monet. *l. c. n.* 39. Limit. secundo, nisi irregularitas redderet aliquem inhabilem ad obtinendum aut retinendum Beneficium. Monet. *n.* 37.

18 Distributiones non exactæ a Beneficiato trasmittuntur. Moneta *de distribut. par.* 3. *quæst.* 3. *num.* 20. Rota apud Bich. *dec.* 256. *n.* 17. *&* 18. & Paris. *cons.* 33. *nu.* 22. *lib.* 3. contra Dec. *cons.* 280. *num.* 1.

19 Distributiones, quæ pertinent ad massam grossam, ante distributionem non pertinent ad singulos, sed ad ipsam massam, & debentur illis, qui sunt de collegio tempore exactionis, quamvis annis præcedentibus maturaverint. Fel. *in cap. eam te. num.* 13. *de rescript. & in cap. Jacobus. num.* 1. *de simon.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. gl.* 37. *num.* 26. Garz. *de Benef. par.* 3. *cap.* 2. *nu.* 428. *&* 429. Bich. *l. c. num.* 19. Plura de hac materia distributionum, vide apud Rubeum *in annot. ad decis.* 576. *Rot. Rom. p.* 4. *rec. tom.* 3.

DIVISIONES.

Praxis Divisionum.

1 Divisio est contractus reciprocus ultro citroque obligatorius. Socin. *cons.* 25. *vol.* 4. Barb. *axiom. lib.* 4. *cap.* 41. *axiom.* 2. est species alienationis, *L.* 1. *C. commun. utriusque Judic.* Cyriac. *contr.* 196. *num.* 7. Bart. *in L. qui Romæ.* §. *duo fratres. ff. de V. O.* Carpzov. *p.* 3. *constit.* 15. *definit.* 44. *num.* 3. Tiraquel. *de retr. lignag.* §. 1. *gl.* 14. *n.* 77. Capon. *disc. for.* 112. & ideo in illa debetur evictio, licet non fuerit promissa, etiam inter fratres, ne sequatur inæqualitas. Cyriac. *d. contr.* 196. *a num.* 2. Bal. *in L. si familiæ. Cod. famil. ercisc.* Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 115. *num.* 13. *& cons.* 87. *num.* 83. contra Rol. & alios. Ubaldus *de duobus fratribus par.* 8. *num.* 23. tex. *in L. si fratres.* 7. *C. commun. utriusque jud. L. fin. C. de comm. rer. alien. L.* 10. *ff. com. divid. in fin.* glos. *in L. hæredes* 26. §. *fin. in verb. de evict. ff. famil. ercisc.* Est etiam species permutationis. Tusc. *litt. D. concl.* 521. Capon. *l. c.* Habet vim transactionis. Barb. *l. c. axiom.* 9. Inter alios facta, tertio nocere non debet. *L. cohæredibus.* 17. *Cod. famil. ercisc.* Idem. *axiom.* 7. Est necessaria. Idem. *axiom.* 1. Est actus necessarius, qui non potest impediri, licet major pars dissentiat, quia nemo tenetur manere in communione bonorum. Ciarl. *contr. for. cap.* 77. *L. & si omnes. & L. si quis in fin. ff. com. divid. L. arbitrium. ff. famil. ercisc. L. ult. C. com. dividundo.* Neque potest perpetuo prohiberi a testatore, sed tantum ad tempus. Fusar. *de substit. q.* 707. *a num.* 4. nih fiat per modum conditionis. Cyriac. *contr. for.* 147. *L. in hoc judicium.* 14. §. *si conveniat. ff. commun. dividun.* & *L.* 4. ubi Bal. & Angel. *de condit. instit.* Bar. *in L. quintus. ff. de ann. legat.* Dec. *cons.* 349. Alex. *cons.* 18. *lib.* 2. Limit. si communis hæredum consensus juratus prohibitionem confirmaret. *arg. cap. cum contingat, de jurejur.* Jas. *in L. si non sortem.* §. *si centum. ff. de cond. indeb.* Dec. *cons.* 265.

Porro divisio a testatore hæredibus interdicta, intel- 2
ligitur prohibita hæredibus nominatis tantum, maxime si adsint verba *dicti, prædicti* &c. quæ tanquam relativa, non possunt referri, nisi ad nominatos. Bar. *in L. qui liberis.* §. *hæc verba. ff. de vulg. & pupill.* Surd. *de alim. tit.* 9. *q.* 13. *n.* 32. Dec. *cons.* 213. *n.* 9. & Rot. coram Coccin. apud Bich. *dec.* 46. *n.* 6.

Divisio hæreditatis potest peti etiam post longum, 3
& longissimum tempus, etiam ab eo, qui triginta annis v. gr. mansit in unione. Ita DD. apud Fachin. *lib.* 6. *contr. Jur. cap.* 36. Facta ex intervallo non concludit, bona divisa esse hæreditaria, cum illorum dominium medio tempore ab hæredibus acquiri potuerit. Bich. *dec.* 649. *n.* 11. Surd. *dec.* 339. *num.* 19. Merlin. *dec.* 383. *a n.* 4. *& dec.* 396. *n.* 1.

Divisio bonorum a patre facta inter filios, non im- 4
portat donationem, sed quamdam concessionem in peculium, seu administrationem, quo casu sortitur naturam ultimæ voluntatis, ita ut pater de illis possit ad libitum disponere. Limit. nisi ex instrumento divisionis appareret, patrem bonorum dominium ex tunc transferre voluisse per viam contractus inter vivos, maxime si motivum divisionis in instrumento asseritur, fuisse ad sedandas discordias inter filios, quod fieri non poterat, nisi translatione dominii: vel nisi pater in divisione processit per viam assignationis: quia verbum „*assignare*, ubi natura patitur, est translativum dominii: vel si pater in divisione certam summam, de qua testari possit, sibi reservavit. Item si filios obligavit ad solvenda ejus debita. Item, si in casum contraventionis reservavit sibi regressum. Item, si filiis præcepit, quod filii deberent stare taciti, & contenti portione assignata. Bich. *dec.* 207. *per tot.* & DD. apud Fusar. *de substit. q.* 633. *a nu.* 6. Bar. *in L. si donatione.* §. *si vero.* ubi Decius *num.* 28. *C. de collat.* Bal. *in L. filium. num.* 39. *C. famil. erciscun.* Peregr. *de fideicom. a.* 6. *n.* 44. *circa finem.* quos vide. Hinc

Divisio a Patre in Liberos in potestate existentes fa- 5
cta, etiam jurata, potest revocari; quia talis divisio est ultima voluntas. Fachin. *lib.* 6. *contr. Jur. cap.* 69. quia juramentum sequitur naturam actus, cui apponitur, hic autem habet conditionem tacitam: *nisi revocavero.* & si non est jurata, non valet. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 27. Cacheran. *dec.* 120. *num.* 2. ubi etiam *num.* 4. per ibi allegata, probat, quod si sit jurata, revocari non possit, ob juramenti religionem, quod facit, ut tunc non censeatur habere vim ultimæ voluntatis, sed contractus, seu donationis inter vivos, quæ juramento firmatur, & hanc vocat tutiorem, ac veriorem, & secundum illam fuisse in illo Senatu judicatum; & hanc tenent DD. apud Seraphin. qui hanc communem appellat, quamvis ipse primæ adhæreat. *de privil. juram. privil.* 112. *num.* 3.

De Jure Canonico ita debet fieri, ut major dividat, 6
& minor eligat. ad tex. *in cap.* 1. *de Paroch.* ibi: *ut ille dividat, qui amplius temporis in Episcopatu habet, & minor eligat.* De jure vero civili potest fieri per sortes. DD. apud Fachin. *l. c. cap.* 37. Binsfeld. *de cons. malef. in Comment. C. de malef. lib.* 9. *vide infra num.* 12.

Per sortes facta, licet non possit rescindi propter læ- 7
sionem; quia commune est periculum. *L. verum. ff. de minor.* §. *Sciendum.* ibi: *occasione damni, non inconsulte accidentis, sed fato* &c. Bal. *in L. ait. Prætor. ff. eodem.* Si Partes habebant notitiam inæqualitatis; secus vero si ignorabant. Ciarl. *contr. for. cap.* 118. *num.* 25. Menoch. *præs.* 118. *lib.* 3. *num.* 16. Fachin. *l.* 8. *controv. Jur. cap.* 36. & licet non admittat appellationem; quia fortuna, quæ est Deus, non habet superiorem, tamen ubi constat de læsione enormi; reformatur in melius. Faber *in C. tit. commun. dividun. &* 4. apud Capon. *d. contr.* 112. Et quod possit revocari, & reformari per beneficium restitutionis in integrum, docent Bal. *in L. majoribus* 3. *C. commun. utrinque jud.* Ubaldus *de duobus fratribus par.* 11. Oddo *de restit. in integr.* apud Ciarl. *l. c.* Fachin. *loc. cit.* & quod tunc requiratur læsio ultra dimidium, tenent Rota post Pajatell. *dec.* 5. *num.* 3.

num. 3. Capon. *loc. cit.* glos. *in d. L.* 3. *verb. vel perperam. C. com. utr. judicii.* Cyriac. *contr.* 325. *num.* 28. Si nempe divisio sit facta ex conventione partium: secus si Legis, aut Judicis auctoritate, tunc enim minor sufficit læsio. Vide Fachin. & Cyriac. *ll. cit.* & DD. *in d. L.* 3. Ciarlin. *l. c.* Si vero fuit facta inter minnres, ut reformetur, sufficit læsio ultra dimidium, licet habuerint scientiam inæqualitatis; quia non possunt sibi præjudicare sine decreto Judicis. DD. apud Ciarl. *loc. cit.* Fachin. *ut supra. vers. excipio.*

8 Facta inter fratres, quorum uni bona libera tantum, alteri fideicommissaria obtingunt, est nulla, & tanquam iniqua reformanda; quia habet vim permutationis, & in permutatione partes debent esse æquales. Menoch. *præs.* 118. *lib.* 3. Oddo *de restit. in integr. quæst.* 66. Mangil. *de eviction. quæst.* 114. *n.* 4. 5. *&* 12. Ciarl. *cap.* 118. *a num.* 1. Cyriac. *d. controv.* 325, *a n.* 3.

9 Facta a minoribus sine decreto Judicis est nulla ipso jure. Menoch. *de arbitr. cas.* 171. *n.* 34. *& de præs. lib.* 3. *præs.* 61. *n.* 1. Ciarlin. *loc. cit. n.* 7. Facta vero procuratoribus præsentibus, & arbitris, non servatis solemnitatibus, est pariter nulla. Ciar. *l. c. n.* 11.

10 Facta per dolum, & fraudem, etiam in favorem, potest rescindi. Fachin. *d. lib.* 8. *contr. Jur. cap.* 36. tex. *in d. L.* 3. *C. comm. utriusque Jud.* & ibi glos. *in verb. per fraudem. & DD.*

11 Non præsumitur, sed est probanda. Menoch. *præs.* 60. *d. lib.* 3. ubi late quomodo etiam conjecturis probetur. Ciarl. *cap.* 16. *n.* 2. Gratian. *disc. for. cap.* 555. *num.* 2. Cyriac. *contr.* 650. *n.* 1. Inter rusticos qualiter facienda, vide Cyriac. *contr.* 392. non exringuit fideicommissum. Menoch. *præs.* 115. Rot. apud Merlin. *dec.* 250. *num.* 5.

12 Diximus, divisionem hæreditatis inter fratres ita faciendam esse, ut major dividat, minor eligat, sed hoc intelligendum est non de majori ætate, sed de illo, qui diutius res paternas administravit, uti inter socios studii, is, qui diutius fuit in studio. Fagnan. *in p.* 1. *tertii Decret. cap. si Episcopus, de Paroch. n.* 7.

13 Divisio bonorum inæqualis inter filios potest fieri a patre, salva tamen illorum legitima. Cyriac. *controv.* 312. *num.* 6. Bich. *decis.* 30. *num.* 9. tex. *in* §. 1. ibi: *reliquum vero jacet in voluntate parentum: auth. de trient. & semiss.* Menoch. *de præsum. d. lib.* 3. *præs.* 118. *num.* 2.

DIVITIÆ.

Praxis Divitiarum.

1 Divitiæ non auferunt privilegium miserabilium personarum pupillis, viduis, & minoribus. Ciarl. *contr. for. cap.* 160. *n.* 57. Thes. *dec.* 177. *n.* 3. Covar. *pract. quæst. cap.* 6. *n.* 2. *post med.* Natta *cons.* 590. Gratian. *discept. for. cap.* 182. *num.* 2.

2 Divites mitius puniuntur quam pauperes. *cap. fin.* ubi gl. Host. Abb. Anchar. & alii. *de pœn.* & ibi glos. *in verb. nobilitati. cap. pastoralis.* ubi Felin. *de off. deleg.* Tiraq. *de pœn. temper. caus.* 31. Farin. *q.* 98. *caus.* 14. licet lex, vel statutum pœnale expresse infligeret pœnam sine misericordia. Rol. *cons.* 63. & DD. *cit.* quæ procedunt in pœna corporali, non vero in pecuniaria; nam sicut plebei in pœna corporali magis puniuntur, quam nobiles, ita nobiles in pecunia magis sunt puniendi quam plebei. Covar. *var. res. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 3. Clar. *in* §. *fin. q.* 60. *nu.* 24. Farin. *l. c.* glos. *in cap. cum quidam verb. dignitate. in fin. de jurejur.*

3 Divitiæ, licet non sint necessariæ ad militiam, si tamen adsunt, faciunt militem majoris conditionis, & conferunt valde ad nobilitatem. Tiraq. *de nobilit. cap.* 3. Cyriac. *contr.* 201. *num.* 202.

4 Divitiæ sunt accidentales, sicut & bona externa, quæ facile adsunt, & absunt hominibus. Pacian. *de prob. lib.* 1. *cap.* 54. *num.* 16. Acquiruntur, & amittuntur impetu fortunæ. Alciat. *de præs. reg.* 2. *præs.* 27. *num.* 3. Menoch. *de præs. lib.* 6. *præs.* 28. *num.* 8. & earum perseverantia non præsumitur. Mascard. *de prob. concl.* 526. *n.* 8. sed vide infra *num.* 11.

5 Divitiæ non præsumitur. Tusch. *litt. D. concl.* 547. Gratian. *disc. for. cap.* 689. *n.* 36. quia quilibet nudus, & pauder nascitur. Mascard. *de prob. concl.* 1154. Sperel. *dec.* 138. *nu.* 58. Just. *de dispensat. lib.* 1. *cap.* 7. *a num.* 80. Alciatus *loc. cit. in addit.* limit. *ut infra.*

Dives dicitur pauper, si suis divitiis uti non potest. 6
Rot. *dec.* 97. *p.* 2. *divers. nu.* 3. Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *q.* 8. *n.* 59. Just. *loc. cit. n.* 109.

Divitiæ conferunt ad nobilitatem, sed non nobilitant. 7
Tiraquel. *de prob. cap.* 3. *num.* 13. Pacian. *lib.* 2. *de prob. cap.* 27. Bar. *in L.* 1. *q.* 3. *num.* 47. *Cod. de dignit.* quia sine divitiis de nobilitate certare stultum est. Host. *in cap. tua, de consanguin.* Tiraquel. *de nobilit. cap.* 25. Barbos. *axiomat. lib.* 4. *cap.* 42. *axiomat.* 2.

Dives ille dicitur, qui bonis moribus est dives, pauper vero, qui malis moribus laborat. 8
Bal. *in L. humilem. Cod. de incest. nupt.* & ideo magis creditur pauperi fideli, quam diviti vitioso. Bal. *in cap. si qui testium. num.* 5. *de test.* Campeg. *de test. reg.* 113. *in* 5. *fallent.* Farin. *de oppos. contr. test. pers. q.* 57. *num.* 43. quia non paupertas facit quem vilem, sed mali mores. Bal. *in d. l. humilem.* Cravet. *cons.* 294. *nu.* 12. Tusch. *pract. concl. litt. T. concl.* 20. apud Eccles. *obser. for.* 98. *a n.* 13. *ad* 18. ubi de testibus pauperibus.

Dives reputatur, qui potest facere, ut sit dives. *L.* 9
qui potest facere 135. *ff. de reg. Jur.* Ideo repudians alimenta ipsi ex legato debita, non potest alimenta petere ex officio Judicis qua pauper; quia per ipsum tunc stat, quod sit talis pauper, cum possit fieri dives, acceptando alimenta ex legato debita &c. *L. sed etsi* 28. §. *perinde. ff. de petit. hæred.* Rot. *dec.* 72. *p.* 4. *rec. tom.* 1. *nu.* 5. *L. si vero.* 65. §. *pervenisse. ff. sol. matr.* Surdus *de aliment. tit.* 9. *quæs.* 4. *num.* 31.

Quær. quales divitiæ requirantur in avo materno, 10
ad effectum, ut in subsidium dotare teneatur neptem ex filia? Resp. non requiri quamdam exuberantiam, sive superfluitatem, sed sufficit, quod per assignationem dotis ipse dotans non constituatur in egestate. Roman. *cons.* 364. *nu.* 1. *seqq.* Thes. 211. *num.* 23. Rot. *dec.* 233. *p.* 2. *rec.* ubi quomodo probentur divitiæ.

Quær. secundo, an qui olim fuit dives, præsumatur 11
adhuc hodie dives? Resp. quod, si agatur de probandis divitiis simpliciter, & generaliter, qui olim fuit dives, adhuc præsumatur talis; quia non præsumitur amisisse dominium rerum suarum. DD. apud Alciat. *de præsum. d. reg.* 2. *præs.* 27. *num.* 1. & sic tunc fallit regula supra *nu.* 5. tradita, quod divitiæ non præsumantur. Secus vero dicendum, dum agitur de probandis divitiis in certa quantitate: nam qui olim habuit mille, non præsumitur adhuc hodie eundem illa habere, nisi probetur; quia ubi agitur de probanda continuatione alicujus universi, qui habuit in præteritum, non præsumitur hodie habere. *arg. L. in confirmando.* ubi Bart. *ff. de confirm. tut.* vide Alciat. *loc. c.*

An vero olim pauper, censeatur etiam hodie pau- 12
per? vide Menoch. *de præsum. lib.* 6. *præs.* 28. *num.* 1. Alciat. *loc. cit. num.* 3. qui contra nonnullos affirmative respondet, ob rationes supra allatas; & quod in futurum præsumatur, quod possit, & debeat ditari; quia rationi consentaneum est, ut homo, qui natus est ad laborem, sua industria, & laboribus indies efficiatur dives. Menoch. *loc. cit.*

Pauper vero dives factus, an præsumatur ex sua in- 13
dustria, an vero ex bonis alienis, ut in administratore, vide cit. Menoch. ubi, quod possit præsumi ditasse ex sua industria, si adsit aliqua causa id præsumendi v. g. ex qualitate negotii, alias secus.

Porro, quando non argumentatur de præterito ad 14
præsens, sed simpliciter de præsenti agitur, non præsumitur aliquis nec dives, nec pauper, sed probare debet, qui in ea se fundat. glos. *in L. si vero,* §. *qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cogan.* Alciat. *loc. cit. nu.* 4. ubi late. Et quomodo divitiæ probentur, vide DD. apud cit. Alciat.

DIVORTIUM.

Praxis Divortii.

Divortium potest considerari, & quoad vinculum, 1
& quoad thorum: quoad vinculum erat in usu apud Hebræos, qui poterant dare libellum repudii, juxta legem Moysis *cap.* 24. *Deuter.* & quidem secundum aliquos permissive tantum, vel Deo id permittente, tanquam minus malum, ad vitanda majora, ut docuit S. Thom, *in* 4. *dist.* 33. *q.* 2. *a.* 2. & ibi Scotus *q.* 3. S. Hieronym. in Matth. *lib.* 5. *cap.* 5. Tiraquel. *lib.* 9.

connub. n. 5. Covar. *de matrim. p. 2. c. 7. §. 4. nu. 4.* & probatur ex Matth. 19. ex illis verbis Christi, *quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras, ab initio autem non fuit sic.* Secundum plures vero etiam licite, dispensante Domino in matrimonii indissolubilitate, juxta Bellarm. *l. 1. de matr. cap. 17.* & alios apud eundem. Post legem vero Evangelii, nec est licitum, nec permissum dare libellum repudii etiam Judæis. Gonzal. *in 4. Decret. tit. 19. nu. 12.* Ciarl. *contr. for. cap. 42. nu. 72. & 73.* Sanz. *de matrim. lib. 10. disp. 1. n. 9.* & apud illos alii, ubi an, & quando unus ad fidem conversus possit transire ad secunda vota. Dabatur autem ab Hebræis libellus repudii quacumque ex causa; & non tantum ex causa fornicationis; patet ex Matth. *c. 19.* quia Pharisæi interrogarunt Christum, *an quacumque ex causa liceret uxorem dimittere*, ergo supponebant varias esse causas repudii.

2 Sed quid dicendum de matrimonio hæreticorum, saltem illorum, qui credunt, illud esse dissolubile, & licitum esse libellum repudii, eritne validum illorum matrimonium? Resp. vel hæretici illi habent intentionem faciendi, quod facit vera Ecclesia in matrimonio, vel ut Christus instituit, & tunc validum erit illorum matrimonium, & indissolubile, licet hæretici illi existiment, matrimonium esse ex causa dissolubile, & licitum libellum repudii, imo licet etiam hunc errorem explicent, & non tantum mente retineant. Idem dic, si hæreticus velit contrahere juxta naturam matrimonii, quæcumque illa sit. Si vero expresse velint contrahere, & non aliter, sive illam intentionem explicent, sive mente retineant, sub conditione dissolubilitatis, nullum esse matrimonium; quia tunc volunt contrahere sub conditione, quæ est contra substantiam matrimonii, tales enim conditiones vitiant matrimonium. *cap. fin. de condit. appos.* Pontius *de matrim. in append. c. 9. §. 2. n. 11.* Less. *de Just. l. 7. c. 18. dub. 15.* Gonzal. *in 4. decret. tit. 5. c. 7.* Barb. *in d. cap. si conditiones. fin. de condit. appos. l. 4.* Et tali casu, quando matrimonium hæreticorum nullum est, si unus convertetur ad fidem Catholicam, poterit contrahere cum Catholica; non vero si matrimonium cum hæretica contractum fuit validum, juxta distinctionem datam.

3 Considerando autem divortium tantum quoad thori separationem, illud non pendet a conjugum voluntate. *c. tuanos, de jurejur.* ubi Abb. Surd. *de alim. tit. 7. q. 17. an. 17.* Gratian. *disc. for. c. 65. nu. 26.* Sperel. *dec. 138. nu. 10.* sed Ecclesiæ judicio & judicis determinatione separari debent. *cap. porro.* ubi Abb. *de divort.* glos. *in cap. plerumque de donat. inter vir. & uxor. verb. judicio.* Rot. apud Sperel *loc. cit.* & in dubio Judex debet adhærere parti, quæ impugnat separationem, & fiscus debet semper parti impugnanti adhærere. Sperel. *loc. cit.* & si de facto mutua se voluntate separarunt, Judex Ecclesiasticus debet illos compellere, ut reintegrent thorum, etiam sub censuris, & hoc ob periculum incontinentiæ. Sanch. *de matr. l. 9. disp. 4. nu. 5.* Abb. *in cap. per vestras, donat. inter vir. & uxor.* ubi Butr. *& in c. 5. de conjug. leprof.* & probatur *ex cap. significasti, de divort.* Farin. *de delict. carn. q. 143. §. expulsio.* Imo nec ob vinculum parentelæ, vel adulterii, ut dictum est in verb. *Conjuges. num. 3.* vide etiam infra *n. 22.*

4 Ampliatur primo, ut neque ob mariti sævitiem possit uxor discedere a marito propria auctoritate, nisi sit periculum in mora, sed est restituenda marito, data per illum cautione de non offendendo. *cap. ex transmissa, de rest. spol. cap. litteras, eod. tit. §. fin.* ubi Abb. Butr. Imol. & alii. Covar. *de matr. p. 2. c. 7. §. 5. n. 1.* Sanch. *de matr. lib. 10. disp. 18. a n. 2.* Farin. *l. c. num. 132.* licet maritus incidisset in sævitiem ob culpam uxoris, vel ob adulterium. Sanch. *l. cit. nu. 5.* tex. *in cap. si de Benedicto. 32. q. 1. L. nec timorem. ff. de eo, quod met. caus.* Sperel. *decis. 139. n. 70.* ubi quod etiam tunc maritus cavere debeat.

5 Ampliat. secundo, ut neque ob omnem sævitiem divortium sit concedendum; quia modica, & discreta verberatio ad uxoris correctionem omni jure viro est licita. Sperel. *dec. 139. num. 6. L. unic. Cod. de emend. propinq.* Sanch. *de matr. d. lib. 10. disp. 18. n. 16.* Surd. *de alim. tit. 7. q. 16. num. 4.* Thes. *dec. 130 n. 2.* Farin. *cons. 158. & de delict. carn. q. 143. §. verberatio. a nu. 179.* Paschal. *de patr. pot. p. 3. cap. 4. numer. 20. & 21.* Menoch. *de arbitr. cas. 364. nu. 8.* adeo ut non possit cogi ad fidejubendum de non verberando moderate. Sur. *de alim. tit. 7. q. 16. n. 11.* & si de facto promisit, etiam cum juramento, non obligatur; quia est contra bonos mores. *arg. L. si plagii. 123. ff. de V. O.* Abb. *in d. cap. ex transmissa.* Gratian. *disc. for. c. 738. n. 71.* Sperel. *l. c. nu. 10.* Imo nec propter unicam percussionem atrocem, ex causa iræ prædominantis; quia ex uno actu sævities non concluditur. DD. apud Sperel. *loc. cit. num. 18.* qui tamen id regulariter intelligit verum esse. Et Sanch. *ubi sup. nu. 16.* licet graviter percutiens peccet mortaliter. Sanch. *loc. cit.* Bonac. *in Decalog. disp. 6. q. un. punt. 6.*

Limit. primo, si sævitia esset tam atrox, & talis timor, ut periculum sit, quod cautione non obstante, uxor offendatur; tunc enim non datur manutentio marito. *cap. litteras, de rest. spol. §. fin.* ubi Abb. & alii apud Sperel. *dec. 129. a nu. 48.* Sanch. *l. c.* Rot. apud Merlin. *dec. 446. n. 1. & 2.* ubi id relinquitur arbitrio Judicis, qui timor potest probari per testes. Item ex minis de occidendo, si sit solitus exequi minas; quia satisdatio malevolam animam non immutat. *§. novissime. & §. fin. inst. de suspect. tut.* glos. *in cap. accedens. verb. inimicis. 4. ut lit. non contest.* Riccius *in prax. matr. res. 219.* Thes. *d. dec. 130.* Merlin. Menoch. Farin. *uti supra.* Sperel. *loc. cit.* Cyriac. *contr. 172. a n. 20.* tunc itaque lite pendente super sævitia, & separatione thori mulier sequestratur apud honestas matronas. *d. cap. ex transmissa.* glos. *in cap. si de Benedicto. 32. q. 1.* Capon. *disc. for. 29. num. 51.* ad quod, domus paterna, vel materna reputatur regulariter idonea, nisi soceri pudicitia sit suspecta Genero; tunc enim posset apud alios consanguineos, vel in Monasterio sequestrari. Cyriac. Farin. & Sperel. *ll. cc.* 6

Porro sævities debet probari testibus omni exceptione majoribus; quia causa separationis est ardua Sperel. *dec. 139.* Natta *cons. 616.* sed vide Rot. infra citandam. Servi tamen, & familiares admittuntur; quia quæ domi fiunt, non facile per exteros probari possunt. *cap. veniens 38. de testib.* Farin. *de delict. carn. q. 143. §. probatio sævitiei. n. 166.* Feder. de Sen. *cons. 119.* & ut concludenter probetur, debet certis probationibus, non tantum præsumptivis, verificari. Nat. & Sperel. *ll. cc.* non dicitur probata ex eo, quod mulier fuerit audita in domo clamans, & plorans, & auxilium vicinorum invocans, nec per livorem, vel tumorem oculorum, quia hæc aliunde possunt causari. Farin. *loc. cit. a num. 169.* Sperel. *loc. cit. num. 91.* Rol. *cons. 27.* Sufficit tamen, quod probetur testibus singularibus; item per publicam vocem, & famam, maxime si cum fama concurrit unus testis. Sanch. *de matr. lib. 10. disp. 18. num. 11.* ubi DD. & Farin. *loc. cit. num. 173.* Dummodo testes singulares non sint tantum de auditu. Et quod probetur testibus singularibus, intellige, id procedere, quando agitur de probando habitu successivo sæviendi, & sic de sævitia in genere, non vero quando ageretur de probanda certa specie, & actu sævitiæ, ut de probando adulterio diximus in verbo *adulterium. num. 3.* & tenent Innoc. *in cap. qualiter, & quando. 24. col. 1. de accus.* Gratian. *disc. for. cap. 738. num. 52.* Sperel. *d. decis. 139. numer. 88. & 89.* Rot. *decis. 155. numer. 61. & 62. p. 6. rec.* quæ est decisio magistralis in hac materia separationis thori ex causa sævitiæ, odii capitalis &c. Hinc Farinac. *loc. cit. numer. 177.* docet, quod quando agitur de probanda sævitia in genere, magis credatur testibus deponentibus de affirmativa, quam deponentibus de negativa. Plura de hac materia sævitiæ, & qualis esse debeat, ac qualiter probata, pro emergentia casus videre poteris apud Farinc. *loc. cit. quæs. 143. a n. 128.* & DD. *mox cit.* Sanch. *de matrim. cit. l. 10. disp. 18. per tot.* Rot. *decis. 324. d. p. 6. rec.* & alios passim. Quid vero si pars innocens remisit injuriam istam. Vide infra *n. 12.* 7

Thori separatio conceditur etiam ob adulterium; dummodo fuerit sufficienter probatum; & licet sufficiat violenta præsumptio, & diximus in verbo *adulterium nu. 3.* hæc tamen non deducitur ex accessu viri ad meretricem; quia non omnes, qui accedunt meretrices, fornicantur; sed multi accedunt, ut discurrant, vel canentes audiant: neque ex eo, quod mulier marito objecerit adulterium, & ille riserit; quia in odiosis 8

non

non procedit regula, *qui tacet &c.* Sperel. *dec.* 140. *nu.* 14. & risus videtur causatus a Zelotypia uxoris, & factum quisque suum dubium declarare potest. Imo nec ob expressam adulterii confessionem a marito factam separatio fieri potest, ob collusiones, quæ inter conjuges separari volentes. intervenire solent, & possunt. Sperel. *loc. cit. num.* 17. quod tamen Farinac. *de delict. carn. d. quæs.* 143. *num.* 18. admittit, quando agitur de dissolutione vinculi, secus, si agatur de sola separatione thori, & quod tunc sufficiat confessio etiam extrajudicialis adulteri, tenuit Rot. *decis.* 337. *num.* 9. & 10. *p.* 12. & *decis.* 818. *num.* 4. *p.* 18. *tom.* 2. *recent.* ubi alia Rot. Cyriac. *contr.* 171. *num.* 13. & 14.

9 Sunt autem conjecturæ, & præsumptiones violentæ, si nudus cum nuda, solus cum sola, in eodem lecto, in locis secretis, hora suspecta inventi fuerint. *gl. in cap. dixit Dominus.* 32. *q.* 1. in verbo *Suspicio*. Vel si secrete fuit ingressus domum mulieris. Bonac. *de matr. q.* 4. *pun.* 5. Capon. *disc. for.* 29. vide etiam Cyriac. *contr.* 171. *per tot.* Farin. *loc. cit. q.* 143. *num.* 10. & *quæs.* 136. *n.* 18. & *per tot.* apud quos late, quomodo ad hunc effectum probetur adulterium.

10 Ampliatur, quod concedatur separatio ob pernoctationem uxoris extra domum contra voluntatem viri, etiam non probata fornicatione; quia suspicio adulterii sufficit ad separationem. *L. confessum. Cod. de repud. gl. in cap. non oportet. dist.* 81. Riccius *in prax. var. res. p.* 3. *res.* 556. Bursat. *cons.* 228. *num.* 12. Quæ procedunt tamen, quando nescitur, quo uxor iverit, vel ivit ad loca suspecta.

11 Sed quid, si uxor expulsa, vel ob negata alimenta discedens, fuerit fornicata, habebitne locum thori separatio? Responsio est affirmativa. Diana *par.* 9. *tract.* 8. *res.* 38. Sanz. *de matrim. lib.* 10. *disp.* 5. *num.* 6. & alii apud eosdem contra Texedam putantem, expellentem videri adulterio consentire, qui id probant *ex cap. significasti de divortiis. & cap. ex litteris. eodem.* Farinac. *loc. cit. n.* 12. nisi maritus in adulterium consenserit, aut in hunc finem illam domo expulerit. vide Farin. *loc. cit.* Ventrigl. *in prax. annot.* 10. *n.* 3.

12 Quær. primo, quid si constat, adulterium, vel injuriam a marito fuisse remissam, uti tacendo, vel cognoscendo uxorem, & econtra. Respondetur non habere tunc locum thori separationem. Bar. & DD. *in L. si uxor. ff. de adult.* Osascus *dec.* 77. *num.* 36. Sanz. *de matrim. lib.* 10. *disp.* 14. Farin. *de delict. carn. q.* 142. *num.* 68. Sperel. *dec.* 140. *num.* 24. Cyriac. *contr.* 171. *num.* 29. apud quem, & apud Sanch. *loc. cit.* videre poteris aliquas limitationes. Idem dic de sævitie tacite remissa. Dicitur vero remissa, si dissimulavit, nec statim ad animum reduxit, vel per cohabitationem, aut taciturnitatem. Sperel. *dec.* 139. *num.* 94. Farin. *cons.* 157. *n.* 11. *p.* 2. Paschal. *de patr. pot. par.* 3. *cap.* 4. *a num.* 38. Rot. *decis.* 155. *n.* 12. *p.* 6. *rec.* ubi alia Rot. *in decis.* 135. *n.* 3. & *decis.* 193. *post volum.* 2. *consil. Farinac.* deberet tamen illa reconciliatio probari. Gratian. *disc. for. cap.* 738. *num.* 62. & apud illum Card. Seraph. *decis.* 25. *num.* 3. ubi illa probatio remansit exclusa, ex depositione ancillæ deponentis, post verbera uxorem non amplius cum viro concubuisse, sed semper cum eadem ancilla dormivisse. Imo etiamsi antiquæ injuriæ sint per reconciliationem remissæ, possunt adhuc in judicium deduci ad effectum separationis, si post reconciliationem nova sævities, etiam unica, limites correctionis excedens superveniat: non quidem principaliter, sed ad probandum antiquum odium, & consuetudinem sæviendi. Ita Rot. *decis.* 706. *num.* 4. *p.* 1. *rec.* Bursat. *cons.* 133. *num.* 11. *seqq.* Sperel. *d. decis.* 139. *num.* 94. nam remissio injuriæ sive ob adulterium, sive ob sævitiem, censetur facta de præteritis, non vero de futuris. DD. *cit.* Covar. *in* 4. *p.* 2. *cap.* 7. §. 6. *n.* 7.

13 Quæres secundo, an mulier, vel uxor possit civiliter accusare mariti adulterium, vel e contra? Respondetur de Jure civili non posse, bene vero de Jure Canonico. Sperel. *d. dec.* 140. *a n.* 1. Covar. *de matrim. par.* 2. *cap.* 7. §. 6. *n.* 7. & probatur *in cap. Christiana.* 32. *quæst.* 5. Abb. *in cap. tuæ. de procuratoribus & in cap.* 1. *ut lite non contest.* S. Thom. *in quarto. quæst.* 35. non tantum in ordine ad separationem thori, sed etiam ad restitutionem dotis. Clarus *in* §. *adulterium. nu.* 12. Sanz. *de matrim. lib.* 10. *disp.* 3. Farin. *de delict. carn. quæst.* 143. *a num.* 9. Gratian. *disc. for. cap.* 738. *a num.* 50. etiam ob simplicem fornicationem cum soluta habitam, & etiam ob unicum adulterium, Ventrigl. *loc. cit. num.* 5.

Quæres tertio, quid si uxor committat adulterium, 14
quia maritus illi recusat reddere debitum? Respondetur, quidquid dicat Riccius *in praxi variar. resolut. par.* 3. *res.* 570. *num.* 6. ammittere dotem, lucrum dotis, imo & paraphernalia. Farin. *dicta quæst.* 142. *num.* 11. Menoch. *de arbitr. cas.* 287. Surd. *de alim. tit.* 7. *quæst.* 16. Sanz. *de matrim. lib.* 10. *disp.* 5. *a num.* 3. Clar. *in* §. *Adulterium. num.* 12. & conceditur separatio thori. Farin. *loc. cit. num.* 12. nisi debitum negasset eo fine, ut fornicaretur.

Porro licet uxori debeantur a marito expensæ litis 15
super separatione thori, ut supra in verb. *alimenta nu.* 38. tamen si uxor succumbat, tenetur illas restituere, tum quia ab initio fuit in mala fide; tum quia inter Conjuges debet servari æqualitas. Sperell. *dec.* 138. *num.* 98. Et amittit dotem, ac lucrum dotis ob adulterium, licet matrimonium esset nullum ob parentelam &c. glos. ubi ponit rationes pro & contra. *in cap. plerumque, de donat. inter vir. & uxor. in verb. repetere.* Covar. *in quarto par.* 2. *cap.* 7. §. 6. *num.* 1. Surdus *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 16. *num.* 22. & alii apud Farin. *d. q.* 142. Clar. *in* §. *adulterium. num.* 14. præcedente tamen Judicis sententia, & interim debet fidejubere de illis alimentis restituendis. Spell. *loc. cit.* Imo uxori ob illius adulterium a marito separatæ, non permittitur, ubi vult, habitare; sed cogitur permanere, ubi imposterum non possit impudice vivere. *cap. de Benedicto.* 32. *quæst.* 1. Cyriacus *controv.* 172. *num.* 106. neque potest petere dotem, nec alimenta. Farin. *dicta quæst.* 142. Plura vide in verb. *alimenta a num.* 18. & in verb. *Conjuges*.

Thori separatio conceditur etiam ob votum castita- 16
tis utriusque Conjugis, dummodo de illo constet; non sufficit enim, quod conjuges fateantur, se emisisse votum castitatis; quia in rebus prohibitis, quæ ex causa tantum conceduntur, vel permittuntur, assertio facientis non probat causam. Glos. *in cap litteras. vers. divertit. de restit. spol. & in cap. fin. vers. in fraudem. de frigidis & maleficiatis.* De hac materia, an nempe post matrimonium contractum licitum sit conjugibus mutuo consensu vovere castitatem, & an per hoc possint separari tam a thoro, quam a cohabitatione, vide Sanch. *de matr. lib.* 9. *disp.* 37. *an.* 14. *seqq.*

Præterea thori separatio conceditur, si Conjux co- 17
natur alium perducere ad Sodomiam, vel cum aliis fuit sodomitatus; quia Conjux non tenetur cohabitare cum periculo vitæ spiritualis; sicut nec vitæ temporalis. S. S. Augustinus & Ambrosius apud Sperell. *dec.* 140. *a num.* 38. Covar. *de matrim. par.* 2. *cap.* 7. §. 5. Menoch. *de arbitrar. cas.* 286. *n.* 14. Sanz *de matrim. lib.* 10. *disp.* 4. *a n.* 3. Innoc. *in cap.* 1. *de adulter.* Sylvest. *v. divortium.* DD. apud Farin. *d. q.* 143. *num.* 83. & 87. & non minus in adulterio sodomitico, quam in naturali violatur thorus. Sanz. *de matrim. loc. cit.* Bonacin. *de matrim. quæst.* 4. *puncto* 5. Clarus *in* §. *Sodomia num.* 7. Hæc autem Sodomia non probatur juramento Conjugis, alias innumera fierent divortia; quia nemo debet esse testis in causa propria. Sperel. *decis.* 140. Potest vero probari, si testes deponant se interjecto pariete audivisse preces, vel minas unius, & tergiversationes alterius. Farin. *de delict. carnis q.* 148. *a num* 66. & *de testib. quæst.* 69. & ut testium dicta relevent, requiruntur etiam aliquot adminicula, ut si unus Conjux laborat infamia super tali delicto, & alter est timoratæ conscientiæ; simplici vero mulieris assertioni non creditur: Neque refert, quod Virgini asserenti, se ab aliquo cognitam, creditur; quia tunc ad credendum concurrit aliquod adminiculum, vel indicium, scilicet prægnantia. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 65. & 68. sufficiunt tamen testes etiam inhabiles, dummodo non sint inimici, vel de auditu alieno. Capon. *disc. for.* 29. *num.* 27. Quæ assertio ampliatur etiam ad pollutionem extra vas. Sanz. *de matrim. d. lib.* 10. *disp.* 4. Farin. *loc. cit. quæst.* 143. §. *Sodomia. a n.* 90. ubi vide. Limita vero conclusionem, quod non procedat in copula Sodomitica imperfecta ob semen non emissum. Diana *par.* 9. *tract.* 8. *res.* 37. Sanz. *loc. cit.*

Quæres, an sicut divortium conceditur ob adulterium 18
uxoris, ita etiam concedatur ob adulterium mariti? Respondetur affirmative juxta communiorem apud Capon. *discept. for.* 29. Sanz. *de matrim. lib.* 10. *disp.* 3. *nu.* 6.

Gratian. *diſcept. for. cap.* 738. *num.* 50. & Farin. *loc. cit. nu.* 22. & probatur *ex cap. ſi quis uxorem.* 32. *quæſt.* 1. *& cap.* 2. *de divort.* Ventriglia *in praxi annot.* 10. §. 1. *n.* 2. contra Molfeſium & alios.

19 Præterea divortium quoad thorum conceditur ob adulterium ſpirituale, ſcilicet hæreſin, in quam unus conjugum lapſus eſt, aut apoſtaſiam. *cap. fin. de converſ. conjug. cap.* 2. *& cap. quanto, de divort.* Imo poteſt Catholicus propria auctoritate diſcedere, juxta *cap. de illa.* 6. *de divort.* & hoc ob periculum perverſionis, & alias ob cauſas, de quibus Farin. *loc. cit. num.* 102. Sanch. *de matr. lib.* 10. *diſp.* 15. *num.* 9. Pont. *de matr. lib.* 9. *cap.* 22. Diana *p.* 6. *tr.* 7. *reſ.* 25. Nam habitare cum tali Apoſtata, vel hæretico eſt arduum, & infame. Clar. *in* §. *hæreſis. num.* 13. Canoniſtæ apud Farin. *de delict. carn. q.* 143. §. *hæreſis. num.* 98. Si tamen hæreticus reſipiſcat, tenetur, qui diſceſſit ad illum redire. Farin. *loc. cit. n.* 120. Si ſeparatio fuit facta auctoritate privata; ſi vero ſeparatio fuit facta per ſententiam, non tenetur redire. tex. Gonzal. & DD. *in cit. cap. de illa, de divort.* Imo vehementer ſuſpecto de hæreſi, non ſit reſtitutio. Hoſt. *in cap. ex tranſmiſſa, de hæret.* Farinac. *loc. cit. num.* 105. & probatur *ex cit. cap. de illa.* Sanch. *loc. cit.* Neque requiritur, quod talis conjux conetur pervertere alium, ut concedatur divortium, quamvis in aliis criminibus illud non concedatur, niſi innocens perducatur ad peccatum; quia ſi conjux poteſt divertere ob periculum corporis, multo magis ob animæ periculum. Neque obſtat *cap.* 2. *de divort.* quod videtur requirere conatum perverſionis alterius; quia illud loquitur de communiter contingentibus, juxta *L. nam ad ea. ff. de LL.* quamvis enim non adſit actualis conatus, regulariter tamen periculum infectionis imminet, quod ſufficit ad petendam ſeparationem, ſeu ad divertendum a marito, quod fieri poteſt, quando timetur ruina animæ. Ad tradita per *gl. in cap. uxor. verb. uxor. & cap. idololatria. verb. ſacrificare.* 28. *q.* 1. Innoc. *in cap.* 1. *de adult. & cap. de divort.* ubi Abb. S. Thom. *in* 4. *diſt.* 39. *q. un. a.* 6. *ad* 3. Sanch. *lib.* 10. *diſp.* 17. *num.* 5. Verum tamen eſt, quod maritus, ſi uxor ſit implicita ejuſmodi criminibus, licet non perducatur ad peccatum, poſſit divertere ad tempus ab illa, ad correctionem; quia ipſius, qui eſt caput, eſt uxorem corrigere, non vero e contra, niſi eſſet ſpes corrigendi maritum. Talia crimina ſunt lenocinium, vel ſi conjux non vult cohabitare, niſi ſub conditione peccati perpetrandi, uti latrocinii &c. vel ſi maritus ex rebus furto, vel uſura acquiſitis, alimenta præſtat; quia tunc fit particeps peccati, ſi aliunde habere poteſt, ſecus ſi non poteſt. Sanch. *loc. cit. num.* 9. Et tunc ad hoc divortium ratione criminum, non eſt neceſſaria Judicis ſententia; quia non eſt perpetuum. Sanch. *loc. cit. n.* 10. Non tamen ſufficit ad divortium unicus actus hæreſis, niſi adſit perſeverantia cum contumacia &c. Farinac. *loc. cit. num.* 107. quamvis ſecus ſit in adulterio.

20 Propter furorem, vel ebrietatem, ſi ſubſit grave periculum, licet divertere, licet non ſit periculum vitæ; & ebrioſo non reſtituitur, niſi præſtita cautione de ſe non inebriando; requiritur tamen Judicis ſententia. Vide Sanch. *loc. cit. diſp.* 18. *num.* 18. Gobat. *de matrim. cap.* 33. *num.* 38.

21 Ob morbum gallicum non conceditur, niſi morbus fuerit concludenter probatus (qui tamen non probatur ex capillorum profluvio; quia poteſt contingere ex variis aliis cauſis,) & niſi morbus ſit talis, ut probabiliter timeatur infectio, quo caſu innocens, ſeu ſanus excuſatur a redditione debiti, ſi morbus non eſt perpetuus. Sanch. *de matr. lib.* 9. *diſp.* 24. *nu.* 29. Sperel. *deciſ.* 140. *a num.* 2. Idem dic de lepra.

22 Sed poteſtne uxor propria auctoritate diſcedere ob adulterium carnale mariti, vel econtra? Reſp. ſi adulterium eſt ita notorium, ut nulla tergiverſatione poſſit celari, poteſt: aliter non Farin. *p.* 1. *d. quæſt. crim.* 143. *num.* 52. ubi DD. pro, & contra. Barb. *in cap. ſignificaſti, de divort.* P. Pirhing. *lib.* 4. *tit.* 19. §. 4. *n.* 25. Idem dic de impedimento parentelæ. Et qualiter tunc maritus teneatur uxori præſtare alimenta, diximus in verb. *Alimenta. num.* 38. & in verbo *Conjuges. n.* 3.

23 Quær. an in ordine ad divortium in adulteriis detur compenſatio? Reſp. Si unus conjugum ſit emendatus, & alter perſeverat, ac ſit incorrigibilis ad admonitiones ſibi factas per emendatum, poſſe illum celebrare, & petere divortium; quia non ſunt amplius paria delicta. Sanch. *de matr. lib.* 10. *diſp.* 7. *numer.* 3. & 4. Farinac. *loc. cit. numer.* 72. Navar. *de divort. conſ.* 3. & alii apud eoſdem. Porro compenſatio in paritate adulterii, non tantum datur in ordine ad divortium, ſed etiam in ordine amiſſionis dotis, & ad alias pœnas. Sanch. *loc. cit. diſp.* 8. *num.* 29. Plura de hac materia compenſationis vide apud cit. Farinac. *a nu.* 69. vide infra *n.* 27.

Si vero lata divortii ſententia conjux innocens la- 24
batur in adulterium, adhuc, ſecundum probabiliorem non eſt locus compenſationi delictorum: Judex tamen poteſt ex officio illos cogere ad conciliationem. Tamen quod non detur actio, patet; quia ſemel bene definitum non eſt retractandum. *cap. quod bene.* 6. *q.* 4. & ſervitus ſemel extincta, non renaſcitur. *L. qui res ſuas.* §. *aream. ff. de ſolut.* ita Sanch. *lib.* 10. *diſp* 9. *n.* 27. ſed contrarium defendit Pontius *de matrim. lib.* 9. *cap.* 20. *n.* 6. vide DD. cit. ſupra in verb. *Conjuges. n.* 8. Ventrigl. *in prax. annot.* 10. §. 2. *n.* 11. Covar. *in* 4. *p.* 2. *cap.* 7. §. 6. *n.* 5. Clar. *in* §. *adulterium. n.* 17. *verſ. facta autem*, & apud illos alii, qui tenent, quod etiam tunc detur actio.

Sed teneturne adulter innocenti petenti reconciliari 25
poſt ſententiam? Reſp. affirmative; quia innocens per ſententiam divortii non fuit privatus jure, & dominio ſuo in corpus adulteri; alias ſententia faveret reo, contra quem lata eſt, & retorqueretur in damnum innocentis: contra *L. quod favore.* 6. *Cod. de LL.* & adulter ex delicto ſuo commodum reportaret; contra *L. itaque, ff. de furt., gl. in cap. ex litteris. verb. redire.* (ubi arguit pro & contra) *de divort.* ubi Jo. Andr. & Abb. Felin. *in cap. lator. declar.* 8. *nu.* 9. *de ſent. & re jud.* Sylveſt. *verb. divortium. q.* 10. Sanch. *de matr. l.* 10. *diſp.* 10. *n.* 3. Plura de hac materia divortii vide etiam in verb. *Conjuges.* & *Matrimonium.*

Quær. an ſententia divortii quoad thorum &c. tran- 26
ſeat in judicatum? & negative ad favorem innocentis; quia is poteſt ſemper petere reconciliationem, affirmative vero quoad adulterum, ita ut is non poſſit amplius poſt elapſum terminum ad appellandum opponere de injuſtitia &c. Reſpondet Sanch. *loc. cit. l.* 10. *diſp.* 9. *q.* 1. *per tot.* Ventrigl. *in prax. d. annot.* 10. §. 2. *n.* 10. Gratian. *diſc. for. c.* 738. *n.* 45. ubi quod id non procedat quantum ad veritatem, ſed ſolum quoad juſtitiam Judicis, adeo ut non debeat quis paſſim audiri poſt decendium, volens agere de injuſtitia, ſi a ſententia non appellavit, ne detur proceſſus in infinitum, ubi tamen quod tunc teneatur Judex, etiam ſine partis præſentia, præmittere ſummariam informationem, ſeu cognitionem, utrum allegetur veriſimilis cauſa, propter quam debeat reaudiri, illaque inventa debeat fieri novus proceſſus. Vide Gratien. *l. c. num.* 45. & 46. Imo ſubjungit Sanch. *l. cit. quæſ.* 2. *n.* 6. cum quo Ventrigl. *l. c.* Quod ſi poſt latam ſententiam divortii etiam poſt decendium conſtet, condemnatum fuiſſe innocentem, vel conſtet utrumque conjugem fuiſſe adulterum, ſententia ſit retractanda, & conjuges reconciliandi, etiamſi forte alter mutaverit ſtatum; quia innocenter condemnato inſtante, deberet ad illum redire. Vide Sanch. *loc. cit. d. quæſ.* 2. & Ventrigl. *uti ſupra*, apud quos videbis etiam, quid ſit agendum, quando pars innocenter damnata, aut certe utraque mutavit ſtatum.

Quod autem diximus, quod detur compenſatio in 27
adulteriis in ordine ad divortium, intellige hoc procedere, quando delictum utriuſque eſt notorium, & liquidum, ſecus ſi delictum unius ſit dubium, & incertum. vide Ventrigl. *l. c. num.* 8. ubi etiam *num.* 9. declarat, quod, ſi agatur petitorio; quia nempe vir petit ſeparationem propter adulterium uxoris, illa ſeparatio impediatur, ſi uxor excipiat adulterium etiam a viro commiſſum, etiamſi illud non ſit notorium, & ſic admittuntur probationes uxoris ſuper adulterio viri: ſi vero agatur poſſeſſorio, ut quia vir ejecit uxorem ſine cauſa, & uxor ſic ſpoliata petit reſtitui viro, vir non poteſt illam repellere exceptione adulterii, niſi excipiat de adulterio notorio, ſed debet reſtitui, & ſic in primo caſu datur exceptio adulterii, etiam occulti, non vero in ſecundo. vide etiam Innoc. *in cap. ſignificaſti. in verb. conſtaret, de adulter.*

Quando vero compenſatio adulterii debeat opponi,

& an

& an poſſit opponi etiam poſt litem conteſtatam, vide DD. apud cit. Ventrigl. *num.* 9. ubi etiam *num.* 4. quod adulterium compenſari poſſit ob Sodomiam &c.

DOCTORATUS, DOCTOR, & ADVOCATUS.

Praxis Doctoratus, Doctoris, & Advocati.

1 Doctoratus eſt dignitas, & ideo Comitiſſa nubens doctori, non dicitur nubere indigno. Paſchal. *de patr. pot. p.* 2. *cap.* 5. *a num.* 69. Farin. *de career. & carcerat. q.* 27. *num.* 77. & ut diximus in praxi diſpenſationis *num.* 157. ubi DD. apud quos videre poteris plures prærogativas, quibus Doctores gaudent. Et eorum privilegia extenduntur etiam ad fratres illorum, dum vivunt in communi Paſchal. *loc. cit.* Natt. *conſ.* 1. & 25. Probatur etiam uno teſte. Maſcard. *de prob. q.* 11. Farin. *de teſt. q.* 63. *num.* 26. Capon. *diſc. for.* 52. non probatur tamen per ſimplices enunciativas. Rot. apud Bich. *dec.* 507. *n.* 8. maxime ſi ſunt de recenti, vel emanarunt ab ipſa parte.

2 Doctores gaudent privilegiis militum in teſtando, quæ fuerunt conceſſa propter dignitatem militiæ, non vero illis, quæ fuerunt conceſſa propter imperitiam illorum; uti teſtandi ſine ſolemnitatibus, & apicibus Juris; quia milites præſumuntur ignorare dictas ſolemnitates. *L.* 1. *ff. de milit. teſtam.* quæ ignorantia non militat in doctore, cui turpe eſt ignorare leges, in quibus verſatur. *L.* 2. §. *Servius aut Sulpitius ff. de Orig. Jur.* quod vero fruantur militum privilegiis, inde provenit, quia in majore ſunt dignitate conſtituti, quam milites, & utiliorem Reipublicæ navant operam. *L. advocatos. Cod. de Advocat. diverſ. Jud.* Hinc Doctor poteſt teſtari, licet mutus, aut ſurdus. Halbritter. *de privileg. Doctor. fol.* 40. Dian. *p.* 7. *tr.* 6. *reſ. ult.* Suæ tamen concubinæ relinquere, aut donare non poſſunt. Mantic. *de tacit. lib.* 21. *tit.* 3. *n.* 14. & 15.

3 Doctor quod ſit præferendus nobilibus, aut militibus, vide Grat. *diſc. for. cap.* 111. *num.* 85. ubi dicit, quod in actibus doctoreis præferatur Doctor, in militaribus miles. Capon. *diſc. for.* 52. Tuſch. *litt. N. concl.* 48.

4 Doctor Canonum eſt capax præbendæ Theologalis; quia Canones ſunt pars Theologiæ. S. Congr. apud Pignatell. *tom.* 1. *conſ.* 147. Garz. *de Benef. p.* 3. *c.* 2. *num.* 64

5 Pro debito civili carcerari non poteſt. *L. medicos. Cod. de profeſſ. & medic. lib.* 10. Paſchal. *loc. cit. n.* 74. Farin. *loc. cit.* ubi ampliat, & limitat. Menoch. *de arbitr. q.* 88. *nu.* 7. gloſ. *in d. L. medicos.* Car. de Graſſ. *de except. in prælud. nu.* 100. & DD. apud Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 46. *num.* 17. niſi ſit ſuſpectus de fuga. Neque pro crimine levi, ſed tantum pro gravi. Scacc. *loc. cit. num.* 26. Limit. concluſ. cum ſe obligavit in forma cameræ cum Juramento: tunc enim carcerari poteſt. Eccleſ. *obſ. for.* 124. *num.* 11. Farin. *de carcer. q.* 27. *n.* 58.

6 Atteſtans de conſuetudine non probat, niſi pro illo loco, in quo eſt ipſe verſatus. Gabr. *de prob. concl.* 4. *ſub num.* 1. Seraph. *dec.* 1349. Sperel. *dec.* 132. *nu.* 40. Coccin. *deciſ.* 123. *num.* 27. & ut ſupra in verb. *conſuetudo numer.* 45. maxime ſi conſtet de conſuetudine contraria. Dian. *p.* 10. *tr.* 8. *reſ.* 3. Et illius dictum juxta legem, quam citat, debet intelligi. Grat. *diſc. for. cap.* 213. *n.* 33.

7 Si eſt advocatus, tenetur ſub peccato mortali gratis patrocinari cauſis pauperum, gravi, neceſſitate laborantium, ſi nullus alius patrocinari poteſt, ut vult Bonac. *in Decalog. diſp.* 10. *qu.* 3. *pun.* 4. Navar. *in man. cap.* 25. & a Judice poteſt compelli ſub pœna privationis, niſi cauſa excuſet. *L. providendum. Cod. de poſtul.* P. Pirhing *lib.* 1. *decretal. tit.* 37. *n.* 3.

8 Conductus ad annum, pro omni lite naſcitura, vel movenda illo anno, poteſt mercedem conventam juſte exigere in utroque foro, licet nulla fuerit lis exorta; quia per eum non ſtetit, & obligatio, quam advocatus interpoſuit, eſt pretio æſtimabilis, & ſi cliens plures habuiſſet lites, ratione quarum ſalarium conventum fuiſſet exiguum, deberet advocatus eſſe contentus. Dian. *p.* 2. *tr.* 15. *reſ.* 42. Rot. coram Durand. *dec.* 53. & 103. Bart. *in L.* 1. §. *divus. num.* 8. *ff. de var. & extraordin. cognit.* Guttierrez *pract. quæſt. lib.* 1. *q.* 23. Armilla *in verb. advocatus num.* 16. Zachias *de ſalar. q.* 52. *num.* 37. Natta *conſ.* 452. *nu.* 2. *vol.* 2. Rot. *deciſ.* 330. *num.* 2. *p.* 1. *rec.* ſive in lite ſuccubuerit, ſive victoriam reportaverit. *arg. L. ſed an ultro. ff. de negot. geſt.* §. 1. *gl. in cap.* 8. *diſt.* 83. non ſecus ac medico ſolvenda eſt merces, licet ægrotus moriatur. cit. gloſ. Carocius *de loc. & conduct. tit. de fruct. & litt. expenſ. q.* 8. *nu.* 11. Tiraquel. *de nobilit. cap.* 29. *num.* 55. Bald. *in L.* 1. *Cod. de Suffrag.* Zach. *loc. cit. n.* 62.

9 Saltem in foro externo non poteſt paciſci de quota litis, quidquid ſit in interno. Dian. *p.* 2. *tr.* 16. *reſ.* 49. Farin. *qu.* 106. P. Pirhing *lib.* 1. *tit.* 37. §. 2. *n.* 21. & adeſt *Conſtitutio Pii V.* incip. *Univerſi agri Dominici.* §. 18. quæ habetur in Bullar. magno *tom.* 3. *fol. mihi* 201. aliter privatur advocationis officio per ſententiam ſaltem declaratoriam. Navar. *conſ.* 1. *de procur.* Sylveſt. *in verb. advocatus. num.* 14. Marcheſan. *in prax. commiſſion. de commiſſ. appell. de cauſa mercedis.* §. 1. *fol.* 1195. *num.* 51. Durand. *dec.* 53. *n.* 1. Zach. *loc. cit. a num.* 69. neque contrahere poteſt cum cliente, niſi palam. Paſchal. *de patr. pot. p.* 1. *cap.* 4. *num.* 11. Et paciſcens de quota litis tenetur ad duplum, & expenſas factas amittit, & contra illum juratur in litem. Farin. *qu.* 106. quæ prædicta procedunt etiam in pacto de nimis magno palmario. vide *DD. citatos.* & de hac materia vide late Caroc. *de locat. & conduct. tit. de fructibus, & litt. expenſ. q.* 8. *in prim. part. a n.* 77.

10 Licet non poſſit in foro externo eſſe judex in cauſa, cujus fuit patronus, propter affectionem, & juris præſumptionem, juxta *L. Prætor. ff. de Juriſd. omn. Jud.* Menoch. *de arbitr. quæſt.* 73. *num.* 4. in foro tamen interno, in quo attenditur ſola veritas, poteſt. Dian. *p.* 3. *tr.* 5. *reſ.* 56.

11 Advocatus poteſt conſulere ſecundum probabilem, relicta probabiliori, etiam in cauſa ſanguinis, non tantum in probabilitate Juris, ſed etiam in probabilitate facti; tenetur tamen clienti ſuo manifeſtare minorem probabilitatem ſuæ cauſæ, aliter erit obligatus ad reſtitutionem expenſarum, & ad reſarcienda damna. Dian. *p.* 2. *tr.* 13. *reſ.* 4. quod autem poſſit conſulere juxta minus probabilem, ideo eſt, quod opinio, quæ advocato eſt minus probabilis, poſſit eſſe judici magis probabilis; ob quam rationem poteſt etiam in cauſa dubia patrocinari. Dian. *loc. cit. reſ.* 6. Angel. *in verb. advocatus. num.* 17. & idem Dian. *p.* 9. *tr.* 8. *reſ.* 62. hæc Diana; ſed quod advocatus non poſſit patrocinari, aut conſulere pro parte minus probabili, contra opinionem, quam credit probabiliorem, verius judicat Fagnan. *in c. ne innitaris, de conſt. n.* 387. *ſeqq.* etiamſi hoc ſuo clientulo pandat: quia nemo poteſt conſulere alteri id, quod ipſe abſque peccato exequi non poteſt. *cap. error, cum duob. ſeqq. diſt.* 83. Sanctus Thom. 2. 2. *q.* 71. *art.* 3. Canoniſtæ *in cap. tua nos, de homic.* ſed cliens non poteſt agere cauſam minus probabilem, nec Judex pro illa parte ſententiam ferre; cum uterque teneatur ſequi ſententiam probabiliorem, ut dicemus infra in praxi *dubitantium. nu.* 6. Navar. *in manual. cap.* 25. *num.* 28. & 201. *verſ. qui a principio*, ubi, quod ſi advocatus ſuſcepit cauſam, quam credidit probabiliorem, ſi poſtea comprehendat minus probabilem, teneatur illam deſerere. & DD. apud cit. Fagnan. Imo tenetur conſulere ſecundum forum interius, & non ſecundum externum. Fontanell. *deciſ. Cathalon.* 154. *num.* 18. apud Paul. Rubeum *in annot. ad deciſ.* 3. *Rot. Roman. p.* 3. *rec. num.* 40. ubi etiam *numer.* 41. quod ſcienter impugnans veritatem, contra Spiritum ſanctum peccare dicatur.

12 Tenetur de culpa levi. Ita Molin. *de Juſt. tr.* 1. *t.* 3. *d.* 370. Navar. *de reſt. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 3. & alii apud Dian. *p.* 2. *tr.* 15. *reſ.* 59. qui tamen contrariam putat eſſe probabiliorem.

13 Et ſi propter ejus negligentiam, vel imperitiam, Cliens perdit cauſam, tenetur ad reſtitutionem: Item ad omnia damna reſultantia parti ex defenſione injuſtæ cauſæ. Bonac. *in Decalog. diſp.* 10. *q.* 3. *pun.* 4.

14 Licet non poſſit eſſe teſtis pro eo, pro quo eſt patrocinatus. *L. fin.* ubi gloſſ. *de teſtib.* ob ſuſpicionem corruptionis. *L. fin. C. de aſſeſſor. in fin.* pro parte tamen, contra quam patrocinatur, poteſt cogi ad teſtificandum, & debet: quia, quod fuit introductum in favorem

favorem adversarii, in ejus odium detorqueri non debet. *L. quod favore. Cod. de LL.* Guidopap. *dec.* 45. glos. *cit. in d. L. fin.* Limit. in iis, quæ scivit a suo Cliente ut advocatus. Cabal. *res. crim. cas.* 159. Afflict. *in constit. Regni lib.* 1. *rub.* 31. *de præstat. Sacram. ab advocat.*

15 Advocatus, licet non debeat esse præsens, quando Cliens respondet positionibus. Bar. *in L. cum Jud. ff. de jurejur.* tamen, quando Cliens est rusticus, vel alia persona simplex, potest esse præsens: non tamen datur illi cópia positionum. Specul. *tit. de posit. gl.* 3. *n.* 7. Eccles. *obs. for.* 61. *num.* 22. apud quem DD. & hoc ad effectum, ut clientulum suum defendere possit, si Judex cavillosis depositionibus illum velit decipere.

16 Neque tenetur virtute monitoriorum ad relevandum secreta suorum clientum. Barb. *de offic. Episc. p.* 2. *alleg.* 96. *num.* 65. Dian. *p.* 9. *tr.* 9. *res.* 48. Bonac. *de oblig. denuncian. disp.* 6.

17 Advocatus & quilibet Doctor fabrum prope obstrepentem expellere potest. DD. *in L.* 1. *ff. sol. matrim. ubi* Alex. *num.* 53. Jas. *num.* 46. Socin. jun. *num.* 276. Alciatus *num.* 52. Menoch. *de arb. cas.* 237. *n.* 4. ubi ampliat, & limitat.

18 Advocatus Ecclesiasticus non efficitur irregularis, si Reum sanguinis defendat. tex. *in cap. sententiam sanguinis, ne Cler. vel Monach.* ubi solum prohibetur Clericus aliquid exercere, per quod tendatur ad sanguinis vindictam, non vero Reum defendere. Rubeus *in annot. ad decis. Rot. Rom.* 617. *num.* 69. *p.* 4. *rec. tom.* 3. ubi Marian. Socin. *in cap. ad audientiam. col. ult. de bonis.*

19 Advocatus Vasallus patrocinium præstans pro extraneo contra dominum directum feudi, beneficio privari potest, ac si contra suum dominum militasset. ad tex. *in lib.* 2. *feud. tit.* 24. glos. *in cap. fin. §. clericus. de postulan.* P. Pirhing *eod. tit. n.* 13. Gail. *lib.* 1. *pract. observ.* 88. *num.* 5. Item donatarius agens adversus donatorem; quia tunc ab eodem, tanquam ingrato revocatur donatio. *DD. cit.* Abb. *in cit. cap. fin. num.* 2. Item Clericus agens contra Ecclesiam, a qua beneficium obtinet, potest eodem privari. *cit. §. Clericus.* & ibi glos. & Pirhing cit. Item habens salarium a Civitate, si patrocinetur contra illam, ab officio removeri potest. Specul. *tit. de feud. §. quoniam. n.* 33. Bart. *in L.* 2. *C. de advocat. diversi. jud.* Gail. *loc. c. num.* 7. contra Panorm. *in d. cap. fin.* & sic de aliis, ut apud *DD. cit.* quæ tamen limitantur, si patrocinentur auctoritate Judicis, Superiorum &c. *DD. cit.*

20 Non solet facere quietantias de honorariis ipsi datis, nec debet. Rot. *decis.* 597. *n.* 1. *p.* 4. *rec. tom.* 1.

DOCTRINA CHRISTIANA.

Praxis Doctrinæ Christianæ.

1 Concil. Trid. quoad Doctrinam Christianam declarat, & decernit in hæc verba: *Idem, saltem Dominicis, & aliis festivis diebus pueres in singulis Parochiis fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes diligenter ab iis, ad quos spectabit, doceri curent, & si opus sit, etiam per censuras Ecclesiasticas compellant, non obstantibus privilegiis, & consuetudinibus.* Ita *sess.* 24. *cap.* 4. *de reform. circa fin.* ex quibus verbis aliqui colligunt, posse Parochos cogere filios &c. ut veniant ad doctrinam, & eorum parentes, vel tutores, ut mittant. Ita Sanch. *de matr. lib.* 3. *disp.* 15. *num.* 19. Pax Jord. *ut infra num.* 8. Et ducuntur ea ratione, quod concesso aliquo, illud etiam censetur concessum, sine quo aliud haberi non potest. *L.* 2. *ff. de Jurisd. omn. Jud.* Imo posse Episcopos eosdem adigere per censuras, & mulctas, & Parochis imponere, ne eos a peccatis absolvant, nec contrahendi matrimonii, baptizatos, vel confirmatos suscipiendi licentiam dent, nisi Christianæ doctrinæ rudimenta sciant. Pax Jordan. *de re sacra lib.* 6. *tit.* 2. *num.* 8. tamen contrarium fuit declaratum a S. Congreg. apud Zerollam *in praxi Episcoporum v. Doctrina Christiana §.* 2. *&* 3. qui ejusdem Congregationis verba affert in medium, & sunt sequentia. *Ordinarius non potest mulctis, & pœnis etiam in casu notabilis negligentiæ, aut contumaciæ cogere pueros ad discendum doctrinam Christianam.* Neque refert, quod Concilium dicat, posse compelli per censuras Ecclesiasticas; quia ibi loquitur de compulsione Parochorum, vel eorum, quibus officium docendi pueros incumbit, non vero de compulsione puerorum, vel parentum ipsorum. Et ita tenet Ugolinus *de officio & potest. Episc. par.* 1. *capit.* 6. §. 2. Barb. & alii, quamvis in puncto juris id fieri posse teneat Jordan. *loc. cit.* Barbos. *de offic. Paroch. cap.* 15. *n.* 6. ubi DD.

Officium ergo docendi doctrinam Christianam ad 2
Parochum spectat, qui si fuerit insufficiens, vel negligens, poterit Episcopus ex fructibus ipsius congruam partem detrahere, & alteri assignare, qui suppleat, & negligentes Parochos Censuris Ecclesiasticis ad diligentiam, & officium adstringere. Concil. Trid. *ut supra, & sess.* 5. *cap.* 2. Barbos. *loc. cit. n.* 3.

Porro ea, quæ sunt docenda tanquam fidei rudi- 3
menta, sunt Oratio Dominicalis, Salutatio Angelica, Symbolum fidei, Præcepta Decalogi, & Ecclesiæ, quæ quidem doctrina non tantum pueris, sed etiam adultis rudibus tradenda est; ita tamen ut puellis a mulieribus tradatur, ne cogantur cum verecundia accedere Ecclesiam, ut declaravit S. Congr.

DOLUS.

Praxis Doli.

Dolus verus est machinatio ad decipiendum, vel fal- 1
lendum manifeste adhibita, & non probatur, nisi probetur animus fallendi. Farin. *de delict. qu.* 88. Surd. *decis.* 216. In ordine ad illius probationem dividitur a Bartol. *in L. quod Nerva. nu.* 14. *ff. deposit. & in L. dolum. C. de dolo*, & ibi DD. in verum, & præsumptum. Verus autem est, qui manifestis, & evidentibus indiciis, ac præsumptionibus probatur; Præsumptus vero, qui indiciis non manifestis, sed probabilibus probatur. Seu, secundum Menoch. *de præs. lib.* 5. *præs.* 3. *num.* 7. Dolus verus est, quem lex dolum statuit, etsi illum ex indiciis, & conjecturis colligat, ex quo verum & manifestum illud esse dicatur, quod lex ipsa præsumendo constituit: Præsumptus vero dolus est, quem prudens Judex sumit ex aliis conjecturis, & indiciis, quæ in jure scripta non leguntur, & ideo, juxta cit. Menoch. uterque dolus probari potest conjecturis, & indiciis, ac præsumptionibus, quæ aliquando jure scriptæ sunt, aliquando vero non.

Dolum præsumptum quælibet causa, & credulitas 2
excludit, etiam levis, & injusta, sine calliditate tamen, etiam quoad pœnam. *L.* 12. *§. & generaliter. ff. de liberal. caus. L.* 1. *in fin.* ubi Accurs. *in verb. justis rationibus ff. de abigeis.* Barbos. *lib.* 4. *axiom. cap.* 44. *de dolo axiom.* 4. *ad med.* glos. *in L. plagii. in verb. justa. C. ad L. Flav. de plagiar.* Bich. *decis.* 202. *num.* 10. Addend. ad Clar. *in §. fin. q.* 60. *n.* 85. Ipse Clar. *loc. cit. numer.* 22. ubi etiam, *vers. tu vero dic.* distinguit, quod in delictis, in quibus dolus est de substantia, ut est falsum, perjurium &c. causa excusat, sive sit justa, sive injusta, nam videtur cessare animus delinquendi. Barbos. *loc. cit.* In delictis vero, in quibus dolus non est de substantia, & tunc causa injusta excusat quidem a dolo, sed non a culpa, pro qua proinde punitur, non vero pro dolo. Si vero causa est justa, excusat a dolo, & a culpa. Quando vero causa excusat, debet dolus, ac fallendi animus evidentibus conjecturis probari. Addend. ad Clar. *l. cit.* ubi Marsin. *in opin. com. divers. fol.* 346. *vers. ic. licet.* ubi tamen cum Barbos. *loc. cit.* nota, quod si pro causa allegetur error, vel ignorantia simpliciter probari debeat, nec sufficeret dicere *ignoravi*, vel *erravi*, cum hæc in delictis non præsumatur, nisi vehementibus conjecturis fuerit probata. *arg. L. si non convitii.* ubi DD. *C. de injur.* Bart. & Angel. *in L. sed & si ff. de petit. hæred.* relati a Barbos. *loc. cit.* similiter si quis diceret *occidi, sed sine dolo &c.* cum præsumptio sit contra eum, deberet probare se sine dolo &c. occidisse. Caball. *res. crim. cas.* 56. *num.* 49. & sic de reliquis.

Dolus sive re ipsa, sive ex proposito interveniens 3
juramento illud invalidat. *cap. cum contingat. de Jurejur. & cap. licet mulieres eod. tit. in* 6. *cap. quamvis de pact. in* 6. sive juramentum fuerit emissum in contractu bonæ fidei, sive stricti juris; nam juramentum

tum ſemper eſt bonæ fidei. Anſaldus *de Juriſd. par.* 2. *tit.* 10. *cap.* 6. Bal. *in L.* 2. *C. de reſcinden. vend.*

4 Dans cauſam contractui bonæ fidei, illum irritat. Sperel. *dec.* 150. *an.* 50. ubi allegationes & DD. ſecus in re levi. In contractu ſtricti juris vero econtra. *L. dolo*, & ibi gloſ. *verb. naſcitur. C. de inutil. ſtipul.* niſi dolum paſſus velit ſtare contractui, juxta Gomez *ut infra*. Plura vide *Contractus, ſponſalia & matrimonium*.

5 Dolus ſuperveniens, vel incidens, ſed non dans cauſam contractui, illum non irritat in utroque foro. *L. ſi quis affirmaverit. & L. eleganter. ff. de dol.* Gomez *var. reſ. tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 21. *verſ. ſecundus caſus.* Sanch. *de matr. lib.* 1. *diſp.* 64. Dicitur dare cauſam contractui, quando ſine illo contractus non fuiſſet celebratus; dicitur incidens, quando ſine illo contractus fuiſſet celebratus, ſed aliis conditionibus. Sanch. *loc. cit.*

6 Dolus non præſumitur, ſed potius error, & ideo debet probari. *L. dolum. Cod. de dol.* Ciarl. *contr. for. cap.* 2. *num.* 53. apud quem Menoch. *conſ.* 533. *num.* 26. Dec. *conſ.* 162. *num.* 11. Crav. *conſ.* 151. *num.* 11. Farin. q. 89. & cum ſit quis latens in animo, probatur indiciis, & conjecturis, uti dictum ſupra. Farin. *loc. cit. inſpect.* 2. Menoch. *l. c. num.* 44. quales ſunt, primo ſolitum, ſi nimirum quis eſt ſolitus in ſimilibus delinquere. Secundo ex qualitate facti, ſi nimirum de ſui natura eſt mala. Tertio ex tranſgreſſione legis, vel ſtatuti, vel omiſſionis ſolemnitatum. Quarto ex actu facto cum perſonis ſuſpectis, tempore prohibito. Item in actibus, qui ſunt de genere prohibitorum. Item ex mendaciis, & ex clandeſtinitate. Honded. *conſ.* 100. *num.* 35. *lib.* 2. Farin. *q.* 103. *nu.* 257. de quibus, ac pluribus aliis, vide late Maſcard. *de probat. concl.* 531. Menoch. *l. c. a n.* 42. *ſeqq.* Barboſ. *axiom. loc. cit.*

7 Conjecturæ excludentes dolum ſunt deſumendæ, primo, ex qualitate perſonarum, uti ſubditorum reſpectu Principis, ruſticorum, minorum, mulierum, & militum. Maſcard. *de prob. d. concl.* 531. Menoch. *d. præſ.* 3. *a num.* 18. *& de retin. poſſeſſ. remed.* 3. *num.* 636. Secundo, ex cauſæ defectu. Hinc dolus non præſumitur, ubi lucrum non eſt, vel commodum, vel illud eſt leve. Maſcard. & Menoch. *ll. cc.* Merlin. *deciſ.* 216. *num.* 5. gloſſ. *in cap. accedens, de crim. falſi.* Tertio ex eo, quod fit lege permittente, vel palam, vel ſolito. Quarto, ex actu geſto in perſonam benevolam. *DD. cit.* Quinto, ex obedientia Superioris, vel neceſſitate officii. Sexto, ex temporis intervallo. *DD. cit.* & pro doli excluſione ſemper militat juris præſumptio. Bich. *dec. num.* 1. *&* 10.

8 Dolus in alienatione prohibita, præſumitur ex ſcientia prohibitionis. Ciarl. *contr. for. cap.* 43. *num.* 53. maxime ſi alienans negligit recuperare poſt ſcientiam prohibitionis: nam tunc incidit in pœnam. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 718. *n.* 1. *& ſeqq.*

9 Dolus apparet in læſione ultra dimidium. Covar. *in cap. quamvis. p.* 3. §. 4. *de pact. in* 6. *nu.* 3. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 147. *n.* 8. Ciarl. *contr. for. cap.* 219. *num.* 113. 114. *&* 115. & quod dolus ex propoſito præſumatur ex enormiſſima læſione, voluerunt plurimi DD. apud Gabr. *com. concl. tit. de arbitr. concl.* 3. *nnm.* 49. *L. omnes.* §. *Lucius. ff. quæ in fraud. cred. arg. L. ſi ſuperſtite.* §. *un. C. de dol.* Item in diſtractione pignoris viliori pretio. Rot. apud Bich. *dec.* 95. *num.* 15. Dec. *conſ.* 180. *n.* 6. Burat. *dec.* 75. *nu.* 7. Item in eo, qui diſtulit agere, & non egit niſi poſt mortem alicujus informati. Menoch. *de præſ. lib.* 3. *præſ.* 135. *a num.* 19. Rot. apud Bich. *dec.* 160. *num.* 7. Item in eo, qui monitus judicialiter ad exhibendam aliquam ſcripturam penes eum exiſtentem, exhibere recuſat. Ludoviſ. *dec.* 521. *n.* 6. Menoch. *de præſ. lib.* 2. *præſ.* 91. *nu.* 4. Rot. apud Bich. *loc. cit. nu.* 8. *& dec.* 178. *num.* 6. Item in venditore non patefaciente emptori onera rei venditæ inhærentia. Rot. apud Bich. *dec.* 638. *nu.* 3. ubi Gratian. *dec. March.* 13. *n.* 19. aut aliquod vitium. Menoch. *loc. cit. num.* 73. Plures caſus, in quibus præſumitur dolus, vide apud cit. Menoch.

10 Quær. an dolus Epiſcopi in occultando proceſſum noceat Eccleſiæ, vel ſucceſſoribus? Reſp. negative; quia ipſe non eſt Dominus bonorum, & jurium Eccleſiæ, ſed adminiſtrator; Dominus vero eſt Deus, cui bona fuerant oblata. Bal. *in L. Jubemus. Cod. de SS. Eccleſ.* & probatur *ex cap. cum venerabilis.* §. *intelleximus. verſ. licet autem. de except.* & *cap. delictum.* 76. *de R. J. in* 6. Rot. apud. Bich. *dec.* 202. *num.* 13. maxime, quando ſucceſſor non venit ad cauſam proſequendo factum occultationis, ſed pro tuitione jurium. *ibid. num.* 14. Limit. ſi ſucceſſor continuaret in poſſeſſione rei, vel commodi ex dolo anteceſſoris ad eum delati; tunc enim diceretur in eodem dolo continuare. Rot. *loc. cit. n.* 17. *& in deciſ.* 325. *n.* 21. *p.* 9. *rec. tom.* 2.

11 Dolus tertii, quando eſt cauſa immediata acquiſitionis, nocet acquirenti, licet de dolo non participarit. Surd. *conſ.* 373. *num.* 34. Rot. apud Bich. *dec.* 395. *num.* 8. Menoch. *de arbitr. caſ.* 395. *num.* 12.

12 Dolus impetrantis excluditur, quotics in impetratione majorem qualitatem expreſſit. Rot. *deciſ.* 4. *ſub num.* 6. *in fin. in antiq.* apud Bich. *dec.* 325. *num.* 23.

13 Dolus licet requiratur in pœna legali, juxta *L. ſi quis major. Cod. de tranſact.* Seraph. *dec.* 819. *num.* 5. tamen in conventionali non requiritur. Seraph. *loc. cit.* quia ſtrictius interpretatur pœna legalis, quam conventionalis. Molin. *de contr. diſp.* 317. *nu.* 3. Rot. apud Bich. *dec.* 470. *nu.* 19. Laym. *in Theol. mor. lib.* 3. *tr.* 4. *cap.* 16. *num.* 12.

14 Dolus in omittendo non dicitur verus dolus, ſed præſumptus. Farin. *q.* 87. *&* 88. *de delict.* Surd. *dec.* 216. Rot. 331. *num.* 3. *p.* 3. *rec.* Menoch. *de præſ. lib.* 4. *præſ.* 164. *num.* 9.

15 Doli capax in foro interno dicitur, qui poteſt peccare, etiam in ordine ad ſuſceptionem Baptiſmi. *cap.* 1. *ubi Abb.* Buttius, & Hoſtienſis *de delict. pueror.* Farin. *in prax. q.* 92. Menoch. *de arbitr. caſ.* 57. *nn.* 41. Ciarl. *contr. for. cap.* 42. *nu.* 8. Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 60. *num.* 1. *&* 2. Burſat. *conſ.* 231. *num.* 9.

16 Dolus verus non cadens in ſpeciale delictum, & nominatum, punitur arbitrarie, & alias regulariter punitur pœna illius delicti, in quo intervenit. de quo vide Farin. *quæſ.* 90. Menoch. *d. præſ.* 3. *lib.* 5. *num.* 2. Præſumptus dolus mitius punitur. Farin. *quæſ.* 87. Et dolus commiſſus contra aliquem, quando poteſt purgari actione ex contractu, in quo dolus ipſe intervenit, ceſſat actio de dolo civilis, quæ in ſubſidium tantum datur, & ideo non procedit actio criminalis, nec punitur dolus criminaliter. Bal. *conſ.* 14. *ad fin. verſ. ſed & illud: & conſ.* 15. *circa princ. lib.* 1. *& alibi*, ac alii apud Caball. *reſol. crim. cap.* 1. *num.* 15. Et ſine magna, ac evidenti calliditate, non datur actio de dolo. tex. *in L. eleganter.* §. *fin. ff. de dol.* Et etiam ob enormiſſimam læſionem non datur contra partem, ob verecundiam, ſed actio in factum. *L. ſi ſuperſtite.* §. *un. C. de dolo.* Neque datur ex ſimplici mendacio ſine calliditate, & animo lucrandi dicto, ut ad tex. *in d. L. eleganter.* §. *fin.* docet Merlin. *deciſ.* 216. *num.* 8. Menoch. *loc. cit. n.* 62.

17 Diſcrimen autem inter actionem de dolo, & actionem ex dolo, ſeu quæ oritur ex dolo, puta in factum &c. vide *in L.* 9. §. 1. *ff. quod falſ. tut. auth. L.* 1. §. 1. *L.* 3. §. 5. *& L.* 4. *ff. ſi menſor falſum mod. dixerit.* ſicut & inter actionem de dolo, & actionem, quæ dolum coercet. *L.* 8. *in fin. ff. de tribut. act.* Et actio de dolo eſt ſemper famoſa. §. 2. *inſt. de pœn. temer. litig.* Barboſ. *axiom. d. lib.* 4. *cap.* 44. *axiom.* 10. hinc conjecturæ illum probantes debent eſſe adeo urgentes, & concludentes, ut aliud inferre non poſſint. Caſtr. *in d. L. dolum. n.* 2. *C. de dolo.* Rot. *deciſ.* 325. *p.* 9. *rec. tom.* 2. *num.* 4. Menoch. *loc. cit. n.* 44. Ludoviſ. *deciſ.* 169. *ſub n.* 2.

18 Dolus in delictis ſufficit, quod in genere interveniat, etiamſi error contingat in corpore. Hinc occidens Paulum, cum voluerit per dolum occidere Petrum, punitur pœna homicidii ordinaria, de quo tamen vide DD. pro & contra apud Caball. *reſol. crim. caſ.* 31. *num.* 9.

19 Dolus de præterito remitti poteſt, non autem de futuro. Menoch. *de arbitr. caſ.* 337. *num.* 14. Caball. *loc. cit. caſ.* 115. *num.* 12. Sicut etiam dolus præſumptus remitti poteſt, non autem verus. Menoch. *de præſ. lib.* 4. *præſ.* 164. *num.* 9. *&* d. *lib.* 5. *præſ.* 3. *num.* 10. Rot. *deciſ.* 331. *n.* 1. *p.* 3. *rec.* ubi exempla videre poteris. tex. *in L. ſi unus.* §. *illud. ff. de pactis L. conveniri. ff. de pact. dotal.*

20 Dolus cum dolo compenſatur, quando agitur civiliter: ſecus, ſi agatur criminaliter. Barboſ. *loc. cit. axiom.* 22. *L. viro.* 40. *ff. ſol. matr. L. ſi ambo.* 10. §. 1. *ff. de compenſat. L. ſi duo.* 37. *ff. de dolo malo.* Alciat. *de præſumpt. regul.* 3. *præſ.* 27. *num.* 2. ubi etiam quod habenti bonam cauſam liceat uti fraudibus ad excludendas fraudes alterius

terius patris. *cap. dominus. 23. q. 2.* & talis dolus dicitur bonus, & solertia. *L. 1. §. non fuit. ff. de dol.* sic qui per dolum recuperavit, quod suum erat, non tenetur ad restitutionem. Bal. *in L. ult. de dolo.* apud Barbos. *l. c. axiom. 15.* ubi etiam, quod advocatus habens justam causam possit decipere adversarium. *arg. cit. c. dominus.* Et de dolo, ac captiosis verbis, quibus se solent ludentes mutuo decipere, vide Alciat. *l. c.*

An vero liceat per dolum extorquere veritatem a Reis, illosque dicta confessione punire, vide Alciat. *l. cit.* & ibi Addend.

DOMICILIUM.

Praxis Domicilii.

1 Domicilium in aliquo loco non contrahitur sine animo ibi perpetuo manendi. Quando enim non apparet de tali animo, non censetur mutatum domicilium originis, ad tex. *in L. cives. C. de incol. l. 10.* Rot. *decis. 589. n. 12. p. 5. rec. to. 2. Surd. cons. 346. nu. 12.* Gratian. *disc. for. c. 569. n. 5.* Ciarl. *contr. for. c. 109. a n. 16.* Abb. *in c. fin. de Paroch.* Dian. *p. 8. tr. 2. res. 15.* & ut infra *nu. 7.* Neque ad hoc sufficit habitatio in loco ratione officii exercendi. Ita Rot. apud Rub. *dec. 436. p. 5. rec. tom. 2. n. 16.* Bar. *in L. quaesitum. ff. de leg. 3.*

2 Illud potest contrahi in aliquo loco, licet in illo non fuerit habitatum decem annis, modo cum habitatione concurrat declaratio animi, & aliquod adminiculum. Ciarl. *contr. for. c. 83. per tot.* Menoch. *de arbitr. cas. 86.* Tusc. *litt. D. concl. 599. & 596.* Mascard. *de prob. concl. 534.* Gail. *l. 2. obs. 35. nu. 7.* Ciarlin. *contr. for. c. 83. n. 10.* Rot. apud Merlin. *dec. 193. n. 1. & 3.* Imo contrahitur in momento, & in ictu oculi, si constet de animo contrahere volentis, saltem ex verisimili conjectura. Host. Abb. & Socin. *in cap. fin. de Paroch.* & DD. *mox supra cit.* nec est necesse ad hunc effectum, quod quis res suas cum familia illuc detulerit: hoc enim, & similia considerantur in dubio, ad eliciendas praesumptiones; secus vero quoando adest aperta animi declaratio, tum ex verbis, tum ex facto, quando quis actualiter alio migravit. de quo Rot. *dec. 629. n. 13. p. 4. rec. tom. 3.* ad tex. in *L. cives. C. de incol. l. 10.* Menoch. *de arbitr. cas. 86. n. 2.* Animus tamen non sufficit sine actuali habitatione in loco electi domicilii. *L. domicilium. ff. ad municip.* Salyc. *in L. juris ordinem. n. 8. C. de jurisd. omn. jud.* apud Eccles. *obs. for. 12. n. 14.* Et domicilium vere quis habere dicitur, ubi transtulit majorem partem bonorum, & ibi habitat. *L. Senatores. C. ubi Senat. vel clariss. d. L. cives. C. de incol. l. 10.* Eccles. *l. c. n. 19.* Praesumitur contractum ex unica conjectura non levi, licet non adsit perpetua habitatio. Farin. *in fragment. litt. D. n. 207. & 210.* apud Ciarlin. *c. 83. n. 12.*

3 Domicilium potest quis habere in pluribus locis, non solum ratione habitationis. *cap. ex parte, de for. comp.* & ibi glos. *in verb. Andegavensi. L. assumptio. §. 2. ff. ad municip. d. L. Senatores. C. ubi Senat. vel clariss.* glos. *in cap. statutum. §. cum vero. verb. ejusdem civitatis, de rescr. in 6.* Eccles. *l. c. nu. 16.* sed etiam ratione originis, & habitationis. Rot. *decis. 670. n. 24. p. 4. rec. tom. 3.* quae sunt invicem comparibilia, & unum aliud non evellit. Rot. *l. c. nu. 25.* In duobus locis ratione habitationis non acquiritur, nisi quis in utroque loco aequaliter habiter, saltem moraliter. Gobat. *de imped. matr. cas. 18. sect. 2. num. 513.* Sanch. *de matrim. l. 3. disp. 24. n. 2. & 3* Guazzin. *ad defens. reor. 1. c. 26. n. 18.* ubi quod tunc quis in utroque citari possit.

4 Domicilium contrahens in loco, censetur se obligare ad onera, & statuta illius. *DD. cit.* & Seraph. *dec. 1018.* & ibi potest conveniri; quia domicilium habitationis facit aliquem subditum, & praeponderat domicilio originis. Tusc. *litt. D. concl. 500.* Ciarl. *d. c. 83. n. 6.* & in dubio per *domicilium* intelligitur domicilium habitationis. Capon. *disc. for. 295.* glos. *in c. statutum. §. cum vero verb. unam dietam. ad med. de reser. in 6.* Eccles. *d. obs. 112. n. 19.* Guazzin. *ad defens. reor. 1. c. 26. n. 24.*

5 Domicilium transferens perdit civilitatem, & originem quoad ejus effectus, & commoda (quidquid sit quoad alios effectus) si alienavit omnia sua bona libera, post 10. vel 20. annos. Rol. *cons. 79. a nu. 29.* Mascard. *de prob. concl. 1146. n. 22.* Ciarl. *c. 37. n. 58.* Et ut civilitatis privilegio fruatur absens, requiritur, ejus consanguineos sustinuisse onera, non tantum propria, sed etiam absentem tangentia ratione loci. Ciarl. *d. c. 37.* quod non praesumitur, nisi viverent in communi Tusc. *litt. H. concl. 7.*

Porro civilitas patris acquisita ratione originis transit 6
ad filios, non autem nepotes. *L. filios. Cod. de municip. l. 10.* & DD. apud Noal. *de transmiss. cas. 32.* Ludovis. *dec. 372. n. 6.* Boss. *in pract. crim. de foro comp. n. 28.* Alex. *cons. 16. n. 9. l. 5.* glos. 1. *in d. L. filios.* & sic possunt compelli ad munera dictae Civilitatis. *DD. cit.* nisi nepotes fuissent nati vivo adhuc Avo. Civilitas vero Patris acquisita per Domicilium, vel incolatum, non transit ad descendentes; quia domicilium est mutabile ex voluntate patris. Noal. *l. c.* & sic filius civilitatem patris sequitur, illique adstringitur, non vero domicilium. *L. assumptio. §. filius. & L. libertus. §. patris. ff. ad municip.* & ibi glos. & duobus locis, scilicet ex civilitate, & domicilio obligari, si aliunde illud contraxit. glos. *in d. L. filios. verb. domiciliis. C. de municip. l. 10. L. ult. ibid.* Rot. *decis. 436. n. 27. p. 5. rec.* secus acquisita ex pacto, & conventione inita cum Civitate; nam quatenus verba non repugnent, haec transit ad filios, & descendentes; quia contractus transmittitur ad haeredes. *arg. L. si pactum. ff. de prob.* Noal. *l. c. a n. 4. & per tot.* ubi plura. Marta *de succes. legal. p. 3. q. 15. art. 1. n. 10.* dummodo contractus non sint mutabiles ex voluntate contrahentium; uti commodatum. Item *l. c.* Amplia, licet filii fuerint nati, antequam pater esset civis. Dian. *p. 8. tr. 7. res. 39.* Imo civilitas & origo acquiritur etiam ex Baptismo; quia per Baptismum dicimur nasci, *cap. debitum de Baptism.* dummodo absit omnis fraus. Grat. *disc. for. c. 75. n. 1. & 17.* Paschal. *de patr. pot. p. 3. cap. 2. n. 35.* Pyr. Corrad. *in prax. dispens. Apostol. l. 4. cap. 5. nu. 33.* Ciarl. *contr. for. c. 149. a n. 11.* acquiritur etiam ex nativitate fortuita uti peregrini. Felin. *in cap. Rudolphus. de rescript.* Ciarlin. *l. cit. & DD. cit.* nam Civis originarius quis proprie dicitur, qui nascitur in Civitate. *L. cives. C. de Incol.* Tusc. *litt. C. concluss. 275.* Riccius *in prax sacram. ordinis resol. 269.* Et civis quis probatur ex testibus deponentibus, aliquem habitasse semper in aliquo loco, & in illo natum fuisse, ibique votum habuisse a Communitate. Rot. apud Rubeum *dec. 436. par. 5. rec.* ubi plura de hac probatione.

Redeundo ad domicilium nostrum illud praesumitur 7
translatum ex lapsu decennii; quia praesumitur amissus animus repatriandi. Mascard *de probat. conclus. 1146.* Ciar. *contr. for. c. 37. n. 58. & 59.* Rota *divers. dec. 327. a n. 1. par. 1.* Secus ex habitatione accidentali sine animo ibi perpetuo manendi. Abbas *cons. 100.* Rol. *cons. 29.* Capon. *loc. cit.* Sperel. *dec. 157. nu. 13.* Ciar. *c. 131. n. 54. & 37.* Hinc famuli non contrahunt domicilium in loco, in quo serviunt, ullo tempore. Ciar. *loc. cit. c. 10. n. 141.* Bossius *in prax. tit. de foro compet.* Tusc. *litt. D. concluss. 591.* Farin. *in prax. quaest. 7.* sicut nec mercatores, studiosi, ac alii causa studiorum, mercaturae, dignitatis, litis, aut melioris educationis alio se transferentes, absque animo ibi perpetuo manendi. Rot. *dec. 589. n. 11. p. 5. rec. tom. 2. L. 2. C. de incol. l. 10. cum pluribus concordantibus* apud cit. Rot. tum quia etiamsi quis per centum annos in uno loco habitaret, absque animo ibi perpetuo manendi, non contraheret domicilium. Beltram. ad Ludovis. *dec. 279. n. 26.* tum quia domicilio originis nunquam censetur renunciatum, nisi per expressam animi declarationem, aut habitationem decennalem. *DD. cit. & L. assumptio. ff. ad municip.* & Gratian. *ut infra.* & quia domicilium in loco non praesumitur contractum, nisi quis in eo habitaverit per decem annos. *d. L. 2. C. de Incol. l. 10.* Mascard. *de probat. concluss. 535.* Tusc. *litt. D. concluss. 596.* Gratin. *discept. for. c. 824. n. 38.* Guazzin. *ad defens. Reor. defens. 1. c. 26. n. 9. & 12.* Tranchedin. *cons. 31. n. 16.* Neque contractum censetur per habitationem quatuor mensium. Sanz. *de matrim. l. 3. disp. 24.* Ciar. *controv. f. c. 131. n. 67.* Gobat. *de Impedim. matrimon. cas. 18. n. 512.*

Domicilium contrahendi animus non probatur con- 8
cludenter ex eo, quod quis uxorem duxerit in aliquo loco, secus in uxore, quae fit civis quoad domicilium habitationis in loco viri. de quo Rot. *decis. 473. n. 7. p. 4. rec. tom. 1.* ubi Honded. *cons. 6. n. 4. vol. 2.* quando

tamen

tamen aliquis uxorem duxit in aliquo loco, & apud eam transtulit lares, ibique habitavit, præsumitur, & probatur animus contrahendi domicilium. Alciat. *conf.* 719. *n.* 5. Menoch. *arbitr. cas.* 86. *n.* 28. Ciarlin. *contr. for. c.* 83. *n.* 11. & tunc observatur statutum domicilii uxoris in ordine ad dotis restitutionem, ut post Bal. *in L. ult. n.* 4. *C. si a non compet. judic.* Dec. *conf.* 283. *n.* 8. Rimin. jun. *conf.* 23. *n.* 122 tenuit Rot. *dec.* 98. *n.* 8. *p.* 15. *rec.* etiamsi contractus fuerit alibi celebratus. Surd. *conf.* 164. *sub n.* 32. *vers. tertio in fin.* Mantic. *de tacit. l.* 3. *tit.* 8. *n.* 2. *&* 3. Gratian. *disc. for. c.* 609. *n.* 24. apud Rot. *decis.* 85. *n.* 8. *p.* 14. *rec.* alias est regula, quod observetur statutum domicilii ipsius viri, Gratian. *l. c.*

9 Voluntas contrahendi domicilium præsumitur ex aditione hæreditatis delatæ sub conditione in illo loco habitandi, & commorandi. DD. apud Merlin. *decis.* 193. *n.* 2.

10 Domicilium potest acquiri ab infante, pupillo &c. per tutorem, aut patrem, tanquam legitimum administratorem, puta adeundo hæreditatem pro filio, cui fuerat delata sub dicta conditione ibi commorandi. Bart. *in L. un. n.* 2. *C. ubi pet. tut. & curat.* Bald. *in L.* 1. *n.* 6. *C. ad municip. l.* 10. relati a Rota coram Merlin. *d. dec.* 193. *n.* 8. quia in pupillo, infante &c. non requiritur expressus animus contrahendi domicilium, sed ille insurgit, & resultat, ex acquisitione, & retentione majoris partis bonorum, cum continuatione habitationis. Bart. *in L. placet. n.* 2. *ff. ad municip. & in cit. L. un. n.* 1. *&* 2. *C. ubi pet. tut. & curat.* apud cit. Merlin. *n.* 6. *&* 7.

11 An aliquis sit subditus, non attenditur domicilium originis, sed habitationis. Ceph. *conf.* 217. *n.* 53. Seraph. *decis.* 843. *n.* 1. & alii apud Ciarlin. *d. c.* 83. *nu.* 5. Et quod domicilium mutare non possit subditus in præjudicium jurisdictionis Judicis prævenientis, aut partis, tenet Ecclesia *observ. for.* 112. *n.* 16. ad tex. *in cap. proposuisti, de for. comp.* & refert Jas. *in L. hæres.* §. *si quis n.* 5. *ff. de judic.*

12 Quær. quid juris si in dubio, an quis majorem partem suorum bonorum, vel tantum aliquam partem, quis hoc probare debeat? Resp. satis esse ostendere, quod quis bona possideat in loco, in quo habitat, nec opus esse probare, quod illa sit major pars, sed id spectare ad illum, qui asserit quem possidere majorem partem bonorum alibi, quam ubi habitat, cum ibi præsumatur, quis habere majorem partem bonorum suorum ubi habitat. Ita Guazzin. *ad defens. reor.* 1. *c.* 26. *n.* 11. & apud illum DD.

13 Domicilium habere dicitur Clericus, ubi beneficium habet, & ibi habitat, licet a paucis annis, & ideo ibi erit citandus, & puniendus, licet ibi tunc non habitet. Guazzin. *l. c. nu.* 19. & apud illum Roman. *conf.* 342. *vol* 2. *vers. est etiam nulla. & conf.* 361. *vers. nec refragatur.* & alii.

14 Plura requisita ad contrahendum domicilium, vide apud DD. *in cap. fin. de Paroch.* Socin. *in cap. ult. de for. comp.* Menoch. *de arbitr. d. cas.* 86. *per tot. & de præsumpt. l.* 6. *præs.* 42. Gratian. *disc. for. c.* 181. & ibi de Luca. Tranchedin. *consult.* 16. *per tot.* Guazzin. *d. defens.* 1. *c.* 26. *per tot.* & alios passim, & in ordine ad sacros Ordines, ac matrimonium, vide infra in verb. *Ordo*, & *matrimonium*. vide etiam in verbo *Forus*.

15 Quibus interim hic adnotare placuit, quod suspecta domicili translatio pro matrimonio non suffragetur, de quo Rot. *decis.* 305. *n.* 21. *p.* 15. *rec.* ubi Tondut. *quæst. & resol. civil. p.* 2. *c.* 62. *n.* 13. *seqq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 9. §. 1. *nu.* 113. & quamvis, ut quis Parochianus efficiatur, opus non sit expectare, ut majori anni parte in Parochia habitaverit, sed in ictu, & momento oculi id fieri possit, ut supra *nu.* 2. tamen id accidit, quando constat, quem a suo domicilio discessisse animo non redeundi, alias secus. Rot. *decis.* 162. *n.* 20. *&* 21. *d. p.* 15. *rec.* ubi alia Rot. *in una Mutinen. matrimonii* 27. *Februarii* 1657. *coram Dunozet.* quod non præsumitur, nisi probetur *ut supra n.* 1. *&* 7. & quamvis etiam hoc subinde consistat solum in animo, utpote voluntas non redeundi, & ideo aliter probari non possit, quam juramento, ob regulam, quod in pendentibus ab animo stari debeat dicto asserentis cum juramento, se tale quid in animo habuisse, ut pluribus comprobat Seraph. *de privileg. juram. privileg.* 1. *a n.* 3. hæc tamen regula (quando etiam huic casui applicari posset) esset limitanda primo, quando animus aliter probari potest, quam per juramentum. glos. *in* §. *æque. verb. iniquum. inst. de except.* DD. apud Seraph. *l. c. n.* 20. Limit. secundo, quando militat aliqua præsumptio in contrarium. glos. *in L. non est verisimile. verb. præsumptioni circa princ. ff. de eo, quod met. caus.* DD. apud Seraph. *loc. cit. n.* 22. quam tamen limitationem tunc demum admittit Alciat. *de præs. reg.* 3. *præs.* 16. *numer.* 2. *in fin.* quando præsumptio est efficacior juramento, alias secus. Limit. tertio, quando jurare volens, esset persona suspecta de perjurio; quia tunc non defertur juramentum. arg. tex. *in cap. ille qui.* 22. *q.* 5. *cum aliis concordantibus.* ibidem Seraph. *l. c. n.* 29. *seqq.* qui præter alios citat Card. *in Clem. uni, d. jurejur. ver. porro.* 12. *quæs.* Angel. *in L. qui in judicio de accusat.* maxime si persona sit solita fidem frangere; quia semel malus, semper præsumitur malus in eodem genere delicti. per *not. jur.* & præsumitur calumniari, qui semel calumniatus est. Crav. *conf.* 75. *n.* 9. apud Seraph. *loc. cit. & n.* 40. ubi plura. Limit. tertio, quando agitur de magno præjudicio. Addend. ad Alciat. *loc. cit. ad fin.* hinc hoc erit Judici arbitrarium, qui considerabit qualitatem præsumptionis, & conditionem personæ, quæ jurare vult. Menoch. *de præs. l.* 1. *quæs.* 77. *n.* 14. & ibi Abb. *in cap. ult. n.* 9. *qui matr. accus. poss.* Dec. *in cap. pastoralis. nu.* 7. *de except.* & hæc quoad forum externum, quidquid sit in interno.

DOMINIUM.

Praxis Dominii.

Dominium quod transferatur per sententiam, tenent 1
aliqui apud Fachin. *l.* 1. *contr. jur. c.* 62. & probant *ex* §. *ult. in fin. inst. de off. Jud. & L. statu liberi a cæteris.* 29. §. *un. vers. sed verissimum.* ibi: *nec interesse, quo genere quisque dominus ejus fieret. ff. de stat. liber.* quia factum Judicis videtur factum ab ipsa parte. *L. si ob causam. Cod. de evict.* alii tenent contrarium, quia per sententiam res adjudicatur parti sub conditione, quod sit ejusdem: vel ergo est, & jam sententiam habuit dominium: vel non est: & non transfertur. Fach. *loc. c. ex L.* 3. §. *subtilius. ff. de condict. caus. data.* glos. *in exceptio. ff. de excep. rei jud.* ubi quod id procedat, etiamsi fuerit secuta traditio. Cyn. & alii apud eundem a Jasone cit. *in L. ex hoc jure. nu.* 44. *ff. de Just. & Jur.* Et quod non sufficiat decretum Judicis, nisi sequatur traditio, vide Bichium *dec.* 161. *nu.* 6. Gratian. *disc. for. c.* 545. *n.* 38. glos. *in* §. *fin. inst. de offic. jud.* Mangil. *de subhast. quæs.* 26. *a n.* 4. Infantibus vero acquiritur per solam stipulationem Notarii in omni contractu. Tusc. *litt. D. concl.* 641.

Dominium Capellæ, vel sepulturæ vendi non potest, 2
secus jus utendi. Riccius *in prax. p.* 1. *res.* 39. non probatur illud ex insignibus. Idem. *res.* 596. Bonac. *de Simon. disp.* 1. *q.* 4. §. 6. Limit. in antiquis; quia tunc probari potest per conjecturas. Rot. *decis.* 81. *num.* 13. *p.* 5. *tom.* 1. *& decis.* 193. *num.* 2. *p.* 2. *rec.* Rot. apud Bich. *dec.* 100. *nu* 5. quales sunt insignia &c. Riccius *loc. cit. num.* 4.

Dominium non probatur sola fructuum perceptione. 3
Cyriac. *contr.* 564. *n.* 5. & est plene, & concludenter probandum, tanquam fundamentum intentionis agentis. Rot. apud Bich. *dec.* 44. *nu.* 10. *ex L. nimis grave. Cod. de test.* Rol. *conf.* 57. *n.* 9. *l.* 1. Aym. *conf.* 157. *n.* 13. Rot. *dec.* 150. *n.* 2. *p.* 1. *rec.*

Dominium, etiam Ecclesiæ, non probatur sola in- 4
vestitura ad favorem infeudantis. Rot. *decis.* 193. *n.* 2. *p.* 2. *rec.* Curt. jun. *conf.* 41. *num.* 8. Rym. *conf.* 124. *n.* 11. Mascard. *de prob. concl.* 542. nisi concurrant alia adminicula, uti antiquitas temporis, renovatio investituræ, continuata Canonis solutio, enunciativæ partis adversæ in pluribus occasionibus. Farin. *dec.* 193. Mascard. *loc. cit.* Ciarl. *contr. for. cap.* 8. *numer.* 8. Pajatel. *exped.* 81. *num.* 11. *seqq.* Bichius *dec.* 100. Item ex confessione adversarii. Idem *decis.* 402. & aliis. Rot. *d. decis.* 193.

Probatur emptione, maxime concurrente bona fide, 5
& longa possessione. *L. cum res. Cod. de prob.* Mascard. *prob. concl.* 612. Ludovis. *dec.* 133. *num.* 1. Ciarl. *c.* 92. *nu.* 6. Limita in præjudicium tertii, quia posset vendi res aliena. glos. *in cit. L. cum res. verb. vacuam.* Bich. *dec.* 44. *num.* 7. Castr. *in L. proprietatis. num.* 3. *Cod. de prob.* Cyriac. *contr.* 268. *n.* 15. *&* *contr.* 537. *num.* 16. Burat.

16. Burat. *dec.* 424. *n.* 4. niſi probato dominio venditoris. Ludoviſ. *loc. cit.* Pajatel. *exped.* 81. *n.* 11. Afflict. *deciſ.* 23. *num.* 4. ubi quomodo hoc dominium probetur, & apud illos Alex. *conſ.* 98. *vol.* 2. & *conſ.* 11. *vol.* 4. & alii.

6 Dominium pecuniæ amittitur commixtione cum alia, facta; ſicut etiam in aliis rebus, dummodo concurrat bona fides, & juſta cauſa; ſecus in luſu, qui non eſt juſta cauſa. Fachin. *lib.* 11. *contr. jur. cap.* 51. & 52. ubi late. Rot. apud Bichium *dec.* 627. *nu.* 20. quando nempe ſeparari amplius non poſſunt, alias ſecus. vide tex. & DD. *in* §. *cum ex aliena inſt. de reſ. diviſ. L. ſi alieni.* 78. *ff. de ſolut. L. idem Pomponius* 5. §. *ſed ſi plumbum ff. de rei vend.*

7 Dominium ſupremum Principis non poteſt præſcribi, uti nec poteſtas ſuprema. Abb. *in cap. per venerabilem, qui fil. ſint legit.* & *in cap. cum non liceat, de præſcr.* & probatur ex *L. competit. Cod. de præſcr.* Covar. *in reg. poſſeſſor. p.* 2. §. 2. *nu.* 7. Fachin. *lib.* 13. *contr. jur. c.* 81.

8 Dominium utile, quod habet laicus emphyteuta Eccleſiæ, eſt quid laicale, & ſubjicitur ſtatutis, & legibus, ac jutiſdictioni Laicorum. Albert. Brun. *de ſtatut. fœm. excluſ. art.* 8. *q.* 2. Felin. & Dec. *in cap. quæ in Eccleſiarum. num.* 95. *de conſtit.* Tiraquel. *de retr. lignag.* §. 1. *gl.* 13. *num.* 8. Clar. *in* §. *emphyteuſis. quæſ.* 48. Menoch. *de arbitr. caſ.* 180. *num.* 10. & 12. Marta *de Juriſd. p.* 4. *caſ.* 17. & alii apud Ciarl. *contr. for. c.* 17. *nu.* 20. ob rationem; quia dominium utile emphyteutæ (ut ipſi dicunt) eſt ſeparatum a dominio directo; quia directum eſt penes dominum, utile vero penes emphyteutam. *DD. cit.* Jo. Andr. Butr. & Abb. *in cap. quoniam frequenter, ut lit. non conteſt.* Graſſ. *de effect. Cler. eff.* 1. *nu.* 177. & 403. Verum non eſt recedendum a contraria, quam tenent DD. *infr. cit.* eo quod dominium utile ſit ejuſdem rationis, cujus eſt perſona dominii directi, cui adhæret; quia bona ſunt acceſſoria perſonæ, & quia dominium utile eſt connexum cum directo, quod ſpectat ad Eccleſiam, & connexorum idem eſt Judicium. Bero. *in cap. quæ in Eccleſiarum. n.* 9. *de conſtit.* Feder. de Sen. *conſ.* 245. *num.* 3. Gemin. *in cap. fin. nu.* 14. *de for. comp. in* 6. Farin. *dec. crim.* 305. *num.* 3. Tuſc. *litt. O. concl.* 136. *nu.* 10. Fulgoſ. *conſ.* 166. & alii, & pro omnibus Rot. *in una Rom. domus. die* 19. *Jan.* 1611. *coram Coccin. impreſſ. poſt Pacif. de Salvian. deciſ.* 238. Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. p.* 2. *cap.* 10. *dubit.* 16. *per tot.* Rot. *deciſ.* 89. *nu.* 5. *p.* 10. & *deciſ.* 42. *per tot. p.* 6. & *deciſ.* 325. *p.* 15. *rec.* ubi cum aliis pluribus Rotalibus deciſionibus, reprobata priori, hanc ſecundam opinionem utraque parte informante comprobant, rationibus utriuſque opinionis acerrime examinatis. Et quod talis emphyteuta, ſive dominus utilis collectari non poſſit, dicemus infra in verb. *Emphyteuta*. qui Doctores proinde cum aliis pluribus ab eiſdem relatis tanquam verum defendunt, dominium hoc utile, etiamſi ſit penes laicos, remanente directo penes Eccleſiam, non eſſe quid pure Laicale, nec poſſe Judicem laicum in illo cognoſcere; etiamſi agatur inter meros laicos, nec eſſe ſubjectum ſtatutis Laicorum, quos vide. & Oldrad. *conſ.* 240. *n.* 1. Surd. *conſ.* 57. *num.* 23. ubi, quod dominium utile vere, & proprie, una ac eadem res ſit cum dominio directo, & ejus naturæ, ut directum ſemper ſequatur, ſicut incrementum alluvionis, & inſulæ. Gratian. *diſc. for. c.* 447. *n.* 21. & 23. ubi, quod propter auctoritatem Rotæ difficile ſit ab hac opinione recedere. Cyriac. *contr. for. c.* 12. *n.* 67. *ſeqq.* qui alios innumeros citant.

9 Dominium mediante clauſula *Conſtituti* præcedente titulo habili transfertur. Bich. *dec.* 65. *n.* 4. ubi Bal. *in L.* 1. *C. quando liceat ab emptione recedere*. Jaſ. *conſ.* 91. *n.* 8. *l.* 1. Rota *deciſ.* 46. *n.* 2. *impreſſ. poſt conſ. Farinac.* Per traditionem clavium non transfertur, ſicut nec poſſeſſio, ſi illas tradens non eſt poſſeſſor, vel dominus. Bichius *dec.* 500. *n.* 11. *L. clavibus* 74. *ff. de contrah. empt.* & ibi gloſ. & *in L. qua ratione* §. *item ſi quis merces. verb. proprietatem. ff. de acquir. rer. dom.* Harprecht *in* §. *Item ſi quis numer.* 3. *Inſtit. de rerum diviſ.*

10 Rei legatæ ſtatim, ac hæres non ſolvit, tranſit ipſo Jure in legatarium, & quidem a die obitus teſtatoris. Bichius *dec.* 132. *num.* 41. & *dec.* 590. *num.* 5. ubi Bar. *in L.* 1. *num.* 13. *ff. de legat.* 1. Rota apud Bich. *l. c.* Jaſ. & Aretin. *in L. qui Romæ.* §. *duo fratres nu.* 27. *ff. de V. O.*

Dominium patris continuatur in filio ſine nova ac- 11
quiſitione. Paſchal. *de patr. pot. par.* 4. *cap.* 1. *num.* 7. ad tex. *in L. cum ratio. in princ. ff. de portion. quæ liber. damnat. L. ſcripto. ff. unde liberi.* alias, uti & poſſeſſio ſine animo non acquiritur. Rota apud Bich. *dec.* 172. *num.* 5. *L.* 3. & *L. quemadmodum. ff. de acquir. poſſeſſ.* Bal. *in L. non dubium. nu.* 18. *C. de LL.* Put. *dec.* 276. *num.* 5. *lib.* 3. Honded. *conſ.* 18. *lib.* 2. *n.* 45. Rot. coram Ludoviſ. *dec.* 252. *num.* 4. & ſic tunc dicitur acquiri titulo lucrativo, ſcilicet extraneo. Paſchal *l. cit. nu.* 6. tex. *in L. un. C. de impon. lucrat. deſcript. l.* 10.

Dominium pecuniarum ad illum ſpectat, ad cujus 12
creditum ſunt deſcriptæ in libro Banchi. Bichius *dec.* 541. *nu.* 2. Rot. *deciſ.* 377. *n.* 5. *ad med. p.* 1. *rec.* quia dominium pecuniarum transfertur mediante deſcriptione in banco ad creditum alicujus. Bich. *dec.* 500. *n.* 2. qui citat Rotam poſt tract. Poſtii *de manutenendo dec.* 377. *n.* 5. quæ eſt *in cit. p.* 1. *rec.*

Dominium rei emptæ per maritum ſpectat ad uxo- 13
rem, ſi poſt emptionem declaravit fuiſſe emptam de pecuniis dotalibus, & ad eam ſpectare. Bich. *dec.* 64. *n.* 4. Si vero non conſtat, pecunias fuiſſe dotales, cum præſumantur propriæ ementis, res empta erit mariti; quia res ſpectat ad ementem nomine proprio; maxime inſtrumentum habet clauſulam *ad habendum*. quæ demonſtrat emptorem ſibi, & non alii acquirere voluiſſe. Idem *nu.* 6. & 7. Imo licet emerit pecuniis dotalibus, ſed nomine proprio, ſibi acquirit, & uxor tantum habet actionem pro repetitione pecuniarum in caſum reſtitutionis dotis. Idem *dec.* 115. *nu.* 14. licet pecuniæ dotales marito fuiſſent ſolutæ cum expreſſo pacto, quod inveſtirentur ad favorem uxoris. Bich. *loc. cit. num.* 115. Cavaller. *dec.* 221. *n.* 4. Gratian. *diſcept. for. cap.* 204. *n.* 3. *L. nihil prohibet.* & *L. multum. C. ſi quis alteri vel ſibi.*

Dominium rei emptæ, & traditæ non acquiritur em- 14
ptori ante ſolutionem pretii etiam ceſſante ſpeciali reſervatione favore venditoris. Bich. *dec.* 204. *n.* 5. Lim. ſi fuit habita fides de pretio, & venditor dominium ſibi ſpecialiter non reſervavit. Idem *loc. cit. num.* 16. & *dec.* 552. *n.* 4. ubi Faber *in C. l.* 4. *tit.* 33. *defin.* 6. *n.* 1. Anton. de Amatis *reſ.* 3. *n.* 43. Dicitur habita fides, ſi emptori fuit data dilatio ad ſolvendum, vel ſcivit ſibi ſtatim ſolvi non poſſe.

Dominium rei venditæ reſervatum venditori præſu- 15
mitur ex clauſula *precarii* in inſtrumento venditionis adjecta. Bich. *dec.* 629. *numer.* 4. quæ tamen præſumptio excluditur ſtantibus clauſulis translativis dominii in emptorem. Idem *dec.* 627. *nu.* 34. Gratian. *diſcept. for. c.* 523. *n.* 13.

Dominus directi agens ad devolutionem tenetur pro- 16
bare rei identitatem per evidentes probationes. Bich. *dec.* 84. *n.* 1. & 9. ubi Mareſc. *l.* 1. *var. reſ. cap.* 12. *num.* 33. Alex. *conſ.* 57. *nu.* 7. Aym. *conſ.* 293. *num.* 7. & quomodo identitas probanda ſit, vide late Mareſc. *loc. cit. per tot.* Rot. *deciſ.* 295. *p.* 1. *rec.* ubi de probandis confinibus. & *deciſ.* 150. *ibid.* & finita emphyteuſi per mortem ultimi Emphyteutæ manutenendus eſt contra illius ſucceſſores ratione civilis poſſeſſionis, quando devolutio eſt clara, & non dubia. Idem *dec.* 216. *num.* 19. & *dec.* 402. *num.* 1. ſicut manutentio illi non competit, quando renovationi locus eſt, neque tenetur, qui renovationem petit, bona emphyteutica a ſe poſſeſſa dimittere Domino directi, ut iterum ſibi ab eodem reſtituantur. Idem *dec.* 411. *n.* 2. Valaſc. *conſult.* 157. *n.* 29. *verſ. in quo articulo*. Non poteſt ante ſententiam Judicis capere poſſeſſionem rei emphyteuticæ ob lineam finitam devolutæ. Rota poſt tract. Pajatell. *dec.* 1. *n.* 4. vide *Emphyteuſis*.

Dominus directi non poteſt antiquas inveſtituras al- 17
terare in præjudicium comprehenſorum. Bichius *dec.* 326. *n.* 4. ubi Menoch. *conſ.* 61. *n.* 20. Ruin. *conſ.* 37. *n.* 18. Poteſt tamen durante inveſtitura inveſtire alium de conſenſu ultimo comprehenſi. Rot. poſt tract. Pajatel. *dec.* 19. *n.* 1. & 2. ubi multo magis id admittitur in ſumm. Pontifice. Bich. *loc. cit.*

Si poſt moram incurſam recipit ab emphyteuta cano- 18
nes, dicitur velle perſeverare in locatione, & moram remit-

remittere, licet illos cum præfetvativa receperit. Bich. *dec.* 341. *num.* 20. fecus in folutione canonum decurforum ante caducitatem, feu illius declarationem. Ibid. *num.* 21. & cenfetur alienationem approbaffe, fi de Jure approbare poteft. Ibid. *num.* 47. Fachin. *lib.* 1. *contr. Jur. cap.* 99. Clar. *in* §. *emphyteufis. quæf.* 19. Corbul. *de cauf. privat. ob non folut. canon. limit.* 21. Mareſcot. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 138. *num.* 6. Surd. *conſ.* 86. *num.* 14. Burat. *dec.* 124. *numer.* 10. vide etiam quæ tetigimus *in prax. clauſ. Apoſt. num.* 22. ubi de clauſula *ſine præjudicio caducitatis*.

19 Dominus directi pro canonibus decurſis, & non ſolutis, non habet actionem hypothecariam, vel perſonalem in re ſcripta exequibilem contra tertium poſſeſſorem rei emphyteuticæ. Bar. *in L. fin. Cod. de jur. emphyt.* Roderic. *de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 22. *num.* 43. Rot. *dec.* 659. *num.* 4. *p.* 3. *rec.* apud Bich. *dec.* 611. *num.* 6. niſi emphyteuta in inſtrumento pro obſervatione contractus ſe, & ſua bona obligaverit; contrarium tamen, & quod habeat actionem hypothecariam, tenet Bald. *in auth. ſi quas ruinas. num.* 9. *Cod. de SS. Eccleſ.* Grat. *diſc. for. cap.* 36. *num.* 34. Sperel. *dec.* 98. *num.* 15. Caſſad. *dec.* 3. *num.* 2. *de locat.* Afflict. *deciſ.* 95. *per tot.* Pac. *de Salvian. interd. inſpect.* 3. *cap.* 4. *num.* 540. præſertim ſi primus acquirens pro obſervatione contentorum in inveſtitura omnia bona hypothecavit. Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de controv. emphyt. q.* 31. *num.* 7. maxime ſi ſucceſſor ſcivit prædium eſſe emphyteuticum. Afflict. *loc. cit. ſub num.* 6. Bich. *l. c. num.* 4. & ibi Roman. *conſ.* 311. *num.* 2. *&* 3.

20 Si fecit declarationem de renovando inveſtituram, ut cogi poſſit ad renovandum, requiritur, quod illa reducatur ad actum. Bich. *dec.* 411. *num.* 5. alias talis declaratio reſolvitur in ſimplicem voluntatem, vel propoſitum, quod ad renovandum non obligat Ibid. *num.* 6. ubi Molin. *de Juſt. tom.* 2. *tr.* 2. *diſp.* 202. ſicut nec obligat tractatus de renovando, *L. contractus. Cod. de fid. inſtrum.* Mant. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 3. *nu.* 10. Cyriac. *contr.* 452. *num.* 16. tex. *in L. juris gentium.* 7. §. *adeo autem. in princ.* ibi: *re nondum ſecuta &c. ff. de pact. L. contractus.* 17. *circa fin. C. de fid. inſtrum. Inſt. de empt. & vend. in princ. verſ. in his autem. ad med.* ibi: *donec enim aliquid deeſt ex his, & pœnitentiæ locus eſt &c.*

21 Agens ad caducitatem contra hæredem emphyteutæ, debet probare, quod hæres habuerit ſcientiam bonorum emphyteuticorum. Bich. *dec.* 485. *num.* 23. quæ quidem præſumitur ex cohabitatione, licet hæc præſumptio non militet in minore. idem *num.* 24. neque militat ex retentione liberculi, in quo ſolutiones canonum adnotantur. Idem *num.* 25. Neque ex ſolutione canonum, cum credere potuerit canones ſolvi ex contractu cenſuali. Idem *num.* 26. Maſcard. *de prob. concl.* 1080. Mant. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 27. *nu.* 40. Corbul. *de cauſ. privat. ob non ſolut. can. limit.* 20. *n.* 14.

22 Emphyteuſin ad ſe reverſam, ſi nolit pro ſe retinere, tenetur dare proximioribus agnatis, ita contra Fachin. *lib.* 1. *contr. jur. cap.* 100. Bich. *dec.* 57. *num.* 1. Gabr. *de Jur. emphyt. concl.* 1. *num.* 1. *&* 14. Plura in verbo *Emphyteuſis*.

23 Dominus tenetur, etiam ante Judicis ſententiam, de domino a ſuis famulis in famulatu ſuo aliis dato, & quidem in duplum; quia mala electio eſt in culpa, & electori imputatur; juxta tex. *in L.* 1. *ff. de his, qui dejecer. & effuderint.* Abb. *in cap. licet, de reſt. ſpol.* Farin. *in prax. q.* 110. *cap.* 3. Sperel. *dec.* 57. *nu.* 5. *&* 6. Dian. *p.* 7. *tr.* 7. *reſ.* 73. Bonac. *de reſtitut. diſp.* 1. *q.* 3. *pun.* 7.

24 Dominus non incidit in excommunicationem, ſi ejus procurator cum ſufficienti mandato, puta cum generali mandato *cum libera* alienat rem Eccleſiæ, ſalvo Beneplacito Apoſtolico, & venit ad rei traditionem ante illius impetrationem; quia ad incurrendas non ſufficit ficta alienatio; alienatio enim facta a procuratore tribuitur Domino per fictionem. Ricc. *in prax. par.* 1. *reſ.* 54. ubi communior DD. Natt. *conſ.* 445. poſt Alex. *conſ.* 39. *vol.* 1. Imo ſunt, qui tenent, requiri mandatum ſpeciale ad faciendum cadere dominum in pœnam. Creſcent. *dec.* 5. *de præb.* Seraph. *dec.* 439. apud Riccium *loc. cit.*

25 Dominus non tenetur præſtare ſalarium infirmis famulis pro tempore infirmitatis, niſi fuerint in extrema neceſſitate. Dian. *p.* 1. *tr.* 8. *reſ.* 86. Covar. *lib.* 3. *var. reſ. cap.* 13. *num.* 8. Zachias *de ſalario q.* 68. *num.* 14. & hanc de jure veriorem, & communem vocat Caroc. *de locat. tit. de famul. num.* 24. ubi tamen *num.* 23. contrariam vocat de æquitate, & pietate veriorem, multique apud eundem, & Dian. illam defendunt. Imo famulus tenetur ſolvere expenſas domino, quas fecit in ſua infirmitate, niſi eſſent modicæ. Prat. ad Paſchal. *de patr. pot. p.* 1. *cap.* 3. Bar. *in L ſi uno.* § *item cum quidem ff. locat.* Anchar. & Imol. *in cap. potuit, de locat.* Genuen. *in prax. Archiep. cap.* 56. *n.* 2.

Dominus expellens famulum ante tempus ſine magna cauſa, tenetur ad totam mercedem, ſi aliis ſuas operas non locaverit, aut locare potuerit. Bonac. *de contr. diſp.* 3. *q.* 7. *pun.* 4. quia non ſtat per famulum, quin ſerviat toto anno, pro quo promiſit ſervire, & ſic implevit ſuam promiſſionem. *cap. imputari*, 41. *& cap. cum non ſtat.* 66. *de R. J. in* 6. Rot. apud Zachiam. *de ſalar. quæſ.* 68. *num.* 12. *&* 15. Pratus ad Paſchal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 3. *verſ. quid ſi famulus. L. qui operas. ff. locati.* Caroc. *ut infra num.* 19. Ut tamen per famulum ſtet, debet, quandocumque a Domino fuit requiſitus, redire, & operas ſuas præſtare uſque ad totum tempus conventum, aliter dicitur per ipſum ſtare. *d. L. qui operas. ff. locat.* Caroc. *de locat. tit. de famul. q.* 10. *ſub num.* 20. Zach. *loc. cit. num.* 16. Si tamen res non ſit amplius integra, ſed famulus aliis ſuas operas locaverit, non tenebitur redire, & debebitur illi ſalarium præteriti temporis. Prat. ad Paſchal. *l. c. verſ. ſed pulchra eſt indagatio*. Zachias *l. c. num.* 17. Vel debebit adhibere diligentiam, ut poſſit aliis ſuas operas locare, aliter non poteſt petere totum ſalarium. Zach. *num.* 18. Juſta vero cauſa expellendi eſt, ſi non vult obedire, in quibus tenetur, vel aliquod damnum Domino attulit factis, vel verbis. Bonacos. *de famul. q.* 129. *&* 213. Zach. *loc. cit. num.* 19. Si vero Dominus ſenſit tantum damnum ex famuli diſceſſu, quantum commodum habuit ex ejus ſervitio, non tenebitur etiam ſolvere ſalarium temporis præteriti ob mutuam compenſationem Bonacos. *loc. cit. q.* 109. Dian. *p.* 3. *tr.* 6. *reſ.* 15. Zach. *loc. cit. cit. n.* 22. dummodo Dominus hoc damnum probet, ſaltem per juramentum. *arg. L. ſi quando. Cod. unde vi. cap. fin. de iis, quæ vi, metuſve cauſ.* Maſcard. *de prob. concl.* 471. *n.* 1. Zach. *n.* 24. apud quos DD. plura.

Dominus non poteſt cogere ſuos ſubditos, vel vaſallos accedere ſua molendina, niſi juvetur privilegio, præſcriptione legitima, aut conſuetudine præſcripta. Theſ. *dec.* 16. licet in inveſtitura adſit clauſula „ *cum molendinis*. Afflict. *dec.* 388. Capon. *diſc. for.* 230. Cancer. *p.* 3. *cap.* 15. apud quos plura de hac materia, uti de præſcriptione hujus ſervitutis, & prohibitionis, ne alius poſſit nova molendina conſtruere.

Dominus fundi eſt præferendus aliis in perceptione fructuum ex fundo, excepto mutuante ſemen Pajatel. *exped. & annot.* 86. vide *debitor. num.* 112. *&* 126. *verſ. item ſub eadem*.

Dominus cenſus in emptione rei cenſuatæ, aliis eſt præferendus. Cenc. *de cenſ. p.* 2. *cap.* 2. *q.* 1. *a.* 3. *num.* 1. Ciarl. *cap.* 121. *num.* 2. Merlin. *deciſ.* 210. *&* 386. & poteſt hoc jus aliis cadere. Cyriac. *contr.* 254. *nnm.* 18. *&* 19. & ſi illo irrequiſito fuit alii vendita, habet jus retractus. Seraph. *dec.* 1474. Cenc. *loc. cit.* vide in verbo *cenſus. a n.* 60. *ſeqq.*

Dominus directi, cum emphyteuſis tranſit in manus morruas, ſcilicet Eccleſiam, vel Eccleſiaſticos, poteſt illos cogere ad vendendum intra annum, ut reincidat in manus privatorum. Specul. *de emphyt.* §. *nunc aliqua. num.* 142. Clar. *in* §. *emphyt. q.* 33. Mareſc. *lib.* 3. *var. reſ. cap.* 3. *n.* 17. qui loquitur de emphyteuſi, cujus Dominus directus eſt Eccleſia.

Dominus feudi, feudum ſibi apertum ob feloniam vaſalli, poteſt illud, etiam vaſallo mortuo ad ſe trahere, etiam contra hæredes. Fachin. *lib.* 7. *contr. Jur. cap.* 104. Clar. *in* §. *feudum. q.* 65. ubi id admittit in delicto notorio, & inexcuſabili: alias ſecus; quia eſſet iniquum agere de delicto mortui, qui ſe defendere non poteſt. Lucratur melioramenta feudi ad ſe reverſi ob culpam Vaſalli. Conſentiens alienationi feudi ſine clauſula „ *ſalvo Jure directi*. ſibi non præjudicat in Jure directo. Fachin. *lib.* 7. *q.* 83. Schroder. *de feud. p.* 4. *cap.* 8. plura vide in littera *Feudum*. An tranſmittat jus privandi vaſallum, vide Noal. *de tranſmiſſ. caſ.* 49. An poſſit alienare vaſallos, vide infra verb. *Vaſallus*. Poteſt prohibere

hibere venationem in suo fundo, & sibi reservare, modo id non cedat in damnum vicinorum, propter multiplicationem ferarum. Bonac. *de restit. disp.* 1. *q.* 3. *pun.* 7. *n.* 13. *vers. rursus.*

32 Dominus domus, in qua fuit ortum incendium, tenetur reficere damnum passo ob dirutas ædes, ne ultra grassaretur, & in subsidium vicini. Farin. *q.* 110. *n.* 148. *cap.* 3.

DONATIO.

Praxis Donationis.

1 Donatio alia est simplex, alia propter causam. Simplex non est contractus bonæ fidei, neque stricti juris; quia donatio simplex est mere liberalis, sine ulla obligatione, neque supponens ullum tractatum. Gratian. *disc. for. c.* 781. *n.* 33. Cutell. *de donat. discurs.* 1. *part.* 1. *n.* 35.

2 Donatio simplex dicitur, quæ ob solam liberalitatem, & ob nullam aliam causam fit. *L.* 1. *ff. de donat.* Gratian. *l. c. cap.* 782. *n.* 17. & 21. Ciarlin. *contr. for. c.* 9. *n.* 24. ubi Cravet. *cons.* 959. *num.* 9. Decian. *cons.* 3. *n.* 19. *lib.* 1. gloss. *in L. licet. C. de pact. verb. mortis causa.* Facta ob causam impulsivam non dicitur simplex, sicuti facta, ut faciat uxori suæ contra dotem, non est simplex, sed potius dotatio, obstante clausula *vere, pure, & libere:* quia tunc hæc clausula non facit donationem simplicem, sed per errorem aut fraudulenter videtur adjecta. *DD. mox. cit.* ubi Rimin. jun. *cons.* 383. *n.* 32. & de donatione propter nuptias, quod illa non sit simplex donatio, sed contractus, vide Cutel. *l. c. a n.* 36. *seqq.*

3 Donatio non subsistit inter patrem & filium. *L.* 2. *Cod. de inoff. donat.* Mant. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 42. *nu.* 16. Bich. *dec.* 207. *n.* 24. Ciarlin. *d. c.* 9. *n.* 28. etiamsi sit jurata, secundum aliquos apud Fach. *lib.* 3. *cont. Jur. c.* 77. & apud Ciarl. *loc. cit. cap.* 9. *n.* 28. sed contrariam sententiam, quod nempe juramento firmetur, defendit Clar. *in §. donatio. q.* 8. *num.* 8. Maresc. *lib.* 2. *var. res. cap.* 27. *num.* 1. Gabr. *de donat. concl.* 4. *num.* 1. & 3. Rot. coram Pennia *decis.* 499. *n.* 1. *inter ejus select.* Fachin. *loc. cit.* Ciarlin. *contr. for. cap.* 137. *nu.* 2. Addit. ad Clar. *loc. cit. n.* 50. *vers. donatio ipsa.* & uti de donatione facta ultra 500. Solidos absque insinuatione late defendit Gail. *pract. observat. lib.* 2. *c.* 39. *a n.* 12. & apud illos alii plurimi, qui de communi hujus affirmativæ opinionis testantur: quia juramentum servari debet, quod servari potest sine detrimento animæ jurantis, per nota jura, & alibi late diximus; & hoc non sit contra bonos mores Juris Canonici; & Gail. *l. c. obs.* 38. *num.* 8. Paschal. *ut infra a n.* 61. secundum quos idem debet dici, si fuit facta sub vinculo fidei, vel cum clausula „ *pro jurato*. Limit. principalem conclusionem in donatione facta studiorum causa; nam hæc valet; quia talis donatio dicitur peculium quasi castrense. vide Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 14. *nu.* 3. & 6. Clar. *in §. donatio. q.* 8. *nu.* 6. Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 29. *n.* 8. Diana *p.* 8. *tr.* 6. *res.* 23. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 4. *a nu.* 21. Limita præterea in donatione remuneratoria. *DD. mox cit.* & Gail. *lib.* 2. *pract. observat.* 38. *num.* 5. & 6. ubi, quod tunc debeat filius probare merita, nec stetur patris assertioni; & Rot. *decis.* 586. *n.* 16. *p.* 5. *rec. tom.* 2. Fachin. *loc. cit. cap.* 76. Bene verum est, quod licet donatio ante emancipationem non valeat, per emancipationem confirmetur. Fachin. *lib.* 5. *cap.* 78. Paschal. *de patr. potest. p.* 1. *cap.* 4. *n.* 31. Sicuti confirmatur etiam per mortem patris, nisi antea fuerit revocata. Dian. *loc. cit. res.* 35. Gomez *tom.* 2. *variar. cap.* 4. *n.* 17. & 18. Clar. *in d. §. donatio. qu.* 9. modo tamen secuta sit ante mortem traditio, aut vera aut ficta, de quo Paschal. *loc. cit. a num.* 58. Clar. *loc. cit.* ubi DD. Et si fuit facta propter matrimonium, ut posset nubere nobiliori, valet, neque est computanda, nisi magna inæqualitas inter filios oriretur, secundum aliquos apud Fachin. *libr.* 5. *contr. jur. d. cap.* 78. ubi regulariter donatio simplex non confertur. & *lib.* 6. *c.* 64. & *lib.* 12. *cap.* 46. Dian. *l. c. res.* 36. At quod donatio propter nuptias, causa dotis, augmentum dotis &c. debeat imputari in divisione bonorum, licet vocetur simplex, docent Mangil. *de imputat. quæst.* 28. *n.* 27. Thesaur. *dec.* 46. Ciarlin. *contr. for. cap.* 77. *n.* 13. Paschal. *l. c. nu.* 48. *arg. tex. in L. ut liberis. C. de collat.* & alii cum ipso Fachin. *lib.* 6. *d. c.* 64. & *d. lib.* 12. *c.* 46. Plura de hac materia donationis inter patrem, & filios, vide apud *DD. cit.* & de materia collationis, dicemus in verb. *filius*. An vero mater possit donare filio, vide Dian. *loc. cit. res.* 34. Gomez *d. cap.* 4. *n.* 25. *ad fin.*

Donatio valida potest revocari, vel ob ingratitudi- 4
nem, de qua infra *n.* 29. vel ob supervenientiam filiorum, & hoc, sive donatio fuit facta alicui extraneo, ut *in L. si unquam. C. de revoc. donat.* sive sit facta filio, contra quam filii supervenientes possunt agere de inofficiosa donatione, ut in *L. si totas. C. de inoff. donat.* de quibus late Joseph. Altograd. *contr.* 63. *per tot.* Clar. *in §. donatio. quæst.* 22. & 23. *per tot.* Gomez *variar. tom.* 2. *c.* 4. *a n.* 11. & DD. *ut infra*. Et an id procedat etiam in donatione rei particularis, relinquitur arbitrio Judicis. Fachin. *lib.* 3. *contr. jur. cap.* 88. Menoch. *de arbitr. cas.* 133. *n.* 2. Clar. *d. quæst.* 22. *nu.* 5. vide etiam late Alciat. *de præsumpt. reg.* 1. *præs.* 13. *per tot.* & ibi Addend. Certe donatio magna ob dictam supervenientiam, revocatur *cit. L. si unquam.* licet patri donanti filii præmoriantur; quia militat eadem ratio, quod scilicet, si pater de filiis cogitasset, non donasset, & donatio habet implicitam hanc conditionem, *si filii non nascentur*. Fachin. *l. c. c.* 90. Conciol. *alleg.* 74. *nu.* 10. ubi Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 8. *p.* 3. Rot. *decis.* 591. *n.* 8. *p.* 3. *rec.* Mantic. *de tacit. lib.* 21. *tit.* 10. *n.* 20. Gomez *l. c.* Clar. *d. q.* 23. *n.* 9. qui tenet, quod, si donatio non sit revocata, morte filiorum reconvalescat. Et conclusio ampliatur, ut donatio revocetur etiam ob supervenientiam filiorum illegitimorum, si fuerint legitimati. Dian. *p.* 8. *tr.* 6. *res.* 62. Clar. *d. q.* 23. *n.* 6. ubi *n.* 7. quod si filii illegitimi tempore donationis jam erant nati, sed post illam primum legitimati, donatio non infringatur.

Limita præterea, si donatio fuit facta favore Eccle- 5
siæ; quia cit. *L. si unquam*, utpote facta ab Imperatore, non ligat Ecclesiam, & donatio facta Ecclesiæ dicitur facta favore animæ, favor autem animæ præfertur favori liberorum. *c. ult.* 17. *q.* 4. Fachin. *l. c. c.* 86. quamvis de æquitate Canonica revocari possit, ne Ecclesia, quæ est cultrix justitiæ, locupletetur cum jactura filiorum contra mentem S. Augustini *in cit. cap. ult.* 17. *q.* 4. & hoc saltem pro quantitate legitimæ filiis postea natis debitæ, de quo vide late Covarruv. *var. res. lib.* 1. *cap.* 19. *per tot.* Altograd. *cit. controv.* 63. *a nu.* 39. Clar. *d. q.* 23. *num.* 2. Gabriel. *commun. concl. tit. de donat. concl.* 2. *n.* 61. Ludovis. *decis.* 539. *n.* 5. apud quos DD. cum enim legitima & ipsa contineat causam piam. Bero. *cons.* 26. *lib.* 2. *sub num.* 8. imo sit favorabilior qualibet pia causa, ac Ecclesia qualibet. arg. *cit. cap. ult.* ideo non minuitur, sed potius detrahitur de relictis ad pias causas. *auth. si qua mulier.* & ibi DD. *Cod. de sacros. Eccles.* DD. apud Ludovis. *loc. cit.*

An vero donatio revocetur ob supervenientiam fi- 6
liorum, si sit juramento firmata? Resp. affirmative. Clar. *d. quæst.* 23. *numer.* 1. Rot. *d. decis.* 519. *numer.* 6. & 7. *p.* 3. *rec.* Mantic. *de tacit. libr.* 21. *tit.* 10. *n.* 29. quia etiam juramentum, quod sequitur naturam actus, cui apponitur, habet hic hanc tacitam conditionem, *rebus sic stantibus*.

Porro per supervenientiam filiorum non revocatur 7
donatio in totum, sed usque ad legitimam filiis postea natis debitam, tanquam inofficiosa, si sit facta uni filio, & postea nascantur alii. *d. L. si totas. Cod. de inoff. donat.* secus si sit facta extraneo; nam tunc revocatur in totum. *cit. L. si unquam. C. de revoc. donat.* & ita distinguunt Gomez *d. cap.* 4. *n.* 11. *ante med.* Gabr. *l. c. n.* 3. Clar. *loc. cit. q.* 24. *n.* 1. Covarruv. *d. c.* 19. *n.* 1. Mangil. *de imputat. quæst.* 99. *nu.* 33. & 36. limita ut infra *n.* 11. Et jus revocandi donationem inofficiosam transmittitur. Noal. *de transmiss. cas.* 46. *n.* 10. & infra *n.* 13.

Prædicta limita primo, si pater cogitasset de filiis, 8
vel renunciasset dictis. *L. si unquam*, & *L. si totas*. secundum aliquos apud Dian. *loc. cit. res.* 59. quæ cogitatio, & renunciatio debet esse specifica, & individualis, nec sufficit renunciatio generalis, per verba *renuncians omni legum auxilio* &c. ut per Roman. *cons.* 264. *n.* 3. Alex. *in L. penult. n.* 25. *C. de pactis.* relatos a

Rot.

Rot. *d. dec.* 591. *n.* 6. & 7. Mangil. *l. c. q.* 103. *nu.* 7. 8. 11. Gabriel. *d. concl.* 2. *n.* 49. & 64. ubi *n.* 50. quod ſtetur declarationi ipſius donantis, quod ipſe non cogitaverit de filiis, ſtantibus, & concurrentibus conjecturis, apud quos plura videre poteris ad intelligentiam cit. *L. ſi unquam. & L. ſi totas.* Paſchal. *de jur. patr. poteſt. p.* 1. *c.* 8. *nu.* 110. Intellige tamen quoad præjudicium donantis, non vero quoad præjudicium liberorum poſtea natorum, qui, non obſtante renunciatione prædicta patris donantis, poterunt agere de inofficioſa &c. Paſchal. *d. c.* 8. *n.* 111. vide etiam Theſaur. *dec.* 121. *n.* 6. Clar. *l. c. q.* 24. *n.* 1. poſt mortem tamen patris donantis, non vero eo vivente, quia eo tempore nullum jus habent. Mangil. *de imputat. q.* 100. *n.* 6. & 8. Imo quod etiam ipſe donans, ſi renunciaverit diſpoſitioni, *L. ſi unquam*, poſſit nihilo minus juvari beneficio cit. *L. ſi totas*, & in illius vim donationem revocare uſque ad legitimam filiis poſtea natis debitam, defendunt DD. apud Joſeph. Altograd. *d. controv.* 63. *nu.* 11. plura de hac materia renunciationis *d. L. ſi unquam*. vide etiam apud Mangil. *de imputat. q.* 102. & 103. *ſeqq.* ubi per plura capita examinat hanc materiam revocationis donationis ob filiorum ſupervenientiam.

2 Limita ſecundo in donatione remuneratoria, quæ non eſt proprie donatio. Gabriel. *l. c. n.* 45. Rot. *dict. deciſ.* 591. *num.* 10. *p.* 3. *rec.* & *DD. in d. L. ſi unquam.* Clar. *in* §. *donatio. d. q.* 23. *nu.* 3. quatenus tamen æquivalet meritis. Dian. *d. reſ.* 65. & ut infra *nu.* 17. vide late Paſchal. *de patr. poteſt. p.* 1. *c.* 4. *a n.* 46. *ſeqq.* quia valet tantum pro rata meritorum. Gabr. *l. c.* Coſta *de portione ratæ. q.* 75. Clar. *l. c.* & dummodo merita probentur, aliter non valet. Ciarlin. *contr. for. c.* 33. *n.* 125. Rot. *d. deciſ.* 591. *n.* 10. Clar. *l. c. q.* 3. *& DD. cit. ſupra num.* 3. Et cum talis donatio remuneratoria non ſit proprie donatio, & ideo non veniat nomine donationis prohibitæ, licet excedat quingentos ſolidos, hoc eſt aureos, non eſt inſinuanda. Gabr. *dict. tit. de donat. concl.* 1. *n.* 60. Clar. *in* §. *donatio. q.* 16. & ibi Addend. *n.* 5. *& ad q.* 3. *n.* 4. Gail. *lib.* 2. *pract. obſerv.* 40. *n.* 8. Caroc. *de locat. & conduct. tit. de mercede remuner. n.* 26. contra Fachin. *contr. for. d. lib.* 3. *c.* 82.

10 Limita tertio, quia non revocatur ob filios adoptivos, niſi donans id ſibi expreſſe reſervaſſet. DD. apud Gabriel. *loc. cit. num.* 77. *&* 78. *concl.* 2. apud quem etiam videre poteris plures ampliationes, & limitationes in hac materia revocationis donationis ob ſupervenientiam filiorum.

11 Dicitur itaque donatio inofficioſa, per quam parentes a liberis, vel econtra, a legitima excluduntur, & hæc poteſt revocari, tam a parentibus, quam liberis, uſque ad legitimam tantum. de quo Clar. *in d.* §. *donatio. q.* 24. *n.* 1. & 2. Covar. *var. d. lib.* 1. *cap.* 19. *d.* 1. Gail. *loc. cit. obſerv.* 116. *num.* 4. DD. apud Dian. *loc. cit. reſ.* 66. Altograd. *d. contr.* 63. licet donans renunciaſſet *d. L. ſi unquam*. Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 21. *a n.* 17. *ſeqq.* ubi plures ponit caſus. Bichius *deciſ.* 136. *num.* 24. ſi ſit inofficioſa tantum re, & conſilio; tunc enim etiam in hoc caſu revocaretur in totum. Bichius *l. c. nu.* 20. ubi Honded. *conſ.* 43. *n.* 22. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 473. *num.* 1. & *ſeqq.* Merlin. *loc. cit. num.* 18. Dicitur autem donatio inofficioſa re, quando pater ita donavit, ac in tanta ſumma, ut ipſi tot non remanſerint, pro legitima filio danda, abſque malo animo: inofficioſa vero re & conſilio dicitur, quando pater ita donavit malo animo fraudandi filios in legitima, ſicque ambæ iſtæ duæ qualitates requiruntur, ad hoc ut donatio dicatur inofficioſa re, & conſilio. Merlin. *loc. cit.* ubi Clar. *in d.* §. *donatio. q.* 24. *verſ. dicitur autem ſub nu.* 2. Gabr. *conſ.* 137. *num.* 29. *lib.* 2. & alii; niſi donatio eſſet facta uni ex filiis donantis: tunc enim etiamſi eſſet inofficioſa re, & conſilio, revocaretur tantum uſque ad legitimam. DD. apud Merlin. *loc. cit. n.* 22. Clar. *loc. cit. nu.* 2. quæ procedunt, etiamſi donatio ſit facta Eccleſiæ, ut ſupra diximus. & Rot. *deciſ.* 161. *nu.* 4. poſt Pacif. *de Salvian.* & quamvis ſupra dixerimus *n.* 7. quod donatio inofficioſa facta extraneo revocetur in totum, id tamen admittit Merlin. *loc. cit.* ubi DD. ſi donatio fuerit inofficioſa re, & conſilio; alias, ſi fuerit inofficioſa tantum re, quod etiam tunc revocetur tantum uſque ad legitimam. ita *n.* 25. Clar. *l. c.* ad tex. *in L.* 1. 2. *& C. de inoff. donat.* quando vero arguatur donatio inofficioſa re, & conſilio, vide apud cit. Merlin. ubi quod talis animus probari debeat, nec præſumatur inofficioſa re, & conſilio. ita *n.* 27. & ibi Aretin. *conſ.* 47. Socin. ſen. *conſ.* 108. *n.* 11. & Socin. jun. *conſ.* 67. *n.* 59. *lib.* 2. & alii. Arguitur tamen talis, ſi tempore donationis jam extabant filii capaces. arg. *cit. L.* 1. *C. de inoff. donat. Authent. unde ſi parens. C. de inoff. teſtam.* Merlin. *l. c. n.* 29. alias etiam præſumptiones donationis factæ animo fraudandi filios, vide apud Altograd. *d. controverſ.* 63. *a n.* 122. *ad* 140.

Non modica eſt difficultas, an donatio tanquam 12
inofficioſa revocetur a filiis ſaltem uſque ad legitimam, ſi hæc donatio a principio non erat inofficioſa; quia forſan Pater ſibi tot bona reſervaverat, quæ erant ſufficientia pro legitima conſtituenda, ſed poſtea etiam illa amiſit, donatione, diſſipatione, caſu fortuito &c. de qua quæſtione vide Altograd. *d. contr.* 63. ubi *per totam* late affirmativam probat. ubi etiam *nu.* 80. *ſeqq.* quod in calculanda legitima non ſolum attendatur tempus donationis, ſed etiam tempus mortis, ad explicationem tex. *in L. cum quæritur. C. de inoff. teſtam.* §. *dudum. in fin. in auth. de immenſis donat. & auth. unde ſi parens. C. de inoff. donat.* & *n.* 49. ex gloſſ. communiter approbata. *in L.* 1. *in verb. ex duabus unciis. q.* 8. & 9. *C. de inoff. donat.* & Antonio Faber. *in ſuo C. de inoff. donat. deff. ult.* quod donatio omnium bonorum non poſſit dici ab initio inofficioſa, ſed quod maneat in ſuſpenſo uſque ad mortem donantis. Et quod, ſi donans alia poſtmodum acquiſivit bona ſufficientia pro legitima filiorum, nihilo minus in calculanda dicta legitima, habeatur ratio etiam ad bona prius donata, quæ ſemper debebunt poni in cumulo aliorum bonorum tempore mortis relictorum, ad effectum, ut legitima fiat pinguior, quod etiam dicitur *in voto ad dictam Altogradi controver. in fine poſito. n.* 169. juxta *cit. auth. de immenſ. donat. & auth. unde ſi parens.* & Surd. *conſ.* 332. *n.* 14. ibique ponitur ordo in facienda legitimæ detractione, quod prius fiat ex bonis hæreditariis, ſi, habito reſpectu ad prius donata, ſint ſufficientia, & ſi hæc non ſufficiant, ex bonis ultimo loco donatis titulo lucrativo, & his etiam non ſufficientibus, ex bonis primo loco donatis.

Pro detractione legitimæ ex donatione inofficioſa, 13
competunt filiis duo remedia: unum querelæ inofficioſæ donationis, & alterum petitionis legitimæ, vel ejus ſupplementi per condictionem ex lege. Primum eſt odioſum, & quinquennio præſcribitur, nec ad hæredes extraneos tranſmittitur, niſi dicta querela fuerit a defundo præparata. *L. Scimus antea.* §. *fin. C. de inoff. teſtam.* nec datur filio, qui agnovit ſibi a patre relictum. *L. cum donationibus. C. de inoff. donat.* Joſeph. Altograd. *d. controv.* 63. *n.* 109. *ſeqq.* Secundum remedium eſt favorabile, utpote ſuſtinens voluntatem defuncti, & durat uſque ad triginta annos. Gratian. *diſc. for. c.* 247. *nu.* 71. ubi late quando habeat locum querela. Merlin. *de legitim. lib.* 5. *tit.* 3. *q.* 10. *n.* 11. Mangil. *de imputat. q.* 92. *nu.* 6. & 10. Fachin. *lib.* 12. *contr. jur. c.* 9. Ludoviſ. *deciſ.* 489. *n.* 1. Rot. *deciſ.* 419. *per tot. p.* 2. *recent.* apud quos alii plurimi, & late de hac materia. Et datur etiam illi, qui agnovit ſibi a patre relictum. Altograd. *loc. cit. num.* 117. & in hæredes etiam extraneos tranſmittitur. late Merlin. *loc. cit. q.* 9. *per tot.* & quinquennium conceſſum querelæ incipit a die aditæ hæreditatis ad tex. *in d. L. ſcimus.* §. *fin. C. de inoff. teſtam.*

Prædicta declara, quod donatio non revocetur, niſi 14
citato donatario. ita Gabr. *d. tit. de donat. concl.* 2. *n.* 60. ubi Bal. *in L.* 1. *C. de inoff. donat.* Sal. *in L. ſi totas. eod.* Ruin. *conſ.* 106. *n.* 10. *vol.* 3.

Donatio facta a ſocero nurui ex cauſa dotis dicitur 15
propter nuptias, licet vocetur ſimplex. Ciarl. *controv. for. c.* 77. *n.* 14. & facta cauſa dotis, vel propter nuptias non requirit ſolemnitates ſtatutarias, licet fiat a muliere. Lambertheng *de contract. mulier. gl.* 21. Ciarlin. *c.* 124. *num.* 3. Andreol. *controv. for.* 73. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 14. *nu.* 91. Rot. *deciſ.* 177. *num.* 10. & 11. *p.* 1. *rec.* niſi mulier eſſet minor. Donatio vero propter nuptias ſoluto matrimonio revertitur ad maritum, vel donantem, niſi aliter ſtatuto, pacto vel conſuetudine cautum ſit. *L.* 2. *C. de bonis quæ liber. cap. ſi. de donat. inter virum & uxor.* Mantic. *de tacit. lib.* 20. *tit.* 2. *num.* 15. Sperel. *dec.* 172. *nu.* 3.

Pajatell. *expedit.* 12. *n.* 35. Donatio propter nuptias Viduæ non debetur, si dotem promissam non solvit. Afflict. *dec.* 242. *n.* 1. Fachin. *lib.* 8. *controv. Jur. cap.* 68. vide plura apud Clar. *in* §. *donat. q.* 11. Menoch. *de recuper. rem.* 15. *n.* 166. Diana *par.* 8. *tr.* 6. *res.* 126.

16 Facta absenti nullo stipulante pro Donatario, non valet, quamvis adessent mille testes. Sperel. *dec.* 168. *num.* 74. Clar. *in* §. *donatio. quæst.* 12. Thesaur. *dec.* 70. *num.* 1. Mant. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 7. Gomez *de donat. cap.* 4. *num.* 2. Trentacinq. *de donat. res.* 93. limit. ut infra *n.* 23. & 39. Si vero fuit facta absenti, Notario pro eo stipulante, vel extraneo, cum actionum cessione non potest revocari etiam ante acceptationem donatarii. arg. *L. sicut. C. de act. & oblig. capit quod semel. de R. J. in* 6. nam donatio secundum plerosque est contractus nominatus, in quo non est locus pœnitentiæ. Clarus *in* §. *donatio. quæst.* 1. Sperell. *dec.* 168. *a n.* 53. *seqq.* Mant. *de tacit. libr.* 13. *tit.* 3. Imo si donans præmoritur acceptationi, donatio transit ad hæredes passive. Neal. *de transmiss. cap.* Diana *loc. cit. res.* 101. Altograd. jun. *controv.* 95. *n.* 10. Covar. *libr.* 1. *var. resol. cap.* 14. *n.* 17. *& in* 3. *p. rubr. de testam. n.* 13. *vers. est autem necessaria ad med.* quia donatio est gratia, quæ non exspirat morte donantis; & ideo post mortem donantis potest a donatario acceptari. *L. absenti. ff. de donation.* nam voluntas donantis, cum non fuerit revocata, ex parte illius fuit perfecta, & dicitur perseverare usque ad acceptationem. Clar. *in* §. *donatio. quæst.* 13. Covar. *loc. cit.* Suarez *de LL. lib.* 1. *cap.* 31. *n.* 5. *ad fin.* Sperel. *dec.* 81. *nu.* 35. *& decis.* 168. *a num.* 60. Rot. *decis.* 270. *a n.* 1. *p.* 5. *rec. tom.* 1. Diana & Trentacinq. *ll. cit.* Lim. conclusio, quod donatio facta absenti, Notario pro eo stipulante non est usquequaque efficax, sed valet revocabiliter. *d. L. absenti. ff. de donat.* ita ut possit revocari in præjudicium donatarii ante illius acceptationem. Thesaur. *dec.* 70. *per tot.* ubi DD. & apud Gabr. *de V. O. concl.* 1. *n.* 102. & apud Caball. *resol. crim. cas.* 207. Decius *in L. contractus. ff. de R. J.* Contra Thesaurum sentit Cacheran. *dec.* 33. *n.* 12. cum Claro *in* §. *donatio q.* 13. ubi DD. & secundum istos talis donatio valet irrevocabiliter, ut dictum supra in conclusione. Tusc. *litt. D. concl.* 637. Ciarl. *c.* 137. *n.* 8. Mant. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 8. *n.* 9. Covar. *l. sup. cit.* Caball. *l. c. n.* 13. Sperell. *d. decis.* 168. *nu.* 60. Altograd. *d. contr.* 95. *n.* 4. Rot. *dec.* 270. *n.* 1. *p.* 5. *& dec.* 369. *n.* 3. *&* 488. *n.* 6. *p.* 2. *recent.* Beltramin. ad Ludovis. *decis.* 97. *nu.* 8. Grat. *disc. for. c.* 729. *nu.* 19. apud quos innumeri alii, & hoc ad effectum, ut donans non possit pœnitere; quidquid sit ad effectum, ut sit acquisitum dominium absenti ante illius acceptationem. De quo *DD. cit* juxta quos proinde donatio facta absenti, pro eo Notario stipulante, erit revocabilis respectu donatarii, qui illam acceptare non tenetur, irrevocabilis vero respectu donantis. Et quatenus esset etiam ex parte donantis revocabilis ante ratificationem donatarii, hæc tamen facultas revocandi non transiret ad hæredes donantis. Sperell. *d. dec.* 81. *n.* 36. Covar. *lib.* 1. *var. d. c.* 14. *n.* 17.

17 Quia supra diximus, donationem remuneratoriam non esse proprie donationem; Sciendum est, quod donatio, ut sit remuneratoria, merita debent esse talia, quæ sint obligativa, & præstare possint jus agendi contra beneficiatum; aliter si essent talia, ad quæ obligabaris uti obsequialia, aut spiritualia, veluti doctrina Christiana, non erit donatio remuneratoria. Merlin. *dec.* 756. *num.* 8. Costa *de ratione ratæ. quæst.* 152. *n.* 8. Altograd. jun. *controv.* 29. *&* 96. *numer.* 236. *&* 242. Conciolus *alleg.* 75. *num.* 19. sed in hoc contrarium tenet Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 15. *n.* 16. *& lib.* 21. *tit.* 4. *n.* 31. Gratian. *disc. for. cap.* 386. *n.* 13. apud quos Rota & DD. Et si fuit facta consanguineo ob merita & amorem, non dicitur remuneratoria, sed facta ob consanguinitatem: quia causa naturalis, qualis est consanguinitas, præfertur accidentali meritorum. Mascard. *de probat. concl.* 160. *num.* 3. Carpan. *ad stat. Mediolan. cap.* 324. *num.* 5. Maresc. *lib.* 1. *var. res. cap.* 50. *n.* 7. Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 10. *n.* 26. etiamsi fiat meritorum mentio. Imo quoties alicui permissum est donare ob benemerita, intelligitur de præteritis, & non de futuris. Solorzan. *de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 7. *n.* 94. citans Bart. *in L.* 1. *C. de V. S.* nisi benemerita futura deducantur in pactum. Solorzan. *l. c. n.* 99. Quod si tamen donatio sit facta ob benemerita futura, & sic invalida, si tamen ante revocationem donationis illa superveniant, poterit sustineri, & sic inefficax fieri efficax. Solorzan. *l. c. n.* 96.

Donatio perfecta per acceptationem non potest alte- 18
rari adjectione alicujus conditionis, vel modi. *L. perfecta. C. de donat. quæ sub mod. &c.* Rot. *decis.* 503. *n.* 7. *p.* 5. *rec. tom.* 2. Bich. *decis.* 235. *n.* 8. sed an possit adjici conditio in continenti, res dubia est. Affirmant Covar. *lib.* 1. *var. res. c.* 14. *n.* 1. & ibi DD. quia quæ in continenti fiunt, actui inesse videntur. *L. petens. C. de pact. L. lecta. vers. dicebam. ff. si cert. pet.* ubi gl. *verb. stipulationi.* Gloss. *de except.* 7. *n.* 3. & in hac sententia relinquitur arbitrio Jud. quando conditio dicatur adjecta in continenti. Menoch. *de arbitr. cas.* 9. *n.* 5. Negativam sententiam tenent Capon. *discept. for.* 25. apud quem Castillo. *t.* 3. *c.* 10. *a n.* 89. Bal. *cons.* 327. *vol.* 1. Faber. *p.* 2. *de error. pragmat. decad.* 48. *error.* 5. *relatus* a Bajard. ad Clar. *in d.* §. *donatio in q.* 2. *n.* 2.

Donatio non dicitur causa mortis ex eo, quod in 19
illa fuerit facta mentio mortis, nisi fuerit facta per modum causæ finalis, & non tantum per modum dilationis. Mant. *de conject. lib.* 1. *tit.* 13. *n.* 14. Capon. *discept. for.* 22. *n.* 15. sed dicitur inter vivos, & est irrevocabilis, licet ejus executio differatur post mortem. Imo licet in donatione fuisset dictum *causa mortis*; tamen si fuit jurata, & adest promissio de observando, & renuntiatio Legum auxiliis, & maxime revocabilitatis causa ingratitudinis, & supervenientiæ liberorum, non est donatio causa mortis, sed inter vivos; quia repugnat naturæ donationis *causa mortis*, quod sit irrevocabilis, cum in hoc potissimum differat a donatione inter vivos. Merlin. *ut infra. n.* 10. *&* 11. Clarus *in* §. *donatio. q.* 4. *n.* 5. Capon. *l. c. nu.* 16. Gabriel. *de jurejur. concl. 9. n.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 35. *an.* 16. Cras. *in* §. *donatio. q.* 21. *&* 28. Andreol. *controv.* 134. *à nu.* 101. & quando dicatur causa mortis, vide Rotam apud Merlin. *dec.* 664. *& DD. cit. & infra citandos*. Imo donatio in qua fuit dictum „ *dono tibi, & hæredibus tuis fundum causa mortis*, non est donatio causa mortis, sed inter vivos & irrevocabilis; quia donatio causa mortis vivente donatore non transmittitur ad hæredes. *L. si filiof. & L. finali. ff. de mort. caus. donat.* Mascard. *de prob. conclus.* 562. Tusc. *litt. D. conclus.* 655. Capon. *l. c.* Noal. *de transmiss. cas.* 45. *n.* 25. Menoch. *l. c. n.* 7. ubi late. Covar. *in* 3. *p. rubr. de testam. num.* 25. *sub vers. ex quibus.* apud quos plura videre poteris, an, & quando censeatur donatio causa mortis, an inter vivos. Ita donatio facta in testamento præsenti, & acceptanti dicitur donatio inter vivos secundum multos apud Fachin. *lib.* 5. *controv. Jur. c.* 32. qui tamen contrarium tenet, & cum ipso Mant. *de conject. lib.* 8. *tit.* 1. eo quod verba sint intelligenda secundum subjectam materiam, juxta *L. si uno ff. locat.* tum quia donatio inter vivos in testamento fieri non potest. *L. hæredes. ff. de testam.* §. *ult.* ubi, quod testamentum debeat fieri uno contextu, nullum actum (qualis esset donatio inter vivos) intermiscendo.

Est etiam donatio inter vivos, quam quis promisit, 20
se non revocaturum. *L. ubi ita donatur. ff. de mort. caus. donat.* Clar. *in d.* §. *donatio. q.* 4. *n.* 3. Covar. *de testam. p.* 2. *n.* 13. Fachin. *l. c. c.* 23. *& DD. ut supra cit.* ubi quod in dubio censeatur donatio inter vivos. vide late Gomez *var. tom.* 2. *c.* 4. *n.* 22.

Si vero fuit adjectum tempus mortis substantiæ do- 21
nationis, & non tantum ejus executioni, dicitur, & est donatio causa mortis. Fachin. *loc. cit. cap.* 22. *& DD. cit.* hæc evanescit per mortem donatarii ante donantem. *L. non omnis. ff. si cert. pet.* Noal. *de transmiss. cas.* 45. *n.* 1. quia lex præsumit, voluisse donare donatario tantum, & non ejus hæredibus. vide Noal. *de transmiss. d. cas.* 45. *n.* 25. & Cyriac. *contr.* 314. ubi plures casus elucidantur, in quibus donatio dicatur inter vivos, vel causa mortis. Donatio vero inter vivos non evanescit, licet donatarius præmoriatur donanti, sed transmittitur ad hæredes. *L. illam. Cod. de donat.* quia hæc est irrevocabilis, & comparatur venditioni, & transit non tantum in hæredes, sed etiam contra hæredes. Noal. *l. c. n.* 25. In dubio vero præsumitur donatio facta inter vivos, licet donans fuerit in articulo mortis. Clarus *in* §. *Donatio. q.* 4. *sub nn.* 2. Cyriac. *d. contr.* 314. *n.* 7.

An

22 An donatio causa mortis jurata possit revocari, sicut & testamentum non revocari juratum, revocari possit? vide Dian. *d. p. 8. tr. 6. ref. 79.* ubi Covar. *in 2. p. rub. de testam. num. 11.* Gabr. *de jurejur. concl. 1. n. 8.* ubi DD. de more congerit affirmantes validam fore revocationem, sed revocantem incidere in perjurium; sed quod revocari non possit, tenet Covar. *loc. cit.* ex quo donatio illa tunc transeat in donationem inter vivos; juxta dicta & DD. ut supra *nu. 19. & 20.* & huic negativæ adhæret etiam cit. Diana, & aliquos congerit Gabriel. *loc. cit. vers. contrarium. & in concl. 9. n. 2.* ubi pluribus examinat rationem a Covarruv. allatam. *& n. seqq.* si pactum sit appositum in substantialibus, secus si in executivis. Rot. *dec. 586. n. 5. p. 5. rec.*

23 Diximus supra, donationem factam absenti, nemine pro donatario stipulante, non valere; sed hoc limitari debet primo in Ecclesia, nam donatio illi facta, etiam nemine stipulante, valet. Bal. *in L. cum hi ff. de transact.* Felin. *in procem. decret. nu. 57. & cons. 73.* Tiraquel. *de privileg. piæ causæ, privil. 115.* Grat. *disc. for. c. 358. a n. 24.* Gomez *var. res. t. 2. c. 9. n. 1.* Mantic. *de tacit. lib. 13. tit. 7. a num. 18.* Sperel. *dec. 81. n. 15.* Dian. *p. 8. tr. 6. ref. 96. & 106.* quia, quod donatur Ecclesiæ, donatur Deo, qui ubique est præsens, & acceptans; nam bona Ecclesiæ sunt sub immediato dominio Dei. Navar. *de reddit. Eccles. q. 1. monit. 18.* Suarez *de immun. Eccles. c. 18.* quod idem procedit in donatione facta pauperi & causæ piæ, videri potest Sanch. *de matr. lib. 1. disp. 6. n. 16.* Molin. *de contr. tr. 2. disp. 263. n. 18.* Mantic. *ut infra* Sanch. *l. c. n. 25. & disp. 4. num. 9.* apud quos plura, quando censeatur causa pia, ubi de promissione dotis, matrimonii &c. & DD. apud Sperel. *loc. cit.* maxime si donatio Ecclesiæ fuit facta per modum voti. Dicitur autem facta per modum voti, si donans direxit mentem suam ad Deum. Sanch. *l. c.* Bonac. *de contr. disp. 3. q. 11. pun. 2.* quod ampliatur etiam ad Ecclesiam nondum exstructam. Dian. *l. c. ref. 125.* Limit. secundo in donatione jurata juxta plurimos, quos vide apud Sperel. *dec. 168.* Mantic. *de tacit. lib. 13. tit. 7. per tot.* Clar. *l. c. q. 12.* Molin. *loc. cit. n. 19.*

24 Donatio facta Ecclesiæ, licet sit irrevocabilis, tamen si fuit facta ea conditione, ut Ecclesia donanti alimenta præstet, conditione non impleta, potest revocari. Fachin. *lib. 8. contr. Jur. cap. 90.* qui probat *ex L. 1. Cod. de donat. quæ sub mod.* licet alias propter ingratitudinem Prælati revocari non possit. Menoch. *de recuper. remed. 9. n. 102.* Paschal. *de patr. pot. p. 1. c. 8. n. 105.* Cutell. *de donat. tom. 2. discurs. 1. special. 7. n. 12.* nisi adsit pactum expressum, quod possit ob talem ingratitudinem revocari. Cutell. *loc. cit. special. 8. nu. 7.* & DD. *in c. verum, de cond. appos. & in c. cum dilecti, de donat.* Imo, quod cessante hoc pacto, non possit donatio revocari, etiam conditione non impleta præstandi alimenta, sed quod agere possit contra Ecclesiam, ut conditionem servet, tenet Covarruv. *libr. 1. var. cap. 14. num. 6.* & ibi DD. ob rationem, quod tunc in tali donatione causa finalis donandi fuerit liberalitas erga locum pium, alimenta vero solum causa impulsiva, seu modus, quo non adimpleto, non revocatur donatio. *ex cit. cap. verum de cond. appos.* quamvis possit agi pro illius adimplemento. Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 48. n. 68.*

25 Irritatur itaque etiam donatio, non impleta causa finali, secus vero impulsiva. DD. apud Covarruv. *loc. cit.* Rot. coram Merlin. *decis. 229. & 392. per tot. inter ejus select.* ubi late quando intelligatur causa, quod sit impulsiva, seu finalis.

26 Facta Religioni ex causa ingressus, habet tacitam hanc conditionem, *si ingressus perseveravit*, aliter cessante causa, cessat effectus, & post recessum a Religione potest repeti. Riccius *in prax. p. 1. ref. 550.* ubi Natta *cons. 180.* Cutell. *de donat. tom. 1. discurs. 2. p. 3. num. 5.* Menoch. *de præsum. lib. 3. præs. 36. num. 11.* & videtur facta causa mortis, non obstante pacto, de non revocando: quia professio est mors civilis. Rot. apud Rub. *dec. 586. nu. 2. p. 5. rec. tom. 2.* Diana. *p. 8. tr. 6. ref. 88.* vide verb. *Novitii renunciatio.* & infra *num. 3.*

27 Licet prohibeatur de Jure non tantum infantibus, furiosis, mente captis, juxta §. *furiosus, &* §. *pupillus, vers. sed. quod diximus. Inst. de inut. stipul. L. Julianus. ff. de curat.* sed etiam filiisfam, de peculio profectitio. *p. 8. tr. 6. ref. 6.* & Conjugatis, inter quos etiam donatio regulariter non valet. *L. 1. & seqq. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Laym. *mor. lib. 3. tr. 4. cap. 122. num. 7.* Navarra *de rest. lib. 3. cap. 1.* tamen facta inter conjuges mortis causa valet, etiam non secuta traditione. Dian. *loc. cit. ref. 30.* Molina *de just. tom. 2. disp. 288. §. dubium.* & probat Ulpianus *in L. si eum servum. §. fin. cum duab. LL. seq. ff. de donat. inter virum & uxor.* & *L. ubi ita donatur 27. ff. de mort. caus. donat. L. 40. & L. penult. eod.* Gomez *tom. 2. var. res. cap. 4. n. 18.* Crass. *in §. donatio caus. mort. quæst. 6. n. 1.* Berlichius *par. 2. conclus. practicab. conclus. 15. nu. 6.* & *par. 3. concl. 1. n. 30.* Sanz. *de matrim. lib. 6. disp. 10.* ubi late hanc quæstionem examinat, & apud illum Acosta *in cap. si pater. verb. legavit. p. 1. de testam. n. 6.* Bajard. ad Clar. *ut infra statim. n. 3.* ubi DD. contra Clarum *in §. donatio. quæst. 9. n. 1. & 2.* Covar. *in rubr. de testam. par. 3. num 2.* Et Vidua secundo nubens non tenetur servare donata filiis primi matrimonii. Ita donatio inter patrem & filium, virum & uxorem etiam excedens Summam quingentorum aureorum, licet non fuerit insinuata, morte Donatoris, confirmatur usque ad Summam quingentorum aureorum. Fachin. *libr. 3. controv. Jur. cap. 72.* Gomez *tom. 2. var. res. d. cap. 4. sub num. 17.* Clarus *in §. donatio. quæst. 17. num. 2.* quia utile per inutile non vitiatur. *cap. utile de R. J. in 6.* tex. *in L. sancimus. C. de donat.* & taliter confirmatur, ut illa retrotrahatur ad diem donationis, non quidem quoad dominium, sed quoad fructus perceptos, saltem illius Summæ quingentorum aureorum; si nempe fuerit a tempore donationis secuta traditio, de quo vide Sanch. *loc. cit. disp. 16. num. 1. seqq.* Gomez *d. cap. 4. sub num. 23. vers. advertendum tamen.* Clar. *in d. §. donatio. vers. sed quæro. num. 7.* Covarruv. *in 3. p. rubr. de testam. num. 5.* & apud illos alii. tex. est etiam *in L. donationes quas parentes. 25. Cod. de donat. inter vir. & uxor. §. si vero vel non amplior.* & ibi gloss. *in verb. referatur. & in L. talis scriptura. in fin. verb. universa. ff. de leg. 1.* & quod donatio inter virum & uxorem morte confirmetur, secuta traditione vel vera, vel ficta, quamvis alias prohibita sit, vide Dian. *l. c. ref. 24.* Clar. *in d. §. donatio. quæst. 9. num. 6.* Gail. *lib. 2. obs. 40.* Sanz. *de matrim. d. lib. 6. disp. 14.* Conciol. *alleg. 18. a nu. 6. & 13.* Et valet etiam donatio facta filiofam. ex causa dotis. Fachin. *lib. 13. controv. Jur. cap. 60.*

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum facta inter vivos non valet. Bar. *in L. stipulatio. ff. ne V. O.* Clar. *in §. donatio. quæst. 19.* Fachin. *lib. 6. controv. Jur. cap. 87.* quia talis donatio est contra bonos mores, uti impediens liberam testamenti factionem. *L. stipulatio hoc modo 61. ff. de V. O.* late Mant. ubi DD. pro, & contra, *lib. 13. tit. 26. per tot. de tacit.* nisi fuerit jurata, vel donans sibi reservarit usumfructum, vel aliquid, de quo possit testari in omnes, & non tantum in certum genus personarum. Fachin. *loc. cit. c. 88. 89. 90. & 91.* Clar. *loc. cit. num. 8.* Diana *par. 8. tract. 6. ref. 40. & 41. seqq.* Conciolus *alleg. 38. a n. 3.* Lim. 1. in donatione causa mortis. Clar. *l. c. n. 7.* Dian. *ref. 40.* Lim. 2. in donatione titulo oneroso. DD. cit. Lim. 3. in donatione facta Ecclesiæ vel piæ causæ juxta illa verba Christi. *Vide, & vende omnia, quæ possides, & da pauperibus.* Clar. *l. c. q. 20. n. 3.* Felin. *in cap. dilecti de except.* Diana *loc. c. ref. 41.* Covar. *in 2. p. rubr. de testam. n. 6.* Barb. *de Jure Eccles. lib. 2. cap. 13. num. 17.* late probat Mant. *de tacit. lib. 13. tit. 28. a num. 8. & per tot.* Et quamvis Theologi apud Dianam teneant, donationem præfatam validari juramento; Canonistæ tamen aliqui & Juristæ tenent contrarium, scilicet non validari, eo quod tale juramentum sit contra bonos mores. Clar. in §. *donat. q. 20. n. 1.* Clokius *de contribut. c. 12.* sed certe non desunt DD. tum Canonistæ, tum Civilistæ plurimi, qui defendunt, hanc donationem firmari juramento, ut Mantic. *loc. cit. tit. 27. nu. 2. seqq.* Covar. *in 2. p. rubr. de testam. num. 5. & 6.* Conciol. ubi de veriori & magis recepta sententia *d. alleg. 38. n. 12. seqq.* Fachin. *lib. 6. contr. jur. cap. 88.* Addend. ad Clar. *in d. quæst. 20. in princ.* & apud illos alii, & apud Cutell. *de donat. tom. 2. discurs. 1. special. 1. nu. 18. & 19.* & apud Fu- 28

sar. *de subſtit.* quamvis ipſe contrariæ adhærere videatur. *quæſt.* 108. *num.* 32. *ſeqq.* quia, ut etiam ipſemet Fusarius admittit, hæc donatio, quamvis adimat libertatem teſtandi, non eſt contra bonos mores Canonicos, ſed ad ſummum contra bonos mores civiles, quod ultimum etiam ab aliquibus negatur, ut videre eſt apud *DD. cit.* cum enim juri divino, & naturali non repugnet, quod aliquis ſibi adimat facultatem teſtandi, cum alias ſit cuilibet arbitrarium, an velit teſtari, nec ne, & hæc donatio valeat favore Eccleſiæ, aut cauſæ piæ, ſequitur, quod hoc juramentum ſervari poſſit ſine detrimento animæ juranti, & ideo ſervari debeat, ut late per Sperel. *deciſ.* 46. *per tot.* & diximus in verb. *Contractus. num.* 18. & Dian. *loc. c. reſ.* 43. & diximus etiam alibi. Si vero donans ſibi aliqua reſervavit pro facultate teſtandi, & poſtea etiam illa donavit in vita, non propterea annullatur prima donatio, ſed tantum ſecunda. Salgad. *in Labyr. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 65. Porro donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum non valet etiam quoad præſentia. Bart. *in L. fin. C. de pact.* Mant. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 26. *num.* 28. Et donatio omnium bonorum, non complectitur futura. Clar. *l. c. q.* 10. *n.* 3. Theſaur. *deciſ.* 199. *per tot.* Mareſcot. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 139. *n.* 11. plura apud *DD. cit.*

29 Donatio quamvis propter ingratitudinem in judicio probatam revocari poſſit juxta *L. ult. C. de revocanda donatio.* etiamſi eſſet jurata. Dian. *l. c. reſ.* 57. uti ſi Donatarius Donanti intulit manus violentas, vel injuria atroci verbali affecit, grave damnum ejus rebus intulit, ejuſdem vitæ inſidias ſtruxit, conditiones in donatione poſitas non implevit, vel propter alias ingratitudines ſimiles vel majores, & non tantum ex cauſis ingratitudinis in d. Lege expreſſis, ſed etiam ex cauſis non expreſſis arbitrio judicis, ut de communi teſtatur gloſſ. *in d. L. fin. verb. voluerit.* ubi ſi denegentur alimenta. Menoch. *de arbitr. caſ.* 130. Clarus *in* §. *donatio. quæſt.* 21. Gomez. *var. reſ. tom.* 2. *cap.* 4. *num.* 14. Diana *l. c. reſ.* 55. licet fuerit jurata; quia tale juramentum eſt contra bonos mores: tamen jus revocandi non tranſmittitur ad hæredes, nec contra hæredes; quia ingratitudo eſt perſonalis *d. L. fin.* Noal. *de tranſmiſſ. caſ.* 46. *cap. fin. de donat.* Gomez. *var. d. cap.* 4. *de donat. numer.* 14. *verſ. item adde.* quod tamen intellige, ſi donator ſcivit hanc ingratitudinem, & habuit tempus ad agendum, & tamen tacuit: ſecus vero ſi illam ignoravit, vel ſi ſcivit, agere non potuit; quia forte morte præventus &c. tunc enim tranſmitteretur ad hæredes, vel contra hæredes. Gomez. *l. c.* qui probat *ex cit. cap. fin. in fin.* ibi: *qui hoc tacuit.* Noal. *ubi ſupra num.* 7. ubi exemplum ſumit a tranſmiſſione ad, & contra hæredes, juris opponendi contra adulterium uxoris; ibique DD. An vero ad hunc effectum ſufficiat donatoris querimonia extrajudicialis, vel an debeat eſſe judicialis, vide Noal. *loc. cit. numer.* 8. ubi requirit judicialem, contra nonnullos. Item limita, ſi ingratitudo proveniret ob pacta non ſervata, vel proponeretur per viam exceptionis; quia forte res donata nondum fuit tradita. Noal. *loc. cit. num.* 4. juxta quem tunc tranſmittitur. An vero teneatur reſtituere etiam fructus perceptos ex re donata, vide infra *num.* 58. Neque Donatarius tenetur ex cauſa ingratitudinis reſtituere, niſi poſt ſententiam Judicis. Covar. & alii apud Dianam *loc. cit. reſ.* 58.

30 Quamvis vero inter titulos ingratitudinis adſit etiam non impleta conditio, hoc tamen non procedit in donatione facta Eccleſiæ, niſi adſit clauſula „*commiſſi*, ſed tantum poteſt agi ad implementum. Imol. *in cap.* 6. *de donat.* Dian. *l. c. reſ.* 42. & ut ſupra *n.* 24. & regulariter donatio facta Eccleſiæ non poteſt revocari ob ingratitudinem Eccleſiaſticorum; quia talis donatio eſt facta Deo, qui ingratus eſſe non poteſt. Clar. *in* §. *donatio. qu.* 21. ubi DD. Diana *p.* 8. *tr.* 6. *reſ.* 56.

31 Donatio ultra 500. ſolidos, vel aureos, ut valeat, debet inſinuari Judici. *L. pen. Cod. de donat.* ne homines vel metu, vel fraude, vel temere ſua profundant, aliter quoad exceſſum non valet. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 39. *num.* 1. Gomez. *var. reſ. tom.* 2. *cap.* 4. *nu.* 6. Dian. *l. c. reſ.* 46. Clar. *in* §. *donatio. q.* 17. *n.* 2. quæ inſinuatio nihil eſt aliud, quam manifeſtatio ſuæ mentis facta coram Judice, quæ nullum requirit decretum, nec cauſæ cognitionem, ſed ſolum redigitur in ſcriptis a Notario, & poteſt fieri etiam extra locum Judicii. Clar. *q.* 15. *n.* 4. Limita in Principe, vel Duce: Item in donatione antidotali, vel remuneratoria, vel propter cauſam, uti nuptiarum, vel dotis; quia hæc non eſt proprie donatio, ſed ſolutio. Maſcard. *de prob. concl.* 560. Dian. *l. c. reſ.* 115. & DD. cit. Item in donatione cauſa mortis, vel facta Eccleſiæ. *DD. cit.* & Prat. ad Paſchal. *de patr. pot. p.* 1. *cap.* 4. *verſ. ad num.* 36. Debet autem inſinuari, licet fuerit facta pluribus ſucceſſive, ſed eodem tempore. Gabriel. *de donat. concl.* 1. *num.* 14. ubi *n.* 82. *&* 83. concluſionem principalem limitat, & excipit donationem juris quærendi. Scacc. *de Jud. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 290. Clar. *l. cit.* Diana *l. c. reſ.* 48. Plura vide apud *DD. cit.*

Sed quid, ſi donatio ultra 500. aureos facta non 32
inſinuata, fuerit jurata? Reſp. eſſe validam. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 39. *n.* 13. Fachin. *lib.* 3. *cap.* 83. Clar. *l. c. qu.* 18. Dian. *l. c. reſ.* 51. Bar. *in L. ſi quis, ff. de fidejuſſ.* Imol. *in cap. cum contingat, de jurejur.* Gomez *l. cit. n.* 8. Gabriel. *com. concl. tit. de donat. concl.* 1. *n.* 72. Et licet donatio non inſinuata, nec jurata non valeat, ut contractus, valeat tamen ut nudum pactum. Dian. *reſ.* 52. Bar. & Imol. *ll. cc.* & reddit tutum donatarium in conſcientia, ut non teneatur reſtituere. Dian. *reſ.* 53. Plura apud Gabriel. *de donat. concl.* 1. *per tot.*

Donatio, in qua fuerunt omiſſæ ſolemnitates ſtatu- 33
tariæ pro forma inductæ, non valet. Cyriac. *contr* 10. *n.* 47. Andreol. *contr.* 166. Altograd. jun. *contr.* 96. *n.* 122. niſi fuerit realiter jurata corporali juramento, adeo ut verbale non ſufficiat. *DD. cit.* de quo ultimo vide quæ diximus in verb. *contractus n.* 8.

Donatio facta a Novitio, vel Regulari Monaſte- 34
rio, ceſſat, & revocatur propter exitum a Religione, & ſi tranſit ad aliam Religionem, acquiritur ſecundæ; quia talis donatio continet tacitam conditionem, *ſi in Religione perſeveraverit uſque ad mortem.* Cutell. & Menoch. *ſupra n.* 26. *citati.* vide Sylveſtr. *verb. Religio.* 4. *ſub n.* 10. Dec. *conſ.* 86. *nu.* 5. Surd. *conſ.* 445. *num.* 36. Capon. *diſc. for.* 278. *nu.* 18. Pellicion. *quæſt. illuſtr. q.* 21. *cap.* 10. quæ procedunt, cum donatio fit, non per legem, uti ob ingreſſum factum in Religione, & profeſſionem, nulla facta diſpoſitione, vel ob ea, quæ veniunt ad Regularem poſt Profeſſionem, ſed per ipſum ingredientem, uti novitium ante profeſſionem. De hac materia donationis Religioni factæ, ſive a Novitio poſt ingreſſum, ſive ante illum, illiuſque revocatione, vide Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 16. & poſt illud diverſas ejuſdem declarationes a Gallemart. collectas. Rot. *in una Romana donationis deciſ.* 586. *p.* 5. *rec. tom.* 2. Gratian. *deciſ. March.* 37. *per tot.* & ibi Addend. Garz. *de benef. p.* 11. *cap.* 9. *num.* 14. *ſeqq.* Cutell. *de donat. tom.* 1. *diſcurſ.* 2. *particul.* 3. *num.* 137. *ſeqq. & per tot.* qui alios allegant, apud quos etiam plura de renunciatione facta a novitio, ante, ſeu poſt ingreſſum; & apud Matt. *de ſucceſſ. legal. p.* 3. *q.* 13. *art.* 1. *a num.* 23. Et hujuſmodi donationes, ſeu renunciationes factæ ob futurum ingreſſum, non requirunt ſtatuti ſolemnitates, & hoc vel ex eo; quia dicuntur ob cauſam, vel quia ingreſſurus in Religionem habet liberam facultatem diſponendi de rebus ſuis, & ita etiam ſine ſolennitatibus, ut in terminis dicitur *in annot. ad d. deciſ.* 586. *p.* 5. *rec. num.* 25. ubi citat Bero. *in cap. in præſentia.* 8. *num.* 155. *de probat.* Dec. *conſ.* 31. *num.* 3. Simon de Præt. *conſ.* 72. *num.* 8. & alii. Plura infra in verb. *Novitius.*

Donatio facta Monacho ea conditione, ut non ac- 35
quiratur dominium rei donatæ Monaſterio, neque uſus, valet: quia rei ſuæ quilibet eſt moderator, & arbiter, & poteſt imponere ſuis rebus eam legem, quam vult. *L.* 10. *Cod. de pact.* Abb. *in cap. Monachi, de ſtat. Monach.* Et ſi ſuperior non conſentit, quod donatarius habeat talem uſum, donatio non valet. Ita Capon. *diſcept. for.* 197. *&* 278. vide Sylveſt. *in verb. Religio.* 8. *num.* 5. ubi Panorm. *in c. Monachi, de ſtat. Monach.*

Donatio facta a Virgine, vel Vidua pro faciendo 36
monaſterio, ut in illo ipſa viveret, acceptante Epiſcopo, ſi velit nubere, poteſt revocari, non obſtante pacto, etiam jurato de non revocando; quia talis donatio

natio dicitur causa mortis, scilicet professionis in Religione; tum quia oblati, si recedant, recuperant sua bona: tum quia non potuit sibi auferre libertatem nubendi; tum quia donatio potest revocari ob supervenientiam liberorum usque ad legitimam. Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 19. licet sit facta Ecclesiæ. Apud Capon. *disc. for.* 287. sed in Covar. *l. c.* hanc doctrinam non invenio.

37 Donatio facta ab Episcopo intra 20. dies ante obitum est nulla; quia præsumitur facta in fraudem Cameræ Apostolicæ, licet fuerit facta ad pias causas. Noguerol. *tom.* 1. *alleg.* 26. *num.* 259. apud Dian. *p.* 8. *tr.* 6. *res.* 88. Capon. *disc. for.* 138. & hoc quoad forum externum, nisi cesset suspicio fraudis, secus quoad internum. vide Dian. *l. c.* late Solorzan. *de Jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 10. *per tot.*

38 Donatio S. Pontificis de provinciis novi orbis facta Regi Hispaniæ, fuit valida. Borell. *de præstant. Reg. Cathol. cap.* 46. Mart. *de Jurisd. cent.* 1. *cas.* 24. *n.* 31. Dian. *p.* 6. *tr.* 4. *res.* 18. quia Indorum Reges fuerunt tyranni jure, & exercitio. Solarzanus *de Jure Indiarum. lib.* 2. *cap.* 23. *a num.* 68. *tom.* 1. ubi late.

39 Donatio facta a patre filiis nascituris, vel infantibus, notario maxime pro illis stipulante, valet, & hoc eo magis si fuit jurata. Tranched. *cons.* 7. *a nu.* 5. *ubi DD.* Sperell. *dec.* 168. *num.* 89. Sanz. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 6. *num.* 15. Dec. *cons.* 245. *num.* 3. Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 6. *num.* 7. Thes. *decis.* 70. *nu.* 2. & 15. late Merlin. *decis.* 404. *a numer.* 1. apud quos alii; etiam ante illorum acceptationem, ita ut donans illam exspectare teneatur. *DD. cit.* ad tex. *in L. jubemus. in fin.* ibi: *nisi infantes sint. C. de emancip. liberor. L. si quis operas. ff. de operis libert.* & ideo donans pœnitere non poterit. *DD. cit.*

40 Donatio facta a Principe filio intuitu meritorum patris est conferenda, & facta uxori intuitu meritorum mariti est mariti. DD. apud Clarum *in* §. *Donatio. quæst.* 10. Sanz. *de matrim. lib.* 6. *disp.* 26. Bonac. *de contract. disp.* 3. *quæst.* 13. nec contrarium tenet Mangil. *de imput. quæst.* 24. *num.* 7. nisi id suadeant conjecturæ, Gabriel. *de Jure dot. conclus.* 5. Peregrin. *de fideic. art.* 36. *num.* 110. Craff. *in* §. *legitima quæst.* 23. Zachias *de Salario quæst.* 53. *a num.* 22. Bellonius *de Jure accrescendi cap.* 7. *quæst.* 42. *num.* 155. *seqq.* ubi de bonis profectitiis filii, quod illa patri acquirantur, & cogi possit a patre filius illa acceptare. vide etiam *Legatus Principis.*

41 Donatio facta contemplatione certi matrimonii, & filiorum inde nascidurorum, censetur illis acquisita uti filiis, non uti hæredibus. Capon. *disc. for.* 332. & ideo in eorum præjudicium non potest gravari a sponsis, vel conjugibus. Item *l. c. nu.* 5. & sive affirmative, sive negative contemplatione filiorum fuerit concepta, intelligitur de filiis primi matrimonii, & communibus. Capon. *disc. for.* 63. & est irrevocabilis, nec expirat morte donatarii ante donantem. de quo vide late Bichium *dec.* 6. & 555. *n.* 2. & *per tot.*

42 Facta per litteras, acceptari non potest mortuo scribente, sicuti neque facta per nuntium. *L.* 2. *ff. de donat.* §. *sed si quis donaturus.* & ibi gloss. verb. *constat.* concorda quæ supra *num.* 16. vide etiam Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 7. Sperel. *dec.* 170. *num.* 48. facta propter metum gravem non est ipso jure irrita, sed irritanda. Dian. *p.* 8. *tr.* 6. *res.* 129. ubi DD. pro, & contra. vide late Joseph. Altograd. *contr.* 96. *a num.* 192. ubi etiam de metu reverentiali, & illius probatione &c.

43 Facta Clerico in fraudem fisci, vel collectarum, non valet; In dubio vero non præsumitur facta in fraudem, nisi esset facta potius uni filio, quam alii, vel nisi donator retineret possessionem rei donatæ, Riccius *in prax. p.* 2. *res.* 431. Mant. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 29. *per totum.* ubi plures ponit fraudis conjecturas, etiam in aliis casibus. & DD. ut infra *n.* 45.

44 Donatio, in qua adest pactum de non revocando, in substantialibus, dicitur donatio inter vivos. Rot. apud Rub. *dec.* 586. *p.* 5. *rec.* & ut supra *num.* 20. & 22. Noal. *de transmiss. cas.* 45. *nu.* 10. ubi late hanc quæstionem examinat. *ob L. ubi ita donator. ff. de donat. causa mort.* Illius revocatio an præsumatur ex superveniente inimicitia? vide Menoch. *præs.* 37. *lib.* 3. *a num.* 16. *seqq.* ubi late, & alios ponit casus, in quibus hæc donatio præsumitur revocata, ad explicationem tex. *in* §. 1. *inst. de donat.*

Facta servatis solennitatibus loci, in quo fit, valet, 45
licet non fuerint servatæ solennitates loci, in quo sunt bona donata. Maresc. *lib.* 2. *var. res. cap.* 139. *num.* 7. ubi Rot. Indiscreta, qua aliquis redigitur ad indigentiam, rescinditur: non dicitur: vero indiscreta, si donans sibi reservavit usumfructum. Ciarl. *contr. for. capit.* 124. *numer.* 26. Dian. *p.* 8. *tr.* 6. *res.* 84. Magna, facta sine causa, non dicitur spontanea, & sine dolo. Ciarl. *l. c. n.* 28. Facta a reo capitalis criminis, non valet, secuta condemnatione. *L. post contractum. ff. de donat.* Dian. *p.* 8. *tr.* 6. *res.* 5. Facta filio, occasione matrimonii an imputetur in legitimam, vide Thesaur. *decis.* 46. *num.* 11. Quando præsumatur suspecta de fraude, vide Altograd. jun. *contr.* 96. *a n.* 167. Merlin. *dec.* 745. *num.* 23. Cyriac. *contr.* 10. *nu.* 86. & *contr.* 495. *num.* 15. ubi quod debeat capi omnis interpretatio, quam donationis, maxime in mulieribus, quarum genus est avarissimum. Idem *n.* 17.

Donatio non obligat, si notabiliter mutetur status 46
rerum. S. Thom. 2. 2. *q.* 110. *art.* 3. *ad* 5. Dian. *p.* 8. *tr.* 6. *res.* 105. Facta intuitu paupertatis, vel sanctitatis, non valet, si illa non verificatur, sed donata debent dari pauperibus. Dian. *loc. cit. res.* 109. Facta ob turpem causam, non valet ante peccatum; quia nemo potest obligari ad malum, secus post delictum ratione laboris impensi. Dian. *loc. cit. res.* 102.

Donatio Constantini in facto probatur *ex can. Con-* 47
stantinus. dist. 96. Marta *de Jurisd. p.* 1. *cap.* 29. DD. apud Dian. *loc. c. res.* 136. Solorzan. *de Jur. Indiar. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 5. *tom.* 1. apud quos alii contra hæreticos.

Donatio Principis, etiam remuneratoria immodera- 48
ta, non valet. *cap. intellecto, de jurejur.* Bar. *in L.* 3. *ff. quod vi.* Covar. *in cap. quamvis.* §. 2. *de pact. in* 6. *p.* 2. *num.* 4. *vers. quod autem Rex.* apud Dian. *l. c. res.* 123. maxime quæ offendit Rempubl. Corset. *de potest. Reg. q.* 4. & DD. *cit.* quia bona sunt suo modo coronæ vinculata ad defensionem Reipublicæ; nec juramento firmatur. Felin. *in cap. ad audientiam, de præscr.* Abb. & tex. *in d. cap. intellecto, de jurejur.*

Late interpretatur contra donantem, maxime si fuit 49
facta personæ conjunctæ, & latius interpretatur quam legata, & ultimæ voluntates. Ciarl. *contr. for. c.* 54. *n.* 9. & 16. Alimentorum non cessat, licet alimentandus alimenta aliunde habere possit, nisi aliud ex verbis donantis constaret, arg. eorum, quæ tradit Surd. *de aliment. tit.* 7. *q.* 14. *n.* 5. & *quæst.* 15. *n.* 27.

Non probatur ex tractatu, neque præsumitur ex nu- 50
meratione pecuniæ alicui facta, & potius error, & fatuitas præsumitur, quam donatio; omnis præsumptio sumitur, ut excludatur donatio. tex. *in L. cum de indebito. ante med. ff. de probat.* Surd. *l. c. tit.* 6. *q.* 1. *a num.* 6. late Barbos. *axiom. verb. donatio. num.* 13. & si dubitatur de qualitate donationis, illa præsumptio sumitur, quæ est favorabilior, quæ ut plurimum relinquitur arbitrio Judicis, attenta personarum qualitate. Vide Fachin. *lib.* 2. *contr. Jur. cap.* 53.

Donatio non vitiatur per læsionem, sed per frau- 51
dem, vel dolum. Ciarl. *contr. for. cap.* 124. *num.* 22. ubi inter alios Altograd. *cons.* 5. *nu.* 81. *lib.* 1. & Andreol. *contr. for.* 6. & quando consideretur in donatione læsio, vide Escobar. *de ratiocin. p.* 2. *cap. vel comp.* 6. *sub num.* 12. Paschal. *de patr. pot. p.* 1. *cap.* 8. *n.* 56. & generaliter læsio non consideratur in contractibus, in quibus non datur aliquid hinc inde. Gratian. *disc. for. cap.* 952. *n.* 25. & 27. ubi de contractibus, in quibus exercetur liberalitas.

Donatio facta a marito sene, vel ignobili, uxori 52
nobili, vel juveni, valet. Dian. *p.* 8. *tr.* 6. *res.* 29. Clar. *in* §. *donatio. q.* 9. Tusc. *litt. D. col.* 691. Tiraquel. *de nobil. cap.* 18. Berlich. *p.* 2. *concl.* 15. quia talis donatio est remuneratoria. Paschal. *de patr. pot. p.* 1. *cap.* 4. *n.* 45. Gomez. *var. tom.* 2. *cap.* 4. *num.* 23. *vers. dubium.* quod tamen admittit Clar. si fiat in actu donationis, secus vero post matrimonium contractum.

Donatio Jurispatronatus alteri facta a patrono, cum 53
consensu, & auctoritate Vicarii, non habentis speciale mandatum ab Episcopo, non valet. Riccius *in prax. var. res. p.* 2. *res.* 469. quia donatio Jurispatronatus sine consensu Episcopi non valet. Si tamen subsequatur,

revali-

revalidatur in præjudicium consentientis, non vero in præjudicium tertii, juxta Riccium *in prax. præstandi consensum. res.* 289. *par.* 3. sufficit autem consensus tacitus, uti si donatio fieret in præsentia Episcopi. *Idem res.* 291. *par.* 3. ubi plura. quod tamen limitare videtur *in d. res.* 469. quando translatio fit de Laico in Laicum.

54 Donatio non probat Jurispatronatus spectare ad donatarium, nisi constet de Jure donatoris ad tradita per gl. & DD. *in L. cum res. Cod. de prob.* Riccius *de novissimis prob. Jurespat. res.* 232. apud Ciarl. *contr. for. cap.* 107. *num.* 75. ubi etiam Mantic. *decis.* 198. *num.* 1. Boer. *decis.* 42. *n.* 25. & alii.

55 Donata propter sponsalitiam largitatem in præmium virginitatis, si donataria non est virgo, non sunt restituenda in conscientia. DD. apud Sanch. *de matr. lib.* 6. *disp.* 27. *n.* 4. Dian. *p.* 8. *tr.* 6. *res.* 25. quia sola virginitas non est causa finalis donationis; quamvis aliqui apud cosdem teneant contrarium.

56 Donata inter vivos, non veniunt in restitutione fideicommissi; quia gravatus non restituit ea, quæ erat habiturus alio existente hærede: Idem est, si donatio fuit inter vivos, sed non valuit, morte tamen fuit confirmata, nisi testator nominatim in bonis donatis constituisset fideicommissum. *L. sequens quæstio. ff. de leg.* 2. Fusar. *de substit. q.* 646.

57 Donans pactum, vel modum donationi adjectum in favorem alterius, potest re integra revocare, eo etiam invito. Fachin. *lib.* 8. *contr. jur. cap.* 89. ubi Bar. *in L. qui Romæ. ff. de V. O.* quamvis ipse Fachin. contrariæ adhæreat, per regulam, *quod semel placuit* &c. & alias rationes, quas ibi vide.

58 Donatarius cui fuit revocata donatio ob ingratitudinem, non tenetur restituere. nisi fructus perceptos post motam litem, non vero perceptos ante revocatam donationem. Pasch. *de patr. pot. p.* 1. *cap.* 8. *num.* 109. Ante acceptationem, vel ratificationem, non acquirit jus in re, neque dominium, sed tantum jus ad rem, & actionem. Sperel. *dec.* 171. *num.* 24. Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 7. *n.* 25. Sperel. *dec.* 168. *num.* 55. & si res donata fuit alteri vendita, non potest illam ab emptore repetere per Sperel. *dec.* 171. *an.* 62. sed vide dicta supra *num.* 16. *& DD. ibid. cit.* nisi emens sciverit. Secundus donatarius præfertur primo, si secundus donatarius prius acceptavit, non primus. Sperel. *l. c.* licet cæteris paribus primus sit præferendus. Bich. *dec.* 133. *nu.* 17. Clar. *in* §. *donatio. q.* 13. Gabr. *de empt. concl.* 2. *nu.* 8. quæ vel maxime procedunt, si secundo donatario sit possessio tradita. *DD. cit.*

59 Donatarius, cui fuit donatum a personis prohibitis, & ideo nulliter, non tenetur ad restitutionem, antequam repetatur a Curatore, vel minore per beneficium restitutionis in integrum. Dian. *p.* 8. *tr.* 6. *res.* 7. Sanch. *de matr. lib.* 6. *disp.* 38. *nu.* 31. An possit per donantem fideicommissio gravari, vide infra Verb. *Substitutio.* & tex. *in L. sequens quæstio. ff. de legat.* 2.

60 Donatarius omnium bonorum, cum reservatione certæ summæ, de qua donator testari possit, si idem donator non testatur, non succedit in illa summa, sed hæredes; secus si donator sibi reservavit facultatem testandi super certa summa capienda ex bonis donantis; tunc enim si non testatur, est donatarii. Pajatel. *exped.* 46. *num.* 5. Thes. *dec.* 97. *n.* 3. Tenetur alere donantem pro rata fructuum. Clar. *in* §. *donatio. q.* 21. Costa *de ratione ratæ q.* 98. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 48. *per tot.* ubi late de hac materia, & quando ob recusata alimenta donatio revocari possit, tam a donatario, quam ab ejus hærede, & an teneatur alere filios donantis, vide Surd. *l. c. quæs.* 49. affirmantem. Et donator tenetur probare hanc recusationem. de quo vide Surd. *l. c. nu.* 55. *& 60. seqq. d. quæs.* 48.

61 Non potest agere vivente donatore pro consecutione rei donatæ, quando effectus donationis fuit collatus post mortem donantis. *L. eum qui Kalendis.* §. *fin. ff. de V. O.* Peregr. *de fideicom. art.* 41. *num.* 4. Boer. *dec.* 354. *num.* 13. Cavaler. *dec.* 486. *num.* 4. apud Bich. *dec.* 38. *num.* 5.

62 Donatarius particularis non potest conveniri a creditoribus donantis actione personali. Bich. *dec.* 305. *n.* 25. minus reali, si super bonis donatis fuit constitutum particulare fideicommissum, quod non cadit sub hypothecis creditorum donantis. Idem *num.* 26.

63 Donatarius tenetur adimplere onera donationi adjecta, licet excedant fructus bonorum donatorum; quia de suo præstare debet, qui alienat tanti æstimavit. Bichius *dec.* 588. *nu.* 6. dummodo sciverit onera adjecta, maxime, quando donatio non consistit in quantitate, vel re particulari, sed in re universali. Ibidem *n.* 7. & 10.

Donatarius universalis tenetur solvere debita donan- 64
tis ante donationem contracta, maxime cum in instrumento donationis illa fuerunt accolata. Bich. *dec.* 618. *num.* 14. & 15. An vero creditores donantis ex pacto donationi adjecto, quod donatarius teneatur satisfacere dictis creditoribus, iidem acquirant jus, & actionem contra dictum donatarium, vide Salgad. *in labyrint. creditor. p.* 2. *cap.* 26. *a num.* 15. ubi late negativam comprobat, sed quod teneantur convenire emptorem, cui contra donatarium competet actio ad pacti observantiam, ubi tamen ampliat, & limitat, quem vide & concordat doctrinam Strach. *de decoctor. p.* 5. *num.* 9. *fol.* 380. *ibidem.* Gratian. *disc. for. cap.* 532. *num.* 1. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 14. *n.* 114. & 116. Mangil. *de evict. q.* 49. *num.* 22. *& quæs.* 51. *num.* 17. & aliorum ad tex. *in L.* 2. *C. de hæred. & act. vend. L. cum res.* 22. *C. de donat. L.* 2. *C. de cond. ob causam L.* 2. *C. de pactis.* & alios. In donatione pura acquirit possessionem ab initio per clausulam *constituti.* Bich. *dec.* 426. *nu.* 3. arg. tex. *in L. quod meo. ff. de acquir. poss.* & vigore dictæ clausulæ est manutenendus, pendente lite super nullitate ejusdem donationis. *ibid. num.* 7. Rot. *decis.* 270. *n.* 1. *p.* 1. *rec.* nisi ex probationibus factis Judici constaret de nullitate donationis, ita, quod non egeat ulteriori indagine: secus tamen si nullitas non est probata, sed probanda; tunc enim rejicitur ad petitorium. *ibid. n.* 8.

Donatio facta lite pendente rei litigiosæ, & sic in 65
fraudem, non subsistit. *arg. cap.* 2. *de alien. judic. mutand. caus. fact.* ubi de alienatione facta Laico in Clericum animo mutandi judicium &c. nisi sit facta a patre filio pro sacris Ordinibus suscipiendis, seu pro titulo ad normam S. Concil. Trid. quia tunc illa causa tollit suspicionem fraudis, & sustinet donationem etiam lite pendente factam. Rot. coram Certo *decis.* 6. *num.* 9. & 10. *inter ejus select.* & citat. Abb. *in d. cap.* 2. *num.* 10. *circa med. vers. si autem cessio fiat Clerico.* ad tex. *in L. non solum* §. *si quis autem. ff. de alien. Judic. mut. caus. fact.*

Antequam donatarius rei emphyteuticæ, quæ eidem 66
fuit donata Domino directi irrequisito, quod fieri potest per DD. statim citandos, accipiat ejusdem rei possessionem, debet obtinere consensum ejusdem domini directi, alias esset locus devolutioni. Ludovis. *decis.* 520. *n.* 1. & 2. ubi Bal. *in L. fin. num.* 6. *C. de Jur. emphyt.* Imol. *in cap. potuit. nu.* 11. *de locat.* Clar *in* §. *emphyteusis. quæs.* 15. *vers. arbitror.*

D O S.

Praxis Dotis.

Dos, alia est profectitia, alia adventitia. Illa est, 1
quæ venit a patre, vel alio ascendente per lineam masculinam, qui dotare tenentur, vel quæ datur ab extraneo intuitu patris, vide late Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 8. *per tot.* Hæc est, quæ venit ab extraneo. Bonac. *de contr. disp.* 3. *q.* 11. *pun.* 1. late Manc. *tit.* 9. Profectitia, revertitur ad patrem, vel dotantem, nisi mulier fuerit emancipata. *L. un.* §. *cum autem. Cod. de rei uxor. act. L. dos a patre. Cod. solut. matr.* Bonac. *l. c.* Licet filia moriatur relictis filiis; quia filius in patria potestate constitutus non habet hæredem, nec potest testari. Sed quidquid sit de jure communi in hac quæstione valde controversa, de consuetudine vulgari, per totum mundum contrarium servatur, nempe, quod dos ad ipsos filios, non autem ad patrem, seu dotantem pertineat, mortua uxore. Ita Maresc. *lib.* 1. *var. res. cap.* 42. *num.* 1. quod æquissimum vocat Thesaur. *decis.* 190. *a num.* 6. cui favet Rot. magistralis *in decis.* 708. *p.* 1. *rec.* quidquid sit, quando matrimonium dissolvitur per mortem viri. de quo vide cit. Rot. tunc patri faventem; & asserenti, prædictam consuetudinem in aliquo loco non servari, incumbit onus probandi. Maresc. *loc. cit. num.* 2. citans Odofred. *in L.* 3. §. *utram. ff. de minor. & in L. jure succursum. ff. de jur. dot.* vide etiam Mantic. *de tacit. d. lib.* 12. *tit.* 8. *n.* 23.

Dos,

2 Dos, alia dicitur æſtimata, alia inæſtimata; æſtimata, alia eſt, quæ fuit æſtimata æſtimatione faciente venditionem, alia, non faciente venditionem. Illa eſt, cum dos ita æſtimatur, ut marito tradatur tanquam vendita eo pretio, quo caſu dominium acquiritur marito ſecuto matrimonio, & ad ipſum pertinent commodum, vel incommodum rei. *L. cum fundus. ff. locati.* Iſta eſt, cum dos non ita æſtimatur, ut res dotalis detur marito tanquam vendita, ſed ſolum, ut ſciatur valor rei, & ut illa pereunte culpa mariti, ſciatur, quantum maritus reſtituere teneatur; & tunc dominium dotis remanet apud uxorem (quæ procedunt etiam in mobilibus) & commodum, vel incommodum rei ſpectat ad uxorem cum omni periculo. Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 28. *a num.* 17. Seraph. *deciſ.* 568. Merlin. ubi Rot. *dec.* 517. Bonac. *de contr. diſp.* 3. *q.* 11. *pun.* 1. Capon. *diſc. for.* 347. & 348. Covar. *pract. qq. cap.* 28. ubi quando præſumatur æſtimatio facere venditionem. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *gl.* 8. *clauſ.* 13. *num.* 30. & quando æſtimatio faciat venditionem, vide *Æſtimatio. n.* 9. & 11. & Mantic. *de tacit. d. tit.* 28. *per tot.*

3 Dos æſtimata æſtimatione faciente venditionem, non eſt reſtituenda eadem in ſpecie, ſed tantum ejus æſtimatio, vel pretium, juxta valorem præſentem. *L. plerumque. ff. de Jur. dot. L. quoties. Cod. eod.* & tunc maritus habet optionem rem, vel ejus pretium reſtituendi. *cit. L. plerumque. §. ſi res.* & ibi gloſſ. Bonac. *l. c.* cum vero eſt æſtimata æſtimatione non faciente venditionem, ipſa eſt reſtituenda in individuo, non pretium: & hæc, licet conſiſteret in mobilibus, non poteſt alienari ſine conſenſu uxoris, quæ eſt domina dotis quoad proprietatem. *L. ſi ex lapidicinis. ff. de Jur. dot.* Bonac. *l. c. pun.* 6. & *DD. cit.* in verb. *Æſtimatio, a n.* 9.

4 Dos debetur a patre filiæ etiam ſpuriæ innuptæ loco alimentorum, congrua tamen, & non exceſſiva, de quo vide infra in verb. *Pater.* & ſi exceſſiva fuit relicta, poteſt per hæredem reduci ad legitimum modum. Lup. *in cap. per veſtras. not.* 3. *de donat. inter. vir. & uxor.* Covar. *de ſponſal. p.* 2. *cap.* 8. §. 6. *n.* 12. Gabr. *de alimen. concl.* 1. *n.* 9. & 15. Gratian. *diſc. for. cap.* 472. *num.* 4. & talis dos non tranſit ad ſpuriæ filios, ſed revertitur ad hæredes donantis, nec de illa filia ſpuria poteſt diſponere. Gabr. *l. c. num.* 39. niſi pater aliter diſpoſuiſſet, quod dos data tranſiret ad hæredes. Gabriel. *n.* 40. vel niſi ſtatutum aliter diſponat. Idem *numer.* 41. Lup. *de illegit. commer. cap.* 2. §. 1. quia filii ſpuriæ ſunt alendi a patre ſuo, non a matre. Ciarl. *cap.* 7. *n.* 56. & quod dos congrua ſuccedat loco alimentorum, vide Mareſc. *lib.* 2. *var. reſ. c.* 83. *num.* 34. & 35. ubi quod ſecundum illa taxetur.

5 De Jure non debetur a patre filiæ aliunde diviti, ſicut nec alimenta. Fachin. *lib.* 10. *cap.* 38. Bar. *in L. mulier. ff. ad Trebell.* nec luxurioſe viventi ante 25. ætatis annos completos. Sanch. *de matr. lib.* 4. *diſp.* 24. *num.* 5. ſecus poſt 25. annum. vide late Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *quæſt.* 84. *numer.* 6. ubi plures ponit caſus, & DD. apud Bonac. *in Decalog. diſp.* 6. *q. un.* §. 2. *pun.* 5. *n.* 7. ſed, quod regulariter dos debeatur filiæ etiam diviti, vel aliunde etiam habenti alimenta, decidit Rot. apud Bich. *dec.* 350. *num.* 47. Sanch. *de matr. loc. cit. diſp.* 26. *n.* 5. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 42. *num.* 68. Rot. apud Farinac. *inter ejus ſelect. in p.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 66. *num.* 5. quia onus dotandi filias, quamvis aliunde habentes, uti annexum bonis, tranſit cum ipſa hæreditate. Caſtr. *conſ.* 80. *n.* 1. *lib.* 1. Roll. *conſ.* 85. *n.* 26. *libr.* 1. Rot. *dec.* 66. *n.* 5. *p.* 1. & *dec.* 28. *nu.* 2. & 3. *p.* 5. *rec.* an debeatur dos nubentibus contra voluntatem Parentum, vide Sanch. *de matr. l. c. diſp.* 26. & in verb. *Pater.*

6 Porro dos vere non eſt, nec dici poteſt ante matrimonium; quia marito datur, non uxori. *L.* 1. *ff. de Jur. dot.* Ciarl. *contr. for. cap.* 45. *n.* 30. Ludoviſ. *dec.* 346. *n.* 5. *L. fin. C. de donat. ante nupt.* poteſt tamen conſiſtere ſine matrimonio ſecundum communem uſum loquendi; & ſic poteſt mulier dici dotata, antequam nubat. Unde ſolet dici, talis puella habet bonam dotem. de quo Ciarlin. *l. c.* & *cap.* 167. *ante num.* 22. Mangil. *de imput. q.* 57. *num.* 39. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 8. *n.* 47. itaque intellige concluſionem quoad formam dotis, & ejuſdem privilegia; quoad effectum vero tranſmiſſionis & aliorum dos poteſt dici etiam ante matrimonium; nam ad hunc effectum ſufficit, quod fuerit deſtinata; quia tunc ſubrogatur legitimæ. Mantic. *de conject. lib.* 11. *tit.* 23. Ciarl. *c.* 167. *n.* 4. Noal. *de tranſmiſſ. cap.* 17. *n.* 18. &

Licet dos relicta in ſtipulatione, vel promiſſione, 7
ſi filia moriatur ante matrimonium, non tranſmittatur; quia habet in ſe conditionem „ *ſi matrimonium ſequatur*, & non poſſit dos eſſe ſine matrimonio, & licet ſoluta poſſit condici, & repeti, maxime ſi fuit relicta ab extraneo. Noal. *l. c.* tamen ſi uſus loquendi obtinuit, quod dos deſtinata dicatur patrimonium, & facultas &c. puellæ, tranſmittitur. Idem *l. c.* & *caſ.* 18. & dicitur pure legata. Menoch. *lib.* 4. *præſ.* 146. *a n.* 40. Mant. *de conject. libr.* 11. *tit.* 23. Ciarl. *cap.* 167. *n.* 22. Mangil. & Noal. *ll. cc.* & Cyriac. *contr.* 72. *num.* 36.

Et dos, maxime in bonis fideicommiſſi, non debe- 8
tur mulieri ante nuptias, nec illa tranſmittitur ante nuptias ad mulieris hæredes. Petra *de fideicom. qu.* 8. *n.* 449. Peregr. *de fideicom. art.* 42. *num.* 42. *verſ. ſed hic.* Menoch. *lib.* 4. *præſ.* 189. *n.* 154. Ciarl. *capit.* 62. *n.* 9. & an poſſit detrahi ex fideicommiſſo, cum mulier alias eſt dives? vide Tranchedin. *conſ.* 55. *per tot.* Peregrin. *l. c. a n.* 68. negantes. Rot. *recent. deciſ.* 66. *n.* 3. apud Farinac. *inter ejus ſelect. p.* 1. *tom.* 1. ubi quod inſufficientia dotis deberet probari a muliere tanquam fundamentum ſuæ intentionis. & *deciſ.* 737. *p.* 1. *diverſ.* & apud illos alii.

Dos tamen deſtinata pro maritaggio puellarum de- 9
betur, licet fiant moniales; quia tales dicuntur nuptias celebraſſe. §. *ſed & hoc præſenti. auth. de ſanctiſſ. Epiſc.* Bar. & DD. *in auth. niſi rogati. Cod. ad Trebel.* Bal. novel. *tr. de dote. p.* 6. *privil.* Mantic. *de conject. lib.* 11. *tit.* 23. Sanch. *de matr. lib.* 1. *diſp.* 33. *n.* 29. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gl.* 1. *nu.* 59. Capon. *diſc. for.* 318. Menoch. *de præſ. lib.* 4. *præſ.* 148. *num.* 16. Rot. *deciſ.* 130. *p.* 1. *rec.* Limit. ſi dos, vel legatum fuit relictum per talia verba, ex quibus deducatur, mentem teſtatoris, vel dotantis fuiſſe dotare maritandam carnaliter, quia tunc ceſſat præſumptio, qua nititur concluſio. Maſtril. *dec.* 153. & *DD. cit.* dummodo tales conjecturæ reſultent ex ipſis verbis teſtatoris. Sed vide, quæ dicemus infra in verb. *Legatum.* §. 1.

Dos data puellæ pro ingreſſu Religionis, ſi illa mo- 10
ritur ante profeſſionem, non quæritur Monaſterio, ſed proximioribus puellæ. Menoch. *conſ.* 396. Riccius *in prax. p.* 2. *reſ.* 138. ubi videre poteris rationes pro, & contra.

Dos Monialis non debet manere apud conſangui- 11
neos, vel dotantes, nec Epiſcopus debet id permittere, licet de Jure fieri poſſet, ſed debet deponi apud Mercatorem, vel aliam perſonam idoneam, qui illam ſolvat Monaſterio, quando Monialis profeſſionem emiſerit. Ut declaravit S. Congr. apud Sperel. *deciſ.* 84. *numer.* 61. Et Quaranta *in ſum. Bullar. verb. monaſteria monial. in fin.* & apud Barboſ. *ut ſtatim infra.* Et ſi monialis eſt ſupranumeraria, illa debet impendi in tot fundis, vel emptione cenſuum: ſi vero eſt intra numerum, poteſt expendi pro uſibus communibus Conventus. *DD. cit.* & debet ſolvi in ære, non in bonis. Barb. *de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *capit.* 44. *ubi S. Congr. a n.* 31. *ſeqq.*

Dos congrua debet judicari ſecundum qualitatem 12
dotantis, dotatæ, & mariti. Item ſecundum conſuetudinem Regionis, & numerum filiorum. *L ſi filiæ.* 41. *ff. de leg.* 3. Mangil. *de imput. q.* 161. *nu.* 4. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 10. *n.* 20. Rot. apud Merlin. *dec.* 293. *a nu.* 6. & 9. ubi quod non ſit neceſſario regulanda a quantitate legitimæ. Peregrin. *de fideicom. art.* 42. *nu.* 78. Theſ. *deciſ.* 192. *num.* 1. late Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 21. *num.* 4. Antonel. *de tempor. legal. libr.* 2. *cap.* 98. *num.* 36. alias dicitur congrua, quæ abſorbet quintam, vel ad ſummum quartam partem patrimonii dotantis, aliter dicitur exceſſiva. Bal. novel. *de dote p.* 7. *privil.* 17. apud Ciarl. *cap.* 7. *num.* 44. licet non ſufficiat pro alimentis. Surd. *l. c.* Mangil. *l. c. q.* 160. Et cenſetur congrua, licet ſit minor legitima; quia pater præſumitur capere optimum conſilium pro filiis. Ciarl. *l. c. n.* 49. in dubio tamen. Capon. *diſc. for.* 106. Mareſcot. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 69. *num.* 27. qui

vult,

vult, non debere esse minorem legitima cum multis, quos citat, attenta tamen Regionis consuetudine. Pajatell. *annot.* 90. & Cyriac. *controv.* 507. *num.* 9. & an ad hoc attendatur tempus dotis datæ, an vero tempus mortis patris dotantis, vide Peregr. *l. c. num.* 40. *& art.* 36. *a num.* 17. Antonel. *l. c. num.* 25. qui dicunt, attendi tempus mortis. Menoch. *de arbitr. cas.* 149. *a num.* 15. qui considerat tempus constitutæ dotis & late Ciarl. ut infra *num.* 21. *&* 41. Et congrua monialis dicitur, quæ congruit Monasterio. Riccius *in prax. p.* 2. *res.* 347. ubi quod dicatur congrua, etiamsi aliæ sorores, quæ carnaliter nupserunt, plus obtinuerint. Vide etiam Ludovis. *decis.* 63. *per tot.* & infra verbo *Legatum*.

13 Dos proprie dicitur, quæ est promissa. DD. apud Fachin. *lib.* 10. *contr. Jur. cap.* 24. Relicta titulo institutionis, transit ad hæredes. Mangil. *de imput. q.* 57. *num.* 31. Noal. *de transmis. cas.* 17. *num.* 23. Menoch. *lib.* 4. *præs.* 146. *n.* 41. Ciarl. *cap.* 167. *& DD. cit.* Dicitur pure relicta, non facta mentione alimentorum. Mant. *de conject. lib.* 11. *tit.* 23. Ciarl. *l. c. num.* 21. ubi quod dotis legatum sit pium.

14 Dos non succedit loco legitimæ, quando statutum excludit filias simpliciter, & postea mandat dotari. Si vero non excludit simpliciter, sed tantum dotatas, tunc succedit loco legitimæ. Peregr. *de fideicom. art.* 38. *num.* 23. Graff. *in §. legatum q.* 28. Maresc. *lib.* 1. *var. res. cap.* 10. *num.* 12. apud quem Rot. & Rot. post Pajatel. *dec.* 5. *n.* 9. Surd. *de alim. tit.* 3. *q.* 1. *num.* 73. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 8. *a num.* 9. Ciarl. *l. c. num.* 11. dos vero, quæ succedit loco legitimæ, debetur absque omni conditione, & gravamine. *DD. mox cit.* & Fusar. *de fustit. q.* 297. *num.* 1. Tranchedin. *cons.* 57. *num.* 1. neque potest gravari fideicommisso. *DD. cit.*

15 Dos, quod sit debitum voluntarium, tam respectu mariti, cum potuerit abstinere a nuptiis, & ab initio se non obligare, quam hæredum, qui voluntarie se ingerunt in hæreditate, cum aliis tenet Mantic. *de conjectur. lib.* 10. *tit.* 2. Ciarl. *cap.* 189. *num.* 22. Bar. & DD. in *L. qui dotem ff. sol. matr.* quod vero sit debitum necessarium, tam respectu patris, quam hæredum, defendunt multi apud Ciarl. *l. c.* Tusc. *litt. L. concl.* 141. Grat. *disc. for. cap* 198. *a num.* 1. quos vide, ad videndum an legatum sit cum dotis debito compensandum; & de Luca ad d. Gratian. *l. c. per tot. animadvers.* ubi quot modis debitum dicatur necessarium, maxime in dote. Et diximus etiam in verb. *compensatio*.

16 Dos, cum est constituta in certa quantitate, cætera censentur data uti paraphernalia. Bal. *in L. nulla. Cod. de Jur. dot.* Farin. *dec.* 72. *num.* 4. *p.* 2. Dec. *cons.* 521. *num.* 10. si tamen ex se non valeret contractus paraphernalium, vestiretur a contractu dotis, cui adhæret, nisi diverso tempore id fiat. Vide Ciarl. *cap.* 9. *a num.* 68.

17 Dos consistens in pecunia, vel mobilibus, soluto matrimonio, restitui debet post annum a die obitus. *L. un. §. cum autem. vers. exactio. Cod. de rei uxor. act.* Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 45. *nu.* 3. Sperel. *dec.* 176. *nu.* 9. Bonac. *de contr. disp.* 3. *q.* 11. *pun.* 8. Et quam pater sibi, & hæredibus suis restituit, & filiæ stipulatus est, patri est restituenda. Conciol. *alleg.* 20. *num.* 5. quia dos data per patrem ad eum redire debet. *L. dos a patre.* 4. *C. sol. matr.* Thes. *dec.* 190. *num.* 2. Gratian. *disc. for. cap.* 556. *num.* 33. Rota *dec.* 329. *num.* 7. *par.* 5. *recent.* & ut supra *num.* 1. An sit restituenda mulieri, antequam reddat rationem tutelæ, vide Pasqual. *de patr. pot. p.* 3. *cap.* 10. *num.* 43.

18 Dos soluta partim in pecunia, partim in fundo æstimato, debet restitui in pecunia. Fachin. *lib.* 12. *cap.* 74. Covar. *pract. quæst. cap.* 28. Et quando non potest restitui in pecunia, restituitur in bonis, & quidem secundum æstimationem, & non cum beneficio *pluris*. Eccles. *obs. for.* 144. *num.* 9.

19 Dos accepta a Patre, & filio, ab utroque debet reddi pro rata, nisi adsit obligatio insoliditatis. Campeg. *de dot. q.* 169. Bal. novel. *de dote p.* 7. *privileg.* 38. Costa *de ratione ratæ q.* 21.

20 Dos est causa efficiens donationis propter nuptias; nam dos, & contrados sunt correlativa. Mant. *de tacit. lib.* 20. *tit.* 2. Tusc. *litt. J. concl.* 199. Ciarl. *cap.* 9. *a num.* 35. & DD. apud eosdem, & si non fuit soluta, uxor non lucratur donationem propter nuptias, Vide *Donatio. num.* 15.

Dos non augetur, auctis facultatibus dotantis. Ciarl. 21
cap. 97. Sicut non diminuitur illis diminutis. Costa *de portion. ratæ. q.* 103. Bal. novel. *de dot. p.* 1. *privil.* 17. contrarium tenent Peregrin. & Antonel. *sup. cit. nu.* 12. & apud illos alii.

Quod dos data filiæ unius ex sociis omnium bono- 22
rum sit extrahenda ex communi massa, & sit imputanda in portionem patris tempore divisionis, tenent aliqui apud Fachin. *lib.* 12. *cap.* 13. inter quos Gabr. *de Jur. dot. concl.* 2. *num.* 3. Contrarium tenent, quod nempe in portionem patris non sit imputanda. Natta *cons.* 91. *lib.* 1. Rol. *cons.* 91. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. cas.* 127. *num.* 3. Fachin. *lib.* 8. *cap.* 4. eo quod videatur soluta ex communibus bonis.

Dos promissa a patre, & matre, præsumitur soluta, 23
concurrente lapsu temporis. Rot. apud Merlin. *dec.* 485. *num.* 5. Menoch. *lib.* 3. *præs.* 135. *num.* 3. Rota apud Ludov. *dec.* 468. *num.* 8. & faciunt tradita supra in verb. *debitor. num.* 19. *&* 20. In probatione non est privilegiata, nec probatur per tractatum. Ciarl. *cap.* 82. *a num.* 16. ubi plura.

Dos relicta sub modo, est pura, & statim debetur, 24
ac transmittitur, dummodo mulier caveat de nubendo, vide Noal. *de transmis. cas.* 17. *num.* 37. Idem, si fuit relicta, ut nubere possit. An promissa intuitu matrimonii, eo non secuto, debeatur, vide Pasqual. *de patr. pot. p.* 1. *cap.* 4. *n.* 72. *&* 84. *seqq.*

Dos constituenda Virgini pro ejus defloratione, tran- 25
smittitur ad ejus hæredes, seu actio pro ea constituenda, quia non est tam dos, quam interesse defloration is. Noal. *loc. cit. cas.* 19. *num.* 24. ubi Cancer. *var. res. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 132. Tex. *in L. dies cautioni §. ult. ff. de dam. infect.* en vero transmittatur etiam contra hæredes, vide Noal. *loc. cit.* affirmantem absolute de Jure Canonico; & dos debet constitui juxta facultatem stuprantis, & qualitatem strupatæ. Noal. *l. c.* & diximus alibi.

Dos debetur a die interpellationis, Seraph. *dec.* 1423. 26
Mant. *decis.* 171. An compensetur cum legato, vide *Compensatio*. Sicut æs alienum est deducenda arg. *L. Papinianus §. quarta. ff. de inoff. testam.* Ciarlin. *contr. for. cap.* 47. *num.* 24. Neque debetur, nisi soluto ære alieno. Pajatel. *annot.* 90. *n.* 52.

Dos recepta a filiofam. de patris consensu, si pater 27
decoquit, non est obnoxia creditoribus, imo nec contrados a patre filio donata, licet in eadem domo, sed propriis expensis vivat; quia tunc ususfructus dotis non acquiritur patri. Bal. novel. *de dot. p.* 6. *privil.* 36. Pinel. *in L.* 1. *Cod. de bon. matern.* Pasqual. *de patr. pot. p.* 1. *cap.* 3. *a num.* 46. Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 30. *nu.* 1. quia dos deservit oneribus matrimonii. ita Capon. *disc. for.* 375.

Constituta super successione bonorum viventis abs- 28
que ejus consensu, est nulla, tanquam contra prohibitionem Juris constituta, & sic contra bonos mores. *L. fin. Cod. de pact.* Fachin. *lib.* 8. *cap.* 72. ubi pactum de successione viventis non valet etiam de illius consensu, de cujus successione agitur, licet adesset juramentum. Cacheran. *decis.* 100. *n.* 31. Capon. *disc. for.* 315. nisi ille, de cujus successione agitur, perseveraverit in illo consensu usque ad mortem, ut dicitur in cit. *L. fin.* & quatenus etiam valeret, esset conditionalis, quatenus hæreditas constante matrimonio devolveretur ad dotatam. Capon. *loc. cit.*

Si fuit a muliere promissa, sed eidem per virum 29
concessa dilatio solutionis, & pendente dilatione solvitur matrimonium per mortem viri, nihilominus inducit obligationem antiphati promissi. Afflict. *dec.* 333. Capon. *loc. c.* quod proinde lucrabitur uxor.

Data primo viro, præsumitur data etiam secundo. 30
L. dotem. ff. de Jur. dot. L. divus ff. eod. L. penult. §. uxor. ff. sol. matr. Gail. *l.* 2. *obs.* 82. *n.* 7. Mant. *de tacit. l.* 12. *tit.* 15. etiam quoad ejus augmentum. *DD. cit.* & Pajatel. *exped. & annot.* 47. *nu.* 1. Cyriac. *contr.* 527. apud quos videre poteris ampliationes, & limitationes, & cum eisdem qualitatibus. Idem. *contr.* 528. Major constitui nequit a muliere secundo viro, quam primo, in fraudem legitimæ filiorum primi matrimonii, & ex dispositione *L. hac edictali. C. de secund. nupt.* mulier binuba non potest secundo viro plus relinquere, quam filiis primi matrimonii, imo prius detrahenda est legitima filiorum, & reliquum dividitur in-

ter

ter ipsos, & secundum virum, de qua materia late Bichius *decis.* 357. *per tot.* Gail. *l. c. nu.* 8. Rot. *decis.* 15. *& 66. p. 4. rec.* ubi an possit per statutum derogari huic legi.

31 Dos promissa, sed non numerata, vel tradita marito, si periit ex culpa lata, vel levi illius, ut quia illam non exegit, debet a marito restitui. *L. si extraneus. ff. de jur. Dot. L. ob res. ff. de pact. dot.* Molin. *de contr. disp.* 427. *n.* 1. Bonac. *de contr. disp.* 3. *q.* 11. *pun.* 6. Limita si dos erat solvenda ab ipsa uxore, aut ejus patre, vel ascendentibus paternis; quia tunc negligentia videtur causata a reverentia mariti, erga uxorem, vel ejus patrem; ergo par non est, ut reverentia noceat marito, quid quid in contrarium dicere videatur Bich. *dec.* 492. *n.* 16. citans Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 6. *gl.* 1. *p.* 2. *n.* 77 Cyriac. *contr.* 110. *n.* 5. Rot. *decis.* 203. *n.* 6. apud Zachiam *de oblig. camer. & in una Civitatis Vetulæ, dotis* 27. *Febr.* 1643. §. 1. *vers. vel in omnem.* coram Cerro, quæ inter ejus selectas est *decis.* 86. *in n.* 6. quæ tamen loquitur de casu, quo extraneus promisit dotem, neque Cyriac. cit. loquitur expresse, quando Pater promiserat dotem: & tex. *in cit. L. si extraneus*, cum quo Molin. *l. c.* expresse dicit, quod in casu, quo pater promiserat dotem, periculum sit uxoris, non mariti, quod *in cit. L. si extraneus* dicitur etiam, si extraneus promisit non ex necessitate, sed ex liberalitate; quia non debet imputari marito, qui illum liberalem donatorem non præcipitavit ad solutionem; quæ ratio tamen cessat in hæredibus patris, seu liberalis donatoris. vide tex. & Molin. *cit.*

32 Dos habet potioritatem & privilegium prælationis in bonis mariti, etiam quoad creditores anteriores, etiam in bonis post matrimonium acquisitis, Andreol. *contr. for. c.* 9. Cancer. *contr. for. p.* 1. *c.* 9. Fachin. *lib.* 10. *c.* 35. Tranchedin. *cons.* 28. *nu.* 19. sed an hoc procedat tam in hypotheca tacita, quam expressa, vide quæ diximus in verb. *Debitor. nu.* 127. *seqq.* etiam Fisco: quia in dubio favendum est mulieri contra fiscum. Fachin. *d. lib.* 10. *vers. ad tertium.* Hinc potest contra creditores mariti in Judicio comparere, & pro dote sua opponere jura hypothecæ. Bal. novel. *de dot. p.* 7. *privil.* 24. Negus. *de pign. p.* 5. *memb.* 1. Ciarl. *c.* 94. quæ procedunt in dote vera tantum, non vero in confessata; quia confessio præsumitur facta in fraudem creditorum. Covar. *lib.* 1. *var. res. c.* 7. *n.* 5. Merlin. *dec.* 419. *a n.* 2. *& dec.* 652. ubi Rot. *n.* 2. *& seq.* & DD. cit. in verbo *debit. n.* 134.

33 Imo etiam vivente marito, si vergit ad inopiam potest petere, ut dotes ponantur in tuto & impedire alios creditores. Bal. *loc. cit.* Campeg. *de dot. p.* 3. *q.* 19. Tusc. *litt. D. concl.* 762. Gail. *lib.* 2. *obs.* 83. *a n.* 2. *& 19.* ubi qua actione ista repetitio sit facienda. Hering. *de fidejussor. c.* 6. *n.* 92. *& seq.* Ciarl. *cap.* 94. *per tot.* maxime cessionarios, Pajatel. *exped.* 4. *per tot.* ubi late de hac materia. Thes. *dec.* 207. & si maritus non potest illam assecurare, potest illam sequestare. Limit. si scienter contraxit cum inope, Pajatel. *exped. & annot.* 4. *a n.* 4. quam opinionem in puncto juris veriorem vocat Gail. *lib.* 2. *obs.* 84. *n.* 5. ubi late, quamvis quod etiam in hoc casu uxor possit suam dotem repetere, dicat esse æquitati magis consentaneum, & matrimoniis favorabilius & contrarium minus tutam vocat Conciol. *alleg. for.* 77. *n.* 27. quos vide, ubi habebis textus, rationes, & DD. pro & contra. Tunc tamen non potest petere omnia mariti bona, sed quot pro dote sufficiunt. Conciol. *alleg.* 77. Tusc. *litt. D. concl.* 761. & tunc bona mulieri assignata non fiunt ejus libera, sed tuntum acquirit administrationem illorum. Ciarlin. *l. c. num.* 6. ut tamen possit repetere dotem, debet prius probare inopiam mariti. Bar. *in L. cum tibi ff. pot. in pign.* Gratian. *disc. for. cap.* 87 2. *nu.* 19. Ciarlin. *d. cap.* 94. *& DD. cit.* Et hoc, si mulier agit contra tertios creditores, debet plene probare; quia dos in probatione non est privilegiata, si vero agit contra maritum, sufficit semiplena probatio. Bar. & DD. *in L. si constante. ff. sol. matr.* Bal. novel. *de dot. p.* 9. *privil.* 12. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 6. *num.* 8. *vers. Item satis probatur.* Tusch. *litt. D. concl.* 762. Gratian. *loc. cit. num.* 20. & postquam per sententiam recuperavit a marito dotem, licet ille redeat ad pinguiorem fortunam, non tenetur illi eandem restituere. Bonac. *de contr. disp.* 3. *q.* 11. *pun.* 3. Ciarlin. *d. cap.* 94. *num.* 7. *glos. fin. in L. ubi adhuc. in verb. abutatur. C. de jur. dot.* Cyriac. *contr.* 277. *n.* 13. & hanc dotem repetere potest uxor, etiamsi maritus fidejussorem offerat, cum non teneatur uxor fragilitati cautionis se committere. *gl. in d. L. ubi adhuc in verb. ad inopiam circa fin.* DD. apud Conciol. *d. alleg.* 77. *n.* 9. *&* 10. Gratian. *disc. for. cap.* 44. *nu.* 24. *& decis. March.* 194. *n.* 10. Gail. *d. obser.* 83. *n.* 7. Pajatel. *d. exped.* 4. *n.* 18. & apud illos alii. Plura de hac materia vide apud *DD. cit.* ubi an, & quanto tempore huic juri repetendi præscribatur, an habeat locum jus offerendi, & alia.

Non solum ratione dotis, sed etiam paraphernalium, quæ maritus administravit consentienie uxore, habet tacitam hypothecam in omnibus bonis mariti. *L. ult. Cod. de pact. nupt.* & licet ratione dotis præferatur omnibus creditoribus, etiam anteriorem tacitam hypothecam habentibus, ut diximus in verbo *debitor n.* 127. juxta *L. assiduis. C. qui pot. in pign.* hoc tamen non procedit ratione paraphernalium. Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 55. *n.* 3. 34

Dotis promissio incerta, uti pendens ab arbitrio patris dotantis, valet; quia detracto arbitrio lex intrat. Mant. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 12. *per tot. & num.* 19. Afflict. *dec.* 337. *nu.* 10. Capon. *disc. for.* 288. & si extraneus dotavit, non habet hypothecam pro restitutione dotis. Merlin. *de pignor. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 56. Pacific. *de salvian. inspect.* 3. *c.* 4. *n.* 63. si prærendat ex propria persona restitutionem dotis datæ. 35

Dotis confessio facta a marito, quam vere non accepit, animo donandi, secundum aliquos confirmatur juramento assertorio, cum scilicet maritus jurat, se recepisse dotem: alii negant, quia juramentum non confirmat actum simulatum, & juramentum assertorium non debet esse vinculum iniquitatis, nisi cum hoc concurrat juramentum promissorium. Quam quæstionem vide late pro & contra apud Gabr. *de donat. concl.* 3. *num.* 3. *seqq.* Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 7. *a n.* 5. Seraph. *de privil. juram. privil.* 71. *a num.* 57. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 12. *a numer.* 40. Fachin. *var. lib.* 8. *cap.* 77. *seqq.* Gail. *lib.* 2. *pract. obser.* 81. *n.* 9 Hæc autem confessio facta a marito constante matrimonio, non præsumitur facta animo donandi, & in fraudem legis prohibentis donationem inter virum, & uxorem; sed animo, & spe futuræ numerationis. late Fachin. *loc. cit. cap.* 80. Covar. *lib.* 1. *var. res. c.* 7. *num.* 4. contra Gail. *lib.* 2. *d. obs.* 81. *n.* 3. *& alios.* & ideo marito, ac illius hæredibus competit exceptio non numeratæ pecuniæ intra legitimum tempus, non tamen post. Fachin. *l. c. cap.* 82. Gabr. *de Jur. dot. concl.* 4. *n.* 8. *& DD. cit.* nisi fuerit huic exceptioni a marito renunciatum. DD. apud Fachin. *l. c. cap.* 84. sed quod etiam hoc casu non præsumatur facta in fraudem, tenet ipse Fach. cum Covarru. *l. c.* & hanc materiam confessionis dotis, & quando præjudicet tertio, ultra DD. citatos, vide fuse apud Merlin. *de pignor. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 58. *per tot.* Menoch. *de præsum. lib.* 3. *præs.* 12. *per tot.* Ludovis. *decis.* 67. *nu.* 7. & ibi Beltramin. *n.* 14. Maresc. *lib.* 1. *var. cap.* 8. *per tot.* late Mascard. *de prob. concl.* 362. *per tot.* Rot. *decis.* 55. *&* 259. *p.* 6. *rec.* apud quos alii & ut in verb. *confessio.* Porro hæc exceptio potest opponi infra decem annos. Barb. *p.* 6. *in L.* 1. *ff. solut. matr.* 36

Dotis augmentum, vel sponsalitia largitas, est proprie donatio, & non nisi ex causa ingratitudinis revocari potest. *L. si mater. L. si filiæ. Cod. de donat. ante nupt.* Mantic. *de tacit. lib.* 20. *tit.* 1. *n.* 1. *&* 2. & pleno jure acquiritur sponsæ, ita ut post ejus mortem ad virum non revertatur. Mantic. *l. c.* & Sanch. *de matr. lib.* 6. *disp.* 18. *a n.* 2. Sperel. *dec.* 172. *num.* 2. Ciarl. *contr. for. cap.* 124. *numer.* 40. Gratian. *disc. for. cap.* 498. *num.* 39. Rota apud Fenzon. *ad statut. urbis dec.* 135. *per totam.* Differt a donatione propter nuptias, quia hæc revertitur ad maritum: & ut augmentum dotis possit dici donatio propter nuptias, requiritur, quod sit doti æquale. *L. fin. §. si igitur. Cod. de donat. ante nupt.* Pajatel. *exped.* 12. *a nu.* 57. Et in dubio potius præsumitur augmentum dotis, quam donatio propter nuptias; quia donatio propter nuptias, ut plurimum, non est in usu. Pajatel. *loc. cit. n.* 59. vide Mantic. *loc. cit.* 37

Dotis nomen mutans in simplicem donationem, nullum facit veritati præjudicium, quia hoc videtur facere in fraudem, & præsumitur simulatio de con- 38

tractu

tractu ad contractum. Ciarl. *contr. for. cap. 9. a nu. 4.* Farin. *de falsit. & simulat. q. 162. a n. 3.*

39 Dotator necessarius nunquam præsumitur donare, secus voluntarius, nisi necessarius sit debitor dotatæ. Costa *de portion. ratæ. q. 220.* vide Merlin. *decis. 112. n. 3.* Bald. *in L. fin. n. 12. C. dote promis.* Menoch. *de arb. lib. 2. cas. 88. a n. 39.* Mant. *de tac. lib. 16. tit. 6. a n. 15. seqq.* Rota coram Gyptio, & Mellino in una Bonon. apud Merlin. *loc. cit.*

40 Dotalis fit res empta ex dote de consensu uxoris, si concurrat tamen ejus utilitas. *L. res quæ ff. de jur. dot.* & ibi glos. & *in L. ex pecunia. verb. non tibi. C. eod.* secus si res sit empta ex pecunia dotali sine consensu, & voluntate uxoris. *d. L. ex pecunia. C. de jur. dot.* & ibi glos. *verb. comparatus. & in d. L. res quæ.* nisi in subsidium, quod maritus non esset solvendo. *arg. L. uxor. ff. de donat. inter vir. & uxor. glos. fin. in d. L. ex pecunia.* Molin. *de contr. disp. 428. n. 12.* Bonac. *de contr. disp. 3. q. 11. pun. 6.* vide Conciol. *alleg. civil. 18.* per tot. Cyriac. *contr. 524. per tot.* apud quos plura de hac materia. Itaque quando maritus non est solvendo in subsidium, res empta ex pecunia dotis fit dotalis, & tanquam talis ab uxore vendicari potest. Bal. novel. *de dot. par. 7. privil. 15.* Mant. *de tac. lib. 12. tit. 27. n. 9.* Giurb. *dec. 111. n. 15. & ad consuet. Messan. c. 14. gl. 1. n. 6.*

41 Dotata etiam auctis facultatibus, non potest prætendere legitimam, vel supplementum. Ciarl. *cap. 97.* si dos fuit soluta a patre vivente qui eam nuptui tradidit, & contrarium tantum posset procedere quando dos fuit relicta in testamento. Anchar. jun. *q. 51. n. 5.* Alciat. *de præs. reg. 1. præs. 2. num. 8.* Surd. *cons. 488. n. 6.* & conclusio, quod non possit petere supplementum, maxime procedit, si statutum vult filiam esse contentam dote a patre data. Rota *dec. 202. num. 20. par. 2. divers.* Surd. & Ciarlin. *ll. cc.* contra primam conclusionem stant Peregrin. & Antonel. *supra c. n. 12.* plura vide apud Mantic. *de tacit. tot. lib. 12.* & infra in verb. *Pater.*

DUBITANS.

Praxis Dubitantium.

1 Dubia in materia fidei sunt interpretanda in sensu Catholico, nisi contrarium fateatur reus. DD. apud Dian. *p. 4. res. 83.* ubi Decian. *crim. lib. 5. c. 37. n. 6.* Rojas *de hæret. par. 1. n. 200. & par. 2. n. 164.*

2 Dubia probatio, locutio, vel assertio venit interpretanda contra probantem, vel loquentem. *arg. cap. in præsentia* ubi DD. *de prob.* Ciarl. *c. 82. nu. 22.* ubi Crav. *cons. 218. n. 6.* & alii.

3 Dubitans an sit excommunicatus, aut irregularis, non tenetur se habere pro excommunicato. Sperel. *dec. 175.* Covar. *in cap. si furiosus, de homicid.* & quidem in utroque foro. Dian. *p. 5. tr. 9. res. 44. & p. 4. tr. 3. res. 35.* sed contra Dian. saltem quoad forum internum. vide Ugolin. a nobis in praxi *censurarum n. 30. cit. tab. 1. c. 14. a n. 10. seqq.* ubi quæstionem quoad utrumque forum examinat. Tamburin. *de censur. lib. 10. tr. 1. §. 3. c. 3. & tract. 4. c. 5. §. un. per tot.* Covar. *l. c. princ. p. 1. n. 3.* & de dubitante in aliis diversis casibus vide Sperel. *l. c.*

4 Dubitans an fœtus, cujus abortum procuravit, fuerit animatus, secundum communem, est irregularis, apud Dian. *p. 4. tr. 2. res. 16.* contrarium tenent Gomez. *de delict. c. 3. n. 32.* Bajard. ad Clar. *in §. fin. q. 68. n. 9.* cum Dian. *l. c.* Tambur. *d. §. un. nu. 18.* sed tam Bajard. quam Gomez. *l. c.* loquuntur in ordine ad forum externum ad pœnam irrogandam &c. & in ordine ad irregularitatem incurrendam videntur adhærere primæ sententiæ, ut patet ex illis verbis. *& jura prædicta, in quibus fundantur Doctores cit. loquuntur quoad irregularitatem &c.*

5 Restat dicendum de dubia conscientia, qualiter tunc sit operandum; & quamvis hæc materia spectet ad Theologos, ut tamen etiam illi, qui tales non sunt, suas in praxi dirigere possint operationes, non erit a nostro instituto alienum pauca quædam, & fundamentalia delibare.

Sit ergo dubium: an aliquis contractus sit usurarius vel non; affirment probabilius aliqui, negent probabiliter alii, licebitne sequi sententiam probabilem illorum, qui negant esse usurarium, & relinquere sententiam probabiliorem illorum, qui affirmant esse usurarium? Respond. vel judicas inculpabiliter, omnibus motivis pro una & alia parte pensatis, sententiam minus probabilem esse veram, vel esse falsam, vel a motivorum utrinque militantium æquali pondere ita suspenderis, ut in nullam partem inclinare possis, sed positive dubius remaneas? si positive dubius remanes ob æquale pondus in utramque partem, operari non potes; quia sic dubitans de rectitudine, vel malitia actus, si operaris dubio non deposito, voluntatem habes faciendi opus, sive sit licitum, sive illicitum, quæ voluntas est intrinsece mala, & contemptiva divinæ legis, & amicitiæ. ita Suarez *de cens. disp. 40. sect. 5.* Vasquez *1. 2. disp. 65. cap. 1.* Sanch. *lib. 1. in Decalog. cap. 9. & 10.* & alii apud Palaum *disp. 3. pun. 1.* Munietta *de stimul. conscient. stimul. 4. §. 2. num. 7.* S. Anton. *part. 1. sum. tit. 3. cap. 10. §. 10. reg. 6.* Rev. P. Thyrsus Gonzalez *dissert. 7. de recto usu §. 17. nu. 99.* Si judicas, contractum esse usurarium, & ita sententiam illam, quæ censet contractum non esse usurarium; esse falsam, non potes sequi sententiam illam, quam judicas esse falsam, & relinquere illam, quam judicas esse veram, nimirum, contractum esse usurarium, & ita non potes contractum illum celebrare; quia ageres contra propriam tuam conscientiam, & peccares manifeste, juxta illud Apost. ad Rom. 14. *quod non est ex fide, peccatum est.* hoc est, *quod non fit bona fide, sed contra conscientiam, & bonam fidem, peccatum est.* uti explicant S. Ambrosius, & Chysostom. teste Munietta *loc. cit.* nam eo ipso velles id, quod judicas esse illicitum, & peccatum, quod sine peccato omnino fieri non potest.

Neque vales dicere cum probabilistis, conscientiam operantis non fundari in judicio directo, quo judicas, contractum esse usurarium, & illicitum, sed in dictamine reflexo, quo judicas, certe tibi hic & nunc esse licitum celebrare illum contractum; quia implicat in terminis, quod ille qui judicat contractum esse usurarium, & illicitum, possit per dictamen reflexum judicare, eundem contractum esse non usurarium, & licitum; quia judicaret, hoc ipso esse licitum; quod judicat esse illicitum, quæ judicia omnino sunt repugnantia. Neque refert, quod alii Doctores credant talem contractum non esse usurarium, sed licitum; nam quoad illos, si ita inculpabiliter credunt, non inficiamur, ita contrahere posse; quia isti non operantur contra suam conscientiam.

Ad hæc, quomodo probabilista, qui sequitur probabilem relicta probabiliore, adimplebit præceptum Domini? *diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis?* nam, cum Deus sit veritas, tenemur diligere veritatem ex toto corde, & ex omnibus viribus; diligere vero, ut fatetur Scotus, est accedere ad DEUM non passibus corporis, sed cordis, & mentis affectu. Jam quæro, quomodo accedat ad Deum, & ad veritatem toto mentis affectu, qui credens sententiam asserentem, contractum esse usurarium, esse veram, ab illa recedit, terga illi vertens, & illam sequitur, quam credit esse falsam? dicens; *video meliora, proboque, deteriora sequor?* nunquid de illis dici potest illud Joan. *cap. 3. num. 19. & dilexerunt magis tenebras, quam lucem?* vide Munietta *l. c. stimul. 6. §. 9. per tot.*

Dicunt probabilistæ primo, licet credas sententiam, quæ asserit contractum esse usurarium, esse veram, & contradictoriam esse falsam, adhuc tamen contradictoriam judicas esse probabilem; eo quod probabilior tibi non sit certa, ergo potes illam sequi. Resp. illum qui judicat sententiam de contractu usurario esse veram, ob motivorum præponderantiam, minime posse judicare, contradictoriam esse probabilem, sibi, sed tantum aliis, hoc est objective, non subjective probabilem; quia probabile ex P. Tirillo uno ex antesignanis probabilitatis, est, quod nititur talibus fundamentis, & motivis, quæ apta sunt ad assensum ab homine perito, & probe, ac irreprehensibiliter judicante impetrandum. ita *in tr. de consc. prob. q. 2. n. 41. & q. 5. n. 12. & in tom. de regul. mor. q. 1. n. 7.* & secundum P. Martinum Esparza *in append. ad quæst. de usu licito opin. prob. art. 112.*

opinio

opinio ut ſi probabilis, requiritur, quod nitatur fundamento abſolute, & comparative magno, & fundamento, quod non tantum ſecundum ſe ſit difficulter ſolubile, & per trahens ad aſſenſum, ſed quod comparatum etiam cum fundamento oppoſitæ partis, retineat adhuc vim magnam pertrahendi ad conſenſum. idem Eſparza *art.* 102. ait, apud Authores latinos tam veteres, ſanctis quoque comprehenſis, quam recentiores, probabile ſumi NB. pro approbabili, ſeu pro illo, quod approbare intellectus merito poteſt, cum formidine oppoſiti; at non poteſt intellectus pertrahi ad conſenſum tanquam veræ illi opinioni, quam judicat eſſe falſam, nec poteſt approbare ſententiam, ut veram, quam judicat falſam. ita diſcurrit Rev. mus P. Thyrſus Gonzalez *de rect. uſu opin. prob. diſſert.* 1. §. 3. *n.* 17.

Ad hæc, non valet conſequentia: ſententia illorum, qui tenent, contractum non eſſe uſurarium, ſi non eſt tibi probablis, ergo ſententia tenens contractum eſſe uſurarium erit certa, & non amplius opinativa, & ita teneremur ſequi ſententiam, non amplius probabiliorem, ſed certam. Reſp. ſententia de non uſurario contractu non eſt mihi probabilis, ut mox diximus, & tamen non valet conſequentia, ergo contradictoria eſt certa, ſed tantum ſequitur, quod contradictoria ſit mihi probabilis, propter motiva præponderantia &c.

Dicunt ſecundo, qui operatur ſecundum opinionem probabilem, operatur prudenter; ſed implicat operari prudenter, & peccare, ergo qui operatur ſecundum opinionem probabilem, non peccat. Reſp. hic argumentandi modus, videtur jam damnatus ab Innoc. XI. Anno 1679. propoſit. 3. qui hanc propoſitionem damnavit. *generatim dum de probilitate, ſive intrinſeca, ſive extrinſeca, quantumvis tenui, modo a probabilitatis finibus non exeatur, confiſi aliquid agimus, ſemper prudenter agimus.* Ratio enim illius propoſitionis erat, quod ſequens opinionem probabilem prudenter ageret. Cardenas *in Criſi diſp.* 10. *cap.* 6. quia in hac propoſitione manifeſte deciditur, non ſemper prudenter agere, qui confiſus vera probabilitate, quamvis tenui, aliquid agit; quia tenuis probabilitas, probabilitas eſt, & tenuiter probabile, vere probabile eſt, ſicut tenue peccatum vere peccatum eſt, & homo exiguus, vere homo eſt, & licet fundamentum opinionis tenuiter probabilis ſit tenue quoad operantem, & quoad illos, qui contrariam ſententiam tenuerunt, tamen quoad illos, qui illam docuerunt, fundamentum grave fuit, alias ſententia probabilis non eſſet: jam vero apud hos probabiliſtas probabilem eſſe ſententiam, & prudentem, idem eſt, ergo ſi ex mente ſum. Pontificis, qui agit ſecundum probabilem non agit prudenter, revera modus argumentandi probabiliſtarum damnatus fuit.

In forma ergo, Achilles iſtorum probabiliſtarum ita proſternitur: qui operatur ſecundum opinionem probabilem, quam ipſe judicat eſſe veram, prudenter operatur, conceditur qui operatur ſecundum opinionem probabilem, quam ipſe judicat eſſe falſam, prudenter operatur, negatur, ita diſtincta minore, negatur conſequentia. Videri poteſt P. Munieſſa *in ſtimul. conſcientiæ. ſtimul.* 3. *p.* 3.

Hoc unum certum eſt, in rebus, & materia juſtitiæ, uti Judici, & cum agitur de valore Sacramentorum, & Medicis, non licere ſequi ſententiam probabilem, relicta probabiliore; quia tam Medicus, quam Judex, ad hoc eſt conductus, ſive inſtitutus, ut ſecundum probabiliorem operentur. Et ita etiam qui curam animarum exercent, ne Sacramenta exponant periculo nullitatis, uti definitum fuit reſpectu Judicis, & Sacramentorum ab Innoc. XI. ſanctiſſ. memor. qui contrarias damnavit in prima, & ſecunda propoſitione.

DUELLUM.

Praxis Duelli.

1 Duellum eſt prohibitum Jure Divino, Eccleſiaſtico, & Civili. Riccius in *prax. Bull. Clem. VIII. contra duellantes. p.* 3. *reſ.* 47. Martin. Del Rio *diſquiſ. Magic. lib.* 4. *cap.* 4. *q.* 4. *ſect.* 2. *verſ. ut ut.* Farin. *de homicid. q.* 119. *nu.* 23. Conciol. *reſ. crim. verb. duellum. q.* 1. quia per illud divinum judicium tentatur, & permittentes duellum, ultra excommunicationem, quam ipſo facto incurrunt, privantur ſuis ſtatibus. Riccius *l. cit.* Capon. *diſc. for.* 379. Et probatur *ex cap.* 2. *& gloſ. in cap.* 1. *in fin. de purg. vulgar. & c. Henricus, de Cler. pugn. in duel.* non obſtante quacumque conſuetudine, quæ potius corruptela dicenda eſt. Cherubin. *ad Bullam Julii II. ſchol.* 1. Barbac. *conſ.* 62. *num.* 8. *lib.* 1. Gratus *conſ.* 3. *num.* 5. *lib.* 2. Cabal. *de omn. gen. homic. a num.* 73. Conciol. *loc. cit. nu.* 2. & probatur etiam ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 19. *de reform.* & quando pœnæ contra duellantes habent locum, vide Antonel. *de tempor. legal. l.* 1. *c.* 29. *per tot.* Addend. & declarationes ad Concil. Trid. *l. c.*

Duellum eſt crimen mixti fori; quia utroque Jure 2
prohibetur, ut patet *ex L. un. Cod. de gladiat. l.* 10. *& in cap. monomachiam.* 2. *q.* 5. *cap.* 1. *&* 2. *de Cler. pugn. in duel.* Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de refor. d. cap.* 19. Antonel. *de regim. Eccleſ. l.* 6. *c.* 16. *n.* 1. Pius IV. in conſtit. quæ incipit *Ea quæ.* ann. 1560. Greg. XIII. in conſtit. quæ incipit *Ad tollendum. Anno* 1582.

Ejus pœna de Jure Civili eſt mortis. Farin. *de ho-* 3
mic. q. 119. *num.* 23. De Jure Canonico, ſi ſit extra rixam, ipſo Jure duellans excommunicatur, excommunicatioque reſervatur ſum. Pontifici. Barb. *de offic. Epiſc. aleg.* 50. *n.* 120. Ciarl. *c.* 115. *per tot.* vide Bull. Clem. VIII. apud Quarant. verb. *duellum.* quæ incipit. *Illius vices. anno* 1592. non tantum privatur ipſo Jure Beneficio, ſed etiam penſionibus; quia incapax Beneficii, eſt etiam incapax penſionis Eccleſiaſticæ. Farin. *dec. poſthum.* 246. *&* 585. Gig. *de penſ. q.* 14. *n.* 9. Paris. *de reſign. l.* 4. *q.* 3. *n.* 48. Garz. *de Benef. p.* 1. *c.* 5. *n.* 130. apud quem Rota *in una Valentina penſionis coram Litta.* 31. *Jan.* 1600. ſed vide Ciarl. *loc. cit.* id ſolum admittentem in penſione, quæ datur in titulum beneficii &c. Secus in ea, quæ datur titulo ſæculari. Debet tamen per ſententiam declarari privatus, quia in pœnis etiam ipſo Jure incurſis eſt neceſſaria ſententia declaratoria, parte citata. *cap. cum ſecundum, de hæret. in* 6. Ciarl. *loc. cit. num.* 33. Incurrit etiam infamiam, privaturque ſuis bonis tanquam homicida, ac etiam privatur ſepultura Eccleſiaſtica. Riccius *in prax. p.* 2. *reſ.* 170. *num.* 101.

Ut pœnæ præfatæ incurrantur, debet præceſſiſſe diffidatio cum aſſignatione loci, & temporis. Ricc. *loc.* 4
cit. d. reſ. 170. Antonel. *loc. cit.* unde ſe provocantes calore iracundiæ, dictas pœnas non incurrunt; quia non eſt præmeditata provocatio, & ex conventione. Riccius *loc. cit.* Diana ut infra. Licet interceſſerit aliquod tempus, & pugna in loco determinato ſit ſecuta, ſi duellantes inter illud tempus ad actus externos non diverterunt. Dian. *p.* 6. *tr.* 6. *reſ.* 21. Antonel. *l. cit.* & præſumitur factum ex primo iracundiæ calore. Menoch. *de arbitr. caſ.* 361. *num.* 53. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 6. *&* 7. & quod ſit neceſſarius præcedens tractatus, & deliberatio ad pœnas duelli, vide Farin. *de homicid. q.* 119. *numer.* 24. Conciol. *reſ. crim. verb. duellum. q.* 1. *num.* 4. Cyriac. *contr.* 101. *nu.* 53. Antonel. *de temp. legal. l.* 1. *d. c.* 29. *nu.* 1. Imo expreſſio loci generalis, puta civitatis, non expreſſo loco magis certo, & particulari, puta certæ plateæ &c. aut expreſſio temporis incerti, niſi ſpecificetur certa dies, non eſſet ſufficiens. Juxta Antonel. *de tempor. legal. d. c.* 29. *n.* 2. Porro duellum acceptans incurrit excommunicationem, licet acceptet ad defenſionem ſui honoris; quia per duellum honor minime defenditur, ſed magis amittitur. Riccius *in prax. Bullæ Clem. VIII. contra duellantes. part.* 3. *reſ.* 48. Barboſ. ad Concil. Trid. *d. cap.* 19. *verſ. an pro honoris.* & qualis acceptatio requiratur, vide infra *nu.* 9. Et ſi duellans eſt Clericus, ultra excommunicationem, quam incurrit, deponitur, juxta *c.* 1. *de Cler. pugn. in duel.* Antonel. *de regim. Eccleſ. l.* 6. *c.* 16. *n.* 2. *verſ. Clericus.* ſive illud obtulerit, ſive ſuſceperit.

Duellans, licet non poſſit ſepeliri in loco ſacro, ſi 5
duellum ſit ita notorium, ut nulla tergiverſatione celari poſſit, juxta Pereg. *de duell. q.* 7. *numer.* 3. tamen ſi dedit ſigna pœnitentiæ, privari ſepultura Eccleſiaſtica non debet. Dian. *p.* 4. *tr.* 4. *reſ.* 192. Idem ſi fuit mortuus extra locum duelli, eodem, vel alio die, etiam ex vulnere habito in duello. Si vero dedit ſigna pœnitentiæ, ſed fuit mortuus in loco duelli, privatur ſepultura Eccleſiaſtica. Dian. *d. part.* 4.

Barbos. *in Trid. sess. 25. d. cap. 19. numer. 20.* Capon. *disc. for. 379.*

6 Duellans, & suum inimicum occidens, gaudet immunitate Ecclesiastica. Farin. *de immun. Eccles. num. 117.* Ambrosin. *de immun. Eccles. cap. 8. numer. 12.* Bonac. *de censur. disp. 2. q. 3. pun. 16. §. 5. numer. 9.* Conciol. *loc. cit. res. 2.* licet contrarium teneat Barbos. *de Jur. Eccles. lib. 2. cap. 3. numer. 101.* P. Grasset. *de nece prodit. 8. num. 28.* & alii apud eosdem; sed pro prima stat etiam Del Bene *de immun. Eccles. p. 2. c. 16. dub. 20. sect. 6. pag. 311.* Dian. *p. 4. tr. 1. res. 46.* ob Bullam Gregor. XIV.

7 Duello adstantes, & spectatores, vi constitutionum Leon. X. Pii IV. Greg. XIII. Clem. VIII. & Concilii Trid. *sess. 25. d. cap. 19.* Si sunt nobiles, puniuntur pœna ducatorum 500. si ignobiles, pœna ducatorum 25. & excommunicationis. Barbos. *de off. Episc. alleg. 50. n. 120.* Massin. *de confisc. bon. q. 10. a num. 2.* Del Rio *disquis. Magic. lib. 4. cap. 4. q. 4. sect. 2.* Limit. Limit. quoad illos, qui adstant casualiter, uti transeuntes per locum duelli ad alium finem, Riccius *in prax. 3. res. 54.* Dian. *in summ. verb. duellum. nu. 15.* Item quoad illos, qui aspiciunt duellum ex occulto, & a longe, qui non incurrunt dictas pœnas. Alex. Peregr. *in tr. de duell. fol. 24.* Conciol. *loc. cit. res. 3.* Et prædictas pœnas incurrunt non tantum duellantes, sed etiam campum dantes, aut auxilium præstantes, ac non impedientes, cum facile potuerint. vide Bullas *supra cit.* apud Barb. *loc. cit.* vide etiam Quarant. *in sum. Bullar. verb. duellum.*

8 Easdem pœnas incurrunt Patrini, qui duello assistunt, uti videri potest apud Barb. *loc. cit.* Immo easdem incurrunt illi, qui non publice, sed privatim ex condicto, statuto tempore, & in loco convento, etiam sine patrinis duellum committunt, etiam sine litteris provocatoriis. Concil. Trid. *sess. 25. de ref. d. cap. 19.* Barb. *loc. cit.* Molina *de Just. tract. 3. disp. 17.* Del Rio *loc. cit.* Bonac. *de censur. disp. 2. quæst. 6. punct. 2. a num. 1.* Cabal. *in tract. de omni gen. homic. nu. 76.* Farin. *cons. 9. & DD. cit.* Plura vide apud Concil. Trid. *l. c.* ibique declarationes, & remissiones Barbosæ.

Excommunicationem incurrit etiam acceptans duel- 9
lum, etiam non secuta pugna, aut accessu ad locum destinatum, juxta Conciol. *l. c. res. 1. nu. 6.* ubi *nu. 7.* quod acceptatio debeat esse expressa, nec sufficiat generalis, & dubia, uti si dicat: *si fuero invasus, me defendam* &c. ubi Cyriac. *contr. 101. n. 53.* quem vide.

Ad duellum provocans, seu libere acceptans, si oc- 10
cidatur, vel mutiletur, nulla eidem, nec hæredibus facienda est restitutio; quia censetur prævidisse periculum, & condonasse: si vero occidatur ille, qui duellum aut diffidationem acceptavit coacte, metu infamiæ, aut alterius gravis damni, occidens tenetur ad restitutionem damnorum, & in illius defectum cooperantes. Thesaur. *de pœn. Eccles. p. 2. verb. duellum c. 5. §. ult.* aliter non possent absolvi, & citat inter alios P. Layman *in Theol. mor. lib. 3. de Justit. tr. 3. de injust. corp. lesion. p. 3. c. 6. nu. 5.* Azor. *tom. 3. l. 5. c. 3. q. 7. arg. tex. in L. 1. §. cum arietes. ff. si quadrup. pauper. feciss. dicatur.*

Duellum in foro externo debet probari cum omnibus 11
supra dictis qualitatibus. Antonel. *de regim. Eccles. l. c.*

EBRIETAS.

Praxis Ebrietatis.

1

Briositas aliud est, & aliud ebrietas. Prima est, quando quis est habitu, & consuetudine, sciens, prudensque inebriatur. Et secunda potest contingere etiam per accidens, inadvertenter &c. Gail. *pract. obs. l. 2. obs. 110. nu. 27.* uti quia non agnovit potentiam vini, aut fuit deceptus &c. Paul. *Rub. in annot. ad decis. 28. Rot. Rom. in p. 3. rec. n. 126.* ubi, quod ebriosus, si homicidium, aut aliud malum committat, pœna ordinaria plecti debeat, maxime si ille ebriosus consuevit in ebrietate esse rixosus &c. quia tunc excusatio ebrietatis culpam non minuit, sed augmentat. & citat Blanc. *in tract. crim. §. ebrius. per tot.* Bal. *in L. 1. num. 40. C. unde vi.* Angel. *in tract. malefic. in verb. scienter num. 17.* quia sciens tunc causam malorum præbuit. ad tex. *in L. quoniam.* ibi: *causam malorum præbuit. C. ad L. Jul. de vi publ. L. qui occidit. §. in hac actione. ff. ad L. aquil. L. si servus servum. §. si fornicarius. ff. eod.* Conciol. *res. crim. verb. ebrietas. resol. 1. nu. 11.* Gail. *pract. observ. l. 2. obs. 110. num. 29.* quod tamen non possit puniri pœna mortis, tenet Caball. *resol. crim. cas. 296. n. 13.* secutus Menoch. *de arbitr. cas. 326. num. 9.* Fernan. Vasq. Menchiac. *lib. 3. controvers. illustr. cap. 96. numer. 31. vers. tertia fuit opinio.* nisi data opera se inebriasset, ut homicidium committeret. ut dicit Caball. *loc. cit.*

2 Ebrius, non ebriosus, si in ebrietate delinquat, mitiori pœna punitur, arbitrio Judicis. Menoch. *loc. cit. nu. 4.* Conciol. *loc. cit. res. 1.* Imo si constaret Judici, quod quis fuerit plene ebrius, & insuper, quod fuerit a sociis deceptus aliqua materia vinum corrumpendo &c. ut inebriaretur, & sic, quod inebriatus nullam ad hoc dederit operam, esset plene absolvendus, quodcumque crimen in ebrietate commiserit. ita Rubeus *l. c. n. 122.* & citat Vasq. *l. c. n 14.* Medices *de cas. fortuit. q. 17. n. 6.* & alios. vide etiam Conciol. *l. c. n. 5. 6. & 7. res. 1.*

3 Porro ut ebrietas mitiget pœnam, non sufficit, quod fuit levis, sed debet fuisse gravis, ac talis, quod diminuerit usum rationis. *DD. cit.* & ebrius, qui se vult excusare, debet probare, quod fuerit graviter ebrius tempore commissi delicti. Menoch. *d. cas. 326. num. 11.* Conciol. *loc. cit. res. 2. a nu. 3.* & debet probari ab eo, qui illam allegat. *DD. cit.* & Rubeus *loc. cit. num. 164.* ubi etiam de teste ebrio; quia ad hoc ut is ideo a testimonio repellatur, debet probari, quod fuerit ebrius tempore examinis. Probatur vero per signa, quæ videre poteris recensita apud Farin. *de pœn. temper. q. 92. num. 26.* Rub. *loc. cit. num. 91. & 158.* Mascard. *de probat. verb. Ebrietas. concl. 578. & DD. cit.* & ad hoc debent testes etiam non interrogati dare causam suæ scientiæ allegando motiva, & rationes sufficientes. Rub. *loc. cit. numer. 160.* ubi Rot. *in una Colonien. Canonicatus 27. Jan. 1627. coram Card. Ubald.* ubi non probata fuit per testes dicentes simpliciter, quod ille bibebat. Et quando testes sufficientes afferunt rationes, ebrietatem probant etiam per verbum *Credo.* Conciol. *d. res. 2. n. 7.*

Ebrius, si pacem cum alio inierat, & promiserat il- 4
lum non offendere, si in ebrietate illum offendat, non dicitur frangere cautionem datam de non offendendo. Conciol. *l. c. res. 3.* apud quem Hercul. *de caution. de non offend. c. 34. n. 19. seqq.* & alii. Rubeus *l. c. n. 107.*

Sic etiam ebrii confessio facta in ebrietate non va- 5
let; cum talis careat usu rationis. Ripa *in L. fin. nu. 78. C. de revoc. donat.* Farin. *de pœn. temper. d. q. 98. n. 17.* relati a Conciol. *l. cit. num. 4. res. 1.* nisi post ebrietatem illam confirmaverit.

Ita etiam ebrius, qui ebrietate aliquod delictum com- 6
misit, si postea post ebrietatem de illo glorietur, cum propter illam jactationem videatur ratum habere, ebrietate non excusatur. Menoch. *de arbitr. d. cas. 326. n. 10.* ubi Rip. *in d. L. fin. n. 89. vers. tertio intelligo.*

Ebriorum contractus, & promissiones non tenent. 7
glos. *in can. unusquisque in verb. quod ebrius. 22. q. 4. arg. cap. sane. 15. q. 1.* Rubeus *l. c. n. 138.* sicut nec testamentum in ebrietate conditum. Bal. *in cap. a crapula,*

de

de vit. & honeſt. cler. Rub. *loc. cit. num.* 140. nec ſponſalia. Covar. *in epitom. decretal. p. 2. cap. 2. num. 9.* ſi nempe ebrietas ſit talis, quæ conſenſum tollat; quod ab allegante erit probandum, ut ſupra diximus, & quod ebrioſis concedatur reſtitutio in integrum tanquam furioſis. vide Oddo. *de reſt. in integr. p. 1. q. 11. ſub num. 2.*

8 Ebrioſus, aut ille qui data opera ſe inebriavit, aliquem in ebrietate occidens, aut mutilans, ſit irregularis, ſi ſciebat, ſe in ebrietate ſolitum eſſe rixari &c. quia tunc per talem nimiam potationem dedit operam rei illicitæ, ac occaſionem occiſionis, aut mutilationis. Ita Rubeus *in annot. ad d. deciſ. 28. Rot. Rom. p. 3. rec. nu. 156.* ubi Marian. Socin. *in cap. ad audientiam. ſub nu. 55. verſ. unde diſtinguo, de homic.* Covar. *in Clem. ſi furioſus. eod. tit. ſub n. 4. verſ. poſſet quidem vera cenſeri, in 3. p. in princ.* An vero extra hunc caſum, occidens in ebrietate fiat irregularis, non conveniunt DD. ut videre eſt apud cit. Rubeum, apud quem affirmativam tenent Sylveſt. *verb. homicidium 3. q. 4. nu 5.* Card. Zabarell. & Imol. *in d. Clem. ſi furioſus, de homic. & alii.* ſed negativam tenet, lateque defendit Covar. *loc. cit.* Azor. *inſt. mor. p. l. 7. c. 33. q. 7. verſ. in hac controverſia*, ad quos pro contingentia caſus recurrere poteris.

9 Multa vituperia, & turpitudines ebrioſitatis, vide apud cit. Rubeum: & Clericus ebrioſus quod poſſit privari beneficio, ſi ter monitus non ſe emendaverit, diximus in verb. *Clericus*.

ECCLESIA.

Praxis Eccleſiæ.

§. I.

Eccleſiæ Ædificatio.

1 Eccleſiæ ædificatio, & reparatio a pari procedunt. *cap. 1. & cap. de his. 4. de Eccleſ. ædific.* ibi: *de his, qui Eccleſias Parochiales habent, duximus reſpondendum, quod ad reparationem, & inſtitutionem earum, cogi debent.* Frances *de Eccleſ. Cathedr. cap. 12. n. 12.* ideo plura videre poteris infra Litt. R. verb. *Reparatio.* & etiam in L. O. verb. *Oratorium.* ubi etiam tradidimus praxim.

2 Eccleſia quamvis poſſit a quolibet ædificari, ita ut non poſſit hoc prohiberi a Laicis; quia talis prohibitio repugnaret libertati Eccleſiaſticæ. Juxta Barboſ. *de jur. Eccleſ. univerſ. l. 2. c. 2. n. 3.* Dian. *p. 1. tr. de immun. Eccleſ. reſ. 128.* ubi DD. & Univerſitatum reſponſa, quamvis quoad Principes territoriales contrarium teneat Solorzan. *de Jur. Indiar. tom. 2. l. 3. c. 23. num. 31. ſeqq.* ubi male citat Zerolam *in prax. p. 1. verb. Monachi. §. 1. & 2.* cum ibi loquatur de S. Pontifice.

3 Tamen ſine conſenſu Epiſcopi Diœceſani in locis non exemptis, & in locis exemptis ſine licentia Papæ, Eccleſiam ædificare nulli permittitur. Pax Jordan. *de re ſacra l. 5. tit. 8. de ædif. Eccleſ. n. 13.* Barboſ. *de offic. Epiſc. alleg. 26. in princ. & de Jur. Eccleſ. d. c. 2. n. 4.* Zerol. *in prax. p. 1. verb. Eccleſia. §. 1.* P. Pirhing. *lic. 3. decret. tit. 48. de Eccleſ. ædific. nu. 1.* tex. *in cap. nemo 9. & cap. placuit, de conſecr. diſt. 1. cap. ad hæc, de Religioſ. domib. cap. cum olim. 14* & ibi gloſſ. *verb. revocari. verſ. inſuper, de privileg. cap. auctoritate, eod. in 6. Auth. de Eccleſ. titul. §. ſi quis autem voluerit. auth. ut nullus fabricet Oratorii domos. verſ. ſancimus coll. 1.* Concil Trid. *ſeſſ. 25. cap. 3. de regul. in fin.* ibi: *nec de cætero ſimilia loca erigantur ſine Epiſcopi, in cujus Diœceſi erigenda ſunt, licentia prius obtenta.* Neque Regularibus in locis non exemptis. vide Jordan. *l. cit. nu. 34. ſeqq.*

4 Et Eccleſia, Capella, vel Oratorium non poteſt etiam in proprio fundo ædificari ſine dicto Epiſcopi conſenſu: nam licet cuilibet ſit liberum opera facere pietatis, tamen, quia Eccleſia debet ædificari cum certis qualitatibus, de quibus Pax Jord. *loc. cit. textus citati.* & ſignanter in cit. *cap. nemo. 9. diſt. 1. de conſecr.* Riccius *in prax. p. 2. reſ. 11.* ſcilicet ut ibi crucem figat, publice atrium deſignet, & ante præfiniat, quæ ad luminaria, & miniſtrorum ſtipendia ſufficiant, & ſic ſufficientem dotem, *ut infra.* inſuper, ut pars poſterior reſpiciat orientem, & anterior, ſive oſtium reſpiciat occidentem, ut ædificetur in formam navis, & ſine alterius Eccleſiæ præjudicio, ideo requiritur conſenſus Epiſcopi, ut prædictas qualitates examinare poſſit. *DD. cit.* & Barboſ. *d. alleg. 26. n. 2.*

Sufficit tamen conſenſus Epiſcopi etiam tacitus, ve- 5
luti ſi ſciverit Eccleſiam conſtrui, & non impediverit, nec contradixerit, cum facile potuiſſet. *DD. cit.* & apud Barboſ. *de Jur. Eccleſ. d. cap. 2. n. 5.* ubi quod ſufficiat etiam conſenſus ſuperveniens poſt conſtructam Eccleſiam, P. Pirhing *ut ſupra num. 2.* imo ſi in illa ſint celebrata divina per decennium, præſumitur ædificata cum conſenſu Epiſcopi. Menoch. *de præſ. lib. 3. præſ. 132. n. 51.*

Sed quod requiratur conſenſus Epiſcopi limitatur, 6
quod poſſit quidem quilibet in ſuo fundo Eccleſias ædificare etiam ſine auctoritate Epiſcopi, ſed tunc non poſſet dici Eccleſia, ſed oratorium. *arg. can. unicuique, de conſecr. diſt. 1.* nec poſſet ibi miſſa celebrari ſine conſenſu Epiſcopi. Juxta Concil. Trid. *ſeſſ. 22. cap. quanta cura. ad med. §. neminem, de obſerv. & evit. in celebr. miſſæ.* Zerol. *in prax. d. p. 1. verb. Eccleſia. §. 2.* P. Pirhing *in cit. l. 3. tit. de Eccleſ. ædif. n. 1.*

Eccleſia debet ædificari in loco congruo, eoque pro- 7
prio, & non alieno, invito domino: & ſi fuit inſtructa in fundo alieno ignorante domino, tamen non fit illius, ſed manet libera, & intereſſe tantum illi eſt præſtandum, non ſolum a fundatore, ſed in illius defectum etiam ab Epiſcopo, qui locum deſignavit, aut primum lapidem fixit &c. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. d. c. 2. num. 16.* Pirhing *loc. cit. num. 4.* Et ſi fundi dominus ſcivit, & non contradixit, non per hoc ipſe, ſed ædificans, acquiret Jus patronatus, ſi Dominus fundi fuerit Laicus; quia ſibi imputare debet. Idem. *loc. cit.* ubi Canis. *in cap. quoniam. 3. num. 4. de Jure patr.* ſi vero Dominus fundi fuerit Eccleſia, tunc Jus patronatus eidem acquireretur. Pirhing *loc. cit.* & in dubio præſumitur conſtructa a Domino fundi. Rot. apud Bich. *deciſ. 133. n. 21.* Et regulariter ædificari non poteſt in diſtrictu Parochiæ ſine conſenſu Parochi, cujus intereſt, ſicut & Epiſcopi. Riccius *in prax. p. 3. reſ. 484.* ſed de hoc vide quæ ſupra diximus litt. B. verb. *Beneficium. a num. 1.* Barboſ. *de Jur Eccleſ. c. 2. n. 6. cum plurib. ſeqq.* Proſp. Fagnan. & DD. *in c. ad audientiam. il. 1. extr. de Eccleſ. ædific.*

Sed quia diximus, Eccleſiam non eſſe ædificandam 8
in fundo alieno, invito domino, occurrit hic illa quæſtio, an vicinus poſſit cogi ad vendendum ſuum fundum, domum &c. tam pro nova Eccleſia ædificanda, quam pro illius reparatione, ampliatione &c. Et Reſp. affirmative, & non tantum pro fabricæ neceſſitate, ſed etiam pro commoditate. Ciarlin. *contr. for. cap. 182. num. 16.* Sperel. *deciſ. 58. num. 19.* Franceſ. *de Eccleſ. Cathed. cap. 10. a num. 123.* ubi late. Et DD. apud eoſdem, etiam pro domo parochiali reſtauranda. *DD. cit.* poteſt etiam compellere vicinum ad vendendum ſibi ſervitutem. Ciarlin. *loc. cit.* Cyriac. *contr. for. 231. per tot.* patet ex *arg. L. ſi quis ſepulchrum. ff. de relig. & ſumpt. fun.* quod ampliatur ad omnes Eccleſias. Cæpol. *de ſervit. verb. præd. cap. 28. num. 5.* Antonel. *de regim. Eccleſ. lib. 1. cap. 2. §. 1.* Imo etiam pro ampliatione atrii, dormitorio extendendo, monaſterii viridario, vel illius ampliatione. Riccius *in prax. p. 3. reſol. 557.* Sperel. *d. dec. 58. num. 19. ſeqq.* etiam pro capella conſtruenda. Franceſ. *de Eccleſ. Cathedr. cap. 16. nu. 57.* Utilitas ſimplex cum damno, & detrimento vicini tamen non ſufficit. Cyriac. *d. contr. 231. nu. 2. & 15.* Capon. *diſc. for. 178. num. 20.* Covarruv. *lib. 3. var. reſol. cap. 14. num. 7.* Riccius *d. reſ. 557.* apud quos alii. Et arbitrio Judicis remiſſum erit, an Eccleſia habeat talem indigentiam, ut vicinis cogi poſſit ad vendendum. Cyriac. *loc. cit. num. 14.* Covar. *loc. cit. n. 8. ad fin.* & ut dictum, *d. Lex. ſi quis ſepulchrum.* compellit quidem ad vendendum favore Religionis, ſed ſine præjudicio alterius, & ſoluta prius ipſius rei æſtimatione. Rot. *dec. 474. n. 13. p. 9. rec. tom. 2.* Gomez *var. reſol. tom. 2. cap. 2. num. 51.* apud quos alii, & late Giurb. *dec. 88. a num. 3.*

Prædicta amplia, licet locus vendendus eſſet ſub- 9
jectus fideicommiſſo. Genuenſ. *in prax. q. 242.* Franceſ. *de Eccleſ. Cathedr. d. cap. 10. num. 127. & 159.*

aut tributarius etiam Ecclesiæ. Idem *loc. cit.* & citat Fontanel. *de pact. nuptial. gl. 1. p. 3. numer. 120. & gloss. 12. claus. 4. num. 26. seqq.* aut emphyteuticus. Rot. *loc. sup. cit.* & tunc Ecclesia emens res emphyteuticas, tenetur solvere laudemium Domino directi, nisi venditori solverit æstimationem ejus directi dominii, quod est pretio æstimabile; quia laudemium est onus reale inhærens rebus emphyteuticis, ita Rot. *loc. cit. a numer. 9. ad 12.* nec hoc est contra *cap. 1. de censib.* ubi requirit, quod locus, in quo Ecclesia fundatur, debeat esse liber ab omni censu, atque tributo: quia id solum intelligitur de tributis, & aliis oneribus, quæ solvuntur in recognitionem jurisdictionis sæcularis, non vero de aliis laudemiis &c. & hoc etiamsi vendens sit Ecclesia; quia non repugnat, quod una Ecclesia alteri onus reale solvat. gloss. *in d. cap. 1. in verb. ullo servitio. vers. sed verius credo.* & ibi Abb. *n. 4.* qui testatur de communi. *de censib. & in cap. novum genus. nu. 6. ante fin. de decim.* apud Rot. ubi DD. *ad n. 25.* Francesc. *l. c. n. 198.*

10 Porro, ut dictum est, hæc necessitas vendendi erit Judici arbitraria, qui considerabit, ne vicinus, qui cogitur vendere, magnum patiatur detrimentum, quod non solum commensuratur ex læsione justi pretii, sed etiam ex aliis damnis, & præjudiciis, quæ pati deberet ex illa venditione, etiamsi justum pretium persolveretur, de quibus vide Rot. *decis. 372. a num. 3. p. 1. rec.* Francesc. *loc. cit. num. 134. seqq.* Gratian. *disc. for. cap. 896. num. 7. seqq.* & hæc venditio necessaria debebit esse remedium extraordinarium, non concedendum, si posset Monasterium, Ecclesia aut hortus &c. ex alio latere ampliari. Rot. *loc. cit.* Antonel. *de regim. Eccles. d. lib. 1. cap. 2. numer. 4.* Hinc est, quod hoc Ecclesiæ privilegium, tanquam multum extraordinarium, non det actionem, sed tantum officii Judicis implorationem. Francesc. *d. cap. 10. num. 132.* & apud illum Rot. Plura vide apud *DD. cit.* & Francesc. *d. cap. 10. per tot.* ubi etiam *numer. 164.* prædicta extendit, si emptio peteretur pro platea ante fores Ecclesiæ extendenda, vel de novo facienda, aut amplianda &c. Gratian. *disc. for. cap. 896. num. 27.* ubi Rot. & ampliatur, ut etiam una Ecclesia possit cogere aliam ad vendendum pro supra dictis casibus in supplementum tamen, si domus Sæcularium non adsint. De Luca ad Gratian. *in d. cap. 896. num. 5.* de quo etiam Francesc. *loc. cit. nu. 173. seqq.* Giurba *dec. 86. n. 15.*

11 Si vero duæ Ecclesiæ ædificare vellent, præferenda esset Ecclesia Parochialis Monasterio, & Ecclesiæ Cathedrali Parochialis. Francesc. *l. c. a n. 183.*

12 An autem detur appellatio a sententia obligante vicinum ad vendendum pro fabrica Ecclesiæ &c.? negativam, quoad effectum suspensivum probat Francesc. *d. cap. 10. a num. 191.* sicut nec a decreto reparationis Ecclesiæ. Concil. Trid. *sess. 21. de reform. c. 7.* Francesc. *l. c. n. 193.*

13 Sed quis erit Judex competens? Resp. cum Covarruv. *d. lib. 3. var. res. c. 14. nu. fin. vers. secundo mihi videtur:* non tantum Principem, sed & quemcumque Judicem inferiorem posse compellere Dominos fundi ad vendendum necessaria pro ampliatione, aut ædificatione Ecclesiæ, aut pro nova Ecclesia construenda &c. quod tamen limitat Sperel. *d. decis. 58. num. 18.* quando agitur de formando arbitrio, ut supra diximus, an nempe pensatis circumstantiis, quis ad vendendum cogi possit; nam hoc spectat ad Judicem Ecclesiasticum, non vero ad Judicem Laicum, cum is teneatur judicare juxta communem opinionem in tali casu absque sui arbitrio. quem vide.

14 Ecclesia non debet ædificari absque sufficienti dote; alioquin Episcopus ædificari permittens, de propriis bonis tenetur dotare. *cap. cum sicut, de consecr. Eccles.* & ibi gloss. *verb. consecranda.* Barbos. *de Jur. Eccles. d. lib. 2. cap. 2. num. 20.* Francesc. *de Eccles. Cathedr. c. 13. num. 1.* ubi Piasec. *in prax. Episc. p. 1. cap. 4. num. 2.* Barbos. *in Past. alleg. 64. num. 2.* Pax Jordan. *de re sacra. lib. 5. tit. 8. de ædif. Eccles. num. 25.* Gonzal. & DD. *in d. cap. cum sicut, de consecr. Eccles.* nec debet consecrari, ut infra *num. 15.* quod tamen limitatur a cit. Gonzal. *num. 6. ad med.* quod Episcopus teneatur in dicto casu dotare, si id possit de bonis propriis sine præjudicio propriæ Ecclesiæ, ne delictum ipsius noceat Ecclesiæ, cui præest. *arg. cap. si Episcopum. 3. 16. q. 6.* Glos. *in d. cap. cum sicut. verb. consecranda, ad fin.* quod si de propriis bonis non possit, debebit dotare de bonis suæ Ecclesiæ, si id fieri possit sine enormi læsione. Jordan. *loc. cit. num. 26.* Et Episcopus non potest obligari, nisi prius discussæ fuerint facultates fundatorum, & inventæ fuerint non sufficientes. Gonzal. *loc. cit.* Petr. Gregorius Tholosan. *lib. 2. tit. de Benef. seu rei benef. cap. 15. num. 3.* potest enim fundator, seu qui Ecclesiam ædificavit, obligari ad illam dotandam, sicut & ipsius hæredes, de quo Gonzal. & Gregor. *ll. cit.* Riccius *in prax. p. 2. res. 11. sub num. 6.* Sicut dicitur de illo, qui Ecclesiam ædificare cœpit, qui cogendus est per Episcopum, & per civilem Judicem opus perficere, & eo defuncto cogi poterunt hæredes. Gonzal. *in cap. ad audientiam. 3. de Eccles. ædif. n. 3. auth. de Eccles. titul. §. si quis autem, & §. si quis ædificatione.* Gregor. *l. c.* ubi etiam *nu. 5.* quod hæc dos non possit constitui in solis oblationibus, ob incertitudinem, an futuræ sint oblationes: in quibus vero dos constitui possit, vide Gregor. *l. c. num. 6.* Si tamen ædificans donasset aliquid eidem Ecclesiæ, præsumeretur feciisse pro assignatione dotis, & sic compelli non posset ad novam dotationem. Jordan. *loc. cit. nu. 33.* qui citat Petr. de Perusio *in tract. de can. Episc. cap. 7.* Bal. de Bartol. de Perusio *in tract. de dot. 1. p.* Adden. ad Abbat. *in d. cap. cum sicut in fin. de consecr. Eccles.* Prædicta tamen de obligatione dotandi limita, quando capella, vel altare construuntur in Ecclesia jam sufficienter dotata. DD. apud Jordan. *loc. cit. nu. 29.* Francesc. *de Eccles. Cathedral. cap. 16. n. 46. & 55.* Barbos. *de Jur. Eccles. lib. 2. cap. 8. sub num. 20. ad med.* vide tamen, quæ diximus in litt. A. verb. *Altare. nu. 3. & 5.* Quanta vero requiratur dos, remittitur arbitrio Judicis, de quo vide *DD. citatos.*

Porro locus, seu area, ubi construenda est Ecclesia, 15
debet esse libera ab omni humano dominio, seu jure, ideoque forsan ex hac causa Jure civili non licebat locum sacrum construere, nisi cum assensu Principis ut in *L. sacra loca. 9. ff. de rer. divis.* ita Gonzal. *l. c. nu. 3. ad princ.* hinc est, quod locus ille debeat esse liber ab omni censu, tributo, aut quibuscumque oneribus solvendis in recognitionem Jurisdictionis sæcularis, ut supra diximus. *n.* & in verb. *Clericus. n. 53. & 64.* & in verb. *Decimæ. n. 6.* ubi idem diximus de dote. Jordan. *l. c. n. 28.* & est tex. & DD. *in c. 1. de censib. cap. secundum canonicam. 23. q. 8.* & ibi glos. verb. *manso.*

Ecclesia vero quibus expensis debeat ædificari, vide 16
quæ dicemus infra in verb. *Reparatio.* & P. Pirhing *lib. 3. decretal. tit. 48. a num. 14.* Fagnan. *in cap. ad audientiam, de Eccles. edific.* & quæ supra tetigimus in verb. *Beneficium num. 14. & 25.* ubi etiam tradidimus praxim.

An vero Episcopus solus privative quoad Capitulum, 17
aut quoad Laicos pro fabrica contribuentes, possit formare modellum Ecclesiæ ædificandæ? negative Respondet Francesc. *de Eccles. Cathedr. cap. 12. a nu. 44.* quia rationi congruit, quod omnes interesse habentes intervenire debeant.

Ecclesiæ Mendicantium, aut quæ extruuntur in illo- 18
rum Monasteriis, possunt ædificari etiam sine dote; quia pro illa inserviunt eleemosynæ, quæ a fidelibus dictis Mendicantibus fiunt. Barbos. *de Jur. Eccles. d. c. 2. nu. 23.* Pax Jordan. *d. l. 5. tit. 8. n. 31. & 32.*

Quod si privatus ædificare vellet Ecclesiam servatis 19
servandis, & Episcopus consentire nollet sine justa causa, posset fieri recursus ad Superiorem, seu Archi-Episcopum Metropolitanum ad effectum, vel ut ipsemet consensum præstet, vel ut Episcopum cogat ad præstandum consensum. Pirhing *l. c. n. 2.* Pax Jord. *uti supra. n. 45.*

§. II.

Ecclesiæ Consecratio.

Ecclesia vero de novo fundata post ædificationem 20
est dedicanda, & consecranda, quæ paria sunt, nisi quod dedicatio importet titulum alicujus Sancti, cujus nomini dedicatur. Barbos. *de Jur. Eccles. d. lib. 2. cap. 2. num. 25.* Petr. Gregor. Tholos. *lib. 2. tit. de Benefic. seu rei. benefic. cap. 16. num. 1. & 2.* vide etiam Francesc. *de Eccles. Cathedr. cap. 34. a numer. 16.* ubi in

quo

quo differant Dedicatio, Conſecratio, & Titulus. Et quamvis non requiratur neceſſario iſta conſecratio, ut in ea valeant divina celebrari, tamen cum fieri poteſt, conſecranda eſt. Barboſ. *loc. cit. num.* 28. *&* 29.

21 Quia tamen Epiſcopus non poteſt ſubinde ſtatim illam conſecrare, ſed cogitur ob varias cauſas dictam conſecrationem ad tempus differre, ideo tunc debet mandare alicui Sacerdoti, ut illam interim benedicat ad normam *Ritual. Roman.* ad hoc, ut interim poſſint in eadem Miſſæ, & alia divina celebrari, alias Sacerdos ſine licentia Epiſcopi in ea celebrans, poſſet puniri, juxta Jordan. *de re ſacra. l.* 5. *tit.* 9. *n.* 82. *arg. tex. in cap. nullus* 15. *de conſecr. diſt.* 1.

22 Hæc conſecratio fieri non poteſt, niſi ab Epiſcopo, & quidem Diœceſano. Gregor. *loc. cit. num.* 5. Jordan. *uti ſupra. num.* 5. Pirhing *lib.* 3. *decret. tit.* 40. *de conſecr. Eccleſ. nu.* 1. Barboſ. *loc. cit. num.* 30. tex. *in cap. nemo.* 9. *& cap. nullus.* 15. ibi: *in ſacratis ab Epiſcopo locis. de conſecr. diſt.* 1. Nec poteſt hæc conſecratio demandari ſimplici ſacerdoti. *DD. cit. cap. aqua* 9. *conſec. Eccleſ.* etiam valid. Azor. *inſt. mor. lib.* 10. *c.* 26. *q.* 10. Nec Epiſcopus in aliena Diœceſi Eccleſiam aliquam conſecrare poteſt, ſine permiſſione Epiſcopi illius in cujus Diœceſi Eccleſia eſt ſita; Franceſ. *loc. cit. nu.* 55. *&* 67. alias enim, quamvis hæc conſecratio valeret, uno anno a Miſſarum celebratione ceſſare deberet, ut dicit textus *in cap. Epiſcopus.* 28. 7. *q.* 1. Pirhing *ut mox ſupra.* ubi Abb. *in cap.* 2. *n.* 2. *de conſecr. Eccleſ. vel Altar.* Jordan. *l. c. n.* 10.

23 Quod ſi Regulares requiſiverunt proprium Epiſcopum primarium lapidem ponere, Eccleſiam, Oratoria, vel Altaria dedicare, & Epiſcopus per quatuor menſes id exequi neglexit, poterunt illi ad hunc effectum requirere quemcumque Catholicum Antiſtitem, ob privilegium quod habent ab Honorio IV. & a Joanne XXI. quibus per Concil. Trid. non fuit derogatum, de quo Pax Jordan. *loc. cit. n.* 9. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. d. c.* 2. *num.* 33. Ipſi vero non poſſunt etiam propriam Eccleſiam conſecrare. Gavant. *in manual. verb. Eccleſ. conſecratio. num.* 2. Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 23. *q.* 7. *n.* 3.

24 Et Epiſcopus debet ipſe ſolus totam conſecrationem perficere, quamvis forte adeſſent alii præſentes: & ſi ex aliquo accidenti non poſſet ab eodem integre perfici, deberet ab alio de novo inchoari, atque compleri. Sacr. Rituum Congreg. *in una Ulixipon.* 22. *April.* 1615. Barboſ. *in ſum. Bullar. verb. Conſecratio. verſ.* 3. apud Jordan. *loc. cit. ſub num.* 7. qui tamen *num.* 8. id limitat, niſi primus conſecrator cum debita materia, & forma omnes duodecim Cruces inunxiſſet, ubi vide. Et Epiſcopus conſecrans, non debet eſſe excommunicatus; quia tunc potius Eccleſia polluereturr. Jordan. *loc. cit. n.* 7. Azor. *inſt. moral. p.* 1. *l.* 10. *c.* 26. *quæſ.* 13. *verſ. quinto quando.*

25 Notandum eſt tamen, quod ſi Eccleſia ædificata fuit ſine dote, non debeat ſine illa conſecrari. *cap. cum ſicut, de conſecr. Eccleſ.* Pax Jord. *loc. cit. nu.* 14. Et conſulte aget Epiſcopus, ſi dote conſtituta, bona pro eadem aſſignata publicare fecerit per diploma, & citaverit intereſſe prætendentes; quia, ut ſupra dictum eſt, dos debet eſſe libera ab omni gravamine; alias Epiſcopus conſecrans tenebitur in ſubſidium, ut ſupra *nu.* 14. diploma vero poterit expediri juxta praxim traditam in praxi *Juriſpatronatus* mutatis mutandis.

26 Conſecratio Eccleſiæ poteſt fieri omni die, etiam feriata. *cap. tua, de conſecr. Eccleſ.* excepto tempore interdicti, & pomeridiano; quia debet fieri cum celebratione Miſſæ. Jordan. *loc. cit. numer.* 11. 12. *&* 13. Gavant. *in manual. Epiſc. verb. Eccleſiæ conſecr. num.* 8. Barboſ. *de offic. Epiſc. alleg.* 27. *num* 10. quæ Miſſa debet celebrari a conſecrante, & non ab alio. Jordan. *ibid. num.* 17. quæ Miſſæ celebratio, & ſi non ſit de ſubſtantia, eſt tamen de præcepto. *DD. cit.* Pirhing *l.* 3. *decretal. tit.* 40. *n.* 3.

27 Prædicta limita, quod conſecratio fieri non poſſit, ſi in illa fuit ſepultus infidelis, hæreticus, ſchiſmaticus, vel excommunicatus, niſi prius exhumentur: quod tamen non procedit in excommunicato, qui in morte fuit pœnitens, licet morte præventus abſolvi non potuerit, quo caſu tamen debet etiam poſt mortem abſolvi, & ita non exhumari. Limitatio vero ampliatur etiam ad caſum, quod excommunicatus, ſchiſmaticus, hæreticus, & infidelis fuerint ſepulti in Cœmeterio; quia licet acceſſorium non trahat ad ſe principale, ſed econtra, & ſic violatio Cœmeterii, quod eſt acceſſorium, non trahatur ad Eccleſiam uti principalem. *cap. un. de conſecr. Eccleſ. in* 6. tamen indecens eſt Eccleſiam conſecrati polluto cœmeterio. *cap. Eccleſiam, de conſecr. diſt.* 1. Pax Jordan. *loc. cit. a nu.* 16. Præterea ampliatur limitatio etiam ad eos, quibus denegatur ſepultura Eccleſiaſtica, uti uſurarios manifeſtos: fures qui in ipſo actu furti fuerunt occiſi: Monachos proprietarios: occiſores ſui ipſius, & in notorio peccato decedentes, ita aliqui apud Pac. Jodan. *l. cit. nu.* 20. & videtur probari ex *cap. quamquam, de uſur. in* 6. *cap. fures. de furtis. cap. placuit.* 23. *q.* 5. ſed ipſe Jordan. tenet contrarium, & cenſet limitationem procedere tantum quoad non baptizatos, & excommunicatos.

Porro ſi in Eccleſia conſecranda fuerunt ſepultæ perſonæ prohibitæ, juxta mox dicta, non tantum debent exhumari, ut Eccleſia poſſit conſecrari, ſed inſuper parietes abradi. Limita in reconciliatione; quia tunc per abraſionem murorum conſecratorum Eccleſia execraretur, & ita egeret nova conſecratione: quod ſi oſſa fidelium, & infidelium diſcerni non poſſint, erunt relinquenda. Pax Jordan. *l. c. n.* 21. *&* 22. 28

Sed eritne capax conſecrationis Eccleſia, in qua fuit ſepulta mulier cum fœtu non baptizato, ſed nec nato? Reſp. affirmative; quia tunc fœtus cum ſit pars ventris prægnantis, & ſic acceſſorius, ſequitur ſuum principale. Juxta *reg. acceſſorium, de R. J.* Jordan. *loc. cit. num.* 23. 29

Conſecratio ſub qua forma fieri debeat, vide *Rituale*, ſeu *Pontificale Romanum*. & apud Gregor. Tholoſ. *d. cap.* 16. *de Benef.* Cavendum tamen Epiſcopo, ne pro tali conſecratione aliquid ex pacto recipiat, ne incurrat labem Simoniæ, alias Eccleſia deberet ab alio Epiſcopo per aquam benedictam reconciliari, non aliter, ac ſi ab excommunicato notorio fuiſſet conſecrata. Procurationem tamen, ſicut in Viſitatione, ſic etiam in conſecratione, petere non prohibetur. *cap. cum ſit Romana, de ſimonia.* non tantum ob laborem, ſed etiam in ſignum ſuperioritatis. Pax Jordan. *loc. c. a num.* 32. *ſeqq.* Franceſ. *de Eccleſ. Cathedral. d. cap.* 34. *num.* 59. Gavant. *in manual. Epiſcop. verb. Eccleſiæ conſecratio. n.* 12. & dicemus de hac infra *litt. P.* in verb. *Procuratio.* 30

Conſecratio, quia eſt quid facti, non præſumitur, ſed eſt probanda, & ſi probatio deficit, debet miniſtrari ſub conditione. *cap. ſolemnieates. il.* 1. *de conſecr. diſt.* 1. Alciat. *de præſump. reg.* 2. *præſ.* 4. *numer.* 2. Jordan. *d. lib.* 5. *tit.* 9. *n.* 44. Franceſ. *loc. cit. n.* 120. ubi Maſcard. *de probat. concl.* 582. Tuſch. *litt. C. concl.* 745. Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 17. Limita in Eccleſia Cathedrali ob ejuſdem prærogativam, & ob Epiſcopi commoditatem, vicinitatem, & honorificentiam, cum ſit ejus ſponſus: quia licet verum ſit, facta non præſumi, tamen hoc debet limitari in illis, quæ ordinarie fiunt. *DD. cit.* Sufficit autem ſemiplena probatio; & qualiter probetur, vide Pac. Jord. *loc. cit. a numer.* 49. Maſcard. *de probat. d. concl.* 582. Et licet non præſumatur conſecrata, præſumitur tamen benedicta, ſi in eadem ſint longo tempore celebrata divina, cum non ſoleant ante benedictionem celebrari; quæ autem fieri conſueverunt, facta præſumuntur. Barboſ. *axiomat. lib.* 6. *cap.* 3. *verb. Factum. axiom.* 27. *verſ. limita.* Antonel. *de loc. legal. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 52. ubi Sylv. *verb. Eccleſ.* 2. *n.* 1. *& ſeqq.* Maſcard. *d. concl.* 582. 31

Probatur vero conſecratio ex litteris in marmore, pariete, aut alibi inciſis. Item ex libris, & ſcripturis Eccleſiæ hoc atteſtantibus. Maſcard. *loc. cit. & concl.* 415. *num.* 2. Abb. & Felin. *in cap. cum cauſam, de probat. numer.* 2. dummodo libri ſint tales, quibus a majoribus noſtris adhibita fuit fides, nec tantum de auditu atteſtentur. Bar. *in L.* 1. *ff. ſi cert. pet.* Felin. *loc. cit.* Præterea probatur etiam ex unico teſte; quia agitur de negotio favorabili, & nulli nocivo. Item ex Crucibus in pariete ipſius Eccleſiæ formatis. Item ex communi fama, & reputatione, & aliis indiciis, de quibus Azor. *inſt. moral. p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 26. *quæſ.* 11. Barboſ. *de offic. Epiſc. alleg.* 27. *numer.* 5. Jordan. *loc. cit. a n.* 49. Si tamen de conſecratione dubitetur ob vetuſtatem, & abolitionem, poteſt conſecrari. 32

FACULTAD BIBLIOTECA GRANADA

Addend. ad Gavant. *in man. Episcop. Ecclesiæ consecratio. num.* 1. Glos. *in cap. proposuisti. verb. reconciliari, de consecr. Eccles.*

33 Ecclesia consecrata amplius consecrari non potest. *cap. Ecclesiis, de consecr. dist.* 1. nisi amiserit consecrationem. Barbos. *d. alleg.* 27. *nu.* 12. potest vero diversimode amittere consecrationem, primo, si totam suam formam amisit, uti, si in totum fuit destructa, vel pro majori parte. *d. cap. Ecclesiis, & cap. de fabrica, de consecr. dist.* 1. licet parietes destructi non sint, sed vel in totum, vel pro majori parte decrostati; & licet animo reficiendi eisdem materialibus, destruatur. Barbos. *l.c. & num.* 16. Jordan. *uti supra. nu.* 67. & 70. Limita, si parietes fuerunt collapsi in totum quidem, verum non simul, sed successive, ita ut antequam laberetur una pars, restituta fuerit altera; tunc enim pars consecrata remanens, quæ est major, tanquam magis digna, trahit ad se non consecratam, & minus dignam eique consecrationem communicat. Jordan. *loc. cit. num.* 17. Barbos. *num.* 19. & Glos. *in d. cap. proposuisti. verb. reconciliari, de consecr. Eccles.* Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 1. *cap. ult. numer.* 3. & hanc, contra nonnullos probabiliorem vocat Azor. *d. cap.* 26. *quæs.* 12. *vers. at in dubium.* ideoque tunc deberet ad summum aquæ benedictæ tantum aspersione exorcizari. Antonel. Barbos. & glos. *ll. cit.* Similiter non amittit consecrationem si Ecclesiæ consecratæ fiat aliquod additamentum in longitudine, aut altitudine, aut solum tectum mutatur, salvis tamen parietibus vel in totum, vel pro majori parte remanentibus, neque si parietes tantum dealbentur, & sic nova crusta superponatur, cum crusta consecrata in illis permaneat. Pirhing *lib.* 3. *decret. tit.* 40. *num.* 14. vide *DD. cit.* apud quos plura habere poteris. An vero destructa Ecclesia si remaneat intactum Altare majus jam prius consecratum, si Ecclesia in eodem loco reædificetur, opus sit illud Altare violare, ad hoc ut Ecclesia consecrari possit, cum alias in tali consecratione dedicari debeat Altare majus? vide Jordan. *loc. cit. a num.* 75. negantem.

Postquam vero Ecclesia fuerit consecrata, aut dedi- 34
cata ab Episcopo, juxta superius tradita, pro habenda perpetua istius consecrationis memoria, ab Episcopo expediri debent litteræ patentes, in quibus narretur, talem Ecclesiam sitam in loco N. sub invocatione sancti N. fuisse a se consecratam, & dedicatam anno &c. die, mense &c. servatis de Jure in similibus servandis, & easdem tradi Ecclesiæ Rectori, eorumque copia authentica registrati in actis Cancellariæ, tenoris, ut statim infra, quæ etiam observari deberent circa consensum præstitum in eadem ædificanda, benedicenda &c.

Forma Litterarum Consecrationis Ecclesiæ.

UNiversis præsentes visuris salutem in Domino. Notum facimus, quod nos, die, & loco infra scriptis, in Pontificalibus existentes, servatis servandis, & ad normam Pontificalis Romani, consecravimus Ecclesiam N. loci N. sub invocatione sancti N. erectam anno &c. die &c. mense &c. & sufficienter dotatam ab N. N. prout ex instrumentis erectionis, nec non litteris ejusdem erectionis ab Officio nostro confectis, & in Archivio Cancellariæ nostræ spiritualis registratis, ad gloriam Omnipotentis Dei, Beatissimæ Virginis, & sanctorum N. N. Ac singulis Christi fidelibus hodie unum, & in die anniversario Consecrationis hujusmodi ipsam visitantibus quadraginta dies indulgentiarum in forma Ecclesiæ consueta concessimus, in quorum fidem has fieri jussimus, & sigillo nostro muniri mandavimus. Datum &c.

Si vero contingat Consecrationem Ecclesiæ fieri non posse ab Ordinario proprio, vel quia sedes Episcopalis vacat, vel quia aliis negotiis legitime est impeditus, datur licentia alicui alii Episcopo eandem consecrandi servatis servandis, dummodo prius fuerit requisitus, ut hic infra.

NOs &c. Cum sedes Episcopalis vacet, ac interea Ecclesia sub invocatione sancti N. erecta hoc anno &c. loco &c. mense &c. die &c. consecrari non possit: hinc est, quod Dominationem Vestram Reverendissimam pro ejusdem consecratione requirendam duximus, prout præsentium tenore requirimus; concedentes propterea eidem licentiam, & facultatem Pontificalia, ad effectum tantum præmissum, in hac Diœcesi exercendi, ac Ecclesiam consecrandi &c. in quorum &c.

35 Et quamvis in supra posita forma litterarum mentionem fecerimus tantum de indulgentiis quadraginta dierum, id tamen tantum intelligendum est pro die anniversaria in perpetuum, secus in ipsa die dedicationis, in qua debet Episcopus unum annum indulgentiæ dictam Ecclesiam visitantibus concedere, Pax Jordan. *loc. cit. num.* 79. Francesc. *de Eccles. Cathedr. d. c.* 34. *n.* 121. ubi id amplificat ad quascumque Ecclesias, etiam non Cathedrales.

36 Debet etiam Episcopus præcipere solemnitatem dedicationis Ecclesiæ singulis annis servandam, sicut & Episcoporum. *cit. cap. solemnitates. il.* 1. & 2. *de consecr. dist.* 1. Jordan. *d. l.* 5. *tit.* 9. *nu.* 78. ubi Piasec. *in prax. p.* 1. *c.* 5. *n.* 8. *vers. diem autem. & sacr. Congr.* quæ designatio spectat ad Episcopum, in cujus Diœcesi Ecclesia consecrata sita est, etiamsi de licentia ejusdem Episcopi fuerit ædificata ab alieno Antistite, vel Patrono. Francesc. *loc. cit. n.* 55.

Sed quia quandoque contingit anniversarium Con- 37
secrationis diem ipsa die anniversaria commode celebrari non posse, ideo supplicari solet Ordinario, ut ejusdem loco alium deputare dignetur; hinc non abs re futurum existimavimus, si pro praxi formam, & methodum, qua ab Ordinariis ejusmodi concessio fieri solet, traderemus, hoc tamen prænotato, quod si dies ab Ordinario jam fuisset deputata, variari non posset. Sacr. Rituum Congr. apud Gavant. *in manual. Episcop. verb. Ecclesiæ Consecratio. num.* 9. & 10. Jordan. *loc. cit.* Francesc. *uti supra. nu.* 60. qui ultimus tamen cum Suarez *de Relig. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 6. admittit, id fieri posse ab Episcopo una, aut altera vice, non vero in perpetuum. Si vero dies dedicationis ignoretur, omnino dies consecrationis pro dedicatione deservire debet, vel alius statuendus erit. Francesc. *loc. cit.* Gavant. *in manual. Episc. verb. Ecclesiæ consecratio. n.* 14.

Formula Licentiæ.

NOs &c. Cum non sine consolatione intellexerimus, a DD. NN. Ecclesiam ad Dei Opt. max. honorem, & gloriam sub invocatione sancti N. ædificatam, atque erectam fuisse, & Reverendissimo D. N. N. Episcopo &c. nostra cum licentia, attenta sedis Episcopalis vacantia *(vel alia causa, quæ adfuit, inseratur)* præterito anno, in festo sancti N. rite consecratam, anniversarium autem dedicationis diem non posse commode in eodem festo celebrari, ob certas causas nobis expressas, & propterea nobis supplicatum fuerit, ut concedere dignaremur, quatenus in hac parte aliqua fieret grati sa dispensatio: Idcirco tenore præsentium, & auctoritate nostra Ordinaria concedimus, ut solemnitas dedicationis, seu consecrationis Ecclesiæ præfatæ celebrari possit in die Dominica, seu die talis mensis &c. quod ut ad majorem semper Divinæ Majestatis gloriam, & sancti N. honorem, & animarum salutem feliciter cedat, animitus exoptamus in Nomine Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. In quorum fidem præsentes litteras fieri, & Officii nostri sigillo muniri mandavimus.

Trans-

38 Translato autem dedicationis die in alium diem, etiam ipsa indulgentiarum concessio translata censetur, tanquam quid accessorium ad ipsam diem. Jordan. *loc. cit. n. 79. vers. si contingat.* Ista autem dedicationis mutatio fieri potest in actu consecrationis non solum a proprio Episcopo, sed etiam ab Episcopo alieno de licentia proprii Episcopi consecrante. Juxta Francesc. *loc. cit. num. 67.*

39 Quær. si occurrat in aliqua die celebrari anniversarium dedicationis Ecclesiæ Cathedralis, & etiam alicujus alterius Ecclesiæ propriæ, de quanam sit celebrandum? Resp. quod celebratio fieri debeat de dedicatione Ecclesiæ propriæ, quod est conformius capitulo *solemnitates. 1. & 2. de consecr. dist. 1. & cap. 1. eod. dist. 3.* Gavant. *in manual. verb. Eccles. consecratio. num. 20.* Francesc. *ubi supra num. 102.* & id pluries fuit in Rot. Roman. decisum, & signanter *in una Cæsaraugustana Dedicationis. Lunæ 9. Junii. 1614.* quæ in recent. reperitur *in p. 1. decis. 616.* Ludovis. *decis. 472. num. 5. & per tot.* Beltramin. ad cit. Ludovis. *decis. 493. num. 7.* & alibi passim; plures casus in quibus potest, vel non potest in certis diebus hæc solemnitas celebrari, vide apud Francesc. *loc. cit.* ubi etiam *num. 83.* an ad hanc Ecclesiæ Cathedralis dedicationis anniversariam diem celebrandam, uti etiam celebrare festivitatem Patroni Diœcesis, in qua degunt, & sic etiam se conformare Ecclesiæ matrici illius Civitatis teneantur Regulares; ubi pluribus numeris seqq. affirmativam defendit, de quo vide etiam Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 2. disp. 10. q. 7. num. 6.* ubi allegatur constitutio Gregor. XIII. *sub dat. Romæ 30. Decembr. 1573.* quæ incipit *Pastoralis Officii.* & Concil. Trid. *sess. 25. de Regular. cap. 12.*

§. III.

Ecclesiæ Pollutio, & Reconciliatio.

40 Sicut Ecclesia consecrata in aliquibus casibus amittit consecrationem, ut in §. *antecedenti*; sic etiam, sive sit consecrata, sive tantum benedicta, multis in casibus polluitur, ita ut reconciliationem indigeat, ad hoc, ut in illa possint divina celebrari, alias in illa sine licentia Episcopi celebrans deberet puniri, quamvis irregularitatem etiam scienter celebrans non incurrat. tex. *in cap. is qui. 18. de sent. excom. in 6.* & ibi gloss. *verb. in jure.* Pirhing. *lib. 3. decret. tit. 40. n. 19. in fin.* & quod celebrans in Ecclesia polluta, quæ erat consecrata, ab ingressu Ecclesiæ tantum sit suspensus, dicit Gavant. *in manual. Episcop. verb. Ecclesiæ reconciliatio. num. 15.* ubi Sylvest. *verb. Consecratio. 2. quæs. 9.* Si vero celebret post interdictum ab Episcopo factum, celebrans est ab officio, & beneficio suspendendus, juxta tex. *in cap. tuarum, de privileg.* & ibi gloss. *verb. pœna suspensionis.* Antonell. *de loc. legal. d. lib. 1. cap. 3. num. 53.*

41 Polluitur vero Ecclesia primo injuriosa sanguinis humani effusione in ea facta. *cap. Ecclesiis. 20. de consecr. dist. 1. cap. fin. de consecr. Eccles. cap un. eod. in 6. cap. Ecclesiis 3. dist. 68. cap. tuarum, de privileg.* Quæ sanguinis effusio debet esse injuriosa, & voluntaria. Suarez *de Sacram. disp. 81. quæs. 83. sect. 4. §. 2.* Passerin. *de pollut. Eccles. p. 6. per tot.* Murga *tom. 1. disquis. tract. 2. disquis. 2. per tot.* quos citat & sequitur Gonzal. *in cap. cœmeteria vero num. 6. de consecr. Eccles.* Unde effusio sanguinis per jocum accidens, etiam in magna quantitate, non violat Ecclesiam. Suarez *loc. cit.* Dian. *p. 11. tr. 2. res. 58.* Gonzal. *loc. cit.* & quod debeat effusio esse voluntaria, tenet etiam Riccius *in prax. pollut. Eccles. in p. 3. res. 257.* Debet etiam esse in magna quantitate, nec polluitur modica sanguinis missione, ut si guttatim effundatur in una aut altera gutta; quia effusio denotat abundantiam. Riccius *loc. cit. & res. 261.* Dian. *loc. cit.* Azor. *p. 1. inst. mor. lib. 10. cap. 26. quæs. 13.* Pax Jordan. *d. lib. 5. tit. 12. n. 46.* Barbos. *de potest. Episc. alleg. 28. num. 35.* Quando vero dicatur effusio sanguinis in magna quantitate, remittitur a plurimis DD. arbitrio Episcopi. Ita Jordan. *loc. cit.* Laym. *in Theol. moral. lib. 5. cap. 5. tr. 5. n. 8.* gloss. *in cap. cum illorum. verb. effusionem, de sent. excom.* nec, secundum Laym. *loc. cit. num. 8.* Antonel. *de regim. Eccles. lib. 1. cap. 16. num. 14.* polluitur copiosa sanguinis effusione orta ex percussione, aut injuria levi, & non mortaliter peccaminosa, & quod non polluatur, si ob percussionem pugno, aut alapa factam, fiat effusio sanguinis ex naribus etiam in magna quantitate, ex quo nasus sit organum facile ad sanguinis effusionem, defendunt P. Pirhing *d. lib. 3. decret. tit. 40. n. 11.* Dian. *p. 6. tr 6. res. 24.* Barbos. *de offic. Episc. d. alleg. 28. n. 36.* ubi Navarr. *in manual. cap. 2. 92.* Thom. Del Bene *de immun. Eccles. p. 1. cap. 2. dub. 2. sect. 2. n. 48,* & alii; quamvis Passerin. *de pollut. Eccles. lib. 6. cap. 4.* contrarium teneat. Porro non obstat, quod sanguis effusus in terram non decidat, sed effluat, aut excipiatur in aliquod vas &c. Gonzal. *loc. cit.* Riccius *d. resol. 257.* Antonel. *loc. cit. num. 1.* gloss. *in cap. un. de consecr. Eccles. in 6. verb. sanguinis.* & alii. Similiter polluitur Ecclesia, si percussio fuit facta in Ecclesia, licet effusio sanguinis sit facta extra illam; quia forsan percussus statim ab inimicis percutientibus auffugit. Riccius *loc. cit. res. 258.* Gonzal. *in d. cap. cœmeteria vero. num. 6. de consecr. Eccles.* Azor. *inst. mor. p. 1. lib. 10. cap. 26. q. 13.* Antonel. *loc. cit. nu. 2.* Laym. *in Theol. mor. d. lib. 5. tract. 5. cap. 5. num. 7.* Pirhing *d. tit. 40. num. 11.* apud quos alii; a qua etiam tanquam communiori non ausus est recedere Antonel. *de loc. legal. d. cap. 3. num. 39.* Dian. *p. 6. tr. 6. res. 47.* quamvis contraria non parum eisdem arriserit, a qua tamen cit. Dian. absolute recessit *in p. 11. tr. 2. res. 58. vers. nota hic obiter.* Contrarium defendit etiam Thom. Del Bene *loc. sup. cit. num. 51. seqq.* quod nempe Ecclesia tunc non polluatur.

Hinc non polluitur Ecclesia ex percussione etiam 42
gravi cum carnis contusione, ossium fractione &c. nisi adsit effusio sanguinis, *DD. cit.* nisi percussio in Ecclesia facta fuerit cum tumore tali, ut iste tumor debuerit scindi cum sanguinis effusione etiam extra Ecclesiam. Antonel. *loc. cit. num. 2. de regim. Eccles.* Passerin. *loc. cit. lib. 6. cap. 4.* Barbos. *d. alleg. 28. num. 35. ad med.* & quod non polluatur Ecclesia ex percussione quomodocumque gravi, citra mortem tamen, nisi adsit sanguinis effusio, docet etiam Pax Jord. *d. lib. 5. tit. 12. n. 48.* ubi Abb. *in cap. proposuisti. num. 4. de conser. Eccles.* Imo nec polluitur sanguinis effusione ex mortuo, etiam a vulnere cum peccato mortali causata, ut si cadaver ad Ecclesiam delatum feriretur a superveniente inimico, & sanguis efflueret. Barbos. *uti supra num. 32.* Jordan. *n. 53.* Thom. Del Bene *de immun. Eccles. p. 1. cap. 2. dub. 2. sect. 2. num. 49.*

Secundo polluitur Ecclesia homicidio in eadem com- 43
misso. *cap. si motum, de consecr. dist. 1. cap. proposuisti, de consecr. Eccles.* glos. *in cit. cap. un. de consecr. Eccles. in 6. verb. sanguinis.* Etiamsi sequatur sine sanguinis effusione. *DD. cit.* quamvis occideretur infidelis, Judæus, hæreticus, excommunicatus &c. Juxta Pac. *d. tit. 12. num. 12.* quod tamen limitat Gonzal. *in d. cap. cœmeteria. num. 6. circa fin.* in casu, quo percussio fit quidem in Ecclesia absque sanguinis effusione, sed mors extra illam sequitur; nam tunc non censeretur Ecclesia violata, & citat Suarez *de Sacram. disp. 81. q. 83. sect. 4.* Passerin. *de pollut. Eccles. p. 5. cap. 2. & 5. per tot.* Dian. *p. 6. tr. 6. res. 26.* & alios. Contrarium tenet Laym. *in Theol. mor. lib. 5. tr. 5. cap. 5. num. 8.* & alii apud cit. Dian. & est conformior sententiæ *nu. 41.* traditæ. Vel si vulnus fuit inflictum extra Ecclesiam, quamvis mors secuta sit in Ecclesia. Passerin. *loc. cit.* Polluitur vero per homicidium in Ecclesia consummatum etiam sine sanguinis effusione. Idem *cap. 6.* Riccius *in prax. d. res. 258. d. p. 3.* Piasec. *in prax. p. 1. cap. 5.* nisi illud esset mere casuale. Passerin. *cap. 8.* In dubio vero an intervenerit culpa mortalis, vel levis, Ecclesia præsumitur polluta. Idem *cap. 9.* vel esset omnino involuntarium per coactionem, secus si secundum quid. Idem *cap. 12.*

Similiter non polluitur, quando ictus fuit directus 44
in unum, & loco illius præter intentionem fuit alter occisus. Idem Passerin. *cap. 13. & 16.* sicut nec polluitur, quamvis vulnus esset mortale, & mors certo secutura in Ecclesia, tamen illa contigit ex alia causa, uti ex fulmine &c. secus, si ex medicorum imperitia. Idem *loc. cit.*

Sic non polluitur ex homicidio casualiter commis- 45
so; quia tunc deest voluntarium, & caret culpa. *cap. fin. de homicidio.* Gonzal. *l. c.* Nec polluitur homicidio justo pro necessaria suæ vitæ defensione commisso; quia tunc injuriosum non est. *L. ut vim. ff. de just. & jur. cap. 3.*

cap. 3. *de homicidio.* Passerin. *d. p.* 5. *cap.* 29. Gonzal. *l. c.* Jordan. *d. tit.* 5. *tit.* 12. *nu.* 37. Barbos. *de potest. Episc. d. alleg.* 28. *nu.* 16. & 17. Farin. *in pract. crim. tit. de homic. quæs.* 125. *num.* 22. servato tamen moderamine inculpatæ tutelæ, de quo *DD. cit.* nec per homicidium commissum a furioso, ebrio, puero, dormiente &c. ob rationem prædictam, de quibus Jordan. *loc. cit. num.* 33. *seqq.*

46 Polluitur tamen per homicidium jussu Judicis in Ecclesia factum; nam quamvis sit sententia forte justa quoad pœnam, est tamen executio injuriosa Ecclesiæ quoad locum. Gonsial. *loc. cit.* Jordan. *ubi supra nu.* 10. Barbos. *d. alleg.* 28. *num.* 25. secus tamen si sola sententia mortis fuisset lata in Ecclesia, sed illius executio extra illam. *DD. cit.*

47 Sic etiam polluitur per abortum fœtus animati procuratum in Ecclesia secuto effectu, nisi is per accidens contigerit ad defensam cum moderamine inculpatæ tutelæ. Passerin. *cap.* 25. & 30. Item ex occisione sui ipsius post usum rationis, & sanæ mentis, forte ex desperatione facta. Jordan. *loc. cit. num.* 13. gloss. *in cap. proposuisti, de consecr. Eccles. in fin.* ubi de illo, qui ex desperatione in Ecclesia se suspendit.

48 Tertio polluitur Ecclesia humani seminis effusione in ea facta. *cit. cap. si motum. cap. Ecclesiis, de consecr. dist.* 1. *cap. fin. de consecr. Eccles. cap. un. eod. in* 6. *cap. significasti.* 5. *de adult.* Passerin. *loc. cit. p.* 7. & *DD. supra cit.* etiamsi fiat etiam in modica quantitate, quia effusio etiam unius guttæ est mortaliter peccaminosa, cum in hoc non detur parvitas materiæ, & sic Ecclesiæ graviter injuriosa. Dian. *p.* 11. *tr.* 2. *res.* 58. Jordan. *d. tit.* 12. *num.* 108. & 109. quamvis semen non perveniat ad pavimentum, dummodo fiat in Ecclesia. Dian. *loc. cit.* Debet tamen esse voluntaria; unde per nocturnas pollutiones quæ fiunt in somnis, etsi forte contingerent ex culpa præcedenti, vel quæ ex impetu accidunt forte in aliquo juvene ob visam formosam mulierem &c. non violaretur Ecclesia. Dian. & Jordan. *ll. cit.* Riccius *d. p.* 3. *res.* 257. *num.* 6. neque quæ fiunt a furioso, amente, ebrio, & similibus. Jord. & *DD. cit.*

49 Polluitur vero per quamcunque seminis humani effusionem, aut copulam carnalem, sive illicitam, sive licitam cum propria uxore. *DD. cit.* quamvis quoad hoc ultimum videatur adesse aliqua altercatio inter Doctores: communiter tamen concludunt, quod etiam copula matrimonialis inter conjuges polluat Ecclesiam, nisi iidem cogerentur diu morari in Ecclesia, ut in obsidione &c. nec possent se continere. Ita Gonzal. *loc. cit. num.* 7. Antonel. *de regim. Eccles. d. lib.* 1. *cap.* 16. *nu.* 4. Sanchez *de matrim. lib.* 9. *disp.* 15. *num.* 7. ubi late. Bonac. *de matrim. quæs.* 4. *punc. ult. num.* 6. Jordan. *d. tit.* 12. *num.* 113. & apud illos alii, quos pro emergentia casus consulere poteris. An vero polluatur Ecclesia seminis humani effusione, si actus luxuriosus sit quidem in Ecclesia inchoatus, sed effusio seminis extra illam sequatur? affirmative cum communi Resp. apud Antonel. *de loc. legal. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 29.

50 Porro ut prædicta locum habeant, plura requiruntur; & primo quidem requiritur, quod dicti actus fiant in Ecclesia, ut supra dictum: etiamsi injuriam inferens sit extra Ecclesiam. Hinc si aliquis extra Ecclesiam positus jaculum mittat in aliquem in Ecclesia existentem, illumque vulneret cum sanguinis effusione, aut illum occidat, violaretur, & pollueretur Ecclesia; non vero si aliquis in Ecclesia existens jaculo feriat, aut occidat aliquem extra Ecclesiam existentem. Azor. *mor. p.* 1. *d. lib.* 10. *quæs.* 13. *vers. quæres. in fin. cap.* 26. Barbos. *d. alleg.* 28. *num.* 26. Thom. Del Bene *de immun. Eccles. p.* 2. *cap.* 2. *dub.* 2. *sect.* 2. *n.* 6. *seqq.*

51 Nomine vero Ecclesiæ quoad hunc effectum intelligitur totum illud spatium, quod pertinet ad internum corpus Ecclesiæ a tecto inferiori usque ad pavimentum, & a parte interna portæ majoris ipsius Ecclesiæ usque ad ultimum parietem capellæ, seu Altaris majoris. Antonel. *de Loc. legal. d. cap.* 3. *num.* 34. Barbos. *de potest. Episc. d. alleg.* 28. *num.* 45. Jordan. *d. tit.* 12. *num.* 72. Hinc si effusio sanguinis, aut seminis humani, aut homicidium &c. fiat super tectum dictæ Ecclesiæ, aut subtus eam, ut in cryptis, aut aliis locis subtus Ecclesiam ædificatis, non esset polluta Ecclesia. Jordan. *l. c. n.* 86. Antonel. *loc. cit. num.* 35. & *de regim. Eccles. d. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 12. gloss. *in cap. un. verb. sanguinis de consecr. Eccles. in* 6. Ricc. *in prax. p.* 1. *res.* 479. Navar. *in man. cap.* 27. *num.* 256. Laym. *in Theol. mor. d. lib.* 5. *tr.* 5. *cap.* 5. *num.* 7. quod tamen diximus de cryptis, intellige de illis, quæ non sunt ad divinum cultum aut sepulturam fidelium destinatæ, nam in cryptis illis, seu subterraneis sacellis, quæ in aliquibus Ecclesiis, maxime subtus chorum adsunt, & effodiuntur, in quibus etiam Missæ celebrantur, aliter esset dicendum, ac proinde si in illis committeretur aliquod ex supra dictis delictis, pollueretur Ecclesia, sicut etiam in sepulchris; quia etsi sint, & videantur infra pavimentum, tamen reputantur pars Ecclesiæ, & patet aditus ad ea per ipsam Ecclesiam. ita Jordan. *loc. cit. num.* 87. 88. & 89. Sanchez *ut infra n.* 27.

Si delictum sequatur in Sacristia, aut cœmeterio, 52
seu alio loco a reliquo Ecclesiæ corpore per parietem intermedium separato, licet de uno ad alterum ingressus pateat, non per hoc polluitur Ecclesia. *cap. un. de conser. Eccles. in* 6. Barbos. *d. alleg.* 28. *num.* 45. Antonel. *l. cit.* Sanchez *ut infra num.* 31. Neque si sequatur in Ecclesiæ cubiculis, etiamsi sint constituta ad audiendum Sacrum ex eis. Jordan. *loc. cit. num.* 80. Sanchez *de matrim. lib.* 9. *disp.* 15. *num.* 29. Multo minus si sequatur in Campanili. *DD. cit.* quamvis e contrario, si polluatur Ecclesia, polluatur etiam cœmeterium eidem contiguum. Antonel. *loc. cit.* Jordan. *num.* 91. *seqq.* ubi quod dicatur contiguum, quando tangit Ecclesiæ parietes, non vero si adsit murus intermedius, quem vide.

Bene vero pollutio Ecclesiæ potest cadere in scalis, 53
per quas ab una parte Ecclesiæ, ad aliam ascenditur. Item in Confessionariis, quæ sunt intra Ecclesiam, nisi cellula, in qua sedet Confessarius, esset intra concavam parietis sita, tenuique quodam pariete ex lateribus &c. ducto, fenestella cratibus obducta, separata a loco, in quo existunt pœnitentes in Ecclesia, juxta Sanchez *loc. cit. num.* 34. Jordan. *num.* 81. Item in pulpitis, in choro, etiam Monialium, quamvis sit aliqualiter clausus & separatus. Sanchez *loc. cit. n.* 33. Jordan. *num.* 77. Item in organo, & universim in iis, quæ sunt intra Ecclesiam, de quibus late Passerin. *de pollut. Eccles. disp.* 2. *a cap.* 34. *ad* 49. & *DD. cit.* Sicut & in capellis intra Ecclesiam constructis; quia faciunt unum corpus cum ipsa Ecclesia, & sunt illius partes integrales. Jordan. *n.* 73. Sanchez *sub num.* 31.

Proprie tamen non cadit in omni loco sacro, sed 54
tantum in Ecclesia, aut cœmeterio; quia sacri Canones loquuntur tantum de istis: neque in omni Ecclesia, sed tantum in consecrata, vel benedicta; & ideo si Ecclesia non esset saltem benedicta, non pollueretur, neque reconciliatione indigeret. Barbos. *in cap. tuarum. n.* 10. *de priveleg. & de offic. & potest. Episc. d. alleg.* 28. *num.* 22. Navar. *in man. cap.* 16. *num.* 3. *vers. interrogatus autem.* Bonac. *de matr. d. q.* 4. *punc. ult. nu.* 9. apud Antonel. *de loc. legal. d. cap.* 3. *num.* 40. Jordan. *d. tit.* 12. *num.* 22. & 24. Passerin. *loc. cit. disp.* 2. *cap.* 2. Sanchez *loc. cit. num.* 24. Pirhing *lib.* 3. *decret. tit.* 40. *num.* 18. Neque cadit in Oratoriis privatis absque Episcopi auctoritate constitutis, in carceribus publicis, hospitalibus, eremitoriis, aut domibus privatis, aut Oratoriis Regularium &c. quia non sunt benedicta, etiamsi de licentia Episcopi in illis missæ celebrentur. Dian. *p.* 9. *tr.* 1. *res.* 32. *sub vers. not. hic obiter.* Bonacin. *loc. cit. num.* 9. Jordan. *num.* 26. vide Sanchez *loc. cit. num.* 39. Jordan. *num.* 27. ubi id limitant in dictis oratoriis privatis, si fuerunt erecta auctoritate Episcopi, quamvis adhuc non benedicta; quia loca sacra censentur, iisdemque privilegiis gaudent, per glos. *in cap. fin. verb. non consecrata, de consecr. Eccles. vel Altar.* Del Bene *de immun. d. p.* 1. *cap.* 2. *dub.* 2. *sect.* 7. *a n.* 10. quamvis multi apud eundem contrarium teneant; quorum opinionem etiam nunc servari in praxi testatur idem Del Bene *ibid. n.* 13. circa reconciliationem. Neque cadit in Oratoriis, quæ sunt in Palatiis Cardinalium, vel Episcoporum. Passerin. *loc. cit. cap.* 12. Neque in Ecclesiis infidelium, nisi fuerint consecratæ, aut benedictæ, sicut neque in Ecclesiis totaliter auctoritate Episcopi destructis, vel etiam sine illa, ut amplius reædificari non possint, aut certe illas reædificandi spes non adsit; secus si sunt diutæ ad finem ut reædificentur, de quibus, & aliis, vide Passerin. & Jordan. *ll. cit. & n.* 25.

Ulte-

55 Ulterius, ut Ecclesia sit polluta, requiritur publicitas, & notorietas saltem facti actionis polluitivæ, scilicet vel per confessionem Rei, vel per evidentiam facti. Del Bene *d. cap. 2. dub. 2. sect. 2. a num. 22.* nec sufficit quod populus fuerit præsens actioni, nisi etiam illam actionem adverterit. Passerin. *de pollut. Eccles. disp. 4. cap. 2.* Riccius *in prax. p. 1. ref. 479. sub num. 1.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. d. alleg. 28. num. 37.* Antonel. *de loc. legal. d. cap. 3. num. 44. & de regim. Eccles. d. lib. 1. cap. 16. num. 11.* ubi de communi. Ubi quod occulta illa actio polluitiva dicatur non solum, quando nulli adsunt testes, sed etiam quando id per testes probari potest, non tamen est publica fama notata, per glos. communiter receptam. *in cap. de manifesta. 2. q. 1.* Jordan. *d. tit. 12. num. 63.* Barbos. *d. alleg. 28. num. 39.* ubi quod occultum dicitur, si actus in præsentia paucorum privatorum hominum contingat: quia taliter gestus, interim dum non publicatur propter eorum taciturnitatem, occultus dicitur, neque sufficit, quod duo, vel tres adverterint. Idem Passerin. *cap. 4.* decem tamen forte sufficerent. cit. gloss. *in cap. de manifesta. 2. q. 1. vers. pluribus.* Menoch. *de arbitr. cas. 166. num. 2.* Neque si tres, aut quatuor testes tantum id sciant, modo auctor criminis non sit accusatus in judicio. Antonel. *ll. cit.* Ricc. *in prax. p. 3. resol. 260. num. 1.* etiamsi id neget, & probatur ex glos. *in cap. Deus omnipotens. 2. q. 1. §. quando autem, verb. Judicis.* vide etiam tex. & glos. magnam *in cap. significasti. 5. de adult.* Specul. *in p. 3. tit. de notor. crimin. §. sequitur, cum duobus seqq.* Panorm. *in cap. vestra, de cohab. Cler. & in cap. cum in tua, de sponsal.* Sed requiritur, quod magna pars populi advertat, licet non sit major juxta arbitrium Judicis, de quo vide Menoch. *d. cas. 166. per tot.* Mascard. *de probat. concl. 1101.* Farin. *q. 21. per tot.* Jordan. *d. tit. 12. a num. 61. seqq.* apud quos alii. Sufficit tamen, si complicum multitudo, & non alii advertant. Passerin. *loc. cit. cap. 6.* Præterea non sufficit, quod actio fuerit nota, sed debet de præsenti esse nota, ut sit locus reconciliationi. Passerin. *loc. cit. cap. 7.* Neque sufficit, quod in foro externo possit probari, vel ad forum contentiosum fuerit deducta, nisi mox esset publicanda. Idem *cap. 10.* Neque sufficit judicialis probatio, nisi populus credat: neque publica fama, nisi sit credibilis. Idem *cap. 14.*

56 Pollutio itaque occulta non indiget reconciliatione, nec impedit celebrationem Missarum, quamdiu latet. Antonel. *ll. cit.* Navar. *in man. cap. 27. num. 256.* Azor. *inst. mor. p. 1. lib. 10. d. cap. 26. quæs. 13. vers. quinto. ad fin.* Riccius *d. ref. 260.* Jordan. *loc. cit. num. 61. & 67.* ita ut possit interim celebrare etiam sacerdos ille, qui hujus delicti notitiam habet, imo & ille, qui commisit delictum Ecclesiæ polluitivum. Riccius & Jordan. *ll. cit.* Del Bene *uti supra num. 25.* An vero requiratur sententia Episcopi declaratoria, dicemus infra *num. 64.* Si vero pollutio facta fuerit manifesta, ac publica, seu secuta divulgatione delicti pollutionem inducentis, opus erit reconciliatione, etiamsi tempore quo delictum mansit occultum, Missa fuisset celebrata. Jordan. *loc. cit. num. 68.* Antonel. *de Regim. Eccles. d. cap. 16. nu. 11. in fin. vers. quando vero.* Riccius *in prax. p. 3. ref. 262.* Quod tamen Jordan. *num. 70.* remittit arbitrio Judicis, si post plures menses, & annos primum fieret pollutionis revelatio. Imo Gavant. *in manual. Episc. verb. Ecclesiæ reconciliatio. num. 14.* dicit, quod si hodie polluatur Ecclesia, & ignoratur, & post octo dies ad notitiam venerit, intereaque fuerit celebratum, non sit opus reconciliatione, & citat Alfon. Castr. *lib. 2. cap. ult. in fin. de leg. pœnal.* cui adhærere videtur Riccius *d. ref. 262.* Zerol. *in prax. verb. pollutio Eccles. §. 5.* Del Bene *l. c. sect. 11. num. 5.* ubi DD.

57 Ulterius, & pro tertio polluitur Ecclesia sepultura fidelis excommunicati, vel infidelis, & de excommunicato est textus *in cap. consuluisti, de consecr. Eccles.* Passerin. *de pollut. Eccles. p. 8. per tot.* Azor. *d. p. 1. moral. lib. 10. cap. 26. quæs. 13. vers. Tertio.* Barbos. *de potest. Episc. d. alleg. 28. num. 52.* Pax Jordan. *d. tit. 12. num. 123.* & de infideli est textus *in cap. Ecclesiam, de consecr. dist. 1.* Azor. *loc. cit. vers. quarto. & DD. cit.* quod tamen limitat Frances *de Eccles. Cathedr. cap. 26. num. 180.* ubi Victorel. *in not. ad Possevin. de offic. Curati. cap. 14.* si solum per paucum temporis spatium tale corpus fuerit tumulatum, & postea statim fuerit extractum. Quorum corpora proinde, quatenus ab aliis discerni possint, erunt exhumanda & in locum profanum projicienda. *cit. cap. Ecclesiam. cap. sacris, de sepultur.* & hoc antequam Ecclesia reconcilietur. *DD. cit.*

Limita primo, quia hodie post extravag. Martini 58
V. *ad evitanda.* Ecclesia solum polluitur sepultura excommunicati publice denunciati, aut notorii Clerici percussoris. Jordan. *loc. cit. num. 125.* Gonzal. *in cap. cœmeteria. num. 8. de consecr. Eccles.* Ciarlin. *contr. for. cap. 26. num. 31.* Antonel. *de regim. Eccles. d. lib. cap. 16. num. 8.* ubi Navar. *in man. cap. 27. nu. 35.* Bonacin. *de matrim. q. 4. punc. ult. num. 22.* hinc non polluitur Ecclesia per sepulturam hæreticorum in Germania, quamvis hæretici sint excommunicati; quia non sunt nominatim, & publice denunciati, ac vitandi, sed tolerati. Laym. *in Theol. mor. lib. 5. tr. 5. cap. 5. sub num. 8.* Del Bene *loc. cit. sect. 5. num. 3.* P. Pirhing *lib. 3. Decretal. tit. 40. num. 13.* & faciunt tradita per Navar. *loc. cit. & cons. 15. nn. 2. de hæretic. in mea impressione.* Jordan. *loc. cit. num. 127.* quamvis tales non gauderent sepultura Ecclesiastica juxta superius dicta *in prax. censuræ. num. 49.* & sic essent exhumandi.

Limit. secundo in excommunicato, qui dedit signa 59
pœnitentiæ, quia talis foret etiam post mortem absolvendus, & sic ob suam pœnitentiam sepultura Ecclesiastica gauderet, juxta dicta in prax. *censuræ d. n. 49.* Barbos. *d. alleg. 28. num. 52.* Antonel. *loc. cit.* Jordan. *nu. 130.* Del Bene *d. sect. 5. num. 10.* & probatur ex *cap. is cui.* ibi: *nisi pœnituerit. de sent. excommun. in 6.*

Limit. tertio quod diximus de infideli, in Catechu- 60
meno, quia præsumitur decessisse cum Baptismo flaminis. Bonac. *loc. cit. num. 23.* Barbos. *num. 53.* ubi Ugolin. *de potest Episc. cap. 29. §. 5.* Limita quarto in filio fidelis mortuo sine Baptismo: quia quamvis talis non debeat sepeliri in loco sacro, si tamen actualiter in loco sacro sepeliatur, ex illa sepultura non violaretur Ecclesia; nam talis non est proprie gentilis, aut infidelis, Passerin. *de pollut. Eccles. disp. 8. cap. 21.* Jordan. *loc. cit. nu. 121.* ubi Ugolin. *d. cap. 29. §. 5. in fin.* & Sayr. *lib. 5. cap. 16. num. 24.* apud Bonac. *loc. cit.* qui tamen tenet, per hanc sepulturam Ecclesiam violari, ubi Suarez Coninch. & alii. Hoc unum est, quod notat Jordan. *loc. cit.* quod simile cadaver, quatenus possit ab aliis discerni, sit exhumandum, prout dicitur de aliis cadaveribus in loco sacro sepeliri prohibitis, quamvis illorum sepultura Ecclesiam non polluat. Potest tamen infans non baptizatus, si in utero matris mortuus sit, una cum matre fideli in loco sacro sepeliri, ut supra diximus. Pirhing. *loc. cit. num. 14.* Laym. *d. cap. 5. num. 8. in fin.* Si tamen infans non baptizatus esset filius infidelium, Ecclesiam violaret. Bonac. *l. c.* secus si tantum unus ex genitoribus esset infidelis, alter vero fidelis, etiam in dubio. vide Passerin. *loc. cit.*

Quarto polluitur Ecclesia juxta aliquos, si ab Epi- 61
scopo excommunicato non tolerato, seu denunciato, aut notorio Clerici percussore consecratur, vel benedicitur. Hostiens. Jo. Andr. & Panorm. *in cap. consuluisti, de consecr. Eccles.* Angel. *verb. consecr. Ecclesiæ. num. 6.* Zerol. *in prax. verb. pollutio. §. primo.* Azor. *d. lib. 10. cap. 26. q. 13. vers. quinto.* Bonac. *de matrim. d. quæs. 4. punc. ult. num. 22.* ubi de communiori. Jordan. *d. tit. 12. num. 132. seqq.* Alii tamen negant, eo quod iste casus non sit expressus in Jure, & in pœnalibus non sit facienda extensio, nec valeat argumentum a pari. Ita Suarez, Thom. del Bene *d. sect. 5. num. 16.* Ugolin. & alii apud Passerin. *loc. cit. disp. 3. cap. 3.* Pirhing ubi de veriori. *d. tit. 40. num. 15.* Gonzal. *in d. cap. cœmeteria. num. 8. ad med.* Antonel. *de regim. Eccles. d. cap. 16. num. 10.* apud quos alii; quia pollutio supponit Ecclesiam jam consecratam, & quatenus etiam prima sententia tenenda foret, illa solum procederet quoad necessitatem dictam Ecclesiam reconciliandi, non vero quoad effectum validitatis; cum etiam excommunicatus, aut hæreticus, si debitam formam alias servet, valide Ecclesiam consecret. Jordan. *l. c. num. 136.* Antonel. & *DD. cit.* & quod tamen Ecclesiæ, si ab hæreticis consecratæ, vel occupatæ fuerint, debeant a Catholicis reconciliari, tenet etiam ipse Gonzal. *d. num. 8. in fin.* ubi allegat Concil. Aurel. *1. can. 11.* maxime si hæretici in eadem sepulti fuerint. Thom. Del Bene *de immun. Eccles. d. d. p. 1. cap. 2. dub. 2. sect. 13. num. 3.* Quamvis alias Ecclesia non polluatur per exercita hæreticæ Religionis

ligionis, ut dicit idem Del Bene *loc. cit. num.* 5. ubi etiam *num.* 6. subjungit, quod si ab aliqua Ecclesia prius consecrata, & postea ab hæreticis occupata, dicti hæretici expellantur, satis sit, si per Episcopum visitetur, inspiciatque, num altaria fracta sint, ipsamque aqua benedicta aspergat, seu ut id alicui Sacerdoti committat, quod si tamen Missa in eadem celebranda sit, altare portatile adhibeat, saltem ad cautelam.

62 Et tandem polluta videtur Ecclesia, ita ut reconciliationem indigeat, si diu fuit absque tecto, & absque januis, plena spurcitiis, animalibus, hominumque usui patens. Ita Del Bene *d. sect.* 13. *num.* 4. citans Durand. *lib.* 1. *rational. cap.* 6. *num.* 41. ubi, quod non sit forte malum, eam in tali casu solemniter ab Episcopo reconciliari; ob alia vero delicta in Ecclesia commissa, puta blasphemiam, furtum sacrilegum &c. non polluitur Ecclesia. vide *DD. cit.*

Porro pollutio Ecclesiæ non est proprie pœna, sed
63 signum indecentiæ. Passerin. *de pollut. Eccles. disp.* 2. *cap.* 5. Differt ab execratione; quia polluta Ecclesia, polluuntur etiam omnia altaria, in ea existentia, sicut & cœmeterium &c. Econtra vero execrata Ecclesia per incendium, ruinam, decrostationem parietum &c. si altaria remaneant intacta, non sunt execrata. Del Bene *de immun. Eccles. d. cap.* 2. *p.* 1. *dub.* 2. *sect.* 15.

64 Pollutionis Ecclesiæ effectus sunt plures. Primo, quod non possit celebrari in Ecclesia polluta. *cap. Ecclesiam.* 1. *& 2. de consecr. dist.* 1. *cap. is qui, de sent. excom. in* 6. ita ut mala fide celebrans, quando pollutio Ecclesiæ est publica, mortaliter peccet peccato sacrilegii, juxta DD. apud Del Bene *l. c. sect.* 11. *num.* 8. An vero ut iste effectus locum habeat, sit necessaria sententia declaratoria, vel sufficiat publicitas facti, non conveniunt DD. & quod requiratur sententia declaratoria, tenent Dian. *p.* 6. *tract.* 6. *resol.* 27. Del bene *l. c. sect.* 2. *num.* 27. Sed Suarez, Mazzuchel. Fagund. Alterius, & alii apud Passerin. *disp.* 9. *cap.* 2. tenent, sufficere publicitatem facti, & quas pœnas incurrat celebrans in Ecclesia polluta sive ante, sive post interdictum Episcopi, vide supra *num.* 40. Si vero violetur Ecclesia, dum aliquis Sacerdos celebrat, an debeat a celebratione cessare? affirmative resp. si nondum ad Canonem pervenerit: si vero ad Canonem jam pervenerit, illumque inchoaverit, pergere debet. Laym. *in Theol. mor. lib.* 5. *tr.* 5. *cap.* 5. *num.* 13. Bonacin. *de matrim. quæs.* 4. *punc. ult. num.* 24. An autem possit quis celebrare de licentia Episcopi, & an possit Episcopus hanc licentiam dare urgente necessitate, vide Jordan. *d. lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 151. ubi DD. pro & contra. & apud Barbos. *de Offic. Episc. d. alleg.* 28. *num.* 61. & quamvis affirmativæ adhærere videatur Gavant. *in man. Episc. verb. Ecclesiæ reconciliatio. num.* 8. tamen *num.* 9. dicit, tutius esse in tali casu concedere, quando Episcopus ob distantiam illam reconciliare statim non posset, ut in loco non sacro celebretur attento Jure communi, vel post Tridentinum in Oratoriis privatis, aut locis ad divina destinatis. Barbos. *loc. cit. num.* 62.

65 Secundo, non possunt in Ecclesia polluta ministrari Sacramenta, nec divina officia celebrari etiam secreto: uti nec horæ Canonicæ a Clericis, exceptis Laicis. Passerin. *cap.* 31. Jordan. *d. tit.* 12. *num.* 137. & 138. Tertio prohibetur in Ecclesia polluta sepultura, nisi urgente necessitate de licentia Episcopi, ut si alius non adesset locus. Passerin. *cap.* 47. Barbos. *d. alleg.* 28. *nu.* 54. Jordan. *loc. cit.* Limita in Sacramento Baptismi, quod potest administrari etiam in Ecclesia polluta; quia potest administrari in Ecclesia etiam tempore interdicti. *cap. non est nobis in fin.* ibi: *præter Baptismum, de sponsal. cap. quoniam, de sent. excom. in* 6. Ugolin. *de censur. tab.* 5. *cap.* 7. §. 4. *num.* 1. & *de potest. Episc. p.* 2. *cap.* 29. §. 7. *vers.* 2. Jordan. *d. lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 140. Passerin. *loc. cit. cap.* 9. & 10. tam parvis, quam adultis, tam sanis, quam infirmis. Idem. *cap.* 12. & 13. etiam solemniter. *DD. cit.* & possunt etiam suppleri solemnitates, & cæremoniæ Baptismi privatim administrati. Passerin. *cum DD. cit. cap.* 16. & 17. Limita secundo quoad Confirmationem, juxta tex. & Abb. *in cap. responso.* 43. *vers. præterea, de sent. excom. d. cap. quoniam. eod. in* 6. Antonel. *de Regim. Eccles. lib.* 2. *cap. ult. num.* 5. & plures apud Passerin. *cap.* 18. eo quod confirmatio sit accessoria Baptismi, & sic concesso principali videatur etiam concessum accessorium: contrarium tamen tenent Theologi non pauci, eo quod confirmatio non sit necessaria etiam necessitate præcepti præciso contemptu. Bonacin. *de sacram. disp.* 3. *q.* 1. *punc.* 2. Dian. *p.* 3. *tr.* 4. *res.* 25. & *p.* 5. *tr.* 3. *resol.* 30. Limit. tertio quoad sacramentum Pœnitentiæ, quod potest administrari eodem modo, ac si Ecclesia polluta non esset. Passerin. *loc. cit. cap.* 19. Limita quarto quoad Eucharistiam, quæ potest administrari per modum Viatici tamen, & non aliter. *cap. quod in te, de pœnit. & remiss.* Passerin. *loc. cit.* hinc si urgeret necessitas communicandi infirmum pro Viatico, & Ecclesia ex qua sacrum Viaticum esset sumendum, violata existeret, nec posset illico reconciliari, neque alia existeret Ecclesia, tunc hisce concurrentibus, posset celebrari in ea pro conficiendo Viatico. Jordan. *loc. cit. num.* 147. Ugolin. *d. cap.* 29. §. 7. *num.* 5. Limita quinto in Extrema unctione, quando per accidens esset necessaria ad salutem, uti si infirmus nullum aliud Sacramentum posset recipere. DD. apud Passerin. *loc. cit. cap.* 21. Limita sexto in Sacramento matrimonii, uti videri potest apud Passerin. *cap.* 23. contrarium tenent Antonel. *de regim. Eccles. d. lib.* 2. *cap. ult. num.* 9. & alii, vide supra in prax. *Censuræ Interdicti.* Prohibetur autem exercitium solemne Ordinum, non tamen concionari, nec benedictiones. Passerin. *cap.* 34. & 36.

Quæ prædicta indifferenter locum habent usque ad 66
reconciliationem, etiam in illis diebus, in quibus alias suspenditur Ecclesiæ interdictum a Jure, & permittitur celebratio, quos supra numeravimus in praxi *censuræ interdicti.* & numerantur in *cap. Alma, de sent. excom. in* 6. Gloss. *in cap. tuarum. verb. ad reconciliationem, de privileg.* Jordan. *d. tit.* 12. *num.* 141. ubi Villad. *de irregular. cap.* 5. *num.* 10. Sayr. *de censur. lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 30. Ugolin. *de potest. Episc. cap.* 29. §. 7. *num.* 1. *vers.* 2. quia hoc interdictum Ecclesiæ ob ejusdem pollutionem non est ab homine, sed a Jure. Del Bene *de immun. Eccles. d. p.* 1. *cap.* 2. *dub.* 2. *sect.* 11. *num.* 17.

Differentia vero inter pollutionem Ecclesiæ ab Epi- 67
scopo consecratæ, & Ecclesiæ solummodo benedictæ potissima hæc est, quod Ecclesia consecrata, si polluatur, reconciliari possit a solo Episcopo proprio, vel ab Episcopo extradiœcesano de licentia proprii, nec possit committi simplici Sacerdoti, etiam Vicario, nisi ex summi Pontificis commissione. Del Bene *loc. cit. a nu.* 1. *seqq.* Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 15. Jordan. *d. tit.* 12. *num.* 157. Barbos. *de potest. Episc. d. alleg.* 28. *nu.* 55. & DD. passim, & contrariam consuetudinem vocat corruptelam Barbos. *loc. cit.* Jordan. *loc. cit. num.* 158. Ecclesia vero non consecrata, sed tantum benedicta potest reconciliari a quocumque Sacerdote. vide *DD. cit.* etiam cum aqua lustrali a se ipso benedicta: Et quamvis Jordan. *num.* 160. & Del Bene *num.* 18. dicant non requiri mandatum, aut licentiam Episcopi, ob tex. *in cap. fin. de consecr. Eccles. in fin.* ibi: *aqua protinus exorcizata lavetur*, quod verbum *protinus* non diceretur, si esset expectanda licentia Episcopi, tamen consultum, decens, & consuetum est, id prius Episcopo Ordinario significare. Del Bene *loc. cit.* quando vero reconciliatio Ecclesiæ consecratæ delegatur alteri Episcopo, debet Delegatus uti aqua ab Episcopo Delegante benedicta, cujus formam videre poteris in *Rituali Roman.* & apud *DD. cit.* Potest fieri quacunque die, ut supra diximus de consecratione, modo fiat de mane. vide Jordan. *loc. cit. numer.* 166. ac debeant parietes abradi, diximus supra *num.* 28.

Si ille, qui violavit Ecclesiam, certus sit, ejus ex- 68
pensis reconciliatio fieri debet: si vero violans nescitur, vel est pauper, reconcilianda est expensis Parochianorum. Antonel. *loc. cit. num.* 18. ubi Ricc. *in collectan. decisc.* 3264. Præscindendo a particulari consuetudine cujusvis loci, quæ servanda foret. Antonel. *loc. cit.*

Tandem nota, quod illa, quæ diximus de Eccle- 69
sia, locum habeant in cœmeterio, quod iisdem modis violatur, & reconciliatur, quibus Ecclesia. vide Del Bene *loc. cit. sect.* 11. Si vero adsint duo, vel plura cœmeteria contigua ad eandem Ecclesiam spectantia, an, si unum contingat violari, censeatur violatum

tum etiam aliud contiguum? Resp. negative; quia etsi respectu Ecclesiæ utrumque sit accessorium, tamen quoad se unumquodque principale judicatur, proprioque jure utitur. *cit. cap. un. in fin.* & ibi Glos. *fin. de consecr. Eccles. in 6.* Azor. *inst. moral. d. lib.* 10. *cap.* 26. *q.* 13. *vers. quinto. in p.* 1. Del Bene *loc. cit. sect.* 9. *num.* 6. Jordan. *d. tit.* 12. *num.* 95. ubi *num.* 96. quod tunc dicantur plura cœmeteria, quando ab invicem separantur vel solo pariete intermedio, etiamsi pateat aditus unius ad alterum per portam intermediam. *ex cit. cap. un.* quod si delictum violationis contingeret in porta dividente utrumque cœmeterium, & quidem in medio, illud cœmeterium erit violatum, cujus causa paries, & porta facta fuit, quasi sit illius accessus. Del Bene *loc. cit. num.* 8. Jordan. *ubi supra. num.* 97. quod si porta, seu paries sit factus causa utriusque, vel certe dubium sit, cujus causa sit factus, utrumque pollutum censebitur. *DD. cit.* Pirhing. *d. lib.* 3. *decretal. tit.* 40. *num.* 34.

70 Polluens Ecclesiam injuriosa sanguinis effusione non est tradendus Curiæ sæculari, sed ab Episcopo extrahendus, & puniendus propter sacrilegium. Ciarlin. *contr. for. cap.* 15. *num.* 18. 20. 29. *& per tot.* ubi late, quem proinde vide, & licet sacrilegium sit mixti fori, tamen in hoc casu Judex Laicus non potest prævenire, antequam ab Episcopo fuerit extractus, vel ipse sponte exiverit, quo casu demum potest esse locus præventioni. DD. apud Ciarlin. *loc. cit.* Passerin. *l. c. disp.* 1. *cap.* 13. vide tex. *in cap. cum sit generale.* ubi gloss. Hostiens. Socin. & DD. *de for. comp.* Abb. *in cap. si Clericus Laicum. num.* 1. 2. *&* 12. *de for. comp.* Covar. *var. res. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 18. Gras. *de effect. Cleric. eff.* 1. *num.* 614. 619. *&* 620. Bellet. *Disquis. Cler.* §. 4. *num.* 9. Giurb. *cons.* 70. *a num.* 10. Guazzin. *ad defens. reor. lib.* 1. *defens.* 1. *cap.* 11. *num.* 19. *seqq.* Caball. *resol. crim. cas.* 194. *per tot.* An possit vero tunc Judex Ecclesiasticus præveniendo punire Laicum occidentem alium Laicum in Ecclesia non solum ratione injuriæ Ecclesiæ illatæ, & sic ratione sacrilegii, sed etiam ratione ipsius homicidii, aut delicti mere sæcularis, & sic non solum pœnis spiritualibus, sed etiam temporalibus, vide *DD. cit.* & affirmativam late defendit Ciarlin. *l. c. tot. cap.* 15. ubi refutat contrarium sentientes. Cardin. Tuschus *tom.* 4. *lit. J. concl.* 59. *sub num.* 17. ubi latissime Doctoribus, & auctoritatibus hanc affirmativam comprobat teste etiam Guazzin. *loc. cit.* & quod etiam tunc sit locus præventioni, dicit Del Bene *de immun. Eccles. p.* 2. *cap.* 16. *dub.* 19. *sect.* 10. *num.* 4. *seqq.*

§. IV.

Ecclesiæ privilegia.

71 Ecclesia dicitur in territorio Principis sæcularis quoad protectionem tantum, quoad Jurisdictionem vero soli subest Episcopo. Sperel. *decis.* 104. *n.* 47. quia licet Ecclesia sit in territorio Principis sæcularis, juxta *cap.* 1. *de immun. Eccles. in* 6. non tamen est de territorio. illius Sperel. *loc. cit.* & diximus alibi: & Ciarlin. *contr. for. cap.* 10. *num.* 15. Gras. *de effect. Cleric. eff.* 1. *n.* 617.

72 Hinc Ecclesiæ seu illarum bona sunt immunes a gabellis, & collectis, non tantum Jure positivo, sed etiam divino, & naturali, ut late diximus in verb. *Clericus a num.* 50. *seqq.* Et in illis casibus in quibus ad illas tenetur, non potest ad illas solvendas compelli a Judice Laico, sed tantum ab Ecclesiastico, ex quo talis compulsio sit actus Jurisdictionis, quam non habent Laici in Ecclesia, vel Clericos. ita Nart. *cons.* 311. *sub nu.* 4. Ferret. *de Gabell. num.* 433. Carol. de Gras. *de effect. Cleric. eff.* 3. *num.* 296. ubi DD. quos cum aliis refert, & sequitur Rubeus *in annot. ad decis. Rot. Rom.* 412. *num.* 80. *p.* 9. *rec. tom.* 2. Neque ligari potest statutis Laicorum, nec indirecte. *arg. cap. quanto, de privileg. cap. statutum.* 9. *de hæret. in* 6. Ciarl. *cap.* 17. *nu.* 49.

73 Et Ecclesia gaudet immunitate, etiamsi in illa non celebrentur divina: nam eo ipso quod auctoritate Episcopi fuerit constructa, immunitate gaudebit; quia talis locus est religiosus, & divinis obsequiis dicatus, sufficitque, quod divina celebrari possint in illa, quamvis per accidens non celebrentur. Dian. *p.* 6. *tr.* 1. *res.* 1. *vers. verum ad confirmationem.* ubi Farin. *de immun. cap.* 17. *num.* 258. & alii. Del Bene *de immun. p.* 1. *cap.* 2. *dub.* 2. *sect.* 7. Antonel. *de loc. legal. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 32. ubi Bellet. *disquis. cler. p.* 1. *tit. de favor. cler. real.* §. 4. *num.* 27. Sic etiam Ecclesia non tantum consecrata, sed etiam tantum benedicta auctoritate Episcopi, licet in ea nondum fuerint celebrata divina, est exempta, & soli subest Episcopo, gauderque prædicta immunitate, Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 10. ad tex. in *cap. Ecclesiæ.* ubi Abb. *de immun. Eccles.* Clar. *in* §. *fin. q.* 30. *num.* 4. Covarruv. *lib.* 2. *var. res. cap.* 20. *num.* 4. Ciarlin. *contr. for. cap.* 10. *num.* 6. & hoc etiam licet fuerit polluta, & interdicta. Dian. *loc. cit. vers. nota secundo.* Clar. *loc. cit. num.* 5. Imo licet fuerit destructa, sed sine auctoritate Episcopi, aut cum spe illam reædificandi; secus si sit destructa cum auctoritate Episcopi, sine spe reædificationis. Clar. *loc. cit. nu.* 6. Dian. *ubi supra. vers. verum affirmativæ.* ubi Farin. *d. cap.* 17. *num.* 260. Ambrosin. *de immun. cap.* 10. *num.* 3. *& alii.* Thom. Del Bene *d. dubit.* 2. *num.* 7. *sect.* 14. Sanchez *de matrim. lib.* 9. *disp.* 15. *sub num.* 37. & Farinac. apud Dian. *loc. cit. vers. verum.* extendit prædicta etiam ad Ecclesiam nondum perfecte constructam; nam eo ipso quod auctoritate Episcopi cæpit construi, dicitur locus divinis obsequiis dicatus, & sic gaudet immunitate.

Excipiuntur tamen Oratoria privata; quia illa non 74
gaudent immunitate Ecclesiæ, etiamsi de licentia Episcopi in eis Missæ celebrentur, ex quo illa ad voluntatem Domini domus hodie possint esse Oratoria, & cras camera &c. ita Clar. *l. c. nu.* 7. Del Bene *l. c. sect.* 7. *num.* 16. Sanchez *de matrim. d. disp.* 15. *num.* 39. quod tamen limitatur a Del Bene *l. c. num.* 10. id procedere solum quoad oratoria privata auctoritate erecta, secus quoad Oratoria publica, seu illa, quæ ad publica divina Officia semel ab Episcopo fuerunt deputata, etiamsi forte consecranda, aut benedicenda non sint, ex quo talis Episcopi deputatio æquivaleat benedictioni, & ideo locis sacris annumeranda sint, iisdemque privilegiis ac immunitate gaudeant. & Pax Jordan. *lib.* 5. *tit.* 12. *n.* 27. Ciarlin. *d. cap.* 10. *num.* 11.

Nomine Ecclesiæ ad effectum immunitatis venit to- 75
ta Ecclesiæ fabrica, puta tectum, sacristia, campanile, scalæ, cœmeterium, porticus, & atrium quolibet modo Ecclesiæ adhærentia. *cap. si quis in atrio. & cap. si quis contumax*, ubi Glos. *in verb. adhærentibus.* 17. *q.* 4. Antonel. *de loc. legal. d. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 29. *& de regim. Eccles. d. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 17. Et Ecclesia gaudet immunitate in suo ambitu usque ad quadraginta passus, si sit matrix, & per triginta, si sit alia Ecclesia, de quo Clar. *loc. cit. num.* 2. Antonel. *de regim. Eccles. d. cap.* 9. *num.* 20. Dian. *d. p.* 6. *tr.* 1. *res.* 2. ubi quod non valeat consuetudo in contrarium, dummodo Ecclesia habeat hoc spatium, nec sit occupatum domibus, seu ædificiis Laicorum, secus ædificiis ad Ecclesiam spectantibus existentibus intra dictum spatium. vide Dian. *loc. cit. vers. primum.* hinc confugientes ad januam Ecclesiæ, etiamsi Ecclesiam inveniant clausam; Item amplectentes exterius muros Ecclesiæ, & similes, gaudent immunitate, de quibus vide *DD. cit.* & Dian. *res.* 3. *d. tr.* 1. reliqua vide in verb. *immunitas.*

Ecclesia pluribus aliis prærogativis gaudet, & qui- 76
dem gaudet privilegio fisci temporalis, si subsit identitas rationis, ut valeat argumentum a fisco ad Ecclesiam. Item privilegio militum, alimentorum, dotis, Reipublicæ &c. de quibus, & aliis late Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 13. *per tot.* Item privilegio minorum; imo major est ratio in Ecclesia, quam in minoribus; cum illa magis subjaceat fraudibus; quia regitur tantum alieno arbitrio, minor vero suo, & alieno. Barbos. *axiom. lib.* 5. *cap.* 2. *verb. Ecclesia. axiom.* 5. ubi, quod ideo Ecclesia per juramentum non fiat major, cum semper possit restitui. Venit etiam nomine pauperum. Ciarlin. *cap.* 218. *num.* 27. ubi quod legatum factum pro pauperibus possit præstari Ecclesiæ, quæ indiget reparatione. ex Jo. Andr. *in cap.* 2. *num.* 6. *de testam. in* 6. Bald. *in L. si quis ad declinandam col.* 4. *vers. sed juxta hoc quæro. C. de Episc. & Cler.* & aliis. Acquirit dominium rerum sine traditione, *L. ut inter divinum.* 23. *C. de sacros. Eccles.* Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 13. Et ejus possessio nunquam dicitur vacua; quia nunquam moritur. Et donatio omnium bonorum ejus favore valet, ut supra in verb. *donatio. num.*

Ecclesia restituitur in integrum docto de aliquali 77
læsio-

læsione. Ciarlin. *contr. for. cap.* 135. *num.* 32. Sperel. *decis.* 154. *num.* 21. modo tamen illam probet, & hoc non obstante decreto, vel beneplacito Apostolico: etiam contra præscriptionem 40. annorum, modo illam petat intra quadriennium, ne detur processus in infinitum, & quidem a die habitæ scientiæ. Sperel. *decis.* 135. *nu.* 144. *seqq.* Fachin. *lib.* 8. *contr. Jur. cap.* 103. Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 185. & 187. Imo subinde conceditur etiam post elapsum quadriennium, quando læsio est enormissima, seu sententia notorie injusta, aut aliis ex causis, de quibus Sperel. & Barbos. *ll. cit.* Turricel. *de reb. Eccles. non alien. cap.* 29. *a nu.* 29. *& per tot.* etiam ex capite ignorantiæ, sed justæ, & probatæ, juxta Turricel. *loc. cit. a nu.* 3. *seqq.* ubi Rota pluries, sed de hac materia vide latius infra *in verb. restitutio in integrum.* Restituitur in integrum etiam contra sententiam etiam post quadriennium ob enormissimam læsionem. Cassador. *decis. un. de empt. & vend. nu.* 5. tex. & Glos. *in cap.* 1. *de in integr. rest. in* 6. aut cum sententia est notorie injusta. *DD. cit.* Restitutionem in integrum petere valet coram Judice Ecclesiastico etiam contra Laicum, ne cogatur litigare coram Laico, & sic illum ad suum forum trahere valet, ut contra Covarruv. qui hæsitanter tamen in contrariam inclinare videtur. *in lib.* 1. *var. res. cap.* 4. *n.* 2. defendit Sperel. *d. decis.* 135. *num.* 8. & citat Innoc. *in cap. cum sit generale, de for. comp. sub num.* 2. *vers. tamen quidam.* & ibi Abb. *nu.* 10. *& in cap.* 1. *num.* 18. *& in cap. constitutus. il.* 1. *de in integr. restit.* Odd. *de rest. in integr. p.* 1. *q.* 32. *num.* 123. Marant. *de ordin. judic p.* 6. *vers. secundus articulus principalis. num.* 10. & alios. ad tex. optimos *in d. cap.* 1. *de in integr. restit. & in cap. penult. de reb. Eccles. alien. vel non.* & sic.

78 Præterea Ecclesia habet electionem fori contra Laicum, cum agit ad caducitatem, sive pro consequendis fructibus rei Ecclesiæ eidem laico locatæ, aut in emphyteusim traditæ, & sic sive agatur actione reali, sive personali. tex. *in cap. si Clericus laicum, de for. comp.* DD. apud Ciarlin. *contr. for. cap.* 188. *num.* 2. Sperel. *decis.* 98. *num.* 2. ubi Bellet. *disquis. cler. tit. de favor. Cler. reali.* §. 5. *num.* 2. *&* 6. Guttierrez *canon. quæst. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 13. Rot. *decis.* 42. *p.* 6. *rec. per tot.* late Fagnan. *in d. cap. si Clericus. num.* 25. *seqq. & per tot.* Osasch. *decis.* 32. *num.* 6. qui tamen *ibid.* contrarium tenet, si agatur mera actione personali, ut puta ex locato ad mercedem, in qua non veniat restitutio rei Ecclesiasticæ, vel Clerici, quia tunc vult, quod tunc laicus debeat conveniri coram suo Judice, & quod debeat conveniri coram suo Judice, si agatur actione personali, & non de re Ecclesiastica, dicit etiam Fagnan. *sub num.* 28. *in cit. loc.* Limita conclusionem principalem, si laicus negat, rem esse emphyteuticam, aut Ecclesiæ &c. tunc enim causa esset remittenda ad Judicem Laicum, nisi notorie constet, rem esse Ecclesiæ. Sperel. *d. decis.* 98. *num.* 44. Fagnan. *loc. cit. num.* 1. *seqq.* Thesaur. *quæst. for.* 15. *lib.* 2. *tex. in cit. cap. si Clericus.* sublimita limitationem nisi Ecclesia, vel Clericus offerat statim summarie docere de Jure Ecclesiæ, de illius emphyteusi &c. tunc enim Ecclesiasticus Judex de Ecclesiæ actricis consensu cognoscere summarie potest de hujusmodi qualitate jurisdictionem tribuente, ad tex. *in cit. cap. si Clericus.* cujus dispositio alias redderetur nullius momenti, ita Fagnan. *loc. cit. a num.* 10. Sperel. *d. num.* 44 multos allegans, inter quos Abb. *in cap. cum sit generale de for. comp. num.* 14. ubi etiam, quod Judex Ecclesiasticus cognito summarie Jurisdictionem non esse suam, Ecclesiam, seu Clericum actorem in expensas condemnabit, causamque ad suum Judicem remittet; apud quos plura videre poteris. Si vero Ecclesia semel elegerit forum Laicale, non potest variare, nec debet illud dedignari usque ad ultimum causæ exitum, etiam coram Judice appellationis: & ideo Judex Laicus, qui fuit competens in causa principali, erit etiam competens in causa appellationis, ut diximus in verb. *Appellationis num.* 59. quia in causa appellationis illemet est actor, qui in prima instantia ad Judicium provocavit: cum itaque in prima instantia fuerit incæpta lis v. g. coram Laico, & sic prævenerit in causa, illius jurisdictio fuit perpetuata, ita ut ab illo tribunali amplius extrahi non possit ad aliud diversum, ita late Ciarlin. *d. cap.* 188. *num.* 7. *&* 8. *&* 25. ubi DD. & in causa appellationis semper debet adiri superior Judicis a quo, & sic a laico ad Laicum, & ab Ecclesiastico ad Ecclesiasticum. arg. *tex. in* §. *illud, &* §. *illo videlicet. in authent. de appellat. & intra quæ tempor. deb. appel. cap. si duobus.* §. *ult. de appellat.* & ibi Gonzal. *sub num.* 11.

Non obligatur ex mutuo, nisi probetur, pecunias 79
fuisse versas in ejusdem utilitatem, uti dicitur de Civitate. Fachin. *contr. Jur. lib.* 2. *cap.* 75. *arg. tex. in L. Civitas. ff. de reb. cred. & si cert. pet.* quod probari debet a creditore, ut dicit Glos. *in d. L. civitas. vers. non civitas.* & ut de minore dixit Menoch. *de præsumpt. lib.* 6 *præs.* 27. *in fin.* late Ventriglia *in prax. annot.* 37. §. *un. per tot.* Mantic. *de tacit. lib.* 8. *tit.* 12. *per tot.* ubi de Civitate, nec probatur in rem versio ex eo, quod probetur Ecclesiam indiguisse, ut defendit Fachin. *loc. cit. cap.* 76. ubi Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1161. *num.* 8. Imol. *in cap.* 1. *num.* 17. *de depos it.* Rip. *ad L. si is qui bona. num.* 10. *ff. de pignor.* Ventrigl. *loc. cit. num.* 9. ubi plura. Similiter non tenetur restituere pecunias habitas in contractu nullo, nisi fuerint in illius utilitatem conversæ. Glos. *in cap.* 2. *seu cap. hoc jus* 10. *q.* 2. *verb. qui vero.* Riccius *in prax. alien. rer. Eccles. p.* 1. *res.* 99. Ciarlin. *cap.* 183. *num.* 104. Sperel. *decis.* 154. *num.* 63. & ut in minori, qui non fuit factus locupletior, dicit Rot. *in decis.* 1. *nu.* 10. *&* 32. *seqq. p.* 5. *rec. tom.* 1. *ad tex. in L. prædiorum.* ubi Bart. & DD. *C. de præd. & aliis reb. minor.* & quod tunc onus probandi versionem in utilitatem &c. incumbat ei, qui cum minore contraxit, dixit Rot. *loc. cit. num.* 35. ubi Glos. *in d. L. prædiorum. verb. constiterit.* Menoch. *loc. cit.* Rot. *decis.* 678. *num.* 7. *p.* 1. *rec.* & alii, quidquid sit, si contractus fuerit validus, de quo *DD. cit.* ubi etiam quomodo probetur hæc versio: non tamen est necesse, quod hæc utilitas duret, sed sufficit, quod fuerit mutuum utile tempore contractus, ut diximus in verb. *alienatio num.* 24. & docet Ventrigl. *loc. cit. num.* 2. Turricel. *de reb. Eccles. non alien. cap.* 17. *nu.* 13. Et quod Ecclesia gaudeat privilegio minorum, & pupillorum, probatur ex *cap.* 1. *de in integr. restit.* & ibi Glos. *verb. jure minoris.* Gabr. *comm. concl. tit. de testib. concl.* 21. *nu.* 48. Sperel. *decis.* 130. *num.* 39. ubi DD. Idem dic de locis piis, & hospitalibus, ac confraternitatibus. Sperel. *decis.* 135. *num.* 6. Emptor tamen bonæ fidei tunc habet actionem contra male alienantem similia bona, & contra illius hæredes ad pretium & interesse, non vero contra Ecclesiam. Glos. *in cit. cap. hoc jus. verb. qui vero.* 10. *q.* 2. Ventrigl. *in prax. d. annot.* 37. §. *un. num.* 4. Francis. Leo. *in thesaur. for. Eccles. p.* 1. *cap.* 15. *num.* 64. *in mea impress.* Riccius *in prax. p.* 1. *res.* 17. *num.* 2. *& per tot. & p.* 3. *res.* 559. an vero procedat etiam in emptore malæ fidei in odium male alienantis res Ecclesiæ, vide cit. Riccium, ubi quod possit agere pro repetitione pretii soluti, non vero pro interesse. Quid si pecunia Ecclesiæ mutuata, & in illius utilitatem convertenda casu periit ante versionem, an tunc Ecclesia obligetur? vide Ventrigl. *loc. cit. num.* 12. affirmantem, si sint servata servanda.

Ecclesia contra privatos præscribit spatio triginta an- 80
norum. *cap. sanctorum, de præsc.* sed contra illam quadraginta anni requiruntur. *cap. illud autem.* & ibi Glos. *eod. tit. cap.* 2. *eod. in* 6. Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 182. Ipsa vero, uti etiam loca religiosa nullo tempore præscribuntur a laicis, sicut nec jura Ecclesiastica, ob illorum incapacitatem. Barbos. *loc. cit. num.* 184. & de hac materia vide quæ fusius dicemus infra in verb. *præscriptio.* & quæ tetigimus in verb. *decimæ. num.* 79. *seqq.*

Potest habere jurisdictionem temporalem in Laicos. 81
arg. cap. omnes: & ibi Glos. *verb. cœlestis. dist.* 22. Ciarlin. *cap.* 56. *num.* 6. Potest agere contra tertios possessores non excusso principali debitore, ut probat Riccius *in prax. p.* 2. *res.* 423. Potest quidem pœnitere, vel in contractu inito persistere, ut diximus in verb. *alienatio.* non potest tamen partem contractus approbare, & partem improbare, quia contractus quoad approbationem est individuus. Turricel. *de reb. Eccles. non alien. cap.* 22. *num.* 8. ubi Rot. apud Seraph. *decis.* 540. Beltramin. ad Ludovis. *decis.* 647. *num.* 16. quamvis in illius favorem contractus claudicare possit. *DD. cit.*

Miscel-

§. V.

Miscellanea aliqua Ecclesiæ.

82 Appellatione Ecclesiæ, veniunt etiam loca pia, Monasteria, ac etiam Monachi, & personæ ipsius Monasterii in materia favorabili. Antonel. *de loc. legal. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 127. & ibi Card. *in Clem.* 2. *q.* 3. *de judic.* Seraph. *decis.* 606. *num.* 5. *&* *decis.* 1025. *num.* 10. Et in generali sermone odioso non continetur Ecclesia. Ciarlin. *cap.* 144. *numer.* 26. ubi Mart. *de jurisd. p.* 4. *cas.* 4. *num.* 14.

83 Ecclesiæ fundatæ, & exstructæ intra limites Parochialium illis non sunt subjectæ, secus si essent intra limites Cathedralis; quia illa fundat intentionem suam in Jure super subjectione alterius Ecclesiæ etiam fundatæ intra limites suæ Parochiæ, exceptis juribus Parochialibus, de quibus Rot. *decis.* 552. *num.* 11. *seq. p.* 5. *rec. tom.* 2. ubi DD. Et Ecclesia statim ac est fundata, est in potestate Episcopi, nec ædificans facere potest, quod Episcopo non subsit. Ludovis. *decis.* 4. *num.* 9. *&* 10. quidquid sit de hospitalibus, quando eriguntur sine auctoritate Episcopi. Imo Episcopus aliquam Ecclesiam a se eximens, non potest a se abdicare visitationem, & correctionem &c. nisi forte id fiat in limine fundationis. Ludovis. *loc. cit. num.* 13. *&* 14. & Episcopus consentiens in limine fundationis, quod Ecclesia erigenda sit libera a visitatione Episcopi, validat dictam ordinationem non solum in sui, sed etiam in successorum præjudicium. Ludovis. *loc. cit. n.* 12.

84 Ecclesia gravata restituere fideicommissum alteri Ecclesiæ, non potest detrahere Trebellianicam, quia privilegiatus in specie utitur privilegio contra pariter privilegiatum in genere, vide Peregrin. *de fideicommis. art.* 3. *num.* 69. *seq.* Fachin. *lib.* 13. *contr. jur. cap.* 63. *&* *lib.* 5. *cap.* 17.

85 Ecclesia finita emphyteusis Ecclesiastica non potest cogi ad renovandum, sed potest, si velit, pro se retinere. Clar. *in* §. *emphyteusis. quæs.* 43. *vers. sed quid si Ecclesia.* ubi Abb. *in cap. bonæ. il.* 2. *de postul. Prælat. num.* 28. Riccius *in prax. p.* 3. *res.* 159. quidquid sit, quando Ecclesia non vult pro se retinere, sed extraneo concedere; nam tunc si adessent agnati, seu cognati ipsius prioris emphyteutæ, ut *DD. cit.* volunt, essent præferendi, etiamsi non essent comprehensi in prima investitura, alias illis fieret injuria. Rot. *decis.* 176. *nu.* 28. *seqq. p.* 5. *rec. tom.* 1. & posset alias appellari, & peti, ut extraneus investitus removeatur. Rot. *loc. cit.* ubi plura.

86 Ecclesia domina directi recipiendo canones, & quindennium, censetur alienationem factam in manum mortuam approbasse, maxime si recepit per longum tempus, de quo Bichius *decis.* 483. *nu.* 47. dummodo concurrerint debitæ solemnitates, puta Beneplacitum Apostolicum &c. vide Bich. *loc. cit.* An possit in Ecclesiam alienari emphyteusis, vide Ludovis. *decis.* 520. *num.* 12. *seq.* & ibi Beltramin. *n.* 14.

87 Ecclesia libera non potest subjici servituti Jurispatronatus etiam per Episcopum, multo minus per se ipsam. Garz. *de Benef. p.* 5. *cap.* 9. *num.* 128. Rot. *decis.* 318. *num.* 7. *p.* 5. *rec. tom.* 1. Bichius *decis.* 118. *num.* 10. nec potest Episcopus Ecclesiam reversam ad pristinam libertatem redigere in servitutem Jurispatronatus, ut decidit Rot. apud Garz. *loc. cit. num.* 130. ubi etiam Abb. *cons.* 106. *p.* 2. *num.* 4. Nec Ecclesia patronata vindicat libertatem, si constat, patronos non præsentasse; quia ad hunc effectum insimul debent concurrere actus positivi contrarii. Bich. *d. decis.* 118. *num.* 16. ubi Rot. *decis.* 109. *num.* 8. *p.* 2. *divers. & decis.* 53. *num.* 57. *p.* 5. *rec. tom.* 1. Gemin. *in cap. cum de beneficio. num.* 9. *de præb. in* 6. Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 2. *p.* 1. *q.* 3. *art.* 15. *num.* 3. plura in verb. *Jurispatronatus.*

88 Ecclesia Parochialis non est incompatibilis cum Beneficio simplici, quod de generali consuetudine personalem residentiam non requirit. Bichius *decis.* 13. *num.* 3. ubi Card. *in cap. fin. num.* 16. *de Cler. non resid.* Alex. *cons.* 1. *n.* 2. *lib.* 7. vide *Beneficium*, & *Residentia.*

89 Ecclesia constructa ex eleemosynis, vel donationibus particularibus, non fit jurispatronatus, sed manet libera. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 3. *cap.* 6. §. 3. *num.* 26. ubi Cavaler. *decis.* 159. *num.* 9. nisi fuisset constructa nomine communitatis, quæ dedit eleemosynam. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 70. *num.* 11. *post med.* cit. ab Antonel. *loc. cit.* quod tamen in mea impressione non invenio. plura vide in verb. *Beneficium*, *Juspatronatus*, *Reparatio.* & alibi suis locis.

Ecclesia an obligetur ex debito sacristæ ab eodem 90
pro sacrario contractu, vide Ventrigl. *in prax. annot.* 37. *num.* 14. negantem, nisi in quantum facta fuit locupletior. Tenetur solvere procuratorem, seu expensas ab eodem factas, qui nomine dictæ Ecclesiæ de mandato Rectoris, vel Capituli litigavit, licet non probetur versio in utilitatem. Ventrigl. *l. c. num.* 15. An teneatur solvere debita contracta ab Episcopo in necessitate, vide Ventrigl. *loc. cit. num.* 10. affirmantem ex æquitate.

EDICTUM.

Praxis Edicti.

Edicta sive generalia, sive specialia ab Episcopo la- 1
ta, seu promulgata extra Synodum, regulariter temporanea sunt, & ideo extinguuntur per ejus mortem, aut recessum. *arg. cap. licet* 30. *de offic. deleg.* glos. *in cap. a nobis. in verb. non subditi. post med.* ibi: *quid si moriatur. de sent. excomm.* Sperel *decis.* 14. *num.* 21. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 1. *cap.* 1. §. 6. *num.* 73. apud quos Bertachin. *in tract. de Episcop. p.* 2. *lib.* 4. *q.* 15. Riccius *in decis. Cur. Neapol. decis.* 149. *num.* 1. *p.* 1. & quamvis quoad statuta Episcopi, quod nempe morte ejusdem Episcopi non expirent, defendant Federic. de Senis, *cons.* 16. *n.* 14. *seq.* Genuen. *in prax. Archiepisc. cap.* 1. *num.* 18. qui ultimus citat Abb. *in d. cap. a nobis.* & tex. *in cap. fin.* ubi DD. *de offic. leg.* quibus favet glos. cit. *in d. verb. non subditi in fin.* ibi: *Sed cum definiendo statutum sive decretum aliquod, facit, ligat etiam post recessum; quia statuta talia perpetua sunt. cit. cap. fin. de offic. legat.* Tamen Sperell. *loc. cit.* illos intelligendos dicit de statutis Synodalibus. Zerol. *ut infra.* quod pro certo etiam supponere videtur Rota *in una Montis Regalis Jurisdictionis. Lunæ* 24. *Maii* 1604 *coram Coccin.* quæ reperitur *in p.* 1. *rec. decis.* 79. *num.* 6. quam citat etiam Sperell. *loc. cit.* Si tamen prædicta sint facta in Synodo Diœcesana, sunt perpetua, & non expirant morte conditoris. glos. *loc. cit. & in cap. ut animarum. in verb. statuto, de constit. in* 6. Zerol. *in prax. verb. edicta seu statuta. sub* §. 3. Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg.* 93. *n.* 24.

Edicta tamen, quæ fiunt a Vicariis Episcoporum, 2
expirant eorum morte, aut remotione ab officio. Antonel. *loc. cit. num.* 47. Genuen. *d. num.* 18. apud quos Bartol. *in L. omnes populi. ff. de Just. & Jur. num.* 8. Sperel. *loc. cit. num.* 20.

Edicta contra jus commune facere non possunt, qui 3
Superiorem recognoscunt; cum sit absurdum, inferiorem jura Superioris subvertere posse. *arg. cap. cum inferior, de major. & obed. L. formam. C. de offic. Præf. prætor. Orient.* Tranchedin. *var. consult. cons.* 5. *num.* 2. & ibi Ruin. *cons.* 109. *num.* 10. *lib.* 4. Riccius *in prax. p.* 3. *res.* 267. Fragos. *de Regim. Reipubl. Christian. p.* 1. *lib.* 3. *disp.* 7. *in princ. num.* 14. *& lib.* 7. *disp.* 19. §. 3. *num.* 107. & alii. Hinc etiam Episcopi non possunt facere statuta, aut edicta contraria sacris Canonibus, aut dispositionibus summorum Pontificum. *cap. quod super his, de major. & obed.* Antonel. *de Regim. Eccles. d. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 69. Barbos. *de offic. Episc. d. alleg.* 93. *n.* 29. *& seqq.* ubi videre poteris aliqua limitationes: etiam in Synodo Diœcesana. Riccius *d. res.* 267. *n.* 3. ubi DD.

Edictorum simplex affixio, & publicatio, antequam 4
compareat, & se opponat aliquis contradictor, est actus mere extrajudicialis. Rot. coram Cerro *decis.* 329. *num.* 4. *inter ejus selectas.* ubi citatur Calderin. *cons.* 2. *sub num.* 2. *vers. pro ista ult. opin. de elect.* Lambertin. *de Jurepatr. p.* 2. *lib.* 2. *q.* 9. *princ. art.* 12. *nu.* 1. *fol. ibid.* 95. & alii: & incipit fieri judicialis post comparationem legitimi contradictoris. Rot. *loc. cit. nu.* 5. ubi alia Rota: & ideo ex dictorum edictorum affixione non dicitur introducta litis pendentia. Rot. *loc. cit.* ubi Lambertin. *loc. cit. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 2. *princ. n.* 3. *seqq.* & alii. Idem Cerreus *decis.* 489. *num.* 6. *&* 7. *&* 493. *num.* 27.

EDITIO.

Praxis Editionis.

1 Edere generaliter loquendo idem eſt, ſeu ſignificat, ac in publicum producere, & exhibere. Gonzal. *in cap.* 1. *de probat. n.* 9. Et inſtrumentorum editio nititur naturali æquitate, ut probatur *ex L.* 1. *L. qui accuſare. L. edita. & L. fin. C. de edend.* Gonzal. *loc. cit. num.* 10. Menoch. *de arbitr. caſ.* 175. *num.* 5. In Judicio vero, *edere*, & *exhibere* differunt inter ſe, ut colligere eſt ex diverſis titulis tam in Pandectis, quam in Codice poſitis, nempe *de edendo.* & tit. *ad exhibendum.* & Editio ad actiones, rationes, inſtrumenta, & acta publica refertur, de quibus ſunt textus *in L.* 1. *in princ. & §. edenda. L.* 4. *L.* 6. *L.* 9. *& L.* 11. *ff. de edend. L. qui accuſare. & L. procurator. C. eod.* Exhibere autem, eſt facere in publicum poteſtatem apprehendendi, ac videndi rem, ut actor copiam ejus habens illam vindicare poſſit. *L.* 2. *ff. ad exhib. L.* 3. *§. ait Prator. ff. de liber. hom. exhib. L. plus eſt.* 22. *ff. de V. S.* Hinc fit, quod etiamſi reus regulariter non teneatur edere ſua inſtrumenta, ut infra dicemus, tenetur tamen rem exhibere, ut actor illam videre poſſit, & cognoſcere ac videre, an illam vindicare poſſit: vide Gonzal. *loc. cit. tot. num.* 9. dummodo tamen actor dicat ſigna rei, quam petit exhiberi, ſi illa ſcire poſſit, ut per Gratian. *diſc. for. cap.* 262. *num.* 2.

2 Editio inſtrumentorum litis, alia eſt præparatoria Judicii, & alia eſt inſtructoria Proceſſus. Prima fit ante litem conteſtatam; quia actor Reo petenti edere debet non ſolum copiam libelli, ſed etiam inſtrumenta litis, quorum mentio facta fuit in libello, vel de quibus actor ſe jactavit, ut idem reus viſis actoris juribus deliberare poſſit, velitne contendere, vel cedere. Innoc. *in cap.* 1. *de probat.* quem citat Fachin. *lib.* 11. *contr. Jur. cap.* 80. *verſ. ſecundo igitur.* late Pajatel. *annot.* 13. *per tot.* Olea *de ceſſ. jur. tit.* 6. *q.* 9. *nu.* 18. Capell. Tholoſ. *deciſ.* 295. *num.* 1. *&* 2. quod ſi non ſint in promptu, proceditur interim ad ulteriora. vide *DD. cit.* Specul. *de inſtrum. edit. §. nunc. ſub num.* 5. Eccleſ. *obſ.* 48. *nu.* 19. *& obſerv. for.* 47. *num.* 3. ubi tamen quod ſufficiat oſtendere Judici originalia, vel relinquere in actis copiam, juxta Innoc. *in cap. cum in Jure, de offic. & poteſt. Judicis deleg.* Foller. *in addit. ad Marant. in ſpecul. p.* 6. *tit. de edit. act. num.* 12. Secunda eſt, quæ fit poſt litem conteſtatam ad probandam intentionem actoris, quæ editio fieri debet non obſtante prima editione facta ante litem conteſtatam. Eccleſ. *loc. cit. num.* 4. *&* 5. & de qua infra *num.* 25.

3 An vero ſint edenda etiam fundamenta, ſeu allegationes Juris, ſicut cætera Judicii acta, vide rationes, & DD. pro & contra apud Menoch. *de arbitr. caſ.* 175. *per tot.* Et an debeat edi, ſeu proponi certum nomen actionis, quam intentare intendit, dicemus in verb. *libellus*.

4 In editione inſtrumentorum aliter judicatur in actore, & aliter in Reo, ut ex *DD. infra citandis* apparebit. Et in actore quidem eſt regula, quod is teneatur, & cogatur edere reo petenti inſtrumenta ad ejus exceptionem fundandam, etiamſi dicta inſtrumenta non ſint communia, ſed propria actoris, tex. *in L. non eſt novum. & L. fin. C. de edend.* Gonzal. *in d. cap.* 1. *num.* 10. *&* 17. *de probat.* Eccleſ. *obſerv. for.* 48. *num.* 1. Pajatel. *annot.* 13. *num.* 2. etiamſi dicta inſtrumenta ſint privata, ſeu ab ipſo actore privatim ſcripta pro ſe nemine mandante, ut ſunt libri familiares &c. Eccleſ. *loc. cit. num.* 14. Genoa *de ſcriptur. privat. lib.* 4. *tit.* 1. *de libris rationum. num.* 149. *fol. mihi* 200. ita ut contra denegantem edere Judex animadvertere poſſit Pajatel. *loc. cit. n.* 3. & quod ſi actor, qui debet inſtrumenta petita edere, illa non edat, poſſit Judex contra eum decernere, quod omnia intelligantur, in contumaciam ipſius eſſe probata, dicit Eccleſ. *loc. cit. obſ.* 47. *num.* 23. *ſeqq.* imo quod & carcerari poſſit, & mulctari dicit Cyriac. *contr. for.* 544. *num.* 7. *&* 8. etſi eſſet nobilis, aut Clericus, dicit Olea *de ceſſ. Jur. tit.* 5. *quæſ.* 8. *num.* 10. quæ maxime procedunt quoad inſtrumenta, ſeu alias ſcripturas enunciatas in libello. Eccleſ. *d. obſ.* 48. *num.* 8. An vero teneatur edere omnia inſtrumenta, ſeu ſcripturas, quæ faciunt, aut facere poſſunt pro exceptione Rei, etiamſi actor eiſdem in judicio uti non intendat, non conveniunt Doctores, ut videre eſt apud Eccleſ. *d. obſ.* 48. *a num.* 2. *ſeqq.* qui cum pluribus affirmativæ adhæret ob æquitatem: negativam vero tenent Olea *de ceſſ. Jur. tit.* 6. *q.* 9. *n.* 23. Capell. Tholoſ. *deciſ.* 295. *n.* 1. alias limitationes vide infra *num.* 19. *ſeqq.*

Reus vero econtra non tenetur edere actori inſtru- 5
menta propria ad probandam ejus intentionem; quia ille debet venire inſtructus ad judicium, & arma non ſunt ſumenda de domo Rei. ad tex. in *L. nimis grave. C. de teſtib. L. qui accuſare. & L. ult. C. de edend.* Cyriac. *contr. for.* 116. *num.* 12. *&* 20. Gonzal. *l. c. num.* 16. ubi plures. Genoa *de ſcriptur. privat. d. tit.* 1. *num.* 140. Menoch. *de arbitr. caſ.* 499. *num.* 1. *in lib.* 2. *centur.* 5. & non tenetur etiam de æquitate, etiamſi ſummariæ, & de plano procedatur, ut dicit Eccleſ. *loc. cit. obſ.* 49. *num.* 1. Limita primo in Curatoribus, procuratoribus, ac negotiorum geſtoribus, qui tenentur actori edere inſtrumenta, ac tutelæ rationes &c. dum reddunt rationes ſuæ adminiſtrationis. Eccleſ. *d. obſ.* 49. *num.* 15. *ſeqq.* Gonzal. *loc. cit. num.* 12. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 3. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 209. *num.* 14. Item in argentariis, ac aliis, qui habent officia publica. *DD. cit.* Fachin. *contr. Jur. lib.* 11. *cap.* 86. ſicut & Judæi, ac reliqui uſurarii: cum enim clam, & ſecreto contractus uſurarios inire ſoleant; merito obligantur edere actori ſuos libros rationum, ac reliqua inſtrumenta ad fundandam ejus intentionem. Gail. *pract. obſ. lib.* 1. *obſ.* 106. *nu.* 12. Fachin. *loc. cit. cap.* 87. ad tex. *in clem.* 1. §. *cæterum, de uſur.* ſublimita quoad nautas, caupones, ſtabularios, qui non tenentur edere ſuos codices, cum exerceant artem licitam, & ſoleant palam contrahere, ita Fachin. *loc. cit. cap.* 88. quamvis multi apud eundem contrarium teneant, & Gail. *loc. cit.* Pirhing *ut ſtatim infra ſub num.* 27. *verſ. idque communiter.* Item ſublimita in mercatoribus noſtri temporis; quia nec illi tenentur exhibere ſuos privatos codices, juxta Gonzal. *in d. cap.* 1. *ſub num.* 11. *de probat.* Fachin. *loc. cit. cap.* 89. ſed hoc ultimum vide latius apud Eccleſ. *loc. cit. obſ.* 50. *per tot.*

Limita ſecundo principalem concluſionem; quia in- 6
ſtrumenta ſunt a Reo edenda, quando illa petuntur ab actore non ad fundandam ſuam intentionem, ſed ad fundandam ſuam replicationem contra exceptionem a reo factam; quia cum dictus actor replicat, dicitur reus. *L. in exceptionibus. ff. de probat.* ita Eccleſ. *loc. cit. obſervat.* 49. *num.* 12. ubi Theſ. *quæſ. for.* 76. *num.* 1. *lib.* 1. & DD. *in L.* 1. §. *editiones. ff. de edend.* ad tex. *in L. maritus. §. fin. ff. ad Leg. falcid.* Pirhing *lib.* 2. *tit.* 19. *num.* 25. *verſ. limit. quarto.* ſed quod neque tunc teneatur reus edere inſtrumenta, ut poſſit actor fundare ſuam replicationem, defendit Gonzal. *in d. cap.* 1. *num.* 17. *ad med.* quod juri magis conſonum dicit, & contraria reſolvit, & citat Salycet. Fulgoſ. & alios, & Donel. *in L. fin. num.* 9. *C. de edend.*

Limita tertio in reconventione, quando nempe reus 7
conventus actorem reconvenit; quia reconventio non eſt exceptio, ſed magis actio, & ideo tunc reus reconveniens, cum ſumat partes actoris, tenetur reconvento edere tanquam actor. Eccleſ. *loc. cit. obſ.* 49. *n.* 25. *&* 26. & ibi Faber. *in Cod. tit. de edend. defin.* 6.

Limita quarto, cum reus inſtrumentis eſt uſurus in 8
judicio. Pirhing *d. lib.* 2. *decret. tit.* 19. *de probat. num.* 25. *verſ. limitatur tertio.* Eccleſ. *d. obſ.* 49. *num.* 3. ubi, quod ſi reus utatur inſtrumentis, vel aliis ſcripturis in judicio, vel ſit uſurus, ex eo, quod inſtrumentum produxerit verbo, vel realiter ante tempus, vel de illis mentionem fecerit in ſuis exceptionibus, debeat illa edere actori, ſicut actor reo, ad tex. in *d. L.* 1. §. *edenda. ff. de edend.* & ibi Gloſ. *in verb. quis uſurus.* & Dec. *in d. L. qui accuſare. num.* 20. *C. eod.*

Limita quinto favore Eccleſiæ, quæ habet privile- 9
gium, quod poſſint cogere reum ad edenda inſtrumenta etiam non communia. Tranchedin. *var. conſult. conſ.* 73. *nu.* 46. ubi Genuenſ. *in pract. quæſ.* 175. *per tot.* Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 63. *n.* 47. Pereira *de univerſa inſtrum. edit. tit.* 5. *reſ.* 3. *num.* 48. Item quando agitur de probandis dotibus, in legatis ad pias cauſas, alimentis, hoſpitalibus, & in omnibus cauſis piis. Eccleſia *d. obſerv.* 49. *n.* 9. *ſeqq.* ubi Butr. *in cap.* 1. *num.* 10. *de probat.* & ibi Abb. *num.* 19. & alii. Pirhing. *d. tit.* 19. *num.* 26. Sic

26. Sic ſucceſſor beneficiati poteſt cogere hæredes prædeceſſoris, ut ſibi edant libros, & rationes. Tranchedin. *loc. cit.* quod etiam dicitur favore fiſci. Gail. *lib.* 1. *pract. obſerv. obſ.* 106. *num.* 11. Eccleſ. *loc. cit. num.* 11. ad tex. *in L. ne quiſquam. ff. de edend.* Gonzal. *in d. cap.* 1. *de probat. ſub num.* 13. *&* 14. quod tamen limitat Pirhing. *loc. cit.* ſi fiſcus agere vellet contra reum criminaliter ad pœnam corporalem, vel ſi fiſcus ageret contra alium fiſcum, cum privilegiatus non gaudeat privilegio contra pariter privilegiatum.

10 Limita ſexto in inſtrumentis communibus; nam illa debent edi tam a reo, quam ab actore, ſive eiſdem ſint uſuri, ſive non. *L. procurator. C. de edend.* Eccleſ. *d. obſerv.* 49. *num.* 15. Tranchedin. *d. conſult.* 73. *num.* 45. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 10. *num.* 25. *&* 33. Pirhing *lib.* 2. *decret. al. tit.* 22. *de fid. inſtrum. num.* 46. *verſ. notandum tertio.* Gonzal. *in d. cap.* 1. *de probat. num.* 16. etiam a fiſco, ſi forte apud eum ſint *d. L. procurator. C. de edend.* Gonzal. *loc. cit.* vide Gloſ. *in L. in fraudem.* §. *ex iis bonis. in verb. pertinentia. & in* §. *neque inſtrumenta. ff. de Jure fiſci.* quænam vero ſint inſtrumenta communia, vide Gonzal. *loc. cit.* Pirhing *lib.* 2. *decret. tit.* 19. *de probat. n.* 23. *per tot.*

11 Limita ſeptimo; quia ex cauſa reus ſemper tenetur edere actori Judicis officio, & ejuſdem Judicis arbitrio, ut ad tex. *in L.* 1. *C. de edendo.* & ibi Bart. *num.* 1. Alciat. *num.* 25. Jaſ. *num.* 5. Purpurat. *num.* 9. dixit Eccleſ. *d. obſ.* 49. *num.* 22. vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 499. *per tot.* Poſtium *de manuten. obſerv.* 99. *num.* 1. Pajatel. *expedit.* 62. *n.* 6. *ſeqq.* Genoam *d. tit.* 1. *n.* 144. Imo in alibus locis practicatur, quod indiſtincte actor reo, & reus actori edant, teſte Gonzal. *loc. cit. ſub num.* 14. Olea *de ceſſion. Jur. tit.* 6. *q.* 3. *num.* 8.

12 Limitatur octavo, quod etiam reus debeat edere ſua inſtrumenta actori petenti, ſi is actor habeat jam fundatam ſuam intentionem, quando nempe non agitur de ſubſtantia obligationis, ſed tantum de modo, & quantitate, ut quia reus fatetur quidem v. g. venditionem factam, ſed non conſtat de conditionibus in venditione poſitis, illaſque actor probare aliter non poteſt, quam per inſtrumenta penes reum exiſtentia. Pirhing *d. tit.* 19. *num.* 25. quod Bal. *in L. ult. num.* 7. *C. de edend.* apud cit. Pirhing extendit ad colonos, emphyteutas &c.

13 Et hæc dum a collitigantibus editio petitur: quod ſi non pars litigans, ſed tertius aliquis, ſive extranea perſona editionem petat, ea decernenda non eſt, niſi prius petens probet ſua intereſſe editionem inſtrumentorum; quia forte ſunt communia &c. Pirhing *d. lib.* 2. *tit.* 22. *n.* 46. *verſ. notand. quarto.* apud quem Gail. *lib.* 1. *obſ.* 69. *n.* 6. *& obſ.* 106. *num.* 3. ſimiliter ſi petatur editio non a collitigante, ſed a tertio, puta notario, objici eidem poteſt exceptio *tua non intereſt: non eſt ille tu, de quo inſtrumentum mentionem facit &c.* Gail. *d. obſ.* 106. *n.* 1. nam tunc Notarius, aut quilibet alius conficiens rationes, ſcripturas &c. etiam ratione officii publici, non tenetur illas edere illi, cujus mandato non ſunt confecta, niſi probet, ſua intereſſe, tunc enim eſſent edenda, etſi non ſint facta de ejus mandato. vide Gail. *loc. cit.* vide etiamſi Fachin. *lib.* 11. *contr. Jur. cap.* 84. *per tot.* Pajatel. *annot.* 62. *n.* 10. Genoam *de ſcriptur. privat. d. lib.* 4. *tit.* 1. *de libr. ration. num.* 143. *fol. mihi* 199. apud quos aliqui volunt, non ſufficere ſolum mandatum ſine utilitate, nec ſolam utilitatem ſine mandato, ſed utrumque requirunt. & Oſaſc. *deciſ.* 57. *n.* 1. Beltramin. ad Ludoviſ. *deciſ.* 129. *n.* 5. ubi Rot. Sufficit tamen de ſuo intereſſe docere ſummarie aliqualiter illud probando. Pajatel. *d. annot.* 62. *n.* 10. Rot. apud Farinac. *p.* 1. *deciſ.* 250. *n.* 1. *& 2. inter ejus ſelect. ad tex. in L.* 3. §. *ſciendum. ff. ad exhib. cap. veniens;* cum ibi notatis per Felin. *n.* 13. *de teſtib.* imo etiam probari poteſt ſolo juramento petentis. Gratian. *diſc. for. cap.* 262. *nu.* 5. Pajatel. *l. c. n.* 11. & citat Jaſ. *in* §. *præterea. n.* 43. *inſt. de action.* Bart. *in L.* 1. *nu.* 5. *ff. quemadm. teſtam. aper.* Rot. apud Farin. *deciſ.* 278. *n.* 2. *p.* 2. *in crim.* tex. *in L. theſaurus. ff. ad exhibend. L. ult. C. de fide inſtrum.* contrarium quod imo juramentum non ſufficiat, probat Oſaſc. *deciſ.* 57. *num.* 5. Similiter privatus, ſi non ſit collitigans, ut ſupra, non tenetur edere libros, quos ſibi privatim confecit memoriæ ſervandæ cauſa. Genoa *loc. cit. num.* 141. *verſ. clarum eſt.*

14 Editio inſtrumentorum peti poteſt vel officio Judicis, vel ad inſtantiam partis condictione *ex L.* 2. *de edend.* de quibus vide Pirhing *d. tit.* 22. *n.* 46. *verſ. notand. ſecundo.* Fachin. *d. lib.* 11. *contr. jur. cap.* 90. *per tot.* gloſſ. *in d. L.* 2. *verſ. exhiberi: & in cap. G. perpetuus: verb. communium. de fid. inſtrum.* vel per ſpeciales actiones tutelæ, pro ſocio, mandati, & ſimiles. Eccleſ. *d. obſerv.* 49. *num.* 18. *& obſerv.* 51. *num.* 4. ubi etiam *num.* 2. quod ab argentariis, vel Notario petatur officio Judicis, ut infra tamen *num.* 16. Ita ut ſi Judex editionem non mandet fieri, ab illo appellari poſſit. Pirhing *ut ſtatim ſupra num.* 45. & probat *ex d. cap. G. perpetuus. de fid. inſtrum.*

Porro edere inſtrumenta quis non tenetur, aut obligari poteſt, niſi probata illorum exiſtentia penes eundem. Pajatel. *annot.* 13. *num.* 23. *& annot.* 62 *num.* 1. Eccleſia *d. obſerv.* 48. *nu.* 18. *ſeqq.* & latius *in obſerv.* 51. *per tot.* Genoa *de ſcript. privat. d. tit.* 1. *nu.* 149. *verſ. alterum vero eſt.* Ludoviſ. *deciſ.* 199. *num.* 1. & quidem de tempore motæ litis, & concludenter *DD. cit.* Rot. *deciſ.* 259. *n.* 1. *p.* 1. *rec.* ubi tamen duo caſus diſtinguendi ſunt: nam, vel ille, a quo petitur editio inſtrumentorum, erat obligatus illa conficere, & cuſtodire, vel non: ſi non erat obligatus, & negat illa penes ſe reperiri, tunc debet eorum exiſtentia apud eundem plene, & concludenter probari, etiam de tempore motæ litis. *DD. cit.* ita ut non valeat tunc argumentum a tempore præterito ad tempus præſens, ſeu motæ litis. Beltramin. ad Ludoviſ. *deciſ.* 129. *n.* 6 *&* 7. Rot. *d. deciſ.* 259. *n.* 6. *p.* 1. *rec.* Eccleſ. *d. obſ.* 51. *n.* 12. Gratian. *diſc. for. cap.* 262. *n.* 7. *&* 23. Cyriac. *contr. for.* 544. *nu.* 22. Rot. coram Coccin. *deciſ.* 63. *nu.* 3. *inter ejus ſelect.* apud quos alii: imo poteſt etiam illorum amiſſionem, ſeu perditionem, aut quod illa non habeat probare per juramentum, niſi petens plene probet illorum exiſtentiam penes eundem. Cyriac. *loc. cit. num.* 15. *&* 18. *ſeqq.* ubi DD. Genoa *d. tit.* 1. *num.* 149. *verſ. duo tamen.* Eccleſ. *d. obſ.* 51. *num.* 24. Gratian. *diſc. for. d. cap.* 262. *num.* 23. *&* 53. ubi tamen *num.* 29. requirit, quod concurrant aliquæ conjecturæ, integritas jurantis, & quod non agatur de nimio præjudicio &c. & Pajatel. *annot.* 13. *num.* 28. & in defectum juramenti, debet amiſſio concludenter probari. Eccleſ. *loc. cit. num.* 24. ubi etiam *num.* 25. quod ſi probata fuerit exiſtentia poſt litem motam, non admittatur amiſſionis probatio per juramentum, etiamſi petatur editio, ſeu exhibitio officio Judicis ab eo, qui non erat obligatus cuſtodire, & citat Farin. *deciſ.* 278. *num.* 7. *in crimin.* 15

Si vero petatur editio ab eo, qui erat obligatus inſtrumenta cuſtodire, ut in ſequeſtrario, aut alio cuſtode &c. aliter eſt dicendum, tam quoad probationem exiſtentiæ, quæ præſumptionibus etiam probari poteſt, & valet argumentum a tempore futuro ad tempus præſens: quam quoad probationem amiſſionis, in qua non habet locum juratoria probatio etiam in perſona integræ fidei. de quibus vide *DD. cit.* & Pajatel. *d. annot.* 13. *&* 62. ubi *num.* 31. ponit exemplum in notario, qui mihi v. g. fecit inſtrumentum, & dicit, ſe protocollum amiſiſſe; quia tunc teneretur jure actionis. & Gratian. *d. cap.* 262. *num.* 53. 16

Prædicta locum habent etiam in hæredibus, qui etiam tenentur edere inſtrumenta etiam non probata exiſtentia penes illos: ita tamen, quod ſi fuerint hæredes illius perſonæ, quæ tenebatur illa inſtrumenta cuſtodire, non ſtetur ejus juramento, eadem ad ſuas manus non perveniſſe, ſecus ſi defunctus non tenebatur cuſtodire. de quo Pajatel. *d. annot.* 62. *n.* 8. *&* 9. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſ.* 61. *num.* 9. *&* 10. ubi DD. Eccleſ. *obſ. for.* 51. *a n.* 19. *ſeqq.* ubi de hæredibus Notarii. 17

Imo non tantum ille edere tenetur, qui poſſidet, ſed etiam ille, qui deſiit poſſidere probata illorum exiſtentia, & doloſa amiſſione, ad tradita per Oſaſc. *deciſ.* 16. *num.* 3. Eccleſ. *loc. cit. d. obſ.* 51. *num.* 11. ſicut & ille, qui licet non habeat ſcripturam penes ſe, eſt tamen penes perſonam, cui ille præcipere poteſt. Pajatel. *d. obſ.* 62. *num.* 12. ubi Seraph. *deciſ.* 1224. *num.* 3. Beltramin. ad Ludoviſ. *ut ſtatim infra. num.* 9. plura vide apud *DD. cit.* apud quos etiam quomodo probetur amiſſio, & apud Cyriac. *d. contr.* 544. *per tot.* & tangemus forte aliqua in verbo *ſcriptura.* 18

Hoc unum pro ultimo notandum, quod quis non teneatur collitiganti propria inſtrumenta edere, ſi ab alio, puta a Notario haberi poſſint; nam tunc vel debet quis 19

illa petere a notario, vel certe reficere expensas solutas Notario in levando scripturam, prout notatum fuit in Rot. coram Ludovis. *inter ejus select. decis.* 129. *num.* 3. *&* 4. ubi Alex. *in L. servum filii. §. eum qui chirographum. num.* 6. ubi etiam Jas. *num.* 11. *ff. de leg.* 1. Pajatel. *d. annot.* 13. *n.* 12. *&* 13. Rot. coram Merlin. *decis.* 58. *num.* 9. *inter ejus select.* nam est regula, & quod instrumenta suis sumptibus a notario redempta, seu quæ altera pars contrahentium sibi a notario suo ære confici curavit, cum etiam tunc sint propria redimentis, quis edere non teneatur, etiamsi alterius utilitatem quoque contineant. Gail. *pract. obs. lib.* 1. *obs.* 106. *num.* 7. Pajatel. *loc. cit. n.* 13. ad tex. *in L. qui accusare.* ubi Paul. de Castr. *n.* 2. Jas. *in* 2. *notab. C. de edend.* DD. apud Gail. *loc. cit.* & quod editio fieri debeat sumptibus petentis. *L.* 4. *in fin. ff. de edend.* Barbos. *in suis axiom. lib.* 5. *cap.* 3. *verb. editio. num.* 2.

20 Insuper etiamsi quis teneatur ex æquitate Canonica instrumenta etiam propria edere, ut supra diximus, ex Ludovis. *d. decis.* 129. *n.* 2. id tamen fallit, ubi ageretur de detegenda turpitudine illius, a quo petitur exhibitio. Beltramin. ad Ludovis. *d. decis.* 129. *n.* 11. ubi Veral. *dec.* 94. *p.* 1. Pajatel. *d. dec.* 62. *nu.* 14. & ibi Caputaq. *dec.* 293. *p.* 1. Capyc. *dec.* 127. *nu.* 1. Cyriac. *d. controvers.* 544. *n.* 33. *seqq.* ubi alii.

21 Item non tenetur actor edere Reo, quando adest exceptio præscriptionis. Pajatel. *d. annot.* 62. *num.* 14. ubi citat Bal. *in L. instrumenta. circa princ. C. de fideicom.* & Natt. *cons.* 8. *num.* 5. *in fin. lib.* 1. Item non tenetur actor reo edere ad effectum deliberandi, si reus esset verisimiliter informatus de contentis in illis instrumentis. Capell. Tholos. *dec.* 295. *nu.* 1. Olea *de cess. jur. tit.* 6. *q.* 9. *num.* 21. *&* 22. Pajatel. *sæpe d. annot.* 13. *num.* 7. quamvis aliquid apud eosdem contrarium teneant, quos vide. Item nec quando instrumentum in libello mentionatum non est proprium mentionantis, nec commune, sed alienum. Specul. *tit. de instrum. edit.* §. *nunc. num.* 5. quem sequitur Olea *loc. cit. n.* 24.

22 Formam, ac praxim petendi editionem, sicut & ipsius productionis & exhibitionis instrumentorum, vide apud Specul. *in tit. de instrum. edit.* §. *videndum.* ubi late plura videre poteris. Et editio actorum in qualibet parte judicii peti potest, licet semel edita fuissent, ut per Ecclesiam *obs. for.* 94. *num.* 7. Et instrumenta regulariter edi debent Judici in originali relicta eorum copia in actis.

23 Quæ vero diximus de editione, regulariter procedunt, etiam in exhibitione; cum illa sit præparatoria actionum, quibus quis agere intendit, & potissimum actionis rei vindicationis, *L.* 1. *&* 3. §. *est autem. ff. ad exhib.* obligando reum, ad rem, quam petit, sibi exhibendam, *ut supra num.* 1. de qua late Gratian. *disc. for. cap.* 262. Eccles. *obs. for.* 51. *per tot.* ita ut sufficiat, quod ille, qui petit sibi exhibere libros, declaret, se velle illis stare. Gratian. *num.* 3.

24 Sed quæres, an ille, qui aliquod instrumentum, aut rationum librum edi, aut exhiberi petit, censeatur dictum instrumentum, aut librum, ac in illis contenta approbare? & affirmativam defendit Aym. *cons.* 275. *n.* 2. *ad* 4. Simon de Præt. *de interp. ult. vol. lib.* 5. *dub.* 4. *num.* 66. Surd. *decis.* 199. *num.* 6. quos refert Escobar *de ratiociniis cap.* 10. *num.* 32. qui tamen *num.* 33. illorum sententiam tanquam juri, ac rationi minus consentaneam refellit, ex quo exhibitionem instrumenti communis petens, nec falsum, nec verum profiteatur, sed tantum illud exhiberi intendit ad videndum, an ex eo experiundi causa adsit. ad tex. *in L. exhibere. ff. ad exhiben. & L. locum habet.* §. *hoc interdictum. ff. de tab. exhib.* & sic in tantum contenta approbare videtur, in quantum instrumentum, aut liber probat. & citat Bart. *in L. post legatum. num.* 2. *in fin. ff. de his quib. ut indign.* Alex. *cons.* 124. *num.* 4. *vol.* 7. Osasc. *decis. pedem.* 38. *num.* 10. Mascard. *de probat. concl.* 16. *num.* 7. sequitur Cyriac. *contr.* 213. *num.* 15. ubi, quod qui petit exhiberi libros rationum &c. non teneatur declarare, an velit pro bonis habere, antequam illos videat. Postius *de manuten. obs.* 99. *n.* 2. *in fin.* quæ tamen procedunt, si simpliciter editio petatur, secus vero si petatur ad suam intentionem fundandam; nam tunc videretur approbare. Post. & Cyri. *ll. cit.* & etiam respondere teneretur, an velit eis stare. Pajatel. *expedit.* 62. *num.* 11. ubi Marches. *dec.* 60. saltem arbitrio boni viri, nisi contrarium doceatur, ut dicit Rot. coram Ludovis. *dec.* 79. *num.* 4. *inter ejus select.*

Editio vero, quæ fit post litem contestatam ad instructionem processus, sed ad probationem, debet fieri parte præsente, & citata, & datur copia parti cum termino opponendi, si quid &c. alias instrumenta non probarent: Eccles. *loc. cit. obs.* 47. *num.* 7. *seqq.* Osasc. *decis.* 1. *num.* 47. Bellamer. *concl.* 27. *vers. sed cave, quia termini ad dicendum contra producta sunt substantiales.* Cassador. *decis.* 12. *num.* 10. *super regul. Cancell.* si tamen pars hoc petat, Eccles. & Osac. *ll. cit.* Et qui semel produxit, non potest amplius pœnitere, & instrumenta producta retrahere in præjudicium partis adversæ. Eccles. *loc. cit. num.* 14. nec errorem allegare, dicendo, se per errorem edidisse. Specul. *in tit. de instrum. edit.* §. *videndum. num.* 12. Eccles. *loc. cit.* 25

Si vero instrumenta producenda sunt in partibus, dantur compulsoriales, quarum praxim vide apud Postium *de manuten. obs.* 99. *a num.* 4. Si instrumenta sint deperdita, & non sciatur, quis illa habeat, dantur monitoria. ut infra *litt. M.* 26

ELECTIO.

Praxis Electionis.

§. I.

Electionis Forma, & quotuplex illa sit, ad explicationem cap. quia propter, de elect.

Electio fieri non potest per sortes, ut diximus in prax. *Electionis Abbatum.* §. 1. *ex cap. Ecclesia vestra, de sortileg.* sed debet fieri vel per scrutinium, vel per inspirationem, vel per compromissum: quamvis in Electionibus Regularium electiones per compromissum & inspirationem fuerint sublatæ a Concil. Trid. *sess.* 25. *de Regular. cap.* 6. Garz. *de Benefic. p.* 5. *cap.* 4. *num.* 203. ubi Sac. Congr. & apud Passerin. *de elect. cap.* 1. *quæs.* 4. *num.* 56. 57. *&* 59. Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 157. *& cap.* 45. *num.* 5. ubi Castellin. *de elect. cap.* 7. *num.* 4. *vers. ad quorum.* & patet; quia juxta Concil. Trid. electio Abbatum &c. debet fieri per vota secreta, quod haberi non potest per inspirationem, vel compromissum: sustineretur tamen hæc electio per compromissum, si hoc fuisset scrutinio mixtum servatis scrutinii substantialibus, ut late per Rot. *post tom.* 3. Tambur. *de Jur. Abbat. decis.* 22. *nu.* 30. *& decis.* 23. *num.* 38. ubi traditur forma. 1

Similiter & electio per viam inspirationis Spiritus sancti ob peccata nostra hodie raro occurrit, ut dicit Rot. *in una Meten. Monasterii* 2. *Julii* 1621. quæ in recent. reperitur *in p.* 4. *tom.* 2. *decis.* 312. *num.* 20. & ibi notat Joan. Andr. *in cap. quia propter, de elect. nu.* 40. Petrus de Bais *in suo director. elect. p.* 3. *cap.* 16. *num.* 2. quæ duplex est, una per inspirationem, quando nempe eligentes nullo ordine servato quasi inebriati aliquem eligunt, seu potius acclamant, uti contigit in electione aliquorum Sanctorum. Altera per quasi inspirationem, quando de repente unus post alium servato tamen aliquo ordine eligunt. Rot. cit. *num.* 16. *&* 17. Passerin. *loc. cit. q.* 4. *num.* 62. apud quos Hostiens. *in d. cap. quia propter num.* 50. & ibi etiam Abb. *num.* 3. Oldrad. *cons.* 155. *num.* 1. *&* 2. & alii. Et hæc electio non subjacet dispositionem *cap. quia propter.* Rot. *ibid. num.* 5. ubi Innoc. *nu.* 6. Hostiens. *d. num.* 50. Abb. *in* §. *nisi num.* 1. *in fin. in cit. cap. quia propter.* Sylvest. *in summ. verb. elect.* 2. *num.* 27. Passerin. *loc. cit.* Sufficit autem, quod unus dissentiat ad effectum, quod electio non dicatur facta per inspirationem, ut ex Joan. Andr. *in d. cap. quia propter. num.* 39. & ibi Bellam. *in* §. *nisi forte. n.* 1. *&* 3. & aliis notat Rot. cit. *n.* 18. Passerin. *cap.* 23. *q.* 1. *& per tot.* ubi plura. & infra *n.* 44. 2

Electio vero per compromissum non valet, nisi omnes electores consentiant in tale compromissum. Glos. *in d. cap. quia propter. verb. vice omnium, de elect.* Abb. *in cap. in causis. num.* 3. *eod.* Passerin. *loc. cit. cap.* 22. *q.* 4. quia cum sit actus mere voluntarius, & omnium interest, ab omnibus debet approbari, & quidem expresso consensu. P. Pirhing. *lib.* 1. *tit.* 6. *sect.* 4. §. 6. *sub num.* 204. Passerin. *loc. cit. q.* 7. *num.* 32. Et tale compromissum non potest fieri in Laicos, sed tantum in 3

Cle-

Clericos. Pirhing. *l. c. n.* 205. ubi Abb. *in cap. cauſam.* 8. *de elect.* Gonzal. *in d. cap. cauſam. ſub n.* 7. *circa med.* etiamſi clerici ſint extra gremium. *ut in d. cap. cauſam, de elect.* & ibi Gloſſ. *verb. contulerint.* Paſſerin. *d. cap.* 22. *q.* 1. *ſub num.* 3. etiam numero pares, licet melius fiat in impares, ut *in d. cap. in cauſis.* 30. *& cap. cum dilectus, & cap. cum in jure, de elect.* imo etiam in unum, ut *in cit. cap. cauſam.* Pirhing *num.* 206. *ſeq.* Paſſerin. *d. cap.* 22. *q.* 1. *ſub num.* 3. Non valet tamen compromiſſum, ut is eligatur a compromiſſariis, in quem minor pars Canonicorum conſenſerit. Paſſerin. *d. cap.* 22. *quæſt.* 2. *ad med.* bene vero ut eligatur is, in quem major pars Canonicorum conſenſerit. Pirhing *l. c. n.* 209.

4 Concluſio vero quod omnes debeant in compromiſſum conſentire, procedit in compromiſſo ſimplici, non vero in compromiſſo mixto, & limitato, in quo ſufficit, quod conſentiat major pars eligentium, ut diſtinguunt aliqui apud Paſſerin. *d. cap.* 22. *num.* 20. Eſt autem differentia inter compromiſſum ſimplex aut abſolutum, & mixtum aut limitatum; quod in compromiſſo ſimplici cenſeatur omnis poteſtas eligendi a capitularibus translata in compromiſſarios, ita ut poſſint eligere quemcumque velint, modo ſit idoneus, etſi non ſit de gremio, juxta Gloſ. *in cap. cum dilectus.* 32. *verb. de gremio, de elect.* non vero in compromiſſo mixto, aut limitato, niſi ſub certa reſtrictione, puta, ut unum de gremio eligere debeant, vel ut illum eligant, in quem major, ſeu ſanior pars electorum conſenſerit exquiſitis ſecreto, & ſingillatim voluntatibus ſingulorum Capitularium &c. quod & mixtum dicitur. Pirhing *loc. cit. num.* 208. & eſt tex. *in d. cap. cum dilectus.* & in hoc tenentur compromiſſarii ſervare formam *citati cap. quia propter.* Paſſerin. *d. cap.* 22. *num.* 7. *&* 21. *ſeqq.* ubi late. & apud Rot. *poſt tom.* 3. Tambur. *de Jur. Abb. deciſ.* 23. *a nu.* 35. *per tot.* ubi etiam formam videre poteris. Et hoc compromiſſum poteſt re integra revocari ſaltem a majori parte vocalium. Paſſerin. *d. cap.* 22. *q.* 6. *num.* 25. ubi a ſenſu contrario probat *ex d. capit. in cauſis.* 30. *de elect.* ubi etiam Gloſs. *in verb. cum res non eſſet integra.* & licet quando ſunt plures compromiſſarii, poſſit unus ex illis eligi, a reliquis compromiſſariis, de quo late Paſſerin. *d. cap.* 22. *tot. q.* 9. ſi tamen compromiſſarius fuit unicus, non poteſt ſe ipſum eligere. idem Paſſerin. *l. c. q.* 8. *n.* 38. Gonzal. *in cap. cauſam. n.* 7. *ad fin. de elect.* plura vide apud eoſdem: & ſignanter apud Paſſerin. *tot. cap.* 22. ubi etiam formam videre poteris eligendi compromiſſarios.

5 Sed quæres, ſi compromiſſarii in compromiſſo ſimplici, & abſoluto, elegerint perſonam minus idoneam, & compromittentes illam acceptare nolint, prout non tenentur, etiamſi in compromiſſo nulla idoneitatis mentio facta fuerit, cum illa ſubintelligatur, ut dicit Gonzal. *in d. cap. cauſam. ſub num.* 8. Gloſ. *in cap. in cauſis.* 30. *verb. idonea. de elect.* an tunc jus eligendi devolvatur ad ſuperiorem, an vero ad ipſos compromittentes revertatur? Reſp. cum Gonzal. *loc. cit.* quod revertatur ad ipſos compromittentes, niſi illis elapſum fuerit tempus a Jure ſtatutum ad eligendum. ad tex. *in cap. ſi compromiſſarius.* 37. *de elect. in* 6. vel niſi & ipſi compromittentes talem electionem approbaverint, ut dicitur *in d. cap. ſi compromiſſarius.* ſimiliter dicitur, ſi major pars compromiſſariorum eligat indignum, minor vero dignum, vide Paſſerin. *loc. cit. cap.* 22. *a num.* 46.

6 Ulterius electio facta non ſervata forma *d. cap. quia propter.* 42. *de elect.* eſt nulla ipſo jure, ut ſupra diximus, in verb. *Abbatis Electio. num.* 4. late Paſſerin. *cap.* 9. *q.* 7. *num.* 49. *de elect.* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 5. *q.* 5. *num.* 5. etiam abſque alia ſententia, ut ex Gloſ. *in d. cap. quia propter verb. vice omnium.* & ibi Compoſtellan. *num.* 20. *verſ. nunquid iſta.* Jo. Andr. *num.* 37. *in verſ. non valeat.* & ibi etiam Innoc. *num.* 6. & aliis defendit Rot. *in d. deciſ.* 312. *num.* 4, ubi de veriori, contra Hoſtienſ. *p.* 4. *rec. tom.* 2. Gonzal. *in d. cap. quia propter. num.* 8. apud quos aliis. Sperel. *deciſ.* 181. *num.* 12. & DD. paſſim, contra nonnullos dicentes, non eſſe ipſo jure nullam, ſed potius irritandam. Et concluſio procedit, licet aliquid etiam minimum in ſubſtantia fuerit omiſſum: cum *d. cap. quia propter.* inducat formam, forma autem, & ſubſtantia rei ſit indiviſibilis, & ad unguem ſervanda, per tradita a Gratian. *diſc. for. cap.* 853. *num.* 28. Coſta *de Jur. & fact. ignor. inſpect.* 71. *num.* 9. Rubeo *in annot. ad deciſ.* 542. *Rot. Rom. num.* 59. *p.* 4. *rec. tom.* 3. Felin. *in cap. quoniam frequenter. num.* 4. *ut lit. non conteſt.* Paſſerin. *d. cap.* 9. *a num.* 35. *ſeqq.* ubi tamen admittit parvitatem materiæ electionem non irritantis, ſi non ſit contra ſubſtantiam, quem vide, & quæ ſint de ſubſtantia, quæ vero de ſolemnitate, dicemus infra *num.* 56. *ſeqq.*

7 Quæres, an forma *cit. cap. quia propter.* fuerit ſublata per Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *de regular.* Affirmat Mirand. *in man. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 15. ex eo, quod, cum voluerit electionem omnino eſſe ſecretam, abſtulerit electionem auricularem, ſed negat Paſſerin. *loc. cit. num.* 48. ubi quod non tantum non abſtulerit, ſed imo auxerit: quia Concil. non abſtulit electionem auricularem, ſed illi addidit majus ſecretum, volens, ut eligentium nomina nunquam, nec in publicatione ſcrutinii, publicentur, quod in *cap. quia propter*; non erat prohibitum: & quod dictum Concil. Trid. non intenderit derogare diſpoſitioni *cap. quia propter.* dixit etiam Rot. *ſupra cit. deciſ.* 312. *num.* 57. *p.* 4. *rec. tom.* 2. ita etiam Barboſ. *ad d. cap. quia propter. & de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 158. *& cap.* 45. *num.* 4 Tamburin. *de Jur. Abbat. d. diſp.* 5. *q.* 5. *num.* 9. *tom.* 1. Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 6. Riccius *in prax. p.* 4. *reſ.* 29. *num.* 11.

8 Porro forma *d. cap. quia propter*, eſt ſervanda in electione Epiſcoporum, Prælatorum Regularium, & illorum, qui exercent jurisdictionem generalem, nempe in criminalibus, & civilibus in Eccleſiis collegiatis, & ob quorum mortem Eccleſiæ dicuntur viduatæ. Gloſ. *in cap. cum terra* 14. *verb. diligentiam. ad fin. & in cap. quia propter. verb. Eccleſiis, de elect.* ubi Innoc. *in princ.* Panorm. *num.* 7. *&* 8. & alii. Barboſ. *ut ſtatim infra. num.* 153. Paſſerin. *d. cap.* 9. *a num.* 51. ubi late, & DD. ac Rot. ſæpius. *& d. deciſ.* 312. *num.* 9. *&* 10. Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 2. *art.* 18. & de Abbatum electione dicit Tamburin. *de jur. Abb. diſp.* 5. *q.* 5. *num.* 2. *tom.* 1. Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 150. *ſeq.* Pellizzar. *in man. Regul. tr.* 9. *cap.* 2. *ſect.* 1. *num.* 2. *ad fin.* Rot. *deciſ.* 574. *num.* 3. *p.* 4. *rec. tom.* 3. ubi late. Secus in electione Canonicorum, dignitatum, vel perſonaruum; quia ob eorum mortem Eccleſiæ non manent viduatæ. Barboſ. *loc. cit. num.* 159. Paſſerin. *loc. cit. num.* 55. Neque in Electione Abbatiſſarum, vel Prioriſſarum. Pellizzar. *de monial. cap.* 10. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 45. *a num.* 6. *ſeqq.* quos refert, & ſequitur Paſſerin. *loc. cit. num.* 56.

9 Debet tamen electio Abbatiſſæ fieri per ſcrutinium votis ſecretis. Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *de regular.* & diximus ſupra litt. A. in prax. *Electionis Abbatiſſæ.* Epiſcopus tamen poteſt vel per ſe, vel per alium ſingularum vota recipere oretenus. Garz. *de Benef. p.* 5. *cap.* 4. *num.* 190. Zerol. *in prax. verb. Abbatiſſa. num.* 6. ubi Sac. Congr. Sperel. *deciſ.* 161. *num.* 1. & 2. nec poteſt eligi ad vitam, ſed tantum ad triennium, & poſtmodum per triennium abſtinere. Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 4. ob Conſtit. Gregor. XIII. incipit. *expoſcit debitum.* quod in Italia obſervatur teſte Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 30. & ex tribus partibus debent concurrere duæ, niſi aliter habeat conſuetudo, aut conſtitutiones particulares. Barboſ. *d. cap.* 45. *n.* 27. tex. *in cap. indemnitatibus* 43. §. *ſane.* ibi: *quæ a duabus partibus. de elect. in* 6. & ſi ſunt diſcordes, poteſt Epiſcopus nominare unam, quam magis idoneam judicaverit. Antonel. *loc. cit. nu.* 7. ubi Sac. Congr. modo prius monialibus diſcordantibus tempus competens aſſignaverit ad ſe concordandum, ut ex cit. Sac. Congregatione dicit Barboſ. *d. cap.* 45. *num.* 27.

10 Ulterius diſpoſitio *d. cap. quia propter*, non eſt neceſſaria in electione Vicarii Capitularis, neque diſpoſitio Concilii Tridentini *l. c.* Garz. *de benef. p.* 5. *cap.* 7. *n.* 21. *&* 22. apud quem Sacr. Congr. & apud Dian. *p.* 8. *tr.* 4. *reſ.* 60. Antonel. *de Regim. Eccleſ. lib.* 4. *cap. ult. n.* 58. Zerol. *in prax. verb. Capitulum.* §. 3. dummodo ſint præſentes duæ partes Canonicorum, niſi abſentes vocati fuerint, & non venerint: quia generaliter actus Capituli non valet, niſi fuerit factus a majore illius parte, Capitularibus etiam abſentibus vocatis, vel ab omnibus extracapitulariter. Antonel. *loc. cit. n.* 59. alios caſus, in

quibus *d. cap.* diſpoſitio non eſt neceſſaria, vide apud Paſſerin. *cap. 9. anum. 51.*

11 Electio ergo debet fieri juxta formam *cit. cap. quia propter*, ſcilicet per ſcrutinum, compromiſſum, aut inſpirationem: Debent vocari intereſſe volentes, & tres de Capitulo eligi, qui omnium vota exquirant, ut dicemus *infra* §. 5. & in ſcriptis per ſe, vel Notarium redigant, & illico, antequam ad alia deveniant, illa publicent Capitulo. Abb. *in d. cap. quia propter.* aliter electio non valet, & poteſtas providendi devolvitur ad Summ. Pontif. *cap. quamquam, de elect. in 6.* Rot. *deciſ.* 574. *n.* 2. *p.* 4. *rec. tom.* 3. & electores pro illa vice privantur voce, ſeu poteſtate eligendi, non quidem ipſo jure, ſed per ſententiam, & ſic hæc pœna eſt ferendæ ſententiæ. Pirhing *lib.* 1. *tit.* 6. *de elect. num.* 41. ad tex. *in cit. cap. quia propter.* §. *qui vero.* & ibi gloſſ. *in verb. priventur. & in cap. Cumana* 50. *verb. privantes. eod. tit. de elect.* Paſſerin. *d. cap. 9. quæſ.* 9. *num.* 61. ubi DD. Gonzal. *in d. cap. quia propter. num.* 10. Sperel. *deciſ.* 181. *num.* 22. quia verbum *priventur*, cum ſit futuri temporis, importat ſententiam ferendam. *arg. eorum.* quæ dicit gloſſ. *in cap. quicunque* 2. *verb. innodetur, ce hæret. in* 6. Bais *in ſuo director. electionis. p.* 1. *cap.* 22. *num.* 1. Unde electores ante ſententiam cognito errore poſſunt defectum emendare, & iterum eligere. *DD. cit.* & Paſſerin. *uti ſupra num.* 62. quam ſecundam electionem ante ſententiam privationis factam defendunt etiam Lother. *de re Benef. lib.* 2. *q.* 19. *num.* 66. *& 67. & lib.* 3. *quæſ.* 17. *anu.* 105. Tondut. *reſol. canonic. q.* 17. *num.* 6. teſte Gonzal. *loc. cit.* Imo ſi major pars elegat contra formam requiſitam *in d. cap. quia propter*, & velit defectum emendare, id poteſt facere, etiam minore parte repugnante, de nullitate proteſtante, & appellante; quia major pars non amiſit jus eligendi ante ſententiam.

12 Quæres, an forma *cap. quia propter*, ſit etiam ſervanda in poſtulatione Epiſcopi? affirmant Innoc. *in cap. cum cauſis.* 30. *numer.* 1. *de elect.* Abb. *in dicto cap. quia propter.* Layman. *de elect. Prælat. quæſt.* 80. Negant Hoſtienſ. *in ſumma num.* 10. Sylveſtr. *verb. poſtulatio. quæſt.* 2. *ad med.* ubi tamen quod ſit tutius prædictam formam ſervare.

§. II.

Ad quem ſpectet Jus electionis, & quinam ſint ad illam vocandi?

13 Electio vero ſpectat ad Collegium, vel Communitatem, cujus Prælatus eſt eligendus, vel ad Canonicos capitulariter ſumptos. Paſſerin. *loc. cit. cap.* 10. *anu.* 3. & ad hoc ſufficit, quod ſint in quaſi poſſeſſione eligendi. *cap. conſultationibus. de Jurepat.* quia electio, vel præſentatio eſt fructus juris eligendi, qui ſpectat ad poſſeſſorem, non ad Dominum. *L. bonæ fidei.* 48. *ff. de acquir. rer. domin. cap. gravis. de reſtit. ſpol.* Abb. *in cap. cum Vintonienſis, de elect.* Paſſerin. *loc. cit. d. cap.* 11. *a num.* 14. & ideo electus ab eo, qui erat in poſſeſſione eligendi, præfertur electo, ſeu præſentato a proprietario. vide late tex. & DD. *in d. cap. conſultationibus.* & Gonzal. *in cap. querelam.* 24. *a num.* 9. *de elect.* Mareſch. *lib.* 1. *variar. cap.* 55. *a num.* 14. Beltramin. ad Ludoviſ. *deciſ.* 77. *num.* 12. Rot. *deciſ.* 73. *a num.* 17. *p.* 11. *rec.* quos vide.

14 Collegii vero jura poſſunt in uno durare, uti ſi e tribus vel pluribus de collegio omnes moriantur, vel excommunicentur, vel quovis modo reddantur inhabiles uno excepto, hic poterit eligere, non tamen ſe ipſum, ut vult communior. Sylveſt. *v. electio.* 1. *num.* 2. Innoc. & Hoſtien. *in cap.* 2. *de poſtul. Præl.* Panormit. *in cap. nullus. de elect. num.* 6. Caſtellin. *de elect. cap.* 5. *num.* 3. *&* 86. Barb. *de Jure Eccl. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 46. de VVaix. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. Rota apud Paſſerin *loc. cit. num.* 8. Unde ſi in uno Collegio ſunt tres vocales, duo, vel unus renuntient, aut recedant, qui remanet, poteſt eligere. Caſtellin. *loc. cit. cap.* 5. *num.* 86. & S. Congreg. apud Paſſerin. *loc. cit. num.* 9. vide etiam Gloſ. *in cap. ſi forte. diſt.* 65. *in verb. ſi forte.*

15 Ad electionem omnes ſunt vocandi, qui debent, volunt, & poſſunt commode intereſſe electioni. *cap. coram.* & ibi Gloſ. *verb. in provincia. cap. bonæ memoriæ* 36. *cap. quod ſicut.* 28. *de elect.* Gonzal. *in cap.* 18. *num.* 8. *eod.* Panorm. *in d. cap. quia propter.* ſive ſint præſentes, ſive abſentes, niſi adſit conſuetudo contraria ſaltem decem annorum quoad abſentes. Vvaix. *loc. cit. lib.* 3. *cap.* 9. Tamburin. *de Jure Abb. tom.* 1. *diſp.* 5. *quæſt.* 3. *nu.* 17. Barb. *loc. cit. num.* 89. Gloſ. *in d. cap. bonæ memoriæ. verb. in provincia ad fin.* aliter electio erit irritanda ad illorum, qui non fuerunt vocati, petitionem, & non aliter. Gonzal. *ut ſtatim infra ſub num.* 10. Sperel. *deciſ.* 181. *num.* 42. Riccius *in prax. elect. reſ.* 45. *in p.* 4. ubi DD. & ſi poſtea ſemel conſenſit, non poteſt amplius impugnare, late Tamburin. *de Jur. Abb. d. diſp.* 5. *q.* 3. *num.* 9. *& per tot.* quæ procedunt, niſi illorum inhabilitas eſſet ita notoria, ut nulla tergiverſatione celari poſſit; imo requiritur ſententia declaratoria, quod ultimum tamen ſolum admittit Riccius *loc. cit. reſ.* 46. ſi notorietas non ſit certa, & indubitata, alias ſecus: & faciunt tradita per Gonzal. *in d. cap. cum inter:* 18. *num.* 11. *de elect.* quod tales citandi non ſint, & ſi nondum ſit diſcuſſum, an inhabiles ſint, cum ſufficiat, quod poſſint poſtea convinci, ex doctrina Lavor. *cap.* 17. *de elect. num.* 7. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 19. *ſub num.* 89. ſubjungit tamen, ſervandam eſſe conſuetudinem illius Eccleſiæ, in qua debet fieri electio; inhabilitas vero ex pluribus capitibus procedit, de quibus in §. *ſeq.* & horum non eſt habenda ratio, nec expectandi, etiamſi fuerint vocati. de quo Fagnan. *in d. cap. quia propter. num.* 41. vide Gloſ. *in cap. indemnitatibus.* §. *ſane, verb. non obſtante, de elect. in 6. & in Clem. quod circa. in verb. quæ in facto. eod. tex. in cap. cum inter, de elect.* Niſi contempti tacite ratificarint, uti non reclamando ante confirmationem. late Sperel. *dec.* 181. *num.* 42. ſunt autem citandi abſentes a loco vel per litteras, vel per nuntium. *cap. cum inter.* 18. *de elect.* Caſtellin. *de elect. cap.* 8. *num.* 1. Barb. *loc. cit. num.* 90. Paſſerin. *de elect. cap.* 11. *num.* 42. Debent citari ad certam diem, non eſt tamen neceſſe, quod citentur ad certam horam. Panorm. *in cap. conſuluit. de off. Deleg.* Paſſerin. *loc. cit. num.* 44. ſed in citatione debet adeſſe proteſtatio, quod ſi abſens determinato die & hora non comparuerit, tamen procedetur ad electionem, & hoc ubi viget talis conſuetudo, alias proteſtatio non eſt neceſſaria. Paſſerin. *uti ſupra num.* 46. Et ſi neſcitur, ubi ſit citandus, citatio fit per edictum ad valvas Eccleſiæ; Tholoſan. *de elect. cap.* 14. *num.* 13. ſi vero ſcitur, debet fieri perſonaliter vel in ejus domo. Barb. *de Jure Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 91. juxta cap. *Cauſam.* & ibi Gloſ. *poſt verb. legitime.* & cap. *Venerabilis. de dolo & contumac.* Illi vero, qui ſunt præſentes in loco, citantur voce, vel campana. *DD. cit.* Caſtellin. *loc. cit.* Paſerin. *num.* 49. & hæc citatio ideo requiritur, ne non citatus agere poſſit de contemptu.

Sed quinam agunt de contemptu? Reſp. quod illi, 16
qui non fuerunt citati, & debuerunt citari, ſecus ſi citari non debuerunt, & non poteſt de contemptu agi, niſi ab eiſdem contemptis, non vero a contemnentibus. Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 5. *q.* 3. *num.* 6. ubi DD. & diximus in verb. *Capitulum. num.* 12. *in fin.* Citari vero non debent, qui commode intervenire non poſſunt, & tales non dicuntur contempti. Fagnan. *in cap. quia propter. de elect. num.* 41. quod commodum eſt intelligendum ex parte Eccleſiæ, ſeu communitatis, non autem ex parte perſonarum vocandarum. Tambur. *loc. cit. num.* 15. ubi Panorm. *in d. cap. quia propter. num.* 5. & alii. ubi de communi. Barboſ. *de Canon. & Dignit. cap.* 39. *num.* 4. *in fin. ut ſtatim infra.* quia ad contemptum in ordine ad reſcindendam electionem requiritur, quod ſit formalis, & injurioſus, & doloſus in odium non vocatorum. Felin. *in cap. ſi quis.* 2. *num.* 7. *de major. & obed.* Paſſerin. *de elect. cap.* 14. *num.* 48. quia contemptus eſt actus non ſimpliciter contra legem vel hominem geſtus; ſed in odium, & injuriam factus. S. Tho. 2. 2. *quæſt.* 186. *art.* 9. *ad* 3. Caſtellin. *de elect. in prælud.* §. 11. unde bona fides excuſat a contempu, & juſta ignorantia ex cauſa etiam injuſta. *DD. mox cit.* Barboſ. *loc. cit. n.* 88. *& in cap.* 2. *de poſtul. Prælat. nu.* 3. Fermoſin. *in cap. illa. de elect.*

Citari etiam non debent Canonici, qui ſunt extra 1
provinciam, præſertim in regione hoſtili. *cap. coram.* 33. *de elect.*

de elect. ubi Abb. *num.* 3. Fermoſin. *in cap. cum inter. num.* 3. *de elect.* niſi ſint vicini, & facile citari poſſint, ut dicit Gloſ. *in cap. coram verb. in provincia, de elect.* Gonzal. *in d. cap. cum inter. ſub num.* 12. *de elect.* Neque illi, qui ſciunt vacationem Eccleſiæ & diem indictum electioni; quia vocatio abſentium non eſt de forma electionis; ſed de ſolemnitate, quæ ſuppletur per notitiam, & ſi talis non venit, cenſetur nolle intereſſe, & ſibi imputare debet. Abb. *in cap. cum Eccleſia. 57. numer.* 19. *de elect.* & in *d. cap. cum inter.* Paſſerin. *d. cap.* 11. *num.* 66. nam certus non eſt amplius certiorandus, & pro præſenti de vice habetur, qui ſcit, & poteſt venire. Caſtellinus *de elect. cap.* 8. *num.* 10. Ita non debet citari Canonicus abſens; cum ex tali vocatione Capitulo imminet periculum in bonis, quia tunc reſpectu Eccleſiæ non poſſunt commode intervenire, ut Tambur. Panorm. & Barboſ. *ut ſupra.* & probatur ex *d. cap. quia propter.* ubi gl. & Abb. Lavor. *de elect. tit.* 4. *cap.* 17. *numer.* 12. Caſtellin. *loc. cit. cap.* 8. *numer.* 5. Ita non eſt citandus, ſi imminet periculum Eccleſiæ, non obſtante quacumque conſuetudine etiam jurata. Caſtellin. & Paſſerin. *ll. cc. num.* 33. P. Pirhing *l.* 1. *tit.* 6. *ſect.* 3. *num.* 127. Item ſi adeſt periculum ſchiſmatum, intruſionum Laicæ poteſtatis, ſeditionum, & ſimilium præſertim propter bella. Abb. *in d. cap. coram. de elect.* & ſi non poſſunt tuto vocari. Tholoſ. *de elect. cap.* 14. *numer.* 13. & darentur factionum, & corruptionum aditus. Lavor. *de elect. tit.* 4. *cap.* 17. *num.* 12. & tumultuum. Paſſer. *loc. cit. num.* 33. Card. de Luca. *de Regular. diſcurſ.* 53. *a num.* 9. Fagnan. *in cap. cum ex injuncto. a num.* 36. *de nov. oper. nunt.* & hæc ob rationem prædictam, quod commoditas ſit conſideranda reſpectu Eccleſiæ. Neque ſunt citandi ad conſtituendum procuratorem, ſi abſunt propria culpa, & defectu, & non poſſunt venire ob periculum Eccleſiæ, ut quia adhærent hoſtibus; ſecus ſi abſunt ſine propria culpa & defectu, & non poſſunt venire ob aliquam inimicitiam timentes de ſua perſona. Innoc. *in cap.* 2. *de nov. oper. nunt.* Barb. *in L. omnes populi. ff. de juſt. & Jur.* Abb. & Felin. *in cap. cum omnes. de conſtit.* Ita citari non debent juſta cauſa expulſi, & banniti vel declarati hoſtes; quia tales perdunt omnia jura. vide Fagnan. *in d. cap. cum ex injuncto*; quando vero præſumantur citati, qui vocandi erant, vide in verb. *Capitulum. n.* 12.

18 Porro ad valorem electionis non requiritur præſentia omnium Capitularium; ſed requiritur, & ſufficit, quod ſint præſentes duæ partes ex tribus, & ex his duabus partibus major pars conſentiat. Fagnan. *in d. cap. cum ex injuncto. num.* 48. aliter non valet: in quo numero non computantur non vocandi, vel qui vocati venire neglexerunt; quia iſti reputantur pro extraneis, ac ſi non eſſent de Capitulo, licet iſti eſſent in majori numero; quia ſe faciunt alienos. Abb. *loc. cit.* late Petr. Gregor. Tholoſ. *lib.* 2. *tit. de elect. cap.* 14. *num.* 15. Pirhing *ut ſtatim infra. numer.* 126. Rot. *deciſ.* 169. *num.* 1. *p.* 19. *rec.* maxime ſi a Capitulo ſine cauſa receſſerunt. Compoſtella. *in cap. ſtatuimus. de elect.* licet appellarint. Waix. *de elect. par.* 3. *cap.* 13. Paſſerin. *de elect. cap.* 11. *quæſt.* 11. *num.* 92. *ſeq.* Card. de Luca *de Canon. diſcurſ.* 27. *num.* 9. & *de Regular. diſc.* 53. *num.* 8. Rota *in recent. dec.* 313. *num.* 13. *par.* 19. P. Pirhing *lib.* 1. *tit.* 6. *ſect.* 3. *num.* 135. *cum duob. ſeqq.* dummodo major pars remanſerit. Pirhing & Paſſerin. *ll. cit. num.* 108. Laym. *in cap. cum nobis. num.* 4. *de elect.* ubi limitat. Idem dic, ſi manent in Capitulo, & nolunt votare. gl. *in Clem. quod circa, de elect. verb. quæ in facto, ante, ante fin.* Coccin. *dec.* 1431. Rota coram Merlino *dec.* 591. *num.* 3. licet dies ad electionem præſtituta non eſſet peremptoria. Paſſerinus *loc. cit.* Hoſtien. *in cap. cum nobis. de elect. n.* 17. quia eo ipſo, quod Capitulum fuit congregatum legitime pro habenda electione, illam inchoavit, & ita fuit jus quæſitum manentibus pro illa complenda, ita Paſſerin. *loc. cit.* Fermoſin. *de elect. quæſt.* 3. *num.* 9. Abb. *in cap. cum nobis n.* 9. *de elect.* Bellamera *in cap. Eccleſia veſtra. de elect. n.* 6.

§. III.

Qui eligere non poſſint?

I. Furioſi, & mente capti ob defectum libertatis. 19
Navar. *in cap. ſi quando de reſcript.* Caſtellinus & Vvaix. *ll. cc.* Paſſerin. *loc. cit. c.* 10. *n.* 10. *ſeqq.* electio tamen ab illis facta tempore dilucidi intervalli valet. Paſſerin. *num.* 12. & præſumitur actus factus tempore dilucidi intervalli, ſi actus ſtultitiam non ſapit. Bal. *in L. furioſum. C. qui teſtam. facere poſſ.* Covar. *in* 4. *Decretal. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 6. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 45. *num.* 62. & 66. Mant. *de conject. ult. volum. lib.* 2. *tit.* 5. *a num.* 6. Ita electio facta per iracundiam, vel in ebrietate non valet. Pax Jord. *lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 2. modo iracundia & ebrietas ſit talis, quæ auferat uſum rationis.

II. Laici eligere non poſſunt, ſed Eccleſiaſtici ſubdia- 20
coni. *cap. ſacroſancta* 51. *de elect. cap. nullus. diſt.* 63. *cap. ex eo.* §. *in Eccleſiis. de elect. in* 6. Clem. *ut ii, de ætat. & qualit.* Tamburin. *de Jur. Abb. tom.* 1. *diſp.* 5. *q.* 8. *n.* 8. Barb. *de Jure Eccleſ. l.* 1. *c.* 19. *nu.* 79. Caſtellin. *c.* 5. *n.* 64. Paſſerin. *de elect. c.* 10. *n.* 17. non obſtante quacumque conſuetudine. Paſſerin. *l. c. n.* 18. ubi Panorm. *in cap. querelam. n.* 6. & *cap. quod ſicut. n.* 6. & *cap. fin. de conſuet.* & alii.

III. Non Capitulares non poſſunt eligere valide Syl- 21
veſt. *verb. electio. q.* 4. *n.* 5. Caſtellin. *loc. c.* Rot. apud Paſſerin. *l. c. num.* 21. quæ invenitur poſt *tom.* 3. Tambur. *de Jur. Abb. deciſ.* 19. Ita neque abſentes; quia electio debet fieri a collegialiter congregatis, neque valet, ſi votum fuit datum per litteras, etiam conſentiente Capitulo. Limit. quoad infirmos, ſi ſunt in loco electionis; quia tunc ſcrutatores ad eos accedere debent, & eorum votum accipere. Sylveſt. *in verb. electio. q.* 5. Innoc. *in d. cap. quia propter.* Barb. *de Jur. Eccleſ. l.* 1. *c.* 19. *n.* 108. Riccius *in prax. elect. ref.* 42. *in p.* 4. Paſſerin. *loc. cit. num.* 32. Per procuratorem tamen poſſunt eligere *d. cap. quia propter. cap. ſi quis juſto. de elect. in* 6. Barb. *loc. cit. a nu.* 100. dummodo abſens ſit legitime impeditus, & fides fiat de juſto impedimento, ſaltem juramento. de quo vide *DD. cit.* ſi tamen votum datum per procuratorem non expreſſo legitimo impedimento fuit admiſſum ab omnibus Capitularibus nemine contradicente, non poteſt amplius in dubium revocari. Rot. *deciſ.* 169. *n.* 4. & 5. *p.* 19. *rec.* ubi Panorm. *in cap. quia propter* §. *illud. n.* 4. *de elect.* Barboſ. *l. c. n.* 110. Paſſerin. *d. cap.* 10. *n.* 41. *ſeq.* qui citat Lavor. *de elect. tit.* 4. *c.* 17. *a n.* 30. *ad* 40. juxta quos proinde poteſt Capitulum hoc onus remittere. Procurator vero debet eſſe unus de collegio, & ſaltem in Ordine ſubdiaconatus. Riccius *l. c. nu.* 4. Barboſ. *num.* 104. vide Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 5. *q.* 4. *n.* 2. & 3. & is non poteſt dare votum nomine ſuo uni, & nomine alterius alteri, niſi fuiſſet procurator conſtitutus ad determinatam perſonam. Et extraneus procurator eſſe non poteſt, Capitulo non conſentiente: neque omnis abſens poteſt mittere procuratorem, ſed qui eſt in tali loco, ubi commode poteſt vocari. Gloſ. & Canoniſtæ *in d. cap. quia propter.* ubi Barboſ. & *lib.* 1. *de Jur. Eccleſ. cap.* 19. *num.* 108. Paſſerin. *loc. cit. n.* 37. ubi Rot.

IV. Excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, & irre- 22
gulares eligere non poſſunt (ſermo eſt de excommunicatis non toleratis) aliter electio non valet. Innoc. Abb. *in cap.* 2. *de poſtul. Prælat.* Suarez *de cenſ. diſ.* 14. *ſect.* 2. *numer.* 17. Caſtellin. *de elect. cap.* 5. *num.* 28. Covar. *in cap. alma mater. part.* 1. §. 7. *num.* 9. Barboſ. *loc. cit. a nu.* 56. Navar. *conſ.* 11. *juxta meam impreſſionem. de elect.* quia geſta per excommunicatum non valent. Paſſerin. *loc. cit. num.* 65. Et ſi excommunicatus ſine magno periculo, capitulo expelli non poteſt, electores debent proteſtari, ſe nolle illi jus eligendi communicare. DD. apud Paſſerin. *loc. cit. nn.* 68. Quoad ſuſpenſum vero requiritur, quod ſit ſuſpenſus ab officio; quia nomine officii intelligitur omne exercitium Clericatus: ſecus ſi tantum eſſet ſuſpenſus a Beneficio. Gloſ. *in cap. cum Vintonienſis,* §. *nos igitur. verb. admiſerant. de elect.* ubi Panorm. *n.* 10. Paſſerin. *loc. cit. a n.* 90.

V. Voce privatus eligere non poteſt, ſi per ſenten- 23
tiam,

tiam, & juridice fuit privatus, & talis potest expelli ex capitulo, etiam violenter, si sine scandalo fieri potest: quia tunc non privati non dicuntur violentiam inferre, sed suam possessionem defendere, quam perturbat privatus per sententiam, si velit electioni interesse. Panorm. *in d. cap. cum Vintonienſis, de elect.* Castellin. *in addit. ad cap.* 5. *num.* 78. Limit. nisi privatus in tempore appellasset; quia appellatione pendente non potest privatus repelli ab electione. *arg. cap. venientes 19. de Jurejur.* Passerin. *de elect. cap.* 10. *nu.* 127. ita neque infames, nisi sint infames infamia facti tantum, quæ non fovetur a jure, quales non repelluntur, sicut nec infamis infamia juris, qui non fuit sententiatus, vel declaratus. vide Passerin. *l. c. n.* 142.

24 Notandum tamen, quod Electores excludi non possunt prætextu inhabilitatis, nisi inhabilitas sit notoria, quæ nulla tergiversatione celari possit. *ut supra nu.* 15. & Passerin. *de elect. cap.* 11. *num.* 73. Abbas *in cap.* 2. *de postulat. Prælat. n.* 15. Gonzalez *in cap. inter universas. n.* 12. *de elect.* Lavorius *de elect. c.* 17.

25 Diximus, furiosum eligere non posse; quia electio debet esse actus liber: sed oritur difficultas, an electio coarctata ex parte eligibilium per superioris præceptum, vel legem, aut consuetudinem ad certam personam, unam, vel plures, vel cum exclusione unius, vel plurium alias dignorum, sit ipso jure nulla? Resp. quod si fuit coarctata ad unam tantum personam, est nulla ipso jure; quia est contra substantiam electionis, quæ esse non potest, ubi non sunt plura eligibilia, & contra libertatem Electorum. Castellin. *de elect. cap.* 8. *numer.* 7. Passerin. *eodem titulo cap.* 2. *a numer.* 5. si vero coarctatio fuit ad plures, vel tres, valet electio; quia talis coarctatio non valet, & Electores possunt contempta coarctatione eligere, quem volunt. Passerin. *loc. cit. a numer.* 18. ubi DD. Quamvis alii velint, electionem coarctatam etiam ad plures esse nullam ipso jure. Panormit. *in cap. licet. 6. de elect.* Castellin. *de elect. cap.* 3. *n.* 7. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 233. quorum sententia videtur probabilior, & conformior declarationi S. Congr. allatæ a Barbos. *loc. cit.* & quod non dicatur libera electio, si unica persona alias digna eligi prohibeatur, dicit Rot. *decis.* 65. *num. 6. p.* 1. *rec.* Neque valet consuetudo in contrarium. An ad certum genus personarum cum exclusione alterius generis coarctatio fieri possit lege vel consuetudine, vide Passerin, *l. c. num.* 45. *& seq.* ubi quod non, regulariter, nisi mutando conditiones requisitas in eligendo. vide Barb. *loc. cit.* qui asserit esse nullam, & affert declarationem S. Congreg. Rot. *loc. cit.* Ita coarctatio ex parte eligentium facta auferendo vocem activam aliquibus Capitularibus non valet, nisi fuerit facta a S. Pontifice; quia privatio vocis activæ supponens culpam, & ita in pœnam, fieri non potest, nisi juris ordine servato. Passerin. *de elect. cap.* 3. *num.* 5. Hinc etiam facta per abusum Laicæ potestatis non valet, ut diximus *in prax. Elect. Abbat. litt. A.* §. 1. *num.* 9. Dicitur facta per abusum Laicæ potestatis, si Laici requiruntur ut Coelectores, vel super certa persona eligenda requiritur eorum consensus, vel eorum minæ intervenerunt. Sperell. *dec.* 181. *num.* 39. Et gravantes illos, qui nolunt eligere certam personam, sunt ipso jure excommunicati, suspensi, aut interdicti respective ad personarum gravantium qualitatem. *cap. sciant cuncti. de elect. in* 6. & ibi Laym. Passerin. *loc. cit. cap.* 4. *q.* 3. *per tot.* Thesaur. *de pœn. Eccles. p.* 2. *verb. electio. cap.* 7. quæ pœna est latæ sententiæ, ut patet ex verbo. *ipso facto.* & ut de pœnis latis contra electum per abusum laicæ potestatis in illam consentientem, dicit. Passerin. *loc. cit. cap.* 8. *numer.* 15. *& infra num.* 57. cum quibus tamen Episcopus an possit dispensare, vide infra. *nu.* 57. quæ quidem procedunt tantum in electione ad Episcopatus, & prælaturas, quia de his loquitur *cap. quia propter. & cap. quisquis.* juxta Passerin. *loc. cit. num.* 3. quamvis aliqui apud eundem hæc extendant ad quamcumque dignitatem, & beneficia, & ut infra *num.* 57. quod videtur verius.

§. IV.

De loco electionis.

Electio Episcopi debet fieri intra ambitum Ecclesiæ 26
Cathedralis. *cap. quod sicut de elect. cap. qua fronte.* & ibi Glos. *verb. Canonicum. de appellat.* vel in choro Ecclesiæ *cap. cum nobis de elect.* Et si ob ingruentem necessitatem non potest peragi in Cathedrali, sufficit, quod major pars Capitularium conveniat, & statuat locum faciendæ electionis, ad quam minor pars debebit se conferre, aliter sine illis ad electionem procedi poterit. Abb. *in cap. bonæ. de elect.* Fagnan. *in cap. cum ex injuncto, de nov. oper. nunc. num.* 19. *&* 20. *cum seqq.* vide Passerin. *loc. cit. c.* 12. *q.* 2. *per tot.* Regulariter ergo debet fieri in Cathedrali; & si major pars Capitularium ob metum personalem absit, puta ob inimicitias privatas, minor pars non tenetur exire, & accedere ad majorem partem. Passerin. *loc. cit. cap.* 12. *q.* 2. *nu.* 6. ubi Vvaix. *p.* 3. *cap.* 12. *n.* 3. Absentes vero, si volunt eligere, debebunt mittere Procuratorem; quia præsentes regulariter constituunt Capitulum. Vvaix. *de elect. d. cap.* 12. *par.* 3. *n.* 2. si inquam metus est personalis ob inimicitias, quas habent absentes; si vero metus est realis, absentes non tenentur venire, nec mittere Procuratorem. Vvaix. *l. cit.* & Mandagot. *de elect. nov. Prælat. c.* 13. *litt. C.* Gl. *in cap. bonæ, verb. metuebant. de elect.* ubi Panorm. Dicitur vero metus realis, quando timetur impressio circa rem, puta circa electionis actum, scilicet violentia; tunc enim absentes possunt petere, ut mutetur electionis locus, & si denegetur, appellare ad superiorem. Porro locus, dummodo sit honestus, non est de substantia electionis. Passerinus *de elect. cap.* 12. *quæst.* 3. *n.* 11. & ita facta in loco interdicto valet. Passerin. *loc. cit. num.* 16. cum quilibet locus, ubi Capitulum est congregatum, dicatur Capitularis. Tamburin. *d. disp.* 5. *q.* 6. *n.* 3. & diximus in praxi *Coadjutoriæ. n.* 35. & late Antonel. *de loco legal. l.* 1. *cap.* 17. *per tot.*

Locus scrutinii, & Electorum debet esse separatus, 27
ne possint audire vocem scrutatorum; dummodo a longe Electores possint videre scrutatores. Passerin. *de elect. cap.* 18. *nu.* 3. Vvaix. *eodem tit. par.* 3. *cap.* 25. *num.* 2. Hinc non obstat valori electionis, si Capitulares in loco solito Capituli congregati post electos scrutatores ad alium locum contiguum se conferant, & inde ad dandum votum singuli redeant singulariter, donec, votis per scrutatores inter se collatis, omnes denuo ad locum Capituli redeant ad audiendam communem electionem. Vvaix. *loc. cit.* Mandagot. *tom.* 15. *tract. de elect. nov. Prælat. c.* 24. Zerol. *in prax. Episc. verb. Electio, in formula instrumenti electionis.* ibi: *e loco illo, nimirum Capitulo, ad alium contiguum recedentes &c. circa med.* Passerin. *loc. cit. & c.* 19. *sub num.* 4. & ita habet consuetudo generalis Germaniæ, & declaravit S. Congreg. Consistorialis, ac confirmavit, tanto magis, quod electio communis, in qua consistit essentia electionis, fiat coram omnibus in eodem loco congregatis: & hæc Germaniæ praxis tanto magis est approbanda, quod multæ electiones, ob loci Capitularis angustias, secretæ esse non possent, maxime si fierent auriculariter. vide P. Reiffenstuel. *de elect. l.* 1. *tit.* 6. §. 5. *n.* 114. ubi plura.

§. V.

De tempore ad eligendum.

Tempus ad eligendum incipit a die notitiæ vacatio- 28
nis Ecclesiæ, sive per mortem, sive per translationem. *cap. quia diversitatem, de conces. præb.* Garz. *de Benef. part.* 10. *c.* 2. *n.* 15. Pax Jord. *l.* 10. *tit.* 12. *num.* 2. Tambur. *de Jur. Abb. disp.* 5. *q.* 7. *n.* 4. *tom.* 1. Castellin. *de elect. loc. cit. nu.* 2. Passerin. *de elect. c.* 13. *q.* 3. *n.* 16. etiam quoad Regulares, nisi particularia statuta aliter disponant. Sufficit autem notitia præsumpta. *DD. mox cit.* quod de jure communi est trimestre in electione Prælatorum; in aliis vero beneficiis, est semestre. Passerin. *loc. cit. num.* 19. ubi tamen *numer.* 20. quod quilibet debeat servare sua statuta, qui quidem terminus restringi potest, sed non dilatari. Passerin. *loc. cit. q.* 5. *n.* 33.

Si

29 Si vero electione facta intra annum, illa fuerit ex quavis causa reprobata, vel electus noluerit consentire, vel post consensum renunciaverit juri suo, eligendi potestas revolvitur ad electores cum eodem termino. Passerin. *n.* 40. & ut infra *n.* 52.

30 Electio potest haberi etiam die festo; quia est actus extrajudicialis. Passerin. *loc. cit. numer.* 45. & ex causa rationabili potest haberi etiam de nocte. Cuchus *lib.* 4. *de elect. num.* 22. Navar. *lib.* 1. *conf.* 8. Passerin. *l. c. q.* 8. *per tot.*

§. VI.

De assumptione scrutatorum, scrutinio, & de qualitatibus eligendi.

31 Scrutatores debent assumi per electionem vocalium, in qua tamen electione non est necessario servanda forma *cap. quia propter*. Passerin. *loc. cit. cap.* 16. *num.* 11. isti debent esse ex Collegio. Passerin. *l. c. nu* 16. ubi DD. Tamburin *de Jur. Abb. tom.* 1. *disp.* 5. *q.* 6. *n.* 9. vide etiam infra *n.* 60. & 61. numero tres, nisi electores sint minus quam quatuor; quia tunc sufficiunt duo: & si vocales sunt tantum duo, sufficit unus. Passerin. *nu.* 19. Neque plures quam tres esse possunt. DD. apud Passerin. *loc. cit. nu.* 21. Barb. *in cap. quia propter.* Tamburin. *de Jure Abbatum to.* 1. *dis.* 5. *quæst.* 6. *n.* 7. Castellin. *de elect. c.* 4. *nu.* 63. Scrutatores non debent esse cæci, nec surdi. Passerin. *loc. cit. nu.* 31. Item debent esse fide digni, licet hæc dignitas non sit de substantia. Idem *nu.* 32. & illis est credendum, nisi unus ex scrutatoribus cum Notario, qui electioni, licet non de necessitate, interesse potest, contrarium affirmet, vel cum Notario omnes Electores concordarent. Idem. *n.* 41. plura de electione scrutatorum, vide apud Passerin. *d. c.* 66. *q.* 4. *& per tot.*

32 Scrutinium potest esse auriculare, vel fieri per schedas; quia Concil. Trid. in hoc non revocavit Lateran. *in dicto cap. quia propter*. Passerin. *loc. cit. cap.* 17. *num.* 4. & ut supra. *num.* 7. & hoc etiam quoad Prælatos regulares, vel Abbatissas. Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 4. *n.* 190. Tamburin. *de Jure Abbatum to.* 1. *disp.* 5. *quæst.* 6. *n.* 10. Castellin. *de elect. cap.* 4. *n.* 4. Passerin. *loc. cit.* modo fiat per vota secreta, ut fieri debet. Garz. *de Benef. p.* 5. *c.* 4. *n.* 183. ubi *n.* 184. quod electio sit nulla, si unus solus votum manifestaret. Et licet unus, vel plures Electorum ante scrutinium dixerint, quem velint eligere, electio non redditur nulla, quia potuit alium eligere. Garz. *de Benef. part.* 5. *c.* 4. *a nu.* 196. Item si post electionem unus vel alter manifestet suum votum: ita Navar. *l.* 1. *conf.* 4. *de elect.* Castellinus *d. c.* 4. *n.* 3. Barb. *de Jure Eccles. l.* 1. *c.* 19. *n.* 209. nisi culpa, vel dolo totius, vel majoris partis Capituli vota publicentur, vel publicatio votorum fiat in ipsa electione; quia tunc non dicitur facta per vota secreta. Idem dic, si unius solius voti publicatio fiat in electione consentiente toto Capitulo, vel majore parte, alias minor pars, majore invita, posset nullam reddere electionem, & aperiretur via fraudibus & violentiis. Passerin. *loc. cit. num.* 13. *c.* 17. Votum vero publice datum vel a majori parte, vel certe de majoris partis consensu est nullum ipso jure tanquam datum contra formam & decretum irritans, & vitiat electionem, licet ignoranter sit datum. Passerin. *num.* 15.

33 Porro vota eligentium debent esse certa, & determinata, pura, & gratuita *cap. in nomine Domini. dist.* 23. Barb. *ad cap.* 2. *de elect. in* 6. Sylvester *verb. electio.* 2. *n.* 6. Lavor. *de elect. cap.* 19. *n.* 60. Passerin. *c.* 18. *n.* 16. aliter vota sunt ipso jure nulla, neque numeranda, ac si non essent de Capitulo *cap. in elect. in* 6. ac renunciassent, vel exivissent de Capitulo. Passerin. *l. c. num.* 24. ubi Navar. *lib.* 1. *conf.* 7. *de elect.* qui tamen votum dedit alternativum, conditionale, vel inutile, ante publicationem scrutinii potest pœnitere, & dare aliud votum; quod tamen procedit duntaxat in scrutinio auriculari; nam schedæ semel missæ in urnam revocari non possunt: sicut in scrutinio auriculari electores, ante publicationem illius possunt variare, non vero in scrutinio per schedas. Passerin. *n.* 30. nisi major pars vocalium petat scrutinium non publicare; quia vult votum variare, & ideo petat schedas datas comburi. vide etiam Riccium *in prax. elect. ref.* 48. *in p.* 4.

Si vero post publicationem scrutinii ante communem 34
electionem, electio appareat nulla, ut quia intelligibilis fuit electus, potest scrutinium revocari, & aliud procedi. DD. *in cap. Ecclesia vestra, de elect.* Vvaix. *de elect. p.* 3. *c.* 3. *q.* 5. Cuchus *l.* 4. *tit. de elect. n.* 243. Lavor. *de elect. c.* 19. *n.* 112. Passer. *d. c.* 18. *n.* 38. quo casu etiam unus solus potest resistere futuræ electioni communi, & ne fiat, protestari, & si fiat, ab ea appellare. Lim. si scrutinium non esset ipso facto nullum, sed tantum annullandum; quia ad scrutinium, licet annullandum, debet sequi electio. Passerin. *num.* 40. In scrutinio auriculari prius scrutantur se ipsos scrutatores: ita ut duo scrutentur votum tertii. Rot. *dec.* 574. *num.* 34. *p.* 4. *rec. tom.* 3. cum vero dantur schedæ, possunt etiam post electores dare schedas suas. DD. apud Passerin. *l. c. nu.* 47. *& seq.* Panorm. *in cit. cap. quia propter*.

In scrutinio per schedas ante omnia scrutatores de- 35
bent numerare schedas, & videre, an numerus schedarum correspondeat numero eligentium: & si non concordant, debent schedæ comburi, & habendum novum scrutinium. Passerin. *numer.* 65. Si vero concordant, debent ab omnibus scrutatoribus legi, & describi illi, qui nominati fuerunt, aliter electio esset nulla, utpote contra formam *cap. quia propter*. Barb. *de Jur. Eccles. cap.* 19. *num.* 213. Castellin. *de elect. cap.* 5. *numer.* 16. Passerin. *numer.* 66. ubi DD. & Rot. *decis.* 389. *n.* 30. *p.* 6. *& dec.* 244. *nu.* 4. *p.* 8. *rec.* & licet non videatur de substantia, quod omnes scrutatores vota scribant, tamen consultius est, quia unus potest errare. Passerin. *l. c. n.* 67.

Scrutinium est publicandum ab uno ex scrutatoribus 36
nimirum a primo ex honestate, & hoc ideo, ut sciri possit, quis eligi debeat, dicendo v. g. *Titius habuit vota tria, Cajus sex &c.* ut infra *n.* 64. *& seqq.* Passerin. *c.* 19. *n.* 3. *&* 4. Collatio debet fieri numeri ad numerum, meriti ad meritum, & zeli ad zelum, quæ tamen procedere potest in scrutinio auriculari, non vero per schedas, in quo fit collatio numeri ad numerum. late Passerin. *d. c.* 19. *a n.* 7. *&* 20. ubi quando id procedat, & infra. *n.* 40. *&* 65.

Eligendus debet habere usum rationis: hinc perpe- 37
tuo amens non potest valide eligi, secus amens ex causa transeunte, sicut solitus inebriari; quia tales sunt irregulares, nec possunt ad ordines promoveri. Farinac. *in fragment. crim. p.* 7. *litt. C. nu.* 252. Barb. *de offic. Episc. alleg.* 28. *num.* 11. *& in cap. a crapula. n.* 2. *de vit. & honest. Cler.* Lavor. *de elect. cap.* 16. *n.* 79. Passerin. *cap.* 25. *n.* 10. *&* 11. Ita dæmoniaci, & arreptitii. Item *l. c. nu.* 12. Debet habere scientiam sufficientem, quia ignorantia reddit ineligibilem: quanta debeat esse scientia, est arbitarium. Idem *num.* 16. Tanta esse debet, ut electus possit, si velit, in substantialibus non errare, & de Jure Ecclesiastico sufficit, quod sciat legere, & scribere, in ea lingua, quæ est necessaria ad exercitium sui officii. In Episcopo quanta debeat esse, vide *cap. cum in cunctis. 7. de elect.* Concil. Trid. *sess.* 7. *c.* 1. *de reform. & sess.* 22. *c.* 1. *&* 2. Passerin. *n.* 25. Debet esse Catholicus, hinc carens Baptismo est ineligibilis. Sicut etiam illegitimi sunt ineligibiles: non sunt vero illegitimi, qui sunt nati de matrimonio nullo, sed secundum usum gentis valido; neque nati ex matrimonio occulte nullo, & bona fide contracto, *cap. ex tenore*, 14. *cap. cum igitur.* 2. *& cap. pervenit*, 11. *qui fil. sint legit.* ubi Panorm. Put. *dec.* 77. *lib.* 2. Passerin. *loc. cit. num.* 109. Vel legitimati; tales enim possunt eligi, modo sint legitimati canonice ab habente potestatem Ecclesiasticam. Præterea sunt ineligibiles, qui habent infirmitatem perpetuo impedientem exercitium officii, ad quod eliguntur. Concil. Trid, *sess.* 22. *cap.* 4. *de reform. cap. nisi cum pridem. de renunc. & tot. tit. de cor. vitiat. & de Cler. agrot.* Passerin. *num.* 416. Debet eligendus ad minimum esse subdiaconus in ordine ad Episcopatum, & ad Prælaturam Regularium debet esse professus. Passerin. *d. c.* 25. *nu.* 345. *&* 352. ad Episcopatum eligendus debet habere 30. annos completos. Barb. *de Jur. l.* 1. *c.* 8. *n.* 105. Passerin. *l. c. num.* 434 Menoch. *de arbitr. cas.* 427. *num.* 24. Ad Prælaturam vero Regularium sufficiunt 25. anni inchoati. Tambur. *de Jur. Abb. disp.* 5. *q.* 9. *n.* 3. *tom.* 1. Passerin.

ferin. *numer.* 436. Caſtellin. *de elect. cap.* 11. *numer.* 8. quamvis in ſupremis Regularium Generalibus, aut in habentibus Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem ſaltem de honeſtate requirantur juxta Tamburin. *loc. cit.* 30. anni, ut in Epiſcopo, quæ ætas computatur a die nativitatis. Covar. *in* 4. *p.* 2. *c.* 8. §. 2. *num.* 3. Paſſerin. *num.* 439. Excommunicati ſunt ineligibiles, nec ſufficit abſolutio poſt electionem obtenta ad illius valorem *arg. cap. dudum.* 22. *de elect.* Paſſerin. *d. c.* 25. *num.* 458. ubi Garz. *de benef. p.* 7. *c.* 13. *num.* 8. & alii; licet ipſe electus, & electores ignorent excommunicationem. Lavor. *de elect. c.* 16. *nu.* 86. Panorm. *in cap. pen. de Cler. excom.* Caſad. *dec.* 1. *de præb. num.* 1. & 5. Navar. *conſ.* 13. *de Cler. excom. num.* 4. Garz. *de Benef. p.* 7. *d. cap.* 13. *nu.* 9. Gloſ. *in cap. Apoſtolicæ. verb. probabili. circa med. de Cleric. excom. miniſtr.* & ibi DD. *cap. poſtulaſtis. eod.* DD. apud Garz. *loc. cit.* Covar. *in cap. alma. p.* 1. §. 7. *n.* 3. & procedunt hæc etiam in excommunicatione minore, quæ irritat ipſo jure electionem, etiamſi ſit ignorata, ſecundum Covar. *in d. cap. Alma mater. p.* 1. §. 8. *num.* 3. Garz. *loc. cit. num.* 27. & ut ſupra diximus in verbo *Cenſura. n.* 76. quamvis contrarium teneat Paſſerin. *loc. cit. n.* 475. ubi quod ſit irritanda. Ita ſuſpenſus ab officio non poteſt valide eligi, neque interdictus. Paſſerin. *a num.* 477. Irregularis, licet valide eligatur, tamen electio irritari poteſt, vide DD. pro & contra apud Paſſerin. *loc. cit. a num.* 510. Infamis infamia Juris eſt ineligibilis, ſi vel delictum, propter quod infamia incurritur, ſit notorium, vel per ſententiam declaratoriam publicum: & infamia ex delicto notorio, per pœnitentiam triennalem aufertur. Paſſerin. *num.* 563. Neque privatus voce paſſiva eligi poteſt, aliter electio non valet, ſi fuit privatus per ſententiam, a qua non fuerit appellatum; nam appellatio ſuſpendit ſententiæ effectum. *cap. venientes. de jurejurando.* & ita illa pendente condemnatus poteſt eligi. Paſſerin. *l. cit. nu.* 602. Tandem neque alterius Eccleſiæ ſponſus eligi poteſt. Paſſerin. *c.* 24. *de poſtul.* de quo infra in verbo *Poſtulatio*. Et ſi electio fuit caſsata vitio perſonæ, non poteſt amplius eligi, etiam in alio loco, Abb. *in cap. qualiter, de elect.*

38 Etiam indigni eligi non poſsunt, quales ſunt illiterati, criminoſi habituati, ambitioſi &c. aliter eligentes indignum ſcienter privantur jure eligendi, ſecus ſi ignoranter elegerunt. *cap. cum in cunctis de elect. pro prima vice tamen tantum*. Paſſerin. *cap.* 29. *num.* 73. & quamvis in dubio electio de indigno præſumenda videatur ignoranter facta, cum in dubio benignior interpretatio ſit facienda, & delinquere nemo præſumatur, ad tradita in *L. ea quæ* 153. *ff. de R. J.* tate Menoch. *de præſ. lib.* 5. *præſumpt.* 2. *per tot.* in hoc caſu tamen, quod hæc ſcientia de facili præſumatur, docent Barboſ. *de Jur. Eccleſ. d. lib.* 1. *cap.* 19. *nu.* 68. Riccius *in prax. p.* 2. *reſ.* 441. *a num.* 7. quos ſequitur Paſſerin. *loc. cit. cap.* 29. *ſub nu.* 78. cum electores teneantur inquirere de moribus eligendorum, & ignotos non eligere; quia tamen ſubinde delicta indignitatem inducentia ſecreto committuntur, aut in abſentia &c. ideo *DD. cit.* id relinquunt arbitrio Judicis, & in omnem eventum poſſent electores ignorantiam probare juramento. Gloſ. *in cap. innotuit. verb. ignorantiam. de elect.* & ibi Barboſ. *num.* 26. & alii apud Paſſerin. *loc. cit. num.* 55. & quod electores ab hac pœna excuſentur, ſicet ignorantia eſſet craſsa; quia hæc quamvis non excuſet a culpa, excuſat tamen a pœna, tenent DD. apud Paſſerin. *loc. cit. numer.* 78. quamvis hæc eſset ab allegantibus probanda. Paſſerin. *d. num.* 55. *& gloſ. cit.* Præterea eligentes ſcienter indignum ſunt per triennium ſuſpenſi, ſermo eſt de eligentibus ad Epiſcopatum & ſuperiores dignitates. Theſaur. *de de pœn. Eccleſ. par.* 2. *verb. electio. cap.* 3. Paſſerin. *loc. cit. numer.* 91. *cap. cum in cunctis.* §. *ult. de elect.* quod an in omnibus electionibus procedat, vide *DD. cit.*

39 Quæres quid dicendum de illo, qui Electores ſollicitat pro ſua electione, eorum vota directe, vel indirecte procurans, erit ne eligibilis? Reſp. omnino negative. Abb. *in cap. per inquiſitionem. de elect.* Paſſerin. *loc. cit. num.* 75. *quæſt.* 6. *& cap. cum poſt petitam de elect.* quia talis vota pro ſe ſollicitans reddit ſe indignum. Diana *par.* 2. *tract.* 16. *reſ.* 37. Donat. *in prax. par.* 3. *tract.* 1. *quæſt.* 11. & talis electio irritatur ut patet ex *juribus cit.* quia incurrit crimen ambitionis. Sollicitatio vero votorum pro aliis Dignis, vel dignioribus non eſt illicita. Paſſerin. *l. c. num.* 54. *& tot. cap.* 6. ubi late de hac materia.

§. VII.

Miſcellanea ad Praxim & formam ſervandam in electione, & alia &c.

Electio ut valeat, requiritur nedum majoritas voto- 40
rum, ſed etiam ſanioritas, uti etiam in aliis diſpoſitionibus Capitularibus. Deſumitur vero ſaniotitas tum ex perſona electi, cum eligentium, ſcilicet merito, prudentia, & zelo. Abb. *in cap. Eccleſia veſtra de elect.* & hæc duo nempe ſanioritas, & majoritas requiruntur copulative. Porro ſanioritas deſumitur ex dignitate, ætate, antiquitate majore eligentium, & ordinibus *cap. dudum.* 22. *& cap. in Geneſi. ubi Abb. de elect.* late Paſserin. *loc. cit. cap.* 19. *a num.* 20. Limita, ſi ex una parte eſset majoritas notabilis uti ex duplo, vel ſi ſanioritas non multum excederet, quia tunc majoritas vinceret, & haberet pro ſe præſumptionem, quod ſit ſanior. Paſserin. *loc. cit. num.* 20. Rot. *dec.* 171. *num.* 4. *p.* 19. *rec.* & ibi DD. hinc ad effectum annullandi electionem ob contradictionem minoris, ſed ſanioris partis debet conſtare, quod minor pars ſit ſanior. Rot. *loc. cit. num.* 3. ubi alia Rota coram Coccin. *deciſ.* 2088. *num.* 37. *& deciſ.* 2341. *num.* 38. *&* 39. Lim. præterea ſi electio a minore parte fuiſset facta de digno, & a majore de indigno. Abb. *in cap. dudum. de elect.* Paſserin. *l. c.*

Publicatio electionis in Capitulo, quæ eſt idem ac 41
electio in communi, licet ſit de forma validitatis, tamen publicatio extra Capitulum populo facienda non eſt de ſubſtantia & valore illius. Paſserin. *numer.* 34. *d. cap.* 19. Innocent. Panormit. Jo. Andr. *in cap. quia propter* §. *electiones. de elect.* Vvaix. *de elect. par.* 3. *cap.* 37.

Electio eſt nulla, ſi Electus conſenſit ante electio- 42
nem, vel ante ſcrutinii publicationem. Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 2. *par.* 1. *quæſt.* 9. *art.* 13. *numer.* 4. Cuchus *lib.* 4. *de elect. num.* 324. Tamburin. *de Jure Abbatum to.* 1. *diſp.* 5. *quæſt.* 22. Paſserin. *de elect. cap.* 20. *numer.* quia incurrit crimen ambitionis; tamen conſentiente Electo poſt ſcrutinii publicationem non corruit electio; quia non eſt contra ordinem *in cap. quia propter.* præſcriptum, neque ambitio incurritur. Paſserin. *loc. cit. n.* 16.

Electus vero intra menſem tenetur conſentire ele- 43
ctioni, vel repudiare, aliter privatur, vel cadit jure ſuo. *cap. cupientes de elect. in* 6. de hoc vide Petr. Gregor. Tholoſan. *de elect. cap.* 18. *pro tot.* Tamburin. de Jur. Abbat. *tom.* 1. *diſp.* 5. *q.* 7. *n.* 5. *&* 6. ſi vero electus eſt regularis, menſis currit a die conſenſus ab illius ſuperiore præſtiti. *cap. ſi religioſus. de elect. in* 6. DD. apud Paſserin. *l. cit. c.* 21. *a n.* 23.

Facta per inſpirationem ut valeat, debet eſse facta 44
ab omnibus conſentientibus in unam partem, dummodo fiat ſine præcedente tractatu de certa perſona. Vvaix. *par.* 3. *c.* 16. *n.* 3. Abb. *in d. cap. quia propter.* Sylveſter verb. *Electio* 2. *num.* 28. Paſserin. *de elect. cap.* 23. *quæſt.* 1. *ſeq.* & ſi unus eſt abſens & contemptus, non dicitur facta per inſpirationem; licet contemptus illam poſtmodum ratam habeat. *DD. mox cit.* & Paſserin. *ut ſupra quæſt.* 2. Tuſch. *litt. E. concluſ.* 74. *n.* 2. Facta per inſpirationem, ſi vere conſtet, quod fuerit facta per inſpirationem, non eget confirmatione; ſecus in dubio. Paſserin. *l. c. quæſt.* 3.

Quæres primo, an electus nulliter teneatur in foro 45
interno dimittere officium. Reſp. affirmative, ita communis apud Sperell. *deciſ.* 162. *num.* 27. (quamvis ipſe contrariam ſequatur) quia diſpoſitio *cap. quia propter.* inducens formam electioni, eſt juſta, & ita in utroque foro ſervanda, juxta DD. & ſignanter Covar. *in c. cum eſſes. a n.* 6. *de teſtam.* Felicianus a Solis *de cenſ. to.* 2. *lib.* 1. *cap.* 8. *numer.* 7. Scaccia *de cambiis*. §. 1. *quæſt.* 1. *num.* 535. Rota *deciſ.* 205. *nu.* 8. *par.* 1. *diverſ.* Suaz. *de LL. lib.* 3. *cap.* 23. *& lib.* 5. *cap.* 24. *& lib.* 6. *cap.* 7. apud quos innumeri alii, quidquid ſit, quando lex eſt fundata in aliqua præſumptione particulari.

Quæ-

46 Quæres ſecundo, an Electus poſſit ſtatim adminiſtrare in ſpiritualibus, & temporalibus. Reſpondetur affirmative, ſi fuit electus in Concordia extra Italiam, etiam ante confirmationem. Abb. *in c. innotuit, & cap. nihil. de elect.* VVinzler. *tit. 5. de Jure Epiſcop. Germaniæ.* Pirhing *lib. 1. tit. 6. n. 303. verſ. quare etiam.* Laym *in c. nihil. 44. de elect. nu. 12.* Limita quoad poſtulatum. Dicitur vero electus in concordia, ſi fuit electus a majore parte, quamvis quoad hoc non conveniant DD. nam quod debeat eſſe electus in concordia, id eſt nemine diſcrepante, tenent Fagnan. *in d. cap. nihil. n. 12. de elect.* & citat Gloſ. *in Clem. ne Romani* §. 1. *in verb. concorditer. eod.* clarius Gloſ. *in c. cupientes. §. ad hæc. in verb. concordem. eod. in 6.* & Compoſtel. *n. 4. in verb. in concordia. in d. cap. nihil.* & alios Abb. *in d. cap. nihil n. 4.* Gemin. *in d. cap. cupientes. §. ad hæc. num. 7.* & ibi Franc. *num. 3.* & alii; quos citat Paſſerin. *de elect. cap. 33. n. 129.* tamen Pirhing *loc. cit. n. 297.* Laym. *in d. c. nihil. n. 6.* contrarium verius judicant: ubi quod ad hunc effectum electio in concordia facta dicatur, ſi vel omnes, vel major, & ſanior pars conſenſerit, ita ut pars minor, ſi nullam juſtam cauſam contradicendi habeat, conſentire, & approbare debeat, & ſic nullus adſit legitimus contradictor; hos ſequitur P. Reiffenſtuel *dict. tit. 6. de elect. n. 49.* ita etiam Paſſerin. *d. n. 129.* ubi, quod contrariæ ſententiæ jura procedant in iis actibus, qui fiunt a pluribus, ut a ſingulis, non vero in iis, qui fiunt a pluribus jure Collegii, in quibus ſufficit conſenſus majoris, & ſanioris partis. De reliquo, quod excepto caſu, quo electus in concordia eſt in remotis, puta extra Italiam, electus non poſſit adminiſtrare, & pœnas contra taliter adminiſtrantes, vide tex. & DD. *in d. cap. nihil. de elect.* late Paſſerin. *d. cap. 33. per tot.* Fagnan. *in d. cap. nihil.* Gonzal. *in cap. noſti, & in cap. tranſmiſſam. eod. tit.* & alios paſſim.

47 Electio debet fieri de Digniore non tamen ad valorem. Concil. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 1. de ref.* ne omnis electio calumniam pati poſſit, & aperiatur janua infinitis litibus. Barb. *de Jure Eccleſ. libr. 1. capit. 19. a num. 134.* Paſſerin. *de elect. toto cap. 30.* Mareſcot. *lib. 3. var. reſ. cap. 21. num. 52.* Mant. *de conject. libr. 11. tit. 7. n. 12.*

48 Electio in qua non privati cum privatis jure eligendi ob delictum, elegerunt, ſi hæc accepit validitatem ab electione privatorum, uti ſi non privati erant pauciores, dicitur diſtincta & nova electio, licet non habuerit effectum ob Electi diſſenſum, ad effectum ut delictum privatorum dicatur purgatum, & privatio extinguatur. Abb. *in cap. cum Vintonien. de elect.* Paſſerin. *de elect. cap. 29. num. 80. 81. & 82.* ubi ad explicationem eorum, quæ ſupra diximus *num. 38.* quod nempe eligens ſcienter indignum privetur jure eligendi pro prima vice, late explicat, quænam ſit dicenda prima vices, ſeu prima electio, qua privatus eſt.

49 Debet fieri ex redditibus, vel ſumptibus Prælaturæ vacantis. *cap. ut præteritæ. de elect. cap. cupientes 16. §. ad hæc de elect. in 6.* ſermo eſt de expenſis neceſſariis, & non ſuperfluis & infra *num. 83.* Et ad illam Capitulum non poteſt admittere extraneos. Paſſerin. *de elect. cap. 3. 10. & 14. n. 23.* niſi extraneus ſit in quaſi poſſeſſione juris eligendi. Barb. *in cap. cum Eccleſia de cauſa poſſeſſ. num. 20.* Paſſerin. *loc. cit. nu. 28.* Poteſt tamen idem Capitulum eligere extraneum, quamvis in gremio ſit idoneus, quia poteſt renunciare favori ſuo. *cap. ſi diligenti. de foro compet.* ſed vide late Paſſerin. *cap. 25. tot. quæſt. 58. n. 648.* Si vero electio fieret a ſuperiore jure devoluto, debet fieri de uno ex gremio, ne fiat injuria Capitulo. Abb. *in cap. per inquiſitionem. de elect.* ſi ex gremio adſit idoneus. Paſſerin. *d. cap. 25. n. 660.*

50 Quamvis electioni ſit præmittenda Miſſa, & Communio, hæc tamen non ſunt de ſubſtantia electionis. Tamburin. *de Jure Abb. diſp. 5. tom. 1. q. 6. num. 34.* Barb. *de Jure Eccleſ. lib. 1. cap. 19. n. 181.* Lavor. *de elect. cap. 19. num. 43.* Paſſerin. *de elect. cap. 15. nu. 3.*

51 Jus eligendi non devolvitur ad ſuperiorem ex eo quod Electores intra debitum tempus non elegerunt, ſi inter illos pendet lis ſuper poteſtate eligendi; quia per illos non ſtetit, & ideo non poſſunt dici negligentes. Abb. *in cap. quoniam de Jurepatron. numer. 6.* Ceſſante vero lite prædicta ſi intra tempus legitimum Canonici non conveniunt, devolvitur ad ſuperiorem propter eorum negligentiam; cum verum ſit dicere, eos non providiſſe tempore debito. *cap. 2. de conceſſione præben.* Abbas *in cap. cum Eccleſia de elect.* nimirum poſt tres menſes. Barb. *de poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 126. a n. 38.* Idem dic de compromiſſariis. *cap. ſi compromiſſarius. de elect. in 6.* nam ſibi imputent Electores, quod in tales compromiſerint, ſi vero compromiſſarii elegerunt ignoranter indignum, tunc devolvitur ad compromittentes ut ſupra *n. 5.* quia tunc cum compromiſſarii functi ſuerint officio ſuo, non poſſunt amplius ſine novo compromiſſo eligere, niſi illorum electionem promittentes ſcienter ratam habuerint; tunc enim electio devolveretur ad Superiorem; ſi vero ſcienter elegerunt indignum, ſunt ſuſpenſi ab officio per triennium, ſed compromittentes nullam pœnam incurrunt, juxta *cap. ſi compromiſſarius;* ſi vero aliquot ex compromiſſariis elegerunt indignum, ad alios propterea non devolvitur electio, ſed ad Capitulum, modo minor pars elegerit dignum.

Electione tempore debito celebrata, ſi electus aut 52
non conſentit, aut renuntiat, aut moritur, aut ob occultum ejus vitium electio irritatur, Electores habent integrum tempus ad eligendum, quod currit a die renuntiationis, aut irritationis. *cap. ſi electus. 26. de elect. in 6.* P. Anacletus Reiffenſtuel *lib. 1. tit. 6. §. 11. n. 282.* Paſſerin. *de elect. c. 13. n. 40.* Caſtellin. *de elect. c. 6. n. 7.* Mandag. *de elect. par. 1. cap. 1.* P. Pirhing *lib. 1. tit. 6. ſect. 5. nu. 246.* Petr. Gregor. Tholoſan. *tit. de elect. cap. 18. num. 5.*

Jus eligendi Epiſcopum de Jure Divino pertinet ad 53
S. Pontificem, ad quem fuit dictum, *paſce oves meas*, & licet Apoſtoli habuerint hanc poteſtatem a Chriſto, tamen illam non tranſmiſerunt ad ſucceſſores, quia erat perſonalis. Diana *par. 10. tract. 1. reſ. 1.* nec unquam pertinuit ad populum, qui quamvis interveniret electioni, non tamen interfuit ut eligens, ſed ut atteſtans ſufficientiam & Dignitatem eligendi, & ut conſentiens electioni a Clero factæ. Diana *loc. cit. reſ. 2. ſeqq.* Duallius *de poteſt. Pontif. par. 3. cap. 6.* Fuit hæc poteſtas aliquando apud Principes ex conniventia Pontificum, & eorum præpotentia, quibus contradicere tunc non poterant, quorum auxilio egebant contra tyrannos. vide Dianam *l. c. reſ. 5. & 6.* quam tamen, cum in ſimoniacam pravitatem declinaret, abrogarunt Martinus I. & Nicolaus I.

Jus eligendi ad Beneficia competens Capitulo in Ca- 54
thedralibus ob ejus negligentiam devolvitur ad Epiſcopum, in caſum vero delicti, ſi omnes deliquerunt conferendo indigno, devolvitur ad eundem Epiſcopum, ſi vero non omnes deliquerunt, devolvitur ad innocentes. *cap. gratum de poſtul. prælat.* ubi Abb. etiamſi innocentes ſint numero pauciores. *cap. dudum 22. de elect.* Abb. *in cap. cum in jure in fin. eod.* apud Rot. *dec. 219. num. 5. p. 9. rec. tom. 1.* ubi, quod id procedat, etiamſi jus eligendi duntaxat remaneat penes unum. Gloſ. *in c. ſi forte. verb. ſi forte ad fin. diſt. 65.* quia pœna eligentium incapacem, non debet afficere innocentem. *arg. capit. queſivit, de his, quæ fiunt a major. part. capit.* Barboſ. *de Jur. Eccleſ. cap. 19. n. 86. lib. 1.* Rot. *loc. cit. n. 6.*

Et poteſt hic opportune quæri, an minor pars in 55
aliquo Capitulo poſſit tute concurrere cum majori parte ad eligendum indignum notorie talem, acquieſcendo &c. & negativam vide apud Dian. *p. 10. tr. 13. reſ. 31.* ubi contrariam reprobat.

Redeundo ad requiſita electionis, ex prædictis col- 56
ligitur illa partim eſse de ſubſtantia, quorum defectus, vel in unico requiſito annullat electionem ipſo facto, ut ſupra *n. 6.* alia vero de ſolemnitate electionis, quæ non annullant eandem ipſo facto, ſed ſolum reddunt eam annullandam, ſi fiat oppoſitio a legitimo contradictore &c. Subſtantialia autem ad decem reducit Pellizzarius *in manual. Regularium tom. 2. tract. 9. cap. 2. ſect. 1, n. 6.* & quidem.

Pro primo requiſito ſubſtantiali ponit, *ut electio fiat* 57
cum libertate; quia ceſsat electio, ubi adimitur libertas eligendi. *cap. ubi periculum. §. cæterum, de elect. in 6.* & de hoc requiſito diximus ſupra §. 3. *a num. 19. & 25.* ubi de electione coarctata, aut facta per abuſum laicæ poteſtatis, & late tractat Petr. Gregor. Tholoſ. *lib. 2. tit. de elect. cap. 5. per tot.* ubi etiam, an, & quomodo poſſit Princeps ſæcularis ſe opponere electioni

ctioni alicujus certæ personæ. Et eligentes per abusum laicæ potestatis ab officiis, & beneficiis per triennium suspenduntur, & eligendi potestate privantur, & electio est nulla, Sperel. *decis.* 181. *numer.* 6. & consentiens electioni de se factæ per abusum laicæ potestatis privatur talis electionis commodo, ut supra diximus *num.* 25. & insuper remanet ineligibilis imposterum ad quamcumque dignitatem, donec cum eo dispensetur, ut est tex. *in capit. quisquis.* 43. *de elect.* Sperel. *loc. cit. num.* 5. 6. & 7. late Gonzal. *in d. capit. quisquis per tot.* ubi DD. & apud Fagnan. & Laym. *in d. cap. quisquis.* & quamvis Passerin. *de elect. cap.* 8. *numer.* 3. defendat, illum textum procedere duntaxat in electione ad Episcopatus, & Prælaturas, ex quo ille textus sit desumptus ex Concilio generali posito *in cap. quia propter*, quod loquitur tantum de similibus electionibus ad Episcopatus, & Prælaturas, tamen quia *d. cap. quisquis* indistincte loquitur, ideo multi DD. contrarium defendunt, quod imò procedat in omnibus dignitatibus, beneficiis &c. ita Innoc. & Abb. *in d. cap. quis.* Castellin. *de elect. cap.* 5. *a num.* 84. Rodriquez *quæst. regul. tom.* 2. *quæst.* 52. *art.* 10. quos citat, & sequitur Sperel. *d. decis.* 181. *num.* 7. Suarez *tom.* 5. *in* 3. *p. disp.* 31. *sect.* 3. *num.* 14. *in fin.* Bonacin. *de censur. disp.* 3. *q.* 4. *p.* 5. *num.* 6. quos cum Azor. *lib.* 5. *cap.* 4. *quæst.* 28. pro hac sententia citat idem Passerin. *loc. cit.* Fagnan. *in d. cap. quisquis. sub num.* 3. *vers. procedit.* probat Laym. *eod. cap. num.* 8. textus *in capit. si quis deinceps.* 12. *caus.* 16. *q.* 7. ibi: *similiter etiam de inferioribus Ecclesiasticis dignitatibus constituimus.* & §. *si quis.* ibi: *vel alicujus Ecclesiasticæ dignitatis* & notat Glos. *ibid. in princ.* quod tamen possit in hoc Episcopus dispensare, dicunt DD. apud Passerin. *cap.* 8. *num.* 16. *de elect.* & Laym. *loc. cit. numer.* 6. quamvis contrarium late probet Fagnan. *in d. cap. quisquis. n.* 7. *seqq.* ubi etiam examinat, an istæ pœnæ sint latæ, vel ferendæ sententiæ, & Laym. *l. c. n.* 5.

58 Similiter nulla erit electio facta per metum cadentem in constantem virum. Glos. *in cap. bonæ memoriæ. il.* 1. *verb. metuebant. de elect.* & DD. apud Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 1. *d. cap.* 19. *num.* 232. Fagnan. *in d. cap. quisquis. num.* 23. *seqq.* ubi remissive, differentia inter metum, & impressionem, non punirentur tamen tunc eligentes per metum consentientes. Laym. *l. sup. cit. numer.* 10. Fagnan. *numer.* 27. apud quos alii.

59 Secundum substantiale requisitum a cit. Pellizzario positum, est, *quod omnes, qui debent, possunt, & volunt interesse electioni, simul congregentur in unum locum, ad hoc destinatum.* qualis vero debeat esse locus, diximus *supra* §. 4. & sic non esset sufficiens, si electores singulariter consensum præstarent, puta domi, vel alibi, sed debent in loco destinato collegialiter consentire; & de hoc tradit Petr. Gregor. Tholos. *d. tit. de elect. cap.* 15, *per tot.* & sunt textus *in cap. cum terra, de elect. cap in Genesi* 55. *& cap. in causis.* 31. *eod.* & alii.

60 Tertium substantiale requisitum est, *quod ex iis sic congregatis assumantur tres, aut etiam duo tantum* (si sint pauci electores) *qui singulorum suffragia scrutentur, seu perquirant.* & de hoc diximus supra §. 6. *nu.* 31. & quod scrutatores debeant esse tres, & non plures, dixit Rot. *decis.* 574. *num.* 10. *p.* 4. *rec. tom.* 3. ubi citat Abb. *in d. cap. quia propter. numer.* 13. *vers. tertium substantiale.* ubi de communi. & ibi Imol *numer.* 7. Innoc. *numer.* 4. cum aliis. Goffred. *in sum. tit. de elect. num.* 7. Hostiens. *in sum. eod.* §. *qualiter facienda. verb. sed verba Concilii.* VVaix. *de elect. p.* 3. *cap.* 23. Bertrand. *cons.* 187. *num.* 1. ubi de communi, & quod ab hac opinione non sit recedendum in consulendo, neque in judicando, & alios plures. Hinc si fuerint assumpti tres scrutatores de collegio, & etiam tres extra collegium, electio foret nulla; tum quia essent sex scrutatores; tum quia non essent omnes de collegio. dixit Rot. *loc. cit. n.* 5. *&* 6. quamvis quoad hoc ultimum, ex quo utile per inutile non vitietur. *L.* 3. *ff. de testam. milit.* contrarium admiserit alia Rot. *decis.* 312. *num.* 33. *p.* 4. *rec. tom.* 2. & ibi Bal. *in d. cap. quia propter. num.* 2. *de elect.*

61 Et quod scrutatores debeant esse de Collegio, alias electio sit nulla, dicit patiter esse communem opinionem Rot. *d. decis.* 574. *n.* 13. & citat Abb. *in d. cap. quia propter. num.* 13. *vers. quartum substantiale.* & ibi Imol. *num.* 8. Jo. Andr. *num.* 11. Butr. *num.* 22. *vers. dicitur septimo.* & alios, ubi quoad utrumque membrum reprobat consuetudinem in contrarium. ita *a n.* 24. *seqq.* quamvis quoad hoc ultimum passim contrarium servetur in Germania, ubi eliguntur scrutatores Ecclesiastici etiam extra collegium, pro quo facit Rota *decis.* 312. *num.* 33. *p.* 4. *rec. tom.* 2. ubi admisit, quod circa scrutatores possit ex consuetudine tolli forma tradita *in d. cap. quia propter.* tutius tamen erit ad tollendam viam litibus servare formam *d. cap. quia propter*, ut notat Tholos. *loc. cit. cap.* 16. *n.* 2. 66

Quartum substantiale requisitum est, *quod hi scrutatores in secreto exquirant suffragia.* ut supra *n.* 32. & dicit Tholos. *d. cap.* 16. *num.* 3. Quintum substantiale ponit, *quod talis inquisitio fiat singillatim, non autem a pluribus simul.* quod vel maxime procedit in scrutinio auriculari, ut liberius loqui electores possint, ut notat Passerin. *de elect. cap.* 18. *q.* 2. *sub n.* 4. ubi, quod in scrutinio per schedas facto non vitietur electio, si tres, vel quatuor electores una simul comparerent, & schedulas in calicem ponerent, quamvis consultius, & securius sit, si singillatim veniant. 62

Sextum substantiale requisitum ponit, *quod omnium suffragia exquirantur, nullo prorsus prætermisso:* nam contemptus unius ex præsentibus redderet electionem ipso jure nullam, quamvis contrarium sit in contemptu unius absentis, ut supra diximus *n.* 15. *&* 16. & notat Tamburin. *de Jur. Abb. tom.* 1. *disp.* 5. *quæst.* 6. *numer.* 11. 63

Septimum substantiale requisitum ponit, *quod singuli scrutatores scribant per se, aut per notarium propria suffragia.* sed vide supra *num.* 11. *&* 35. & Tholosan. *d. cap.* 16. *num.* 8. Octavum substantiale requisitum est, *quod dicta suffragia sic scripta in continenti publicatur toti Capitulo, nullo actu contrario interjecto*, peracto enim scrutinio, non sufficit publicare, seu venire ad electionem communem, sed debent publicari etiam vota, alias electio est nulla. Rot. *decis.* 574. *num.* 46. *p.* 4. *rec. tom.* 3. DD. apud Passerin. *de elect. capit.* 19. *q.* 2. *per tot.* Tamburin. *de Jur. Abbat. d. disp.* 5. *q.* 6. *num.* 15. Tholosan. *d. cap.* 16. *n.* 11. & quidem coram tota congregatione electorum, ac statim, antequam divertant ad alios actus contrarios, unoque contextu, ut dicitur de testamenti factione *in L. hæredes palam.* §. *fin. ff. de testam.* ita Tholos. *loc. cit.* & diceretur interruptio moralis, si interponeretur alius actus pertinens ad impediendam, sive differendam ipsam electionem: vel si absque aliqua causa cogente, Congregatio, non facta publicatione dissolveretur *arg. cap. cum post*, 46. *de elect.* Tamburin. *loc. cit.* Modus autem publicationis est, ut scrutator, cui hoc incumbit, ut supra *n.* 36. dicat v. g. *habemus Episcopum, Priorem &c. nam cum essemus decem. S. habuit vota sex. & V. vota duo, & P. votum unum, & aliud votum fuit album*, vel *alternativum*, vel *inutile &c.* ita Passerin. *d. q.* 2. *num.* 4. *ad fin.* Qua scrutinii publicatione facta amplius variare non licet. *cap. publicato* 58. *de elect.* nam electores jam functi sunt eorum officio, & ne aperiretur via fraudibus, & tolleretur jus quæsitum electionis, quod non licet. Tamburin. & Tholos. *ll. cit.* & sic procederetur ad ulteriora non obstante, ac remota quacumque appellatione. Passerin. *loc. cit. q.* 3. quod limitatur, si hæc publicatio nondum sit secuta; nam tunc potest quis mutare suum votum, si velit in scrutinio auriculari, *ut supra n.* 33. & si denegaretur, posset protestari, & appellare. vide Passerin. *loc. cit.* 64 67

Nonum substantiale requisitum ponit cit. Pellizzar. *quod facta publicatione prædicta fiat collatio numeri ad numerum, meriti ad meritum, zeli ad zelum.* ut supra *n.* 36. *&* 40. *& DD. ibid. cit.* quibus adde Tholos. *d. quæst.* 16. *de elect. a n.* 13. Tamburin. *d. q.* 6. *n.* 17. & quamvis in electione unanimi non sit facienda hæc collatio numeri ad numerum, meriti ad meritum, vel zeli ad zelum. Rot. *decis.* 574. *n.* 47. *&* 48. *p.* 4. *rec. tom.* 3. debet tamen fieri collatio meriti, numeri, ac zeli, ad videndum, an electus sit dignus, an habuerit sufficientia vota, sive omnia, sive majorem partem, an omnes electores habuerint votum &c. Tamburin. *loc. cit. n.* 17. Rot. *l. c. n.* 49. alias esset in arbitrio scrutatorum pronunciare quem malent. Similiter quando quis eligitur a duabus partibus. Rot. *cit.* in electionibus tamen Regularium teste Tamburin. *loc. cit.* 65 68 69 70

cit. n. 18. hæc collatio meriti ad meritum, ac zeli ad zelum eſt ſublata per Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 6. ubi prohibet, ne vota eligentium unquam publicentur, quod fieri deberet, ſi hæc collatio facienda eſſet, & Paſſerin. *d. cap.* 19. *nu.* 17. Similiter collatio zeli ad zelum fit, dum, teſte Tholoſan. *l. c. d. c.* 16. *n.* 5. ſcrutatores interrogare diligenter debent electores, quare conſentiant in eum, quem nominant, quove zelo, & ob quæ merita &c. quod non practicatur in ſcrutinio per ſchedas.

66 Decimum, & ultimum ſubſtantiale, quod ponit Pellizzar. eſt, *quod facta ea collatione fiat communis electio per unum de Collegio ab ipſo deſtinatum ad talem effectum, & quidem nomine totius Capituli.* quæ publicatio fit his, vel ſimilibus verbis: *placet vobis electionem publicari?* Reſp. *placet*: deinde ſic ſequitur. *Ego N. nomine meo, & omnium electorum præſentium, qui mecum conſenſerunt, eligo in Prælatum &c. N. N. in nomine Patris &c.* quam formulam paulo latiorem, & fuſiorem ponunt Tholoſ. *d. cap.* 16. *ſub nu.* 17. Barb. *de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 19. *nu.* 225. & hæc publicatio poteſt committi vel primo ſcrutatori, vel qui Capitulo præeſt, vel qui primam vocem obtinet. Tamburin. *d. quæſt.* 6. *num.* 22. vide etiam Tholoſ. *loc. cit.* quæ electio debet ſtatim poſt collationem prædictam, & eodem contextu fieri, ut *ex cap. cum poſt petitam.* 46. *de elect. & d. cap. quia propter.* §. *fin. eod.* dicit Tholoſan. *d. cap.* 16. *num.* 16. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. d. cap.* 19. *numer.* 226.

67 Quibus ſupra dictis requiſitis, aliud addunt Tambur. *l. c. n.* 35. & Tholoſ. *n.* 4. quod nempe ſit neceſſario, & de forma obſervandum, ut electores jurent publice de eligendo magis idoneo ſecundum Deum, & conſcientiam ſuam, quamvis ſecundum Tholoſan. hoc juramentum non ſpectet ad formam ſubſtantialem Concilii generalis. *cap. quia propter.*

68 Alia requiſita electionis non ſubſtantialia, ſed tantum de ſolemnitate ponit idem Pellizzar. *l. c. n.* 7. & primo quidem *tractatus de electione.* poſtquam enim poſt miſſam de Spiritu ſancto, & communionem Vocalium in unum locum convenerint, electores debent habere tractatum antequam eligant, in quo diſcutiuntur ea, quæ facienda ſunt, abſque electione, & concluſione &c. de quo Tholoſan. *d. tit. de elect. cap.* 15. *ſub n.* 3. ubi quod alias electio non valeat, ex Gloſ. *in cap.* 1. *verb. tractantes. diſt.* 23. *cap. in geneſi.* 55. §. *nec plene de elect.* ibi: *tractatum non extitit.* & quod regulariter loquendo tractatus non ſit de ſubſtantia electionis, probat Paſſerin. *de elect. c.* 5. *an.* 63. *& c.* 15. *ſub n.* 7. excepto uno alterove caſu, *ut ibi.*

69 Secundo ponit, *præfixionem diei*, quæ præfixio diei, aut temporis poteſt ab electoribus abbreviari, etiamſi aliqui minorem partem conſtituentes contradicant. Rot. *deciſ.* 5. *p.* 18. *rec. tom.* 1. tamen, ſi nulla ſubſit neceſſitas accelerandi electionem, non poteſt abbreviari in præjudicium abſentis, maximè ſi ſit in itinere, & de brevi adventurus; quia tunc eſſet expectandus. Rota *ibid. n.* 6. quæ citat Lavor. *in var. elucubrat. tit.* 4. *de elect. cap.* 15. *n.* 25. Mantic. *deciſ.* 288. *n.* 3. *&* 4. idem dicit Rot. *deciſ.* 350. *p.* 17. *rec. per tot.* An vero vocatus expectari debeat poſt præfixum terminum, ſi ſit de brevi adventurus, vide Paſſerin. *de elect. cap.* 19. *n.* 88. *&* 89. negantem ſtando rigori juris, ubi quod hora ſit ſumenda de momento ad momentum, & vocatus ad certam horam antemeridianam, non ſit expectandus etiam eadem die poſt prandium adventurus, dummodo ſufficiens tempus ad veniendum, & non nimis breve deſtinatum, & præfixum fuerit, quod tamen abſentes, quamvis ſint pauciores, debeant expectari etiam elapſo termino, ſi abſque periculo, & commode fieri poſſit, & abſentes aliqua juſta cauſa, puta pluvia &c. detinerentur, nec longe abeſſent, tenet Barboſ. *de Jur. Eccleſ. d. lib.* 1. *cap.* 19. *numer.* 97. ubi citat Abb. *in cap. cum nobis, num.* 9. *de elect.* Mantic. *deciſ.* 288. *nu.* 3. Sigiſm. a Bononia *de elect. dub.* 13. Lezan. *in ſum. quæſt. Regul. tom.* 3. *verb. electio. n.* 5.

70 Tertium requiſitum de ſolemnitate ponit, *quod ſcrutatores ſint viri fide digni.* ut dicit *cit. cap. quia propter.* & ibi Gloſ. *verb. de collegio.* dicuntur autem viri fide digni, contra quos nihil opponitur, quod fidem eorum imminuere poſſit. ad tex. *in cap. fine de præſum.* Tholoſ. *d. cap.* 16. *numer.* 1. ubi quod non debeant eſſe excommunicati ſuſpenſi &c. & idonei præſumuntur, donec contrarium probetur. tex. & DD. *in cit. cap. fin.* & Gloſſ. *ibid. verb. præſumatur.*

Pro quarto requiſito de ſolemnitate electionis, ponit *locum, in quo electores congregentur*, de quo diximus *ſupra.* §. 4. tex. *in cap. cum terra.* 14. *de elect.* late Antonel. *de loco legal. lib.* 1. *cap.* 17. *per tot.* ubi quod actus regulariter ſit nullius roboris, ſi Capitulares non congregentur in loco conſueto, ſi commode fieri poſſit, & ſic certus locus non eſt de ſubſtantia electionis. vide etiam Tholoſan. *l. c. c.* 15. *per tot.* 71

Quintum requiſitum de ſolemnitate electionis ponit, *quod in caſu mortis Prælati, non fiat electio, antequam ſepeliatur defunctus.* tex. eſt *in cap. bonæ memoriæ.* 36. §. *electionem autem, de elect.* Tholoſ. *l. c. cap.* 13. *n.* 5. & faciunt tradita per Antonel. *de temp. legal. lib.* 1. *c.* 13. *num.* 20. ubi, quod quamdiu vivit Prælatus Eccleſiæ, licet ejus vita deſperata ſit, tractari non poſſit de electione ſucceſſoris, imo niſi poſt tres dies depoſitionis defuncti Prælati, ita ut tractatus antea factus invalidus ſit, ſicut & citatio an electionem peragendam. tex. *in cap. nullus.* 7. *diſt.* 79. Tholoſan. *loc. cit. num.* 4. quem vide. 72

Quintum requiſitum ponit de ſolemnitate, *quod vocentur abſentes.* & de hoc diximus *ſupra num.* 15. *&* 16. ita ut unus ſolus contemptus poſſit irritare electionem. *DD. citati ſupra d. num.* 15. is tamen qui contemptus fuit, etiamſi poſſit annullare electionem, tamen ſolus eligere non poterit, ſed fiet iterum ab iiſdem electoribus electio, poteritque rurſum eligi, qui in prima electione electus erat. Tholoſan. *l. c. cap.* 14. *n.* 5. ubi late *&* *num. ſeqq.* quinam & quando abſentes ſint citandi &c. & quomodo ac quando contempti poſſint ratificare electionem. 73

Sextum requiſitum ponit, *decretum continens geſta in electione a principio uſque ad finem.* Et Octavum ponit *invocatio ſancti Spiritus, & Miſſa de Spiritu ſancto.* de quo ſupra *n.* 50. 74

Quorum prædictorum, ac aliorum formulare, ſeu inſtrumentum pro exemplari canonicæ electionis ponit Zerol. *in prax. Epiſc. electio. p.* 1. & alia formularia citationis abſentium, ac aliorum ad praxim electionis diximus ſupra *in prax. Electionis Abbatis. litt. A.* §. 1. 75

Porro electio quando eſt valida, vel ſaltem non eſt evidenter nulla, etiamſi veniat irritanda, & propterea debeat prius judicialiter caſſari, præſtat impedimentum ſecundæ, ſeu ulteriori electioni, donec prima fuerit caſſata. *cap. conſideravimus.* 10. & ibi Gloſ. & Bellamer. *n.* 8. *de elect. & in cap. cum terra. n.* 6. *eod.* Compoſtel. *in cap. quod ſicut. dicto tit.* Mandagor. *cap.* 31. *&* 32. *de elect.* Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.* 17. *num.* 110. *&* 124. *ſeqq.* apud Rot. *dec.* 210. *n.* 35. *p.* 9. *rec. tom.* 1. 76

Quær. an, & quando electus teneatur probare validitatem ſuæ electionis? Reſp. quod, cum electio præſumatur Canonica, non teneatur electus ejus validitatem probare, ſed quod illi incumbat nullitatem probare, qui contra eandem aliquem defectum opponit. ita Rot. *in una Toletan. Canonicatus Pœnitentiariæ* 1640. *coram Coccino*, quæ reperitur *in p.* 8. *rec. dec.* 244. *n.* 34. *ſeqq. & in una Legionen. Canonic. Magiſtralis.* 1634. *coram eod.* quæ eſt *dec.* 289. *n.* 27. *p.* 6. *rec.* Sperel. *dec.* 181. *n.* 33. Limita primo, ſi alius ſit in poſſeſſione; quia tunc electus tenetur probare validitatem, juxta citatas Rotas *ll. cc.* ubi Geminian. *in c. licet Epiſcopus. n.* 12. *verſ. ſi autem poſſeſſor. de præb. in* 6. Ægid. *deciſ.* 76. *n.* 5. & alii. Limit. ſecundo, ſi præſumptio ſit contra electores. Rot. *ll. cit.* ubi Jo. Andr. *in cap.* 1. *de conceſ. præb. in* 6. *& in cap. ſicut. nu.* 11. *de ſem. & re jud.* 77

Quær. ſecundo, quinam impugnare poſſint electionem, ac nullam dicere ob non ſervatam formam *cap. quia propter.* Reſp. quod ſolum illi impugnare poſſint quorum intereſt. ad tex. *in cap. cum inter.* 16. §. *nos attendentes.* ibi: *niſi quorum intereſt.* & ibi Butr. *nu.* 14. *de elect.* Caſtellin. *de elect. cap.* 16. *num.* 14. apud Sperel. *dec.* 181. *numer.* 25. ubi, quod taliter electionem impugnans, debeat ſpecialiter, & concludenter probare ſua intereſſe, id eſt ad ipſum, tanquam ad unum ex electoribus, & habentibus vocem in Capitulo pertinere electionem, alias non diceretur legitimus contradictor, & citat Anchar. *in cap. cum veniſſent.* 78

n. 2. *de integr. restitut.* Roman. *cons.* 499. Hostiens. *in sum. tit. de elect. n.* 5. *in princ.* & alios.

79 Quær. tertio, an electio facta post appellationem valeat? Resp. primo, si appellatio sit extrajudicialis, vel si in genere appellatur, *ne electio non nisi canonice fiat*, si post dictam appellationem fiat electio canonica, illam esse validam; quia tunc nihil agitur contra appellationem, cum tunc electio non fiat contra formam appellationis, sed potius secundum illam. tex. & DD. *in cap. cum nobis olim.* 19. *de elect.* & ibi glos. magna, & Gonzal. *n.* 8. & sic illa appellatio non operatur effectum suspensivum, ita ut si postea agnoscatur canonice facta, non sit ob appellationem tanquam attentata irritanda. Laym. *in d. cap. cum nobis. n.* 2. ubi D.D. ubi respondet ad tex. *in cap. consideravimus.* 10. *de elect.* qui videtur contrarius *cap. cum nobis.* quod nempe ideo electio post appellationem facta fuerit cassata, quia electio non fuerat canonice facta; quod patet ex verbis textus in princ. ibi: *& contra tenorem privilegiorum Ecclesiæ vestræ fuerit celebrata*. Quod si vero appellatio sit judicialis, vel si appelletur, *ne electio hoc vel illo modo fiat*, & tamen contra appellationem celebretur, electio foret nulla. vide *DD. cit.* qualis appellatio judicialis etiam censeri debet, quæ fit a Prælato (quamvis extra judicium) cujus est de electione judicare, eamque confirmare, quæ etiam causat attentata, ut ad ulteriora procedi non possit, nisi illa, ut manifeste frivola rejiciatur. Laym. *loc. cit.*

80 Porro appellans contra electionem, postulationem &c. jurare debet, quod credat, vera esse, quæ objecit, & se probare posse, alias non audiretur, nec sufficeret jurare, se credere vera esse objecta, & a se probari posse saltem ea, quæ sufficiant ad causæ victoriam. vide tex. ubi Laym. & DD. *in cap. is cui* 19. *de elect. in* 6. & ibi Glos. ac deberet servari forma tradita *in cap. ut circa* 4. *de elect. in* 6. *cap. constitutio.* 41. *eod.* Rot. *decis.* 289. *num.* 36. *p.* 6. *rec.* Sperel. *decis.* 181. *n.* 28. quod intellige de appellatione extrajudiciali, juxta *cit. cap. constitutio.* ac *DD. cit.* & sic debet fieri in scriptis causa inserta, & quidem infra decem dies, postquam sciverit se gravatum, quibus elapsis non amplius audiretur. ad tex. *in cap. concertationi, de appellat. in* 6. & ibi Glos. *in verb. sciverit.* Sperel. *d. dec.* 181. *nu.* 27. Rot. *d. decis.* 289. *n.* 47 *seqq. p.* 6. *rec.* ubi late, & an, & quando possit tunc saltem agi de nullitate per viam querelæ, & an possit appellari, aut per viam querelæ de nullitate agi, ab illo, qui semel electioni consensit, vide Sperell. *loc. cit. a n.* 29. negantem, nisi ex nova causa, vel antiqua, sed ignorata.

81 Quæres quarto, an in paritate votorum possit electus electioni de se factæ consentire, ita ut ejus consensus connumeretur in numero, & sic facere possit majorem partem votorum? Resp. affirmative, si electio sit facta per viam compromissi: & ita si ex septem compromissariis tres eligant quartum ex illis, & alii tres eligant alium non compromissarium, confirmabitur electio quarti compromissarii electioni de se factæ consentientis, ad tex. & Glos. *in cap. cum in jure peritus.* 33. *de elect.* & Gonzal. *n.* 3. & DD. Paris. *de resignat. lib.* 9. *quæst.* 17. *n.* 108. Rot. *decis.* 219. *n.* 7. *p.* 9. *rec. tom.* 1. & apud illos alii, modo tamen alii coelectores ante ipsum coelectorem electioni de se factæ consentientem elegerint: nam si aliquis ex dictis compromissariis nondum auditis aliorum coelectorum suffragiis se ipsum nominaret, tanquam ambitiosus, & sic tanquam indignus repellendus foret, ut notat Laym. *in d. cap. cum in jure. n.* 1. *vers. quædam tamen.* apud quem plura. Si vero electio fiat per scrutinium, juxta formam *d. cap. quia propter.* non posset electus a medietate votorum electioni de se factæ consentire, & consentiendo facere majoritatem. Gonzal. *l. c. num.* 7. Laym. *n.* 6. & probatur *ex cap. cumana.* 50. & ibi Glos. 1. *vers. item hic probatur, de elect.* & quod tunc in paritate votorum sit electio nulla, dicit Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *disp.* 5. *q.* 6. *n.* 25. *cap. in genesi* 55. *& cap. Ecclesia vestra. il.* 2. *de elect.*

82 Electio autem in paritate votorum quomodo debeat dirimi saltem circa beneficia Canonicatus &c. vide in quodam *Motu proprio* Leonis X. posito apud Garz. *de benef. p.* 5. *cap.* 4. *nu.* 160. *in col.* 3. *ad med.* & quod tunc Capitulum gratificare non possit, vide apud Rot. *dec.* 244. *a n.* 42. *p.* 8. *rec.*

Lite mota super electione, procurator constitutus a majori parte Capituli, debet habere expensas ab ipso Capitulo; quia tunc dicitur tractari de Jure Ecclesiastico, cujus interest habere pastorem. Rot. *decis.* 138. *n.* 3. *p.* 1. *rec.* ubi Angel. *cons.* 295. *n.* 4. *vers. quin imo interest.* Federic. de Sen. *cons.* 119. *nu.* 1. Bal. *in cap. ut prateritæ. n.* 3. *in fin. de elect.* 83

Electionem sequitur confirmatio, quam petere debet electus intra tres menses, ut infra in verb. *Episcopus n.* 31. dein consecratio, circa quarum praxim concorda, quæ diximus in Verbo *Abbas.* §. 2. & vide late Petr. Gregor. Tholosan. *de elect. cap.* 19. *seqq.* Tamburin. *de Jur. Abbat. disp.* 6. *q.* 1. *tom.* 1. & alios passim. 84

Et an electus habeat prefixum terminum ad capiendam possessionem, & an interim possit resignare beneficia, quæ habet, vide late Garz. *de Benefic. p.* 11. *c.* 6. *n.* 34. *& per tot.* 85

Praxim inquisitionis formandæ ante confirmationem Episcopi vide infra in verb. *Processus.* ac in verb. *Abbas.* §. 2. *supra litt. A.* & Pirhing *lib.* 1. *decret. tit.* 6. *de elect. sect.* 7. §. 4. *n.* 316. *seqq.* 86

§. VIII.

Praxis Electionis quoad profana.

Electio in alternativis regulariter spectat ad debitorem. Bichius *dec.* 218. *n.* 13. vide supra in verbo *Debitor. n.* 183. nisi particula alternativa *vel* fuerit adjecta in solutione favore creditoris. Bichius *decis.* 250. *n.* 10. Quod si debitor tenetur solvere alternative intra certum tempus, electione intra dictum tempus non facta, jus eligendi transfertur in creditorem, & stante mora debitoris in eligendo, electio habetur pro facta ad favorem creditoris. Cyriac. *contr.* 481. *n.* 4. Bichius *decis.* 248. *n.* 18. & 19. & quod debitor morosus in eligendo amittat electionem, dicit Glos. *in cap. inter cæteras. verb. istorum.* & ibi Rip. *n.* 72. *de rescr.* Bar. *in L. stychum. n.* 2. *vers. ex quo not a. ff. de solut.* Paris. *cons.* 23. *n.* 4. *& 5. lib.* 3. apud Rot. *decis.* 364. *n.* 25. *p.* 4. *rec. to.* 2. non tamen censetur amissa deficiente interpellatione. Rot. *decis.* 241. *n.* 30. *p.* 17. *rec.* 1

Electio in alternativa restituendi dotem in natura vel in æstimatione, in dubio spectat ad maritum. ad tex. *in L. plerumque.* 11. §. *si res in dotem, vers. aut si nihil. ff. de jur. dot.* Natt. *cons.* 650. *n.* 4. *lib.* 4. Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 28. *n.* 32. *vers. tertius casus.* Rot. *decis.* 419. *n.* 4. *p.* 4. *rec.* apud aliam Rot. *dec.* 241. *nu.* 10. & 11. *p.* 17. *rec.* 2

Electio non tantum verbis, sed etiam factis pro facta habetur. Tondut. *resol. civil.* 90. *nu.* 15. apud Rot. *d. dec.* 241. *n.* 29. *p.* 17. *rec.* 3

Est variabilis quousque solutio fiat. *L. qui & pluribus.* 106. *vers. tamdiu autem.* ubi Glos. *litt. C. ff. de V. O.* Rot. *d. decis.* 241. *p.* 17. *rec. nu.* 32. Etiam post sententiam. *L. cum qui.* 138. §. *cum pure. ff. de V. O.* Rot. *loc. cit. num.* 33. 4

Electio in legatis est legatarii. Rot. *dec.* 238. *nu.* 7. *p.* 4. *rec. tom.* 2. ubi alia Rot. *decis.* 203. *num.* 3. *p.* 1. *rec.* idem *in dec.* 159. *num.* 14. *p.* 4. *rec. tom.* 2. Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 431. *nu.* 13. Maresc. *lib.* 2. *var. res. c.* 97. *n.* 1. 2. *&* 3. si tamen verba executiva referantur ad legatarium, ut si fuerit dictum: *percipito talem, aut talem rem.* Maresc. *l. c.* secus si verba referantur ad hæredem; nam tunc ejus esset electio, juxta Maresc. *l. c.* At in dubio spectaret ad Legatarium. *DD. cit.* 5

Electio personæ incertæ de certis, potest committi, de qua vide Rot. *decis.* 38. *a n.* 19. *p.* 6. *rec.* Covar. *in cap. cum tibi. n.* 14. *de testam.* 6

Quando hæres habet electionem incertæ personæ de certis, tunc etiam post moram hæredis in eligendo, durat facultas eligendi in dicto hærede, donec illi certi, vel unus ex eis petierit. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 97. *n.* 9. & ibi Bart. *in L. cum quidam. la.* 2. *sub n.* 6. *de legat.* 2. & alii. 7

Electio de familia alicujus si facienda sit ab aliquo vigore pacti &c. ad hoc ut electus succedat in bonis, si ille nunquam elegerit, apertum est jus illis de familia, perinde, ac si electio facta fuisset, de quo Rot. *dec.* 262. *per tot. p.* 7. *rec.* 8

In gratiis in dubio est electio gratiati. Ludovis. *dec.* 431. *num.* 2. ubi alios allegat, ubi, quod electio exac- 9

tio-

ctionis penſionis reſervatæ in pecunia, vel in quantitate, ſit penſionarii, quem vide.

10 An vero executor teſtamentarius nominatus a teſtatore ad erogandam certam pecuniam pauperibus, poſſit ſe ipſum eligere, ſi ſit pauper, vide Layn. *in cap. cum in jure. ſub nu. 3. verſ. ſed ponamus, de elect.* ubi pro concordia Doctorum ſibi contrariantium diſtinguit, nempe: ſi teſtator juſſerit unum aliquem pauperem ab executore eligi, cui pecuniæ certa ſumma, aut annua penſio, alimentorum loco tribuatur, quod non poſſit executor ſe ipſum eligere: ſin autem executori juſſerit, ut certam pecuniæ ſummam inter pauperes, pro cujuſcumque conditione, ac neceſſitate diſtribuat, ipſi vero executori ſpecialiter nihil relictum ſit, partem aliquam legati tanquam pauper, eodem jure quo alii, accipere non prohibeatur.

11 In contractibus, quando ſumus in dubio, quod electio ſit promiſſoris, dicit tex. & ibi Gloſ. *in L. qui ex pluribus. 106. in verbo voluerit. ff. de V. O.*

¶ ELEEMOSYNA.

§. I.

Eleemoſyna quid ſit, & qualis eſſe debeat, & quid operetur?

1 Eleemoſyna † eſt beneficentia miſeris propter Deum exhibita. S. Thom. 2. 2. *qu.* 32. *& in* 4. *ſent. diſt.* 15. *qu.* 2. apoſt. ad Ant. de Butr. *conſ.* 28. *v. eleemoſynam.*

2 † Eleemoſyna differt ab oblatione; quia Eleemoſyna fit ſecrete, oblatio vero fit publice. Anch. *conſ.* 429. *Quæſtio talis, n.* 3. ubi, quod Eccleſia recipit Eleemoſynam a quocumque, ſed oblationem non recipit ab

3 excommunicato, & impœnitente. † Amplia; quia Eccleſia recipit Eleemoſynam ab excommunicato, & impœnitente, ut per eam pœniteat. Anch. *d. conſ.* 429.

4 *n.* 2. † Voluntaria debet eſſe Eleemoſyna, & ideo ſi avia dat partem dotis, & Eleemoſynæ neptì moniali effectæ, non poteſt dici obligata ultra id quod dedit, ſi alias de jure non teneretur; quia actus exercens Eleemoſynam non obligat ultra. *l. voluntariæ, de excuſ. tut.* Bart. *in l.* 3. *C. ne uxor. pro marito.* Alex. *in l. naturaliter §. nihil commune. nu.* 50. *ff. de acq. poſſeſſ.*

5 Dec. *in l.* 1. *nu.* 11. *C. de eden.* † Extende, quia nemo invitus compellitur facere Eleemoſynam. *c.* 1. *&* 2. 83.

6 *diſt.* Abb. *in cap.* 1. *col.* 3. *de empt. & quod* † Amplia; quia Eleemoſyna multum operatur in pœna, *de pœnit.*

7 *diſt.* 1. *c. medicina.* † Item liberat a morte, non utique ab illa quam Chriſtus ſemel ſanguine ſuo extinxit, & a qua nos Baptiſma liberavit, ſed ab ea, quæ poſtmodum per delicta ſerpit. *de pœait. diſt.* 1. *c. miror.*

8 Roman. *conſ.* 364. *Dum ſecundo, num.* 7. † Declara tamen; quia Eleemoſyna data pro mediocriter bonis tunc prodeſt, ut citius liberentur ab igne Purgatorii, ſi pro mediocriter malis, prodeſt ut minus puniantur, non

9 autem ut liberentur. Roman. *d. conſ.* 364 *in fi.* † Item textus divinæ ſcripturæ, quem citat Roman. *d. conſ.* 364. *num.* 7. dicit. *Date Eleemoſynam, & omnia ſunt munda*

10 *vobis.* † Limita; quia decedens in peccato mortali non licita facit legata pia, & Eccleſia non recipit, ſecundum Bart. *in l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccl. numer.* 30. ſed Anch. *d. conſ.* 429. *num.* 2. *&* 3. dicit procedere, quando per modum oblationis, ſecus ſi per modum Eleemoſynæ. † Defendit Anton. de But. Bart. ab impugnatione Anch. hoc modo, quod Anch. dicit verum quoad differentiam, ſed Bart. dicit verum quoad receptionem, quia Eleemoſyna recipitur ab impœnitente, dum eſt in vita, quia poteſt effici pœnitens; ſecus ſi eſſet impœnitens in morte, quia non recipitur etiam Eleemoſyna, quia deficit ſpes pœnitendi; ita Ant. de Butr. *conſ.* 25. *in fi. ver. non obſtat.* & plenius *d. conſ.* 28. *in fi. ver. non obſtat.* ubi, quod neque orandum pro eo, qui deceſſit impœnitens, *d. conſ.* 25. *nu.* 11. ubi, quod eſt communis opinio Theologorum, & quod tales non percipient de ſuffragiis Eccleſiæ, idem Ant. de But. *d. conſ.* 28. *in fi.* ubi, quod pariter eſt comm. opin. Theologorum, quibus ſtandum eſt.

§. II.

Eleemoſyna facta per errorem an poſſit ſubrogari pro Eleemoſyna ex obligatione?

Eleemoſyna † facta per exequutorem teſtamenti pro 1
anima Petri in ſcutis viginti, ſupra ſummam debitam, quam teneretur, poteſt in foro conſcientiæ delegari alteri obligato facere eleemoſynam in dictis ſcutis viginti pro anima Andreæ, & dicitur ſatisfacere per ſolam delegationem & remiſſionem inter eum qui ſolvit & recepit, & qui ſolvere debet. Lap. *allegat.* 72. *Martinus, per totam,* ubi, hoc procedere in foro conſcientiæ aſſerit, in quo de apicibus juris non curatur. ¶

¶ EMANCIPATIO.

§. I.

Emancipatio qualiter fiat, ut valida ſit, & quam ſolemnitatem requirat?

Emancipatio † poteſt fieri a patre per procuratorem, 1
quia non eſt neceſſaria præſentia utriuſque, & ſufficit quod ſit facta per nuntium vel procuratorem. Angel. de Peruſ. *conſ.* 44. *Pater quidam v. ſolum igitur, uſque in fi.* † Contrarium tenet Azo. *in ſumma C. de emancip. liber.* ubi, quod requiritur præſentia utriuſque. 2
† Declara; quia requiritur præſentia per ſe ipſum, vel 3
per procuratorem, aut nuntium, quia idem eſt ſequuta ratificatione. Angel. *d. conſ.* 44. *per tot.* † Extende, 4
quia valet emancipatio filii abſentis. facta per reſcriptum Principis, quia ſufficit, quod ratificet. Angel. *d. conſ.* 44. *in fi.* † Amplia, quia emancipatio facta etiam 5
non ſervata forma tradita, & quæ eſſet nulla, tamen per lapſum decennii convalidatur, ut nulla allegari non poſſit. Rom. *conſ.* 402. *In propoſita conſultatione, circa fi. v. quoad ſecundum.* † Declara tamen, quia ſi datur 6
aliqua forma faciendi emancipationem, & prohibeatur aliter fieri, prout eſt Senis, non valet intra decem annos emancipatio facta contra formam, & emancipatuſmet poteſt dicere de nullitate, & venire contra factum ſuum hoc caſu ante lapſum decennii. Roman. *d. conſ.* 402. *per tot.* † Extende; quia vixit per decem annos 7
vel viginti, tanquam paterfamilias, præſumatur emancipatus, & licet requiratur ſcriptura, bene valet emancipatio. Afflict. *deciſ.* 183. *num.* 2. † Amplia, quia e- 8
mancipatio poteſt fieri coram judice quocunque habente juriſdictionem, quia eſt actus voluntariæ juriſdictionis. Jaſ. *Inſt. quib. mod. jus patr. pot. ſolv. numer.* 4. *in addit. ad Porc.* † Emancipatio quam ſolemni- 9
tatem requirat, quando fit de Infante, vide tex. *in l. pen. & ſi C. de emanc. lib.* relative Anch. *conſ.* 430. *fuiſſet expediens, in pr.* † Amplia; quia valet facta co- 10
ram notario, qui habeat juriſdictionem Chartularii ordinariam, quia ſi interpoſuit decretum, valet. Angel. *conſ.* 93. *viſis & inſpectis, in pr.* † Reſtringe, ut non 11
procedat, quando eſſet ſimpliciter creatus notarius, quia tunc non dicitur habere aliquam juriſdictionem, & non valet emancipatio coram eo facta. Angel. *d. conſ.* 93. *num.* 2. *ver. in contrarium.* ubi dicit procedere, etiam ſi partes prorogaverint illius juriſdictionem, quia non valet prorogatio, cum funditus careret omni juriſdictione. vide §. *prox. ſeq.* † Limita. quia eman- 12
cipatio non valet, niſi intervenerit judicis authoritas. Dec. *conſ.* 3. *num.* 34. *v. non obſtat, lib.* 1. † Limita, 13
& regula eſt, quod pater non poteſt emancipare filium, & filius pariter non poteſt compellere patrem ad emancipandum. Caſtr. *conſ.* 152. *videtur dicendum, col.* 1. *in fi. v. videmus, lib.* 2. † Extende, quia Emancipatio 14
non poteſt fieri, niſi de conſenſu, ideo ſicuti pater non poteſt emancipare invitum filium, ita e converſo non poteſt filius compellere patrem ad emancipandum. Caſtr. *conſ.* 142. *videtur dicendum, col.* 1. *ver. videmus, quod ſicut. lib.* 2.

§. II.

Emancipatio coram quibus fieri poſſit?

1 Emancipatio † poteſt fieri coram quocunque Magiſtratu habente juriſdictionem. Caſtr. *conſ.* 24. *viſa dicta facti narratione, col.* 2. *l.* 1. † Amplia; quia coram
2 Notario poteſt fieri, quando in creatione eſt Notarius, & judex Chartularius creatus, alias ſecus, videlicet ſi eſſet ſimplex Notarius. Caſtr. *d. conſ.* 84. *per tot.* ubi dicit; quod debet interponere decretum vigore ſuæ facultatis *l.* 1. † Extende quia valet, etiamſi interpoſuit ſuam, & Communis auctoritatem, quia ſuſtinetur ex ſua, & poteſt ipſe rogati de inſtrumento & decreto, & ita ſervatur de conſuetudine. Caſtr. *d. conſ.* 84. *per tot.* ubi caſus, *l.* 1. vide §. *ſuperiorem*.

§. III.

Emancipatio coram quibus fieri poſſit?

1 Vid † Maſc. *concl.* 596. *Emancipatum eſſe aſſerens*, & plenius *concl.* 598. *Emancipatio an præſumatur*. vide Tuſch. *Litt. O. verb. Obſervantia diuturna operatur multa. concl.* 59.

§. IV.

Emancipatio tacita ex quibus inducatur, vel non?

1 Emancipaſſe † videtur pater filium dando eidem poteſtatem donandi cauſa mortis. *l. tam is, ff. de donat.* Oldrad. *conſ.* 26. *Pater conſenſit*, ubi alia ſimilia.
2 † Amplia; quia pater permittendo filium habitare ſeorſum a ſe per decennium, videtur emancipaſſe eum, ita ut ſi quid acquiſivit filius, ſit proprium filii. Ma-
3 ſcard. *concl.* 598. *Emancipatio an præſumatur*. † Limita, quia pater non dicitur emancipare filium, licet eum tradat in adoptionem extraneo. Decian. *conſ.* 3. *numer.* 34. *& ſeq. v. non obſtat: lib.* 2. vide Tuſch. *Litt. O. ver. Obſervantia diuturna operatur multa, & quando ſecus. concl.* 59.

§. V.

Emancipatio quid operetur?

1 Emancipatio † filii facta per patrem de jure operatur, ut pater in quærendis per filium poſt emancipationem, nullum jus, & nullum uſumfructum habeat, in quæſitis vero ante emancipationem, durante patria poteſtate, ex cauſa adventitia pater habet medietatem uſusfructus. Old. *conſ.* 214. *Factum tale eſt, in inſtrumento*, & quod filius emancipatus acquirit ſibi, & non patri. Bald. *conſ.* 138. Petrinus Iſei. *in pr. lib.* 1.
2 † Contrarium videtur velle Jaſ. *in addit. ad Porc. Inſt. quib. mod. jus patr. pot. ſolv. num.* 3. §. *præterea*, ubi, quod de conſuetudine pater remittit uſumfructum. *l.*
3 *cum oportet. C. de coll. bonor. in fi.* † Tamen iſta conſuetudo, & uſus non videtur verus; quia *l. cum oportet*, §. *cum autem. C. de bon. quæ lib.* videtur tollere conſuetudinem contrariam, de qua *in l. ut liberis. C. de collat. bon.* quæ eſt lex Leonis, & iſta ultima eſt Juſtiniani, & illa conſuetudo erat circa proprietatem, & nunc lucratur uſumfructum pro medietate, ſi nihil dicitur, ea conſuetudo contraria nihil facit, & ad iſta faciunt multa, quod filio eſt utilis emancipatio. Dec. *conſ.* 41. *n.* 12. *l.* 1. & ideo iſte uſus donandi fit a volentibus, non tamen obligat, ut declarat Aldobrand. *d.* §. *præterea. Inſt. quib. mod. jus patr. pot. ſolv. nu.* 51. *& ſeq.* & videtur declarare plene. Imol. *in l. utrum,*
4 *ff. de verb. obl.* † Amplia, ut procedat, etiam ſi pater in emancipatione ſibi retineret uſumfructum quærendorum, etiamſi decretum judicis ſuper hoc fuerit interpoſitum, quia cum iſta retentio præſupponat habitum, & de jure nullum jus habeat in acquirendis, tanquam erronea nihil operatur. Oldr. *d. conſ.* 214. *per*
5 *tot.* † Amplia; quia emancipatio operatur, quod filius emancipatus amplius non eſt agnatus patri, & conſequenter, quod omnes deſcendentes ex tali emancipato non ſunt agnati avo emancipati; quia ſublato fundamento corruit ædificium, & eandem naturam habent, quam radix a qua proveniunt. Alex. *conſ.* 174. *Super eo, num.* 6. *uſq. in fi. lib.* 5. † Amplia; quia emancipatio 6
operatur quod filius emancipatus nedum acquirit ſibi, & non patri, ſed etiam dicitur per ſe paterfamilias, & ipſe tenetur ad onera bonorum acquiſitorum, & non pater, Bald. *d. conſ.* 138. Petrimus de Iſeo. *in pr. & per tot. lib.* 1. *& conſ.* 139. *Conſuetudo eſt in terra, in pr. eod. lib.* ubi, quod maxime hoc dicit procedere, ſi habitat ſeorſum a patre emancipatus. † Amplia; quia 7
per emancipationem tollitur jus patriæ poteſtatis. Bald. *d. conſ.* 139. *in fi. lib.* 1. *Inſt. quib. mod. jus patr. pot. ſol.* §. *præterea*, Alex. *conſ.* 142. *circa primam, in pr. l.* 2. † Extende, quia etiam filii concepti poſt emancipa- 8
tionem, non ſunt in poteſtate avi, ſecus ſi tempore emancipationis eſſent jam concepti. Alex. *conſ.* 161. *Examinatis, in pr. lib.* 2. vide Tuſch. *Litt. P. verb. Patria poteſtas multis modis ſolvitur. concl.* 132. † Am- 9
plia; quia emancipatio operatur, quod filii nati ex emancipato, tempore emancipationis, remanent in poteſtate avi emancipantis. Bald. *conſ.* 404. *viſis itaque, nu.* 3. *v. prima ſit, lib.* 1. Alex. *conſ.* 19. *circa primum, in pr. v. ſecundo adduco, lib.* 6. ubi, quod jus ſuitatis obtinet primum locum in nepote ex filio emancipato. † Si vero concepti ſunt poſt emancipationem, non 10
incidunt in poteſtatem avi. Caſtill. *conſ.* 6. *ſupponitur, in pr.* ubi, quod incidunt in poteſtatem patris emancipati, cui ſunt hæredes neceſſarii. † Amplia; quia e- 11
mancipatio ſecundum jus civile tollit ſucceſſionem, & conſequenter jus dicendi teſtamentum patris nullum, licet niſi poſſit contra tabulare. Rom. *conſ.* 179. *Ampliſſime Doct. num.* 11. *ver nec refragatur, & num.* 12. ubi expreſſe hoc dicit. † Amplia, quia emancipatio o- 12
peratur quod inter patrem & filium poteſt cadere obligatio & contractus; ideo valet donatio inter patrem & filium emancipatum, quando eſt legitime facta, prout inter alios Angel. de Peruſ. *conſ.* 44. *Pater quidam, in pr.* † Amplia; quia emancipatio facta de filio, qui ha- 13
bet multa debita, operetur, quod non tenetur, niſi in quantum facere poteſt, licet prius teneretur in totum, & poſſet carcerari. Soc. *in reg.* 16. *Filius familias*, ubi declatat. † Limita; quia emancipatio non opera- 14
tur quin filii emancipati debeant hodie inſtitui, prout alii exiſtentes in poteſtate, & non emancipati, ideo præteriti rumpunt teſtamentum. Alex. *d. conſ.* 142. *Circa primum, in pr. lib.* 2. ubi dicit, quod ita tenent omnes Doct. *in auth. ex cauſa, C. de liber. præter.* † Limita; quia hodie emancipatio nihil operatur quo- 15
ad ſucceſſionem, quia ita ſuccedunt filii emancipati, ſicut non emancipati parentibus eorum, & procedit etiam quoad nepotes ex filio emancipato conceptos poſt emancipationem, quia mortuo eorum patre emancipato ſuccedunt avo paterno in ſtirpes, una cum eorum patruo filio avi in poteſtate ipſius avi exiſtentis; quia ſublata eſt omnino differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis. Caſtill. *d. conſ.* 6. *ſupponitur, in princ.* maxime *num.* 5. *v. amplius*. † Declara; quia licet ho- 16
die ſit ſublata differentia emancipationis quoad modum ſuccedendi ab inteſtato, non tamen eſt ſublata ex teſtamento; ideo ſi pater habet filium emancipatum, & ex eo nepotem natum ante emancipationem, licet pater inſtituat filium emancipatum, ſi præteriit nepotem, teſtamentum eſt nullum, quia jus ſuitatis primo capite reſidet in nepote ex filio emancipato, ideo debet inſtitui, vel ex cauſa exhæredari. Alex. *d. conſ.* 19. *circa primum in princ. v.* 2. *adduco. lib.* 6. ubi, quod ita tenetur per gl. & alios. † Contra declarationem eſt 17
communis, & magis communis opinio, ut Alex. *d. conſ.* 29. *num.* 6. *ver. non obſtat id, quod ſecundo. lib.* 6. ubi quod gl. & contrarium tenentes communiter reprobantur. † Limita; quia per emancipationem non 18
tollitur, neque ſolvitur origo, neque domicilium. Bald. *d. conſ.* 139. *in fi. lib.* 1. † Limita; quia hodie 19
emancipatio non tollit effectum juris ſuccedendi licet tollat modum, & ideo pariter ſuccedit emancipatus cum ſuo. Bald. *conſ.* 403. *Punctus talis eſt in fi. lib.* 1. *& d. conſ.* 404. *viſis itaque, num.* 4. *v. tertia concluſio. lib.* 1.

§. VI.

Emancipatio debet probari per ſcripturam, & quando ſecus?

1 Vide † Maſcard. *concl.* 597. *Emancipatio an per ſcripturam.* vide Tuſch. *litt. P. verb. Probatio per teſtes non admittitur, ſi per ſcripturam fieri poteſt, & quando ſecus. concl.* 772.

§. VII.

Emancipatus filius quid conſequatur ab invito patre, & e contra?

1 Filius † emancipatus poteſt compellere patrem ad reſtituendum lucra illicita facta per filium, ad quæ ipſe filius fuit condemnatus. Dyn. *conſ.* 12. *Factum*
2 *tale eſt, n.* 5. *v. item dictus filius.* † Amplia; quia etiamſi filius non fuerit condemnatus, poteſt tamen compellere patrem ad reſtituendum uſuras, & lucra illicita ex perſona filii acquiſita, quando filius inſtaret ut animam ſum liberaret. Dyn. *d. conſ.* 12. *num.* 6. *v. item dictus filius*, & ibi apoſtilla quæ adducit con-
3 cord. *in v. teneatur.* † Extende; quia multo magis filius poteſt penes ſe retinere lucra illicita, ut reſtituat, nec poteſt compelli a patre, ut ipſi ſolvat, ſi filius vult illa reſtituere illis a quibus fuerunt extorta.
4 Dyn. *d. conſ.* 12. *in fi. num.* 9. *v. item ſuper eo.* † Amplia, quia filius emancipatus, licet habuerit legitimam ſuam a patre, non poteſt compelli ad renunciandum ſucceſſioni paternæ. Dyn. *d. conſ.* 12. *in fi. num.* 10. *v.*
5 *item ſuper eo.* † Amplia; quia licet pater habens filium in poteſtate, lucretur uſumfructum bonorum filii, tamen filio emancipato, tenetur reſtituere proprietatem & medietatem uſusfructus ipſi filio. Dyn. *d. conſ.* 12. *v. item ſuper eo. num.* 11. vide Tuſch. *Litt. F. verb. Filius quando & in quib. patri acquirat,*
6 *concl.* 353. † Amplia, in dote uxoris filii emancipati, quia pater tenetur reſtituere dotem ipſi filio, a quo habuit, & ab uxore debet liberari. Dyn. *d. conſ.* 12. *nu.* 8. *v. Item pater*, ubi apoſt. *in v. onera matrimonii.* quæ concord. multos allegat. vide Tuſch. *Litt. D. verb. Dos ſoluto ſocero quando conſignari debeat filio, marito, vel non. Conc.* 778. ¶

EMPHYTEUSIS.

Praxis Emphyteuſis.

§. I.

Quid ſit emphyteuſis, & in quo differat ab aliis contractibus feudi locationis &c. & ejus requiſita, & quotuplex ſit?

1 Emphyteuſis eſt contractus nominatus, quo quis dat rem ſuam immobilem alii quoad dominium utile, retento dominio directo, vel in perpetuum, vel ad vitam ejus, cui conceditur, aut plures generationes, ſub penſione reali in recognitionem dominii directi, de qua, & aliis hujus definitionibus vide Bonacin. *de contractib. diſp.* 3. *q.* 8. Pirhing *lib.* 3. *decret. tit.* 18. *de locat. n.* 31. & DD. *in eod. tit.* Bajard. ad Clar. *in §. emphyteuſis. q.* 1. *nu.* 3. & tex. *in L.* 1. *C. de Jur. emphyt.* quod ſit contractus bonæ fidei, probat Bajard. *loc. cit. q.* 2. *n.* 19. *ſeqq.* ſed quod ſit contractus ſtricti juris, dicit Corbulus *in tr. de cauſis, quibus emphyt. jure ſuo privatur, de cauſ. privat. ob finit. lineam. n.* 3. Rot. *deciſ.* 737. *n.* 6. *p.* 4. *rec. tom.* 3.

2 Ad illius validitatem requiritur primo ſcriptura. DD. apud Clar. *in §. emphyteuſis. quæſ.* 4. Rot. *deciſ.* 558. *numer.* 2. *p.* 3. *rec.* & probat tex. *in d. L.* 1. *C. de Jur. emphyt.* & ibi Gloſ. *verb. ſcriptura:* ideoque probari debet per ſcripturam, niſi aliud ſervet conſuetudo. Gloſ. *in d. L.* 1. *loc. cit. vert. additio.* Clar. *loc. cit.* Maſcard. *de probat. concl.* 603. *num.* 1. 2. & 3. Mantic. *de tacit. lib.* 1. *tit.* 10. *num.* 8. Ciarlin. *contr. for. cap.* 2. *num.* 26. Dian. *p.* 8. *tr.* 7. *reſol.* 25. Rot. *deciſ.* 8. *nu.* 2. *d. p.* 3. *rec.* ubi DD. nec poteſt probari per teſtes, niſi ſimul probetur amiſſio ſcripturæ. Maſcard. *loc. cit.* Ciarlin. *uti ſupra.* quod autem ſcriptura non ſit de ſubſtantia emphyteuſis, dicit Vvius *in ſua ſylva com. opinion. opin.* 4. *num.* 5. Si tamen per ſcripturam appareant ſolutiones factæ ex cauſa emphyteuſis ſufficeret, nec eſſet opus oſtendere ſcripturas antecedentes. tex. *in L. quicumque. C. de apoch. lib.* 10. Rot. *d. deciſ.* 8. & quod quando aliunde probatur rem eſſe emphyteuticam, præſumatur ſcriptura tanquam antecedens, neceſſarium dixit Rot. *d. deciſ.* 558. *num.* 2. & *deciſ.* 420. *num.* 5. *p.* 3. *rec.* & ibi Cravet. *de antiquit. temp. p.* 3. *n.* 40. ubi quod ſcriptura ſubſequens probet ſcripturam antecedentem.

Secundo requiritur canonis annua ſolutio ab emphy- 3
teuta facienda. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 4. *num.* 6. ubi quod alias non valeret ſive in magna, ſive in modica quantitate, qui canon poteſt etiam eſſe fructibus adæquatus detractis expenſis, & habita ratione laudemii: canon enim ſolvitur in recognitionem dominii, non autem pro fructibus. Clar. *in §. emphyteuſis. q.* 8. *verſ. cum enim.* Gail. *pract. obſerv. lib.* 2. *obſ.* 23. *num.* 25. Bajard. ad Clar. *in d. §. emphyteuſis. quæſ.* 3. *num.* 12. Rot. *deciſ.* 699. *numer.* 1. *p.* 3. *rec.* dominium autem recognoſci poteſt quacumque vel minima alia præſtatione. Bajar. *l. c.* ubi citat Bal. *in rubr. C. de Jur. emphyt.* Valaſc. *in tr. de Jur. emphyt. q.* 1. *n.* 11. & *q.* 11. *n.* 19. *verſ. tu adverte*, & alios.

Tertio, juxta aliquos, requiritur, quod a principio 4
præſtetur certa quantitas, de quo vide Clar. *loc. cit. q.* 3. ubi diſtinguit, & admittit diſtinctionem inter emphyteuſim titulo oneroſo, & titulo gratuito pro ſolo annuo canone conceſſam.

Porro licet emphyteuſis & feudum ſint ejuſdem na- 5
turæ. Noal. *de tranſmiſſ. caſ.* 49. *numer.* 3. ubi Specul. *in tit. de feud. §. quoniam. numer.* 63. *in fin. verſ. non intereſt.* Hoſtienſ. *in ſum. eod. tit. in princ. & alii.* Mantic. *de tacit. d. l.* 22. *tit.* 4. *num.* 1. ita ut de uno ad aliud procedat argumentum. Noal. *loc. cit.* niſi aliud reperiatur expreſſum. Mantic. *loc. cit. n.* 19. tamen in multis emphyteuſis a feudo differt, & ſeptem differentias ponit Mantic. *loc. cit. a n.* 8. *ſeqq.* quarum prima eſt, quod emphyteuſis detur pro annuo canone, feudum vero ex benevolentia pro ſervitio perſonali, ad quem proinde te remittimus.

A contractu locationis ad tempus conceſſæ, ſeu et- 6
iam in perpetuum quomodo diſtinguatur, vide tex. *in §. adeo. inſt. de locat. & L.* 1. *C. de Jur. emphyt.* late Mareſc. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 76. *per tot.* Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 2. *per tot.* ubi viginti ponit differentias, quem vide, & Ciarlin. *contr. for. cap.* 6. *num.* 33. & *c.* 8. *a n.* 48. *ſeqq.* inter quas ſunt iſtæ differentiæ, quod emphyteuſis ſolum in rebus immobilibus, locatio vero etiam in mobilibus conſtitui poſſit: item, quia per emphyteuſim transfertur utile dominium, in locatione non item, ſed tantum uſus, ſeu commoditas fructuum, ſaltem quando non eſt perpetua. Item quia emphyteuſis tunc proprie dicitur, quando canon eſt modicus, locatio vero, quando penſio correſpondet fructibus &c. vide *DD. cit.*

A contractu libellario diſtinguitur, quia contractus 7
libellarius tunc dicitur, quando vaſallus, vel emphyteuta pro annua penſione alteri concedit prædium, quod ipſe in feudum, vel emphyteuſim habebat. vide Mantic. *l. c. tit.* 3. Alias differentias inter emphyteuſim, & alios contractus, vide apud cit. Mantic. *tit.* 2. 3. & 4. Clar. *in §. emphyteuſis. quæſ.* 1.

Alia eſt Eccleſiaſtica, quando nempe conſtituitur in 8
re, cujus dominium directum, ſeu proprietas ſpectat ad Eccleſiam, vel Collegium Canonicorum, vel monaſterium, aut alium locum pium; ſeu Religioſum, etiamſi Laico in emphyteuſim concedatur. Alia vero dicitur civilis, ſive profana, aut ſæcularis, cum nempe dominium directum eſt penes Laicum, puta Principem, Civitatem, municipium, vel privatum. Bajard. ad Clar. *loc. cit. q.* 1. *num.* 3. Item alia dicitur ex pacto & providentia, & alia hæreditaria, alia vero mixta: prima eſt, quam quis acquiſivit pro ſe & filiis, ſeu deſcendentibus, nulla facta mentione hæredum. Clar. *loc. cit. q.* 16: *ſub num.* 1. Rot. *deciſ.* 39. *ſub num.* 1. *p.* 4. *rec. tom.* 1. Bichius *deciſ.* 58. *nu.* 15. Rot. *deciſ.* 483. *num.* 1. *p.* 4. *rec. tom.* 2. vel cum eſt conceſſa alicui ad ejus vitam, aut certam generationem. Secunda eſt, quam quis acquiſivit pro ſe & hæredibus, vel pro ſe, & quibus dederit &c. mixta vero eſt, quam quis ac-

quisivit pro se, filiis & hæredibus, de quibus vide *DD. cit.* & Valasc. *de Jur. emphyt. q.* 42. *&* 43. Osasc. *detis. Pedem.* 161. *n.* 5. *&* 9. & ut *in* §. *seq.*

§. II.

Quæ res in emphyteusin dari possint; quamdiu emphyteusis duret, & in quos transeat?

9 Quod res Ecclesiæ in emphyteusin, cum hæc sit species alienationis, a Prælato &c. dari non possint, nisi sint solitæ alienari, diximus in verb. *alienatio. n.* 13. & de hoc tradit Riccius *in prax. alienat. in p.* 1. *res.* 121. Clar. *in* §. *emphyteusis quæs.* 6. & ibi late Bajard. & Mantic. *de tacit. d. lib.* 22. *tit.* 7. *per tot.* & DD. *supra in d. verb. alienatio cit.* ubi de utilitate, & solemnitatibus requisitis. Et quod ex lapsu triginta annorum præsumatur emphyteusis non solum utilis, sed etiam cum solemnitatibus facta, dicit Rot apud Ludovis. *dec.* 343. *n.* 1. & ibi Beltramin. *n.* 4. *& per tot.*

10 Si est privati, in dubio præsumitur esse perpetua, quia talis est ejus natura, ut in perpetuum porrigatur. Riccius *in prax. empht. in p.* 3. *res.* 151. *sub nu.* 1. ubi DD. si vero est Ecclesiastica, in dubio præsumitur esse concessa, & durare usque ad tertiam generationem, quia talis est ejus natura, ut tantum quoad tertiam generationem, concedatur. ad tex. *in* §. *emphyteusin. auth. de non alien.* Riccius *loc. cit.* Tranchedin. *consult.* 53. *numer.* 1. 2. *&* 3. Mantic. *de tacit. d. lib.* 22. *tit.* 25. *numer.* 2. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 57. *num.* 1. Rot. *decis.* 170. *num.* 1. *p.* 2. *rec.* apud quos alii; & quidem connumerata persona ipsius recipientis, & consequenter solis filiis, & nepotibus, & non ultra, ut *in d.* §. *emphyteusin.* & dicit Accurs. *in* §. *alienationis. in* 2. *gl. in d. auth. de non alien.* relatus a Mantic. *loc. c. tit.* 15. *num.* 9. Gabriel. *tit. de emphyt. concl.* 4. *n.* 6. & ut infra. *num.* 68. nisi adsit consuetudo concedentis in contrarium. Riccius *loc. c.* Mantic. *ut supra. nu.* 28. Antonel. *loc. cit.* quæ procedunt, etiamsi non constet de dictæ emphyteusis origine, sed sit acquisita per legitimi temporis usucapionem. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 17. *num.* 6. Antonel. *l. c. n.* 2.

11 Sic emphyteusis Ecclesiastica olim de jure communi concedi non poterat, nisi tribus personis. *cit.* §. *emphyteusim. auth. de non alien.* hodie tamen novissimo jure concedi potest etiam in perpetuum, hoc est pro omnibus descendentibus. *auth. perpetua.* C. *de sacros. Eccles.* Specul. *de emphyt.* §. *nunc aliqua. ves. septimo. num.* 8. *& in vers.* 115. *num.* 141. DD. apud Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 25. *nu.* 13. Rot. apud Ludovis. *decis.* 522. *numer.* 11. quæ etiam paucis mutatis reperitur *in p.* 4. *rec. tom.* 1. *num.* 7. *decis.* 94. modo adsit justa causa, beneplacitum Apostolicum, & reliqua, ut in verbo *alienatio* diximus. & Mantic. *loc. cit. tit.* 7. Tranchedin. *loc. cit.* An vero emphyteusis sine Beneplacito Apostolico in perpetuum concessa, sit in totum nulla, an vero saltem valeat usque ad tertiam personam &c. vide quæ diximus in verb. *alienatio. n.* 34. & Ciarlin. *contr. for. c.* 8. *a n.* 26.

12 Hinc emphyteusis Ecclesiastica de sui natura, & de Jure Canonico non est transitoria ad extraneos. Ludovis. *decis.* 529. *n.* 1. Peregrin. *de fideicom. art.* 32. *num.* 52. Cyriac. *contr.* 113. *num.* 2. Vivius *com. opin.* 248. *numer.* 1. ubi DD. etiamsi sit usucapione acquisita, ut per Covarruv. *d. cap.* 17. *num.* 6. nisi adsit consuetudo in contrarium. Rot. *decis.* 642. *n.* 8. *p.* 1. *rec.* & semel transiens ad extraneos semper transit. Noal. *de transmiss. cas.* 64. *num.* 5. *vers. octavo.* Ciarlin. *d. cap.* 8. *num.* 60. extante eadem necessitate, *ut supra.* vide etiam Mantic. *d. l.* 22. *tit.* 19. *n.* 32. *seqq.*

13 Et si in ea vocantur hæredes, intellgitur de hæredibus sanguinis acquirentis. Clar. *in d.* §. *emphyteusis. quæs.* 28. *nu.* 6. & 7. Peregrin. *loc. cit.* Fusar. *de substit. quæs.* 339. *n.* 33. Riccius *in prax. p.* 3. *res.* 170. late Marescot. *l.* 3. *var. res. cap.* 1. *per tot.* Tranchedin. *consult.* 53. Bichius *decis.* 483. Sperl. *decis.* 120. *a num.* 18. Rot. *decis.* 288 *numer.* 4. *p.* 1. *rec.* & apud illos alii, apud quos etiam videre poteris plures ampliationes, & limitationes.

14 Imo Ecclesiastica recepta pro se, & suis filiis, ac hæredibus ex eis legitime descendentibus, dicitur partim ex pacto & providentia, & partim hæreditaria, in qua succedere prætendentes debent habere utramque qualitatem, quod nempe sint descendentes legitimi, & hæredes hæreditatis, non autem sanguinis tantum. Rot. *decis.* 750. *n.* 1. *p.* 3. *rec.* ubi Covarruv. *l.* 2. *var. res. c.* 18. *nu.* 3. Velasc. *de jur. emphyt. quæs.* 44. *n.* 11. vide etiam Clar. *in d.* §. *emphyteusis. quæs.* 37. ubi hanc conclusionem limitat, si sit recepta pro se, ac filiis, non facta mentione hæredum. Et an tunc transeat ad institutum in re certa, si adsit hæres institutus universalis capax, vide negativam apud Fachin. *lib.* 4. *contr. jur. cap.* 20. Covarruv. *loc. cit. num.* 5. Clar. *in* §. *emphyteusis. quæs.* 38. Noal. *de transmiss. cas.* 64. *num.* 3. *&* 6. Gratian. *disc. for. cap.* 372. *n.* 12. *&* 13. quidquid sit in emphyteusi concessa a privato, vel quando non fuit facta mentio hæredis, & in aliis casibus de quibus *DD. cit.* Rot. *decis.* 261. *num.* 2. *p.* 1. *rec.* ubi de legatario, quod dicatur quodammodo hæres. Vivius *com. opin.* 248. *vers. ult.* Debet itaque succedere volens in emphyteusi Ecclesiastica recepta pro se, & suis hæredibus, habere utramque qualitatem, quod sit legitimus descendens, & etiam hæres, remanente in reliquis natura emphyteusis Ecclesiasticæ, & providentiæ, ne in quemlibet hæredem extraneum, sed ad ipsos tantum descendentes legitimos transire possit. Rot. *d. decis.* 750. *n.* 1. Paul. Rubeus *in annot.* 26. *ad dec. Rot. Rom. d. p.* 3. *num.* 31.

Porro conclusio, quod emphyteusis Ecclesiastica ad 15 hæredes extraneos non transeat, pluries limitatur a DD. & decem limitationes ponit Noal. *de transmiss. d. cas.* 64 *n.* 5. & quidem si facta fuit cum juris solemnitatibus. Clar. *in* §. *emphyteusis q.* 28. *sub num.* 6. §. *& in specie. post med.* modo tamen facta sit verbis, quæ translationem in extraneos importare possint: nam ut dicit idem Noal. *ibid. num.* 6. solemnitates non extendunt dispositionem, nec operantur aliquid novi, sed roborant factum tantum prout est. *cap. ex parte Abbatissæ in fin. cap. quia intentionis, de privileg. cap. illa, ne sed. vacant.* Glos. *in L. ex verbis. in verb. cui. C. de donat. inter vir. & uxor.* & sic solæ solemnitates non facerent illam transitoriam in extraneos. Mantic. *de tacit. d. l.* 22. *tit.* 19. *n.* 19.

Verba autem translationem in extraneos hæredes im- 16 portantia essent primo, si emphyteusis concessa sit *pro omnibus, & quibuscumque hæredibus*, servatis tamen semper debitis solemnitatibus. Noal. *loc. cit. nu.* 5. *in princ.* Clar. *in* §. *emphyteusis. quæs.* 28. *vers. sed quæro. n.* 9. Covarruv. *l.* 2. *var. cap.* 17. *sub n.* 5. §. *quarta conclusio, ad med. vers. quin etsi emphyteusis.* Rot. *decis.* 280. *n.* 2. *p.* 1. *rec.* Rubeus *in annot. ad decis.* 26. *Rot. Rom. p.* 3. *rec. nu.* 19. Mantic. *de tacit. d. l.* 22. *tit.* 19. *n.* 22. non tamen ad hunc effectum sufficeret dicere *pro hæredibus, & successoribus*, nisi adesset particula *omnibus, & quibuscumque.* Noal. *l. c. nu.* 6. Mantic. *nu.* 20. Bichius *decis.* 483. *n.* 1.

Secundo censeretur transitoria in extraneos, si cum 17 debitis solemnitatibus esset concessa cum clausula *ad habendum, & quibus dederit*, ut diximus in prax. *clausul. communium. n.* 20. Rot. coram Merlin. *inter ejusd. select. decis.* 583. *num.* 8. Ciarlin. *contr. for. c.* 6. *num.* 2. Bichius *decis.* 483. *num.* 2. Noal. *l. cit. vers. secundo, & vers. tertio.* late Paul. Rubeus *loc. cit. num.* 11. *ad* 19. *loc. cit. nu.* 24. *&* 25. nisi etiam adsit prohibitio alienationis. Bich. *decis.* 483. *n.* 19.

Tertio censeretur transitoria in extraneos, si cum 18 debitis solemnitatibus fuisset concessa pro se, & hæredibus *in perpetuum*: quia illud verbum, *perpetuum*, facit emphyteusim transitoriam in extraneos. Paul. Rubeus *l. c. nu.* 15. ubi plures decisiones Rotales. & DD. Rot. *decis.* 294. *num.* 4. *p.* 2. *rec.* Noal. *loc. cit. sub n.* 6. quamvis apud eundem multi contrarium teneant, cum quibus Ciarlin. *cap.* 8. *num.* 47. Rot. *decis.* 319. *num.* 3. *p.* 13. *& decis.* 381. *num.* 4. *p.* 5. *rec.* ubi quod Rotæ contrariæ intelligendæ multæ sint, ubi adest talis observantia. Mantic. *de tacit. de tit.* 19. *n.* 21. & pro ex §. *emphyteusim. auth. de non alien. &* §. *licentiam auth. de alien. & emphyt.* hoc unum notandum est cum Claro *loc. cit. quæst.* 28. *num.* 4. *vers. primus casus.* quod si in emphyteusi in perpetuum concessa non sit facta mentio hæredum, sed solum dictum sit *pro se, & filiis*, quod solum intelligatur de filiis & descendentibus, non vero de extraneis, vide etiam in prax. *clausularum commun. n.* 23.

Quar-

19 Quarto cenſeretur tranſitoria in extraneos, & abſolute hæreditaria, ex licentia data alienandi in quocumque. Rot. *deciſ.* 750. *p.* 3. *rec. num.* 3. & apud Bichium *deciſ.* 483. *num.* 3.

20 Item emphyteuſis cum debitis ſolemnitatibus conceſſa tranſiret in hæredes extraneos, quando conceſſa eſt ad certum tempus, veluti uſque ad viginti, vel triginta annos, & hoc uſque ad illum annorum numerum. Clar. *in d.* §. *emphyteuſis. quæſ.* 28. *num.* 3. Noal. *d. caſ.* 64. *num.* 5. *verſ. quinto tranſit.* quod tamen intelligit Mantic. *d. tit.* 19. *num.* 29. ſi ſit conceſſa pro ſe, & hæredibus uſque ad 40. annos v. g. ſecus ſi ſit conceſſa pro ſe, filiis, aut nepotibus: nam ſi tunc ille qui emphyteuſim ſuſcepit, moriatur ſine liberis, hæres extraneus non ſuccederet, ſed emphyteuſis ad Eccleſiam rediret etiam non exſpectatis illis 40. annis.

21 Item tranſiret in extraneos, ſi ſemel cum debitis ſolemnitatibus fuerit taliter conceſſa, ut poſſit ad extraneos tranſire, *ut ſupra num.* 12. nam facta ſemel alienabilis, & tranſitoria ad extraneos, ſi ad Eccleſiam revertatur, poterit de novo etiam ſine ſolemnitatibus ſecundum prioris tenorem alteri concedi, juxta dicta tamen in verb. *alienatio. num.* 13. & Ricc. *in prax. p.* 1. *reſ.* 121. *per tot.* ubi remiſſive quid ſit ſolitum, & conſuetum. & Ciarlin. *d. cap.* 8. *num.* 58. *ſeqq.* An vero, ſi in ſecunda conceſſione non ſit facta mentio de hac qualitate, cenſeatur nihilo minus conceſſa juxta tenorem primæ, vide Noal. *loc. cit. verſ. ampliatur.* affirmantem & infra. *num.* 104.

22 Item eſſet tranſitoria ad hæredes extraneos, ſi res, quæ ob illorum deteriorationem locari non poſſunt, in emphyteuſim tradantur: nam tunc cenſeretur actum, ut illæ res melioratæ ad hæredes etiam extraneos tranſire poſſint. Noal. *loc. cit. num.* 5. *verſ. ſexto.* Mantic. *d. tit.* 19. *num.* 30. tex. *in cap.* 2. §. *ſi quas ruinas.* 10. *quæſ.* 2. *cap. ad aures. de reb. Eccleſ. non alien.* §. *ſi vero. auth. de alienat. & emphyt.*

23 Item, ſi non conſtabat bona in emphyteuſim conceſſa fuiſſe Eccleſiæ, & mediante hac conceſſione, recipiens illa ab Eccleſia recognoſceret, tunc, etiamſi conceſſio eſſet ſimpliciter facta *pro ſe, & hæredibus*, tranſiret ad hæredes etiam extraneos, quia tunc Eccleſia debet eſſe contenta, quod ſenſerit commodum recognitionis, cum alias non potuerit probare dominium. ita Clar. *num.* 8. Mantic. *num.* 31. Noal. *verſ. ſeptimo. in ll. cit.*

24 Item denique, quando contractus non eſt proprie emphyteuticus, ſed potius locatio, cum nempe cenſus correſpondet fructibus, etiamſi ſit perpetua, tranſiret ad hæredes etiam extraneos *DD. cit.* quod tamen non admittit Ciarlin. *contr. for. d. cap.* 8. *num.* 42. *ad* 49. *ſeqq.* quia alienatio bonorum Eccleſiæ in perpetuum, ſive fiat per contractum emphyteuticum, ſive per contractum locationis, ſemper eſt prohibita ſine debitis ſolemnitatibus, & expreſſa licentia ſeu beneplacito Apoſtolico, cum etiam locatio perpetua veniat nomine alienationis, & ſic prohibita a Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 11. §. *locationes vero.* & ſic in hoc non videtur differentia inter emphyteuſim, & locationem perpetuam, ſeu ad longum tempus, quæ etiam non tranſit ad extraneos. Valaſc. *de Jur. emphyt. lib.* 1. *q.* 29. *num.* 8. apud cit. Ciarlin. ubi plura videre poteris & plures caſus, in quibus Eccleſiaſtica emphyteuſis non præſumitur hæreditaria, & in extraneos tranſitoria, vide apud Bichium *deciſ.* 483. *per tot.*

25 Porro Eccleſiaſtica emphyteuſis, licet ſit in multis caſibus tranſitoria ad extraneos, non tranſit tamen ad ſpurios, quia Eccleſia propter ſuam dignitatem, non videtur cogitaſſe de ſpuriis, aut filiis naturalibus tantum, ſive natis ex illegitimo thoro. Clar. *in d.* §. *emphyteuſis. quæſ.* 30. *num.* 1. Mantic. *de tacit. d. lib.* 22. *tit.* 10. *num.* 3. Tuſch. *litt. E. concl.* 168. Gratian. *diſc. for. cap.* 218. *num.* 35. Ciarlin. *contr. for. cap.* 6. *num.* 51. Sperel. *deciſ.* 72. *num.* 8. Limita primo, quando ab initio ſimilibus perſonis fuit conceſſa. Gratian. & Mantic. *ll. cit.* Limita ſecundo, quod quamvis emphyteuſis Eccleſiaſtica non ſit tranſitoria in ſpurios, poteſt tamen ab initio ab illis acquiri, juxta probabiliorem apud Gratian. & Mantic. *ll. cit.* Sperel. *d. deciſ.* 73. *num.* 9. *ſeqq.* ſi conſtet de illorum vitæ bonitate, ſcientia &c. vide *DD. cit.* Limita tertio in legitimatis vel per ſubſequens matrimonium. Mantic. *loc. cit. d. tit.* 11. *num.* 18. Peregrin. *de fideicom. art.* 24. *num.* 10. *& ſeqq.* quem vide ubi latiſſime an procedat etiam quando adeſt clauſula *ex legitimo thoro natis* poſita a concedente emphyteuſim. Michalor. *de fratribus p.* 3. *cap.* 24. *num.* 14. Gratian. *loc. cit. num.* 37. vel a Pontifice, aut ab habente ab illo ſpecialem facultatem, nec ſufficerent verba univerſalia, ſed ſpecialis facultas requiritur. Mantic. *d. tit.* 11. *num.* 10. Gratian. *loc. cit. num.* 44. imo requiritur quod quis fuerit ſpecialiter legitimatus, ut in dicta emphyteuſi poſſit ſuccedere, juxta *DD. cit.* Sublimita in legitimatis per reſcriptum Principis, cum non poſſit diſponere circa bona Eccleſiaſtica. Sperel. *loc. cit. num.* 43. *ſeqq.* Peregrin. *num.* 10. Mantic. *num.* 4. *& 9.* plura vide apud *DD. cit.* Et concluſionem principalem amplia, quod non ſolum illegitimi aut legitimati per reſcriptum ſint incapaces emphyteuſis Eccleſiaſticæ, ſed etiam eorum filii, licet legitime procreati. per Mantic. *uti ſupra. num.* 5. *& tit.* 10. *num.* 6. & prædicta locum habent non ſolum in emphyteuſi, ſed etiam in locatione. Mantic. *d. tit.* 10. *num.* 5. Gratian. *loc. cit. num.* 47.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica tamen de ſui natura eſt 26
tranſitoria etiam in fœminas, quia Eccleſia non curat de ſervitio perſonali, ſed burſali. Magon. *deciſ. Lucen.* 7. *num.* 1. Clar. *in d.* §. *emphyteuſis. q.* 32. *num.* 1. Tranchedin. *conſult.* 22. *num.* 1. & 2. Cyriac. *contr. for.* 223. *a nu.* 9. Bicchius *deciſ.* 326. *num* 2. ubi Seraphin. *deciſ.* 604. *nu.* 4. Fulgin. *de jur. emphyt. tit. de ſucceſſion. in bon. emphyt. q.* 9. *num.* 13. & 20. quando tamen verba in conceſſione poſita ſunt apta comprehendere etiam fœminas, ut ſi dictum ſit *pro ſe & hæredibus.* Clar. *loc. cit. num.* 1. §. *hæc tamen.* Gabr. *ut infra. num.* 104. Mantic. *loc. cit. tit.* 14. *num.* 22. Vivius *com. opin.* 249. *num.* 1. nam tunc ſuccederent etiam fœminæ, dummodo ſint hæredes. Corbulus *de cauſ. ex quib. emphyt. jur. ſuo priv. tit. de cauſ. privat. ob lineam finitam. num.* 24. Item ſi fuiſſet conceſſa *pro ſe, filiis, & deſcendentibus*, quia tunc nomine deſcendentium venirent etiam fœminæ. Corbul. *loc. cit. num.* 53. Item ſi fuit conceſſa *pro ſe, filiis, & nepotibus uſque in ejus tertiam generationem*, quia tunc filiæ, & neptes comprehenduntur. Corbul. *n.* 39. Item ſi fuit conceſſa *pro ſe, & libris*, quia nomine liberorum veniunt etiam fœminæ. Corbul. *loc. cit. num.* 43. Gabr. *com. concl. lib.* 6. *tit. de Verb. ſignif. concl.* 6. *num.* 102. Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 14. *num.* 20.

An vero emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa *pro ſe,* 27
& filiis juris, ſeu *pro ſe, filiis, ac nepotibus*, veniant etiam fœminæ? major videtur difficultas; & affirmativam tenet Covarruv. (quamvis contrariam magis communem aſſerat) *in lib.* 2. *var. reſ. cap.* 18. *ſub num.* 1. *ad med. verſ. ſed & in hoc caſu*, ubi citat Salycet. *in L.* 2. *q.* 12. *& 17. nu.* 26. *verſ. confirmata. C. de Jur. emphyt.* quem citat etiam Rot. *in deciſ.* 239. *num.* 8. *p.* 15. *rec.* & alios. Mantic. ubi DD. *d. lib.* 22. *tit.* 14. *num.* 10 *&* 16. ſed negativam defendunt Corbul. *l. ſup. cit. a num.* 3. Clar. *loc. cit. quæſ.* 32. §. *ſed quid. num.* 2. Gabriel. *ut ſupra. num.* 95. Mareſcot. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 2. *a num.* 1. Rot. *deciſ.* 198. *num.* 18. *& deciſ.* 381. *num.* 1. *p.* 15. *rec. & deciſ.* 737. *nu.* 3. ubi, quod hæc ſit vera concluſio. *in p.* 4. *rec. to.* 3. apud quos plurimi alii.

Concluſionem tamen limita primo, ſi in conceſſio- 28
ne dictum ſit *pro ſe, & omnibus filiis, ac nepotibus:* nam ſub illa particula univerſali *omnibus*, comprehenderentur etiam fœminæ. Corbul. *loc. cit. n.* 51.

Limita ſecundo, quando emphyteuſis eſt recepta ab 29
eo, qui non habet niſi unicam filiam, & eſt in tali ætate conſtitutus, in qua veriſimiliter non poterat amplius alios filios ſuſcipere: nam tunc ſub illis verbis *pro ſe & filiis*, comprehenderentur etiam fœminæ. Gabriel. *de Verb. ſignif. d. concl.* 6. *num.* 97. Mareſc. *d. cap.* 2. *num.* 8.

Limit. tertio, quando emphyteuſis fuit ſtipulata a 30
fœmina *pro ſe, & filiis*, quia tunc comprehenderentur etiam fœminæ, ex quo non ſit veriſimile, nec credendum, quod ipſa propria ſexum neglexerit. Mareſc. *d. cap.* 2. *num.* 16. Gabr. *loc. cit. num.* 98. Rot. ubi DD. *d. deciſ.* 737. *num.* 1. & 2. Mantic. *d. tit.* 14. *num.* 25. Et emphyteuſis ſemper tranſit ad fœminas, quando fœminæ ſemel ſunt vocatæ. Mareſc. *loc. cit. n.* 15.

Limita quarto, quando emphyteuſis conceſſa pro ſe, 31
& filiis, ac nepotibus conceſſa fuit propter bene merita, quia tunc lata fit interpretatio. Mareſc. *loc. cit. nu.* 7. ubi citat Dec. *conſ.* 223. *num.* 3.

Limi-

32 Limita quinto, ubi adeſt conſuetudo, & communis loquendi uſus, quod filiorum, & neporum nomine, etiam filiæ, ac neptes intelligerentur, ſeu quod fœminæ cum maſculis admitterentur. Mareſc. *num.* 9. Gabr. *num.* 96. Mantic. *num.* 24. *in ll. cit.* nam a communi uſu loquendi contractus accipiunt interpretationem ad tradita per Tiraquel. *de retr. lignag.* §. 2. *gl.* 1. *num.* 5. & 6. Qui tamen loquendi communis uſus, cum ſit quid facti, deberet a fœminis, admitti volentibus ad emphyteuſim, probari. Corbul. *d. tit. de cauſ. privat. ob lineam finit. num.* 41. §. *ſeptimo declaratur. ad fin.* ubi Maſcard. *de probat. concl.* 329. *num.* 2. *vol.* 1. ubi quomodo probetur. & apud Bart. *in L. Labeo. num.* 6. *ſeq. ff. de ſupel. legat.* & alios apud cit. Corbul. plures ampliationes, & limitationes vide apud *DD. cit.*

33 Porro in caſibus, in quibus admittuntur fœminæ, illæ cum maſculis in eodem gradu exiſtentibus concurrunt. Mantic. *d. tacit. d. lib.* 22. *tit.* 18. *num.* 20. Fulgin. *de ſucceſſ. emphyt. q.* 7. *num.* 1. apud Rot. *deciſ.* 239. *num.* 9. *p.* 15. *rec.* Et ſi fœmina ſit proximior, excludit maſculum remotiorem, ita ut nepos juvari non poſſit patris, vel matris repræſentatione, quæ in ſimilibus contractibus emphyteuticis ex pacto, & providentia, ſeu factis pro ſe, filiis, ac nepotibus excluditur. ita Rot. *cit. num.* 10. & 11. & *deciſ.* 230. *num.* 3. *p.* 11. *rec.* Mantic. *loc. cit. num.* 9. *ſeqq.* & in terminis ſororis excludentes nepotem maſculum ex altera ſorore, eſt Rot. coram Ottobon. *deciſ.* 148. *num.* 5. *inter ejus ſelect. & deciſ.* 71. *num.* 6. *p.* 10. *rec.* quidquid ſit in emphyteuſi hæreditaria, ubi admittitur jus repræſentationis *in cit. deciſ.* 71. *a num.* 5. Concluſionem principalem tamen limitat Mantic. *loc. cit. num.* 22. ſi adſit ſtatutum excluſivum fœminarum, nam tunc fœminæ ſolum ſuccederent in defectum maſculorum, quem vide, ubi ex Alex. & Anchar. tollit objectum, quod bona Eccleſiæ non ſubſint ſtatutis Laicorum. vide etiam Clar. *loc. cit. q.* 32. *num.* 3. *verſ. ſed pone.* Peregrin. *de fideicom. art.* 17. *num.* 24. plura vide apud cit. Mantic.

34 Conceſſa Clerico in ſacris conſtituto, pro ſe, filiis, & nepotibus, ſi Clericus ingreditur Monaſterium, acquiritur Monaſterio, ſive fuerit conceſſa ab Eccleſia, ſive a privato. Riccius *in prax. p.* 3. *reſ.* 171. *num.* 2. Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 21. quia cum non poſſit filios ex matrimonio ſuſcipere, ſtipulando pro filiis, cenſetur ſtipulatus pro Monaſterio, quod ſuccedit, & habetur pro filio.

35 Quær. an emphyteuſis Eccleſiaſtica tranſeat in aliam Eccleſiam, aut Monaſterium, ſi emphyteuta illud ingrediatur? negant aliqui, quia fieret deterior conditio Eccleſiæ: nulla enim ſubeſſet ſpes caducitatis ob lineam finitam, niſi fuiſſet conceſſa pro quibuſcumque, de qua quæſtione late Riccius *in prax. p.* 1. *reſ.* 633. & *p.* 3. *reſ.* 152. Clar. *in d.* §. *emphyteuſis quæſ.* 33. Ludoviſ. *deciſ.* 529. *num.* 1. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 25. *per tot.* alii volunt poſſe tranſire, ita tamen, ut prima Eccleſia poſt biennium emphyteuſim poſſit ad ſe revocare. Riccius *loc. cit.* Rot. apud Merlin. *deciſ.* 649. *num.* 1. *inter ejus ſelect.* & ut infra *n.* 41. & ſic non tranſire in Monaſterium, ſi Eccleſia vult ad ſe revocare, quia emphyteuſis Eccleſiaſtica de ſui natura non eſt tranſitoria in extraneos. *DD. cit.* Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 16. *a num.* 15. niſi aſſet hæreditaria: ac proinde Eccleſia proprietaria, ſeu domina directi habebit electionem, velitne emphyteuſim ad ſe revocare, vel tranſitum in aliam Eccleſiam concedere, & quidem infra biennium, ut dicit Antonel. *loc. cit. num.* 11. computandum a die profeſſionis. & ibi Genuen. *in tract. de Eccleſ. q.* 95. quo caſu debebit eidem Eccleſiæ proprietariæ ſolvi æſtimatio. Riccius *d. reſ.* 171. *ſub num.* 1. *verſ. circa hanc concluſionem.* Concluſionem principalem limita in emphyteuſi privati, ſeu a privato conceſſa, quia cum ſit de natura ſua tranſitoria in extraneos, tranſibit etiam in Eccleſiam, ut contra Clar. *d. quæſ.* 33. defendit Riccius *d. reſ.* 171. *num.* 4. quem vide, quod tamen limitat Antonel. *loc. cit. num.* 18. ſi ex conventione non poſſet tranſire in extraneos, quod ſi tamen emphyteuſis ex conventione non poteſt alienari in manus mortuas, ſi eſt privati, poteſt nihilo minus tranſire in monaſterium, ſi emphyteuta illud ingrediatur, quia ſub tali prohibitione non comprehenditur alienatio legalis, quæ fit per ingreſſum, ſed tantum alienatio hominis. DD. apud Riccium, & Antonel. *ll. cit.*

§. III.

An, & quando poſſit emphyteuta res emphyteuticas alienare, donare, aut legare &c. ſine conſenſu Domini directi, aut in præjudicium vocatorum?

Emphyteuta alienare, aut vendere non poteſt bona 36
emphyteutica Domino irrequiſito, alias incurrit caducitatem, ut infra dicemus. *L. fin. in C. de jur. emphyt. cap. potuit.* ubi Fagnan. & Barboſ. *de locat.* Clar. *in d.* §. *emphyteuſis. quæſ.* 13. Tiraquel. *de retr. lignag.* §. 1. *gloſ.* 2. *per tot.* Fulgin. *de Jur. emphyt. tit. de alien. quæſ.* 1. *num.* 1. Tranchedin. *conſult.* 67. *num.* 1. Corbul. *de cauſ. privat. ob alienat. num.* 1. & alii communiter, & ratio eſt, tum ut Dominus poſſit offerre idem pretium, & ita præferri, tum ut conſequi poſſit laudemium, tum ne contemnatur, & cogatur invitus habere alium emphyteutam forte difficilioris conventionis &c. de quibus Tranchedin. *loc. cit. num.* 2. Corbul. *num.* 2. Gonzal. *in d. cap. potuit. num.* 8. *de locato.* Quoad ipſos contrahentes tamen valide alienari poteſt etiam irrequiſito Domini conſenſu, & tunc demum annullabitur, ac in commiſſum cadet, ſi Dominus voluerit. Corbul. *loc. cit. ampl.* 31. *num.* 5.

Quamvis vero emphyteuta non poſſit rem emphy- 37
teuticam alienare, poteſt tamen illam, etiam ſpecialiter, hypothecare, cum Dominus directi contentus prohibitione Legis, ſibi non providit de ſpeciali prohibitione. Clar. *in d.* §. *emphyteuſis. quæſ.* 18. & ibi Bajard. Sperel. *deciſ.* 74. *num.* 3. gloſſ. *in L. fin. in Verb. aliis vendere. C. de Jur. emphyt.* quamvis regulariter id facere non poſſit Prælatus circa bona Eccleſiaſtica. Sperel. *l. c. num.* 1. & diximus in verb. *alienatio.* Modo non fuerit hypothecata pro tanta ſumma, & tradita creditori, ut non ſit ſpes luitionis; tunc enim eſſet potius alienatio, & induceretur caducitas. Corbulus *loc. cit. limit.* 33. *num.* 6. Merlin. *de pignor. & hypoth. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſ.* 8. *num.* 41. *ſeqq.* Gratian. *diſc. for. cap.* 43. *num.* 10. Pacific. *de ſalvian. inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 41. adud quos plura. & apud Sperel. ubi DD. pro & contra *loc. cit. a num.* 74. quos vide: & quod poſſit emphyteuta ſervitutem rebus emphyteuticis imponere duraturam, quamdiu durat emphyteuſis, dicit Pacif. *loc. cit. num.* 40. ubi Peregrin. *de fideicom. art.* 40. *num.* 113. Afflict. *deciſ.* 380. *num.* 2. & 3. & alii. Tiraquel. *de rttr. lignag.* §. 1. *gloſ.* 7. *num.* 48. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 67. *num.* 5. tex. *in L.* 3. *ff. de ſervit. L. lex vectigali. ff. de pignor.* Imo Pacific. *loc. cit. num.* 47. concluſionem principalem limitat etiam, ſi alienatio eſſet prohibita late ſumpto vocabulo, quia tunc dicitur prohibita etiam hypotheca. & ibi Gloſ. *in L. fin. in verb. vel hypothecam. C. de reb. alienis non alien.* Neguſ. *de pignor. in* 3. *membr.* 2. *p. nu.* 71. Rot. *diverſ. deciſ.* 426. *num.* 8. *p.* 1. Rot. *deciſ.* 120. *num.* 6. *p.* 4. *rec. tom.* 2. Merlin. *d. q.* 8. *num.* 36. Mantic. *ut infra num.* 30. imo etiamſi ejuſmodi bona veniant ſub generali obligatione ſuorum bonorum, quia in contractu ſtricti Juris, qualis eſt emphyteuſis, ſtricta fit interpretatio, hypotheca vero non eſt proprie alienatio. de quo Pacific. *d. cap.* 2. *num.* 2. *ſeqq.* id tamen fallit, quando univerſaliter eſſet prohibita omnis alienatio late etiam ſumpto vocabulo. Rot. & Merlin. *ll. cit.* plures ampliationes, & limitationes, quandonam veniat ſub generali obligatione, vide apud Pacific. *tot. cit. cap.* 2. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 4. *num.* 23. *ſeq.* Reſoluta vero per devolutionem emphyteuſis, reſolvitur etiam hypotheca. Merlin. *d. quæſ.* 8. *num.* 46. Gratian. *diſc. for. d. cap.* 43. *num.* 2. Corbul. *loc. cit. limit.* 34. *num.* 1.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica etiam in caſibus, in qui- 38
bus eſt licita alienatio, etiamſi irrequiſito Domino, non poteſt alienari in perſonas prohibitas de Jure. Bal. *in auth. quas ruinas. num.* 13. *verſ. tertio modo. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. q.* 79. *cap.* 9. *num.* 2. Clar. *in* §. *emphyteuſis. quæſ.* 15. *verſ. arbitror tamen. n.* 2. Corbul. *d. tit. de cauſ. privat. ob alienat. ampliat.* 12. *n.* 1. Mareſc. *lib.* 3. *var. reſ. cap.* 3. *num.* 7. non obſtante quod Eccleſia domina directi ſit æque potens: Ludoviſ. *deciſ.* 529. *num.* 15. Sunt autem in Jure perſonæ prohibitæ, per quas fit deterior conditio Domini directi. Mareſc.

loc.

loc. cit. num. 8. uti loca pia, Eccleſiæ, in quibus non eſt ſpes caducitatis, item Univerſitates ſæculares. *DD. cit.* Rot. *deciſ.* 603. *num.* 2. *p.* 1. *rec.* Riccius *in prax. p.* 1. *reſ.* 633. *ſub num.* 1. Ciarlin. *contr. for. cap.* 8. *a num.* 85. Bene verum eſt, quod quando emphyteuſis fuit relicta Eccleſiæ, debeatur ejus æſtimatio. Mareſ. *loc. cit. num.* 20. niſi in inveſtitura adſit pactum expreſſum non alienandi in manus mortuas, nam tunc neque æſtimatio debetur. Antonel. *loc. cit. nu.* 8. *in fin.* Ludoviſ. *deciſ.* 529. *num.* 9. *ſeq* Mareſc. *loc. cit. num.* 23. ubi DD. Merlin. *deciſ.* 649. *num.* 2. *in fin.* Imo Dominus directi, licet ſit Eccleſia, poteſt cogere etiam Eccleſiam ad vendendam dictam rem emphyteuticam privato infra annum. *DD. cit.* Clar. *loc. cit. quæſ.* 33. *in fin.* Rot. *deciſ.* 603. *num.* 1. & 2. *p.* 1. *rec.* & quod etiam Civitas poſſit cogi ad ponendas res emphyteuticas extra ejus manus, dicit. Paul. Rubeus *in annot. ad deciſ.* 16. *Rot. Rom. p.* 3. *rec. num.* 52. Porro hoc jus cogendi ad ponendum rem emphyteuticam extra manus mortuas, ſed ad vendendam privato non præſcribitur contra Eccleſiam niſi 40. annis. *arg. tex. in auth. quas actiones. C. de ſacroſ. Eccleſ. & cap. de quarta, cum concordantibus, de præſcr.* Antonel. *loc. cit. n.* 6. *& de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 25. *n.* 7.

39 An vero alienatio, ſeu translatio emphyteuſis Eccleſiaſticæ in potentiorem cenſeatur approbata per receptionem canonis, & laudemii factam per Rectorem Eccleſiæ? negat Antonel. *de regim. Eccleſ. d. lib.* 5. *cap.* 16. *ſub num.* 6. & ibi Burat. *deciſ.* 601. *num.* 8. & 9. quia Rector nec expreſſe, nec tacite Eccleſiæ præjudicare poteſt. Bichius *deciſ.* 483. *n.* 49. ipſa tamen Eccleſia, aut capitulum videretur approbaſſe. vide Bich. *loc. cit.*

40 Emphyteuſis tranſitoria ad extraneos cum pacto, quod non poſſit alienari ſine conſenſu domini, ſi Dominus requiſitus noluerit conſentire ſine rationabili cauſa, ſoluto ſibi laudemio, valet alienatio ſine illius conſenſu, quem ſupplere poteſt Judex. Rot. *deciſ.* 280. *n.* 4. *p.* 4. *& deciſ.* 351. *num.* 3. *p.* 3. *rec.* & ut de vaſallo dicit Menoch. *de arbitr. caſ.* 182. *num.* 11.

41 Prohibita ſpecialiter a Domino alienari, poteſt legari, & donari ipſo etiam irrequiſito, ut per gloſ. *in L. fin. verb. aliis vendere. C. de Jur. emphyt.* & ibi Jaſ. *nu.* 70. *ſeq.* Jo. Andr. *in cap. potuit. ſub num.* 7. *verſ. in gloſ. tertia.* & ibi Butr. *extra locati.* Clar. *in d.* §. *emphyteuſis. quæſ.* 15. Corbul. *loc. ſupr. cit. limit.* 13. *a num.* 1. *& per tot.* ubi late, cum quibus, ac aliis Sperel. *deciſ.* 120. *num.* 94. apud quos alii plurimi, contrarium tamen cum multis, defendit Fachineus *lib.* 3. *contr. Jur. cap.* 97. quia conſenſus non ſolum requiritur ut Dominus directi poſſit offerendo pretium præferri, ſed etiam ob alias cauſas, ut nempe ſciat, quis ſit novus emphyteuta &c. & hanc æquam vocat Clar. *loc. cit. in fin.* Quamvis tamen contraria ſit communior apud *cit. DD.* pluries tamen venit limitanda, & primo, ut donatarius, vel legatarius ante poſſeſſionem Domini directi conſenſum requirat, & obtineat, (quem præſtare debebit. *ut num. antec.*) alias eſſet locus devolutioni. Sperel. & Corbul. *ll. cit. num.* 5. Rot. *deciſ.* 351. *num.* 2. *p.* 3. *rec.* quæ reperitur etiam inter ſelectas Ludoviſ. *deciſ.* 520. Clar. *loc. cit. ſub num.* 2. *verſ. quarto.* & dictus conſenſus debet expectari per duos menſes, ut dicit Clar. *ibid. num.* 2. *ad fin.* quod tamen præſumatur poſſeſſio capta tempore licito, dicit Ludoviſ. *deciſ.* 520. *num.* 5. Secundo, ut donatarius ſolvat laudemium ſub eadem pœna caducitatis. Sperel. *loc. cit.* & Ludoviſ. *num.* 3. & ibi Beltramin. *num.* 13. ubi tamen hoc vocat valde controverſum. Tertio, ut donatio, aut legatum non fiat in potentiorem. *ut ſupra num.* 38. Quarto, ut donatio, aut legatum fiat de re tanquam emphyteutica; nam ſi fieret tanquam de allodiali, eſſet locus devolutioni. Corbul. *loc. cit. num.* 6. Clar. *ut ſupra. verſ. tertio.* Vivius *com. opinion.* 242. *verſ. ſi vero.* ubi dat rationem, quia tunc pararetur donatario cauſa contra Dominum præſcribendi, & ſic donans diceretur male uti re emphyteutica. Et quod donatio, nulla facta mentione emphyteuſis, præſumatur facta tanquam de re allodiali, ac in præjudicium Domini, dicit Corbul. *in cit. cauſ. privat. ob alien. ampliat.* 42. *num.* 8. ubi DD. Quinto, ne aliqua interveniat fraus, vide *DD. cit.* apud quos plura, & infra, & ſexto tandem, ne adſit conſuetudo in contrarium, quæ foret ſervanda. Clar. *ibid. in fin.* Ex quibus proinde docet ibidem Clar. quod Dominus offerens pretium non eſſet præferendus donatario. An vero donatio reſolvatur, ſi donans moriatur, antequam donatarius inveſtituram accipiat, vide affirmativam apud Corbul. *d. limit.* 13. *num.* 8.

An vero ſuper re emphyteutica poſſit creari cenſus, 42
vide ſupra, in verb. *Cenſus. num.* 4. & an poſſit emphyteutica res ab emphyteuta permutari, alteri locari, ſervitus in eadem conſtitui, inter emphyteutas dividi &c. vide Clar. *l. c. quæſ.* 14. *ſeqq.* Corbul. *l. ſup. cit. limit.* 6. *ſeqq.*

Alienandi emphyteuſim facultas per clauſulam *tibi,* 43
& quibus volueris. cenſetur conceſſa ſolum primo acquirenti. Ludoviſ. *deciſ.* 529. *num.* 2. & ibi Beltramin. *num.* 22. ubi Rota & hæc quoad præjudicium Domini directi.

Sed quæres an Emphyteuſis, quam pater pro ſe, & 44
filiis acquiſivit, poſſit ab eodem patre uni ex filiis prælegari, cum qua coincidit quæſtio, an primus acquirens poſſit illam alienare in præjudicium vocatorum? in qua quæſtione, cum tam diverſi ſint inter ſe Doctores, placuit aliquas concluſiones hic attingere, remittendo te in reliquis ad Doctores citandos. Sit igitur.

Concluſio prima, in emphyteuſi antiqua pater non 45
poteſt filiis in emphyteuſis inveſtitura vocatis, præjudicare, ſi non ſit hæreditaria, ſed ex pacto, & providentia, puta quia conceſſa pro ſe, & filiis ſimpliciter, aut uſque ad certam generationem, quia tunc filiis vocatis eſt jus quæſitum: ſecus ſi ſit ſimpliciter hæreditaria, puta, quia fuit accepta pro ſe, & hæredibus, vel pro ſe & hæredibus quibuſcumque, vel cum clauſula *quibus dederit &c.* ita Clarus *l. c. quæſ.* 16. *num.* 3. De Luca ad Gratian. *deciſ. March.* 65. *num.* 1. & 2. Dicitur autem emphyteuſis nova, quæ habet originem in perſonam ipſius emphyteutæ, qui vult de illa diſponere; antiqua vero, quæ habet originem ab alio aſcendente. vide Clar. *loc. cit.*

In emphyteuſi nova, quam pater ſtipulatus eſt pro 46
ſe, & filiis hæredibus, poteſt pater præjudicare filiis, illam uni ex illis prælegando: nam, vel tunc filius eſt hæres, & tunc non poteſt venire contra factum defuncti, vel non eſt hæres, & tunc illam non poteſt prætendere, juxta ſuperius dicta *num.* 14. ita Gabriel. *commun. concl. tit. de re emphyt. concl.* 2. *num.* 1. Covar. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 18. *num.* 2. *verſ. quarta concluſio.* item ſi ſit conceſſa cum facultate illam alienandi etiam in extraneos. Rot. *deciſ.* 267. *num.* 30. *p.* 15. *rec.* aut cum clauſula *ad habendum &c.* Rot. *deciſ.* 450. *num.* 1. *& ſeqq. p.* 3. *rec.*

Concl. tertia, in emphyteuſi conceſſa patri, ſeu pri- 47
mo acquirenti pro ſe, & filiis, & quidem non ſolum intuitu patris, ſed etiam intuitu filiorum, ut ſi dictum ſit, *pro ſe, & Titio filio ſuo*, ſpecialiter nominato, non poſſet eidem præjudicare illam alteri filio prælegando. Ciarlin. *cap.* 158. *a num.* 6. *ſeqq.* Clar. *d. quæſ.* 16. *num.* 1. *in fin.* Gabr. *loc. cit. num.* 11. ubi tamen *num.* 9. quod cenſeatur in dubio conceſſa contemplatione patris, niſi conſtet de contrario. Item quod non poſſet præjudicare, ſi ſit conceſſa pro ſe, & filiis ex titulo lucrativo ex mera gratia, & beneficio concedentis, tenet idem Gabriel. *l. c. n.* 13. & 45. DD. apud Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 11. *gloſ.* 6. *ſub num.* 25. Mareſc. *ut infra.*

Concluſio quarta, pater qui emphyteuſim ſimplici- 48
ter pro ſe, & filiis ſuis ſtipulatus eſt, & quidem ex titulo oneroſo, puta ex re ipſius patris ſtipulantis, poteſt filiis præjudicare, illam uni prælegando, aliis excluſis, dummodo aliunde habeant ſuam legitimam. Gabr. *l. c. num.* 45. *ſeqq.* Clar. *d. quæſ.* 16. *ſub nu.* 1. §. *his præmiſſis. poſt med.* Mareſc. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 74. *num.* 2. & 3. Sperel. *deciſ.* 73. *a nu.* 1. Gratian. ubi de veriori *diſc. for. cap.* 405. *num.* 1. Merlin. *deciſ.* 699. *num.* 4. apud quos plurimi alii Doctores; & apud Tiraquel. *l. ſup. cit.* & quod emphyteuſis alienati poſſit a primo acquirente in præjudicium vocatorum in inveſtitura, tenet Rota *in deciſ.* 438. *num.* 1. *p.* 1. *rec.* quæ reperitur *in p.* 3. *deciſ.* 450. & alibi, quamvis multi magni nominis Doctores contrarium teneant, quod nempe non poſſit tunc pater illam uni ex filiis prælegare, ut videre eſt apud *DD. cit.* & Covar. *reſ. d. cap.* 18. *num.* 2. Fachin. *lib.* 6. *contr. Jur. cap.* 63. Peregrin. *de fideicom. art.* 6. *a num.* 26. Gratian. & ibi De Luca *deciſ. Mareh.* 65. *per tot.* apud quos alii plurimi, quos proinde videre poteris: & etiam prima ſententia venit limitanda primo juxta *DD.*

ſupr.

ſupr. cit. in conceſſione mere gratuita, & Beltramin. ad Ludoviſ. *deciſ.* 529. *nu.* 23. ubi Rot. De Luca *in animadverſ. ad Gratian. in d. cap.* 405. *num.* 3. ubi *num.* 4. quod dicatur conceſſa titulo oneroſo, ſi ſit facta ob benemerita patris. Salgad. *in Labyr. credit. p.* 2. *cap.* 27. *num.* 10. ibi *vel meritis*. Limit. ſecundo, quia illa procedit, dummodo filii ſint in poteſtate patris, alias ſecus. Ciarlin. *cap.* 158. *num.* 14. *ſeqq.* Gabr. *l. c. num.* 49. Gratian. & Sperel. *ll. cit.* Limita tertio, quia requiritur conſenſus Domini directi juxta Gratian. *deciſ. Marchiæ.* 65. *num.* 11. contrarium in caſu poſito, quando legatur uni ex filiis vocatis tenet de Luca *ad d. deciſ.* 65. *ſub num.* 11. *verſ. diſtinguitur.* ubi Natta *conſ.* 475. Craſſ. *in* §. *legatum. q.* 14. *num.* 20. plures ampliationes, & limitationes in hac intricata quæſtione, & an, & quando poſſit pater filiis præjudicare ob delictum aliquod, propter quod venit privandus, vide cit. Gabriel. *in d. concl.* 2. & Tiraquel. *d.* §. 11. *gloſ.* 6. *per tot.* Corbul. *de cauſ. privat. ob rei deteriorat a num.* 15. & quod diximus de patre, an procedat etiam in matre, vide Gratian. *diſc. for. d. cap.* 405. *per tot.* Ciarlin. *d. cap.* 158. *a n.* 16.

49 Et an primus acquirens præjudicare poſſit fratri in inveſtitura vocato, negativam, quando fuit nominatim vocatus, vide adud Ciarlin. *contr. for. d. cap.* 158. *n.* 7. *&* 16.

§. IV.

De Caducitate, ac Devolutione, ac de cauſis illam cauſantibus.

50 Caducitas etiamſi ob alienationem aut non ſolutum canonem &c. forte incurratur ipſo Jure, id tamen intelligitur Domino volente, & declarante ſe velle locum eſſe caducitati, tex. *in L.* 2. ibi: *ſed omnimodo ſi Dominus voluerit repellendo. C. de Jur. emphyt.* Clar. *in d.* §. *emphyteuſis. q.* 9. Corbul. *de cauſ. privat. ob non ſolut. canonem limit.* 21. *num.* 7. & latius *in ampliat.* 45. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 74. *num.* 30. ubi, quod illa declaratione ceſſante non poſſit fieri nova inveſtitura in præjudicium antiquæ: & citat. *DD. ſup. cit.* & Burgoſ. *de laudem. p.* 3. *inſpect.* 20. *num.* 29. Et an, poſtquam Dominus declaravit ſuam voluntatem quod velit locum eſſe caducitati, requiratur ſententia Judicis declaratoria, negat idem Clar. *loc. cit. verſ. aut vero quæris.* & ibi Bajard. *num.* 2. *ſeqq.* Fachin. *lib.* 1. *contr. Jur. cap.* 93. ubi contraria reſolvit. Gail. *lib.* 2. *pract. obſ.* 51. *num.* 7. Corbul. *d. ampliat.* 45. *ſub num.* 1. *ſeqq.* ubi *num.* 3. ex communi DD. docet, emphyteuſim ob non ſolutum canonem ad Dominum reverſam ante Judicis ſententiam, imo etiam ignorante, & non citato emphyteuta, qui in canonis ſolutione ceſſavit, poſſe ab Eccleſia, & Domino alteri concedi. *&* *num.* 8. docet, ſufficere tacitam Domini declarationem, quæ cenſetur facta ex eo, quod emphyteuſim alteri concedat, & Gratian. *diſc. for. cap.* 36. *num.* 12. ſed quod imo requiratur ſententia Judicis declaratoria, docent late Speculat. *de emphyt.* §. *nunc aliqua. num.* 60. *ſeqq.* ubi, quod ante ſententiam Judicis declaratoriam poſſit rem vindicare. Mynſing. *ſingul. obſerv. cent.* 3. *obſ.* 65. Menoch. *recuper. remed.* 1. *num.* 78. *&* 79. ubi quod alias ſpoliatus eſſet omnia reſtituendus. Matth. de Afflict. *deciſ.* 97. *num.* 3. ubi, quod ſine citatione, & ſententia, non poſſit quis de facto ſpoliari; quia forte poſſet multas exceptiones opponere, & hanc ſequuntur plurimi alii Doctores allegati *a ſup. citatis.* & late probat Gonzal. ubi de æquiori, & probabiliori. *in cap. potuit. ſub num.* 8. *de locato.* & quamvis contraria ſententia videatur communior apud *DD. cit.* & apud Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 27. *num.* 31. *&* *ſeqq.* poſterior tamen videtur æquior teſte Bajard. *loc. cit. num.* 2. *in fin.* ubi *num.* 4. quod hæc ſecunda opinio multo magis procedere debeat, ubi emphyteuta negaret: v. gr. ſe ceſſaſſe a ſolutione canonis, & Dominus directi affirmaret, & ita eſſent in contradictorio: tunc enim eſſet expectanda ſententia Judicis. ita enim Fachin. *loc. cit. verſ. ad tex.* imo & ipſemet Gratian. *loc. cit. num.* 13. quamvis primæ ſententiæ adhærens, fatetur, quod quamvis poſſit Dominus directi emphyteuſim ad ſe devolutam v. gr. ob non ſolutum canonem, in alium abſque declaratoria Judicis transferre quoad jus proprietatis, poſſeſſio tamen poſtea juris remediis ſit avocanda: & ibi citat Caſtr. *conſ.* 68. *lib.* 2. Afflict. *l. ſup. cit.* Peregrin. *de Jur. fiſc. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 6. & quod requiratur declaratoria Judicis, amplia, ut infra *num.* 51. *&* 52. plura de caducitate ob non ſolutum canonem, vide infra *num.* 79. *ſeqq.*

Prædicta Domini declaratio tamen debet fieri pri- 51
mo, ex eadem cauſa, propter quam inducta fuit caducitas: nam ſi alteri daret inveſtituram ob non ſolutum canonem a primo emphyteuta, & fuiſſet devolutio facta v. gr. ob alienationem, non eſſet ſufficiens declaratio. Corbul. *de cauſ. privat. ob non ſol. canon. d. ampl.* 45. *num.* 14.

Item deberet dicta declaratio fieri vivente adhuc em- 52
phyteuta, nam caducitas declarari non poteſt mortuo patre, qui non ſolvit canonem contra filium. Caſſador. *deciſ.* 2. *de locat. & cond.* Menoch. *ut infra.* Corbul. *l. c. num.* 17. Ludoviſ. *deciſ.* 529. *num.* 17. Rot. *deciſ.* 167. *num.* 5. *p.* 4. *rec. tom.* 1. Neque declarari poteſt per ſucceſſorem poſt mortem anteceſſoris. DD. apud Gabr. qui tamen contrariæ adhæret, *com. concl. tit. de jur. emphyt. concl.* 3. Rot. *deciſ.* 347. *num.* 12. *d. p.* 4. *rec. tom.* 1. Rubeus *in annot. ad deciſ.* Rot. 420. *num.* 64. *d. p.* 4. *rec. tom.* 2. Menoch. *de præſum. lib.* 3. *præſ.* 112. *num.* 28. *per tot.* niſi defunctus ignoraverit devolutionem, quæ ignorantia etiam præſumeretur. Rot. *l. c. num.* 12. *&* 13. de quo tamen vide Corbul. *l. c. a num.* 25. limita ut *num.* 50.

An vero declaratio fieri poſſit a Procuratore? Reſp. 53
negative, niſi habeat ſpeciale mandatum. Corbul. *l. c. num.* 13. ratificatio tamen Domini ſuperveniens retrotrahitur, & mandato æquiparatur. Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 27. *num.* 33.

Prædicta tamen quod ad caducitatem requiratur de- 54
claratio Domini directi, limitantur in caducitate, ſeu devolutione ob lineam finitam, in qua talis declaratio non eſt neceſſaria, ſed poteſt peti etiam ab hæredibus Domini directi, & ſic etiam a ſucceſſore. Paul. Rubeus *in annot. ad deciſ. Rot. Rom.* 420. *num.* 65. *p.* 4. *rec. tom.* 2. ubi Caldas. *in tr. de emphyt. extinct. lib.* 4. *c.* 16. *n.* 17. Jaſ. *in L.* 2. *n.* 10. *C. de Jur. emphyt.*

Et in caducitate incurſa ob negationem dominii di- 55
recti, requiritur Judicis declaratoria, nec incurritur ipſo jure. Rot. *deciſ.* 167. *num.* 9. *p.* 4. *rec. tom.* 1. Specul. *in d.* §. *nunc aliqua, de emphyt. q.* 65. *num.* 82. ibi: *unde merito privandus eſt.* Corbul. *de cauſ. privat. ob mendac. num.* 17. & ante caducitatem non petitam ex hac cauſa, poteſt emphyteuta ſuum errorem corrigendo, & negationem revocando caducitatem impedire. Rot. *l. c.* late Corbul. *l. c. num.* 13. Tiraqu. *de retr. convent.* §. 1. *gloſ.* 5. *num.* 20. Gabr. *compun. concl. tit. de acquir. vel amitt. poſſeſ. concl.* 5. *num.* 27. ubi late, & DD. apud quem videre poteris alias ampliationes, & limitationes; & apud cit. Corbul. *tot. cap.* 1. *de cauſ. privat. ob mendac.*

Porro, an, & quando poſſit Dominus directi capere poſſeſſionem propria auctoritate emphyteuſis devolutæ; vide DD. ſupra. *num.* 46. *cit.* & in verbo *Dominium. num.* 1. Corbul. *loc. cit. cauſ.* 13. *a n.* 18. Ludoviſ. *deciſ.* 105. *num.* 11. Caſſador. *deciſ.* 2. *de locat. & conduct.* Tranchedin. *conſult.* 21. *num.* 5. Specul. *de emphyt. d.* §. *nunc aliqua. num.* 62. *verſ. quadrageſimo octavo.* Antonel. *de tempor. legal.* qui negativæ adhæret. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 88. Clar. *loc. cit. q.* 11. ubi negativam tutiorem, & æquiorem vocat. Rot. *deciſ.* 85. *ſub num.* 4. *p.* 2. *rec. &* *deciſ.* 30. *p.* 4. *rec. tom.* 1. ubi, quod etiamſi poſſit forte emphyteuta expelli propria auctoritate ob non ſolutum canonem, hoc tamen fieri non poſſit in devolutione ob lineam finitam, ſed requiratur declaratoria judicis, ita etiam Ludoviſ. & Tranchedin. *ll. cit.* licet exiſtat pactum ingrediendi propria auctoritate. Ludoviſ. *ibid. num.* 12. Et an poſſit etiam emptor rei emphyteuticæ propria auctoritate expelli, vide Matth. de Afflict. *deciſ.* 97. *num.* 1. cui negativa arridet. Et quod quando caducitas eſt turbida, non poſſit dominus directus capere poſſeſſionem rei, non citatis exiſtentibus in ejus poſſeſſione, ſed iſti ſint interim manutenendi, dicit Rota *deciſ.* 420. *num.* 20. *p.* 4. *rec. tom.* 2. DD. apud Ciarlin. *cap.* 6. *num.* 38. ex quo redditur periculoſa, & reſtitutioni ſpolii obnoxia ſententia aſſerens cum communiori, quod quando devolutio,

tio, seu caducitas est clara ob non solutum canonem &c. possit emphyteuta propria auctoritate expelli, ob arbitria quæ intrare possunt, an dicta caducitas fuerit clara, possitque illam emphyteuta diversis exceptionibus turbidare; quælibet enim causa etiam minus justa credendi sufficere solet pro excusanda caducitate, etiam imaginaria, & colorata, teste Rota *decis.* 26. *p.* 9. *rec. tom.* 1. *n.* 23. Ludovis. *decis.* 388. *num.* 4. Seraphin. *decis.* 1227. *num.* 5. Corbul. *de caus. privat. ob non solut. canon. limit.* 17. *num.* 2. *ad tex. in L. igitur* §. *potest. vers. & generaliter. ff. de liberal. caus.* & ideo fit omnis interpretatio possibilis ad excludendam pœnam caducitatis. Rot. *decis.* 293. *num. p.* 6. *rec.* Neque expelli posset propria auctoritate, si existerent melioramenta, propter quæ competeret retentio. Tranchedin. *d. consult.* 21. *nu.* 8. Ludovis. *d. decis.* 105. *n.* 12. neque, si adeundo Judicem, semel agnovisset judicium. Idem. *a num.* 14.

57 Emphyteusi finita, dominus debet immitti in naturalem possessionem, & datur illi manutentio vigore civilis possessionis, ad recuperandam naturalem, ut diximus in verb. *Dominus. num.* 1. Ciarlin. *cap.* 6. *num.* 35. ad tradita per Menoch. *retinend. remed.* 3. *num.* 22. *seqq.* Rot. *decis.* 420. *num.* 22. *p.* 4. *rec. tom.* 2. & ibi Paul. Rub. *in annotat. num.* 41. nam finito contractu utile dominium consolidatur cum directo, & naturalis possessio confunditur cum civili. Paul. Rubeus *l. c. num.* 36. & ibi Valasc. *de jur. emphyt. q.* 18. *num.* 9. & alii. Et si hæredes ultimi investiti nolint eam restituere, competit Domino directi remedium reintegratorium *Legis si quis conductionis. C. locati.* Paul. Rubeus *l. c. an.* 42. *cum plurimis seqq. & in annot. ad decis.* 613. *Rot. n.* 33. *p.* 5. *rec. tom.* 2. ubi late de effectibus hujus remedii, quando locum habeat, & an possit contra illud opponi exceptio dominii, ubi cum plurimis DD. negativam probat, nisi excipiens paratus esset statim suam exceptionem probare, vel nisi esset clara, & notoria & in continenti probanda. *ibid. a n.* 82. quem vide.

58 Porro, ad hoc ut hæc manutentio concedatur, requiritur primo, quod concludenter probetur emphyteusis, seu rem esse emphyteuticam, ad tradita per Rubeum *ad d. decis.* 420. *num.* 102. Trachedin. *ut infra num.* 9. & quod emphyteuticæ rei dominium ac effectum caducitatis sit plene probandum, dixit Rot. *decis.* 249. *num.* 1. & 2. *& decis.* 606. *num.* 1. *p.* 1. *rec.* ubi quomodo probetur, & apud Specul. *de emphyt. d.* §. *nunc aliqua a num.* 71. Tranchedin. ubi DD. *num.* 8. Secundo probare debet, quod devolutioni evenerit casus, vel citata parte. Bal. *cons.* 103. *num.* 2. *lib.* 5. Natt. *cons.* 653. *num.* 2. Peregrin. *de fideicom. art.* 48. *num.* 18. Ludovis. *d. decis.* 105. *num.* 18. & ibi Beltramin. quos refert, & sequitur Tranchedin. *consult.* 95. *num.* 1. vel debet eidem manutentio concedi cum clausula *sine præjudicio tertii*, quæ præservat jus partibus tam in petitorio, quam in possessorio &c. vide Tranchedin. *loc. cit.* Et quod Dominus directi probare debeat lineam esse finitam, dixit Rot. *decis.* 211. *p.* 3. *rec.* Tranchedin. *consult.* 21. *num.* 17. ubi Seraphin. *decis.* 1458. *per tot.*

59 An vero finita linea subinvestiti, aut emphyteusi caducata ob alienationem, aut aliud delictum a subinvestito commissum, illa revertatur ad Dominum immediatum, an vero ad Dominum mediatum, seu superiorem Dominum directi, vide Cyriac. *contr.* 82. *per tot.*

60 In emphyteusi pluribus concessa in solidum, culpa, & mora unius socii alteri nocet: & hinc si unus non solvat canonem pro sua parte, emphyteusis cadit in totum. DD. apud Corbul. *de caus. privat. ob non solut. canon. ampl.* 33. si tamen fuerit pluribus concessa sine insoliditate, seu absque clausula *in solidum*, cum tunc cuilibet censeatur concessa pro rata, ad tex. *in L. cum qui ita.* 56. *in princ. & L. si mihi, & Titio.* 110. *ff. de V. O.* Costa *de port. ratæ. q.* 2. *num.* 10. Rot. *decis.* 143. *sub num.* 2. *p.* 4. *rec. tom.* 1. & ibi Bart. *in L. fraudati. ad fin. vers. & ideo si ponerem. ff. de publican.* & alii, tunc quemlibet obligat pro rata, & solum pars solvere cessantis caderet in commissum. Bart. *loc. cit.* Bald. *cons.* 116. *num.* 1. Jas. *in L. fin. num.* 57. *vers. secundo limita post* Alberic. *ibi in* 9. *quæs. C. de Jur. emphyt.* & alii, quos citat, & sequitur Rot. *l. c.* Et quando est concessa alicui pro se, & filiis, dicitur primo investitus pater in solidum, & post illius mortem, filii pro rata. Costa *l. c. q.* 204. & an pars caducata, seu devoluta devolvatur ad dominum, an vero accrescat alteri, vide Clar. *in* §. *emphyteusis. q.* 39. Rot. *decis.* 435. *p.* 1. *rec.*

Porro causæ caducitatis, & devolutionis sunt plures, quas late examinat Corbulus *in suo cit. tract. de causis, ex quibus emphyteuta Jure suo privatur.* Et primam causam ponit *ob mendacium*, quando nempe emphyteuta requisitus solvere canonem, negat se esse emphyteutam, & rem esse emphyteuticam, tunc enim convictus de mendacio, rem suam amittit, ut supra tetigimus. *num.* 51. Vivius *commun. opin.* 4. *num.* 7. *in fin.* Carol. de Grass. *de except. except.* 17. *num.* 20. & quidem vel in totum si totam negat, vel in partem, si in partem negat. Corbul. *ibid. num.* 4. ubi videre poteris plures ampliationes, & limitationes. Secundam ponit, *ob inobservantiam pactorum*. Tertiam; *si non ostendit Domino instrumenta suæ investituræ, aut renovationis*, uti infra etiam *num.* 93. 61

Quartam causam ponit, *ex eo, quod emphyteuta rem incultam reliquit*. Dummodo propter hoc eveniat rei emphyteuticæ damnum perpetuum, secus si tendat tantum ad curam fructuum, quorum damnum spectat solum ad emphyteutam. Corbul. *ibid num.* 4. plura infra *num.* 73. emphyteuta enim debet rem meliorare, saltem in refectionibus minimis, & quotidianis, & debita cultura agrorum, non tamen novis ædificiis, & magnis sumptibus. Tranchedin. *consult.* 21. *num.* 55. 62

Quintam causam ponit, *ob non petitam investituram intra legitimum tempus*; quando nempe novus emphyteuta, qui titulo donationis, aut alio titulo rem acquisivit, intra duos menses a die contractus investituram de emphyteusi acquisita a Domino non recipit; & probat ex tex. *in L. fin. C. de Jur. emphyt.* ubi videbis plures ampliationes, & limitationes. Ubi tamen emphyteusis transit jure hæreditario in comprehensos in investitura, tunc petenda non est nova investitura, nec laudemium solvendum. Rot. *decis.* 152. *num.* 4. *p.* 2. *rec.* ubi Salycet. *in L. fin. num.* 11. *vers. aut ultra. C. de Jur. emphyt.* Socin. jun. *cons.* 70. *num.* 27. *vers. neque Juris hæreditarii. lib.* 3. Et penes renovationem emphyteusis devolutæ ob lineam finitam, ex quo forte sit proximior ultimo emphyteutæ defuncto, non auditur, si non petierit infra annum. Corbul. *ibid. in d. caus.* 5. *num.* 5. vide late Gabr. *commun. concl. tit. de emphyt. concl.* 1. *a num.* 10. & Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 32. *per tot.* & infra. §. 5. 63

Sextam causam ponit, *ex eo, quod emphyteuta possessorem rei emphyteuticæ propria auctoritate expellit*, nam tunc incidit in pœnam *L. si quis in tantam. C. unde vi.* nam tunc fundus quoad commoditatem fructuum applicatur expulso. vide late Corbul. *ibid.* Specul. *de emphyt.* §. *nunc aliqua. num.* 64. & fusius apud Gabr. *l. c. lib.* 5. *conel.* 1. *per tot. de acquir. vel amittit. possess.* 64

Septimam causam ponit *ob mortem civilem emphyteutæ*, ut si ingrediatur Monasterium incapax bonorum tam in communi, quam in particulari: nam tunc si non adsint alii vocati, revertitur ad Dominum. ubi *n.* 3. quod illam non recuperet, si postea ingressus Religionem bonorum incapacem, fiat capax, ex quo forte fiat Episcopus &c. Si vero ingrediatur Monasterium bonorum capax, tetigimus supra *num.* 35. & late examinat Corbul. *in d. caus.* 7. *a num.* 4. 65

Octavam causam ponit, ibique late examinat, *ob renunciationem*, quam nempe emphyteuta de re emphyteutica facit: quamvis enim emphyteuta renunciare non possit invito Domino, ex quo emphyteusis sit contractus nominatus ultro citroque obligatorius. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 3. *q.* 7. *num.* 89. Clar. *in d.* §. *emphyteusis. q.* 2. Corbul. *in d. caus.* 8. *num.* 4. Specul. *in d.* §. *nunc aliqua. num.* 154. *vers.* 128. Tiraquel. *de retr. lignag.* ubi DD. §. 34. *glos.* 1. *numer.* 2. nisi adsit consuetudo in contrarium, aut nisi pereat, aut omnino destruatur, vel emphyteutæ inutilis redderetur res emphyteutica, ut tangemus infra *num.* 64. Tiraquel. *loc. cit.* tamen si Dominus acceptat, eadem ad ipsum devolvitur. Et si quidem renunciatio est realis, comprehendit omnem casum, & perpetuo durat; ita ut si adfuerint alii in investitura comprehensi, aut ex jure accrescendi vocati, illique deficiant, illa non redeat ad renunciantem ob abdicationem semel a se factam, sed ad Dominum, secus si sit renunciatio tantum personalis, utpote quia facta ad favorem certæ per- 66

sonæ, & non absolute pro se & descendentibus suis &c. Corbul. *l. c. a num.* 2. ubi quando dicatur renunciatio realis, & quando personalis. Et an tunc redeat libera ob omni onere, dicemus infra *n.* 96.

67 Renunciatio autem realis facta *pro se, & hæredibus suis &c.* nocet quidem ipsi renuncianti, & ipsius hæredibus, si erat hæreditaria; si tamen erat ex pacto, & providentia, non nocet sequentibus filiis aut nepotibus in investitura vocatis, qui non tanquam hæredes renunciantis, sed ex persona propria, & jure proprio peterent ad emphyteusim admitti. late Corbul. *in d. caus.* 8. *a n.* 31. ubi DD. concorda tamen quæ supra diximus *a n.* 44. *ad* 46.

68 Quod autem diximus emphyteutam non posse renuntiare contractui invito Domino, limita, si emphyteutæ non fit remissio pensionis, quam fructibus correspondentem solvit, ob corrosionem a flumine fundo factam. Thesaur. *decis.* 20. *n.* 6. *& decis.* 120. *an.* 1. Paschalis *de patr. potest. p.* 4. *cap.* 6. *nu.* 85. ubi se remittit ad cit. Thesaur. Item si tractu temporis evaderet contractus iniquus ob nimiam læsionem, quam pateretur emphyteuta: tunc enim, vel deberet reduci ad æquitatem, vel posset renunciari. Thesaur. *d. decis.* 120. Tiraquel. *de retr. lignag. d.* §. 34. *glos.* 1. *n.* 4. & an emphyteuta teneatur ad integrum canonem, si res emphyteutica in totum; vel in parte pereat, dicemus infra *num.* 92.

69 Nonam causam ponit, *ex eo, quod emphyteuta patitur alium de emphyteusi ad se spectante investiri:* ubi cum multis, contra multos, tanquam verius probat requiri consensum expressum, nec sufficere tacitum, etiamsi sit præsens novæ investituræ, & non contradicat, quia in odiosis, & præjudicialibus, sola scientia, & patientia non nocet. quem vide *a nu.* 4. *per tot. in d. caus.* 9.

70 Decimam causam ponit *ob mutatam rei formam*: nam si emphyteuta mutet v. g. sylvam, quam in emphyteusim accepit, in pratum, aut domum in aream, invito domino, jure suo cadit, si vero id facit inscio Domino, cadit jure suo, si res deterioretur, secus si per id fuerit meliorata, nisi illa mutatio fuerit vel tacite, vel expresse a Domino prohibita. vide Corbul. *d. caus.* 10.

71 Undecimam causam ponit, *ob tempus finitum*, & concessa v. gr. ad 29. annos pro se, filiis, ac nepotibus &c. finito illo tempore revertitur ad Dominum, etiamsi adhuc extent filii. Imo si durante illo tempore deficit linea, revertitur ad Dominum, illo tempore etiam non elapso. Corbul. *in d. caus.* 11. *n.* 9. *&* 10. ubi etiam *n.* 16. quod renovata investitura ad alios 29. annos, tempus secundæ investituræ incipiat currere a die contractus secundæ investituræ, non autem a die finiti temporis primæ investituræ; maxime si sit dictum *hinc ad* 29. *annos proxime futuros*, nam illa dictio *hinc*, idem importat, ac si dictum esset *de isto die usque &c.* Glos. *in L. placet. verb. ab hinc.* C. *de sacros. Eccles.* Si vero sit concessa ad tempus indefinitum, ut si dictum sit *illam concedo ad tempus*, nec fuit addita quantitas temporis, quando illa finiatur, vide remissive apud cit. Corbul. *n.* 18. ubi se remittit ad Jas. *in L.* 2. *n.* 136. *q.* 7. *C. de Jur. emphyt.*

72 Huic similis est devolutio *ob generationes finitas*, quando nempe fuit concessa ad tres, vel quatuor generationes, quibus finitis emphyteusis devolvitur, de quo late Mantic. *de tacit. d. lib.* 22. *tit.* 25. *per totum*.

73 Concessa autem usque ad tertiam v. g. generationem non devolvitur, donec adsunt superstites, & descendentes a primo emphyteuta existentens sub dicta tertia generatione. Rot. *decis.* 186. *p.* 3. *rec. num.* 1. cum concessa usque ad tertiam generationem comprehendat omnes personas existentes in dictis tribus generationibus. Rot. *decis.* 499. *d. p.* 3. *num.* 2. ubi Anchar. *cons.* 44. *in princ.*

74 An vero in emphyteusi concessa usque ad tertiam generationem includatur, seu connumeretur etiam stipes, seu primus acquirens, major est difficultas, & quod in emphyteusi privatorum stipes non connumeretur, dicit Gabriel. *com. concl. tit. de emphyt. concl.* 4. *num.* 6. an vero id procedat etiam in emphyteusi Ecclesiastica, non conveniunt DD. & non connumerari defendunt Riccius *in prax. p.* 1. *res.* 122. Beltramin. ad Ludovis. *decis.* 522. *num.* 20. Clar. *in* §. *emphyteusis. q.* 34. Mantic. *de tacit. d. tit.* 25. *per tot.* ubi DD. quia etiamsi emphyteusis Ecclesiastica non possit de Jure communi concedi ultra tertiam generationem, & quidem connumerata persona ipsius recipientis ut supra *n.* 10. diximus, hodie tamen novissimo Jure concedi potest in perpetuum, ut supra *num.* 11. & sic videtur corruere argumentum, quod in dubio concessa videatur ad normam Juris, & sic solum ad nepotes, verum Manticam cum sequacibus refellit Rota coram Merlin. *decis.* 420. *num.* 6. *inter ejus select. tom.* 1. Alii proinde communius distinguunt: quod si in concessione emphyteusis dictum sit simpliciter *usque ad tertiam generationem*, tunc prima generatio in emphyteusi fuerit dictum *usque in tertiam ejus generationem*: tunc enim propter pronomen *ejus*, primus acquirens non comprehenditur, cum nemo possit generare se ipsum. ita late Maresc. *var. res. lib.* 2. *cap.* 53. *a nu.* 1. Gabriel. *d. concl.* 4. *num.* 1. *&* 3. Ciarlin. *contr. for. cap.* 183. *n.* 96. Farin. *decis. Rot.* 305. *nu.* 1. *&* 2. *inter ejus select. p.* 1. Merlin. *d. decis.* 420. *a num.* 1. & quod illud pronomen *ejus* faciat, quod primus acquirens non connumeretur, dixit etiam Rot. *decis.* 94. *a nu.* 1. *p.* 4. *ree. tom.* 1. & *decis.* 221. *nu.* 1. *p.* 3. *rec.* Ludovis. *decis.* 522. *n.* 1. & ibi Beltramin. *n.* 20.

Item primum acquirentem non comprehendi dicunt aliqui, quando in investitura fuit dictum *usque ad tertiam generationem completam*. ita Clar. *l. c. vers. idemque*. Farin. *d. decis.* 305. *num.* 2. Gabriel. *d. concl.* 4. *n.* 5. Merlin. *decis.* 454. *num.* 1. qui tamen *n.* 3. id non admittit sine difficultate, & citat DD. in contrarium. Item non comprehendi, quando in investitura fuit dictum *tibi, & post mortem tuam filiis & nepotibus usque in tertiam generationem*, dicit Maresc. *d. cap.* 53. *n.* 5. aut si dictum sit *usque ad tertiam generationem inclusive*. Gabr. *loc. cit. num.* 7. plura vide apud *DD. cit.* 75

Duodecimam causam ponit Corbulus, *ob lineam finitam*: illamque ibi late examinat, & devolutionem petens ex hac causa, probare debet lineam esse finitam, quando illa semel extitit, ut supra diximus *numer.* 54. ex Rot. *decis.* 211. *num.* 2. *p.* 3. *rec.* ubi *n.* 3. quod non probetur ex confessione unius in præjudicium aliorum. 76

Decimam tertiam causam ponit *ob rei deteriorationem*; quando nempe emphyteuta rem in emphyteusim acceptam deterioravit, ad tex. & DD. *in auth. qui rem. C. de sacros. Eccles.* hinc sine consensu Domini non potest arbores frugiferas incidere, alias diceretur rem emphyteuticam deteriorasse, & ideo posset expelli. Corbul. *d. caus.* 13. *sub num.* 1. Schroder. *de feud. p.* 9. *c.* 6. *num.* 64. Rosenthal. *eod. tract. cap.* 10. *concl.* 33. *nu.* 3. & alii apud Ciarlin. *contr. for. cap.* 2. *num.* 2. Clar. *in* §. *emphyteusis. q.* 26. Gratian. *disc. for. cap.* 21. *per tot.* late Mantic. *de tacit. d. lib.* 22. *tit.* 29. sive sit emphyteusis Ecclesiæ, sive privati. Clar. *loc. cit.* Tusc. *litt. A. concl.* 481. Pasqual. *ut infra numer.* 48. Limita primo, si arbores non sunt fructiferæ, ut diximus in verb. *Arbor. n.* 4. Mantic. *l. c.* Limita secundo quoad arbores ab ipsomet emphyteuta plantatas juxta aliquos apud Corbul. *d. cas.* 13. *numer.* 2. *in fin.* sed contrarium tenet Gratian. *d. cap.* 21. *n.* 33. 77

Porro ad caducitatem incurrendam arborum incisio debet esse cum magna deterioratione. Corbul. *loc. cit. num.* 24. Pasqual. *de patr. potest. p.* 4. *cap.* 6. *a num.* 50. Mantic. *d. tit.* 29. *n.* 19. Hinc duarum, vel trium arborum incisio non dicitur magna, ad effectum caducitatis. *DD. cit.* imo nec quinque, juxta Ciarlin. *l. c. n.* 57. ubi Giovagn. *cons.* 15. *numer.* 3. *lib.* 2. & sic devolutionem petens probare deberet hanc magnam deteriorationem, nec sufficeret probare arborum incisionem, sed deberet probari illas fuisse virides, grandes, utiles, & frugiferas. ita Ciarlin. *l. c. nu.* 32. ubi citat Claud. & Bertaz. *cons.* 423. *litt. A.* Pacian. *cons.* 32. *num.* 2. *ad fin. & cons.* 33. *nu.* 9. Et quæ dicatur magna incisio, seu deterioratio, remittitur Judicis arbitrio. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 78. *nu.* 7. Pasqual. *loc. cit. num.* 50. ubi Tiraquel. *in L. si unquam. C. de revoc. donat. in verb. omnia. n.* 31. Mantic. *loc. cit. nu.* 20. Ciarlin. *loc. cit. num.* 58. Si tamen emphyteuta jurasset, vel fecisset pactum meliorandi, si deterioravit etiam leviter, potest expelli. *DD. cit.* quod tamen non absolute admittit Ciarl. *loc. cit. sub n.* 106. 78

Itaque

79 Itaque ob fundi deteriorationem non inducitur caducitas, nisi tribus concurrentibus; primo, damno notabili, ut supra, & vide late Ciarlin. *d. cap. 2. per tot.* Secundo, quod damnum sit perpetuum; seu quod deterioratio tendat ad perpetuam fundi devastationem, & sic contingat in ipsa proprietate, secus si noceat solum fructibus ab ipso emphyteuta percipiendis. Pasqual. *loc. cit. num. 53.* Corbul. *d. num. 24.* & Tertio, quod interveniat dolus, aut culpa lata, vel levis, nec sufficeret levissima. Corbul. *loc. cit.* Paschal. *loc. cit. n. 54.* ubi Rol. a Vall. *conf. 49. num. 22. lib. 2.* si nempe levissima culpa consistat in omittendo, secus si consistat in committendo. *DD. cit.* & sic non sufficeret probare arborum, v. g. incisionem, nisi etiam probetur fuisse succisas ab ipso emphyteuta aut de ipsius mandato speciali, nec sufficeret generale. late Ciarlin. *loc. cit. a num. 109.* apud quem plura videre poteris, ubi etiam *num. 7. & 63.* an deterioratio compensetur cum melioramentis factis, ubi affirmative resolvit, si melioratio contingat cum ipsa deterioratione, ut puta quia abscindendo arbores, melioravit fundum illum liberando nociva umbra &c. negative vero, si melioratio, & deterioratio in diversis rebus contingant. §. *scire. auth. de non alien. reb. Eccles. auth. qui rem. C. de sacros. Eccles.* Mantic. *d. tit. 29. num. 9. & 14.* Corbul. *d. cauf. 13. numer. 13. & 14.* Caroc. *de loc. & conduct. tit. de recusat. q. 7. n. 9. pag. mihi 195. integr.* Et ante pater possit deterioranda præjudicare filiis, aut aliis vocatis, vide remissive supra *n. 44. in fin.*

80 Huic causæ similis est alia, *quia emphyteuta male versatur in re emphyteutica*, ut si meretricibus locet domum in emphyteusim acceptam &c. de qua vide Pasqual. *d. c. 6. n. 58.* Menoch. *de arbitr. d. cas. 78.*

81 Decimam quartam causam ponit Corbulus *ob alienationem irrequisito Domino factam*, ut supra §. 3. diximus. & non obstante clausula, etiam geminata, consensus Domini obtinendi, si secuta fuit traditio, quia tunc protestatio est contraria facto. Riccius *in prax. p. 1. res. 53. num. v.* Clar. *in §. emphyteusis. q. 13. num. 5. vers. item quæro.* Corbul. *d. cauf. 14. ampl. 31.* Pajatel. *expedit. & annot. 10. num. 1.* nisi adsit clausula *non aliter, nec alias &c.* de quo *DD. cit.* & supra in prax. *clausul. commun. numer. 18.* Corbul. *loc. cit. limit. 37.* quod Corbul. *loc. cit. ampl. 39.* ubi DD. extendit etiam ad alienantem meliorationes in re emphyteutica factas, absque licentia Domini directi, qui etiam jure suo caderet. Speculat. *in tit. de emphyt. d. §. nunc aliqua num. 145.* & certum supponit Rota *in decis. 40. n. 14. p. 7. rec.* & plures hujus conclusionis ampliationes videre poteris apud cit. Corbul. Et de subinvestito alienante, vide Cyriac. *contr. 82. num. 2. & per tot.* Rot. *decis. 40. num. 14. & 17. p. 7. rec.* ubi etiam, quod emphyteuta non possit alium subinvestire sine consensu Domini directi.

82 Conclusionem principalem limita primo, si venditio sit nulla forte ob defectum solemnitatum Juris, aut statuti, late Tiraquel. *de retr. lignag. §. 1. glos. 2. a num. 6.* Corbul. *loc. cit. limit. 22. per tot.* & *d. ampl. 31. n. 6.* ubi quod hæc limitatio non procedat, quando venditio est solum nulla ob defectum consensus Domini directi, alias nunquam caderet emphyteuta jure suo ob alienationem. Limita secundo, si ante declarationem Domini directi obtinuit rescindi venditionem. Rot. *decis. 45. nu. 13. p. 7. rec.* vel si rem venditam statim reemit; & hoc saltem de æquitate. Vivius *com. opin. num. 240. numer. 1.* ubi de rigore juris contrarium tenet, & multo magis limit. tertio, si non sit secuta traditio. Corbul. *loc. cit. limit. 38.* late Tiraquel. *loc. cit. a num. 43. cum tota Doctorum cohorte.* Vivius *loc. cit.* Limit. quarto juxta aliquos in venditione simulata. Corbul. *loc. cit. limit. 23.* vide Tiraquel. *d. glos. 2. a num. 12. seqq.* Limit. quinto, quando alienatio fit in vocatos in investitura. Vivius *l. c. opin. 241. n. 1.* Corbul. *ibid. lim. 6.* & plura vide apud eundem, ne omnia hic transcribamus.

83 Decimam quintam, & ultimam causam ponit, *ob non solutum canonem*. hinc emphyteuta non solvens canonem per biennium, si sit Ecclesiastica, vel per triennium si sit laicalis, cadit jure suo, incurritque caducitatem. *cap. potuit, de locat. cap. hoc jus. §. qui rem. 10. quæst. 2. Auth. qui rem. C. de sacros. Eccles. §. si vero quis. auth. de alien. & emphyt. L. 2. C. de jur. em-*

phy. Cassador. *decis. 2. de locat. in princ.* Clar. *in §. emphyteusis. quæst. 8. num. 1.* Fachin. *lib. 1. contr. jur. cap. 93.* Imo emphyteuta qui juravit solvere canonem singulis annis, si non solvit primo anno, incurrit caducitatem; nisi in contractu adsit etiam clausula, quod sit locus devolutioni ob non solutionem canonis per biennium, aut triennium juxta Maresc. *lib. 1. var. res. cap. 61. a num. 1.* ubi DD. Pasqual. *de patr. potest. p. 2. cap. 9. numer. 9.* Gabr. *com. concl. tit. de transact. concl. un. num. 41.* Bal. *in cap. querelam. vers. nota propter duas. extr. de jurejur.* Vivius *in sylva com. opinion. opin. 239. num. 1.* Corbul. *in d. cauf. 15. ampl. 40. n. 3.* ubi quod difficile esset in draxi contrarium judicare, & alii passim, nihilominus contrarium defendit Clar. *in d. §. emphyteusis. q. 8. num. 2.* Covar. *in cap. quamvis*, ubi de vetiori. §. 4. *sub num. 5. de pact. in 6. in 1. part. relect.* Dian. *moral. p. 10. tr. 16. res. 56* Doctores apud Seraphin. *de privileg. juram.* qui tamen priori adhæret. *privileg. 84. a num. 2. ad 7.* ubi late Antonel. *de tempor. legal. lib. 2. cap. 55. num. 12.* Rot. *decis. 719. num. 4. p. 4. rec. tom. 3.* & apud illos alii; tum quia de natura emphyteusis est, ut in commissum cadat ob cessationem a solutione canonis per biennium, aut triennium, *ob jura cit.* juramentum autem sequitur naturam actus, cui apponitur *cap. quemadmodum*, & ibi Panorm. *in 7. notab. de jurejur.* tum quia nulla lege cautum reperitur, quod emphyteuta sit privandus ob perjurium: tum quia hoc juramentum duo diversa continet; primum, quod velit singulis annis solvere, & secundum, quod cadat a jure suo ob cessationem in solvendo per biennium, aut triennium, juxta naturam hujus contractus. vide *DD. cit.*

Limita primo conclusionem principalem, si emphy- 84
teuta sit pauper, nam paupertas excusaret, nisi in illam incidisset sua culpa præordinata ad hunc effectum, ut de obligaretur ab hac solutione, alias secus. Corbul. *loc. cit. limit. 29. num. 1. & 2.* Antonel. *d. cap. 55. sub num. 12.* Oddus *de restit. in integr. p. 1. q. 11. art. 10. num. 58.* ubi, quod hæc præordinatio, utpote stulta non præsumatur. Pasqual. *de patr. pot. p. 3. cap. 5. numer. 12.* arg. eorum quæ diximus in verb. *debitor. num. 53.*

Limita secundo, si Emphyteuta moram purgaverit, 85
prout facere potest ante declarationem Domini directi, canonem debitum statim solvendo. Fachin. *lib. 1. contr. jur. cap. 98. in princ.* Rot. coram Merlin. *decis. 648. num. 5. & 6. inter ejus select.* & est tex. *in cit. cap. potuit. extr. de locato. & cap. propter sterilitatem. eod.* Dian. *p. 10. tr. 16. resol. 57. & res. 56. in princ.* ubi quod praxis sit, ut semel admoneatur, & si statim solvit, purgetur mora. Imo etiam post declarationem Domini directi, si celeriter fiat. Merlin. *l. c. num. 8.* Dian. *ibid. vers. in emphyteusi vero.* Covar. *lib. 3. var. resol. cap. 17. sub num. 4.* Mantic. *de tacit. d. lib. 22. tit. 27. num. 35.* Corbul. *loc. cit. limit. 41. numer. 9. seqq.* Rot. *decis. 577. num. 2. in fin. p. 2. rec.* quæ celeris satisfactio, quomodo capiatur, remittitur arbitrio Judicis. Glos. *in d. cap. potuit in verb. celeri.* Covar. *loc. cit.* Antonel. *de tempor. legal. lib. 2. cap. 55. num. 4.* Merlin. *l. cit. num. 9.* Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. cas. 7. num. 13.* Thesaur. *decis. 77. numer. 3.* Seraphin. *de privileg. juram. privileg. 84. num. 29.* & hæc in emphyteusi Ecclesiastica, an vero id procedat etiam in emphyteusi privati, non conveniunt DD. ut videre est apud Dian. *loc. cit.* Fachin. *loc. cit.* ubi late negativam defendit, sed quod de æquitate canonica admittatur hæc moræ purgatio etiam in emphyteusi privati dicit Clar. *l. c. q. 8. num. 15. in fin.*

Hanc secundam limitationem sublimita primo quan- 86
do interpositum fuit juramentum de solvendo certo tempore, nisi fuerit legitime impeditus & hoc in pœnam perjurii. Dian. *d. resol. 57. vers. secundo declarant.* Corbul. *loc. cit. limit. 41. num. 13. & 14.* Gabriel. *de transact. d. concl. un. num. 10.* Afflict. *decis. 174. nu. 5. & 6.* fallit de æquitate canonica, quæ admittit purgationem moræ non obstante juramento. Gabriel. *l. c. num. 12.* Ursill. ad Afflict. *l. c.* quem refert Antonel. *loc. cit. num. 27.* ubi quod ita servetur communiter. Sublimita secundo, quando mora fuit geminata. Antonel. *l. cit. num. 28.* Gabr. *num. 21.* plures sublimitationes vide apud *DD. cit.*

Limita tertio conclusionem principalem, nisi fuerit 87

legitime impeditus, puta vel belli calamitatibus, ſterilitate &c. Antonel. *loc. cit. lib.* 1. *cap.* 38. *num.* 27. Clar. *loc. cit. q.* 8. *num.* 6. quia regulariter quælibet cauſa colorata, etiam injuſta excuſat a caducitate. Clar. *l. c. & in lib.* 5. §. *fin. quæſ.* 60. *num.* 22. *verſ. & generaliter*. aut ſi emphyteuta fuerit abſens. Antonel. *loc. cit. d. cap.* 55. *num.* 11. *in fin.* Rot. *deciſ.* 719. *num.* 8. *p.* 4. *rec. tom.* 3. ubi Corbul. *loc. cit. limit.* 10. *num.* 3. etiamſi canonem ſolvere juraſſet. *DD. cit.* quid vero ſi Dominus directi non erat in loco, quia forte emphyteuta erat diverſi fori, & ideo non ſolvit, quia Dominus non fuit in loco domicilii, vel quia mutavit forum &c. vide Bajard. ad Clar. *d. q.* 8. *ſub num.* 32. Scacc. *de commerc. & camb.* §. 2. *gl.* 5. *num.* 222. ubi quod debeat adire domicilium Domini directi, & ibi ſolvere. Seraphin. *de privileg. juram. d. privileg.* 84. *ſub num.* 19. *verſ. nono limita*, ubi concludit, quod excuſet a caducitate, nec ſit opus conſignatione, vel depoſitione, & quod Dominus probare debeat ſe fuiſſe in loco, ubi erat ſolvendum. Item excuſatur, ſi emphyteuta ignorabat rem eſſe emphyteuticam ſaltem de æquitate. Clar. *loc. cit. q.* 8. *num.* 9. Seraphin. *loc. cit. ſub n.* 16. ubi, quod hæc ignorantia præſumatur. *arg. L. altius*. ibi: *ſi vi, vel clam feciſſe convincatur. C. de ſervit. & aqua*. alias cauſas excuſantes vide late apud Corbul. *in d. cauſ.* 15. *per. tot.*

88 Similiter ad evitandam caducitatis pœnam ſufficit canonis oblatio, ſecus quoad effectum conſequendi plenariam liberationem a canone ſolvendo, quia tunc requiritur non ſolum oblatio, ſed depoſitio, & conſignatio. DD. apud Mareſcot. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 61. *n.* 5. dummodo tamen oblatio ſit realis, cum pecunia in manu, nec ſufficit verbalis, fiatque loco, tempore, ac modo debito, ut Dominus non habeat juſtam cauſam illum recuſandi, de quibus Mareſcot. *loc. cit.* Corbul. *d. cauſ. privat. ob non ſolut. canon. limit.* 37. & multo magis liberatur per depoſitum canonis factum, etiam poſt declaratam a Domino caducitatem, ſi celeriter fiat, ut ſupra *n.* 81. Sperel. *deciſ.* 71. *n.* 29.

89 An vero non ſolvens canonem pro parte, privetur in totum, dic, quod ſi annuus canon præſtandus eſt pro tota re, puta decem aurei pro aliqua domo, quod tunc non ſolvens pro parte, cadat in totum, ſecus quando plures res ſub diſtincta penſione conceduntur, puta decem campi ſub penſione ſcutorum decem, vel ſi penſio præſtaretur ad ratam, puta, ſi pro qualibet menſura terræ, ſolvi debeant decem ſolidi: cum enim tunc quilibet campus, aut quælibet menſura habeat ſuam conſtitutam penſionem, ideo non ſolvens pro uno, non cadit in reliquis. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 55. *num.* 6. Gratian. *diſc. for. cap.* 36. *num.* 32. Clar. *d. quæſ.* 8. *num.* 4. & quod poſſit canon etiam invito Domino pro parte ſolvi, dummodo plene fiat debito tempore, vide Corbul. *loc. cit. q.* 7. *&* 8. Gloſſ. *in L.* 2. *verb. cautum eſt in fin. C. de Jur. emphyt.*

90 Sed quia caducitas ob non ſolutum canonem non incurritur ſine mora ſolvendi, hinc oritur Quæſtio I. an ad moram contrahendam in emphyteuta requiratur interpellatio Domini directi? Reſp. negative in emphyteuſi, quia dies interpellat pro homine, quidquid ſit in aliis, de quibus in verb. *mora. cap. potuit. in fin. de locato*. ubi Gloſſ. *verb. ſtatuta. L.* 2. *C. de Jur. emphyt.* late Gonzal. *in d. cap. potuit. num.* 5. Fagnan. *ibid. numer.* 7. Corbul. *d. cauſ.* 15. *ampl.* 3. Gabr. *com. concl. tit. de ſolution. & liberat. conel.* 9. *num.* 7. *verſ. quinto amplia*. concorda tex. *in L. magnam. C. de contrab. & commit. ſtipul.*

91 Quær. II. a quo tempore incipiat biennium, vel triennium? Reſp. quod incipiat currere a die conceſſionis, ſeu inveſtituræ, non autem a die deſtinatæ ſolutionis? Antonell. *d. cap.* 55. *a numer.* 3. ubi Cevall. *in ſpec. opin. commun. contr. comm. q.* 14. Pax Jordan. *de re judic. lib.* 14. *tit.* 8. *de dilat. numer.* 102. apud quem Marta *de clauſul. p.* 1. *clauſ.* 319. Corbul. *d. cauſ.* 15. *q.* 1. quod biennium, vel triennium debet eſſe continuum: hinc ſi uno anno ſolverit, alio vero non, tertio vero anno ſolverit, & quarto iterum non, & ſic deinceps, non eſſet locus caducitati, quia in pœnalibus tempora non conjunguntur. Antonel. *l. c. num.* 16. Corbul. *loc. cit. q.* 3.

92 Quær. III. quando, ſeu quo tempore canon ſolvi debeat? Reſp. quod in hoc ſit ſervanda expreſſa partium conventio, vel Regionis conſuetudo. gloſ. *in L.* 2. *C. de jur. emphyt. in verb. cautum eſt*: quibus deficientibus facienda erit in fine anni. Gomez. *var. reſ. tom.* 2. *cap.* 3. *de locat. & conduct. ſub numer.* 13. Paſchalis *de patr. poteſt. p.* 4. *cap.* 6. *nu.* 62. Corbul. *d. cauſ.* 15. *q.* 8. & quod ſolvi poſſit per partes in duabus nempe, aut tribus vicibus, diximus ſupra. An vero cogatur Dominus directi acceptare anticipatas ſolutiones pro annis futuris. Reſp. negative apud Corbul. *l. c. limit. q.* 17. *num.* 3. Speculat. *de emphyt. in* §. *nunc aliqua* 33. *num.* 44. Si tamen Dominus anticipatas ſolutiones acceptaverit, illæque adhuc durent, non caderet emphyteuſis in commiſſum, ſi emphyteuta ſucceſſori Domino non ſolverit. Corbul. *d. limit.* 17. *n.* 1.

Quær. IV. quia ſupra diximus, Dominum agentem 93
ad caducitatem, debere probare eveniſſe caſum devolutionis, an debeat Dominus in contradictorio probare emphyteutam non ſolviſſe canonem, an vero ſpectet ad emphyteutam probare ſolutionem? Reſp. ſpectare ad emphyteutam: Gloſ. *in L.* 2. *verb. repellere, ad med. C. de jur. emphyt.* ubi quomodo probetur ſolutio. Corbul. *d. cauſ.* 15. *quæſ.* 4. Gomez. *d. c.* 3. *num.* 13. *verſ. item adde*. ubi, quod ſi probetur ſolutio facta ultimis tribus annis, præſumatur ſolviſſe etiam in præteritum, niſi Dominus contrarium probaverit, idem dicit Vivius *commun. opin.* 236. ubi quod poſſit ſolutio probari per duos vel tres teſtes. 98

Quær. V. an emphyteuta liberetur a caducitate, ſi 94
tertius pro illo ſolvat, an Dominus directi poſſit compelli recipere canonem a tertio? vide in verb. *Debitor. num.* 12.

Quær. VI. an ad vitandam caducitatem ob non ſo- 95
lutum canonem, poſſit opponi compenſatio? vide affirmativam ſupra in verb. *compenſatio. numer.* 16. Corbul. *d. cauſ.* 15. *limit.* 5. Pirhing *lib.* 3. *decretal. tit.* 18. *de locat. num.* 37. & quid ſi juraſſet ſolvere? vide itidem *in verb. compenſatio a num.* 1. Dian. *p.* 10. *tr.* 16. *reſol.* 60. 99

An emphyteuta teneatur ſolvere canonem, ſi res 96
fuerit capta ab hoſtibus ſive bello juſto, ſive injuſto, vide diverſas opiniones apud Fachin. *contr. jur. lib.* 1. *cap.* 90. ubi concludit, quod non teneatur ſolvere, ſi fundum ingredi non poteſt. Gail. *pract. obſerv. lib.* 2. *obſ.* 23. *n.* 23. etiam tempore treugæ ob metum inſtantis adhuc belli. Vivius *com. opin.* 247. *numer.* 7. Sicut econtra ſolvere integrum canonem tenetur, licet res emphyteutica fuerit deteriorata etiam ſine culpa emphyteutæ: cum enim canon ſolvatur in recognitionem dominii, quod eſt indiviſibile, non autem pro fructibus. Rota *deciſ.* 699. *numer.* 1. *p.* 3. *rec.* Clar. *in d.* §. *emphyteuſis. q.* 8. *ſub numer.* 8. *verſ. cum enim.* Corbul. *d. cauſ.* 15. *ampl.* 11. *num.* 2. ideo tenetur integrum præſtare canonem, donec res emphyteutica, ſeu illius pars exiſtit, & funditus non perit. Gloſ. *in cap. potuit. verb. expelli. poſt med. verſ. idem ſi fundus. de locat.* communiter recepta teſte Abbat. *ibid. num.* 16. Natt. *conſ.* 377. *num.* 2. Bero. *conſ.* 130. *num.* 4. *& ſeq. vol.* 1. Rot. *diverſ. deciſ.* 720. *numer.* 6. *p.* 1. Seraph. *deciſ.* 286. *num.* 3. Corbul. *l. cit. per tot.* relatis a Rota *d. deciſ.* 699. *num.* 1. etiamſi Dominus promiſiſſet defendere, & indemnem emphyteutam ſervare, quia id intelligeretur ex cauſis de præterito, non vero de futuro, & poſt conceſſionem emphyteuſis, evenientibus: ad tradita per Rot. *ibid. num.* 3. Tiraquel. *de retr. lignag.* §. 1. *gloſ.* 9. *n.* 35. quod tamen Clar. *d. q.* 8. cum quo Corbul. *l. c. nu.* 7. in duobus caſibus limitat: primo, ſi canon correſpondeat fructibus, quos ob deteriorationem amplius percipere non poſſet: ſecundo, niſi canon eſſet conſtitutus ad ratam bonorum, puta ad rationem certæ ſummæ pro ſingulis agri perticis &c. ita etiam Theſaur. *deciſ.* 20. *per tot.* & hæc, ſi deterioratio proveniat in ipſa proprietate: quid vero ſi contingat in ipſis fructibus, puta ob anni ſterilitatem &c. vide Corbul. *loc. cit. ampliat.* 12. Antonel. *de tempor. legal. l.* 1. *cap.* 38. *per tot.* Gail. *d. obſ.* 23. *per tot.* & *DD. cit.* Si vero res in totum pereat, emphyteuta in totum liberatur. *DD. cit.*

Emphyteuta autem, qui Dominò ſolvit canonem, 97
ſed ignorat in quo fundo emphyteuſis ſit fundata, tenetur ad inſtantiam Domini ſupponere unum fundum certum ſpecialiter obligatum pro ſolutione canonis.

Riccius

Riccius *in prax. p. 3. resol. 153. num. 2. sub vers. verior tamen.* Rot. *decis. 150. num. 6. p. 1. rec.* nam alias tenetur suo Domino edere instrumenta emphyteutica, & titulos suos ostendere, ac confines, alias Judex potest decernere esse finitam emphyteusim, aut prætendere, quod omnia bona ab emphyteuta ibidem possessa sint emphyteutica. vide Riccium *loc. cit.* Bichium *decis. 485. num. 4.* Beltramin. ad Ludovis. *decis. 575. nu. 11.* Fusar. *de substitut. quæs. 618. n. 49.* Peregrin. *de fideicom. art. 44. num. 23.* nisi adsit præscriptio longi temporis. Antonel. *ut infra.* & Gratian. etiam *ut infra.* satis tamen erit, quod emphyteuta ostendat certam quantitatem, quæ si est proportionata canoni, petens majorem quantitatem, probare tenetur. Rot. *d. decis. 150. num. 6.* ubi Speculat. *in d. §. nunc aliqua. num. 79. de emphyt.* Afflict. *cap. 1. §. illud. num. 22. in fin. de prohib. feud. alien.* Roland. *cons. 66. num. 1. 2. & 7. lib. 3.* Riccius *loc. cit.* & hæc si emphyteuta fatetur se talem: si vero negat, utique actori incumbet probatio. Riccius *l. c.* quæ emphyteusis ad effectum solutionis canonis probatur levioribus probationibus, & sufficiunt etiam indicia, ut per Rot. *decis. 470. n. 15. p. 4. rec. tom. 2.* & latius *in decis. 249. per tot. p. 1. rec.*

98 An vero Dominus ad instantiam emphyteutæ teneatur de Jure suo, seu de emphyteusi docere, ubi emphyteuta longo tempore canonem solvit? Resp. negative si longo tempore canonem solvit, secus vero si tantum brevi tempore solvit, alias emphyteuta liberaretur. de quibus Antonel. *de tempor. legal. lib. 2. d. cap. 55. num. 32.* Gratian. *disc. for. cap. 411. num. 8.* Specul. *in d. §. nunc aliqua. num. 80.* ad tex. *in cap. pervenit. 5. de censib.* & an qui solvit de præterito, teneatur solvere in futurum, vide *census. num. 69.* Riccium *d. res. 153. a num. 1.* Gonzal. *in d. cap. 5. sub num. 4. ad med. de censib.*

99 Quod si emphyteuta per multum temporis spatium, puta 30. aut 40. annis non solverit canonem, quæritur, an præscripserit seu proprietatem, seu canones decursos, seu libertatem solvendi in futurum? & an possit per hoc expelli? Resp. I. quod vel ille qui non solvit, est ille ipsemet, qui rem in emphyteusim accepit, vel qui recognovit aliquando ipsam emphyteusim a Domino, & tunc proprietatem nunquam præscribit, tum quia ei obstat mala fides, quæ impedit omnem præscriptionem: tum quia Dominus directus possidet semper ministerio emphyteutæ, possidenti autem non currit præscriptio. *L. sciendum. §. 1. vers. item quis. ff. qui satisd. cog. L. cum notissimi. §. imo. C. de præsc. 30. ann. cap. si diligenti, de præsc.* Corbul. *de Jur. emphyt. d. caus. 15. limit. 31. num. 2.* Fachin. *contr. Jur. lib. 8. cap. 99. in fin. vers. non repugno.* Gratian. *disc. for. cap. 912. numer. 41.* quod etiam ampliatur ad successorem illum, cui obstat mala fides auctoris. Corbul. *d. limit. 31. num. 3.* Gratian. *l. c. num. 46.* ubi Tiraquel. *de præscript. §. 1. glos. 12. ad fin.* late Gabriel. *de præscr. concl. 5. a numer. 1.* Dian. *p. 8. tr. 7. res. 36.* aut vero ille qui non solvit, est extraneus, qui non recognovit emphyteusim a Domino, & possedit talem rem uti liberam & propriam 30. aut 40. annis, & tunc etiam proprietatem præscribit. Gratian. Corbul. Fachin. *ll. cit.* & faciunt tradita per Balb. *de præscr. 4. part. 4. p. princip. q. 8. ad fin.* & alios apud *DD. cit.*

Resp. II. circa canones decursos juxta distinctionem datam: nam qui est in mala fide certe nunquam præscribit. *cap. possessor malæ fidei. 2. de reg. Jur. in 6. cap. vigilanti, & d. cap. si diligenti, & cap. veniens, de præsc.* & DD. apud Gratian. *l. c. num. 44.* secus si præscribens esset in bona fide. vide *DD. cit.* concurrente tamen scientia, & patientia Domini, sine qua non præscribitur possessio non solvendi, juxta dicta supra in verb. *Decimæ. nu. 31.* & dicit Gratian. *loc. cit. num. 43.* citans Peregrin. *de Jur. fisci. lib. 6. tit. 8. n. 28.* Curt. jun. *cons. 60. num. 17.* & alios: & si præscriptio hæc esset contra Ecclesiam, quod illa esset restituenda ex capite ignorantiæ &c. dicit Corbul. *d. limit. 31. num. 4.* ubi DD. Dian. *d. res. 36.* late Tiraquel. *de retract. lignag. §. 35. glos. 4. num. 35. seqq.* sed de hoc dicemus in verbo *restitutio.*

Resp. III. circa libertatem solvendi in futurum (in qua variant DD.) sub priori data distinctione, quod nempe extraneus, ut supra, cum possit præscribere proprietatem, possit etiam in consequentiam præscribere liberationem a solutione canonis. Fachin. *loc. cit.* Ille vero qui rem in emphyteusim accepit, aut illam recognovit &c. quod nunquam præscribat liberationem a solutione canonis in futurum, ut contra aliquos late defendit Fachin. *d. cap. 99. per tot.* ubi contraria resolvit. Antonel. *de tempor. legal. lib. 4. cap. 11. num. 8.* Gratian. *l. cit.* Anton. Thesaur. *decis. Pedem. 179. sub num. 5. vers. sed hæc distinctio.* Mynsing. *singul. observ. centur. 3. obs. 13.* ubi quod hoc fuerit comprobatum in camera Imperiali. & ibi Guid. Pap. *decis. 406. 407. & 408.* Capell. Tholos. *decis. 343.* & tenuit Rota *in decis. 164. num. 1. p. 2. recent. & decis. 161. num. 27. p. 15. rec.* quæ citat Rosenthal. *de feud. cap. 9. membr. 1. concl. 97. num. 30.* idem defendit Speculat. *in d. §. nunc aliqua. q. 44. num. 54. seqq.* Mantic. *de tacit. lib. 22. tit. 24. num. 23.* Gail. *pract. observ. lib. 2. obs. 73. num. 1.* Bajard. ad Clar. *in d. §. emphyteusis. quæs. 7. num. 2. seqq.* apud quos alii, & probatur ex *L. male agitur. & L. cum notissimi. §. fin. C. de præscr. 30. vel 40. ann.* juncta glos. requiritur ergo tam in præscriptione proprietatis, quam libertatis a solutione, ultra tempus 30. vel 40. annorum, interversio possessionis Domini, quam tamen sola animi destinatione sibi immutare aut pervertere non potest. Mantic. Bajard. Gail. Antonell. *ll. cit.* Gratian. *ut supra num. 40.* concorda etiam, quæ diximus in verb. *Census. num. 88. & 89.*

Si tamen non ageretur de præscriptione, sed solum controverteretur super liberatione canonis, emphyteuta dicente sibi remissum fuisse, tunc ex tanto tempore præsumeretur in dubio illum hujusmodi liberationem obtinuisse, ut dicit Thesaur. *d. decis. 179. sub num. 5.* fretus auctoritate textus *in L. jubemus. C. de fund. patrim. lib. 11.* & contraria Domino incumberet probatio, per Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 601. num. 3.*

Resp. IV. non solvens per triginta aut 40. annos, si a Domino nunquam fuit interpellatus, etiamsi non præscribat, quod nihilo minus non possit expelli, sed solum ad solutionem cogi. ita Thesaur. *d. decis. 179. n. 1. & 5. arg. textus in L. competit. C. de præsc. 30. vel 40. ann.* & ibi Glos. *cit. L. cum notissimi. §. fin. eod. L. Jubemus. C. de fund. patrim. lib. 11.*

§. V.

An emphyteusis devoluta, seu caducata redeat ad Dominum libera ab omni onere, & an emphyteuta recuperet melioramenta in illa facta?

Quod emphyteuta possit rem emphyteuticam hypo- 100
thecare, aut eidem aliquam servitutem ad vitam emphyteutæ duraturam imponere, diximus supra *nu. 37.* quod tamen emphyteusi finita obligatio hujusmodi, & servitus imposita evanescat, & sic libera ad Dominum redeat, est tex. *in L. Lex vectigali. §. item quæsitum. ff. de pignor.* quando nempe redit ad Dominum jure dominii, puta ob alienationem in extraneum ab emphyteuta factam, aut non solutum canonem aut finitam lineam. Rot. *decis. 86. per tot. p. 5. rec. tom. 1.* Antonel. *de tempor. legal. lib. 1. cap. 67. num. 6.* ubi Surdus *de aliment. tit. 9. q. 42. num. 19. & 20.* Cyriac. *contr. for. 55. num. 28. & 35.* & alii, cessante tamen fraude: unde si appareret, emphyteutam alienasse, aut canonem non solvisse ad hunc effectum, ut fieret resolutio, aliter foret dicendum. Antonel. *l. c. n. 23.* Cyriac. *nu. 39.* ad tex. *in L. bovem 43. §. si quis cum consilium. ff. de ædil. edict.*

Quod si transeat ad Dominum ex contractu libero inter eundem & emphyteutam, ad quem emphyteuta cogi non poterat, puta voluntaria renunciatione, datione in solutum, venditione &c. Domino facta, tunc transit cum dictis oneribus. *DD. cit.* & Corbul. *de caus. privat. ob renunciat. num. 9.* Tiraquel. *de retr. lignag. §. 34. glos. 1. num. 7. & 10.* tum quia tunc Dominus succedit emphyteutæ, non ut Dominus, sed ut privatus, & sic est quidam novus contractus, qui non potest tertio præjudicare, tum quia alias esset in potestate emphyteutæ per similes contractus fraudandi suos creditores. vide *DD. cit.* & late Tiraquel. *de retr. convent. §. 3. gl. un. a n. 9. cum multis seqq.* Item transiret

ſiret cum onere, ſi fuiſſet data facultas alienandi, ſi hæc facultas non fuit limitata ad tempus, quo durat emphyteuſis. Item ſi Dominus conſenſit impoſitioni hujus oneris, de quibus Sperel. *deciſ.* 120. *a num.* 23. *ſeqq.* ubi DD.

101 Quod emphyteuta teneatur meliorare rem juxta pacta inveſtituræ, quæ obſervari debent, dicit Rot. coram Merlin. quæ inter ejus ſelect. eſt *deciſ.* 356. *nu.* 1. an vero melioramenta emphyteuta, aut illius hæredes recuperent?

Reſp. I. Melioramenta, quæ ex natura contractus neceſſaria (quæ enumerantur *in L.* 1. *&* 2. *& L. impenſæ neceſſariæ. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact.*) aut ex conventione, quis facere tenetur, emphyteuta non recuperat, ſicut nec illa, quæ conſervationis cauſa fiunt, ad quæ tenetur emphyteuta. Paul. Rubeus *in annot. ad deciſ. Rot. Rom.* 12. *n.* 34. *&* 37. *p.* 3. *rec.* Citans Cepol. *de ſervit. urban. prad. cap.* 59. *n.* 18. *q.* 10. & alios, ac Rot. vide tamen Garſ. *de expenſ. cap.* 6. *n.* 21. *&* 22. Menoch. *recuperandæ. remed.* 15. *n.* 502.

Reſp. II. melioramenta item non recuperat emphyteuta, quando adeſt pactum in conceſſione rei, ut illa revertatur cum melioramentis, quamvis ſint pretioſa; nam tale pactum pars pretii reputatur. *L.* 17. *§. melior. ff. de in diem addict. L. fundi partem. ff. de contrah. empt. L. dominus horreorum. §.* 1. *verſ. cum id non conveniſſet. ff. locati.* DD. apud Rubeum *loc. cit. num.* 45. Rot. *deciſ.* 60. *num.* 9. *p.* 5. *rec. tom.* 1. quæ citat Gamm. *deciſ.* 75. *num.* 2. *& deciſ.* 41. *num.* 6. *&* 7. *& deciſ.* 326. *num.* 8. Menoch. *recuperand. remed.* 15. *num.* 504. Rot. *deciſ.* 34. *num.* 19. *p.* 18. *rec. tom.* 1. & quod tale pactum valeat, dicit Rot. *deciſ.* 294. *num.* 7. *p.* 1. *rec.* & ibi Jaſ. *in L.* 2. *num.* 28. *C. de jur. emphyt.* poſt Bart. *in L. jubemus. n.* 2. *§. ſane. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Valaſc. *in quæſt. emphyt. q.* 25. *num.* 18.

Reſp. III. Melioramenta quæcumque item non recuperat emphyteuta, quando culpa ſua, puta ob non ſolutum canonem &c. ab emphyteuſi expellitur. tex. *in cap. hoc jus. §. qui rem.* 10. *q.* 2. *L.* 2. *C. de Jur. emphyt. auth. qui rem. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Clar. *in §. emphyteuſis, q.* 45. *num.* 1. Gail. *pract. obſerv. lib.* 2. *obſ.* 121. *num.* 15. Graſ. *de expenſ. d. cap.* 6. *num.* 20. *circa fin. verſ. namque in emphyteuta*, qui tamen limitat *ut infra ſtatim.* Guid. Pap. *deciſ.* 438. *num.* 1. *verſ. non tenetur Dominus talem impenſam reficere emphyteutæ, ſi cadat in commiſſum.* ac plurimi alii apud cit. Rub. *num.* 48. *&* 49. ubi de communi, ac Rotæ. Mantic. *de tacit. d. lib.* 22. *tit.* 29. *num.* 9. & ut *ſupra num.* 75. quamvis eodem Rub. teſte non deſint contradictores in hoc paſſu circa melioramenta, ad quæ emphyteuta non tenebatur, cum quibus Garz. *loc. cit. num.* 22. ubi Valaſc. *jur. emphyt. d. q.* 25. *num.* 3. ubi, quod ſecundum hanc æquam ſententiam ſit judicatum. Molinæus *in conſuet. Pariſien. tit.* 1. *§.* 1. *gloſ.* 5. *num.* 73. *&* 77. & alii. Menoch. *loc. cit. nu.* 503. & quod magnas impenſas etiam in hoc emphyteuta deducat, teſtatur Rubeus *l. c. num.* 53. ubi de receptiori, citans Pinell. *in L.* 2. *C. de rei vindic. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 9. vide Clar. *loc. cit. num.* 5. Menoch. *loc. cit. num.* 552. *&* 553. ne emphyteuta locupletetur cum alterius jactura.

Reſp. IV. melioramenta, quæ non veniunt ex natura contractus, & ad quæ emphyteuta non tenebatur, finita emphyteuſi ob lineam, vel tempus finitum, emphyteuta deducit, & ad hæredes tranſmittit. ita *DD. cit.* Tranchedin. *conſult.* 21. *num.* 58. Rot. *deciſ.* 12. *num.* 2. *p.* 3. *rec.* Fachin. *lib.* 1. *contr. jur. cap.* 92. *in fin.* Dixi emphyteuſi finita: nam illa durante, emphyteuta melioramenta non repetit, nec excuſatur a caducitate, ſi interim ſub ſpe illorum repetendorum canonem non ſolvat. Carocius *de locato & cond. tit. de expenſ. ſub num.* 47. *fol. mihi* 221. *terg.* Quaſnam vero expenſas repetat, & quomodo illas probare debeat emphyteuta, vide Caroc. *&* DD. *cit.* Rot. *deciſ.* 193. *a num.* 9. *p.* 18. *rec. tom.* 1. & latius infra in verb. *Melioramenta litt. M.* & quod non repetat impenſas exceſſivas, ita ut non poſſit Dominus eas commode ſolvere, ex quo tunc nec neceſſario, nec utiliter factæ videantur, dicit Menoch. *l. ſup. cit. num.* 552. Caroc. *l. c. num.* 42. late Tiraquel. *de retract. convent. §.* 7. *gl.* 1. *num.* 5. & facit tex. *in L. ſi ſervos. ff. de pignor. act. L. in fundo. ff. de rei vind. L. ſed an utro. §.* 1. ibi: *quid enim ſi eam inſulam. ff. de negot. geſt. L. utilium. ff. de impenſ. in rem. dot. fact.* plura de melioramentis vide apud Tiraquel. & Menoch. *citatos* ſicut & apud Caroc. *l. c. in quæſt.* 1. *& ſeqq.* quando vero dicantur impenſæ exceſſivæ, remittitur arbitrio Judicis. *d. L. ſi ſervos. in fin.*

§. V.

De renovatione Emphyteuſis, & quis in ea ſit præferendus, & an poſſit augeri canon?

Emphyteuſis renovatio fit ex quatuor cauſis: primo ratione vetuſtatis: ſecundo ratione neceſſitatis, quando nempe adeſt pactum renovandi: tertio ratione obſcuritatis, ut quando neceſſe eſt venire ad clariorem expreſſionem rei, & ejuſdem confiniorum &c. in emphyteuſim conceſſæ; & quarto ratione mutationis perſonæ. Conciol. *alleg. for. civil.* 15. *a num.* 1. *ſeqq.* ubi Fulgin. *de Jur. emphyt. in tit. de renovat. q.* 9. *&* 10. *per tot.* & alii, & quamvis his cauſis ceſſantibus non poſſit emphyteuta cogi recipere novam inveſtituram, teſte Conciol. *l. c.* ſicut nec quando emphyteuſis eſt hæreditaria, *ut ſupra num.* 59. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 32. *num.* 2. quidquid ſit in feudo, ut per Mantic. *ibid.* dominium tamen tenetur recognoſcere toties, quoties fuerit a Domino requiſitus. Rot. *deciſ.* 279. *num.* 3. *p.* 4. *rec. tom.* 1. & ibi Guid. Pap. *q.* 417. imo quando ſubeſt timor, ne tractu temporis dominium controvertatur, tenetur emphyteuta renovare dominium inveſtituræ. Rot. *loc. cit.* Et ob mutationem perſonæ ex tribus cauſis devenitur ad renovationem: primo ut Dominus directus conſequatur laudemium: de quo infra in verb. *laudemium.* ſecundo, ut novus emphyteuta teneatur ſolvere canonem: & tertio, ut attendatur ejus perſona, & ſuorum ſucceſſorum quoad deficientiam generationis, de quibus Conciol. *l. c. an.* 17. 102 105

Quod Eccleſia, aut Dominus finita emphyteuſi, illam renovare non teneatur, ſi velit pro ſe retinere, diximus in verb. *Eccleſia. num.* 1. & in verb. *Dominus. num.* 22. *&* DD. *infra citan.* late Rot. *deciſ.* 11. *p.* 2. *&* *deciſ.* 66. *p.* 15. *rec.* Bichius *deciſ.* 57. *a nu.* 1. Vivius *comm. opin.* 244. *num.* 2. ubi quod ſi renovare velit, teneatur præferre conſanguineos &c. proximiores emphyteutæ defuncti, & ſi Eccleſia extraneum inveſtiat excluſo proximiore, iſte proximior poteſt appellare, & petere, ut extraneus inveſtitus amoveatur. Rot. *deciſ.* 176. *num.* 31. *p.* 5. *rec. tom.* 1. citans Rip. *in L.* 1. *num.* 10. *ff. de privileg. cred.* Alciat. *in L. ſi mihi, & Titio. num.* 31. *ff. de V. O.* Gozad. *conſ.* 39. *num.* 21. Card. Mantic. *deciſ.* 10. *num.* 9. Gratian. *diſc. for. cap.* 477. *num.* 20. *&* 21. Clar. *in §. emphyteuſis. q.* 43. *num.* 1. ubi etiam quod teneatur præferre ipſum emphyteutam, illa devoluta ob tempus finitum. Et hæc proximitas erit conſideranda reſpectu ultimi emphyteutæ, ſeu ultimi defuncti, non vero reſpectu primi inveſtiti. Gabr. *com. concl. tit. de Jur. emphyt. concl.* 1. *num.* 27. Fulgin. *d. tit. de renovat. q.* 1. *num.* 6. *&* 51. & alii apud Rot. *deciſ.* 66. *num.* 1. *&* *deciſ.* 381. *num.* 5. *&* 6. *p.* 15. *rec.* ubi quod mater ultimi defuncti excludat amitam, patruum &c. Ruin. *conſ.* 47. *num.* 6. *vol.* 3. ſub qua proximiorum apellatione indiſtincte veniunt tam agnati, quam cognati, ſive ſint deſcendentes, ſive tranſverſales, dummodo ſint magis propinqui ultimo defuncto. Riccius *in prax. p.* 1. *reſ.* 79. *num.* 4. & prout juxta veriorem decidit Rot. *d. deciſ.* 66. *num.* 2. *p.* 15. *rec.* & citat. Gabriel. *l. c. num.* 16. *verſ. contrarium eſt verius.* Bart. *in L.* 1. *in princ. ff. de privileg. cred.* Fulgin. *d. quæſ.* 1. *num.* 5. *&* 6. & alios etiamſi non ſint hæredes; per Rot. late *cit. deciſ.* 66. *per tot.* & hæc in emphyteuſi ex pacto, & providentia, quando devolvitur, ob tempus, aut generationes finitas &c. nam in hæreditaria ſufficit, quod quis ſit hæres ultimi defuncti, poſthabita proximitate ſanguinis. Rot. *d. deciſ.* 66. *num.* 12. Riccius *l. c. num.* 10. Gabr. *l. c. num.* 18. Rot. coram Merlin. *inter ejus ſelect. deciſ.* 531. *per tot. & deciſ.* 381. *n.* 13. *p.* 15. *rec.* 103 106

Ad petendam autem hujuſmodi renovationem proximioribus datur annus a die, quo ſciverint emphyteuſim eſſe finitam, quo tempore elapſo non amplius audiuntur. *cap.* 1. *tit.* 22. *quo tempore mil. inveſt. pet. deb. in lib.* 1. *feud.* Mantic. *de tacit. d. lib.* 22. *tit.* 32. *num.* 5. *&* 6. Clar. *in §. emphyteuſis. q.* 43. *ſub num.* 3. *verſ. quin imo.* Mareſc. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 3. *a num.* 15. Antonel. 104 107 108

de tem-

de tempor. legal. lib. 2. cap. 27. numer. 15. ubi ex cit. Mareſc. quod cum agatur de amiſſione juris, hæc ſcientia debeat plene, & concludenter probari cum ſuis qualitatibus, & ſic, quod proximiores ſciverint emphyteuſim fuiſſe reverſam ob lineam finitam, & citat Seraphin. *deciſ. 630. num. 1.* Riccium *in prax. p. 1. reſ. 79. num. 11. & 12.* qui etiam citat Rot. *deciſ. 7. de dol. & contum. in antiq.* Mohedan. *deciſ. 160. & alios.* imo etiamſi hanc devolutionem ſciverint, ſi tamen renovationem non petierint ob aliquod juſtum impedimentum, puta mortis, inimicitiæ capitalis, infantiæ &c. jus ſuum non amittunt. vide tex. & Gloſ. *in d. cap. 1.* Mantic. *loc. cit. num. 8.* Rot. *deciſ. 381. a num. 9. p. 15. rec. & DD. cit.* imo ſubdit Mantic. quod ſi alius agnatus, ſed remotior ſit interim inveſtitus, poſſit proximior illam alienationem intra annum revocare: ſi vero ſit inveſtitus extraneus, concedatur dicto proximiori tempus 30. annorum. Gloſ. *in cap. 1. §. Titius filios. in verb. per annum. tit. 26. ſi de feud. defuncti contentio ſit inter Dominum & agnat. in lib. 2. feud.* ubi dat rationem: quia quando eſt inveſtitus agnatus, licet remotior, cenſetur lapſu unius anni proximior conſentire: ſecus, quando extraneus eſt inveſtitus, quam gloſſam ſequuntur plurimi DD. apud Mantic. *l. c. verſ. quarto.* Mareſc. *d. c. 3. nu. 22.* Tiraquel. *de retr. lignag. §. 1. gl. 10. n. 9.* Et ſi unus proximior non petat, poſſunt petere ſequentes. Antonel. *l. c. n. 26.*

105 Hæc renovatio proximioribus concedenda eſt, etiamſi proximiores ſint fœminæ, quamvis ex tenore prioris inveſtituræ maſculi tantum vocentur, quia nihilo minus Eccleſia, aut alius Dominus directus tenetur proximioribus fœminis renovare. Riccius *d. reſ. 79. num. 5. & 6.* Mareſc. *d. cap. 3. n. 4. & 5.* apud quos Bero. *conſ. 98. & 99. l. 1.* & Rot. *deciſ. 176. n. 30. p. 5. rec. tom. 1.* etiam in concurſu maſculorum, ſed remotiorum. Antonel. *loc. cit. n. 5.*

106 Et ſi agnati petentes renovationem ſint plures in eodem gradu, illa omnibus æqualiter eſt concedenda, licet in priori inveſtitura unus tantum fuerit vocatus. Mareſc. *loc. cit. n. 7. & 8.* Riccius *nu. 3.* apud quos alii; & quod ad hunc effectum admittatur etiam jus repræſentationis, dicit Mareſc. *loc. cit. n. 31.* etiam in concurſu veri proximioris.

107 Prædicta limita, ut illa procedant ſolum in emphyteuſi finita in caſu generationis finitæ, ſecus in emphyteuſi caducata ob culpam emphyteutæ, v. g. ob non ſolutum canonem &c. Mareſc. *loc. cit. n. 10.* Riccius *n. 8.* Gabr. *de Jur. emphyt. n. 8. & 9.* quod ſublimitatur in vocatis in inveſtitura, quibus non poteſt alter præjudicare, ut ſupra diximus, plures ampliationes, & limitationes vide apud *DD. cit.*

108 Porro renovatio nihil mutat, nec dicitur nova inveſtitura, ſed antiquæ renovatio, & ideo a priori inveſtitura regulatur, & cenſetur facta juxta tenorem primæ, de quo Rubeus *in annot. ad deciſ. Rot. Rom. 26, num. 27. p. 3. rec.* ipſa Rot. *ibid. nu. 3.* Corbul. *de cauſ. privat. ob finit. lin. nu. 7.* imo renovatio debet fieri cum pactis in priori inveſtitura poſitis. Mareſc. ubi de communi. *loc. c. n. 6.* quod tamen intellige primo, quando renovatio fit ex neceſſitate, uti in proximiores &c. ut ſupra, ſecus ſi fit ex liberalitate Domini directi, cui erant bona devoluta, nam tunc non habetur ratio pactorum primæ inveſtituræ, ut diſtinxit Rota *deciſ. 603. num. 4. p. 1. rec. & deciſ. 176. num. 26. & 27. p. 5. rec. tom. 1.* ubi Alciat. *in L. ſi mihi, & Titio. n. 27. verſ. idque ſimpliciter his verbis. ff. de V. O.* Ruin. *conſ. 15. num. 11. lib. 1.* Menoch. *conſ. 593. n. 6. & 7.* & alii. Intellige ſecundo concluſionem procedere circa ipſa pacta in priori inveſtitura poſita, ſecus vero quoad qualitatem perſonarum, quibus fit renovatio; non enim eſt neceſſe, ut ſint ejuſdem qualitatis, cujus erant vocati in prima inveſtitura. Mareſc. *loc. cit.* ubi Bero. *conſ. 99. lib. 1.* Intellige tertio concluſionem procedere in renovatione ob generationem finitam, ſecus in nova conceſſione facta poſt emphyteuſim caducatam ob delictum &c. tunc enim non dicitur renovatio, ſed nova conceſſio, per Rot. *d. deciſ. 176. n. 35. & 36. p. 5. rec. tom. 1. & deciſ. 90. n. 9. p. 18. rec. tom. 1.* ſi nempe adſint nova pacta, alias ſecus. Bichius *deciſ. 517. n. 9.* Intellige quarto, niſi extraneus offerat majus pretium: tunc enim renovatio poteſt fieri agnato proximiori cum eadem conditione & pretio, quod extraneus offert. Antonel. *de tempor. legal. lib. 2. cap. 27. num. 33.* citans Ripam *in L. 1. ff. de privileg. cred.* Gabriel. *loc. concl. 1. numer. 28.* niſi res eſſet redacta ad culturam ab anteceſſoribus; quia tunc pro pretio antiquo agnatus proximior eſt præferendus, etiamſi ab extraneo majus offeratur. Antonel. *loc. cit.* & ibi Mareſc. *var. reſ. l. 1. c. 3. nu. 24.* niſi Eccleſia offerat melioramenta. *DD. cit.* vide tex. & ibi Abb. *n. 5. in c. ad aures, de reb. Eccleſ. non alien.* Bart. *in L. quicumque la. 2. C. de omn. agr. deſert. l. 11.* Cæſ. de Graſſ. *deciſ. 4. n. 10. & deciſ. 5. n. 1. de reb. Eccleſ. non alien.* Et alias quod emphyteuta non poſſit obligari ad majorem canonem re per ipſum meliorata, dixit Rota *dec. 11. n. 5. p. 2. rec.* tex. *in d. L. quicumque. la. 2. C. de omni agro deſerto. l. 11.* & ibi DD.

§. VI.

Miſcellanea Emphyteuſis, & Emphyteutæ.

Emphyteuſis privati, ſi eſt hæreditaria, & tranſit ad 109
Eccleſiam & ſic quando verſamur circa obligationem perfectam, tranſit cum eadem obligatione: ſi vero verſamur circa ea, quæ ortum habent in perſona ſucceſſoris, uti eſt mora, tunc attenditur privilegium ſucceſſoris, de quo Riccius *in prax. p. 2. reſ. 443.* Mareſc. *l. 1. var. reſol. cap. 77.* Et emphyteuſis laica tranſiens ad Eccleſiam quod non fiat Eccleſiaſtica, dicit Rot. coram Merlin. *deciſ. 872. n. 2. inter ejus ſelect.* niſi tranſeat ad Eccleſiam ex ſubrogatione bonorum Eccleſiæ, quia tunc ſubrogatum inducit naturam ſubrogati. Merlin. *loc. cit. num. 3.* late Riccius *in prax. emphyt. Eccleſ. p. 3. reſ. 162. per tot.*

Emphyteuſis relicta ab Eccleſia non venit in reſti- 110
tutione fideicommiſſi, licet fuerit conceſſa pro ſe, & filiis ſuis, niſi fuerit conceſſa pro ſe, & hæredibus quibuſcumque, vel fuerit conceſſa ab Eccleſia ſervata ſolemnitate in alienatione adhiberi ſolita, vel ſubſtitutus ſit de comprehenſis in inveſtitura, vel teſtator expreſſe gravarit filium, & hic adiverit hæreditatem ſine ulla proteſtatione, quia tunc cenſetur approbaſſe factum patris: vel niſi fideicommiſſum fuerit conſtitutum a primo acquirente. vide Fuſar. *de ſubſtit. quæſ. 630. per tot.* ubi citat Bart. *in L. ſi patroni. ff. ad Trebell.* Bal. *in L. cum virum. col. penult. verſ. ex hac igitur. C. de fideicom.* Anchar. jun. *q. 19. lib. 1.* Simon. de Præt. *de interpret. ult. vol. fol. 351. nu. 6.* Mantic. *de conjectur. lib. 7. tit. 9. n. 5.* Petra *de fideicom. q. 8. nu. 281.* Surd. *deciſ. 93. num. 15.* & alios. Limita in emphyteuſi conceſſa a Republica, juxta Bar. *in d. L. ſi patroni. ff. ad Trebell.* Mantic. *loc. cit.* Craſſ. *in §. fideicommiſſum. q. 51. n. 1.* Menoch. *de præſ. l. 4. præſum. 197. n. 12.* ſicut etiam conceſſa a privato. Magon. *deciſ. Lucen. 5. n. 23.* Trentacinq. *de ſubſtit. p. 4. cap. 8. n. 27.* Fuſar. *d. q. 630. n. 1. 16. & 17.* apud quos vide plures alias ampliationes, & limitationes.

Emphyteuſis conceſſa pro ſe, & filiis in infinitum, 111
vel deſcendentibus in infinitum cum pacto, quod ipſe inveſtitus, vel filii aliquid inter eos conventum acquirant Domino directi, tunc dicitur libera, & affrancata impleto pacto inveſtito, & filii poſſunt affrancare, licet pater non affrancaverit, quia tunc filii veniunt ex perſona ſua. de quo vide Rot. *dec. 558. p. 5. rec. tom. 2.*

Emphyteuta tenetur ad onera, & collectas Principi 112
ſolvenda, non vero Dominus directus. *L. 2. C. de Jur. emphyt.* ibi *publicarum functionum.* Corbul. *de cauſ. privat. ob non ſolut. can. ampl. 14. n. 2.* Coſta *de portion. ratæ. quæſ. 170.* niſi ſolvat canonem fructibus correſpondentem; tunc enim ambo tenentur pro rata. Clar. *in §. emphyteuſis. quæſ. 46.* Garz. *de expenſ. cap. 15. a nu. 14.* ille enim debet habere ſimilia onera, qui habet fructuum commodum. Oſaſc. *deciſ. pedem. 83. n. 6.* Sperel. *deciſ. 41. n. 26.* non obſtante pacto in contrarium ab emphyteuta cum Domino directo inito, quod nempe non ipſe emphyteuta, ſed Dominus ad ſimilia onera teneatur, quia idem eſt, ac ſi non eſſet initum. tex. *in L. jus emphyteutici prædii. C. de fund. patrim. l. 11. L. fin. C. ſine cenſu & reliq.* Ciarlin. *contr. for. c. 24. n. 19.* Rot. *deciſ. 23. n. 8. p. 5. rec. tom. 1.* limit. primo niſi pactum hoc fuiſſet a Principe confirmatum, ut probant *textus & DD. cit.* Limit. ſecundo, quia tale pactum non confirmatum a Principe cenſeretur nullum ſolum

lum in favorem fiſci, ut probat tex. *in L. inter debitorem. ff. de pact.* ibi *inter debitorem, & creditorem convenerat, ut creditor onus tributi prædii pignorati non agnoſceret, ſed ejus ſolvendi neceſſitas ad debitorem ſpectaret; talem conventionem NB. quantum ad fiſci rationem non eſſe ſervandam reſpondi.* Ciarlin. & Rot. *ll. cit.* quoad ipſos tamen contrahentes, hoc pactum foret validum, & ſervandum, ut probat tex. *in L. epiſtolam. §. pactum. ff. de pact.* gloſ. *in d. L. jus emphyteutici. C. de fund. patrim. lib.* 11. *& in d. L. fin. C. ſine cenſu & reliqu. in verb. retinere. DD. cit.* apud quos Valaſc. *de jur. emphyt. q.* 17. *n.* 28. & alii.

113 An vero emphyteuta Eccleſiaſticus poſſit per principem ſæcularem collectari ratione ſui utilis Dominii, non conveniunt DD. quorum multi affirmativam defendere conantur, quos videre poteris apud Ciarlin. *contr. for. cap.* 17. *num.* 107. & apud infra citandos, Menoch. *de arbitr. caſ.* 180. *num.* 8. Felician. Oliva *de for. Eccleſ. p.* 1. *q.* 34. *nu* 50. & alii ea ratione ducti, quod illud dominium utile reputetur laicale: verum pro veritate negativam defendunt Andr. Fachin. *lib.* 1. *contr. jur. cap.* 91. Sperel. *deciſ.* 41. *num.* 25. & expreſſius *in deciſ.* 121. *a num.* 77. Ciarlin. *d. cap.* 17. *num.* 108. & fuſius *in cap.* 129. *per tot.* apud quos Bart. *in L. privatæ. num.* 2. C. *de excuſat. muner. lib.* 10. Oddus *conſ.* 70. *per tot. & num.* 31. ubi quod hæc ſit verior, magis æqua, & ſecura. Sylvan. *conſ.* 9. *per tot.* Marc. Anton. Eugenius *conſ.* 96. *num.* 23. *lib.* 1. Jaſ. *in auth. quas actiones. num.* 42. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* quos cum aliis ſequitur Rot. *in una Ravennat. emphyteuſis coram Merlino ann.* 1631. *Veneris.* 28. *Martii. num.* 17. quæ eſt *deciſ.* 42. *p.* 6. *rec.* quam refert & ſequitur etiam Thom. del Bene *de immun. Eccleſ. p.* 1. *cap.* 7. *dub.* 1. *ſect.* 2. *num.* 21. *& p.* 2. *cap.* 10. *dub.* 16. *nu.* 40. *&* 55. late probat Conciolus *allegat. for.* 14. *a num.* 3. Jo. Franc. Leo *in theſaur. for. Eccleſ. p.* 4. *cap.* 1. *num.* 102. *ſeqq.* apud quos plurimi alii. tum quia dominium utile ſequitur dominium directum, & eſt ejuſdem naturæ, ut dixim. in verb. *decimæ n.* 116. & in verb. *Domin. num.* 8. tum quia quoties Dominus ad collectas non tenetur, non tenetur etiam emphyteuta. bonus tex. *in L. privatæ. C. de excuſat. muner. lib.* 10. ubi emphyteuta Principis ad illas non tenetur, quia nec ipſe Princeps tenetur, plura vide apud *DD. cit.* qui contrariis etiam reſpondent, & quod non valeat conſuetudo in contrarium etiam immemorialis, late probat Sperel. *d. deciſ.* 121. & aliis tanquam damnata a ſacris Canonibus, a Bulla Cœnæ & a Jure Civili *in auth. Caſſa. C. de ſacroſ. Eccleſ.*

114 Similiter quod emphyteuta Eccleſiæ non fiat de foro Eccleſiaſtico, cum non negat, ſed recognoſcit dominium Eccleſiæ, & tantum eſt lis de utili dominio cum alio laico prætendente ſe eſſe emphyteutam, quia ſequitur tanquam acceſſoria perſonam tanquam principalem, & utile dominium tanquam quid laicale poſſit ſubjici Judici Laico, quando non agitur de præjudicio Eccleſiæ, ut in præſenti quæſtione, tenent Mynſing. *centur.* 4. *obſ.* 95. & pluribus Doctoribus, & rationibus late defendit Ciarlin. *contr. for. cap.* 17. *per tot.* qui tamen admittit eſſe locum præventioni: ſed quod imo etiam tunc ſolus Eccleſiaſticus ſit Judex competens, decidit ſæpius Rota, ut *in una Roman. domus* 19. *Januarii* 1611. *coram Coccin.* quæ inter ejus ſelect. eſt *deciſ.* 574. ubi contraria late reſolvit, quam poſtea in contingentia caſus ſemper Rota ſecuta eſt, ut *in d. Ravennat. Emphyt.* quæ eſt *deciſ.* 42. *in p.* 6. *rec.* & quidem utraque parte informante; & ut diximus in verb. *Decimæ num.* 116. *& in una Romana Vineæ*, poſita poſt tract. Statil. Pacif. *de ſalvian. deciſ.* 239. *num.* 6. item *in deciſ.* 472. *p.* 2. *rec.* & alia apud Cyriac. *contr. for. cap.* 12. *numer.* 67. 68. DD. apud Gratian. *diſc. for. cap.* 447. *num.* 22. *ſeqq.* ubi quod propter auctoritatem Rotæ difficile eſſet ab hac opinione recedere. Fagnan. *in cap. nullus. n.* 47. *de for. compet.* late probat Thom. Del Bene *de immun. Eccleſ. p.* 2. *cap.* 10. *dub.* 16. *per tot.* apud quos plurimi alii: tum quia dominium utile non ſeparatur a dominio directo; tum quia intereſt Eccleſiæ videre, & ſcire, ac judicare quemnam habeat emphyteutam, & ſic agitur de illius præjudicio &c.

115 Ultimus de generatione habens facultatem nominandi unam perſonam, ſi decedit ſine teſtamento, cenſetur nominaſſe venientes ab inteſtato. Gratian. *deciſ. March.* 135. *num.* 11. *&* 12. *verſ. in nominationem*, & alii apud Bichium *deciſ.* 61. *num.* 2. ubi etiam Sanch. *reſponſ. moral. lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 33. *num.* 1. *ante med.* tex. *in L.* 4. *C. de contrab. & commit. ſtipul.* Gomez. *var. reſ. tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 7. *verſ. quarta concluſio.* niſi emphyteuſis fuerit limitative conceſſa ad certam generationem, & in qua jus nominandi ſub conditione expreſſa, vel tacita concipitur. Bich. *loc. cit. num.* 3. De Luca ad Gratian. *deciſ. Marchiæ. in d. deciſ.* 135. *num.* 4. ubi *num.* 7. quod in primo caſu emphyteuſis ſpectet ad natu majorem, & inter alios citat Fuſar. *de ſubſtit. q.* 505. *num.* 3.

Emphyteuta expulſus ob non ſolutum canonem, 116
non poteſt a Domino directo obligari ad ſolvendas penſiones temporis præteriti, niſi hoc jus ſibi expreſſe reſervaverit. Menoch. *lib.* 3. *præſ.* 112. *num.* 12. *&* 28. Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 56. *num.* 6. limita in emphyteuſi Eccleſiaſtica, quia eſt ſpeciale, quod favore Eccleſiæ poſſit utrumque conſequi. *auth. qui rem. C. de ſacroſ. Eccleſ.* Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 27. *num.* 72. Menoch. *de præſump. lib.* 3. *præſ.* 112. *nu.* 26. Antonel. *l. c.* Clar. *in §. emphyteuſis. q.* 10. *n.* 2.

Imo Eccleſia habet privilegium, quod eidem em- 117
phyteuta teneatur ſolvere canonem, licet contractus fuerit nullus ob non ſervatas ſolemnitates. Riccius *in prax. p.* 1. *reſol.* 126. quem vide & in verb. *Eccleſia ſupra.*

Non ſolvens canonem amittit non ſolum rem em- 118
phyteuticam, ſed etiam fructus, quos tamen non amittit a die moræ, ſed a die declarationis Domini directi eſſe locum caducitati. Beninten. *in concl. ſeu deciſ. Bononien.* 37. *per tot.* relatus a Seraphin. *de privileg. juram. privileg.* 84. *num.* 12. & a Vivio *in ſylva com. opinion. opin.* 238. *num.* 5. Et cadit a jure ſuo ob non ſolutum canonem non ſolum emphyteuta privatus, ſed etiam Eccleſia, ſi illa poſſideat res emphyteuticas, & canonem non ſolvat. Seraphin. *loc. cit. num.* 14. *verſ. quarto. amplia.* eidem tamen competit reſtitutio in integrum. Antonel. *de tempor. legal. d. lib.* 2. *cap.* 55. *num.* 17. ubi Speculat. *de emphyt. §. nunc aliqua. verſ.* 15. *num.* 26. Ruin. *conſ.* 111. *num.* 7. *lib.* 1. & ut de minore dicit Ciarlin. *cap.* 58. *num.* 5. *&* 14. quod tamen limitat Seraph. *loc. cit.* ſi emphyteuſim haberet ab alia Eccleſia, ex quo reſtitutio in integrum non concedatur contra pariter privilegiatum, ubi etiam, quod Prælatus ob non ſolutionem non poſſit præjudicare Eccleſiæ, ut res dicatur incidere in commiſſum. ad tex. *in cap. conſtitutus, de relig. domib. §. cum autem.* & emphyteuſi pluribus conceſſa dividualiter, puta duobus fratribus, ſi illorum unus in minori ætate conſtitutus non ſolvat canonem, & reſtituatur in integrum a pœna caducitatis, illa reſtitutio non prodeſt fratri majorenni pro ſua parte. Ciarlin. *l. c. num.* 15. Corbulus *de cauſ. privat. ob non petit. inveſtit. num.* 32.

In emphyteuſi quando habeat locum jus accreſcen- 119
di, vide Clar. *in d. §. emphyteuſis. q.* 39. Rot. *deciſ.* 435. *a n.* 1. *p.* 1. *rec.* late Bellon. *de Jur. accreſcend. cap.* 6. *q.* 38. *per tot.*

Quod emphyteuſis conceſſa ob benemerita, dicatur 120
conceſſa ex titulo oneroſo, diximus *ſupra num.* 44. de cætero, quod ad videndum an ſit conceſſa ex titulo lucrativo, vel oneroſo, non ſit habenda ratio canonis parvi ſolvendi, ſed quod illo non obſtante poſſit dici conceſſa ex titulo lucrativo, dicit Bellon. *de Jure accreſ. d. cap.* 6. *q.* 38. *num.* 197. ſecus ſi ſit conceſſa magno pretio, etiamſi pecunia data non æquivaleat juſto pretio: vel ſi impoſita fuit annua penſio fructibus correſpondens: & aliis caſibus, de quibus Bellon. *loc. cit. a num.* 173.

An ultimus emptor rei emphyteuticæ teneatur ſolve- 121
re canones ab ejus prædeceſſore, ſeu venditore non ſolutos? vide affirmativam apud Antonel. *de tempor. legal. lib.* 2. *cap.* 56. *n.* 7. ubi citat Fab. *in ſuo Cod. lib.* 4. *tit.* 42. *de emphyt. defin.* Maſtril. *deciſ.* 171. *num.* 15. Cancer. *var. p.* 1. *cap.* 11. *num.* 92.

Emphyteuſim alienatam Dominus poteſt revocare 122
inter decem annos, quibus elapſis licentiam conceſſiſſe præſumitur Cyriac. *contr. for.* 309. *num.* 12. Gabr. *com. concl. tit. de præſump. concl.* 1. *num.* 1. *&* 2. Antonel. *loc. cit. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 3. quæ licentiæ conceſſio tamen tunc præſumitur, quando conſtat, quod Dominus hanc alienationem ſciverit, & intra hoc tempus

non

non revocavit. DD. apud Antonel. *loc. cit. num.* 4. Et ſicut Domino competit jus prælationis in emptione rei emphyteuticæ, ut per Antonel. *ibid. n.* 1. *&* 2. De Luca ad Gratian. *ut infra. n.* 1. ita etiam competit jus Prælatis in retractu dictæ rei aliis venditæ. Gratian. *diſc. for. cap.* 903. *num.* 1. ubi Rota. Antonel. *l. c. num.* 5. ubi etiam *num.* 7. quod ſi Dominus ſit minor, reſtituatur adverſus lapſum temporis. & ibi Cancer. *lib.* 2. *c.* 1. *n.* 7.

123 Quod Dominus directi recipiens canonem poſt devolutionem per biennium aut alienationem cenſeatur illam remittere, diximus in verbo *Dominus*. vide late Menoch. *de præſum. lib.* 3. *præſ.* 112. *per tot.* Et quod Prælatus ſine conſenſu Capituli poſt caducitatem recipiens penſionem non poſſit præjudicare Eccleſiæ, quo minus poſſit emphyteutam talem expellere, dicit gloſ. *in cap. potuit. verb. expelli, de locat.* Vivius *in ſylva commun. opinion. opin.* 238. *num.* 11. *verſ. limitatur ſimiliter.* Clar. *in §. emphyteuſis. q.* 10. *num.* 3. Menoch. *loc. cit. numer.* 17. plura de materia emphyteuſis vide apud Clar. *in tot. cit. §. emphyteuſis.* & apud Mantic. *de tacit. tot. lib.* 22.

Praxim emptionis, vide in verb. *Venditio*.

EPISCOPUS.

Praxis Epiſcopi.

§. I.

Quoad abſolutionem.

1 Epiſcopus abſolvit ab excommunicatione lata a Jure, ſed nemini reſervata. *cap. nuper, de ſent. excom. §. in ſecundo vero caſu*, ibi: *quia tamen conditor canonis ejus abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit &c.* Covarruv. *in cap. alma mater, de ſent. excom. p.* 1. §. 12. *num.* 4. Fagnan. *in d. cap. nuper. num.* 16. ubi quod id procedat non ſolum in Epiſcopo, ſed etiam in alio ſacerdote, ita ut excommunicatus per ſtatutum Epiſcopi poſſit a proprio ſacerdote abſolvi, quando Epiſcopus ſibi excommunicationem non reſervavit. Gonzal. *in d. cap. nuper. numer.* 3. P. Pirhing *in d. tit. §.* 3. *numer.* 128. *verſ. notan. quarto. ſect.* 4. *& ſect.* 5. §. 1. *n.* 141.

2 Similiter Epiſcopus abſolvit ab excommunicatione majori, quam aliquis incurrit communicando cum excommunicato in crimine, propter quod fuerat a dicto Epiſcopo excommunicatus. v. g. Epiſcopus excommunicat ſuum Parochianum propter delictum, & Parochianus alterius ei in delicto communicat, favorem impertiendo, conſilium, aut auxilium in dicto crimine impendendo &c. talis non abſolvitur a ſuo Epiſcopo, ſed ad Epiſcopo excommunicante, quia tunc in illum videtur delinquere, ſecus ſi communicaret extra delictum, quia tunc abſolveretur ab excommunicatione minori, quam tunc incurrit vel a ſuo Epiſcopo, vel proprio ſacerdote. gloſ. *in d. cap. nuper. in princ. & in verb. tunc erit.*

3 Non abſolvit ab excommunicatione majori ab homine, puta ab alio Epiſcopo lata, a qua de Jure communi ſolum abſolvere poteſt, qui eam tulit, aut ejus ſuperior, vel ſucceſſor, aut ejus delegatus. P. Pirhing *cit. loc. num.* 143. ubi Avil. *p.* 2. *c.* 7. *diſp.* 1. *dub.* 9.

4 Non poteſt juxta aliquos abſolvere ab excommunicatione lata in Bulla Gregor. XIV. contra turbantes immunitatem Eccleſiaſticam per violentam extractionem confugientium ad Eccleſias. Mar. Ital. *in tract. de immun. Eccleſ. c.* 6. §. 2. *n.* 3. Farin. *eod. tr. cap.* 20. *n.* 315. Duard. *in Bull. cœn. Dom. can.* 15. *q.* 16. Philiuc. *mor. tom.* 1. *tr.* 15. *cap.* 6. *nu.* 155. Lavor. *in tract. de indulg. & Jubil. p.* 2. *cap.* 21. *nu.* 90. Quarant. *in ſum. Bullar. in verb. caſus reſervati.* Peregrin. *de immun. Eccleſ. cap.* 15. *num.* 9. *verſ. ſed contra n.* 10. 11. *& ſeq.* Dian. *mor. p.* 6. *tr.* 1. *reſol.* 34. *verſ. & tandem.* quos refert Ciarlin. *contr. for. cap.* 155. *nu.* 6. quibus addo Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 167. ubi Sacr. Congr. Car. Anton. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. p.* 2. *verb. immunitas. cap.* 1. ubi de veriori. *& in verb. abſolutio. cap.* 3. *verſ. poſtea.* De Luca ad Gratian. *infra citand. a n.* 2. Sperel. *deciſ.* 105. *num.* 43. ubi quod Genuenſ. *infra citandus* graviter lapſus ſit contrarium defendendo, & gravius alios in ſuum errorem traxerit, quem vide; & ſe fundant partim *in cap.* 3. *de pœnit. & remiſſ. inter extravag. communes.* ubi Paulus II. diverſos ſibi reſervat caſus, inter quos primus numeratur, *offenſa Eccleſiaſticæ libertatis.* partim *in Decreto Clem. VIII. dat. Romæ die* 9. *Januar.* 1601. incip. *ſacra Congregatio*, cum declaratione ejuſdem *ſub* 26. *Novembr.* 1602. quod fuit innovatum a Paulo V. *ſub die* 7. *Januar.* 1617. ut apud Lavor. *in tract. de indulg. & jubil. p.* 2. *cap.* 27. teſte Ciarlin. *d. cap.* 155. *num.* 2. ubi fuit poſitum, & declaratum, ut Confeſſarii, quicumque illi ſint, non poſſint abſolvere a quibuſdam caſibus, inter quos ponitur *violatio immunitatis Eccleſiaſticæ.* quibus accedit, quod extrahentes per vim fugientes ad Eccleſiam, facere videantur contra Bullam Cœnæ, in qua excommunicantur violantes libertatem Eccleſiaſticam, & facit etiam Sacr. Congr. declaratio relata a Ciarl. & Dian. *ll. cit.* ob cujus auctoritatem difficile eſſet ab hac opinione recedere; quæ etiam tutior eſt, & ideo ſi facile fieri poſſet, eſſet recurrendum ad ſum. Pontif. maxime ab illis, qui non ſunt in poſſeſſione abſolvendi in ſimili caſu.

Nihilo minus, quod in hoc caſu abſolutio pertineat, aut dari poſſit ab Epiſcopo, facta tamen prius reſtitutione, non pauci Doctores tanquam probabile defendunt, quos citat, & ſequitur Ciarlin. *d. cap.* 155. *a n.* 10. inter quos Genuen. *prax. Archiep. cap.* 17. *numer.* 12. *in mea impreſſ.* Guazzin. *ad defenſ. reor. defenſ.* 1. *cap.* 30. *num.* 8. Barboſ. *de offic. Epiſc. alleg.* 51. *num.* 72. Riccius *in prax. p.* 2. *reſ.* 333. *numer.* 1. *in fin.* ubi quod ita ſit in praxi tenendum. Gratian. *diſc. for. cap.* 414. *nu.* 4. 12. 13. *&* 14. Homobon. *de exam. Eccleſ. p.* 2. *tr.* 11. *cap.* 12. *quæſ.* 26. *ſupp.* 3. ubi de communiori *verſ. porro certum. pag.* 405. & alii plurimi; quibus addo Thom. Del Bene *de immun. Eccleſ. p.* 2. *cap.* 16. *dub.* 38. *ſect.* 1. *&* 2. quia talis cenſura nullibi reperitur Pontifici reſervata: non *in cit. textibus & Decretis Pontificiis*, tum quia loquuntur tantum de violantibus libertatem Eccleſiaſticam, non vero de violantibus immunitatem: aliud eſt autem lædere libertatem Eccleſiaſticam, & aliud lædere immunitatem Eccleſiaſticam; libertas enim Eccleſiaſtica refertur ad perſonas, immunitas vero ad loca: tum quia illa Decreta Pontificia loquuntur tantum de Confeſſariis, non autem de Epiſcopis. vide *DD. cit.* & quod lædens immunitatem Eccleſiaſticam non incurrat excommunicationem latam, & reſervatam in Bulla Cœnæ dicunt Gratian. Ciarlin. & Del Bene *ll. cit.* apud quos plurimi alii, quod ultimum tamen ibi limitant, niſi factum fuiſſet ſtatutum diſponens, & permittens extractionem hanc, tunc enim non tantum immunitas, ſed etiam libertas Eccleſiaſtica læderetur. Vides ergo amice Lector hanc quæſtionem hinc inde agitari. hinc Ciarl. *loc. cit. numer.* 10. *verſ. Verumtamen*, non putat damnandos illos qui abſolvunt, maxime ſi ſunt in poſſeſſione abſolvendi, ac in partibus Roma diſtantibus, ſuadet tamen, ut illi, qui non ſunt in poſſeſſione, abſtineant, maxime ſi Roma non diſtant. Et quamvis ad citatas Declarationes Sacr. Congr. reſpondeant, de illis non conſtare authentice, cum ſuis requiſitis, ut ſupra diximus in verbo *Declaratio*, non poteſt tamen negari, quod non faciant opinionem probabilem, tutiorem, ac conſulendam, ut dicit Del Bene *l. c. n.* 12. & qui non credit Doctoribus gravibus, dum allegant Declarationes Sacr. Congregationis, ſi ſunt amantes veritatis, Romam conſulant, & ibi veritatem invenient.

Ab excommunicatione Papæ reſervata, regulariter 5
non poteſt abſolvere. Pirhing *lib.* 5. *decret. tit.* 39. *de ſent. excom. num.* 142. & DD. paſſim, ſic non poteſt hodie abſolvere hæreticos etiam occultos, quia facultas Epiſcopis conceſſa in Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de reform.* eſt revocata per Bullam Cœnæ Domini, ut dicemus infra, in verb. *Hæreticus*. Limita primo in excommunicatis, qui non poſſunt ire Romam, etiam hæreticis. Dian. ubi DD. *p.* 4. *tr.* 4. *reſ.* 58. Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 8. *cap.* 6. *a n.* 1. Laym. *in Theol. mor. lib.* 1. *p.* 2. *tr.* 5. *cap.* 6. *numer.* 3. Barboſ. *de offic. Epiſc. alleg.* 41. *numer.* 6. Quamvis Bonacin. *de cenſur. in comm. diſp.* 1. *q.* 3. *punc.* 2. *numer.* 4. *verſ. ego vero.* contra Henriquez. Duard. Avil. & alios, quos ſequitur Dian. *loc. cit.* velit, quod, ſi facile fieri poſſit, teneatur excommunicatus mittere Romam ſaltem Epiſtolam, pro obtinenda ibidem abſolutione: imo aliqui

ex *DD. tit.* volunt, quod si impedimentum non sit perpetuum, debeat ab Episcopo absolutio dari cum obligatione se sistendi Romam sublato impedimento, imo etiam, quod non possit Episcopus absolvere, si possit adiri Nuncius. quos vide. Limit secundo in omnibus Episcopis, qui possunt absolvere Clericos collegialiter viventes excommunicatos ob percussionem etiam gravem, non tamen atrocem; quia ratione communionis facilius rixantur. *cap. quoniam, de vit. & honest. Cler.* Sylvest. *verb. absolutio.* 4. *num.* 3. Dian. *part.* 9. *tr.* 4. *res.* 56. Bonac. *de censur. disp.* 2. *q.* 4. *punc.* 5. *num.* 9. Sicut etiam, impuberes, mulieres, senes, ob difficilem accessum ad Curiam. Idem *res.* 54. *& seqq.* Ita pauperes, valetudinarios. Item omnes, cum percussio est levis, vel occulta. Item *res.* 63. Quando vero percussio dicatur gravis, vel levis, remittitur arbitrio Judicis ex circumstantiis temporis, & loci. Dian. *d. part.* 9. *tr.* 4. *res.* 45. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 8. *cap.* 5. *a num.* 2. Bonacin. *loc. cit. num.* 8. In dubio, percussio præsumitur potius levis, quam gravis. Abb. *in cap. cum in illorum, de sent. excom.* ubi Innoc. & glos. Contrarium tenet Suarez *de cens. disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 88. apud Dian. *loc. cit.* ubi DD. quos ipsemet Dian sequitur. Bonacin. *loc. cit. vers. mediocris.* quod judicare debebit Episcopus, nec erit opus recurrere ad summum Pontif. juxta *DD. cit.* Dicitur levis, si nullam maculam, vel sugillationem post se reliquit, licet percussio fuerit publice facta. Barb. *d. alleg.* 41. *num.* 3. Limit. tertio, quia Episcopus potest tales percussores absolvere, quando adest legitimum impedimentum eundi Romam. Justa impedimenta sunt, cura animarum, uxor, filii, inimicitiæ capitales, infirmitas, minorennis ætas. Dian. *l. c. res.* 47. *& p.* 2. *tr.* 16. *res.* 23. Barbos. *loc. cit.* & plures casus videre poteris apud Carol. de Grassis *de effect. cleric. eff.* 9. *a num.* 158. *seqq.* Bonacin. *d. disp.* 2. *a nu.* 9. *seqq.* & *DD. cit.* ubi etiam, an & quando possit absolvere Regulares.

6 Potest absolvere post Conc. Trid. *sess.* 24. *de reform.* ab irregularitate ob delictum occultum deductum ad forum contentiosum, si reus per sententiam fuit absolutus. Dian. *p.* 7. *tr.* 2. *res.* 18. Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 34. *num.* 57. Bonacin. tamen *de Censur. disp.* 7. *q.* 5. *punc.* 1. *num.* 5. *vers. hæc doctrina.* cum quo Suarez *de censur. disp.* 41. *sect.* 2. *num* 6. Id solum admittit, quando delinquens fuit absolutus, quia nihil fuit contra illum probatum, nam tunc delictum remanet occultum, secus si fuisset delictum saltem semiplene probatum, quamvis non sufficienter ad condemnandum, nam tunc oritur aliqua infamia, quæ facit, ut delictum non possit amplius dici occultum. vide DD. relatos a Barbos. *de offic. Episc. alleg.* 39. *a num.* 29. *&* 32. ubi quando delictum dicatur occultum, & infra *a numer.* 39. An absolvat a juramento &c. vide infra verb. *Habilitatio.*

§. II.

Quoad alienationem.

7 Quoad alienationem bonorum Ecclesiæ, tenetur illam ratam habere, si fuit facta a prædecessore, qui Ecclesiam hæredem instituit. Barb. *de offic. Episc. alleg.* 115. nam ex ea persona, ex qua quis lucrum capit, pro ea parte, qua illam repræsentat, non potest venire contra illius factum. *L. ex qua persona* 192. *ff. de R. J.* tum quia hæres videtur contrahere cum testatore ad effectum adimplendi ejus voluntatem. Barb. *loc. cit.* plura vide supra verb. *alienatio.*

§. III.

Quoad administrationem.

8 Episcopus electus, & confirmatus, potest administrare ea, quæ sunt Jurisdictionis spiritualis, quamvis non sit consecratus. DD. apud Riccium *in prax. p.* 2. *resol.* 136. imo etiam licet non fuerit missus in actualem possessionem. *argum. cap. nosti. cap. transmissam. & c. qualiter, de elect. cap. avaritiæ, eod. in* 6. Abb. *in d. cap. transmissam.* Felin. *in cap. ne Dei, de simon.* Capell. Tholos. *decis.* 444. *n.* 1. Lambertin. *de Jurep. p.* 3. *lib.* 2. *q.* 11. *art.* 6. *&* 7. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 16. *nu.* 6. Garz. *de Benef. p.* 5. *cap.* 4. §. 3. *num.* 243. S. Congr. & DD. quamvis aliqui apud eundem contrarium teneant, modo litteræ Apostolicæ fuerint extensæ, & communicatæ Capitulo. *cap. injunctæ, de elect. in extravag. commun.* Garz. *loc. cit.* ubi Rota, quam ibi ponit per extensum, ubi vide & ut supra verb. *Beneficium. n.* 157. nam antea Capitulum non tenetur desistere ab administratione. Hinc etiam non consecratus potest concedere indulgentias ad tempus. Riccius *res.* 306. *in p.* 2. dummodo sit confirmatus, ut ibid. *n.* 4.

Ante confirmationem vero, non potest administrare, aliter cadit jure suo. *cap. nosti, & cap. qualiter, de elect. cap. avaritiæ. eod. in* 6. Limit. in Episcopis Germaniæ, si electio fuit facta in concordia, ob distantiam, & Ecclesiarum necessitatem. *capit. nihil, de elect. in* 6. VVintzler, *de Jur. Episc. German. tit.* 5. vide Verb. *electio. num.* 46. ad confirmationem, qualis debeat præcedere inquisitio, vide infra verb. *Processus.* & P. Pirhing *lib.* 1. *tit.* 6. *sect.* 7. §. 4. Licet non sit consecratus, sed tantum confirmatus, cognoscit, an reus gaudeat immunitate. DD. apud Dian. *p.* 6. *tr.* 1. *res.* 30. *q.* 2. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *sub n.* 157. 9

Cum Capitulo debet decernere ea, quæ ad spiritualem Ecclesiæ gubernationem pertinent. Potest compellere Clericos ad assistendum, & recitandum Divinum Officium in choro, juxta Concil. Trid. *sess.* 24. *c.* 12. *de reformat.* Potest etiam distributionum quantitatem decernere interessentibus, cujus jacturam faciant etiam Canonici non residentes. Bonac. *de hor. canon. disp.* 2. *q.* 4. *pun.* 1. Imo Capitulum ipsum, etiam sine consensu Episcopi, id facere potest. Bonac. *l. c. n.* 4. *in fin.* 10

§. IV.

Quoad Beneficia.

Episcopus conferens scienter Beneficium indigno, non tantum peccat mortaliter, sed etiam tenetur Ecclesiæ de damnis, & interesse, & ad fructuum a Beneficiato perceptorum, restitutionem. Felin. *in cap. si quando, n.* 7. *de resc.* Navar. *de reddit. Eccles. q.* 2. *monit.* 23. Covar. *in reg. peccatum. p.* 2. §. 7. *n.* 2. Vivian. *de Jurepat. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 126. Sperel. *dec.* 112. *num.* 85. Si tamen subesset spes discendi, posset tolerari illiteratus. Idem Sperel. *num.* 78. *& seqq. &* 86. Conferens Beneficium, potest ante collationem exigere jutamentum de non renunciando seu resignando cum pensione, aut in favorem, sed libere, ut contra Navar. *cons.* 1. *ut Eccles. Benef.* Paris. *de consid. q.* 52. Ugolin. *de simon. tab.* 1. *cap.* 8. §. 3. *num.* 2. defendit. Garz. *de Benef. p.* 8. *cap.* 2. *num.* 29. *& seqq.* 11

Post quadrimestre confert Beneficia Jurispatronatus jure devoluto, (sermo est de Jurepat. Laicorum) ut fusius dicemus in verb. *Juspatronatus.* Non potest tamen illud ad se devolutum subjicere servituti sine Beneplacito Apostolico. Riccius *in prax. p.* 3. *res.* 483. apud quem Rota. In præsentatione a pluribus facta, quando adest paritas votorum, potest aggratiare, secundum aliquos: sed veritas est, quod debet instituere digniorem. *cap.* 3. *de Jurepat. cap. si forte. dist.* 63. Lambertin. *de Jurepat. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 26. Rochus *eod tit. verb. honorificum. q.* 16. Riccius *in prax. Jurispat. res.* 217. *in p.* 1. & ut infra in verb. *Præsentatio.* & supra in verb. *Beneficium. num.* 116. & in verb. *Juspatr. in* §. *de institutione.* tenetur instituere præsentatum, licet a patrono fuerit præsentatus minus dignus, omisso digniore. Garz. *de Benef. p.* 9. *cap.* 2. *nu.* 257. *&* 269. non tenetur instituere præsentatum absentem, licet ejus notitiam habeat, nisi præsentatus personaliter compareat, & examen subeat. Garz. *de Benef. p.* 4. *cap.* 1. *num.* 18. & ut supra in verb. *Absens. num.* 4. Potest tamen, si velit, licet præsentatus sibi esset ignotus. Abb. *cons.* 76. Roch. *loc. cit. q.* 6. Lambertin. *p.* 1. *lib.* 2. *q.* 11. *de Jurepatr.* Garz. *loc. cit.* & ut infra verb. *Juspatronat. quoad Jus præsentandi.* 12

Non potest sub pœna suspensionis confetre Beneficia reservata Papæ. Riccius *in prax. reservat. p.* 3. *res.* 381. Et conferens reservata virtute alternativæ, amittit Beneficium alternativæ, licet ignoraverit, si ignorantia fuit juris; secus si facti, sed probabilis, puta, quia nescivit defunctum esse officialem Pontificis. Garz. *de Benef. p.* 5. *cap.* 1. §. 10. *in princ. & num.* 481. *&* 738. ubi, quod cum hæc sit pœna, ab illa quælibet causa etiam 13

non

non juſta excuſet, ponitque ibi diverſas Rotæ deciſiones. Poteſt tamen conferre virtute alternativæ, quando con conſtat, an Beneficiatus fuerit mortuus in menſe Pontificio, vel Epiſcopali, quia pro Epiſcopo ſtat præſumptio, & poſſeſſio; habet enim fundatam intentionem in jure communi conferendi omnia Beneficia ſuæ Diœceſis, & reſervatio eſt odioſa. Garz. *de Benef. loc. cit. num.* 527. *ſeqq.* ubi late & ſupra in verb. *Beneficium. num.* 60. Neque poteſt Epiſcopus admittere, vel expedire permutationes Beneficiorum reſervatorum Pontifici. Rot. *dec.* 1. *de rer. permut.* Felin. *in cap. cum in noſtra, num.* 12. *de reſc.* Caſſad. *deciſ.* 1. *de rer. permut* Tuſch. *litt. P. concl.* 307. Garz. *de Benef. p.* 11. *cap.* 4. *nu.* 82. apud quem alii, & Mantic. *de tacit. lib.* 25. *tit.* 9. *numer.* 12. ubi late. Ratione alternativæ poteſt etiam conferre Beneficia, quæ ſunt extra ſuam Diœceſim, quia regula non limitat. vide Garz. *p.* 5. *cap.* 1. §. 12. *num.* 705. ubi Rota.

14 Non poteſt extinguere Beneficia & illorum reditus alicui pro loco applicare, quia non poteſt præjudicare Eccleſiæ in jure quæſito, tum quia eſt tantum adminiſtrator, non dominus. DD. apud Riccium *reſ.* 611. *p.* 1. Neque poteſt poſt Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de reform.* derogare qualitatibus in fundatione Juriſpatronatus appoſitis, etiam pro una vice, etiam de conſenſu Patronorum, niſi concurrat conſenſus ipſius fundatoris. Rot. & S. Congreg. apud Ciarlin. *cap.* 1. *num.* 90. Garz. *de Benef. p.* 7. *cap.* 1. *num.* 107. Monet. *de commut. ult. volunt. cap.* 10. *q.* 5. *num.* 351. Farin. *dec.* 216. *num.* 5. *p.* 2. *rec.* idem Ciarlin. *cap.* 211. *numer.* 60. ubi Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.* 11. *numer.* 4. & *q.* 47. *numer.* 64. *ſeqq.* & alii; niſi adſit juſta, & neceſſaria cauſa, ut quia alias mens fundatoris impleri non poſſet &c. vide Ciarl. *loc. c.* Poteſt tamen cum conſenſu Patroni Beneficio imponere novum onus pium, & Eccleſiæ utile, & nulli præjudiciale. *cap. ſignificatum, de præb.* Rochus *de Jurepatr. qu.* 13. apud Ciarlin. *cap.* 69. *a num.* 1. ubi alii, quod tamen limitat id procedere in beneficio vacante, ſecus vero ubi jam collatio fuit facta: tunc enim non poterit Beneficiato novum onus iajungere, imo Riccius *in prax. Epiſcop. p.* 1. *reſol.* 503. poſtquam poſuit opinionem, quod poſſit Epiſcopus imponere beneficio vacanti novum onus, ob cit. tex. *in d. cap. ſignificatum.* & ibi gloſ. *& in cap. penult. in verb. unius præbendæ. ad fin. de Magiſtris.* & citat etiam Roch. *loc. cit.* Lambertin. *de jurepatr. p.* 1. *lib.* 1. *quæſt.* 9. *princ. numer.* 9. Mohedan. *deciſ.* 1. *de jurepatr.* & alios, tamen in fine concludit ſe contrarium conſuluiſſe, ob auctoritatem Galet. *in ſua Margarita caſuum conſcientiæ. verb. Beneficium.* ubi refert Sacr. Congreg. quam etiam refert Ciarlin. *l. c. num.* 3. Garz. *de benef. p.* 3. *cap.* 2. *numer.* 490. qui ſic ſonat. *Epiſcopus non poteſt dignitatibus, perſonalibus, & officiis, ſtatuere certam officii, & ſervitii formam præter ſolitam pro lucranda tertia parte præbendæ in diſtributiones converſa.*

15 Non poteſt unire Beneficia reſervata, vel affecta, quia non poteſt tollere reſervationem. *arg. cap. cum inferior, de major. & obed. cap. ut noſtrum, de appellat.* Lotter. *de re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 19. *num.* 41. Ciarlin. *cap.* 214. *num.* 7. Gratian. *diſc. for. cap.* 278. *num.* 1. & ibi De Luca. *num.* 9. quæ procedunt, quando Pontifex non tantum reſervavit ſibi collationem Beneficiorum, ſed etiam diſpoſitionem, & quameumque ordinationem, ſecus, ſi tantum reſervaſſet ſibi collationem, non in perpetuum, ſed ad favorem certæ perſonæ; tunc enim tantum ſuſpenderetur effectus unionis Beneficii reſervati, donec conſumatur reſervatio. De Luca ad Gratian. *loc. cit.* Felin. *in cap. cum in noſtra, de reſcrip.* Rebuff. *in prax. Benef. de union. nu.* 31. Garz. *de Benef. p.* 12. *cap.* 2. *n.* 92. Ciarlin. *d. cap.* 214. *n.* 10. & alii apud Turricel. *de union. Benef. cap.* 6. *a nu.* 20. *ſeqq.* plura in verb. *Unio.*

16 Poteſt revocare unionem Beneficiorum ceſſante cauſa illius, ſcilicet neceſſitate. Ciarlin. *cap.* 213. *num.* 8. Garz. *loc. cit. num.* 305. Rebuff. *in prax. benef. part.* 1. *tit. de union. revoc. num.* 2. Tanquam delegatus Apoſtolicus poteſt revidere, & irritare omnes uniones factas poſt Concil. Trid. ad cujusvis inſtantiam, niſi eas legitimis cauſis coram ſe verificatis emanaſſe deprehenderit. Concil. Trid. *ſeſſ.* 7. *cap.* 6. *de reform.* Ciarlin. *loc. cit. num.* 5.

Non poteſt Beneficiis imponere penſiones perpetuas, 17
ſed tantum ad tempus, imo neque ad tempus de Jure, ſed tantum de conſuetudine, de quo vide ſupra in verb. *Beneficium. a num.* 168. & Riccium *in prax. Juriſdiction. p.* 3. *reſ.* 268. Tuſch. *litt. B. concl.* 269. Gigas *de penſ. quæſt.* 6. *num.* 4. Garz. *de Benef. p.* 1. *cap.* 5. *a num.* 331. ubi late hanc materiam examinat; multo minus tranſitorias ad ſucceſſores. Garz. *loc. cit.* Neque poteſt conſentire penſioni, ubi intervenit partium conventio; neque reſignationi, aut ceſſioni. Garz. *l. cit.* Pariſ. *de reſign. lib.* 7. *quæſt.* 11. *num.* 17. Poteſt cogere Beneficiatos ad ſuſcipiendos ordines Beneficiis annexos. Riccius *in prax. Epiſcop. reſ.* 496.

Vacante Parochia deputat vicarium taxata eidem mer- 18
cede competente, donec de alio Parocho fuerit proviſum, maxime ſi lis pendet inter compatronos intra quadrimeſtre, non obſtante appellatione, ut diximus in verb. *Beneficium. a num.* 105. Barb. *de offic. Epiſc. alleg.* 59. & 60. *num.* 1. Præſumitur ſcire vacantiam Beneficiorum, quia præſumitur ſcire, quæ ſpectant ad ſuum officium. Riccius *in prax. p.* 2. *reſ.* 184. quem vide ubi DD. pro, & contra.

Cui fuit datus Coadjutor ob ſenectutem, vel impo- 19
tentiam, confert Beneficia privative quoad coadjutorem. Garz. *de Benef. p.* 5. *cap.* 4. *num.* 265. Petr. Gregor. Tholoſ. *p.* 2. *de re benef. cap.* 38. *num.* 20. Doctores remiſſive apud Pavin. *de poteſt. Capitul. ſede vac. p.* 2. *quæſt.* 1. *col.* 3. *verſ. quando autem Coadjutor.* niſi eſſet Epiſcopus mente captus &c. vide *DD. cit.*

§. V.

Quoad Clericos, Collectas, & Canonicos, Conſecrationem & Confirmationem.

Epiſcopus non poteſt imponere collectas extraordi- 20
narias ſuis ſubditis. *cap. cum Apoſtolus, §. prohibemus de cenſib.* P. Pirhing *lib.* 3. *tit.* 39. *ſect.* 2. §. 4. *n.* 53. De ſubſidio charitativo diximus ſuo loco.

Non poteſt procedere contra Canonicos Cathedra- 21
lis, vel Collegiatæ ſine adjunctis Capituli duobus, quorum conſilio uti debet. Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *de reform.* Riccius *p.* 4. *reſ.* 600. ubi quid debeat obſervare. Limit. cum totum Capitulum deliquit. Idem *d. reſ.* 600. & Pignatel. *tom.* 1. *conſ.* 73. & 74. Limit. ſecundo, quoad privationem canonicatuum ex cauſa, quod ordines ſuis præbendi annexos non ſuſceperint. Garz. *de Benef. p.* 3. *cap.* 4. *numer.* 22. ubi Sacr. Congr. & apud Riccium *in prax. Epiſc. reſ.* 498.

Non poteſt dictis Canonicis, aut Parochis, ſine le- 22
gitima cauſa in Jure expreſſa, dare licentiam abeſſendi a ſuis Eccleſiis ultra tempus a Concil. Trident. permiſſum *in ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 12. *verſ. præterea.* & alibi in decretal. tit. *de Cler. non reſid.* Laym. *in cap. tum ad hoc. numer.* 2. *de Cler. non reſid. & in cap. relatum. num.* 3. *eod.* ubi, quod ille poſſit diſpenſare, qui poteſt obligare. Garz. *de Benef. p.* 3. *cap.* 2. *a numer.* 406. ubi diverſas refert declarationes Sacr. Congregationis, inter quas eſt hæc: *nec Epiſcopus poteſt aliquem excuſare a reſidentia in choro, niſi juxta diſpoſitionem cap.* 1. *de cler. non reſid. in* 6. & ſequitur Pyr. Corrad. *in prax. diſpenſat Apoſtol. libr.* 5. *cap.* 6. *numer.* 10. ſubdens, quod qui forſan Epiſcopi interpretabantur aliter dictum Concilium *in ſeſſ.* 6. *cap.* 2. *de reform.* propterea, ne illis verbis, *expediens videbitur*, prætenderent aliquam fuiſſe eis facultatem attributam deſuper diſpenſandi in reſidentia ex quavis cauſa ſibi bene viſa, alia emanarit ejuſdem Sacræ Congregationis declaratio ſuper *dict. capit.* 1. quæ ſic ait: *Per hoc non datur facultas Ordinariis diſpenſandi in reſidentia ex quavis ratione.* quam ponit etiam Garz. *loc. cit. numer.* 409. Pax Jordan. *de re benefic. in lib.* 10. *tit.* 40. *numer.* 85. Et quod Epiſcopus mortaliter peccet, ſi ſine juſta cauſa hanc Canonicorum abſentiam diſſimulet illos, pœnis contra non reſidentes a Jure, aut Concilio Tridentino latis, ad reſidentiam non obligando, tenent Garz. *loc. cit. num.* 151. Vivian. *in prax. Juriſpatr. lib.* 15. *cap.* 3. *n.* 165. apud quos Navar. *conſ.* 3. *n.* 2. *de Cler. non reſid.* Ugolin. *de offic. Epiſc. cap.* 16. *vel* 19. *numer.* 6. Et quod pœna a *d. Concil. Trid.* contra non reſidentes lata non poſſit ab Epiſcopo remitti, cum non poſſit diſpenſare con-

tra

tra Concilium, dicit idem Garz. *num.* 149. ubi Ugolin. *loc. cit.* quamvis possit ante sententiam ex causa illam minuere, vel augere, ut *ex tex. in L. quid ergo. §. pœna gravior. ff. de his qui not. infam.* Tiraquel. *de pœn. in præfat. a num.* 16. Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 8. & aliis dicit idem Garz. *loc. cit. num.* 150. ubi Sacr. Congregatio, quæ sic sonat: *fructus præbendæ, in quibus Canonici absentes ultra tres menses multantur, sunt applicandi Ecclesiæ ad utilitatem ipsius, potest tamen Episcopus hanc pœnam ante sententiam minuere, vel augere, sed non in totum tollere.* Vivian. *loc. cit. num.* 163. vide etiam in verb. *Capitulum.* & in verb. *distributiones.* & plura apud *DD. cit.* & apud Rebuff. *in prax. Benef. tit. dispensatio de non residendo. per tot.* Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 53. *nu.* 123. & 145. Pirhing *lib.* 3. *decretal. tit.* 4. *num.* 42. apud quos videre etiam poteris causas in jure expressas, ob quas Episcopus potest dispensare, & apud alios passim. Et quamvis, maxime ante Concil. potuerit Episcopus dare licentiam abessendi ad septennium studiorum causa. *cap. cum ex eo*, 34. *de elect. in* 6. id tamen hodie fallit in Parochis. Pyr. Corrad. *loc. cit. cap.* 12. *num.* 2. ubi Sacr. Congr. relative apud Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 6. *num.* 250. cum hodie Parochiæ dari debeant per concursum dignioribus, & sic supponitur, quod jam studuerint, & illam refert etiam Quarant. *in sum. Bullar. verb. residentia. in addit. vers. item limita in Parochis. fol. mihi* 443. Pirhing. *loc. cit. n.* 36. Garz. *d. cap.* 2. *n.* 81. reliqua vide in verb. *Canonicus*, & in verb. *residentia.* & *Distributiones.*

23 Clericos delinquentes potest pœna pecuniaria punire. Riccius *in praxi compos. Cleric. par.* 4. *ref.* 118. Imo potest cum illis componere ex causa tamen justa, uti si Reus esset senex, minor, vel nobilis, vel si dubitatur, an is vere deliquerit, vel si delictum est commissum per simplicitatem, vel est singulare, ut quia Clericus non fuit solitus delinquere. Riccius *loc. cit. ref.* 120. dummodo compositio fiat parte concordata, & fiat pro correctione. Limit. in delictis gravioribus, uti adulteriis, & similia. Limit. secundo post sententiam, post quam non potest fieri compositio, nisi in sententia adesset clausula „ *salva moderatione.* Limit. tertio in compositione excessiva, a qua potest appellari. Riccius *loc. cit. ref.* 124. alia vide supra, verb. *Compositio.*

24 Clericos non potest privare Beneficiis, quibus a sum. Pontifice fuerunt provisi, nisi ob crimen superveniens. Riccius *in prax. p.* 2. *ref.* 352.

25 Clericis non potest dare potestatem conducendi prædia, quia illis omni Jure est prohibita negotiatio, de quo vide in verb. *Clerici a num.* 20. Non potest prohibere Clerico habenti Beneficium simplex, ne possit discedere a Diœcesi. Barbos. *de Offic. Episc. alleg.* 21. *num.* 6. Pignatel. *ut statim infra.* etiam de hoc, vide in verb. *Clerici num.* 41. nec obligare ad residendum. Pignat. *tom.* 3. *cons.* 56. *num.* 2. Garz. *de Benef. p.* 3. *cap.* 2. *a num.* 3. *ad* 11. ubi late.

26 Neque potest illos obligare ad assumendum habitum, nisi causative, quatenus velint fieri privilegiati. Sperel. *dec.* 66. *num.* 6. & 7. Conc. Trid. *sess.* 23. *cap.* 6. *de reform.* sermo est de minoribus. Neque potest illos cogere sub pœna privationis privilegii Clericalis ad suscipiendos ordines majores. Sperel. *loc. cit. nu.* 28. ubi S. Congr.

27 Minus potest illos obligare ad servanda statuta Laicorum, quamvis propter necessitatem, vel alium bonorum finem, possit suis edictis coadjuvare dicta statuta Laicorum. Navar. *in man. cap.* 23. uti fecit S. Carolus Borrom. teste Sperel. *dec.* 13. *num.* 5. & 14. quem vide.

28 Potest illis dare licentiam ferendi arma, ex causa. Riccius *in prax. Episc. p.* 1. *ref.* 482. Genuen. *in prax. Archiepis. cap.* 92. *sub nu.* 6. ibi: *si licentia Episcopi careant.* Ugolin. *de offic. & potest. Episc. cap.* 13. §. 12. *vers. secundo excipitur.* apud Sperel. *dec.* 122. *num.* 12. quia Episcopus, tanquam Princeps non debet habere inferiorem jurisdictionem, quam alius Magistratus, ejusmodi causæ sunt, & esse possunt, itineratio, inimicitiæ capitales, defensio tum propriæ personæ, cum proximi. vide *DD. cit.*

29 Clericus a Laico captum non repetens, est perjurus, & pœna dignus. Riccius *in prax. p.* 2. *ref.* 475. Ciarl. *cap.* 20. *num.* 45. Clar. *in §. fin. q.* 36. *num.* 22. & ibi Bajard. *num.* 26. Gratian. *disc. for. cap.* 190. *num.* 7. & 8. Farinac. *in prax. q.* 8. *num.* 46. *vers. amplia decimo octavo*, & apud hos alii: & quomodo fiat remissio, inter alios vide Clar. *loc. cit. n.* 48.

Non debet illi dare licentiam alienandi suum patri- 30
monium; ad cujus titulum fuit ordinatus, nisi habeat Beneficium, vel unde honeste vivere possit, nec valet alienatio sine tali licentia. Riccius *in prax. p.* 1. *ref.* 82. Barb. *de offic. Episc. alleg.* 19. *a num.* 75. *ad* 88. *seqq. & alleg.* 99. *num.* 20. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 1. *cap.* 4. §. 4. Paris. *de resignat. lib.* 2. *q.* 6. *num.* 10. & 36. nisi haberet unde viveret. vide *DD.* Eum, qui longo tempore fuit in Diœcesi, licet sit alienigena, non potest cogere ad ostendendas commendatitias sui Ordinarii. S. Congreg. apud Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 31.

Intra tres menses post consensum electionis præsti- 31
tum, confirmationem petere tenetur, alias amittit jus suum, & electio fit inanis. Barb. *de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 3. *cap. quam sit de elect. in* 6. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellariæ. gl.* 15. *num.* 51. Vivianus *de Jurepatr. lib.* 5. *cap.* 5. *nu.* 53. Cochier. *in reg.* 8. *Canc. gl.* 7. *num.* 19. *vers. septimus.* sufficiet tamen, si amicus electi confirmationem petat pro electo, etiam sine mandato, modo electus intra dictos tres menses ratificet. Barbos. *loc. cit.* Covar. *var. res. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 5. Potest autem illam petere a superiore omisso medio, uti hodie fit, plura vide apud cit. Barbos.

Confirmatus vero intra tres menses ab habita confir- 32
matione, debet consecrari sub pœna amissionis fructuum, & negligens consecrari per aliud trimestre, Ecclesia est ipso Jure privatus. Barbos. *loc. cit. n.* 34. Concil. Trid. *sess.* 7. *de reform. cap.* 9. & *sess.* 23. *de reform. cap.* 2.

§. VI.

Quoad dispensationem.

Episcopus, etiam cum consensu patroni, non potest 33
dispensare, ut Beneficium sacerdotale detur non sacerdoti. Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 54. contrarium tamen tenet Cyriac. *contr.* 19. ubi Felin. *in cap. cum accessissent, de constit.* Lambert. *de Jurepatr. par.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 7. *art.* 30. Gonzal. *in tract. de mens. & altern. ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 15. *num.* 71. Navar. *de hor. can. cap.* 3. *nu.* 73. Corset. *ad Abb. in cap. cum accessissent* 8. *de constit.* saltem pro una & duabus vicibus, & alii, sed pro prima sententia vide *DD. supra num.* 14. *citatos*, & in verb. *Beneficium. num.* 42. & 74. Neque cum filiis illegitimis, ut habeant Beneficia suorum parentum, vel aliud in Ecclesia, ubi parentes habent, vel habuerunt, vel ut possint in illis ministrare, & hoc ad arcendam memoriam paternæ incontinentiæ. Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 15. *de reform.* Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 3. Garz. *de Benef. p.* 7. *cap.* 3. *num.* 5. & 6. Barbos. *de offic. Episc. alleg.* 65. *num.* 30. Neque ut quis habeat plura Beneficia, etiam simplicia sed uniformia, sub eodem tecto. DD. apud Garz. *p.* 11. *cap.* 5. §. 2. *nu.* 18. Item duas dignitates, vel personatus, officia, vel curata ad tex. & Glos. *in cap. dudum, il.* 2. §. *licet verb. intitulatam. de elect. cap. de multa, de præb. cap.* 1. *de consuet. in* 6. *cap. ordinarii, de offic. ord. in* 6. secus in pluralitate difformium simplicium, & residentiam non requirentium. Hojed. *de incompat. p.* 2. *cap. ult.* DD. apud Garz. *loc. cit.* Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg.* 62. *num.* 17. ubi plura, & supra in verb. *Beneficium. num.* 95. Neque potest dispensare, ut Beneficium detur non habenti 14. annos. Garz. *loc. cit. p.* 7. *cap.* 4. *num.* 8. Riccius *in prax. ref.* 342. *p.* 1. Barbos. *alleg.* 60. *num.* 75. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 6. Pyrrh. Corrad. *prax. dispens. lib.* 4. *cap.* 1. *nu.* 5. Neque ut Clerici conjugati habeant Beneficia, vel obtinere possint. Garz. *loc. cit. cap.* 5. *n.* 4. Paris. *de resignat. benef. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 29. apud quos Selva *de benef. p.* 1. *q.* 7. *n.* 17. & 18. & alii. Neque ut instituatur præsentatus, qui non habet qualitates in fundatione positas. Ciarl. *cap.* 38. *n.* 50. ubi Garz. & ut *supra n.* 14.

Non potest dispensare, ut corrupta eligatur in Ab- 34
batissam, vel Priorissam. Felin. *in cap. at si Clerici. §. de adulteriis sub num.* 21. *de judic.* Tambur. *de Jur. Abbatiss. disp.* 28. *q.* 12. Sperel. *dec.* 112. *num.* 98. Castellin. *de elect. cap.* 17. *a num.* 5. Diana *par.* 3. *tract.* 2, *res.* 99. ubi Sacr.

Congr.

Congr. & apud Passerin. *de elect. Abbatiss. cap.* 40. *num.* 49. *&* 51. ubi plura.

35 Non potest dispensare, ut celebretur in Ecclesia polluta. Passerin. *de pollut. Eccles. disp.* 9. *cap.* 6. secus cum causa. Idem *loc. cit. disp.* 9. *cap.* 26. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 16. vide *Ecclesia*.

36 Neque dispensare potest, ut denunciationes matrimoniales fiant die feriato, tenet Pax Jordan. *de re sacra lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 40. ubi Ugolin. *de offic. Episc. cap.* 15. §. 11. *n.* 3. Bonacin. *de matrim. q.* 2. *punc.* 6. *sub num.* 7. *vers. dixi, ad med.* Gratian. *disc. for. cap.* 83. *num.* 28. Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg.* 32. *num.* 14. qui testantur ita fuisse a Sacr. Congr. declaratum, ita etiam Riccius *in prax. for. Eccles. p.* 1. *resol.* 235. *num.* 3. *in mea impressione.* Addend. ad Genuen. *in prax. Archiepisc. cap.* 20. *num.* 32. *in mea impress.* ubi, quod debeant potius omitti. Zerol. *in prax. Episc. p.* 1. *verb. matrimonium vers. quarto*, & apud illos alii, & Gavant. *in manual. Episcop. verb. matrimonii denunciationes, n.* 5. Quamvis hæc conclusio soleat a Doctoribus limitari, si in aliquo professo, aut die feriato ad Ecclesiam concurreret, aut accesserit ingens aliqua hominum multitudo, veluti in adventu alicujus Principis, vel Prælati, sive ad addiendum aliquem insignem Concionatorem &c. quo casu volunt fieri tunc posse denunciationes. ita Jordan. *loc. cit.* ubi quod id concedant omnes, ex quo tunc satisfiat menti Concilii Tridentini, quod solum desiderare videtur frequentiam populi, ut multi sciant matrimonium contrahendum, ut possint detegere impedimenta &c. ita etiam Pirhing. *lib.* 4. *decret. tit.* 3. §. 4. *num.* 28. Laym. *in theol. mor. lib.* 5. *tr.* 10. *p.* 2. *cap.* 4. *n.* 10. *in fin.* Sanchez *de matr. lib.* 3. *disp.* 6. *nu.* 10. Gavant. *loc. cit. num.* 6. Barbos. *loc. cit. num.* 15. Bonac. *num.* 18. & alii passim, quo casu volunt posse concedi, ut fiant etiam extra Ecclesiam, quos vide.

37 In delictis majoribus, in adulterio nunquam dispensat, nisi permissum ei appareat. Host. *in cap. at si Clerici*, §. *de adult. de Jud.* & alii apud Sperel. *dec.* 110. *num.* 52. secus in minoribus, & in ipso adulterio. DD. apud Sperel. *loc. cit. & dec.* 111. *&* 112. Archid. *in cap. licet canon. num.* 2. *de elect. in* 6. ubi Butr. §. *de adulteriis sub nu.* 12. Jo. Andr. *in d. cap. at si Clerici. nu.* 4. §. *de adulter. de Jud.* Dispensat in delictis etiam post sententiam, & pœnam remittit. vide Sperel. *ll. cc.* ubi latissime hanc materiam dispensationum contra sacros Canones tractat: quem proinde consule.

38 Non dispensat, ut matrimonium celebretur tempore vetito cum solemnitatibus. Gobat. *de imped. matr. cas.* 2. *num.* 73. contrarium tenet Pontius *de matrim. lib.* 6. *cap.* 8. *nu.* 11. ubi alii. Item in impedimentis impedientibus. Idem. *num.* 572. Item in voto ingrediendi Religionem, multo minus in voto castitatis perpetuæ, quamvis simplici. Lim. ob periculum incontinentiæ, quando est difficilis aditus ad S. Pontificem. Diana *par.* 6. *tract.* 6. *res.* 50. Sanz. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 9. *num.* 6. vide Antonel. *de temp. legal. lib.* 1. *cap.* 77. ubi Gutierrez *Canon. quæst. lib.* 2. *cap.* 22. Diana *p.* 1. *tr.* 11. *resol.* 57. Bonacin. *de Legib. disp.* 4. *q.* 2. *punc.* 7. §. 4. *num.* 21. Azor. *moral. p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 19. *quæs.* 6. ubi, quod dispensat in voto temporali.

39 Vigore Concilii Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 6. dispensat in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum. vide *cit. Concilium.* & late Passerin. *de elect. cap.* 27. *a num.* 2. Barbos. *de offic. Episc. alleg.* 39. *a num.* 20. *& in collectan. ad d. Concil. post cit. cap.* 6. *de reform.* ubi diversos ponit casus. *& post cap.* 7. *in sess.* 14. *de reform.* Et quod Episcopus possit dispensare in irregularitate etiam ex homicidio occulto, urgente magna necessitate scandali vitandi, si sit difficilis recursus ad Sum. Pontificem vel propter inopiam, vel magnam distantiam, tenent aliqui, quos refert, & sequitur Dian. *p.* 4. *tr.* 2. *res.* 100. Pirhing. *lib.* 5. *tit.* 12. *de homic. num.* 20. quod tamen limitatur quoad Beneficium etiam simplex. Dian. *loc. cit.* An vero dispenset etiam in irregularitate contracta ob non servatum moderamen inculpatæ tutelæ ex homicidio occulto ad sui defensionem commisso? affirmant Barbos. *d. alleg.* 39. *num.* 53. Passerin. *loc. cit. num.* 28. Navar. *in manual. cap.* 27. *n.* 239. Pirhing *loc. cit. num.* 128. Laym. *in theol. mor. lib.* 3. *tr.* 3. *p.* 3. *cap.* 12. *nu.* 12. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 10. Riccius *in prax. p.* 3. *resol.* 266. Dian. *p.* 7. *tr.* 2. *resol.* 29. Bonacin. *de censur. disp.* 7. *q.* 4. *punc. ult. num.* 9. apud quos alii plurimi: ob rationem, quia quamvis hoc homicidium sit culpabile ratione excessus, non potest tamen dici voluntarium, de quo loquitur Concil. Trid. sed potius necessarium, aut casuale.

Sed non conveniunt DD. an Episcopus vigore *cit.* 40
Concil. Trid. possit dispensare ab irregularitate contracta ex homicidio justo, & sic ob defectum lenitatis, ut contingit in Judice, testibus &c. nam affirmativam tenent Covar. *in Clem. si furiosus. p.* 2. §. 3. *num.* 7. *in fin.* Navar. *d. cap.* 27. *num.* 40. *vers. quarto. & in rubr. de judic. num.* 109. *vers. tertio, cum seqq.* Campanil. *in divers. Jur. Can. rubr.* 11. *cap.* 23. *num.* 138. & alii, quos refert, & sequitur videtur Barbos. *d. alleg.* 39. *num.* 47. Sed contra hos contrariam tanquam probabiliorem defendunt tum rationibus, tum auctoritatibus Passerin. *de electione d. cap.* 27. *a num.* 23. Garz. *de Benef. p.* 7. *cap.* 11. *a num.* 39. *seqq.* Pirhing *loc. cit. num.* 129. Antonel. *d. cap.* 8. *num.* 18. Laym. *loc. cit. num.* 5. Navar. *cons.* 34. *num.* 1. *de homic. aut cons.* 39. *juxta diversas impressiones.* Ugolin. *de irregular. cap.* 33. §. 1. *num.* 1. *& cap.* 44. §. 2. *num.* 4. Avil. *de censur. p.* 7. *disp.* 6. *sect.* 5. *dub.* 1. & apud illos alii, ratione ducti, quia nempe *in cit. Concil. Trid.* datur solum facultas dispensandi in irregularitate proveniente ex delicto, qualis non est ista, cum ex tali homicidio non committatur delictum: tum quia hoc homicidium, quamvis sit justum; est voluntarium.

Potest dispensare in irregularitate proveniente ex ho- 41
micidio casuali; modo sit occultum. Passerin. *loc. cit. num.* 25. *seqq.* ubi diversos ponit casus homicidii casualis. Garz. *loc. cit. nu.* 12. Barbos. *loc. cit. nu.* 48. *& DD. cit.* item in irregularitate ex occulta membri mutilatione, etiam voluntaria, cum Concil. Trid. excipiat solummodo homicidium voluntarium. *DD. cit.* Non tamen dispensat ab irrgutaritate contracta ex homicidio orto ex inopinata rixa, juxta Passerin. *loc. cit. num.* 31. contra nonnullos: quia etiamsi rixa sit forte casualis, & inopinata causa homicidii, non sequitur, quod etiam homicidium sit casuale, cum post rixam illud sit volitum, & ex proposito commissum, & citat Molin. *tom.* 4. *disp.* 79. *num.* 7. Suarez *de censur. disp.* 44. *sect.* 1. *num.* 3. & hanc probabiliorem vocat Diana *p.* 2. *tr.* 15. *resol.* 19.

Occultum delictum veto dicitur in præsenti, quod 42
non est publicum, etiamsi ab aliquibus sciatur, puta duobus, vel tribus, & potest tergiversatione celari, nec de illo est fama: quia Concil. Trid. *d. cap.* 6. excipit solum deducta ad forum contentiosum, ergo non excipit occulta, etiamsi probari possint, ita communis DD. apud Barbos. *de potest. Episc. d. alleg.* 39. *num.* 21. Passerin. *loc. cit. cap.* 26. *num.* 18. ubi caterva Doctorum, inter quos Navar. *in man. cap.* 27. *num.* 255. Sanchez *in decalog. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 19. *& de matrim. lib.* 2. *disp.* 37. *num.* 11. *& lib.* 8. *disp.* 34. *n.* 55. Azor. *inst. mor. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 10. *q.* 9. qui tamen potest allegari etiam pro sententia contraria, sunt enim verba propria hujus auctoris, *hæresis occulta intelligitur ea, quæ non est notoria per evidentiam facti, vel per sententiam Judicis, vel per propriam hæretici confessionem in judicio, & NB. quæ item testibus probari nequit.* Alios congerit etiam Garz. *de Benef. d. p.* 7. *cap.* 11. *num.* 45. inter quos Zerol. *in prax. p.* 2. *verb. irregularitas.* §. 1. Genuen. *in prax. Archiep. cap.* 67. *num.* 2. Piasec. *in prax. Episc. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 56. quibus addo Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 2. *disp.* 17. *q.* 6. *sub num.* 3. *vers. delictum occultum.* Glos. *in cap. manifesta.* 2. *q.* 1. ubi occultum etiam quandoque dici potest, quod quinque sciunt, & potest probari. Verum Garz. *loc. cit. num.* 46. hanc sententiam solum admittit probabiliter posse defendi quoad Brevia pœnitentiariæ in foro conscientiæ, in quibus adest clausula, *dummodo impedimentum occultum sit*, de quibus Sanchez *d. num.* 55. at in præsenti casu vult tanquam verius occultum dici, quod non potest probari, cum id proprie dicatur occultum. *cap. vestra, de cohab. Cler.* & facit declaratio Sacr. Congregationis *super d. cap.* 6. *sess.* 24. quæ sic sonat. *absolutus, vel dispensatus a proprio Episcopo in materia delicti perpetrati coram duobus vel tribus testibus, quod tamen non fuit notorium, non est tutus in conscientia, quia Concilium utitur verbo* occulti, *quod proprie loquendo dici-*

dicitur, quod probari non poteſt. Abb. *in cap. veſtra, de eohab. Cleric. eo quod duo teſtes probare poſſunt, & verba Concilii ſecundum proprietatem ſunt accipienda.* Et hanc ſequitur etiam Riccius *in prax. p. 1. reſ. 460. in mea impreſſ.* ubi tamen quod diceretur occultum, ſi tantum unus ſciret, vel ſi duo quidem ſcirent, ſed eſſent teſtes ſingulares. Barboſ. *alleg. 40. n. 3.*

43 Non poteſt diſpenſare in irregularitate, ſi delictum fuit deductum ad forum contentioſum, & finito judicio punitum; quia tunc non poteſt negari eſſe deductum ad forum contentioſum, & ideo non eſt amplius occultum, ſed publicum, ita contra aliquos, quos videre poteris apud Ciarlin. affirmativæ adhærentem *in cap. 208. n. 40.* docet Barboſ. *d. alleg. 39. num. 35.* Tamburin. *de jur. Abbat. d. q. 6. ſub num. 4. verſ. quod ſi delictum.* Bonacin. *de cenſur. diſ. 1. q. 3. punc. 2. nu. 2. & diſp. 7. q. 5. punc. 1. num. 6.* apud quos Guttierrez *canon. quæſt. lib. 1. cap. 3. ad fin.* & alii. Antonel. *de regim. Eccleſ. lib. 8. cap. 3. num. 9. verſ. hæc tamen.* Garz. *d. cap. 11. num. 50.*

44 Sed quia in Concil. Trid. *d. cap. 6.* excipiuntur delicta deducta ad forum contentioſum, ut in illis Epiſcopus diſpenſare non poſſit, controvertunt Doctores, quidnam ad hunc effectum dicantur deductum ad forum contentioſum? aliqui enim volunt tunc demum dici delictum deductum ad forum contentioſum, quando fuit lis conteſtata. ita Barboſ. *d. alleg. 39. num. 29.* Diana *q. 4. tr. 2. reſol. 95. in fin. & p. 7. tr. 2. reſ. 17.* & alii, ſed hanc refellit Paſſerin. *d. cap. 26. num. 22. & 23.* maxime cum in criminalibus ſoleant ſæpe teſtes examinari, antequam conſtituatur Reus, & ideo ſequeretur, quod reus nondum conſtitutus, & tamen teſtibus jam convictus poſſet ab Epiſcopo abſolvi, quod videtur abſurdum. Alii autem volunt, tunc eſſe delictum ad forum contentioſum deductum, quando reus accuſatus jam fuit citatus, quamvis nondum conſtitutus, nec ſufficere ſolam accuſationem ſine citatione. ita Paſſerin. *loc. cit.* Tamburin. *de Jur. Abb. tom. 2. d. diſp. 17. n. 4.* ubi, quod ſi Judex cauſam apud ſe retineret, nec parti intimaret, delictum remaneret occultum, & citat Sayr. *de cenſur. lib. 4. cap. 17. num. 22.* Graff. *tom. 2. lib. 5. conſ. 2. numer. 26. de homic.* Sanch. *de matr. lib. 8. diſp. 34. num. 58. & cap. 11. num. 21.* & alios. Genuen. *d. cap. 67. num. 5.* Riccius *in prax. p. 1. reſ. 459. num. 1.* & alii. Sed etiam hæc opinio videtur contraria declarationi *ſacr. Congr. num. antec. cit.* quia poſſet eſſe, quod Judex accuſationem penes ſe retineret, & tamen quod duo, vel tres teſtes id delictum ſcirent, quos Judex ſi ſciret, illoſque examinaret, delictum probari poſſet. Alii tandem volunt ſufficere ſolam accuſationom, ſeu deductionem in judicium, quamvis non ſit probatum. Garz. *de Benef. d. cap. 11. nu. 50.* Mar. Alter. *tom. 2. diſp. 8. de ſuſpenſ. cap. 3.* quem pro hac ſententia citat Paſſerin. *loc. cit. nu. 22.* & alii, quia Concil. Trid. abſolute excipit deducta ad forum contentioſum, & ſic ſufficit deductio, quæ opinio, ſi duo vel tres ſcirent, quamvis per accidens examinati non fuerint &c. videtur magis conformis declarationi ſupra traditæ, & facit *alia declaratio ſacr. Congr. ad d. Concil.* quæ ſic ait: *Idem reſpondit de illis, qui occaſione delictorum occultorum ab officio inquiſiti, ſed quia non potuerunt delicta probari. Rei ipſi non fuerunt abſoluti nec definitive, nec alio modo, ſed ſimpliciter dimiſſi, recepta promiſſione de ſe præſentando, non poſſe iſtos uti hujus Canonis beneficio, quia cauſa fuit deducta ad forum contentioſum, ſicque NB. ſufficit ſola deductio, quidquid inde ſequitur.* Si vero fuit ſecuta abſolutio, an poſſit tunc Epiſcopus diſpenſare, vide *DD. cit.*

45 Diſpenſat in irregularitate publica in uno loco, ſed occulta in alio, in quo petitur diſpenſatio, ſi non ſit timor publicationis. Sanchez *in Decalog. cap. 11. num. 20.* Avila *p. 2. cap. 7. dip. 1. dub. 11. concl. 3.* Duard. *in Bull. Cœn. lib. 3. §. 2. q. 11. num. 10.* Leander *p. 4. tr. 11. diſp. 17. q. 57.* Tamburin. *d. diſp. 17. q. 6. ſub num. 4. verſ. dicitur etiam*, & alii quos refert Paſſerin. *d. cap. 26. num. 21.* quibus addo Dian. *p. 7. tr. 2. reſ. 16.* ſed contrariam ſententiam, quod imo tunc Epiſcopus non diſpenſet, tenet ipſe Paſſerin. *loc. cit.* ubi, quod hæc ſententia ſit amplectenda, quia publicum non dicitur ex loco, ſed ex eo quod ſciatur, licet ab aliquibus ignoretur, & citat Navar. *conſ. 43. de tempor. ordin.* quod tamen in mea impreſſione non invenio, bene vero contrarium in cauſa ſimili *in conſ. 2. de Cler. non ordin. miniſtr.* ubi quod Epiſcopus poſſit diſpenſare in irregularitate, quam contraxit excommunicatus in alia Diœceſi, vel alia Urbe, celebrans in alia, ubi neſcitur, an ſit excommunicatus, ultra Navarrum citat etiam Sayr. *in florib. deciſ. 64. ſub tit. de tempor. ordin.* Suarez *tom. 4. in p. 3. vel 4. diſp. 30. ſect. 2. num. 2.* Palaum *p. 1. tract. 4. diſp. 4. punc. 3. §. 1. num. 14.* Sanctarell. *de hæreſi, cap. 5. dub. 6.* quibus addo Bonacin. *de cenſur. diſp. 1. q. 3. punc. 2. num. 3.*

Diſpenſat etiam vigore *cit. cap. 6. Concil. Trid.* in ir- 46
regularitatibus & ſuſpenſionibus cum ſuis ſubditis, qui ſunt extra Diœceſim, vel ſi ipſe eſt extra illam, juxta probabilem apud Dian. *p. 4. tr. 4. reſ. 116.* ubi citat Sanch. *in ſumma tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 12.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. d. alleg. 39. n. 7.* & alios, quibus addo Bonacin. *de cenſur. diſp. 7. q. 5. punc. 1. num. 5. verſ. dixi.* Paſſerin. *d. cap. 26. num. 29.* ſed hoc non audet aſſerere Genuen. *d. cap. 67. num. 16.* & quod non poſſit diſpenſare cum ſubdito extra Diœceſim exiſtente, declaravit Sacr. Congreg. *in d. cap. 6.* quæ ſic ait: *Quærebatur an Epiſcopus in cauſa hujus* cap. *6. habeat facultatem diſpenſandi cum ſuo Diœceſano abſente in aliena Diœceſi legitime impedito, commoranti? Congregatio cenſuit, quod forenſis in caſu hujus* cap. *6. poteſt abſolvi in Sacramento pœnitentiæ ab illo Epiſcopo, in cujus Diœceſi vel Civitate commoratur, NB. non autem ab alio diſpenſari &c.* & hanc tenent aliqui apud Dian. *loc. cit.* & apud Paſſerin. *loc. cit.* ubi Suarez *tom. 4. in 3. p. diſp. 30. ſect. 2. n. 10. & 12.* Et quod nec poſſit Epiſcopus exiſtens extra ſuam Diœceſim diſpenſare cum ſuis ſubditis ubicumque exiſtentibus, tenent Genuen. *loc. cit.* Bonacin. *uti ſupra.* Riccius *in prax. irregularitatis. p. 1. reſ. 455. n. 7. in mea impreſſ.*

Et quod Epiſcopus non diſpenſet cum non ſubditis, 47
etiamſi commorentur in Diœceſi ejuſdem Epiſcopi, tenent communiter DD. ut Riccius, Genuen. Bonacin. & alii *ll. cit.* & facit etiam declaratio Sacr. Congr. in Concil. Trid. *d. cap. 6.* quæ ſic ait: *qui non ſunt ſubditi Epiſcopi, puta Medicus, Prætor, & ſimiles exteri, qui tamen habitant in Civitate, hoc decreto comprehenduntur, etſi commiſerint crimina in aliis Civitatibus: habita tamen hac diſtinctione, quod ſcilicet poſſent abſolvi in Sacramento pœnitentiæ a ſuis criminibus, non tamen diſpenſari ſuper his.* Quod ſi tamen non ſubditus delinquat in aliena Diœceſi, quod poſſit tunc abſolvi a Diœceſano loci, in quo deliquit, ex quo ratione delicti efficiatur ſubditus, dicit Genuenſ. *d. cap. 67. n. 16. ad fin.* an autem nomine ſubditorum comprehendantur vagi, qui nullum habent domicilium, & ideo tales alias ſubdantur Epiſcopo in cujus Diœceſi reperiuntur, vide DD. relatos a Barboſ. *in d. cap. 6. in verb. quoſcumque ſibi ſubditos.* & plura vide apud *DD. cit.*

Notandum tamen primo, quod hæc facultas diſpen- 48
di conceſſa *in d. cap. 6.* proſit tantum quoad forum internum. Paſſerin. *d. cap. 26. num. 32. & 33.* ubi quod diſpenſari poſſit etiam extra confeſſionem ſacramentalem, ubi tamen vide Doctores pro, & contra. Riccium *in prax. irregularit. d. reſ. 455. num. 8. in mea impreſſ.* Barboſ. *d. alleg. 39. num. 8.* Garz. *de Benef. p. 11. cap. 10. nu. 139.* ubi Sacr. Congreg. *ſuper d. cap. 6.* & contra hos Sanch. *de matrim. lib. 8. diſp. 34. num. 19.* Dian. *p. 1. tr. 5. reſ. 2. ad fin. verſ. notandum.* Homobon. *de exam. Eccleſ. p. 1. tr. 5. cap. 5. q. 31. verſ. octavo.* Suarez *de legib. lib. 8. cap. 6. num. 16.* ubi, quod ſacramentalis confeſſio requiratur in abſolutione quoad vinculum culpæ, non vero quoad vinculum pœnæ, puta cenſuras &c. & alios. Notandum ſecundo hanc facultatem diſpenſandi conceſſam *in d. cap. 6. Concil. Trid.* non competere, ubi dictum Concilium Trid. non fuit receptum. Paſſerin. *loc. cit. cap. 27. num. 2.* Barboſ. *d. alleg. 39. num. 3.* Garz. *d. p. 7. cap. 11. num. 23.* & apud hos alii. An vero hæc facultas *in d. cap. 6. Concil. Trid.* extendatur etiam ad caſus poſt *d. Concil.* ſedi Apoſtolicæ reſervatos, aut in Bulla Cœnæ? vide Genuenſ. *d. cap. 67. num. 10.* Paſſerin. *d. cap. 26. num. 35.* Dian. *p. 7. tract. 2. reſol. 20.* Garz. *de Benef. p. 11. cap. 10. nu. 115. ſeqq.* Bonacin. *de cenſur. diſp. 1. q. 3. punc. 2. num. 1. verſ. primo hoc decretum.* Et Genuen. *loc. cit.* affirmativam tenet quoad caſus poſt Concil. Trid. reſervatos in aliis conſtitutionibus extra Bullam Cœnæ latis: negativam vero quoad caſus reſervatos in ipſa Bulla Cœnæ, ut ſupra

num. 5.

num. 5. & de hæreticis occultis dicemus in verb. *hæreticus*. Similiter hæc facultas non ſe extendit ad irregularitates, quæ non proveniunt ex delicto. *DD. cit.* & de illegitimis vide infra *num.* 44.

49 Et quia diſpenſatio major, ac difficilior eſt abſolutione. Pyr. Corrad. *in prax. diſpenſ. Apoſtol. lib.* 5. *cap.* 12. *num.* 3. ideo per facultatem attributam abſolvendi ab omnibus cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, non venit poteſtas diſpenſandi in irregularitatibus. Navar. *in man. cap.* 27. *num.* 194. Henriq. *lib.* 14. *cap.* 17. §. 4. Zerol. *in prax. p.* 1. *verb. irregularitas verſ. decimotertio eſt notandum.* apud Cotrad. *loc. cit.* ubi quod ita ſit ſtylus Curiæ, nec audiendi ſint contrarium tenentes. Et quod Epiſcopus in illis irregularitatibus, quæ oriuntur ex delicto, a quo non poteſt abſolvere, diſpenſare non poſſit, ex quo interdicta minori, ſcilicet facultas abſolvendi, cenſeatur interdicta major, ſcilicet facultas diſpenſandi, multis defendit Paſſerin. *d. cap.* 27. *num.* 12. & 13. *ſeqq.* ubi, quod quia Epiſcopus non poteſt abſolvere ab hæreſi etiam occulta, ut dicemus in verbo *hæreticus*, non poſſit etiam abſolvere ab irregularitate inde contracta.

50 Diſpenſat ſuper bigamia ſimilitudinaria, ut diximus in verbo *Bigamia. num.* 4. Garz. *de Benef. p.* 7. *cap.* 6. *num.* 15. Paſſerin. *de elect. d. cap.* 27. *num.* 69. Dian. *p.* 4. *tr.* 2. *reſol.* 61. modo in ſacris conſtitutus, aut voto ſolemni adſtrictus contraxerit cum virgine, & non cum vidua. vide DD. *cit.* & ſiquidem bigamia ſimilitudinaria eſt publica, Epiſcopus diſpenſat ad minores Ordines ſuſcipiendos, vel exercendos: ſi vero eſt occulta, diſpenſat etiam ad majores. Dian. & Paſſerin. *ll. cit.*

51 Item ut illegitimus ordinatus ſive bona, ſive mala fide in ſuſceptis miniſtret. Antonel. *de reg. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 10. Laym. *mor. lib.* 1. *tr.* 5. *p.* 5. *cap.* 5. *num.* 2. Dian. *p.* 4. *tr.* 2. *reſ.* 64. & *p.* 7. *tr.* 2. *reſ.* 24. ſed quoad utrumque contrarium defendit Paſſerin. *de elect. cap.* 25. *num.* 190. cum illegitimis diſpenſat ad ordines minores, & beneficia ſimplicia, ſecus ad Canonicatus in Cathedrali ob eorum præeminentiam, & alia beneficia curata. Garz. *de Benef. p.* 7. *cap.* 2. *num.* 69. Barboſ. *alleg.* 45. *numer.* 31. Antonel. *loc. cit. lib.* 2. *cap.* 7. *nu.* 5. Bellet. *diſquiſ. Cler. p.* 1. *tit.* 1. §. 3. Dian. *part.* 4. *tr.* 2. *reſ.* 64. diſpenſat tamen quoad Canonicatum in Collegiata Barboſ. *loc. cit. num.* 20. Garz. *loc. cit.* modo Ordinem ſacrum privilegio, conſuetudine, aut ſtatuto non requirat. Antonel. *loc. cit. num.* 4. Diſpenſat etiam cum illegitimo jam in ſacris conſtituto ad Canonicatum, etiam Eccleſiæ Cathedralis. Navar. *conſ.* 4. *de fil. presbyt.* Antonel. *loc. cit. num.* 17. ſecus ad Beneficium curatum, vel ad dignitates, & perſonatus. Non diſpenſat tamen cum illegitimis ex delicto occulto poſt Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. Piaſec. *in prax. Epiſc. part.* 1. *cap.* 1. & alii apud Dian. *p.* 2. *tr.* 15. *reſ.* 21. & *DD. cit.*

52 Non diſpenſat cum penitus illiterato ad ordines. *cap. nullus, de temp. ordin. in* 6. *cap.* 1. *diſt.* 36. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 123. Neque ad Beneficia, etiam ſimplicia. Barboſ. *p.* 2. *alleg.* 46. *num.* 11. ſecus cum minus litterato, maxime ſi ſit Regularis. Dian. *p.* 4. *tr.* 2. *reſ.* 74. Antonel. *loc. cit. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 7. Bellet. *loc. cit.* §. 4. Garz. *loc. cit. a num.* 12. *in p.* 7. *cap.* 7. Pariſius *de reſignat. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 4. *reſ.* Neque cum corpore vitiatis. Riccius *p.* 2. *reſ.* 271. Neque cum degradato. Idem res. 221. Ciarl. *cap.* 208. *num.* 6.

53 Diſpenſat in interſtitiis. Riccius *p.* 4. *reſ.* 214. Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 13. ex cauſa tamen utilitatis, vel neceſſitatis Eccleſiæ, non tamen cum ſuo familiari non ſubdito. Idem *reſ.* 218. & *diſpenſat.* licet eſſet tantum Epiſcopus Beneficii. Dian. *p.* 8. *tr.* 2. *reſ.* 35. Garz. *de Benef. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 15. etiam cum Regularibus. Riccius, Barb. & Quarant. apud Dian. *p.* 3. *tr.* 2. *reſ.* 32. & apud Bonacin. *de Sacram. diſp.* 8. *q. un. punc.* 5. *num.* 52. etiam ad ordinem cum familiare ſuo, dummodo illi det Beneficium. Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 9. Dian. *p.* 3. *tr.* 4. *reſ.* 190. Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 9. plura in verbo *Ordo*.

54 Diſpenſat etiam cum promotis per ſaltum, ex cauſa tamen. Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 14. Sperel. *dec.* 114. *num.* 6. dummodo in ordine male ſuſcepto non miniſtraverit, quia tunc eſſet irregularis. Barb. *de Offic. Epiſc. alleg.* 47. *a num.* 1. Dian. *p.* 5. *tr.* 10. *reſ.* 27. Antonel. *loc. cit. cap.* 9. *lib.* 2. *num.* 25. Bellet. *diſquiſ. Clerical. par.* 1. *tit. de diſcipl. Cleric.* §. 5. *num.* 57. ſi delictum ſit publicum. Barboſ. *loc. cit. num.* 5. Promovens indignum, vel inhabilem, non cenſetur cum eo diſpenſare, uti Pontifex, quia in Epiſcopo requiritur cognitio cauſæ. Gloſ. *in cap. un. de ætat. & qual. in d. verb. diſpenſare.* & Gloſ. *fin. in cap.* 9. *de conceſſ. præb.* Sperel. *deciſ.* 115. *a numer.* 22. quem vide.

55 Diſpenſat a ſuſpenſione a divinis, quam incurrunt Regulares admittentes fœminas intra clauſtra, dummodo ſit occulta. Barb. *de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 145. non tamen a Cenſuris, quas incurrunt propter ingreſſum ad monaſteria monialium, licet delictum ſit occultum. ita Barboſ. *loc. cit.* citans Garz. *de Benef. par.* 11. *cap.* 10. *numer.* 122. ſed Bonacin. *de clauſ. quæſt.* 1. *punc.* 5. *num.* 1. contrarium tenet, ſi delictum ſit occultum ob Concil. Trid. *ſupra cit. ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de reform.* Non poteſt etiam cum iiſdem Regularibus diſpenſare, ut poſſint ad minus ſtrictam obſervantiam tranſire, neque ut poſſint ire ad ſtudia abſque Abbatis conſenſu, neque ut poſſint eſſe executores teſtamentarii, neque ut poſſint munus Procuratoris, vel advocati obire etiam in ſuis negotiis abſque Abbatis conſenſu. Barb. *de offic. Epiſc. alleg.* 105. *num.* 6. *ſeqq.*

56 Poteſt diſpenſare in impedimentis occultis matrimonii, quando non poteſt conſuli S. Pontifex, maxime ſi matrimonium fuit bona fide contractum. Sanz. *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 40. *a numer.* 3. Diana *par.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 80. & *par.* 5. *tract.* 14. *reſol.* 18. Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 3. & *ſeq.* Diana *par.* 2. *tract.* 16. *reſ.* 19. Riccius *in prax. p.* 1. *reſ.* 239. Leo *in theſaur. for. Eccleſ. p.* 2. *cap.* 8. *num.* 43. Barboſ. *alleg.* 35. *num.* 4. *de pot. Epiſc.* non ſufficit autem neceſſitas privata, ſed requiritur publica; dicitur vero publica neceſſitas, ſi non poſſunt ſine incommodo & ſcandalo ſeparari, & non ſeparati ſunt in periculo incontinentiæ. *DD. cit.* & in hoc ſufficit bona fides unius ex conjugibus. Diana *d. par.* 5. *tract.* 14. *reſ.* 18. & *d. p.* 8. *tr.* 3. *reſ.* 79. Antonel. *loc. cit.* ubi alii. Sed Garz. *de benef. p.* 11. *cap.* 5. *num.* 357. requiritur bonam fidem utriuſque. In iiſdem impedimentis poteſt diſpenſare etiam ante contractum matrimonium, cum urget neceſſitas, vel reparationis famæ, vel ſcandali vitandi, quod vitari non poſſet, ſi eſſet recurrendum Romam. Antonellus *de regim. Eccleſ. lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 3. Sanz. *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 40. *num.* 3. Barb. *de pot. Epiſc. d. alleg.* 35. Dian. *d. reſ.* 80. & hanc poteſtatem poteſt delegare, quia illam habet jure ordinatio. Diana *loc. cit.* vide *DD. cit.* ubi etiam quando dicatur impedimentum occultum ad hanc effectum; & Sanchez *loc. cit. lib.* 2. *diſp.* 37. *n.* 11.

57 Poteſt diſpenſare, ut in ſua Civitate vel Diœceſi comedantur carnes in quadrageſima ob periculum peſtis, vel infirmitatum contagioſarum; quia quæ ſunt licita ad ſanandum, ſunt etiam licita ad præſervandum. Diana *par.* 10. *tract.* 14. *reſ.* 3. *alias* 5.

58 Non poteſt diſpenſare, ut Miſſa alibi celebretur, quam a Teſtatore fuit ordinatum ſine magna cauſa, quia non poteſt mutare ultimas voluntates, ut ſupra *n.* 14. Riccius *in prax. Miſſar. p.* 4. *reſ.* 95. & 104. Tranchedin. *conſult.* 78. *per tot.* Neque a præcepto audiendi miſſam diebus feſtis tempore peſtis. vide Diana *loc. cit.* Neque diſpenſat in ultimis voluntatibus defunctorum: neque poteſt alterare conditiones Beneficiorum, niſi jubeat teſtator & conſentiat, quod procedit etiam de conſenſu hæredum. Clem. *quia contingit. de relig. dom.* Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de reform.* & DD. *ut ſupra. nn.* 14. etiam in melius. Pyrrhus Corrad. *in prax. diſpenſ. lib.* 9. *cap.* 7. *n.* 4. Limita ſi adeſſet cauſa juſta & neceſſaria; quia tunc cauſæ cognitione adhibita, & vocatis quorum intereſt, ſi aliter non poteſt impleri diſpoſitio, poteſt diſpenſare.

59 Non poteſt diſpenſare, quod Chriſtiani poſſint quocumque modo ſervire Judæis. DD. apud Sperell. *dec.* 112. *num.* 93. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſtici cap.* 4. *p.* 4. *num.* 45.

60 Diſpenſans, vel dans licentiam Judici Laico exhumandi cadaver occiſi, ad finem inquirendi in genere,

non fit irregularis ; quia non eſt cauſa propinqua , vel directa mortis. Riccius *in prax. tom.* 1, *reſol.* 463. & Genuen. *in praxi. cap.* 42. *n.* 10. Diana *par.* 4. *tract.* 2. *reſ.* 95. Hieronym. Venerus *in exam. Epiſcop. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 19.

61 Diſpenſat in juramento , & voto ſimplici ſuorum ſubditorum, præſtito intuitu divini obſequii. Innoc. *in cap. ad aures. de his , quæ vi. & in cap. debitores , n.* 2. *de jurejur.* apud Barb. *de pot. Epiſc. alleg.* 36. *a nu.* 1. Covar. *in cap. quamvis . p.* 1. §. 3. *num.* 5. *verſ. nono ,* Sylveſt. *verb. juramentum . 5. quæſt.* 3. modo habeat juſtam, & rationabilem cauſam , uti ſi votum eſſet inductivum mali, vel impeditivum boni , aut inutile , & modo non fiat in præjudicium tertii ; hinc , ſi quis vovit dare calicem monaſterio certo acceptanti , non poteſt ex diſpenſatione Epiſcopi dare alteri monaſterio, vel operi pio , quia jam fuit jus quæſitum monaſterio , Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 7. Sanch. *in ſum. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 41. *num.* 13. quem ſequitur Dian. *p.* 6. *reſ.* 61. & alii , ſed contrarium tenet Barboſ. *loc. cit. num.* 3. Azor. *inſt. mor. p.* 1. *libr.* 11. *qu.* 12. Sylveſt. *verb. votum.* 4. *quæſt.* 7. *verſ. quartum.* & alii, quos vide, non poteſt tamen diſpenſare in votis caſtitatis perpetuæ, intrandi Religionem, peregrinandi in terram ſanctam, ad S. Jacobum Compoſtellæ, viſitandi limina Apoſtolorum. Limita, ſi votum non fuit editum ſimpliciter, ſed in pœnam. Barb. *alleg.* 37. *num.* 7. Antonel. *loc. cit. num.* 10. verſ. limitatur, & alii, quod quidem de facili procedere poteſt ante commiſſam pœnam : ſed quod poſt commiſſam pœnam, puta quia votum quis fregit , non poſſit in iſtis Epiſcopus diſpenſare , tanquam tutius defendit Covar. *in d.* §. 3. *ſub num.* 12. Azor. *l. c. q.* 13. *in fin.* & alii , apud cit. Barboſ.

62 Diſpenſat cum eo , qui cum voto ſimplici caſtitatis matrimonium ratum contraxit , ad effectum , ut poſſit petere debitum , ſicut, qui poſt matrimonium conſummatum vovit caſtitatem, poteſt diſpenſari ab Epiſcopo, ut poſſit petere debitum : quo tamen caſu , ſi votum erat perpetuum, non poteſt mortua uxore ducere aliam, ſine Pontificis diſpenſatione , quia Epiſcopus non diſpenſat in caſtitate perpetua . Barb. & Antonel. *ll. cit.*

63 In caſibus ſibi permiſſis, non poteſt diſpenſare ſine cauſa. cap. *Itcet canon , in fin. de elect. in* 6. Abb. *in cap. ſi Clerici ,* §. *de adulteriis ſub n.* 12. *de Jud.* aliter diſpenſatio eſt irritanda Felin. *in capit. præterea , nu.* 8. *de teſt. cogend.* Sbroz. *de Offic. Vicar. lib.* 2. *q.* 37. *n.* 6. Sanch. *de matr. lib.* 3. *diſp.* 8. *n.* 1. Sperel. *dec.* 109. *a n.* 1. quæ procedunt, cum diſpenſat in lege ſuperioris, & ut ſupra in verb. *diſpenſatio. n.* 142. nam in propria, etiam ſine cauſa , valide diſpenſat , niſi fuerit a Papa confirmata, propter manuum appoſitionem . *DD. cit.* Sanch. *de matr. lib.* 8. *diſp.* 17. *nu.* 27. *ſeqq.* Dian. *p.* 8. *tr.* 3. *reſ.* 73. vide etiam Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 34. *a n.* 5. etiam in caſibus Pontificiis diſpenſat ob neceſſitatem urgentem. Sanch. *de matr. lib.* 2. *diſp.* 40. *a num.* 2. Barb. *de poteſt Epiſc. alleg.* 33. *num.* 26. Sperel. *dec.* 51. *num.* 13. Diſpenſat etiam, ut impuberes matrimonialiter copulentur, tamen cauſa cognita. *cap.* 2. *de deſp. impub.* Pirhing *lib.* 4. *tit.* 2. §. 7. *num.* 33. *ad fin.* quando nempe ſunt prope legitimam ætatem, ut dubium ſit, an malitia ſuppleat ætatem.

64 Univerſaliter Epiſcopus diſpenſat contra jus Canonicum, & leges Pontificias , niſi inveniatur expreſſe prohibitum, ut tenent multi apud Sperel. *dec.* 110. *a num.* 3. & probant ex *cap. nuper* §. *in ſecundo.* ibi: *quia tamen conditor canonis ejus abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit &c. de ſent. excom.* ſed hic textus loquitur de abſolutione, & non de diſpenſatione; abſolutio vero non vulnerat jus, uti diſpenſatio, ſed promovet; ideo contrariam ſententiam tenet Barboſ. quod nimirum Epiſcopus non poſſit diſpenſare contra jus Canonicum, niſi in caſibus ſibi permiſſis. ita *alleg.* 33. *a numer.* 18. quia Epiſcopi ſunt canonum magiſtri , & cuſtodes. cap. *cum quibus.* 24. *quæſt.* 3. tex. in cap. *nulli fas.* 25. *quæſt.* 1. *& cap. ridiculum. diſt.* 12. tum quia Epiſcopis præcipitur, ut canones obſervent ad unguem. Leo Pap. *Epiſt.* 84. *relat. in cap. igitur.* 25. *q.* 2. & Epiſcopus canones non obſervans, magis delinquit, quam Princeps ſæcularis , & fit perjurus , ſicut etiam non ſervari faciens. Sperel. *dec.* 113. *num.* 70. cap. *inſtitutionis.* 25. *qu.* 2. & tandem quod inferior nullam habet poteſtatem in legem ſuperioris, niſi id ei ſpecialiter concedatur, aut expreſſe, aut tacite, tenent DD. plerique apud Sperel. *loc. cit.* & Garz. *de Benef. p.* 11. *cap.* 9. §. 4. *numer.* 339. *ad* 344. Dian. *p.* 3. *tr.* 6. *reſ.* 82. Suarez *de Legib. lib.* 6. *cap.* 14. *num.* 4. Sanch. *de matr. lib.* 8. *diſp.* 5. *n.* 1. Pontius *de matrim. lib.* 8. *c.* 6. *per tot.* Rot. apud Sperel. *loc. cit.* & alii . Limita cum eſt dubium, an caſus egeat diſpenſatione . Dian. *p.* 3. *tr.* 6. *reſ.* 82. *& p.* 8. *tr.* 3. *reſol.* 72. Barb. *de pot. Epiſc. alleg.* 35. *n.* 18. ubi poteſt declarare, indigere vel non indigere diſpenſatione. *& DD.* quos tamen vide & Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 6. *n.* 18.

Poteſt diſpenſare in lege ſuperioris ad vitandum ma- 65
gnum ſcandalum. *cap. quia circa, de conſangu. & affin.* Sanch. *de matr. lib.* 2. *diſp.* 40. *a numer.* 3. *& lib.* 8. *diſp.* 6. *num.* 20. Suarez *de LL. cap.* 14. *lib.* 6. *nu.* 10. Sperell. *dec.* 112. *n.* 47. Item ſi ſupervenit cauſa maxima, vel nova. Diana *par.* 8. *tract.* 3. *reſ.* 71. Barb. *dicta alleg.* 33. Garz. *d. par.* 11. *cap.* 5. *a nu.* 340. modo cauſa iſta concernat publicam utilitatem , & Pontifex de facili conſuli non poſſit , ut ſupra diximus.

Qui habet poteſtatem diſpenſandi pro una vel alte- 66
ra vice, & bis vel ter diſpenſavit, non poteſt amplius diſpenſare; nam permiſſum ad tempus , poſt illud cenſetur prohibitum. *arg. L. boves . ff. de V. O. in* §. *hoc ſermone. L. ſi unus .* §. *ſi cum reo.* ubi Bal. *ff. de pact. L.* 11. §. 1. *ff. de legat.* 2. Ciarlin. *controv. for. cap.* 211. *num.* 54. Tiraquel. *de retr. convent.* §. 1. *gloſ.* 2. *n.* 45. *&* 46. Oſaſc. *deciſ.* 85. *numer.* 13. Rot. *dec.* 475. *n.* 1. *in fin. p.* 2. *rec.*

§. VII.

Quoad Eccleſiam & ejus reparationem.

Eccleſiam ſuæ Diœceſis non poteſt totaliter exime- 67
re a ſua juriſdictione. Riccius *in praxi Epiſc. reſ.* 474. *in p.* 1. ubi Abb. *in cap. cum venerab. n.* 3. *de cenſ.* Fel. *in cap. cum inter. de ſent. & re jud.* & alii; neque ſubditos ſine conſenſu Capituli . Barb. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 88. *num.* 5.

Tanquam Delegatus Apoſtolicus, Eccleſiam, quæ re- 68
parari non poteſt, poteſt alteri , uti Matrici , vel viciniori unire , licet eſſet Parochialis , vel Juriſpatronatus, & diruta in uſus prophanos, ſed honeſtos convertere. Conc. Trid. *ſeſſ.* 21. *cap.* 7. §. *parochiales vero, de reform.* Sperell. *dec.* 67. *n.* 14. & fructus ſuperfluos unius Eccleſiæ poteſt aſſignare fabricæ alterius Eccleſiæ. Riccius *in praxi reparat. par.* 4. *reſ.* 341. Eccleſiæ res infeudari ſolitas poteſt ſuis conſanguineis infeudare, juxta Fachin. *lib.* 7. *controv. Jur. cap.* 31. cum id nulla lex prohibeat , quamvis aliqui apud eundem contrarium teneant.

Parochialem poteſt erigere in Collegiatam, ſicut et- 69
iam aliam Eccleſiam . Zerolla *verb. Epiſcopus. quæſt.* 17. apud Dianam *par.* 3. *tract.* 6. *reſ.* 38. Novar. *quæſt. for. par.* 1. *quæſt.* 24. *n.* 4. Garz. *de Benef. par.* 12. *cap.* 5. *n.* 4. & alii. Sed Barboſa *de Jure Eccleſ. libr.* 2. *cap.* 6. contrarium tenet, citans Rotam apud Rubeum *dec.* 99. *num.* 9. *p.* 7. *recent.* & S. Congr. *de Anno* 1629. 27. *Jun.* & eſt communior. Rebuff. *in prax. Benef. tit. de erect. in Colleg. in princ.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 14. *n.* 49.

Quando poſſit cogere Parochos ad reparationem Ec- 70
cleſiæ Parochialis, & qualiter vide quæ dicuntur in praxi *reparationis.* ex Barb. *de officio Parochi par.* 1. *cap.* 13. *a n.* 2.

§. VIII.

Quoad excommunicationem.

Poteſt excommunicare turbantes ſuam Juriſdictio- 71
nem etiam ſine admonitione. *cap. dilectos. de ſent. excom. in* 6. Covar. *in cap. alma mater. par.* 1. §. 9. *num.* 6. *verſ. hinc denique.* Bulla Cœnæ iſtos quolibet anno monet. Riccius *in praxi par.* 3. *reſ.* 231. *&* 497. modo id faciat in continenti. P. Pirhing *lib.* 5. *tit.* 39. *ſect.* 6. *num.* 187. Non poteſt tamen excommunicare ſuum ſubditum exiſtentem extra Diœceſim , ut diximus in verb. *cenſura. num.* 2. quamvis Laym. *in Theol. mor. lib.* 1.

lib. 1. tr. 5. p. 1. cap. 4. numer. 7. teneat, quod si subditus ratione domicilii commisso delicto fugiat, is possit etiam absens per nuncium, vel litteras citari, & si non compareat, sed sit contumax, excommunicari. *arg. cap. ex tua, de cler. non resid. & numer. 8.* cum quo Pirhing *loc. cit. num. 29. vers. notandum secundo*, subjungit, posse Episcopum suis subditis etiam in alieno territorio aliquid præcipere sub pœna excommunicationis, etiam ipso facto incurrendæ: vel etiam particularem sententiam in eos ferre ob delictum notorium, quod nullam probationem, aut causæ cognitionem requirit, sicut etiamsi alter Episcopus, in cujus Diœcesi res agitur, facultatem det judiciarium processum instituendi. Neque potest aliquem excommunicare pro injuria propria, secus Ecclesiæ. Barb. *de Jure Eccles. lib. 1. cap. 11. numer. 233.* nisi propria injuria redundet in Ecclesiam, vel nisi habeat nulla alia media, sua bona &c. defendendi.

72 Excommunicationem non incurrit remittens emphyteutæ caducitatem ob canonem non solutum, quia sapit magis jus quærendum, in quo potest præjudicare Ecclesiæ, quam jus quæsitum. Riccius *in praxi. par. 1. res. 129.* Clarus *in §. emphyteusis quæst. 19. num. 3.* qui id admittit, si Ecclesia non est Collegiata, alias requirit Capituli consensum.

73 Licet de Jure communi posset excommunicare Regem, & Imperatorem juxta Alterium *tom. 1. disp. 10. lib. 3. cap. 5.* tamen hodie non potest, quia Reges habent privilegium a Pontifice, ne possint ab Episcopis excommunicari ob reverentiam Majestatis. Bonacina *de censur. disp. 1. punc. 4 quæst. 1. num. 19.* Diana *par. 3. tract. 1. res. 9.* quod tamen privilegium est personale, & ideo non extenditur ad Regis Consiliarios. Dian. *l. c.* ubi Doctores.

74 Ratione delicti potest excommunicare non subditum, dum est in sua Diœceci. DD. apud Dianam *par. 5. tract. 9. res. 36.* Subditum vero suum, dum est extra Diœcesim, tunc tantum potest excommunicare, quando delictum est ita notorium, ut non requirat causæ cognitionem. DD. apud Dianam *loc. cit.* quamvis contraria sententia teneatur a Joan. Propositio *in 3. p. D. Thom. quæst. 1. de censur. in commun. dub. 5. num. 34.* apud Dianam *loc. cit. res. 35.* qui probat *ex cap. Episcopum. 9. quæst. 2.* quia jurisdictio contentiosa non potest exerceri in alieno territorio, vide tamen DD. supra *num. 64. cit.* potest tamen excommunicare subditum delinquentem in monasterio exempto, quia licet illud non sit de Diœcesi, est tamen in Diœcesi. Dian. *l. c. res. 66.*

75 Non potest excommunicare Inquisitores, nec ipse ab illis excommunicari potest. Diana *loc. cit. res. 51.* Et ordinarie neque regulares sine delegata facultate a Pontifice. Diana *par. 5. tract. 9. res. 43.*

76 Episcopus excommunicatus, vel alia Censura ligatus tempore quo Episcopatus ordinem suscipit, fit irregularis, quia Episcopatus est ordo. Bellarmin. *de ord. lib. 1. cap. 5.* & multi apud Dianam *par. 5. tract. 10. res. 41.* sed S. Thom. & Theologi multi defendunt, quod non sit ordo, apud cit. Dianam.

§. IX.

Quoad Festa.

77 Debet curare celebrationem festorum. Riccius *in prax. p. 4. res. 377.* & habet intentionem fundatam, ut possit illorum observationem præcipere etiam Regularibus exemptis. vide Concil. Trid. *sess. 25. cap. 12. de Regular.* nihil potest recipere pro licentia laborandi die festo; potest tamen mutare opus servile in eleemosynam convertendam in pios usus. Riccius *loc. cit. res. 383.* Et quod possit transgressores pœna pecuniaria punire, dicit Riccius *loc. cit.*

78 Non potest inducere novum festum sine consensu Cleri, & populi. Pignatel. *tom. 1. cons. 11.* ubi Suarez & S. Congr. nisi alid habeat consuetudo, & probatur *ex cap conquestus, de fer.* ibi: *quas singuli Episcopi in suis Diœcesibus cum Clero, & populo duxerint solemniter venerandas &c.* DD. apud Dian. *p. 4. tr. 4. res. 178.* Capon. *disc. for. 208.* quamvis contrarium, quod imo non requiratur populi consensus, tanquam verius judicet Genuen. *in prax. Archiepisc. cap. 51. aut 122. juxta diversas impressiones.* Barbos. *de potest. Episc. alleg. 105. n. 39.* Gavant. *in manual. Episc. verb. festi dies. n. 3.* quibus adhærere videtur Dian. *loc. cit.* & apud hos alii. *& ad cit. cap. conquestus.* respondet Genuen. *ibid.* & quod adhibeatur populus, non ut cum Episcopo statuat, sed potius ut Episcopus ab eo audiat, ne multiplicitate festorum oneretur, dicit Barbos. *ibid. nu. 36.* Non potest instituere festum alicujus Beati, nondum canonizati, juxta Dian. *p. 3. tr. 5. res. 9.*

§. X.

Quoad Jejunium, & Indulgentias.

Jejunium incidens in aliquo festo, vel in ultima, 79
aut penultima die Bacchanalium, non potest transferre in diem Sabbathi præcedentis vel sequentis, etiamsi prævideat illud male observandum. Et ita respondit S. Congr. Archi-Episcopo Salisburgensi, de anno 1704. contra Pignatel. *tom. 3. cons. 14.* Dian. *p. 3. tr. 6. res. 66.* & alios.

Tantum 40. dierum indulgentias dare potest. De 80
quo vide plura in praxi *Indulgentiarum*.

§. XI.

Quoad Jurisdictionem, & Judicialia.

Episcopus potest in omni loco suæ Diœcesis pro tri- 81
bunali sedere, modo locus sit honestus, & litigantes sine magno suo incommodo possint eo convenire. *c. cum Episcopus, de offic. ordin. in 6.* Barbos. *de offic. Episc. p. 2. alleg. 80.* Sicut potest Cathedralem, & tribunal in alium locum transferre suæ Diœcesis. Riccius *in prax. p. 2. res. 350.* saltem ad aliquod tempus, etiam longum ex justa causa.

Episcopus non potest exercere suam Jurisdictionem 82
contentiosam extra suam Diœcesin. Barbos. *de offic. Episc. p. 2. alleg. 6. num. 10.* Ciarl. *cap. 60. nu. 5.* Tusc. *litt. E. concl. 250.* Gratian. *decis. March. 98. nu. 4.* Cabal. *res. crim. cas. 120. num. 3.* Ugol. *de off. Episc. cap. 4. §. 14. num. 4.* tex. *in clem. un. in princ.* & ibi glos. *verb. jurisdictionem, de for. compet.* nisi sit expulsus a sua diœcesi, ut *in cit. Clem.* Barbos. *loc. cit. alleg. 80. numer. 10.* vel nisi effectus conferatur in propriam Diœcesim, & non vertatur causæ cognitio. Gratian. *disc. for. cap. 127. num. 8.* Barbos. *alleg. 6. num. 18.* nam extra Diœcesim habetur loco privati, exceptis iis, quæ sunt Jurisdictionis voluntariæ. Barb. *d. alleg. 6. num. 16.* Ita nec potest facere sequestrum, vel arrestum in aliena Diœcesi, vel citationem, quia tales actus sunt turbativi, & puniuntur pœna stellionatus. Ciarl. *loc cit. num. 7.* Neque potest exequi in bonis sitis extra suam Diœcesim. *DD. apud* Ciarl. *dict. cap. 60. num. 10.* Neque potest ingredi alienam Diœcesim ad impertiendas benedictiones sine gravi injuria. Ciarl. *cap. 67. num. 13.* Gratian. *disc. for. cap. 467. num. 59. & 66.* quia sunt actus Jurisdictionis & potestatis. Ita nec potest concionari in aliena Diœcesi, sine Diœcesani consensu. Riccius *in prax. Episc. res. 475. in p. 1.* Genuen. *in prax. Archiep. cap. 58. in mea impres.* Potest tamen sibi eligere confessarium non subditum, absque alia licentia Diœcesani. *cap. fin. de pœnit.* Riccius *in prax. Episc. res. 480.* qui tamen refert declarationem S. Congreg. in contrarium, ubi confessarius non est ab Ordinario suo approbatus, & late probat Fagnan. *in cap. fin. a n. 5. & 53.*

Habens Jurisdictionem temporalem, licet committat 83
causam Judici, ex qua sequitur pœna sanguinis, non fit irregularis. Sperel. *decis. 86. n. 15.* Antonell. *de regim. Eccles. lib. 6. cap. 43. cap. fin. ne Clerici vel Monachi. in 6.* Bellet. *disquis. Cleric. tit. de discip. cler. §. 5. n. 135.* Bonac. *de censur. disp. 7. quæst. 4. punc. 1. nu. 28.* Diana *par. 4. tr. 2. res. 78.* Fusc. *de visit. lib. 1. c. 32. n. 5.* In causa Immunitatis est Judex, & quomodo debeat judicare, vide *Judex Ecclesiasticus*.

Est Judex in prima instantia suorum Diœcesanorum. Bar- 84
bos. *de offic. Episc. alleg. 81.* habet fundatam intentionem in Jure communi quoad omnes suos subditos in tota Diœcesi, & in qualibet ejus parte. Maresc. *lib. 1. var. res. cap. 11. n. 2.* Ciar. *cap. 67. numer. 29.* Potest esse Judex in causa suæ men-

mensæ, vel Ecclesiæ, de partium tamen consensu. Sperel. *dec.* 93. *a num.* 19. Tusc. *litt. E. concl.* 257. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 5. *cap.* 10. Sbroz. *de Offic. Vicar. lib.* 3. *q.* 60. & ideo potest recusari suspectus in causa suæ Ecclesiæ, vel suæ mensæ; sicut etiam illius Vicarius. DD. apud Sperel. *loc. cit. per tot.* ubi vide & apud Scacc. *de appell. q.* 8. *a num.* 57. Ciarl. *cap.* 65. *num.* 24. apud quos plura de hac materia.

85 Causam delegatam cognoscit ut Delegatus, non ut Ordinarius, & Episcopus. Sperel. *decis.* 97. *num.* 8. ubi quomodo possit illam subdelegare suo Vicario. Hinc non potest se ingerere in causa delegata Vicario generali, etiam sub nomine dignitatis, vel Officii, neque exequitur litteras Apostolicas directas Vicario, nec vice versa, de quibus vide in verbo *Delegatus*, *Executor*, & *Vicarius*.

86 Habet territorium, & Curiam armatam, ut probatur *ex cap. contra idolorum.* 26. *q.* 5. & ibi Glos. *verb. verberibus. cap. attendendum*, & ibi Glos. *verb. & carceri.* 17. *q.* 4. *cap. omnes Basilicæ.* 16. *q.* 7. late Joan. Francisc. Leo *in Thesaur. for. Eccles. p.* 1. *cap.* 9. *a num.* 16. *seqq.* Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 2. *q.* 147. *num.* 1. Ciarlin. *contr. for. cap.* 50. *num.* 25. Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg.* 107. *a nu.* 1. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 81. Mart. *de jurisd. p.* 1. *cap.* 50. *a num.* 5. Pignatel. *tom.* 1. *consult.* 82. *num.* 13. Riccius *in prax. Episcop. p.* 1. *res* 483. Dian. *p.* 6. *tr.* 2. *res.* 5. ubi Sacr. Congr. Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 3. *de reform.* Conciol. *resolut. crimin. verb. Episcopus resol.* 1. *num.* 2. Jul. Clar. *in* §. *fin. q.* 80. *sub num.* 5. & apud hos innumeri alii, quia alias esset inutilis ejus potestas.

87 Habet etiam fiscum, & jus confiscandi, etiam contra Laicos, illosque mulctandi seu puniendi pœna pecuniaria. Ciarlin. *contr. for. cap.* 50. *num.* 37. late Solorzan. *loc. cit. num.* 77. Cabal. *resol. crimin. cas.* 194. *num.* 11. Covarruv. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 9. *num.* 9. Sperel. *decis.* 4. *a num.* 1. Bajard. ad Clar. *in* §. *fin. q.* 80. *num.* 1. & *DD. supra cit.* ita tamen, ut mulctæ applicentur usibus piis, quamvis, quod has mulctas Laicis impositas pro crimine Ecclesiastico, aut mixto, possit Episcopus applicare suæ cameræ, cum habeat fiscum, dicit Vivius *in sua sylva commun. opin.* 255. *num.* 2. de quo tamen vide infra. *numer.* 141. & Clar. *in* §. *fin. d. q.* 80. *num.* 5.

88 Potest contra Laicos pro crimine Ecclesiastico, aut mixto præveniendo procedere, non tantum censuris, sed etiam aliis pœnis, uti carceris, arresti &c. etiamsi non haberet proprium territorium temporale. Marta *de jurisdict. p.* 1. *cas.* 50. *numer.* 5. Barbos. *de potest. Episc. d. alleg.* 107. Covarruv. *pract. quæst. cap.* 10. *nu.* 2. Sperel. *d. decis.* 4. *a numer.* 1. & 4. Ciarlin. *contr. forens. cap.* 50. *numer.* 34. Tusch. *pract. concl. litt. M. concl.* 293. *numer.* 41. & 42. Guazzin. *ad defens. reor.* ubi de veriori *defens.* 1. *cap.* 8. *num.* 28. & *cap.* 11. *num.* 33. Felin. *in cap. cum sit. num.* 20. *vers. contrarium, de for. comp. & in cap. significasti. num.* 4. *in fin. de off. deleg.* Genuens. *in prax. Archiep. cap.* 13. *sub num.* 1. apud quos innumeri alii, contra paucos relatos a Clar. *in* §. *fin. q.* 37. *num.* 8. & videndus est etiam Farinac. *de hæres. q.* 182. *numer.* 90. & faciunt textus *supra numer.* 86. *citati.* & pro omnibus Concil. Trident. *d. sess.* 25. *cap.* 3. *de reform.* cujus verba hic ponere placuit, & sic sonant: *In causis vero Judicialibus NB.* ecce, quomodo Judex Ecclesiasticus etiam in causis judicialibus, seu civilibus procedere possit. *mandatur omnibus Judicibus Ecclesiasticis, cujuscumque dignitatis existant, & quandocumque executio realis, vel personalis. NB.* ecce, quomodo Judex Ecclesiasticus, possit etiam executione reali, aut personali per capturam procedere. *in qualibet parte judicii propria auctoritate. NB.* illud propria auctoritate: ergo non est requirendus consensus Judicis Laici, & ut infra dicemus. *ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo, quam definiendo a censuris Ecclesiasticus, seu interdicto: sed liceat eis, si expedire videbitur, in causis civilibus ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus. NB.* ecce, quomodo etiam causæ civiles ad forum Ecclesiasticum spectent. *contra quoscumque, etiam Laicos, per mulctas pecuniarias, quæ locis piis ibi existentibus, eo ipso, quod exactæ fuerint, assignentur; seu per captionem pignorum, personarumque districtionem.* ecce iterum auctoritatem mulctandi pœna pecuniaria, & carcerandi etiam Laicos Ecclesiastico Judici competentem. *per suos proprios, aut alienos executores.* ecce, quod Episcopus possit habere proprios executores, & familiam armatam. *faciendam, sive etiam per privationem beneficiorum, aliaque Juris remedia procedere, & causas definire &c.* Et potest facere executiones prædictas, tam in civilibus, quam criminalibus in Laicorum bonis, etiam Judice Laico irrequisito; nam si potest personam constringere, cur non magis bona. Concil. Trid. *loc. cit.* Ciarlin. *d. cap.* 50. *num.* 41. Solorzan. *de Jur. Indiar. d. cap.* 7. *numer.* 80. ibi: *sed meo judicio non recte.* ubi late, quidquid dicat Covar. *pract. quæst. d. cap.* 10. *numer.* 2. *vers. tertio illud.* cujus doctrina forte procedit, quando bona mulctati sunt extra territorium temporale ipsius Episcopi, & ideo extra ejusdem territorium executio est facienda, vide etiam supra in verb. *brachium seculare*.

Potest punire Laicos, & alios exemptos, qui offen- 89
derunt Cursores, & Officiales suæ Curiæ, munus suum exercentes ratione offensæ jurisdictionis, quæ delicto prorogatur. ad tex. *in L. addictos C. de Episc. audient.* Ciarlin. *cap.* 48. *num.* 7. Genuens. *in prax. Archiepisc. cap.* 10. *in mea impressione. per tot.*

Potest etiam punire Laicos deturpantes, vel lace- 90
rantes cedulones excommunicationis, vel male loquentes in contemptum censuræ, quia videntur male sentire de potestate Ecclesiastica, & sunt suspecti de hæresi. Ciarlin. *d. cap.* 48. *numer.* 9. Genuen. *ut supra cap.* 7. *num.* 6.

In delictis mixti fori non obstante præventione Ju- 91
dicis Laici, potest punire delinquentem pœnis Ecclesiasticis, & ita diversis ab illis, quas inflixit Judex Laicus. vide *Judex Ecclesiasticus*.

Non potest delegare causas Ecclesiasticas, vel Cle- 92
ricorum Laicis. Dian. *p.* 1. *tract.* 2. *res.* 112. neque potest impertiri brachium suum, cum constat de injustitia causæ. vide *Judex Ecclesiasticus*.

§. XII.

Quoad Laicos.

Laicus non potest concedere jus percipiendi Deci- 93
mas, decimaram tamen fructus potest ad tempus illis concedere ex justa causa, uti si est benemeritus Ecclesiæ. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 121. *num.* 2. vide supra verb. *Decimæ. num.* 60. & 71. Non potest dare licentiam Laicis exercendi jurisdictionem in Ecclesia. vide *Judex Laicus*.

Potest compellere Laicos ad eleemosynam tempore 94
penuriæ; Item cogere, ut eodem pretio merces, & victualia peregrinis vendat ac incolis. Item ad dandam eleemosynam Concionatori, ubi ita obtinuit consuetudo, juxta Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 4. *de reform.* Item ad vendendum frumentum tempore penuriæ. Item ad solvenda legata pia. Barb. *de potest. Episc. par.* 2. *alleg.* 82. *per tot.* Item tam Laicis, quam Clericis potest prohibere disputationes inanes, & periculosas, ac inutiles tam publicas, quam privatas. *cap. quicumque.* §. *inhibemus. de hæret. in* 6. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 8. Item ne sacræ litteræ ad scurrilia trahantur. Item ne novi libri de rebus Ecclesiasticis tractantes sine sua licentia imprimantur sub pœna excom. ita Barb. *loc. cit. num.* 12. *d. cap.* 11. Azor. *instit. mor. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 17. *q.* 1. *seqq.* ex Concil. Lateran. sub Leone X. *sess.* 10. *de impress. libror.*

Quamvis debeat curare, ut omnes discant catechesim, non potest tamen pueros sub pœnis etiam in casu notabilis negligentiæ cogere, nisi aliud de consuetudine servetur. Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 4. *de reform.* Barb. *de Jure Eccles. lib.* 1. *d. cap.* 11. *a num.* 5. vide supra in verbo *Doctrina Christiana*. 95

Neminem potest cogere ad se reconciliandum cum 96
inimico. S. Congreg. apud Barb. *loc. cit.* sed P. Pirhing. *lib.* 1. *tit.* 34. cum Abb. *in cap. innovamus de pace.* tenet contrarium. Limit. si privati dissident, qui Pirhing tamen loquitur de concordia, & transactione inter litigantes &c. facienda, quem vide.

Nundinas & mercatus diebus festivis potest prohi- 97
bere. Riccius *in praxi Episc. ref.* 491. Non potest cogere ad audiendas missas in parochia etiam in casu

nota-

notabilis negligentiæ. Barb. *de off. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 24. *num.* 17. ob conſuetudinem & privilegia Regularium. Diana *p.* 10. *tract.* 13. *reſ.* 25.

98 Debet prohibere, ne Laici, etiam Præfecti, habeant ſedem in presbyterio cum ſacerdotibus. Barb. *de Jure Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 19. nec permittere, quod in Eccleſia ſupellectilia Laicorum cuſtodiantur, niſi in gravi neceſſitate, puta inopinato incendio, hoſtium invaſione &c. Barboſ. *l. c. n.* 25.

99 Licentiam legendi libros prohibitos nec Laicis, nec Clericis dare poteſt. Barb. *de pot. Epiſc. alleg.* 90. *n.* 7. plura vide in verbo *Judex Eccleſiaſticus*.

§. XIII.

Quoad Immunitatem.

100 An poſſit extrahere Clericos delinquentes ab Eccleſia, vide quæ diximus *in praxi Clericorum. n.* 86.

101 Non poteſt extrahere Reum, qui fugit ad Eccleſiam poſt proceſſum fabricatum a Laico in contumaciam ſine licentia S. Pontificis. Ciar. *controv. for. cap.* 10. *n.* 52. Guazzin. ad defenſ. Reorum. *defenſ.* 20. *cap.* 9. *nu.* 30. poteſt infligere cenſuras contra violantes Immunitatem Eccleſiaſticam. *cap. cum pro cauſa. de ſent. excom.* plura vide in verbo *immunitas*, & *Judex Eccleſiaſticus*.

§. XIV.

Quoad matrimonium.

102 Epiſcopus non poteſt interdicere matrimonium illis, qui ignorant orationem Dominicam; quia matrimonii prohibitio non eſt regulariter inducenda, niſi in caſibus a Jure expreſſis S. Congreg. & DD. apud Riccium *in praxi var. reſol.* 586. *par.* 1. Sanch. *ut infra num.* 19. ubi quod poſſint demum ſuaviter detineri ad tempus (quatenus non inſtent) donec neceſſaria addiſcant. Neque poteſt prohibere, quod non poſſit contrahi in domo. Barb. *de pot. Epiſcop. par.* 2. *alleg.* 32. *num.* 18. ubi S. Congreg. Sanz. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 15. *num.* 20. quia ſufficienter celebratur in facie Eccleſiæ, ſi contrahitur coram Parocho & teſtibus. Leo *in theſaur. for. Eccleſ. p.* 2. *cap.* 9. *num.* 48. Item non poteſt condere leges! matrimonium irritantes. Diana *par.* 10. *tract.* 13. *reſ.* 23.

§. XV.

Quoad Miſſas.

103 Miſſarum onera in fundationibus poſita non poteſt reducere, quomodocumque redditus ſint tenues. S. Congreg. ſub Urbano VIII. apud Riccium *in praxi Miſſarum poſt reſol.* 105. Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *capit.* 4. *de reform.* Barboſ. *de offic. & pot. Epiſc. alleg.* 29. *numer.* 9. Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 14. *numer.* 8. niſi aliter fuerit uſu receptum, dummodo Concil. Trid. ab initio non fuerit receptum; nam ſi fuit receptum, uſus contrarius non valet, niſi ſpatio quadraginta annorum fuiſſet præſcriptus; ſi vero ab initio non fuit receptum, ſufficit non uſus decem annorum. vide Garz. *de Benef. par.* 7. *cap.* 1. §. 19. *num.* 137. Neque in Beneficiis ſine fundatione certum numerum requirentibus, vide plura in verbo *Miſſa*. & late Dian. *p.* 1. *tr.* 14. *reſ.* 1. *ſeqq.*

104 Poteſt etiam extra ſuam Diœceſim celebrare in portatili miſſam, ſive ſit in tranſitu, ſive non. Diana *p.* 4. *tract.* 4. *reſ.* 15. Venerus *in exam. Epiſcop. lib.* 4. *c.* 17. *n.* 14. Gavant. *in man. Epiſ. verb. Epiſcopus. n.* 9. ubi Ugolin. *de poteſt. Epiſc. lib.* 1. *c.* 2. §. 2. *n.* 4. & apud hos alii, modo ſit extra Romam, imo hoc privilegium aliqui apud *DD. cit.* concedunt tantum, dum Epiſcopus eſt in tranſitu.

105 Poteſt dare licentiam, ut miſſa celebretur extra Eccleſiam pro exercitu die feſto; item in cubili perſonæ Illuſtris pro una vel duabus vicibus, ſi eſt ægrota, ut ſumat Euchariſtiam ex præcepto, vel ob viaticum. Item tempore peſtis. Item in mari, in magna navi, ubi non eſt periculum effuſionis. Dian. *p.* 9. *tr.* 1. *reſ.* 44. vide etiam infra in verbo *Oratorium*.

§. XVI.

Quoad Moniales, & acceſſum ad illas.

Monialium monaſteria ingrediens, ſecundum Bullam Greg. XIII. debet ſecum ducere majores ſeu ſeniores, non moribus, ſed ætate. Riccius *in prax. par.* 1. *reſ.* 606. quia præſumuntur prudentiores. 106

Poteſt ſub excommunicatione prohibere acceſſum ad Monaſteria Monialium, etiam Regularibus ſubjecta. Sperel. *dec.* 97. *n.* 30. ubi Ugolin. *de off. Epiſc. cap.* 21. §. 4. *n.* 4. Gratian. *diſc. for. cap.* 393. *n.* 23. *ſeqq.* quos vide; & Quarant. *in ſum. Bullar. verb. Monaſteria Monialium. verſ. hinc tangenda. fol. mihi* 350. Mulieri nuptæ, ob lites cum marito, an poſſit dare licentiam ingrediendi monaſterium? vide Dian. *p.* 3. *tr.* 1. *reſ.* 130. vide plura in prax. *Monaſteriorum*. 107

Debet is per ſe, vel Vicarium examinare Novitiam, antequam profiteatur, licet Monaſterium eſſet exemptum. Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 17. *de regular.* Barb. *de off. Epiſc. alleg.* 100. Tambur. *de Jur. Abbatiſ. diſp.* 4. *q.* 2. Ciarl. *cap.* 194. *per tot.* Riccius *in praxi explorationis. par.* 4. *reſ.* 195. apud quos, quod hoc examen ſeu exploratio debeat bis fieri, ſcilicet ante habitus ſuſceptionem, & ante profeſſionem, an illis poſſit dare licentiam exeundi e monaſterio. vide *Novitia*. 108

Abbatiſſæ, vel alii Moniali tenetur dare licentiam exeundi e Monaſterio ad præſtandum juramentum fidelitatis Principi propter feudum, quod ab illo habet, ſi hoc non poteſt præſtare per procuratorem; ita tamen, ut præſtito juramento ſtatim debeat redire, dummodo exeat cum honeſta ſocietate, ob privilegium Bonifacii VIII. *in cap. periculoſe. de ſtatu regular. in* 6. §. *verum.* quod non fuit revocatum. Bonacin. *de clauſura. quæſt.* 1. *p.* 9. *numer.* 9. Debet cogere Moniales ad clauſuram; & quidem ſibi ſubjectas jure ordinario, exemptas vero jure Delegato. Concil. Tridet. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de regular. d. cap. periculoſo.* §. *& quoniam.* & ſecundum aliquos poteſt ſibi reſervare caſus Monialium contra clauſuram, etiam quoad exemptas. DD. apud Dianam. *par.* 10. *tract.* 13. *reſ.* 52. ubi vide pro, & contra. 109

Non poteſt dare licentiam ingrediendi Monaſteria monialium, niſi ob neceſſitatem Monaſterii, vel Monialium manifeſtam. Conc. Trid. *d. ſeſſ.* 25. *cap.* 5. Motus proprius Gregor. XIII. qui incipit. *ubi gratiæ. cit. cap. periculoſo de ſtatu regular. in* 6. uti Confeſſario pro infirma, vel Medico. vide Bonacin. *de clauſura. quæſt.* 4. *punc.* 4. quoad Novitias. vide *Novitiæ*. plure in verbo *Moniales*. 110

§. XVII.

Quod oratoria & ordines.

Epiſcopus oratorium privatum, & in eo celebrandi licentiam concedere non poteſt. Paſſerin. *de pollut. Eccleſ. diſp.* 2. *cap.* 6. niſi ex gravi & urgente neceſſitate. Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *in decreto de obſervandis, & evitandis in celebratione Miſſæ*. Riccius *in prax. Epiſc. reſ.* 470. Barb. *de poteſt. Epiſc. par.* 2. *alleg.* 23. S. Congreg. apud Quarantam *in ſum. Bullar. verb. Miſſa*. Ipſe vero poteſt habere unum oratorium privatum in ſuo palatio pro ſua familia tantum. Diana *par.* 9. *tract.* 1. *reſ.* 38. etiam extra Diœceſim. vide *Oratorium*. 111

Qui renuntiavit loco, & Dignitati non poteſt conferre ordines, etiam ab alio rogatus, ſecus ſi tantum loco renuntiavit. Diana *par.* 8. *tract.* 2. *reſ.* 7. vide Venerum *in exam. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 12. *a n.* 24. 112

Invitatus ad ordinandum in aliena Diœceſi, non poteſt tantum ſuos ſubditos ordinare, ſed etiam alienos, dimiſſorias ſuorum Epiſcoporum habentes, etiam ſine nova licentia Epiſcopi, vel Capituli invitantis. Vener. *in exam. Epiſc. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 51. & alii apud Dian. *p.* 4. *tr.* 4. *reſ.* 144. Barboſ. *de offic. Epiſc. alleg.* 4. *n.* 64. vide Concil. Trid. *ſeſſ.* 6. *cap. fin. de refor.* & ibi Gallemart. & infra in verbo *Vicarius Capitularis*. 113

Non debet ordinare Regularem, niſi iſte juramento, & chirographo ſua manu ſcripto promittat, ſe profeſſionem ſuam alias factam, confirmare, & ratificare, & hoc ſcriptum debet in archivio Epiſcopi conſervari. Dian. 114

p. 4. *tr.* 4. *ref.* 82. Gavant. *in Enchirid. Episc. verb. Ordines major. num.* 28. & tunc ordinantur ad titulum paupertatis.

115 Ordinans ad primam tonsuram non subditum, sine dimissoriis, est suspensus a collatione tonsuræ; imo post Concil. Trid. *sess.* 14. *cap.* 2. & *sess.* 23. *cap.* 8. *de reform.* est suspensus per annum a collatione omnium Ordinum. Dian. *p.* 3. *tr.* 4. *ref.* 194. Suarez *de censur. disp.* 31. *sect.* 5. Barbos. *de off. Episc. p.* 2. *alleg.* 6. *num.* 1. Bonac. *de censur. disp.* 3. *pun.* 5. §. 2. *num.* 4. quamvis aliqui velint esse tunc suspensum solum a collatione tonsuræ.

116 Episcopus Domicilii potest ordinare sine dimissoriis Episcopi originis. Riccius *in prax. p.* 3. *ref.* 475. Non potest ordinare peregrinos, nec permittere illos celebrare sine commendatitiis. Barb. *de off. Episc. p.* 2. *alleg.* 21. *a num.* 1. limita ut supra. *num.* 30.

117 Licet de Jure non possit denegare ordines Laico sine causa; post Concil. Trid. tamen *sess.* 23. *cap.* 16. *in princ.* ibi: *cum nullus debeat ordinari, qui judicio sui Episcopi non sit utilis, aut necessarius &c.* potest. Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 77. Riccius *in prax. par.* 1. *ref.* 597. non potest ordinare suum subditum in temporalibus tantum. Riccius *in prax. p.* 4. *ref.* 586. nisi habeat dimissorias sui Episcopi.

118 Ut aliquem ordinet ad titulum, potest illi immediate, vel paulo ante conferre Beneficium, & talem ordinare. Dian. *p.* 10. *tr.* 11. *ref.* 48. quia jus, ut quis ab Episcopo non ordinetur, si non est subditus ratione domicilii, tantum requirit, ut obtineat Beneficium legitime, nec distinguit, quo fine illud obtineat; quod ob identitatem rationis extenditur etiam ad Beneficium tenue, contrarium tamen tenent Quarant. Riccius, Barb. & alii, apud Dian. *loc. cit.* quia talis collatio videtur facta in fraudem legis; fraus vero, vel dolus nemini debet patrocinari, & frustra requireret Concil. Trid. ut sit familiaris triennalis, & illi statim conferat Beneficium post ordinationem. Et certe si ordinandus nondum haberet primam tonsuram, quod tunc Episcopus extradiœcesanus non possit eidem conferre beneficium, ad effectum, ut illum sibi faciat subditum, docet Tambur. *de sacram. lib.* 7. *cap.* 7. §. 2. *nu.* 29. quia sicut non potest valide conferri beneficium non habenti saltem primam tonsuram, sic per illam collationem, utpote nullam, non potest quis effici subditus.

119 Conferens invito primam tonsuram, suspenditur per annum ab ejus, & aliorum Ordinum collatione, sicut, si confert infanti, illiterato, non subdito, sine dimissoriis, si Pontificalia exercet in aliena Diœcesi sine Diœcesani consensu. Item, si confert tonsuram conjugato. Item conferens uno die duos ordines majores, vel sacerdotium indigno. Item ordinans scienter publice pœnitentem, vel Bigamum, vel Monachum exemptum sine Abbatis licentia. Item suspenditur per triennium ordinans aliquem sine titulo, cum pacto inito cum Clerico, de non petendo ab Ordinante patrimonium. Barb. *de pot. Episc. p.* 3. *alleg.* 111. Non potest ordinare in Ecclesia græca secundum ritum latinum, neque Græcus in latina secundum ritum græcum, nec hanc licentiam dat Vicarius. Pignatel. *tom.* 3. *cons.* 60. Peccat mortaliter, si denegat Ordines habenti Beneficium, vel in dignitate Ecclesiastica constituto sine causa, aut dimissorias. Barb. *de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 76. plura vide in verbo *Ordo*.

§. XVIII.

Quoad Obedientiam.

120 Episcopus feudatarius Regis, debet prius obedire Pontifici, quam Regi, quia majus est vinculum spirituale, quam temporale. *cap. solitæ, de major. & obed.* Dian. *p.* 3. *tr.* 1. *ref.* 6. Marta *de Jurisd. patr.* 4. *cas.* 18. *n.* 22. ex quo colligitur, quod subditi, etiam Laici, tenentur potius obedire Episcopo præcipienti, quam potestati Laicali contraria jubenti, de quibus plura infra in verbo *Obedientia*.

§. XIX.

Quoad Parochias, & Parochos.

121 Episcopus non potest Parochiam, vel aliud Beneficium in suis manibus resignatum, suo consanguineo vel familiari conferre, ubi est recepta Bulla Pii V. Dian. *part.* 5. *tr.* 14. *ref.* 26. vide Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 69. *n.* 48. Garz. *de benef. p.* 11. *cap.* 3. *n.* 270. Jo. Franc. Leo *in thes. for. Eccles. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 69. Paris. *de resign. lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 188. & infra *n.* 169.

Tenetur facere concursum Parochialium spectantium 122
ad aliorum collationem, quando sunt plures præsentati, & tunc ex pluribus eligere magis idoneum, cui inferior tenetur conferre; communior apud Garz. *de Benef. p.* 9. *cap.* 2. Genuen. *in prax. Archiep. cap.* 66. vide Barbos. *de offic. Episc. alleg.* 60. *a num.* 18. & supra in verb. *Beneficium. num.* 116.

Potest constituere novas Parochias ob distantiam lo- 123
corum, vel numerositatem Parochianorum. Concil. Trid. *sess.* 21. *cap.* 4. *de reform.* Riccius *in prax. Episc. in p.* 1. *ref.* 486. dummodo quatuor concurrant, primo justa causa, secundo, consensus Parochi, tertio, consensus majoris partis Parochianorum, quarto Episcopi decretum. vide *Beneficium.* §. 3. *per tot.*

Potest Parochos noviter examinare, si defectus scien- 124
tiæ est notus, vel errores commisit, Concil. Trid. *sess.* 21. *cap.* 6. Barbos. *de pot. Paroch. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 10. Pignatel. *tom.* 1. *cons.* 133. Dian. *p.* 4. *ref.* 59. *tr.* 4. ubi an id possit facere, etiam ubi non constat de defectu scientiæ aut errore commisso &c. & apud hos alii, & Sacr. Congr.

Potest Parochum cogere ad assumendum coadjuto- 125
rem, quando ob populi multitudinem non potest supplere assignando illi congruum stipendium ex redditibus Parochiæ, & Ecclesiæ, etiam invito Parocho. Concil. Trid. *sess.* 21. *cap.* 4. *de reform.* & ut in verb. *Beneficium. num.* 18. & probatur *ex cap. ad audientiam il.* 1. *de Eccles. ædif.* Parochis potest inhibere, ne sinant Regulares celebrare in suis Ecclesiis. Pignatel. *tom.* 3. *cons.* 9.

§. XX.

Quoad præcedentias, & Pontificalia.

In choro debet sedere in altiori loco. Barbos. *de Jur.* 126
Eccles. lib. 1. *cap.* 12. *num.* 3. In sua Ecclesia præcedit Reges. Abb. *in cap. cum Vintonensis, de elect.* Pignatel. *tom.* 1. *cons.* 7. & probatur ex Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 17. *de reform.* Potest habere Baldachinum etiam in Ecclesiis exemptis Regularium, & potest excommunicare nolentes illud erigere. Riccius *in prax. p.* 2. *ref.* 313. qui tamen loquitur de Archiepiscopo. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 80. *nu.* 14. sicut etiam uti aliis insignibus Episcopalibus, & aliis, & quæ non habent mixturam jurisdictionis, & superioritatis. vide Gratian. *disc. for. cap.* 467. *a num.* 25.

In aliena Diœcesi potest celebrare in Pontificalibus, 127
quia nullus canon id prohibet, neque Concil. Trid. *sess.* 6. *cap.* 5. quia loquitur tantum de usu Pontificalium cum aliquo exercitio jurisdictionis. ita Tambur. *de Jur. Abb. tom.* 1. *disp.* 15. *q.* 15. *num.* 4. Quarant. *in summ. Bullar. verb. Archi-Episcopi auctoritas. vers. auctoritas est* XXXIII. §. *præterea* Gratian. *loc. cit. & num.* 33. Barbos. *de pot. Episc. alleg.* 80. *num.* 15. Cochier. *de Jurisd. p.* 2. *q.* 45. *num.* 34. & 69. quamvis quod baculus, & mitra sint signa jurisdictionis, & ideo non possit Episcopus illis uti in aliena Diœcesi absque licentia Ordinarii, defendunt Dian. *p.* 4. *tr.* 4. *ref.* 143. Gavant. *in man. Episcop. verb. functiones Episcopales. num.* 12. & 13. & alii, & ut supra verb. *Confirmatio. num.* 8. *in fin.*

§. XXI.

Quoad Regulares.

Episcopus potest carcerare Regularem notorie delin- 128
quentem, & sumpta sine mora informatione illum puniendum remittere cum copia processus ad suum superiorem. Piasec. *in praxi Episc. par.* 2. *cap.* 3. Barb. *de officio Episc. alleg.* 105. *num.* 20. Diana *par.* 3. *tract.* 2. *ref.* 132. Non acquirit jurisdictionem in illos, etiam ex possessione illos judicandi, quia illi nec expresse, nec tacite possunt renuntiare suis privilegiis. Rota apud Dian. *d. p.* 3. *tr.* 2. *ref.* 134.

Non

129 Non potest Regularem denuntiare excommunicatum ut vitetur, nisi in casibus, in quibus id illi specialiter permittitur, puta si extremæ unctionis, vel Eucharistiæ sacramenta ministrasset, vel matrimonium solemnizavit. Diana *par. 3. tract. 2. res.* 35. Zerol. *in prax. p. 1. verb. excommunicatio, de excommunicationis causa materiali, in fin.* quia antequam denuntietur irregularis debet prius declarari incurrisse in excommunicationem, quod fieri non potest nisi causa cognita & parte citata, sed cognitio causæ hujusmodi spectat ad superiorem Regularem non ad Episcopum, nisi delictum esset notorium. Ugolin. *de potest. Episc. cap. 29. §. 10. n. 2.* Barb. *alleg. 105. nu. 73.* Diana *l. c.* quamvis contrarium, quod imo possit Episcopus declarare Regularem incidisse in excommunicationem juris, tanquam verius judicet Riccius *in prax. p. 2. res. 210. nu. 4.* & alii relati per Dian. *l. c.*

130 Non potest prohibere, ne Regulares concionentur in suis Ecclesiis ex Bulla Pii V. quæ incipit *Mendicandicantium. Datum Romæ Anno* 1567. Quamquam contrariam sententiam doceant Portellus *in dubiis Regularium. verb. Prædicatores. n. 7.* Piasecus *in praxi Episc. par. 2. c. 3. art. 6. n. 7.* Leo *in thesaur. for. Eccles. par. 1. c. 8. n. 9.* Quia Gregorius XIII. revocavit dictam Bullam. DD. apud Dianam *par. 3. tract. 2. res.* 58. vide verb. *Concionatores. nu. 4.* Eosdem punit, si indecenter se gerunt in Missa in sua Ecclesia. Pignatell. *to. 1. cons.* 265. ubi S. Congreg.

131 Potest excommunicare Regulares nolentes venire ad Processiones. Riccius, Genuen. & alii, quos citat Barb. *de potest. Episc. par. 3. alleg. 78. num. 25.* qui affert declarationem S. Congreg. late Pignatel. *tom. 3. cons. 46. per tot.* Zerol. *in prax. verb. processiones. §. 2. vers. ad secundum.* Antonel. *de regim. Eccles. lib. 7. cap. ult. n. 1.* Carol. Anton. de Luca *in scholiis ad Gratian. ut infra. n. 4.* & alios, quos citat Dian. ut infra contrariæ adhærens, nam cum Regulares in casu prædicto subsint Episcopo, ita ut possint ab eodem ad poccessiones compelli, ut patet ex Concil. Trid. *sess. 25. c. 13. de Regular.* & dictum Concilium non restringat modum compellendi, remittitur ejus arbitrio; & alias rationes videre poteris apud citatum Pignatel. Concil. Trid. *sess. 35. c. 31.* nisi aliqui Regulares essent privilegiati, vel nimium distantes a Civitate. vide etiam Gratian. *dec. Marchiæ. cap. 232. num. 15.* Ciarlin. *controv. for. cap. 50 a num. 20.* contra Dianam & alios. *par. 8. tract. 7. resol. 5.* Potest dispensare cum Regularibus exemptis, si cedant exemptioni. Diana *par. 8. tract. 3. res.* 48. ubi late.

132 In Ecclesiis Regularium potest prædicare, iis etiam invitis, quia est actus tantum honoris, licet Peyerin. contrarium teneat. *tom. 1. ob Constit. 26.* Leon. X. §. 25. vide Dian. *p. 3. tr. 2. ref.* 109. & supra in verb. *Concionatores.*

133 Regulares ad confessiones potest approbare ad tempus; ac etiam limitate ad viros. Dian. *p. 3. tr. 2. ref.* 25. ubi DD. contra alios. Non potest illos cogere ad exhibendam fidem de celebratis Missis legatariis. Pignatel. *tom. 3. cons. 9.* ubi contraria resolvit, & explicat verba Concil. Trid. *sess. 22. cap. 8. & 9. de reform.* & hoc ob defectum jurisdictionis, & affert declarationem Sacr. Congr. quamvis aliqui apud eundem contrarium teneant.

134 * Sine Episcopi, seu Ordinarii localis examine, & approbatione nemini licet, cujuscumque Ordinis, aut Instituti Regularis existat animarum curam assumere, & exercere. Benedict. XIV. Const. *Cum nuper*, §. 7. Ejusdem Episcopi, seu Ordinarii correctioni subsunt hujusmodi Regulares non solum in iis, quæ ad exercitium curæ Animarum, & administrationis Sacramentorum spectant, seu ut dicitur *in officio officiando*, sed etiam in iis, quæ ad eorum vitam, & mores pertinent, quatenus relationem habent cum recto, & utili eorum muneris exercitio: non tamen in iis, quæ eorum Regularis Instituti observantiam concernunt, in quibus a suis Superioribus Regularibus privative dependent. Idem §. 5. In quibus autem hujusmodi Regulares Episcoporum simul, & Regularium Prælatorum jurisdictioni cumulative subsunt, si aliter ab uno, aliter ab alio Superiore judicari contingat, Episcopi judicium Regularis Superioris judicio semper præferri debet. Ibidem. Si vero contingat, in Domino expedire, ut Regularis Parochus ab animarum cura removeatur, neque Regularis Superior compelli potest hujusmodi remotionis causas Episcopo significare; neque Episcopus ad similem remotionem procedens, Regulari Prælato notas facere tenetur causas, qubus ad id adductus fuerit. Ibidem *.

§. XXII.

Quoad Residentiam.

Episcopus tenetur ad residentiam, etiam tempore pe- 135
stis, & cum periculo vitæ, nisi idoneum relinquat substitutum; tunc enim excusatur. Riccius *in prax. resid. p. 3. res.* 398. ubi DD. secus si imminet furor tyranni. Idem *loc. cit.* non excusatur ob servitium Principis Laici. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 53. Leo *in thes. for. Eccles. par. 2. cap. 2. a nu. 4.* Covar. *l. 3. var. res. c. 13. n. 9.* apud quos plura de obligatione residentiæ, & in Concil. Trid. *sess. 6. cap. 1. & sess. 23. c. 1. de reform.* & infra suo loco, & Garz. *tot. cap. 2. p. 3.* Non residens, non gaudet alternativa sex mensium ob residentiam sibi concessorum, licet prius resederit, & acceptaverit. Garz. *de Benef. p. 6. c. 1. n. 682. seqq.* ubi Rot. Abb. *cons. 93.* & alii. Pro tempore, quo abest, non gaudet alternativa ejusdem mensis. Rot. apud Garz. *loc. cit.* debet autem residentia esse cum animo perseverandi, & non casualis, momentanea, & cum animo discedendi. Rot. apud Garz. *l. c.* Riccius *in prax. Episc. res.* 472. apud quos plura late.

Non residens in sua Ecclesia, est interdictus ab Ur- 136
bano VIII. ab ingresso Ecclesiæ, ita ut non possit celebrare in Ecclesia, nec ibi audire divina officia, nec in sacro loco, etiam cœmeterio sepeliri, potest tamen extra Ecclesiam sub Dio, vel tentorio celebrare, item in Oratorio privato, non erecto auctoritate Episcopi. Potest etiam in Ecclesia Sacramenta percipere; item ingredi Ecclesiam ad orandum private, & breviter. Gavant. *in man. Episc. verb. suspensio. num. 11.* Dian. *p. 10. tr. 13. res. 2.* ubi Gemin. & Franc. *in cap. is cui, de sent. excom. in 6.* sed quod interdictus ab ingressu Ecclesiæ non possit in illa etiam privatas preces fundere, dicit Ugolin. *de censur. tab. 5. c. 16. §. 3. n. 1.* vide *DD.* a Diana *l. c. citatos.*

§. XXIII.

Quoad Synodum.

Potest facere synodum sine consensu Cleri, non ta- 137
men sine illius consilio. Ciarl. *c. 61. num. 11.* & tenetur illam facere quotannis, (quod tamen non est in usu) Ciarl. *d. c. 61. n. 9.* Abb. *in cap. quanto, n. 4. & 5. de his quæ fiunt a Præl. fin. cons. capit.* Quarant. *in sum. Bullar. verb. synodus n. 1.* Leo *in thes. for. Eccles. p. 1. c. 9. n. 12.* Barb. *de pot. Epis. alleg. 93. n. 2.* ubi S. Congr. Riccius *in prax. synod. res. 441.* & ad illam tenentur venire etiam exempti qui cessante exemptione deberent interesse, ut supra in verb. *Abbas. num. 12. & 21. §. 5.* Concil. Trid. *sess. 24. cap. 2. de reform.* Gratian. *disc. for. cap. 620. a numer. 14.* Mart. *de Jurisd. p. 2. cas. 33.* vide etiam Ricc. *loc. cit. res. 446. & DD. cit.* Pignatel. *tom. 3. consult. 57. n. 17. & tom. 4. cons. 132. n. 3.* ubi plures declarationes Sacr. Congr. Imo ex causa potest bis in anno illam celebrare, vel etiam infra in verb. *Synodus.*

Potest ab Episcopo congregari etiam ante consecra- 138
tionem, non tamen ab Archi-Episcopo antequam habuerit pallium, per quod acquirit plenitudinem potestatis. DD. apud Riccium *l. c. res. 443.* Conclusio est intelligenda de synodo Diœcesana: nam provincialis tantum ab Archi-Episcopo congregatur, & generalis a Pontifice. Riccius *in prax. Synod. p. 3. res. 442.* Et Diœcesana potest etiam congregari a Capitulo sede vacante. Idem. *res. 445.* quæ vero solemnitates in Synodo sint observandæ, & alia, vide apud Quarant. *loc. cit.*

Cir-

§. XXIV.

Circa ſubſidium Charitativum.

139 Poteſt exigere ſubſidium charitativum, primo pro conſecratione, & pro debitis in illa factis: ſecundo, pro conſervatione Jurium Eccleſiæ, & pro expenſis magnis factis in negotiis Eccleſiæ, & illius fabrica: tertio pro itinere ad Papam, vel Imperatorem pro Eccleſiæ ſuæ communi bono: quarto pro viſitatione liminum Apoſtolorum: quinto, pro itinere ad Concilium provinciale. Item, ſi debet excipere Imperatorem, a quo maxime regalia habet. Barboſ. *de pot. Epiſc. alleg.* 87. *per tot.* Bellenc. *de charit. ſubſid. quæſt.* 1. *num.* 1. Menoch. *de arb. caſ.* 178. Navar. *conſ.* 7. *de cenſ.* Lapus *alleg.* 20. quæ ampliantur, licet non fuerit conſecratus; nam illius exactio eſt actus Juriſdictionis. Barb. *loc. cit. num.* 8. Non tamen debetur pro neceſſitate, in quam ſua culpa incidit. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 182. *numer.* 58. Paſchal. *de patr. pot. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 12.

140 Subſidium debet ſolvi etiam a penſionariis pro rata. Bellenc. *de char. ſubſid. quæſ.* 37. Coſta *de port. ratæ. q.* 10. *numer.* 3. Barboſ. *loc. cit. numer.* 52. Pariſ. *de conſident. q.* 23. *numer.* 8. vide Gig. *de penſion. q.* 38. *per tot.*

141 Debetur Epiſcopo etiam pro expeditione Bullarum, ſi reditus Eccleſiæ ſunt inſufficientes ad hunc effectum, & imminet neceſſitas pro illis ſolvendis. Riccius *in prax. ſubd. reſ.* 88. *num.* 2. Barb. *de pot. Epiſc. d. alleg.* 87. *num.* 23. ubi quod poſſit exigere pro ſua conſecratione.

142 Non debetur ultra taxam, niſi aliter obſervet conſuetudo inveterata. Riccius *loc. cit. reſ.* 89. Bellenc. *loc. cit. q.* 62. quænam vero ſit juſta taxa, remittitur arbitrio Judicis, de quo DD. apud Menoch. *de arbitr. caſ.* 179. *n.* 4. vide *cap.* 1. *vas electionis. in extravag. commun. de cenſ.* §. *præmiſſis.* Barboſ. *d. alleg.* 87. *n.* 37. Non debetur ex diſtributionibus quotidianis, quia tantum ſolvitur de fructibus Beneficiorum. Riccius *loc. c. reſ.* 90. *n.* 1. Bellenzin. *de ſubſid. charitat. quæſt.* 27. & hoc de Jure communi, niſi aliter ſtatutum fuiſſet. Barb. *loc. cit. n.* 44. Monet. *de diſtrib. p.* 3. *q.* 9. *nu.* 19.

143 Non poteſt exigi a Clericis ſubditis, ſed exiſtentibus in aliena Diœceſi, niſi forte ratione beneficiorum in Diœceſi exiſtentium. Barb. *d. alleg.* 87. *nu.* 39. Debetur a Parocho, cujus Parochia eſt in Diœceſi, licet fundi ſint extra illam: ſi vero Parochia confinat cum duabus Diœceſibus, debent Epiſcopi concordare cum alternativa, Barboſ. *loc. cit. a n.* 51. non poteſt præſcribi, quia contra charitatem præſcriptio non valet. Idem *ut ſup. nu.* 25. non debetur inferioribus Epiſcopo, niſi eis competat ex privilegio, vel ex conſuetudine. Riccius *in prax. ſubſid. charit. reſ.* 87. Abb. *in cap. cum Apoſtolus, de cenſib.* Barboſ. *loc. cit. nu.* 17. Neque debetur a Monaſteriis, quia hoc eſt de lege Diœceſana, a qua eximuntur Monaſteria. Barb. *loc. cit.* de quo ultimo vide in verb. *Abbas.* §. 5. *n.* 12. & 21.

144 Contra ſolvere recuſantes poteſt Epiſcopus apponere ſpeciale interdictum, non vero generale. Riccius *in prax. ſubſid. charit. reſ.* 87. quem tamen vide, & quomodo poſſit Epiſcopus Clericos cogere ad ſolvendum hoc ſubſidium præter cit. Riccium, vide etiam Barboſ. *loc. c. a n.* 5.

§. XXV.

Quoad Statuta

145 Epiſcopus poteſt facere ſtatuta, etiam pœnalia, & ipſo jure pœnam infligentia, dummodo tamen Juri Canonico non ſint contraria. *cap. ut animarum.* ubi Gloſ. *verb. ſtatuto.* & Anchar. *n.* 9. *de conſtitut. in* 6. *cap.* 2. ubi Felin. *de major. & obed.* Bar. *in L. omnes populi. nu.* 8. *ff. de J. & J.* Tuſch. *litt. E. concl.* 251. *num.* 4. Fuſcus *de viſitat. lib.* 1. *c.* 33. *nu.* 3. Ciarl. *contr. for. c.* 61. *nu.* 1. Bonac. *de LL. diſp.* 1. *q.* 1. *punc.* 3. *nu.* 21. & tali ſtatuto ligantur etiam Laici, Regali quoque dignitate fulgentes in iis, quæ concernunt bonum ſpirituale, & res Eccleſiaſticas *arg. cap. novit, de Jud.* Ciarl. *l. cit. n.* 3. & tale ſtatutum, ſi eſt factum in ſynodo, eſt perpetuum, donec revocetur. Barboſ. *de pot. Epiſc. alleg.* 93. *n.* 24. poteſt etiam facere ſtatutum contra mulierum veſtes provocantes ad libidinem. DD. apud Ciarl. *loc. cit. num.* 4. Contra Sacros Canones tamen ſtatuere non poteſt, etiam in ſynodo. Sperel. *dec.* 66. *n.* 4. Antonel. *de regim. Eccleſ. l.* 1. *c.* 1. §. 6. *num.* 68. Pignatel. *tom.* 9. *conſ.* 111. *n.* 8. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 93. *n.* 29. Ciarlin. *cap.* 61. *num.* 16. Gratian. *diſc. for. cap.* 894. *num.* 14. apud quos videre poteris aliquas limitationes.

Poteſt etiam facere Statuta, & edicta etiam extra 146
ſynodum, etiam ſine conſenſu Capituli, vel Cleri, quæ tamen ejuſdem morte expirant; ipſe tamen Statuens non ligatur ſuo ſtatuto, vel edicto, quia ſermo generalis non comprehendit perſonam loquentis. Riccius *in prax. p.* 2. *reſ.* 162. Barboſ. *d. alleg.* 93. *n.* 27. ubi, quod Epiſcopus, qui publicavit edictum ne luderetur ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, ſi ludat, non teneatur hac pœna.

Non poteſt ſtatuere contra Jus Canonicum, niſi in 147
caſu a Jure Canonico omiſſo, vel ad coadjuvandum jus commune. Bal. *in L. omnes populi. n.* 30. *ff. de Juſt.* Felin. *in cap. quod ſuper his, de major. & obed.* ſicut etiam contra Jus Civile ſtatuere poteſt. Ciarl. *contr. for. d. c.* 61. *n.* 16. Barb. *de pot. Epiſc. alleg.* 93. *nu.* 23. Ugolin. *de offic. Epiſc. c.* 48. *n.* 4.

Poteſt cogere illos, qui faciunt ſtatuta contra bona 148
& perſonas, ad declarandum Clericos, & eorum bona in illis non eſſe comprehenſa. Sperel. *deciſ.* 100. *n.* 29. ubi Sacr. Congr. & Mart. *de juriſd. p.* 2. *caſ.* 44. *n.* 19. Ciarl. *c.* 63. *nu.* 29. Nec poteſt Laicorum ſtatutis ſe ſubmittere. Sperel. *dec.* 10. *per tot.* Neque prohibere Clericis minoribus, ne poſſint ſuos habitus dimittere. Sperel. *dec.* 66. *n.* 26. ubi S. Congr.

§. XXVI.

Quoad Pœnas.

In caſu, in quo jus ſtatuit pœnam corporalem, vel 149
aliam ſpiritualem, non poteſt illam in pecuniariam mutare, niſi habeat auctoritatem diſpenſandi ſuper criminibus, & tunc illa pœna eſſet infligenda, quæ magis timetur. *cap. at ſi Clerici, de Jud.* Fagnan. *in* 2. *part.* 5. *decret. in cap. licet. de pœnis. a n.* 1. & hæc contra Clericos; contra Laicos vero ſibi temporaliter non ſubjectos, non poteſt in criminibus etiam ſpiritualibus imponere pœnam pecuniariam, juxta Hoſt. & Joa. Andr. *in c.* 1. *de homicid. in* 6. Clar. *in* §. *fin. c.* 37. *n.* 8. contraria tamen videtur magis vera, & praxi conformis. Abb. *in d. cap. licet nu.* 8. *de pœn.* Gemin. & Franc. *in d. cap. cum Epiſcopus, de offic. Ord. in* 6. & alii apud Fagnan. *l. c. n.* 18. Farin. *tom.* 1. *q.* 19. *n.* 51. Barb. *de pot. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 107. *nu.* 18. & alii apud Dian. *p.* 10. *tr.* 8. *reſ.* 1. Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *c.* 3. *de reform.* & ut ſupra *n.* 87. & 88. quia in talibus delictis Laici Eccleſiaſticæ Juriſdictioni ſe ſubjiciunt. *cap. ſtatuimus.* 16. *q.* 1. *cap. quiſquis.* 17. *q.* 4. & Abb. *in d. cap. licet, de pœn.* quas pœnas, licet de jure antiquo poſſet applicare ſuo fiſco, ut tenent DD. apud Dian. *loc. cit. reſ.* 2. & Covar. *l.* 2. *var. reſ. c.* 9. & ut ſupra *n.* 80. tamen poſt Concil. Trid. non poteſt. *d. ſeſſ.* 25. *c.* 3. Ciarl. *c.* 50. *n.* 37. Barb. *l. c.* Mart. *de Juriſd. part.* 1. *caſ.* 50. & S. Congr. apud Dian. *loc. cit.* non obſtante quacumque conſuetudine contraria; ubi Genuen. *in prax. c.* 69. ſed debent applicari uſibus piis. Antonel. *de reg. Eccleſ. l.* 6. *c.* 5. niſi Epiſcopus eſſet valde pauper, & indigens, uti reſolvit S. Congreg. apud Solorzan. *de Jur. Ind. tom.* 2. *l.* 3. *c.* 7. *n.* 77. Quarant. *in ſum. Bullar. verb. pœnæ. & DD. cit.* qui tamen dicunt, quod in dubio ſit conſulenda Sacr. Congr. & hoc procedit tam quoad pœnas, quæ ſunt, quæ infliguntur a Jure, quam quoad mulctas, quæ ſunt, quæ infliguntur a Judice; quia ratio Concilii fuit removere ab Epiſcopis ſordes avaritiæ, uti declaravit S. Congr. apud Barb. *l. c.* vide Fagnan. *in* 2. *par.* 5. *Decret. in cap. licet, & cap. presbyteri, de pœn.* Pignatel. *tom.* 1. *conſ.* 42. quamvis Covarruv. *l. cit. nu.* 9. *verſ. quintum.* cum DD. per ipſum citatis, & apud Dian. *loc. cit.* velit, quod Epiſcopus poſſit pœnas a ſtatuto vel lege impoſitas ſibi applicare, cum tunc ob ſtatuti, vel Legis auctoritatem ceſſet ſuſpicio avaritiæ, quod tamen limitat

Fagnan.

Fagnan. *in d. cap. licet. nu.* 11. in ipso ſtatuti conditore, cum poſſit dictum ſtatutum condere, vel non condere, & ſic non ceſſet ſuſpicio avaritiæ; quamvis *nu. ſeq.* abſolute dicat in utroque caſu debere applicari uſibus piis. Quod ſi non agatur de mulcta, aut pœna pecuniaria, ſed de confiſcatione omnium bonorum alicujus Laici, quod tunc illa bona applicentur fiſco ſæculari, non autem Epiſcopali, tenet Conciol. *ut infra n.* 9. Bajard. ad Clar. *in §. fin. q.* 80. *n.* 1. Peregrin. *de Jure fiſci* & alii. Ejuſmodi pœnæ, licet ſint applicandæ uſibus piis, non poſſunt tamen applicari Eccleſiæ Cathedrali, vel ejus Sacriſtiæ, juxta Genuen. *in prax. d. c.* 69. Riccium *in prax. compoſit. reſ.* 127. Conciol. *reſ. crimin. verb. Epiſcopus reſ.* 1. *n.* 10. *& DD. cit.* bene vero alicui alteri Eccleſiæ. Riccius *l. cit.* Neque pro ſalario Vicarii, vel aliorum Officialium. Idem Riccius *reſ.* 130. *n.* 1. Genuen. *d. c.* 69. *n.* 2. Antonel. *l. c. n.* 5. ubi Piaſec. *in prax. Epiſc. p.* 2. *c.* 4. *n.* 97. ubi Sacr. Congr. Vulp. *in prax. judic. c.* 46. *n.* 3. Conciol. *d. reſol.* 1. *n.* 10. Quarant. *in d. verb. pœnæ.*

150 Poteſt aggratiare, & remittere pœnam a Vicario impoſitam. Genuenſ. *in prax. cap.* 57. Riccius *in prax. pœnarum. reſ.* 315. contra alios; præſertim in caſibus, in quibus poteſt diſpenſare, quia habet merum, & mixtum Imperium. Sperel. *dec.* 116. *nu.* 78. ubi Genuen. *d. c.* 57. & alii.

§. XXVII.

Quoad Sacramenta, & ſepulturam.

151 Poteſt conferre ſacramentum Confirmationis, etiam non ſubditio, etiam extra Diœceſim, quia eſt actus Juriſdictionis voluntariæ juxta aliquos apud Riccium *in prax. reſ.* 24. *p.* 2. quod juxta Dian. *part.* 3. *tr.* 4. *reſ.* 24. videtur procedere, quando non ſubditus affert dimiſſorias ſui Epiſcopi, ut confirmetur, alias ſecus. Riccius *loc. cit.* quamvis confirmans in ſua Diœceſi ſubditum alterius in nullam cenſuram, vel culpam incidat, cum præſumi poſſit id gratum fore proprio Epiſcopo. Formans in Confirmatione Crucem non pollice, ſed indice, vel manu ſiniſtra, ſecundum Suarez, & alios peccat mortaliter, contrarium tenet Diana *loc. cit. reſ.* 22. plura de hoc, & aliis Sacramentis, vide ſuis locis, & ut in verbo *Confirmatio.*

152 Epiſcopus poteſt ſibi eligere ſepulturam etiam extra Diœceſim: tunc tamen expenſæ debent fieri ex bonis defuncti, licet acquiſitis intuitu Eccleſiæ. Antonel. *de regim. Eccleſ. l.* 1. *c.* 12. §. 4. *n.* 45. ubi Vener. *de exam. Epiſc. l.* 4. *c.* 17. *n.* 7. Gemin. *conſ.* 1. *n.* 5. & alii.

§. XXVIII.

Circa Translationem, & Viſitationem.

153 Epiſcopus translatus de uno in alium Epiſcopatum, non poteſt aſportare ad novum Epiſcopatum libros, ornamenta, paramenta, ac argentaria ex redditibus prioris Epiſcopatus empta, ſecus res non pretioſas. Barb. *de Jure Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 19. *nu.* 35. ubi Barbat. *conſ.* 20. *n.* 11.

154 Poteſt viſitare Confraternitates, & loca pia, etiam in Eccleſiis Regularium exiſtentia, & obligare ad reddendas rationes. Gratian. *diſcept. for. cap.* 481. *n.* 15. 8. Congr. apud Ciarlin. *cap.* 65. *num.* 6. ubi S. Congr. Innoc. & Abb. *in c.* 1. *de Immun. Eccleſ.* vide etiam in verbo *Confraternitas. n.* 3. *&* 16. late Genuenſ. *in prax. Archiep. c.* 33. *per totum.* non vero altaria, & Capellas Regularium, vide etiam in verb. *Abbas.* §. 5. *n.* 12. *&* 13. & Ciarlin. *l. c. nu.* 7. *&* 8. Poteſt viſitare etiam Eccleſiam principaliter unitam Eccleſiæ alterius Diœceſis.

155 In Viſitatione non poteſt recuſari tanquam ſuſpectus, nec ab ejus decretis viſitalibus appellari ad effectum ſuſpenſivum. Ciarlin. *controv. for. c. d.* 65. *nu.* 20. Barb. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 73. *a nu.* 32. Lancellot. *de attent.* & alii apud Barb. *loc. cit.* dummodo procedat ſine proceſſu. vide in verb. *Appellatio. n.* 35.

156 Tanquam ſedis Apoſtolicæ Legatus habet jus viſitandi quæcumque Hoſpitalia, Confraternitates Laicorum, Collegia, & alia loca pia quocumque nomine cenſeantur, etiam exempta niſi ſint ſub immediata protectione Regum, vel poteſtate. Clem. *quia contingit. de Relig. dom.* Concil. Triden. *ſeſſ.* 22. *c.* 8. *de reform.* Fuſcus *de Viſitat. lib.* 2. *c.* 12. *a n.* 21. Marta *de juriſdict. dict. par.* 2. *caſ.* 18. Barb. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 75. *n.* 2. ſicut non poteſt viſitare Hoſpitalia, ſub immediata Regum, vel Principum ſupremorum jura imperii habentium, & ſuperiorem non recognoſcentium, poteſtate exiſtentia. Barb. ad Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *d. cap.* 8. Fuſcus *loc. cit.* & prædicta, his exceptis, poteſt viſitare non obſtante quacumque conſuetudine vel ſtatuto in contrarium. Gratian. *loc. cit. numer.* 26. Marta Ciarlin. *uti ſupra.* & ad Epiſcopum ſpectat cognitio an hoſpitale ſit ſub immediata Regum poteſtate. vide *Judex Eccleſ.* An poſſit petere rationes ab Adminiſtratoribus. vide *Adminiſtrator.*

Reſiſtentem Viſitationi poteſt excommunicare, ſi eſt 157
in poſſeſſione, vel quaſi, viſitandi, ſecus ſi reſiſtens eſt in poſſeſſione ne viſitetur, quia de facto nemo eſt ſpoliandus ſua poſſeſſione. Ciarlin. *d. c.* 65. *n.* 10. Ugolin *de poteſt. Epiſc. par.* 2. *cap.* 49. §. 6. *num.* 6. Fuſcus *de viſitat. par.* 2. *cap.* 19. *num.* 1. Barb. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 74. *n.* 22. etiam ſine trina monitione; quia tunc non procedit, ut Judex, ſed ut pars ſe defendens & ſua jura conſervans. *DD. tit.* Genuen. *in prax. Archiep. c.* 30. *n.* 2. *&* 3. *in mea impreſſ.*

In jure viſitandi eſt manutenendus, quia habet juris 158
aſſiſtentiam. Riccius *in prax. p.* 1. *reſ.* 357. Barb. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 74. Ciarlin. *controv. for. loc. cit. nu.* 9. Capon. *diſcept. for.* 46. Rota apud Verallum *dec.* 203. *par.* 2. etiam non probata alia poſſeſſione, & diximus in verb. *Abbas.* §. 4. *a n. ſeqq.*

Viſitat Parochos Religionis Melitenſium quoad cu- 159
ram animarum, & eorum Eccleſias, & ab illis procurationem exigit, ſicut etiam taxam pro ſeminario. Pignatell. *to.* 3. *conſ.* 58. qui plures allegat S. Congreg. declarationes, ubi conſtitutio Greg. XIII. & Clem. VIII. Fuſcus *de viſit. l.* 2. *c.* 20. *n.* 28. *&* 30. Riccius *in prax. p.* 2. *reſ.* 176. *n.* 1. Viſitat etiam exemptos, qui nullam habent juriſdictionem, non vero illos, qui habent juriſdictionem quaſi epiſcopalem. vide Ciarlin. *l. c.* Maxime uti Delegatus. Riccius *in praxi par.* 2. *d. reſ.* 176. etiam Capitulum in iis quæ geſſit ſede vacante. Diana *par.* 8. *tract.* 4. *reſ.* 15. An viſitet archivium Capituli Cathedralis Eccleſiæ, vide Pignatell. *conſ.* 66. *tom.* 1. & infra in verb. *Viſitatio.*

In viſitatione nihil poteſt recipere, neque eſculen- 160
ta, neque poculenta ad domum tranſportanda. Riccius *in praxi Viſitationis. reſ.* 546. plura in verbo *Viſitatio.*

Poteſt inquirere in vitam ſubditorum ad fraternali- 161
ter illos corrigendum. Diana *patr.* 7. *tract.* 3. *reſ.* 12. Imo etiam extra viſitationem poteſt inquirere ſuper adulteriis, & aliis criminibus ac judicare, & ulciſci. *c.* 1. *de officio Judicis ordin.* P. Pirhing *l.* 5. *tit.* 1. *ſect.* 2. §. 2. *a n.* 50.

Ob reverentiam ſedis Apoſtolicæ ſingulis annis idi- 162
bus Maii debet viſitare limina Apoſtolorum, & qui ſunt remoti, id per alios facere poſſunt, vel impedimenti cauſas per litteras exponere. Barb. *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 111. *n.* 41. ubi late de pœnis contravenientium.

§. XXIX.

Quoad Vicarium, & ultimas voluntates.

Epiſcopus non tenetur de imperitia ſui Vicarii. Fa- 163
rin. *quæſt.* 111. *a* 16. *num.* 462. ſaltem in foro externo. Præſumitur ſcire facta Vicarii propter identitatem tribunalis. DD. *in cap. ſicut. de accuſat.* Rota apud Rubeum *dec.* 548. *p.* 5. *rec. tom.* 2. quia factum Vicarii cenſetur factum Epiſcopi.

Sine licentia S. Pontificis non poteſt teſtari de bo- 164
nis Eccleſiæ etiam ad pios uſus; de patrimonialibus vero poteſt, ſi fecit inventarium; vel ſi non fecit, aliunde de illis conſtat. Capon. *diſcept. for.* 140. Pyrrhus Corrad. *de diſpenſ. lib.* 10. *cap.* 1. *n.* 4. Neque de bonis acquiſitis intuitu Eccleſiæ poteſt teſtari etiam ad pias cauſas, non obſtante conſuetudine contraria, quæ fuit reprobata in *cap. quia ſæpe. de elect. in* 6. Barb. *de poteſt. Epiſc. par.* 3. *alleg.* 114. Capon. *diſcept. for.* 328. In dubio Epiſcopus præſumitur non habuiſſe bona patrimonialia in odium negligentis conficere inventarium.

Barb.

Barb. & Capon. *ll. cc.* vide Corrad. *loc. cit.* Potest tamen testari ad pias causas de bonis Clericorum decedentium ab intestato, de quo late Riccius *in praxi par.* 4. *res.* 78. & 79.

165 Episcopus Regularis potest donare, quia est solutus voto paupertatis. Diana *par.* 8. *tract.* 6. *resol.* 132. ubi tamen DD. pro & contra.

166 Est executor legitimus ultimarum voluntatum ad pias causas. *cap. nos quidem. cap. si hæredes.* & ibi Glos. *cap. tua nobis de testam.* Concil. Trid. *sess.* 22. *cap.* 8. *de reform.* Seraphin. *d.* 611. *num.* 7. Ciarlin. *controv. f. cap.* 5. *a num.* 13. etiam ad non pias causas, si hæres neglexit per annum. Diana *par.* 8. *tract.* 5. *res.* 40. Panorm. *in cap. si hæredes de test.* & Innoc. *in cap. nos. eodem tit.* Laym. *resol. moral. lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 11. *num.* 13. Covar. *in d. cap. si hæredes. sub num.* 3. *de testam.* Ciarlin. *cap.* 21. *num.* 14. Barb. *de potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 82. *num.* 15. Diana *par.* 1. *tract.* 2. *res.* 98. potest præcipere hæredi, ut exequatur legatum ante annum. Diana *res.* 53. *par.* 8. *tract.* 5. Covarruv. *loc. cit. num.* 4.

167 Est pater pauperum, & mortuis executoribus datis in ultima voluntate succedit. Tusc. *litt. C. conclus.* 293. *nu.* 14. apud Ciarlin. *d. cap.* 5. *num.* 13. & quando origo defuncti est dubia, Episcopus domicilii vel rei sitæ præfertur. Ciarlin. *d. cap.* 5. ubi Marta *de execut. ult. volunt.* & cum dubium est domicilium, Episcopus loci, ubi defunctus est, exequitur. plura vide *Executio*, & tanquam sedis Apostolicæ Delegatus potest cogere Laicos ad exequendum. Ciarlin. *d. cap.* 21. Barb. *d. alleg.* 82. *num.* 14.

168 Ultimas voluntates mutare non potest, neque destinata ad aliquos pios usus, ad alios etiam meliores convertere. *Clem. quia contingit, de relig. domib.* Riccius *in praxi par.* 4. *resolut.* 276. neque qualitates Beneficiorum vel conditiones. Idem. *res.* 463. Diana *par.* 8. *tract.* 5. *res.* 63. & diximus supra *num.* 14.

§. XXX.

Miscellanea de Episcopis, & quando illi Interdictum incurrant.

169 Episcopus non potest Ecclesiis novum censum imponere perpetuum. *cap. prohibemus, de censib.* temporalem potest uti ad vitam possessorum. *cap. nisi essent. de præbend.* & diximus in verb. *Beneficium. num.* 168. Limita in limine fundationis ex causa justa. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 85. *per tot.* neque personis Ecclesiasticis. vide cit. Barbos.

170 Episcopus præsumens recipere in confidentiam Beneficia incurrit interdictum *ob extrav.* Pii IV. Item ingrediens fine necessitate monasteria monialium ob *extrav.* Gregor. XIII. incipit: *in dubiis quæ emergunt.* Item si habentem facultatem aliquem Doctorandi aliquem promoveri patiatur non præmissa fidei professione, ob *extrav.* 109. Pii IV. Item Archiepiscopi non denuntiantes absentiam suorum suffraganeorum, & Episcopus senior non denuntians absentiam Metropolitæ. Concil. Trid. *sess.* 6. *cap.* 1. §. *crescente. de res.* Item usurpantes bona Ecclesiarum vacantium sine justo titulo. *cap. præsenti. de officio ordinar. in* 6. *extravag. un. ne sede vacante.* Item præsumentes alienare bona Ecclesiarum in casibus a jure non permissis. *extrav. ambitiosæ de rebus Eccles. non alien.* Item si occasione visitationis accipit procurationem in pecunia, & non in victualibus, uti *in cap. exigit. de cens. in* 6. de quo infra in verb. *procuratio.* & *Visitatio.* Item glossantes Concil. Trid. decreta ut *in constit.* Pii IV. incipit. *Benedictus* edita *Anno* 1564. quæ apud Cherubin. *tom.* 2. *pag. mihi* 78. est 73. Item si Episcopatum de manu Laicæ personæ cum effectu suscipit. *cap. si quis deinceps.* 16. *quæst.* 7. Item si excommunicat sine monitione canonica. *cap. sacro, de sent. excommun.* de quibus Dian. *p.* 10. *tr.* 13. *res.* 2. & de aliis Ugolin. *de censur. tab.* 5. *cap.* 3.

171 Episcopus non potest dismembrare fructus Collegii Canonicorum; cum dismembratio sit vera alienatio. Genuen. *in praxi cap.* 75. *num.* 17. Riccius *in praxi par.* 1. *res.* 44. Præsumitur esse in Capitulo non ut Canonicus, sed ut Prælatus, & ubi in electione, vel collatione discordant Episcopus & Capitulum, statur definitioni Episcopi, si habet vocem in Capitulo uti prælatus, si vero habet vocem in Capitulo uti Canonicus, statur saniori parti. Riccius *in praxi par.* 2. *res.* 214. vide glos. magnam. *in cap. a collatione, de appell. in* 6. *& in cap.* 1. *verb. ut prælatus, & verb. assensu, ne sede vac. eod. lib.* 6. ubi etiam ad quem tunc appelletur. Scacc. *de appell. q.* 8. *a num.* 60. & 120. Jurat propositis SS. Evangeliis tacto pectore. *cap. testimonium.* §. *sed Judex* 11. *quæst.* 1. Ecclesia *obs. for.* 62. *p.* 1. & *obs.* 63. *num.* 9. *de appell.* & quod regulariter non teneatur esse testis, & quando tenetur, non sit obligatus jurare aliter quam tacto pectore, nec sit obligatus proposita Evangelia tangere, dicit Glos. *in cit. cap. testimonium. verb. jurejurando.* tex. *in cap. ult. de juram. calumn.* & ibi Gonzal. *num.* 8. & 11. ubi limitat id non procedere in causis gravioribus, & quod litigans debeat jurare de calumnia. vide *auctoritates citatas.* Accusatus non debet stare, sed federe in judicio. Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 35. *vers. decimo quinto.*

Episcopus regularis non ferens habitum suæ Religio- 172
nis, licet non possit puniri ut apostata, nec incurrat excommunicationem, tamen peccat mortaliter. Riccius *in praxi Apostasiæ par.* 3. *resol.* 18. Barbos. *in remission. ad Concil. Trid. sess.* 25. *cap.* 19. *de Regular. in fin.* ubi Joan. de la Cruz *de stat. relig. lib.* 1. *cap.* 7. *dub.* 4. & *cap.* 2. *dub.* 4.

Potest diminuere numerum Canonicorum cum con- 173
sensu Capituli ob redditus tenuitatem, & ob causam contrariam augere. Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 15. *de reform.* Riccius *in praxi benef. res.* 333. & ibi Innoc. *in cap. cum olim, de consuet.* Caputaqu. *decis.* 221. *p.* 1. & alii. Barb. *alleg.* 67. *num.* 10. & in erectione novorum Canonicorum quomodo procedere debeat, vide Franch. *decis.* 2. *n.* 18. & 19. relat. a Riccio *loc. cit.*

Consentiendo electioni de se factæ a media parte 174
auget numerum, & perficit electionem, quod procedit, cum electio fit per compromissum, quod potest fieri palam, secus si fit per scrutinium, quod debet fieri secreto; nam absolute Compromissarii non tenentur servare formam *cap. quia propter.* Abb. *in d. cap. quia propter de elect.* nec dicitur tunc ambitiosus. Lim. si compromissarii procederent per scrutinium. vide in verb. *Electio. num.* 81.

Habens facultatem, & potestatem confirmandi a ju- 175
re, & eligendi per compromissum, non potest se expedire unico actu, sed prius debet eligere, deinde confirmare, secus si utramque facultatem habet jure proprio uti devolutionis. Abb. *in cap. causam quæ de elect.*

Beneficia resignata non potest conferre suis Consan- 176
guineis. Rota apud Merlin. *dec.* 82. Pax Jord. *lib.* 10. *tit.* 35. *de re benef. num.* 17. Pyrrhus Corrad. *lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 50. *vers. ex fratre.* Quaranta *in sum. Bullar. verb. Beneficium.* ob Bullam & constitutionem Pii V. & qui supra *num.* 114.

Episcopus, qui contulit Beneficium illegitimo, cum 177
quo non potest dispensare, non potest illum amovere, sed hoc spectat, vel ad sum. Pontificem, vel ad Metropolitanum. *cap. diversis. de Cler. conjug.* quia non potest suum proprium factum rescindere. P. Pirhing. *lib.* 1. *tit.* 17. §. 3. *num.* 34.

Non potest sine rationabili causa impedire, quo mi- 178
nus Patronus. & fundator Ecclesiam sufficienter dotatam dilatare possit ad augmentum cultus divini. *arg. cap. ult. de testam. relat.* a Barbos. *de offic. Episc. part.* 2. *alleg.* 26. *sub num.* 2. *circa fin.* quod ampliatur etiam ad Religiosos exemptos, volentes construere in loco non exempto. Ponit primum lapidem in fabrica Ecclesiæ. Riccius *in prax. Episc. res.* 500. *p.* 1. Præsente Legato a latere non potest benedicere populo, nec paramenta. Ric. *loc. cit. res.* 501. *num.* 3. *d. p.* 1.

Non potest restituere famæ, quam jus aufert. Barb. 179
de pot. Episc. alleg. 43. Sperel. *dec.* 116. *num.* 55. Nisi in consequentiam dispensando nimirum in delicto ob quod incurritur infamia. Latum a Jure interdictum potest suspendere, sicut latum a se; secus latum a Papa, vel ab alio Episcopo. Covar. *in cap. alma mater. part.* 2. §. 2. *num.* 4. *in fin.* DD. apud Dian. *part.* 5. *tr.* 10. *res.* 70. Restituit depositum vel degradatum verbaliter, non vero degradatum actualiter. Ciarl. *cap.* 208. *a num.* 6. *seqq.* Limita si fuit depositus ob atrociora delicta, in quibus solus Pontifex dispensat. vide *Degradatio. num.* 16. & 17.

Pro debito civili Episcopus carcerari non potest, de 180
consuetudine, nisi esset suspectus de fuga. Scacc. *de Judic. lib.*

dic. lib. 1. cap. 46. num. 17. liberatur a patria potestate quoad odiosa, secus quoad favorabilia, quia suum officium nemini debet esse damnosum Barbos. *de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 12. n. 21. cap. per Venerab. qui filii sint legit.* Covar. *in cap. quia nos. num. 5. de testam.* Molina *de just. tract. 2. disp. 229.* Mart. *de jurisd. par. 4. cas. 27. num. 4.* Addit. *ad Abb. in cap. indecorum. num. 4. de etate, & qualit.* & alii apud Barb. *loc. cit. num. 21.*

181 Si procedit jure ordinario, ab eo appellatur ad Metropolitanum, si vero jure delegato, ad delegantem. Riccius *in prax. part. 2. ref. 449.* quando vero dicatur procedere Jure proprio, vel delegato, vide Antonel. *de Regim. Eccles. lib. 5. cap. 12. per tot.* Barbos. *de potest. Episc. alleg. 92. per tot.* vide etiam Scacc. *de appell. q. 8. art. 2. a num. 52. & 87.*

182 Episcopus novus, facultatem absolvendi sæculares ab antecessore datam, potest suspendere, & Regulares vocare ad novum examen. Dian. *part. 3. tr. 2. res. 22. & part. 4. tr. 4. res. 200.* Riccius *in prax. part. 4. ref. 71. n. 3.* Sac. Congr. sub Pio V. & DD. apud Dian. communiter. Facultatem a se semel concessam Regularibus audiendi sæcularium confessiones, non potest sine justa causa ad confessiones ipsas pertinente revocare valide, quia facultas illi data fuit ad ædificationem, & talis revocatio esset ablatio juris quæsiti. Dian. & Ric. *ll. cit.* Sac. Congr. apud Barbos. *de potest. Episc. alleg. 25. a num. 30. part. 2.* Tambur. *de Jur. Abbat. tom. 2. disp. 6. q. 12. num. 7.* ubi tamen *num. 8.* dicit, quod in dubio sit semper pro superiori præsumendum, illiusque inhibitio non sit parvi facienda, sed timenda, ne in præjudicium animarum confessiones nulliter excipiantur. Limita, si concessio fuit facta ad tempus, vel ad beneplacitum. *DD. cit.* Porro causa justa debet esse talis, quæ pertineat ad confessiones. *DD. cit.*

183 Episcopus, sicut alius Clericus non potest ejici e Regno, etiam prætextu rebellionis, vel illum remittendi ad sum. Pontificem, sed est expectanda illius resolutio. Dian. *part. 5. tr. 1. res. 5.* aliter Rex incidit in censuram Bullæ Cœnæ. DD. apud eundem. Dian. *& part. 1. tr. 2. res. 17.* ubi Bonac. *de LL. disp. 1. q. 1. punc. 6. n. 29.* Duard. *in Bullam Cœnæ lib. 2. can. 11. quæst. 9.* Suaz. *de censur. disp. 21. sect. 2. num. 7.* & alii.

184 Episcopus titularis non potest licite conferre Ordines absque expressa licentia proprii Episcopi. Concil. Trid. *sess. 14. cap. 2. de reform.* Dian. *p. 8. tr. 2. res. 5.* etiam suo familiari triennali. Concil. Trid. *d. sess. 14. cap. 2. de reform.* Paris. *de resign. lib. 1. q. 17.* Ugolin. *de pot. Episc. cap. 4. §. 14.* In suo Palatio extra Romam potest habere oratorium privatum. Dian. *p. 9. tr. 1. res. 47.* ubi DD. & Lotter. *de re Benef. lib. 1. q. 9. num. 67.* Contrahit vetum Matrimonium cum sua Ecclesia, licet illa sit in partibus; quia proprie Episcopus est Concil. Trid. *sess. 14. cap. 2. de reform.* Dian. *p. 12. tr. 1. res. 51.* Gonzal. *in 1. decret. tit. 7. in cap. inter corporalia, sub num. 3. in verb. nullius de translat. Episc.* plura vide in verb. *suffraganeus.*

185 Episcopus potest creare notarium in sua Jurisdictione. Abb. & Felin. *in cap. cum P. tabellio, de fide instrum.* Tusc. *litt. E. concl. 290.* & *Litt. N. concl. 70.* & alii apud Ciarl. *contr. for. cap. 63. num. 14.*

186 Episcopo inferior potest dici Ordinarius. Maresc. *lib. 2. var. res. cap. 15. num. 13.* Gratian. *disc. for. cap. 212. num. 38.* Ciarl. *cap. 46. num. 19.* vide infra verb. *Ordinarius.*

187 Episcopis debetur quarta decimarum. Barb. *alleg. 86. n. 33.* quam tamen a Laicis exigere non potest, sed a Parochis. Seraph. *dec. 1449. num. 6.* Barbos. *loc. cit. n. 35.* nullum possunt eximere a decimis, nec decimarum quantitatem minuere. Rebuff. *de decim. q. 13. num. 29.* vide in verbo *Decimæ.* Illorum causæ cognoscuntur tantum a sum. Pontif. Riccius *in prax. part. 4. ref. 496.* vide Scacc. *de appell. q. 8. sub n. 98.* Barbos. *ut infra.* & citati non possunt, nec tenentur comparere, nisi citatio fuerit signata manu Papæ. Barb. *de pot. Episc. part. 3. alleg. 112. a num. 6.*

188 Episcopi persona non venit in generali sermone, nisi de illa fiat specialis mentio. Riccius *in prax. part. 1. ref. 497.* nisi forte in materia favorabili. Abb. *in rubr. de vit. & honest. Cler.*

189 Episcopi decretum pronunciantis Jus patronatus ad aliquem spectare, non valet, nisi citatis citandis, & ideo non probat. Riccius *in prax. part. 1. ref. 136. num. 6.* Gratian. *disc. for. cap. 316. num. 89.* Ciarl. *contr. for. cap. 107. n. 85.* Illius confessio, si habet administrationem diversam a Capitulo, nocet Ecclesiæ, si est necessaria, secus si habet communem; nam tunc sine Capitulo non nocet. Barbos. *de pot. Episc. alleg. 125. num. 2.* Illius solius sententia super nullitate professionis non valet. vide *sententia.* Ejus palatium existens intra 40. passus, gaudet immunitate Ecclesiastica. vide *Immunitas.*, & *Palatium.* plura vide in suis locis.

EQUITES.

Praxis Equitum.

Equites Melitenses sunt veri Religiosi, & gaudent fo- 1
ri, Canonis & Clericali privilegio. DD. apud Sperel. *dec. 21. num. 8.* Garz. *de Benef. part. 1. cap. 4. num. 3.* Rot. apud Merlin. *dec. 395. num. 5.* & plerique Canonistæ contra Theologos. Gratian. *disc. for. cap. 457. num. 24. & 27.* qui citat. Rotam *divers. dec. 491. num. 5. par. 1.* Navar. *cons. 21. lib. 3. num. 1. De Regular.* Ludovis. *dec. 87. num. 2.* ubi Beltramin. *litt. A.* qui citat Rotam. *dec. 87. num. 1. par. 2. recent.* Barb. *de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 7. num. 26.* Diana *par. 4. trac. 1. res. 36.* Non tenentur ad horas Canonicas, etiam ratione præceptoriarum. Barb. *de Jur. Eccles. lib. 3. cap. 7. num. 26. & 36.* quia non in Choro, sed in militia servire debent. Secundum probabiliorem sunt capaces feudorum. Fachin. *lib. 7. contr. jur. cap. 36.* Riccius *in prax. Religios. par. 4. res. 175.* Curtjun. *de feud. par. 3. quæst. 10.* Natta *cons. 507. num. 9. lib. 3.*

Equites S. Jacobi Calatravæ, sunt veri Religiosi, & 2
uti tales gaudent fori, canonis, & Clericali privilegio. Sperel. *dec. 2. n. 58.* quia fuerunt canonice institutæ, & a Pontifice approbatæ religiones, & tria vota substantialia emittunt: quia post emissam professionem ad sæculum redire nequeunt, nec ad alium ordinem transire, sine magni Magistri licentia, ut patet ex Bullis Alexandri III. & Innoc. IV. Diana *part. 3. tr. 2. res. 30.* & ante 16. annos completos profiteri non possunt. Dian. *part. 1. tr. 2. res. 49. & 72.* & an valeat professio cum conditione, quod non teneantur ad castitatem. vide Covar. *in 4. de sponsal. par. 2. cap. 3. §. 1. n. 18.* Barbos. *de pot. Episc. alleg. 12. n. 45.* Riccium *in prax. part. 4. res. 181.* Rotam post Post. *de manut. dec. 398. n. 5.* An male insumentes redditus commendæ peccent contra paupertatem, vide Dian. *p. 2. tr. 15. res. 54.* cum multis negantem, contra Azor. *tom. 1. lib. 13. cap. 4. q. 10.* Suarez *de Relig. tom. 3. lib. 8. cap. 16. num. 24.* Jurant tacta Cruce sui habitus. Post. *de manut. obs. 84. num. 63.* apud Eccles. *obs. for. 63. part. 2. n. 12.*

Equites Melitenses in Parochia defuncti, possunt ir- 3
requisito Parocho, in cujus Parochia mortui sunt, & sine ejus licentia ab aliis Equitibus deferri ad propriam Ecclesiam, licet in alia Ecclesia elegerint sepulturam. DD. apud Pignatell. *tom. 4. cons. 199.* Imol. & Card. *in Clem. Dudum. de sepult.* Neque fratres Capellani in Ecclesia dictorum Equitum possunt ministrare Sacramenta Laicis infirmis, qui ad illas quacumque ex causa fugerunt. Pignatel *loc. cit. ad 4.* propter *Clem. 1. de privil.* & Concil. Trid. *sess. 25. cap. 1. de Regular.* quod comprehendit etiam Hierosolymit. Sperell. *dec. 21. n. 53.* Barb. *de officio Episc. alleg. 74. num. 26.* Pius V. constitut. 136. Greg. XIII. in const. *circumspecta.*

EREMITÆ.

Praxis Eremitarum & Eremitorii.

Eremita etiam sæcularis, qui non emisit vota, non 1
gaudet fori privilegio, si sub nullius obedientia vivat. Ricc. *in prax. var. part. 2. res. 149.* eodem fori privilegio gaudet, si edito voto castitatis, aut paupertatis, vel alia suscepta obligatione apud Prælatum, vel Episcopum Ecclesiæ alicui specialiter addictus est, secus si est profugus, & nulli superiori Ecclesiastico subest. Marta *de Jurisdict. par. 4. cas. 213.* Squillante *de privilegio Clericali. cap. 7.* Barb. *de potest. Episc. alleg. 12. num. 42.* Ansaldus *de Jurisdictione par. 2. tit. 11. cap. 11.* Bonacina *in Bullam Cœnæ disp. 1. quæst. 16.* DD. apud Dianam *par. 4. tract. 1. res. 35.* Antonell. *de regim. Eccles. 4. cap. 1. num. 24.*

Veniunt

2 Veniunt ſæpe Laici, qui fervori ſatisfacere volentes, & remoti a ſæculi periculis Deo ſervire cupientes ab ordinario licentiam petunt ſimplex eremitorium exſtruendi, quibus non illico ordinarius licentiam impertiri debet, ſed prius ab ejuſdem parocho fidem de vita & moribus exhibere debet, & poſtmodum facultatem non niſi ſub quibuſdam clauſulis & conditionibus concedere debet, nimirum ut ſit frequens in Sacramentis, Parocho debitam præſtet obedientiam & reverentiam, & quibuſdam feſtis ſervitium ſuum Eccleſiæ Parochiali tum in Choro, cum in ſacriſtia, divinis officiis decantandis præſtet, Doctrinæ Chriſtianæ interſit, Mulieribus acceſſum ad illud non præbeat, ne incidat in laqueum Diaboli. Forma licentiæ ſolet eſſe ſequens.

Forma Licentiæ.

NOs &c. Univerſis, & ſingulis præſentes noſtras viſuris, lecturis, pariter & audituris notum facimus, quod precibus N. N. loci N. Diœceſis N. favorabiliter annuentes, eidem, utpote litteris admodum Rev. Domini Parochi N. ac aliorum quoad vitam, & mores nobis commendato, facultatem, & licentiam conceſſimus, prout tenore præſentium concedimus ædificandi eremitorium ad Capellam S. N. in Eccleſia ejuſdem Parochiæ, illudque inhabitandi, præſtito tamen per eum, ut & Parocho loci obedientiam, debitamque reverentiam præſtet; Vigiliis, Sabbathis, Dominicis, ac aliis de præcepto Eccleſiæ feſtivis diebus ſervitium ſuum Eccleſiæ Parochiali, tam in Choro, quam in Sacriſtia, diviniſque officiis decantandis præſtet, doctrinæ Chriſtianæ interſit, ac vitæ, morumque honeſtate, pietate, bono exemplo, & Sacramentorum frequentatione, ſe talem præbeat, qualem decet Eremitam religione plenum, eundem proinde omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus pro debita eleemoſyna, & ſubventione commendantes, in quorum &c.

Et quatenus habitum Tertiariorum ſuſcipere intendat, eadem obſervantur quæ ſupra, eademque formula.

ERROR.

Praxis Erroris.

1 Error in qualitate Judicis, coram quo litigatur, vitiat proceſſum quando fuit litigatum coram illo, qui nullam habuit juriſdictionem, ſecus ſi Judex credebatur delegatus; cum ſit Ordinarius. Mareſc. *l.* 1. *var. reſ. cap.* 49. Idem dic, ſi fuit erratum non opponendo declinatoriam. Abb. *in cap. ad petitionem, de accuſat.* Mareſc. *loc. cit. n.* 11.

2 Error calculi, etiam in executione inſtrumenti quarentigii opponi poteſt. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 38. *n.* 3. Theſ. *dec.* 260. Paſqual. *de patr. pot. part.* 3. *cap.* 9. *n.* 45. Merlin. ubi Rot. *dec.* 462. quia ſemper allegari & probari poteſt. *L. un. C. de errore calculi.* impedit ſententiæ executionem, ſi in promptu probatur. Eccleſ. *obſ. for.* 170. *n.* 10. *&* 11. Gratian. *diſc. for. c.* 793. *n.* 2. Lancellot. *de attent. par.* 2. *c.* 4. *lim.* 28. *nu.* 5. Non affert præjudicium, quin rationes ſemel computatæ denuo retractari poſſint, ſi tranſactio non intervenit, in qua etiam errores fuerint deducti ad tex. *in L. un. Cod. de error. calcul.* Rot. apud Cerrum. *dec.* 617.

3 Error etiam in facto proprio allegari poteſt, quando non agitur de lucro captando. *L. ſi poſt. Cod. de Jur. & fact. ignor. L. ſed & ſi me putem in pr. ff. de cond. indeb. gloſ. in L. cum de indebito. in pr. ff. de prob.* Bar. *in L. non fatetur nu.* 10. *verſ. ſi vero in facto proprio ff. de confeſſ.* & alii apud Rot. coram Coccin. *dec.* 514. *num.* 18. ideo ſolvens, quod ſe debere putabat, quod revera non debebat, ſibi non præjudicat &c. Rot. *l. c.*

4 Error in nomine proprio non vitiat inſtitutionem, ſi de corpore conſtat. §. *ſi quis in nomine. inſt. de legat. L. ſi in nomine. Cod. de teſtam. L. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de Leg.* 1. Bar. *conſ.* 179. *n.* 1. *verſ. præterea poſito. l.* 1. apud Rot. coram Coccin. *dec.* 1591. *nu.* 18. Idem dic in aliis effectibus. Rot. coram Coccin. *dec.* 2331. *nn.* 7. ubi de tranſumpto continente diverſum nomen, quam originale; & citat Joan. de Anan. *conſ.* 29. ubi Bolognin. *in Apoſtilla. num.* 11. ubi inquit, quod ille qui aſſeruit Carulum Imperatorem illum legitimaſſe, non dicitur obripere, licet fuiſſet Rex Vencislaus &c. & Alex. *in conſ.* 108. *per tot. l.* 7. Et dicitur ſatis conſtare de corpore, ſi concurrant eodem tempore duæ demonſtrationes, licet tertia non conveniat, & qui vult dicere contrarium, debet oſtendere aliud corpus, in quo conveniant illæ duæ. Corn. *conſ.* 61. *n.* 19. *&* *conſ.* 280. *n.* 5. *l.* 3. Socin. *conſ.* 89. *n.* 1. *l.* 1. apud Rot. coram Coccin. *dec.* 1855. *num.* 16.

Error facti excuſat, ut quis non teneatur reſtituere fructus perceptos ex re Eccleſiæ nulliter alienata. Felin. *in cap. cum cauſ.* 27. *verſ. procederet, de re jud.* Bero. *in cap. ſi quis Presbyterorum. nu.* 45. *de reb. Eccleſ. non alien.* ſecus in errore Juris. Bart. *in L. ſed ex lege.* §. *ſcire nu.* 1. *&* 2. *ff. de petit. hæred.* Bero. *in d. cap. ſi quis Presbyterorum.* 44. *verſ. Joan. de Imola.* apud Rot. coram Coccin. *dec.* 1425. *nu.* 2. ſicut etiam excuſat error Juris habens mixturam facti, ut ſi quis ſciebat ſententiam quidem eſſe latam, non tamen ſciebat contra ſe. *L. ſi vir.* ubi Gloſ. *in verb. procedere.* Bart. *num.* 8. *&* *ſeqq. ff. pro donato.* apud Rot. coram Coccin. *dec.* 356. *n.* 3.

Error Juris valde dubii æquiparatur errori facti, & 6
ideo venit excuſandus. Felin. *in cap. de quarta. n.* 27. *de præſcript.* Capyc. *dec.* 10. *num.* 19. *&* 20. Rot. coram Coccin. *dec.* 610. ubi quando opiniones DD. ſunt diverſæ. Rot. coram eod. Coccin. *dec.* 626. quæ ultra allegatos, citat etiam Covar. *in cap. poſſeſſor. part.* 2. §. 7. *n.* 9. *verſ.* 3. *de Reg. Jur. in* 6. Put. *dec.* 118. *n.* 19. *l.* 2. non prodeſt mulieri error juris, dum potuit conſulere peritiores. Put. *dec.* 113. *n.* 8. *l.* 1. *in nov.* Rot. coram Coccin. *dec.* 1338. *n.* 11. de quo vide infra *in verb. Ignorantia.*

Error in contractibus tollit conſenſum. *L. ſi per er-* 7
rorem. ff. de juriſd. omn. L. nihil conſenſui. §. *fin. ff. de Reg. Jur.* & de iſto errore poteſt quandocumque opponi. *L. ſi per errorem* 35. *ff. de acquir. rer. dom.* Caſtrenſ. *in L. fin.* §. *idem quæſivit. nu.* 1. *&* 2. *ff. de cond. indeb.* Dec. *conſ.* 351. *nu.* 4. *&* *conſ.* 408. *nu.* 1. *&* *ſeqq.* Rot. coram Coccin. *dec.* 1827. *nu.* 7. quia ubi eſt error, ibi deficit conſenſus. *L. ſi per errorem. ff. de Juriſd. omn. Jud.*

Error ab allegante eſt probandus plene, & conclu- 8
denter. Burat. *dec.* 419. *num.* 1. Rot. inter *recent. dec.* 128. *n.* 13. *p.* 6. Bich. *dec.* 329. *n.* 16. quomodo dicatur probatus, vide eundem. *dec.* 192. *n.* 22. & Cyriac. *contr.* 225. *n.* 26. allegari non poteſt, ubi adeſt res judicata, niſi ſimul dolus verus concurrat. Menoch. *de arbitr. caſ.* 209. *n.* 37. Rot. *dec.* 184. *nu.* 3. *p.* 2. *rec.* addent. ad Gregor. XV. *dec.* 336. *nu.* 5. arg. tex. *in L. un. Cod. de error. calcul.* apud Bich. *dec.* 390. *n.* 16.

Error reſiſtit origini obligationis, ex contractu, vel 9
quaſi, cum excludat conſenſum. *L. ſi per errorem. ff. Juriſd. omn. Jud. L. cum teſtamentum. Cod. de Jur. & fact. ignor.* Socin. *jun. conſ.* 3. *nu.* 28. *l.* 2. Seraph. *dec.* 1190. *n.* 2. Rot. 110. *num.* 10. *p.* 6. *rec.* apud Bich. *dec.* 192. *n.* 2. Cephal. *conſ.* 27. *num.* 66. non nocet tamen tranſactioni, ſed hæc ſuſtinetur ad effectum, ut in aliis teneat, deducto, & retracto errore per exceptionem doli, ſi ſuper errore calculi lis mota fuit, vel timebatur, & deſuper fuit tranſactum, ſecus ſi de errore calculi nulla præceſſit dubitatio; diverſitas eſt, quia primo caſu partes cogitarunt de errore, non vero in ſecundo caſu, & ideo in ſecundo caſu non poteſt dici, quod ſuper errore fuerit tranſactum. Dec. *conſ.* 350. *n.* 7. Mant. *de tacit. lib.* 26. *tit.* 9. *numer.* 41. Rot. coram Burat. *dec.* 336. *numer.* 9. apud cit. Bich. *dec.* 192. *a num.* 6.

Error confeſſionis, ut excludatur, ſufficit ſola poſſi- 10
bilitas in contrarium. Seraph. *dec.* 1488. *num.* 4. Rot. inter *rec. dec.* 482. *n.* 1. *&* 6. *part.* 4. coram Coccin. & apud Bich. *dec.* 220. *n.* 27. *&* 30. Menoch. *de præſ. lib.* 3. *præſ.* 23. Roderic. *de ann. reddit. l.* 3. *q.* 7. *num.* 68. & eſt probandus per concludentes probationes, quæ excludant per poſſibile veritatem confeſſionis. Rot. *inter rec. dec.* 261. *num.* 25. *p.* 7. apud Bich. *dec.* 243. *num.* 12.

numer. 12. maxime si confessio emanavit pro exoneratione conscientiæ, & est adminiculata. Bal. *in L. fin. numer.* 3. *Cod. de prob.* Grammat. *dec.* 8. *num.* 9. *& dec.* 72. *numer.* 4. Boer. *dec.* 163. *numer.* 17. apud cit. Bich. *loc. cit.*

11 Error ad retardandam manutentionem debet esse omino clarus: & talis dici non potest, si pendet a quæstione Juris valde intricati, & dubii. Bich. *dec.* 390. *n.* 14. Seraph. *dec.* 976. *n.* 3. *&* *dec.* 705. *n.* 3. *&* 4. Post. *de manuten. obs.* 64. *n.* 12. Capyc. *dec.* 10. *n.* 19. *&* 20. Rot. post tract. Pacifici *de salv. interd. inspect.* 2. *cap.* 2. *n.* 85.

Error expressus in transactione si ocularitet apparet ex lectura instrumenti, impedit executionem transactionis; & eo stante, transactio, vel promissio in transactione tantum ope exceptionis rescinditur. Salyc. *in L.* 1. *numer.* 3. *Cod. de error. calcul.* post glos. fin. ibidem. Seraph. *dec.* 1277. *numer.* 5. apud Bich. *dec.* 192. *numer.* 11.

12 Error circa substantiam Matrimonii, semper dirimit, cum scilicet versatur circa personam. Item error qualitatis, cum redundat in personam, vel substantiam, cum scilicet consideratione alicujus qualitatis fit conceptus personæ determinatæ. Gobat. *de imped. matr. cas.* 4. *n.* 108. Item cum qualitas est finis matrimonii. vide Bonac. *de contr. disp.* 3. *q.* 2. §. 1. Sanz. & alios. vide infra *in præxi matrimonii.*

13 Error juris resistentis actui non inducit malam fidem quoad actum, sed tantum quoad juris effectus, sed nec bonam fidem producit sufficientem ad præscriptionem etiam longissimi temporis, quæ tamen est necessaria ad initium cujuscumque præscriptionis. Error vero juris nec assistentis nec resistentis bonam fidem inducit, scilicet credulitatem quod res est propria. Covar. *in neg. possessor. par.* 2. §. 7. *n.* 7. *vers. secundo & tertio.* quamvis Fachin. *l.* 8. *controv. Jur. c.* 28 indistincte adhæreat sententiæ, quod error juris non prosit ad præscriptionem longi temporis.

EUCHARISTIA.

Praxis Eucharistiæ.

Omissis variis, & subtilibus quæstionibus, quæ de hoc Sacramento moveri solent, & ad Theologos spectant, nos, qui ad praxin collimamus, non nulla ad eandem pertinentia, brevi manu tangemus.

1 Episcopus debet aliquando, præsertim Paschæ, aliarum solemnitatum, ac indulgentiarum festis, propria manu Eucharistiam ministrare fidelibus, ad excitandam & eorum devotionem, & ministrorum fervorem, ac diligentiam, juxta formam, quæ traditur in Rituali: sed rara hæc felicitas temporum.

2 Curare saltem debet eandem in Parochia, & Cathedrali honorifice custodiri, tum ad viaticum infirmorum, cum ad adorationem. *cap. Presbyteri, de consecr. dist.* 2. *cap.* 1. *de custod. Euchar.* Concil. Trid. *sess.* 13. *cap.* 6. & prout declaravit S. Congr. non debet permittere hoc Sacramentum in privatis ædibus, vel Capellis, vel aliis Ecclesiis extra Cathedralem, Parochialem, Collegiatam sæcularem, aut Regularem, imo neque intra septa Monasterii asservari, neque talem licentiam Episcopus concedere potest, nisi extrema necessitas id postulet; ut si in Parochia, vel &c. ob refectionem ejusdem, vel periculum hostium, vel aliud impedimentum decentius asservari non possit: & ita debet intelligi S. Congr. quam refert Pax Jord. *de re sacra. l.* 3. *tit.* 3. *nu.* 7. Piasec. *in prax. Episc. par.* 2. *c.* 3. *n.* 33. & Barb. *de off. Episc. alleg.* 22. *num.* 8. multo minus hoc potest concedi monialibus intra Chorum, & Monasterii septa. Conc. Trid. *sess.* 25. *c.* 10. *de Regular.* Pax Jord. *loc. cit. nu.* 9.

3 Insuper tenetur Episcopus facere Processionem solemnem in festo Corporis Christi, & SS. Eucharistiam suis manibus ferre, & curare, ut per totam octavam publice in Altari proponatur, dum officia divina peraguntur, quibus & ipse deberet interesse ad devotionem augendam: ipsa vero die, vel alias, & quandocumque prohibetur deferri in Processione Tabernaculum SS. Eucharistiæ Sacerdotum humeris, sed tantum manibus celebrantis, non obstante quacumque consuetudine, quæ potius est abusus, & corruptela, ut declaravit Sac. Rit. Congr. apud Pac. Jord. *l. c. num.* 11. Gavant. *in man. Episc.* V. *Euch. n.* 16.

Ad hanc Processionem, sicut etiam alias, vocati ac- 4
cedere compelluntur Regulares, etiam Monachi, juxta Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 13. exceptis iis, qui in strictiori clausura vivunt, & iis, qui a Civitate distant ultra milliare. Item illis, qui habent privilegium non accedendi, uti sunt, qui nec in Choro cantant, nec ad mortuos accedunt, sed tantum studiis & lectionibus vacant, juxta Bullam Pii V. quæ incipit, *etsi mendicantium*. & possunt compelli accedere per censuras, juxta illos quos citat, & sequitur Barbos. *de pot. Episc. alleg.* 105. *numer.* 45. qui affert declarationem S. Congr. & probatur ex Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 13. & licet Quarant. in verb. *Processio*. citet Sac. Congreg. declarationem, quod non possint Regulares cogi ad accedendum ad processiones, tamen illa procedit in iis Regularibus, qui vel sunt privilegiati, vel distant a Civitate ultra milliare, prout tenent etiam Zerola *in prax. par.* 1. *verb. processio*. §. 1. *vers. ad secundam.* Ciarl. *contr. for. cap.* 50. *numer.* 21. Macerat. Campanil. & plurimi apud Dian. *part.* 8. *tr.* 7. *res.* 5. *&* Laur. de Franch. *de controv. inter Regul. & Episc. quæst.* 6. Solorzan. *de Jure Ind. lib.* 3. *cap.* 17. *numer.* 57. *&* *seq.* *&* *num.* 61. contra Tambur. *de Jur. Abb. tom.* 1. *disp.* 19. *q.* 7. & alios apud Dian. *part.* 3. *tr.* 2. *res.* 76. quibus consentit ipse Diana *d. par.* 8. *trac.* 7. *res.* 5. existimantes, declarationem S. Congr. pro parte contraria non esse authenticam.

Præterea debet curare Episcopus, ut sacrum Viati- 5
cum infirmis opportune ministretur a Parochis, cum Cotta, Stola, & Pluviali, superposito mundo vello, sub umbella, vel baldachino, ante pectus cum omni reverentia ferendo, lumine præcedente, & campanula. Debet autem Parochus secum ferre plures hostias consecratas, ne redeundo populus adoret pyxidem sine Sacramento, & si ob infirmorum multitudinem, vel Parochi incuriam negligentis secum ferre plures hostias consecratas, omnes particulæ essent distributæ, exutis sacris vestibus, sine lumine, & campanula redeat ptivatim domum. Rursus observet in tali casu Parochus, dum Viaticum infirmis ministrat, ne omnes particulas consecratas ex Ecclesia asportet, ne interim ab ingredientibus Ecclesiam adoretur inadvertenter Sacramentum, quod non adest. Adsint ergo duæ pyxides, aut pro secunda adhibeatur calix cum sua palla, in quo recondi possint aliquæ particulæ consecratæ, quæ, dum Parochus ministrat Viaticum, ab ingredientibus Ecclesiam adorari possint, & pro communicandis in Ecclesia, deservire queant. Propter difficultatem tamen viarum, & distantiam permittitur Parocho includere hostias consecratas in vase argenteo intra bursam incluso, & ad collum appendere; nullatenus tamen illud transmittere per Laicum, non obstante quacumque necessitate. *cap. pervenit, de consecr. dist.* 2. Pax Jord. *loc. cit. numer.* 19. *&* 24. secus per Diaconum, juxta communiorem, & probabiliorem DD. sententiam, & cum Sacerdos non potest illas ministrare duobus digitis consuetis, omitti debet.

Peste infectis debet ministrari eodem ritu, sicut a- 6
liis, sine instrumento, licet honesto, & tuto. Dian. *p.* 5. *tr.* 3. *res.* 50. Pax Jord. *loc. cit. n.* 23. & alii apud eosdem, contra Possevin. *de offic. Curat. seu Parochi.* Marcant. & alios. Et si infirmus non posset sumere sacram Hostiam etiam per vehiculum vini, posset muniri pro viatico sacro sanguine juxta Ochagaviam, Nugnum & alios apud Dianam *par.* 5. *tract.* 34. quia præceptum viatici est divinum, præceptum vero non communicandi sub utraque specie est Ecclesiasticum, ubi autem majus, minus cessat. Suaz. tamen, Fagundez, Sylvius & alii apud Dianam volunt hoc in casu præceptum non obligare. Debet etiam Viaticum ministrari etiam non jejuno, quia præceptum divinum prævalet Ecclesiastico. Ampliatur etiam ad damnatum pœna capitali, quamvis quoad talem contrarium non pauci probabiliter teneant. vide Pacem Jord. *d. l.* 3. *tit.* 3. *de re sacra n.* 24. nisi jam fregisset Reus jejunium, & ita mori deberet sine viatico. Item debet ministrari eidem infirmo, qui Viaticum semel habuit. Conich. Suaz. & alii apud Dian. *par.* 2. *tract.* 14. *res.* 75. & Pacem Jord. *l. c.* contra

Vaſquez & alios; dummodo ad minimum ſex dierum intervallum ab una ad aliam Communionem intercedat. Diana *loc. cit. reſ.* 77. Pax Jord. *loc. cit. n.* 28. & 29. vel trium dierum ſecundum alios Layman. & Vaſquez apud Dianam *par.* 3. *tract.* 4. *reſ.* 44. & *par.* 9. *tract.* 9. *reſ.* 46. & 47. Et ſi infirmitas ad eam extremitatem devenerit, ut a Sacerdote nequeat illi miniſtrati viaticum, niſi Sacerdos cucurrerit, tenetur Sacerdos illud intermittere ob Majeſtatem Sacramenti & reverentiam Sacerdotis, quia hoc Sacramentum non eſt neceſſarium neceſſitate medii ſicut baptiſmus & pœnitentia; tunc enim utique deberet Sacerdos omni meliori modo, etiam citato curſu periclitanti ſuccurrere. Neceſſitas autem præcepti non obligat tanto cum incommodo, irreverentia, & indecentia. Pax Jord. *loc. cit. num.* 32.

7 Adeo vero Epiſcopus debet eſſe ſolicitus ne oves moriantur ſine hoc pharmaco Immortalitatis, ut ſi aliqua fuiſſet per judicem condemnata ad mortem ſubeundam, antequam hoc Sacramentum illi miniſtrari poſset, deberet ex officio Dominos temporales, & jus dicentes admonere, imo Juris mediis compellere ad concedendum Reo tempus confitendi peccati & ſacro viatico ſe muniendi non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium, quæ cum ſit contra jus divinum, potius corruptela & abuſus eſt vocanda, & nullius valoris. Pax Jordan. *loc. cit. nu.* 39. Imo ſi pœnitens intra prædictum tempus non fuit confeſsus, tenetur Judex in foro conſcientiæ prorogare terminum ad duos vel tres dies, quamvis ad hanc prorogationem per Epiſcopum compelli non poſſit.

8 Debet etiam curare imo compellere oves ſuas ad communionem tempore paſchali, & ad obviandum fraudibus pro diverſitate locorum diverſa praxis fuit introducta. Alicubi enim parochus, ad quem ſolum pro tempore paſchali pertinet miniſtrare S. Euchariſtiam excluſis etiam Regularibus, qui ad hoc non habent privilegium ſpeciale a S. Pontifice, vel ab Epiſcopo aut parocho licentiam ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ juxta *Clem. relig. de privil.* dat cuilibet certam ſchedam cum quadam impreſſione ſancti, ſeu nominis JESU, quam a quolibet ſuorum Parochianorum finito tempore Paſchali recolligere debet, ad hoc ut appareat, quiſnam eorum ſatisfecerit. Debet autem tali ſchedæ inſcribi numerus anni. Præterea, ut fraudibus obvietur, illiſque via præcludatur, debet Parochus quolibet anno deſcriptum habere præciſum numerum ſuorum parochianorum, qui communionis ſint capaces, & ad illam ſint approbati, & juxta illum numerum conficere tot ſchedas, non pauciores, nec plures, aliter contingere poſset, & revera contigit ſæpius, quod aliquis turpis lucri gratia, quid enim non mortalia pectora cogit amor divitiarum? pluries accederet ad ſacram ſynaxim ac infra dictum tempus plures ſchedas colligeret, illaſque aliis venditaret; ſed obſervandum, ut cuilibet ſchedæ nomen communicandi inſcribatur, & ab aliquo, vel etiam duobus, qui tali caſu aſſiſtere debeant, diſtribuantur, alibi alia viget praxis, ut communicantes, dum ad ſacram Synaxim accedunt, ſua nomina ab aliquo ad hoc deputato deſcribi curent, quæ videtur facilior pro oppidanis, & Civibus, ſed pro exteris priorem laudarem, ita tamen, ut permixti oppidanis ad ſacram Synaxim accederent. Cæterum quælibet Regio abundet ſuo ſenſu.

9 Incipit Paſchale tempus quoad hoc, a die Cœnæ, uſque ad Dominicam in albis incluſive, niſi aliæ Regiones privilegiatæ deſuper exiſtant, quibus integrum jus ſuum relinquimus. vide Pacem Jordan. *loc. cit. a num.* 56.

Quinam autem ex Regularibus poſſint tempore Paſchali miniſtrare Sacramentum Euchariſtiæ, vide Barboſ. *de off. Paroch. par.* 2. *cap.* 20. *numer.* 8. ubi probat ex *Clem.* 1. *de privil.* eos incurrere excom. reſervatam Pontifici, & citat Alterium *de cenſur. diſp.* 22. *cap.* 3. *dub.* 3. Bonac. *de Sacram. diſp.* 4. *quæſt.* 5. *p.* 1. *nu.* 8. niſi bona fides illos excuſet, aut periculum mortis, *num.* vero 8. affert privil. quæ privilegia immerito a non nullis ad omnes extenduntur, ſecundum Suarez *de Relig. tom.* 4. *tr.* 10. *lib.* 9. *cap.* 3. Portell. *in dub. Regul. tom.* 1. Villalob. Nugnum. Fagundez. & alios apud Dian. *part.* 2. *tr.* 14. *reſ.* 73. contra la Crux de ſtat. Relig. *libr.* 2. *cap.* 5. Ludovic. Bejam. *in reſponſ. caſ. conſc. part.* 4. *caſ.* 4. qui nituntur privilegio Nicolai V. Pauli III. Pii IV. & Pii V. quæ, cum habeant clauſulas *motu proprio*, *ex certa ſcientia*, *& plenitudine poteſtatis*, videntur confirmare privilegia etiam per non uſum revocata.

Porro Parochi, facta collectione ſchedularum, ſi 10
quis ex ſuis Parochianis deprehendatur, qui non ſatisfecerit præcepto Paſchalis Communionis, debebit eundem Ordinario denuntiare, qui captis deſuper debitis informationibus, ſervatiſque de Jure ſervandis, declarabit, & denuntiabit, eundem interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, ad normam ſequentis formulæ: *Nos &c. declaramus, & denunciamus NN. de loco N. Plebis N. interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, quia etiam ſpecialiter monitus, præcepto Eccleſiaſtico annuæ Confeſſionis, & Communionis Paſchalis non ſatisfecit, & prout latius in actis Officii noſtri &c. In quorum fidem &c.* Unde patet, debere præcedere trinam monitionem, vel unam peremptoriam pro tribus.

Ex qua vides, antequam deveniatur ad talem decla- 11
rationem, ſaltem pro majori, & abundanti cautela, & non de rigore, cum a Jure ſufficienter ſit monitus &c. poſſe præcedere ſpecialem monitionem. Parochi tamen monitio, etiam eo elapſo, eſt neceſsaria, antequam denunciet, juxta Rituale Rom.

Sed poſt hæc ſcripta incidi in aliam praxim Parochis, & Ordinariis facillimam, ad inveniendum eum, qui præcepto Paſchalis Communionis non ſatisfacit. Ante tempus Paſchale diſtribuat Parochus ſchedam, cui inſcriptum ſit nomen communicaturi, & quando communicabunt, quilibet communicas teneatur illam reſtituere deputato a Parocho, eo tempore, quo ſacra Synaxis diſtribuitur, & ſic multis fraudibus obviabitur.

Curent etiam Epiſcopi, ut in ſuis Diœceſibus inſti- 12
tuatur oratio 40. horarum, uti in Adventu, & Quadrageſima, ac aliis neceſſitatibus publicis, in illis tamen locis tantum, in quibus ſervatur S. Euchariſtia: vel quibus ipſe concedere voluerit, nocturno vero tempore, ſoli cuſtodes aſſiſtant, qui ſi non poſſint, claudatur Eccleſia, & ſuppleatur de die. Et maxime Monialibus interdicantur preces 40. horarum continuandæ de nocte: ita ut oſtium Eccleſiæ claudi debeat, & recondi S. Euchariſtia, & moniales orent in choro. Pax Jord. *loc. cit.*

In Cathedralibus, & Parochiis, habenda eſt Confraternitas SS. Sacramenti, & tertia quavis Dominica Menſis, proceſſio inſtituenda.

Quia ſupra diximus, debere Epiſcopum eſſe ſolici- 13
tum, ut S. Euchariſtia miniſtretur pro viatico morituris, advertere ſummopere debet, ne illa miniſtretur indiſcriminatim omnibus, uti infantibus, & illis, apud quos eſt periculum irreverentiæ: notoriis peccatoribus, qui tales ſunt vel notorietate Juris, us quia ſunt damnati a Judice, vel confeſſi: vel notorietate facti, quæ nulla tergiverſatione celari poſſit: ut meretricibus, uſurariis, & ſimilibus, etiam poſt pœnitentiam privatam, niſi publica præcedat, vel ſaltem fuerit publicata, ad evitanda ſcandala, & ideo Parochi non ſint in tali occaſione nimis faciles, ſed conſulant Ordinarium. Imo nec poſt pœnitentiam publicam, niſi probata prius fuerit eorum conſtantia. Limit. in articulo mortis. Pax Jord. *de reſacra lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 60.

Sed quær. in qua Eccleſia teneantur ſacerdotes ſatis- 14
facere præcepto communionis Paſchalis. Reſp. in quacumque illis bene viſa. Pax Jord. *lib.* 3. *tit.* 3. *n.* 81. *v. Sacerdotes*. Azor. *moral. lib.* 7. *cap.* 41.

Sed quia, ut in praxi Baptiſmi dicebamus, in Sa- 15
cramentis conſideratur materia, & forma certa, & dubia, & ex materia, vel forma certa una eſt præſcripta ab Eccleſia; ideo ſevere puniantur illi, qui vel in materia dubia, vel cum forma dubia, vel cum materia aut forma certo ſufficienti, ſed diverſa ab illa, quæ fuit præſcripta ab Eccleſia, conſecrare præſumpſerint.

Aliud quoque dubium occaſione Communionis Pa- 16
ſchalis venit reſolvendum: utrum Regulares virtute ſuorum privilegiorum, poſſint miniſtrare Euchariſtiam vagis, advenis, & peregrinis in die, vel tempore Paſchali, ad ſatisfaciendum præcepto communionis annuæ? & Reſp. eſt affirmativa. *Azor. moral. par.* 1. *lib.* 7. *cap.* 41. *quæſt.* 7. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 23. *numer.* 17. Tambur. *de Jur. Abb. tom.* 2. *diſp.* 5. *quæſt.* 3. *num.* 6. Portel. *in dub. Regul. verb. Sacramentum.* & alii apud Dian.

Dian. *part.* 3. *tr.* 2. *ref.* 12. quia *Clem.* 1. *de privileg.* in qua excipitur tempus Paſchale, in quo non poſſunt miniſtrare Euchariſtiam Regulares, in vim privilegiorum, quæ alias dicta Clem. illis concedit, habuit pro fundamento favorem Parochorum, ut eo tempore Parochiani confluerent ad Parochiam; ſed in noſtro caſu nulla poteſt conſiderari injuria, quæ irrogetur Parochis, qui ratione peregrinorum non ſunt Parochi.

17 Euchariſtia abutens ad Sortilegia, ac ſpurcitias &c. de Jure Civili punitur pœnæ mortis: de Jure Canonico traditur Judici ſæculari. Cyriac. *contr.* 435. *a n.* 8. *&* 33. Anchar. *conſ.* 15. *n.* 3. Decian. *crim. l.* 6. *c.* 33. *n.* 28. Borell. *de magiſtrat. l.* 2. *c.* 8. *n.* 21. Covar. *l.* 2. *var. reſ. c.* 20. *ſub n.* 7. *verſ. nec tamen inficior.* Del Rio *diſquiſ. magic. lib.* 5. *ſect.* 16. *verſ. porro ſi ſpes.* Farin. *de furt. quæſ.* 172. *n.* 15.

18 Euchariſtia non poteſt retineri in Eccleſia non Parochiali, pro adoratione populi, ſine licentia Pontificis. S. Cong. apud Gavant. *Verb. Euchariſtian.* 55. Lim. in Regularibus, Collegiatis, Piaſcc. *in prax. Epiſc. par.* 2. *c.* 3. *n.* 33. *verſ. huc pertinet.* Barb. *de officio & poteſt. Epiſcopi alleg.* 22. *n.* 7. qui citat Fuſcum *de Viſitatione citat. l.* 1. *c.* 5. *n.* 9. Pax Jord. *de re ſacra l.* 3. *tit.* 3. *n.* 7. niſi neceſſitas aut congruentia aliud ſuaderet.

19 *** Euchariſtia Infantibus ante uſum rationis, & pueris in Miſſa miniſtrari a Græcis Presbyteris interdicitur Benedict. XIV. Conſt. *Etſi Paſtoralis*. §. 7.

¶ EUGENIANA.

1 Eugeniana eſt quædam Conſtitutio Eugenii IV. per quam confirmantur privilegia conceſſa Curialibus, & Officialibus Romanæ Curiæ, ne poſſint tam in civilibus, quam in Criminalibus coram alio Judice conveniri, quam coram Magiſtratu Decurionum, ad hoc ut tutius poſſint ſe promptiores exhibere obſequiis Sedis Apoſtolicæ, & ſtatuit quod debeant conveniri coram A. C. qui ſolus privative quoad omnes alios ſit illorum Judex competens. Gratian. *diſcept. forens. cap.* 421. *per tot.* ubi etiam an prævaleat privilegio. *l. un. Cod. quando Imp. inter pupill. & vid.* late Ridolphin. *in prax. p.* 3. *c.* 4. *n.* 159. *& ſeqq. per tot.* ubi qui veniant ſub nomine Curialium, & alia, Fagnan. *in c. licet, a n.* 43. *de for. compet.* Tenorem dictæ Conſtitutionis Eugenianæ ponit idem Ridolphin. *in fine dictæ prax. fol.* 611. & quid operetur De Luc. *de Judic. diſc.* 3. *n.* 49.

2 Eugeniana comprehendit etiam Clericos, non tamen prodeſt Clericis Cameræ, qui in Curia non reſident. Gratian. *d. c.* 421. *n.* 74. *&* 75. Ridolph. *loc. cit. num.* 182. *& ſeqq.* ubi nec prodeſt Clericis curam animarum habentibus vigore Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *c.* 1. *& ſeſſ.* 24. *c.* 11. Fagnan. *loc. ſupr. cit.*

3 Eugeniana comprehendit Curiales reos, non autem actores, & ideo quando ipſi ſunt actores, ſequi debent forum rei. Rot. poſt Marcheſ. *de Commiſſ. part.* 2. *tit. de Commiſſ. ſuper Eugen.* §. *un. nu.* 1. ubi multa in materia Eugenianæ. Ridolph. *in prax. part.* 3. *c.* 4. *nu.* 173. *& ſeqq. per tot.* ubi quod etiam non procedit quando Curiales intentarent remedium *l. diffamari*, & non docerent de ſua poſſeſſione, nec adverſus privilegiatos, vigore *l. un. Cod. quando Imper. inter pupill. & vid.* nec in aliis caſibus, de quibus *ibidem per tot.* Idem Fagnan. *loco ſupra adducto.*

4 Hunc locum ſimpliciter citat, nil aliud addendo Com. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. leg. part.* 4. *verb. Eugeniana. fol.* 523. & quia materia bene tractatur a Gratian. & Ridolph. *in loc. cit.* ad eos ſufficiat remiſſio, & de illa aliqua tradit etiam Camil. Capucc. *in Praxi. tom.* 1. *c.* 2. *art.* 15. *n.* 301. *&* 302. *fol.* 22. & Eminent. De Luca, *in Indice, verbo Eugeniana.* Fagnan. *ſup. Decretal. pariter in Indice, verb. Eugeniana.*

5 De alia Eugeniana Conſtitutione, vel Bulla in favorem Academiæ Salmantinæ, per quam ſtudentes, & legentes in ea faciunt fructus ſuos beneficiorum, non obſtante non reſidentia, a qua illius vigore excuſantur, plene Mendo *tr. de Jur. academic. l.* 4. *quæſt.* 2. *per tot. fol.* 402. *& l.* 3. *quæſt.* 20. *n.* 22. *&c.* ubi plura etiam an ſcholaſtici, & academici habentes beneficia, & præbendas, excuſentur a reſidentia, & faciant fructus ſuos, licet non diſtributiones quotidianas, & alia ad rem, de quibus dixit Sabellus *in* §. *abſentia. n.* 9. *& ſeqq.* ¶

EVICTIO.

Praxis Evictionis.

Evincere in genere eſt rem auferre. *L. non tamen ff.* 1 *de evict.* aut contra venditorem venire. Bal. *in fin.* §. *in computatione. Col. ſi. C. de Jure deliber.* Rota Floren. apud Magon. *dec.* 93. *n.* 5. vel melius ſecundum alios eſt rem a poſſeſſore jure Dominii vel hypothecæ avocare, & per Judicem, ſeu judicium auferre. & ita DD. apud Mangil. *de evict. q.* 1. *n.* 3.

Evictiones aliæ ſunt propriæ, aliæ impropriæ, aliæ 2 tacitæ, aliæ expreſſæ. Propria evictio eſt, quando res evincitur ratione dominii, & poteſt agi ad pretium ſeu duplum. Impropria eſt, quando ſolum pretium eſt reſtituendum. *L. emptorem.* §. *ſi. C. de act. empt.* Caballin. *de evict.* §. 2. *n.* 23. quæ pretii reſtitutio, cum ſit pars evictionis, peti poteſt & id quod intereſt. *L. ſi venditione ff. de evict.* Expreſſa eſt, quando res fuit tradita & evicta poſt traditionem, quo caſu requiritur ſententia. *L.* 3. *C. de evict. & L. habere licere ff. eod.* Tacita dicitur, cum res non fuit tradita nec tradi poteſt; quæ non eſt proprie evictio, ut emptor agere poſſit de evictione, ſed debet agere ad intereſſe. *L.* 1. *ff. de act. empt.*

§. I.

Quinam agant de evictione & contra quos?

Emptor agit de evictione, qui titulo emptionis rem 3 acquiſivit, aut ſimili cauſa onerоſa contra vendentem vel concedentem. *L. libera C. de ſent. & interloc. omn. Jud.* Mangil. *de evict. quæſt.* 2. & habet etiam locum in contractibus *Do ut des, vel facias* ſtipulatione vallatis. Et ideo de evictione agit emptor contra venditorem. *L.* 1. *ff. de evict. L. emptor fundi C. eod. cap. fin.* ubi Canoniſtæ *de empt. & vendit.* & hæc obligatio tranſit ad & contra hæredes *L. ſi per imprudentiam.* §. *non mirum ff. de evict.* & ſi quis rem habeat a Judice. Adeo ut Venditor, qui ſcivit rem venditam onere aliquo affectam & emptori non notificavit, illi teneatur ad intereſſe. *L.* 1. §. 1. *Julianus in princ. & L. quæro. ff. de empt.* Alex. *conſ.* 14. *n.* 8. *&* 9. *l.* 5. Rom. *conſ.* 503. *ſub n.* 10. Bald. *in L. ſi traditio. nu.* 7. C. *de act. empt.* Ruin. *conſ.* 141. *ſub nu.* 9. *verſ. & tamen etiam ſub tali intereſſe l.* 1. Rimin. *ſen. conſ.* 297. *n.* 10. Surd. *conſ.* 13. *n.* 34. *& conſ.* 15. *n.* 15. & *dec.* 265. *n.* 8. *dec.* 288. *n.* 46. Mangil. *loc. c. n.* 9. & parificantur promiſſio indemnitatis, evictionis, & litis in ſe ſuſcipiendæ. Pariſ. *conſ.* 16. *n.* 125. *l.* 3. Ruin. *conſ.* 187. *n.* 2 *&* 3. *l.* 1. Capella Tholoſ. *dec.* 408. Cavalc. *dec.* 11. *n.* 10. *par.* 1. Mangil. *loc. cit. n.* 13.

§. II.

Ut poſſit agi de evictione, quæ requirantur?

Octo requiruntur, ut de evictione agi poſſit. Primo 4 quod emptor denuntiaverit litem ſibi fuiſſe motam, & requiſiverit vendentem ad illam defendendam. *c. fin. de empt. & vend.* Secundo debet emptor probare rem ſibi venditam evictam fuiſſe per Judicis ſententiam. *L. utique. ff. de rei vendic. L. ſi cum quæritur. C. de evict. L. ſi dictum.* §. *ſi compromiſero. ff. de evict.* Tertio debet emptor probare, quod cauſam viriliter defenderit. *L. emptori* C. *de evict. L. ſi ideo. in princ. ff. eod.* quarto quod ſententia lata fuerit data executioni. *L. habere licere ff. de evict.* 5. quod ſententia fuerit lata ſuper proprietate rei evictæ, & non tantum ſuper poſſeſſione. 6. quod emptor fuerit condemnatus a ſuo Judice, & non ab arbitro. *d. L. ſi dictum.* 7. quod appellaverit. *L. Herennius. ff. de evict.* 8. quod injuſte in cauſa non ſuccubuerit per obſtaculum alicujus exceptionis, quæ ab ipſo emptore traxerit originem. *L. hoc jure & L. ſeq. & L. ſi rem.* §. *ſi duplex. ff. de evict.*

Hinc eſt primo, quod emptor, qui non denuntia- 5 vit litem, non agat de evictione, quia dicitur eſſe in dolo. *L. ſi fundo vendito.* §. *ſi cum poſſit. ff. de evict.* Menoch. *de præſ. l.* 5. *præſ.* 3. *n.* 68. Covar. *var. reſ. l.*

3. *c.* 17. *nu.* 2. Burſat. 106. *num.* 19. *l.* 1. Ant. de Butr. Card. & Abb. *in cap. fin. de empt. & vend.* ubi Ant. de Burgoſ. & Barbat. *num.* 4. ac plurimi apud Mangil. *loc. cit. n.* 2. *&* 3. Tum quia Venditor præſumitur magis informatus, quam emptor.

6 Qualiter autem facienda ſit denuntiatio, & an ſufficiat ſimplex denuntiatio, diſputant DD. affirmant Bald. & Salyc. *in L.* 1. *C. de peric. & comm. rei vend.* Dyn. *in cap. eum qui certus. De R. J.* Alex. & Jaſ. *in L. non ſolum. §. morte ff. de nov. oper. nunt.* Imol. *in cap. cum M. Ferrarien. de conſtit. & in cap. fin.* ubi Barbat. & Burgoſ. *col.* 4. *De empt. & vend.* Negant alii communius, ſed volunt debere venditori denuntiari litem fuiſſe motam a tali perſona ſuper bonis ſibi venditis aut permutatis aut ceſſis & in ſolutum datis cum duobus confinibus, & ut venditor requiratur ad aſſiſtendum liti, eamque defendat, & ideo copiam libelli tranſmittat, & venditionis ſibi factæ cum expreſſione pactorum &c. Batt. & Rom. *in d. L. non ſolum. §. morte. ff. de nov. oper. nunt. & in L.* 2. *§. voluntatem ff. ſol. matrim.* Specul. & Jo. And. *in tit. de empt. & vend. §. fin. ad fin.* Fel. *in d. cap. cum M.* Covar. *var. reſ. l.* 3. *c.* 17. *ſub n.* 3. *verſ. ſecundo non ſufficit.* Capella Tholoſ. *dec.* 408. Ruin. *conſ.* 136. *num.* 3. *l.* 1. & alii apud Mangil. *de evict. quæſt.* 3. *ſub n.* 4. *verſ. altera eſt.* ſed omnium tutiſſimum eſt, ut emptor Venditorem aut auctorem ſuum in libello ſupplici judicialiter nominet, & Judicis officium, ut litteras denuntiatoriales ad eum decernat, imploret, ut tradit Roſent. *de fend. l.* 1. *c.* 8. *concluſ.* 30.

7 Porro in tantum eſt neceſſaria denuntiatio, ut ſi res ſine denuntiatione facta evincatur, Venditor ad nihil teneatur, nec ab emptore conveniri poſſit. *L. ſi parentes. verſ. empti & L. ſi cum quæſtio. C. de evict. cap. fin. De empt. & vend.* Quamvis in contractu ſuſcepiſſet vel promiſiſſet ſuſcipere litem. Et non tantum requiritur denuntiatio moleſtiæ judicialis, ſed etiam extrajudicialis, & ſi mortuus eſt Venditor, denuntiatio debet fieri ejus hæredibus, vel hæreditari jacenti, & ſi plures vendiderunt, uti ſocii, omnibus facienda eſt denuntiatio, etiam quando Venditor ſcit litem fuiſſe motam. Vivius *lib.* 3. *commun. epin.* 428. Covar. *lib.* 3. *var. reſ. c.* 17. *nu.* 3. Caſtr. *conſ.* 308. *l.* 1. Dec. *conſ.* 74. Capella Tholoſ. *d. dec.* 408. Natta *conſ.* 38. Carpan. *ad ſtatut. Mediol. c.* 417. *n.* 788. *&* 789. quia denuntiatio fit non tantum, ut Venditor ſciat litem motam, ſed etiam ut veniat ad defendendum. Bart. *in d. L. non ſolum. §. morte.* Cavar. *loc. cit.* Caballin. *de evict. §.* 3. *an.* 22. Felin. *in d. cum M.* Mohed. *dec.* 160. & alii apud Mangil. *loc. cit. quæſt.* 4. *n.* 14. etiam pupillis denuntiatio facienda eſt. Etiam ab Eccleſia, & minoribus juxta aliquos. Covar. *loc. cit. n.* 4. Carpan. *ad ſtatut. Mediol. c.* 43. *nu.* 10. Surd. *dec.* 179. *num.* 6. & alii apud Mangil. *loc. cit. n.* 17. Lim. 1. quod denuntiatio non eſt neceſſaria, quando emptor, & venditor ſimul in eodem judicio conveniuntur, ſi venditor comparet & defendit emptorem. Lim. 2. ſi denuntiationi per pactum fuit renuntiatum. Lim. 3. ſi venditor juravit ſuſcipere defenſionem, quam primum fuerit mota lis. Lim. 4. quando notorie conſtat de non Jure Venditoris, & de Jure evincentis. Natta *conſ.* 232. *n.* 5. Capyc. *dec.* 106. *n.* 4. Socin. jun. *conſ.* 120. *nu.* 11. *l.* 3. Afflict. *dec.* 49. Covar. *loc. cit. n.* 6. Guttierez *de juramen. conf. par.* 1. *c.* 61. *n.* 18. Surd. *de alim. tit.* 9. *quæſt.* 42. *n.* 28. quia culpa non eſt, ſi non fecit, quod factum non profuiſſet. Mangil. *loc. cit. quæſt.* 4. *n.* 55. *&* 56. Lim. 5. ſi Venditor promiſit de evictione, quomodocumque res evincatur.

§. III.

Quo tempore debeat fieri denuntiatio, & ubi Venditor compareat?

8 Diverſæ in hoc ſunt DD. ſententiæ apud Mangil. *loc. cit. quæſt.* 5. *per tot.* aliqui volunt eſſe faciendam ſaltem ante concluſionem in cauſa, ut venditori remaneat tempus ad ſe defendendum. Felin. *in cap. cum dilectus de fide inſtrum.* Batt. *in L. concubinam. §. ſi hæres. ff. de leg.* 3. *& in L. ſi rem. C. de evict.* Communis concordat, quod debet fieri tempore congruo, ut Venditori ſalvum jus maneat faciendi ſuas defenſiones, & eo tempore, quo integra ſunt jura ipſius defenſionis. Covar. *l. c. d. cap.* 17. *n.* 8. Gomez. *de contrac. cap.* 2. *n.* 33. *ſeq.* Maran. *de ord. Jud. par.* 6. *tit. de laudan. nu.* 5. Mangil. *de evict. quæſt.* 5. niſi tamen fuerit remiſſa denuntiandi neceſſitas.

Quæres: an Clericus Venditor, cui fit denuntiatio litis motæ, debeat comparere coram Judice Emptoris, ſi eſt Laicus, aut coram Judice Eccleſiaſtico. Et quod Clericus non poſſit declinare tunc forum Laicale, tenent multi. Ancharan. *in cap. ſignificaſti. nu.* 15. *de foro compet. & in cap. ea qua quæſt.* 17. *n.* 21. *de R. J. in* 6. Burgoſ. *in cap. fin. n.* 16. *de Empt. & Vend.* Maran. *de ord. Jud. par.* 6. *memb.* 5. *tit. de laudan. n.* 6. *& alii.* Sed quod poſſit declinare forum, defendunt Specul. *tit. de primo & ſecundo decreto §. reſtat. tit. quid ſi Dominus Clericus nu.* 24. Abb. *in cap. quoniam. Ut lite non conteſt. verſ. & hæc faciunt ad quæſt.* Boer. *dec.* 69. *n.* 17. Grammat. *dec.* 21. *n.* 2. *&* 9. qui teſtatur ita fuiſſe ſæpius deciſum in Concilio Neapol. Butr. *in d. c. quoniam.* Angel. *in L. ſi ſuſpectan.* 1. *ff. de inoff. teſtam. & in L. non ſolum ff. de uſucap.* Caſtr. *in L.* 3. *C. de Jure fiſci.* & alii plures apud Mangil. *l. c. quæſt.* 6. *n.* 9. *&* 24. ubi ſecundam opinionem, quod Clericus ad Eccleſiaſticum Judicem ſit remittendus, approbat. Vide *Clericus. n.* 77. 9

De cætero Venditor, contra quem agitur de evictione, ſequi debet forum emptoris. *L. Venditor. & L.* 1. *C. ubi in rem act.* ubi Caſtr. Bald. & alii, exceptis, ut ſupra dictum fuit, Clericis, & fiſco. *L. cum vendente. L. ad fiſcum. C. ubi cauſ. fiſc.* Mangil. *quæſt.* 7. *n.* 4. apud quem plures. 10

§. IV.

Evictio quo tempore debeatur?

Ut venditor teneatur de evictione, debet conſtare de ſententia lata, & de reali evictione & executione facta. *L. qui rem, & L. ſi ſtatus. C. de evict. L. utique. ff. de rei vendic.* Crav. *conſ.* 845. *n.* 12. Oſaſc. *dec.* 24. *n.* 4. Gomez. *var. reſ. to.* 2. *c.* 2. *n.* 39. Magon. *dec. flor.* 93. Burſat. *conſ.* 194. *n.* 41. *l.* 2. Theſ. *dec.* 85. *&* 102. Surd. *dec.* 265. *num.* 7. Caballin. *de evict. in princ.* & Mangil. *eod. trac. quæſt.* 8. *n.* 1. quamvis in inſtrumento fuerit dictum quod emptor lite mota recuperet pretium, quia verba debent intelligi cum effectu, & non videtur lis mota, niſi effective res evincatur, quia ſemper dubius eſt litis eventus. Theſ. *d. dec.* 85. *n.* 3. Neque ſufficit, quod ſententia fuerit lata a Judice primæ inſtantiæ, niſi etiam appellatio ad Judicem ſuperiorem interponatur & ſententia ab illo confirmetur. Bart. & Bald. *in L. Herennius ff. de evict.* Pinell. *in L.* 1. *par.* 3. *n.* 50. *verſ. lim. tertio C. de bon. mat.* Capyc. *dec.* 106. *n.* 4. Dec. *conſ.* 74. *n.* 6. & interea Venditor nullas tenetur ſolvere expenſas. 11

Lim. 1. ſi debitor dedit creditori ſcienter rem alienam, quia tunc creditor propter intereſſe ſuum poterit agere contra debitorem antequam res in ſolutum ſibi tradita a ſe avocetur, & evincatur. *L. ſervus quem a me §. fin. ff. de act. empt. L. ſi hominem. ff. de ſolut.* Gabr. *conſ.* 129. *n.* 13. *l.* 1. Surd. *dec.* 253. *n.* 10. Rota *in Rom. pecun.* 25. *Jun.* 1601. poſt tract. Cenc. *de cenſib. dec.* 198. *n* 1. coram Card. Pamphil. Seraph. *dec.* 321. *n.* 4. Mangil. *d. quæſt.* 8. *n.* 9. 12

Lim. 2. ſi emptor motam litem Venditori denuntiavit, quia lata ſentia poteſt agere contra venditorem ſecundum quoſdam, licet non fuerit ſecuta effectiva evictio; quia ſufficit quod poſſit evinci, cum venditor doloſe vendidit rem alienam. *DD. cit.* Item ſi non tertius, ſed ipſe venditor vult evincere, alias plures limitationes videre potes apud Mangil. *l. c. per tot.* 13

§. V.

Evictio non debetur, ſi debitor non ſe defendit.

Præterea ut agat de evictione, debet oſtendere quod litem ſibi motam rite defenderit, & nihil neglexerit ſubſtantiale, ſed omnia ſua jura & probationes exhibuerit. Gratian. *diſc. for. cap.* 549. *numer.* 16. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 19. *numer.* 6. Surd. *dec.* 208. *numer.* 17. Vivius *dec.* 155. *num.* 10. Dec. *conſ.* 70. Caballin. 14

de

de evict. §. 5. *num.* 40. Mangil. *eod. tract. quæst.* 9. *nu.* 3. Unde non potest agere si sua culpa fuit interrupta præscriptio cum præscribere potuisset. Gomez. *de contrac. cap.* 2. *sub num.* 43. Item si sua culpa desiit possidere. Gomez. & Caballin. *ll. cc.* aut habuit pro derelicta, aut fecit pactum de non petendo, aut jusjurandum detulit decisivum, aut propter ineptam petitionem succubuit. *L. si mancipium.* §. 1. *ff. de evict.* Lim. 1. conclusionem non procedere quando Venditor fuit præsens in judicio. *in L. emptor. C. de evict.* Imol. *in cap. fi. De empt. & vend.* Item si emptor non defendit causam omnino perituram. Bald. *in L. res inter alios. C. quib. res judic. non nocet.* Natta *cons.* 462. *nu.* 8. *lib.* 2. Lim. secundo, si emptor non opposuit exceptiones a statuto prohibitas, quia tunc non potest dici neglexisse. Bart. *in L. antiqui.* §. *cum me. ff. de negot. gest.* aut fuerit absens ex justa causa, & ideo ad sententiam comparere non potuerit. Bald. *in L. si ideo ff. de evict.* aut si pacto ejusmodi culpa fuit remissa. Bald. *cons.* 67. *numer.* 4. *lib.* 4. Surd. *dec.* 24. *num.* 1. Item si emptor probat rem ad evincentem spectare, quamvis evincatur per compromissum. Bald. *in L. Libera. C. de sent. & interloc. omn. Jud.*

15 Præterea si evictio non tantum sequatur ex facto, & culpa emptoris, sed etiam ex facto, & culpa Auctoris, tunc non præstatur. DD. apud Mangil. *loc. cit. quæst.* 10 *per totam.* quamvis addita fuissent verba geminata, *solum, duntaxat, non aliter, nec alio modo.* DD. apud Mangil. *de evict. qu.* 10. *num.* 5. Et quod dicitur de evictione promissa, idem procedit in promissione indemnitatis, qua stante promittens tenetur non solum ad resarciendum damnum, quod passus est promissarius una cum interesse & fructibus, sed etiam ad liberandum a molestiis, & statim suscipiendum judicium motum; quia idem est promittere indemnitatem, & defensionem. Patis. *cons.* 119. *n.* 37. *& 38. lib.* 1. Socin. jun. *cons.* 94. *n.* 26. *lib.* 3. Borgnin. *dec.* 9. *n.* 10. & alii apud Mangil. *l. c. quæst.* 10. *a nu.* 34.

16 Et si venditor promisit de evictione pro dato & facto suo simpliciter tenetur etiam de facto hæredis, & si hæres promisit pro suo dato & facto, tenetur etiam de facto defuncti, præsertim, si adivit hæreditatem sine benef. legis & invent. Bart. in *L. qui in futurum* §. 1. *ff. de pact.* Tiraquel. *de retrac. convent.* §. 1. *gl.* 6. *n.* 1. *&* 4. Cephal. *cons.* 630. *n.* 13. Ruin. *cons.* 42. *n.* 13. *&* 14. *lib.* 7. Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 47. *nu.* 8. & alii apud Mangil. *l. c. quæst.* 11. *n.* 1. *&* 2.

17 Quod si quis promisit de suo dato & facto tantum, quod teneatur etiam de facto hæredis sui, tenent Castr. & Rom. *in L. stipulatio ista. ff. de V. O.* Bald. *in L. fin. C. de act. empt.* Ruin. *cons.* 94. *n.* 3. *&* 6. *lib.* 1. Castr. *in L. Servus ff. de cond. furt.* nisi adessent verba magis declarantia mentem Contrahentium. Gabr. *de V. S. concluf.* 5. Surd. *cons.* 36. *n.* 18. *libr.* 1. Fab. de Mont. *de empt. & vend. par.* 6. *punc. quæst.* 19. *n.* 70. *vers. non obstat.* sed negativam tenent Alex. Aret. & Jas. in d. *L. stipulatio ista* Bald. *in L. qui se patris. C. unde liberi.* Bart. *in L. si sic. de V. O.* Cagnol. *in L.* 2. *C. de pact. inter empt. & Vend.* sed Mangil. accedit priori *l. c. q.* 11. *n.* 13. quia taxativa *tantum* &c. non excludit casus similes & habentes similem rationem. *L. ob æs. C. de præd. min.* Felin. *in cap. Lator. de homicid.*

§. VI.

An sufficiat ad evictionem, quod fuerit avocata Possessio sine Dominio, & quid si per compromissum?

18 Ad hoc ut competat evictio, sufficit, quod fuerit avocata possessio etiam sine Dominio. *L. emptorem.* §. *Idem Neratius ff. de act. empt.* & ibi Castr. *L. Datio in princ. ff. eod.* Bald. *in L.* 1. *C. de peric. & commod. rei vend.* Jas. *in L. domus* §. *de evict. n.* 11. *ff. de leg.* 1. Berous *cons.* 158. *n.* 34. *lib.* 1. Rimin. sen. *cons.* 490. *num.* 3. *lib.* 3. Surd. *dec.* 22. *num.* 7. Seraph. *dec.* 671. *numer.* 6. Rota *dec.* 77. *num.* 4. *par.* 2. *recent.* apud Ludovis. *decis.* 88. *num.* 2. *&* 7. Cephal. *cons.* 168. *num.* 22. Gratian. *disc. for. cap.* 950. *num.* 18. Ratio est, quia evicta possessione res non dicitur libere tradita. DD. apud Mangil. *de evict. quæst.* 12.

19 Quæres an evictio competat si res fuit evicta per compromissum? Dicendum non competere. Surd. *cons.* 452. *n.* 29. *lib.* 3. Rimin. Sen. *cons.* 93. *num.* 16. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 361. *nu.* 3. *lib.* 4. & alii apud Mangil. *de evict. quæst.* 13. Ratio est, quia fides & authoritas Judicis ordinarii publice a Principe vel populo approbata est, non vero arbitri a partibus electi. Lim. 1. si fuit promissa evictio quomodocumque & qualitercumque vel quomodolibet revincatur, quia per ejusmodi dictiones venit illa evictio, quæ alias de natura actus vel sub promissione de evictione non comprehenderetur. Imola *in L. si domus n.* 2. *ff. de leg.* 1. ubi Bald. *n.* 1. *vers. & ideo ex sententia arbitri.* Alex. *cons.* 4. *nu.* 2. *lib.* 3. Rimin. *cons.* 362. *n.* 2. *lib.* 3. Berous *qu.* 56. Cæpolla *caut.* 97. Blanc. *de Comprom. q.* 9. *n.* 95. Mangil. *l. c. n.* 3. Lim. 2. si emptor fuit coactus ad compromittendum vigore statuti, quia tunc compromissum factum ex necessitate vim habet, ut commissa sit stipulatio de evictione. Bald. *in L. fin. n.* 3. *C. de Jud. & cons.* 447. Card. *in cap. fin. q.* 4. *de empt. & vend.* ubi Imola *n.* 7. Caballin. *de evict.* §. 5. *n.* 17. *vers. secundo.* Lanfranc. *in c. quoniam contra. vers. recusationes n.* 18. *de probat.* quia tunc tales Compromissarii habent potius vim Judicum delegatorum, quam arbitrorum ob Jurisdictionem quam obtinent. Bart. *in L. fin.* 2. *not. C. de Jud.* Jas. *in L. si convenerit. de sent. & re jud.* Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 56. *a nu.* 33. nisi tamen compromissum fuisset factum post tempus a statuto præfixum; quia tunc diceretur compromissum voluntarium non necessarium, vel compromissum fuisset factum absque citatione venditoris. Et dummodo compromissum ad normam statuti fuerit factum Judice jubente & decernente, alias diceretur compromissum voluntarium, quamvis Mangil. *l. c. n.* 12. judicet non esse necessarium decretum Judicis, ut compromissum dicatur necessarium, qui citat Blanc. *de compromiss. q.* 1. *sub n.* 18.

Dicitur etiam Compromissum necessarium, quando 20
Judex cogit partes ad compromittendum ut litium detur finis, & hoc etiam casu debebitur evictio. Caputaqu. *dec.* 166. *par.* 1. Blanc. *de compromiss. quæst.* 10. *n.* 5. *vers. & ratio.* Mangil. *l. c. n.* 21.

§. VII.

Ut evictio debeatur, an emptor debeat appellare a sententia?

Conclusio est affirmativa. *L. ab eo. C. quomodo & quan-* 21
do Jud. Specular. *in tit. de appel.* §. 1. *sub nu.* 8. *vers. sed nunquid.* Alex. *cons.* 117. *numer.* 3. *lib.* 7. Rimin. Sen. *cons.* 274. *n.* 16. *lib.* 1. Rol. *cons.* 52. *numer.* 23. *lib.* 4. Ruin. *cons.* 7. *n.* 21. *lib.* 3. Caballin. *de evict.* §. 5. *nu.* 50. Natta *cons.* 208. *libr.* 1. Scaccia *de appel. quæst.* 5. *num.* 14. *& seq.* Mangil. *quæst.* 14. *num.* 2. & debet appellari legitime, qui appellatio nulla non relevat, & nullum operatur effectum, & debet etiam appellationem prosequi usque ad finem, & venditorem certificare etiam in secunda instantia, ut litem seu judicium defendere possit. *d. L. Herennius.* §. *Caja. vers. venditore ff. de evict.* Covar. *lib.* 3. *var. res. cap* 17. *num.* 9. *vers. quæ ratione si Venditor.* Mangil. *loc. cit. num.* 4. quamvis ex processu appareret sententiam esse justam. DD. mox cit. & si deseruit sententiam appellationis Emptor, privatur eodem modo evictione, ac si non appellasset. Covar. *loc. cit.* Alex. *cons.* 117. *num.* 4. *vers. etiam in casu lib.* 7. Ruin. *cons* 84. *numer.* 3. *lib.* 5. Bald. *in d. L. Herennius.* §. *Caja. ff. de evict.* Burgens. & Canonistæ *de empt. & vendit.* Lim. 1. si emptor fovet malam causam, quia tunc potest bonam fidem agnoscere. Natta *cons.* 208. *per totum*; sed quod etiam tunc requiratur appellatio, tenet Dec. *cons.* 24. Lim. 2. in fidejussore, qui appellare non tenetur, sed potest agnoscere bonam fidem. Item si Emptor est pauper, quia ob paupertatem excusatur. *L. si procuratorem.* §. *ignorantes. ff. mandati.* apud Mangil. *numer.* 16. quamvis Bart. velit, quod pauper tantum excusetur a prosecutione appellationis; non autem ab appellatione. Lim. 2. quia Emptor non tenetur appellare, si facta denuntiatione seu intimatione absenti Venditori non appellat etiam ipse venditor, & appellationem prosequitur. Bald. *in L. emptor. sub numer.* 6. *C. de evict.* Lim. 3. quando a Venditore in instrumento hæc solemnitas fuit remissa. Bald. *in L. cum pœna. ff. de arbitr.* Caballin. *de evict.* §. 3. *num.* 168. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 17. *num.* 7. Alex. *cons.* 4. *sub num.* 1. *lib.* 3.

Niſi emptor non obſtante tali remiſſione tamen appellarit abſque ulla proteſtatione. Immo licet appellarit, privatur evictionis actione, ſi in proſecutione appellationis & cauſæ defenſione negligens fuiſſe appareat. Craveta *conſ.* 132. *ſub nu.* 4. *verſ. ſimiliter*. Socin. *ſen. conſ.* 273. *n.* 6. *l.* 3. Alex. *conſ.* 98. *nu.* 4. *l.* 7. Rol. *conſ.* 52. *n.* 25. *l.* 4. Menoch. *conſ.* 75. *ſub n.* 6. *l.* 1. quia ex omiſſione mediorum præſumitur dolus. Lim. 4. in poſſeſſorio, in quo appellatio non datur quoad ſuſpenſivum, quia ad devolutivum appellare poſſet & deberet. Mangil. *de evict. loc. cit. n.* 30.

22 Et an Venditor poſſit appellare a ſententia, vide Doctores apud Mangil. *de evict. quæſt.* 15. ubi Caſtr. *in L. ab Executore. §. alio condemnato. nu.* 2. *caſ.* 2. *ff. de appell.* Covar. *pract. qq. c.* 17. *n.* 2. *verſ. tertio deducitur*. Ruginell. *de appell. §.* 2. *c.* 1. *n.* 25.

§. VIII.

Evictio proveniens a ſententia injuſta, aut per Jud. Imprudentiam, an & quando debeatur?

23 Evictio proveniens a ſententia injuſta, vel per imprudentiam, ſtultitiam, aut ſordes Judicis prolata, non debetur. *L. ſi per imprudentiam in princ. ubi gl. & DD. ff. de evict. & L. exceptionem.* ubi Bart. *ff. de fidejuſſor.* Bald. *conſ.* 460. *lib.* 4. Alex. *conſ.* 4. *l.* 3. Ruin. *conſ.* 171. *n.* 7. *lib.* 4. & alii apud Mangil. *quæſt.* 16. quia iſte caſus dicitur fortuitus, de quo non videtur fuiſſe cogitatum. Bart. *in L. ſtipulatio iſta.* 3. *memb. ff. de V. O.* & quia Venditor de ſententia injuſta non tenetur, niſi fuerit in culpa, ut quia non appellavit. gl. *in L. emptorem. ff. de act. empt.* & periculum caſus fortuiti pertinet ad emptorem. Et concluſio procedit, quamvis nulla intervenerit emptoris culpa. Covar. *l.* 3. *var. reſ. c.* 17. *n.* 10 Caballin. *de evict. §.* 5. *n.* 7. Menoch. *conſ.* 361. *ſub n.* 1. Mangil. *l. c. n.* 6. Etiamſi verbis generalibus & ampliſſimis fuerit promiſſa evictio. *DD. mox. cit.* ſicut nec fidejuſſor tenetur, quando ſententia fuit lata per imprudentiam, quia caſus fortuitus ſpectat ad emptorem. Niſi venditor promiſerit defendere de jure & de facto. Item ſi promiſit defendere litem, vel niſi dubium eſſet, an ſententia fuerit lata per Judicis imprudentiam, quia tunc præſumitur pro juſtitia ſententiæ. Ita non tenetur Venditor de evictione, ſi Judex nullo juris ordine ſervato tulit ſententiam, quia non cenſetur ſe obligaſſe ad caſum inſolitum.

24 Ita Venditor non tenetur de evictione, ſi emptor per violentiam fuit ſpoliatus ſua poſſeſſione via facti & non juris. Gomez. *de contract. cap.* 2. *nu.* 43. Abb. *in cap. fin. nu.* 7. ubi Barbat. *col. penult.* & Burgoſ. *de emptione & vend.* Natta *conſ.* 281. Rol. *conſ.* 45. *n.* 19. *l.* 3. Mangil. *quæſt.* 17. licet Venditor promiſerit quod velit teneri, quomodocunque res evincatur etiam de facto, quia non intelligitur de violentia extrajudiciali. *DD. cit.* & quamvis emptor ſine ſua culpa ceciderit poſſeſſione. *L. ſi rem quam. §. ſi duplæ. & L. mancipium. ff. de evict.* Gomez. *loc. cit. n.* 43. Mangil. *loc. cit. nu.* 5. *&c.* quia quando res in judicio evicta non fuit, venditor de evictione nunquam tenetur. *L. non tamen. ff. de evict.* Immo eſto, quod emptor mandato Principis ſua poſſeſſione ceciderit, tamen evictio ei non debetur. Ratio eſt, quia factum Principis reputatur caſus fortuitus. Et ſecuta evictione facto Principis Venditor poteſt petere pretium, vel ſi habuit, retinere. Put. *dec.* 381. *ſub n.* 3. *in. fi. L. Lucius. ff. de evict.* Mangil. *loc. cit. nu.* 11. Lim. 1. ſi injuria aut violentia judicialis aut extrajudicialis illata fuit in odium Venditoris aut ejus culpa. Bald. *conſ.* 460. *nu.* 3. *l.* 4. Ruin. *conſ.* 59. *ſub nu.* 13. *l.* 4. quamvis Venditor odio gratis haberetur ſine ſua culpa. Bart. *in L. penult. ff. ſol. matrim.* Ruin. *conſ.* 85. *ſub n.* 5. *l.* 1. Lim. niſi Venditor ſciviſſet Principem id facturum, & tacuiſſet. Sot. *de Juſt. & Jur. l.* 6. *quæſt.* 3. *art.* 2. *a fol.* 578. *in fi.* vel niſi periculum caſus fortuiti ante venditionem perfectam contigiſſet, non vero ſi poſt perfectam conditionem contigit, ſive fuerit empta res certa ſive incerta.

25 Sed quid ſi Venditor promiſit defendere de Jure & de facto, teneturne defendere Emptorem ſi vi armata expellatur? Concluſio eſt negativa; quamvis promiſerit defendere quomodocumque res evincatur. Mangil. *l. c. quæſt.* 19. *per tot.* & DD. apud illum.

§. IX.

An debeatur evictio, quæ ſequitur ex natura rei, vel negotii?

Dicendum, evictionem non deberi, cum res evin- 26
citur ex natura rei, vel negotii, neque damna aut intereſſe, nec pretium illius eſſe reſtituendum. Bal. Angel. Salyc. & alii. *in L. ſi familiæ. C. famil. erciſcun.* Berous *conſ.* 41. *num.* 48. Rol. *conſ.* 51. *num.* 19. *lib.* 4. Maſtril. *dec.* 61. *n.* 6. Dec. *conſ.* 411. *nu.* 4. Ruin. *conſ.* 7. *n.* 18. *l.* 3. Roſenthal. *de feud. c.* 9. *concluſ.* 54. *n.* 17. & alii apud Mangil. *de evict. quæſt.* 21. ſed ſibi debet imputare qui ita contraxit, præſertim ſi ſcivit qualitatem & naturam rei. *L. ſi quis domum. §. penult. ff. locat.* quia tunc videtur ſuſcepiſſe periculum & caſum poſt traditionem contingentem, ſicut cum res ſubjecta fideicommiſſo alienatur ſcienti. Et ita ſcienter emens rem communem de evictione non agit ſecuta diviſione neque ad damna neque ad intereſſe, uti nec emens rem ſubjectam reſtitutioni. Lim. 1. ſi emptor ignoravit qualitatem & naturam rei. Gabr. *conſ.* 90. *nu.* 43. *l.* 1. Surd. *conſ.* 311. *num.* 27. *lib.* 3. Lim. 2. ſi fuit promiſſa indemnitas ab omni lite & controverſia, quia tunc licet res natura ſua non ſit evictioni ſubjecta, evicto debetur. Burſat. *conſ.* 173. *n.* 42. *lib.* 3. Dec. *conſ.* 323. *n.* 3. Seraphin. *deciſ.* 787. *n.* 1. *&* 10.

Ex pluribus & pleriſque contractibus titulo oneroſo 27
celebratis debetur regulariter evictio, uti ex permutatione, Donatione reciproca, aut remuneratoria, Dote, Emphyteuſi, in feudo, Datione in ſolutum, in tranſactione, in locatione, & quocumque alio contractu dominii translativo. Mangil. *quæſt.* 23. *uſque ad n.* 13. & in Venditione præcipue; quia Venditor rei tenetur rem liberam tradere, vacuam, & expeditam. *L. ſi in emptione §. vacuam. ff. de act. empt. cap. cum Joan de fide inſtrum.* Rota *poſt tract. ſtatil. de ſalv. interd. dec.* 220. *n.* 1. *&* 2. *&* *dec.* 77. *n.* 1. *par.* 2. *recent.* Dec. *conſ.* 119. Berous *dec.* 158. *n.* 31. *l.* 1. Oſaſc. *dec.* 24. *nu.* 4. Surd. *conſ.* 13. *n.* 16. *l.* 1. Et ideo emptor, etiam ante motam litem, poteſt agere ex empto, ut res libera tradatur, alias fiat deductio pretii. Mangil. *loc. cit. a n.* 13. *& ſeq.* & quandocumque Venditor ſcienter rem alii obligatam vendidit, agi poteſt ad intereſſe etiam ante evictionem. *L. ſervus quem a me. §. fin. ff. de act. emp.* Niſi emptor ſciverit rem eſſe obligatam.

Emptor, cui res aliena fuit vendita, agit de evictio- 28
ne, etiam antequam moleſtetur, & uti poteſt jure retentionis pretii, immo poteſt ab emptione diſcedere, quia Venditor tenetur exprimere omne id, quod potuiſſet emptorem retrahere a contrahendo. *L. Julianus. §. qui pecus & §. quod autem. ff. de act. empt.* & quod poſſit retrahere aut reſcindere contractum, quando res vendita eſt aliena, tenent Berous *conſ.* 158. *n.* 20. *&* 39. Surd. *dec.* 253. *n.* 16. Mangil. *loc. cit. c.* 14. *& ſeq.*

§. X.

Evictio, damna, & intereſſe, an & quando debeantur ex venditione rei expreſſe alienari prohibitæ?

Videtur non deberi, quia venditio ab initio eſt 29
nulla ipſo jure ob expreſſam alienationis prohibitionem. Bart. *in L. filiusfam. §. Divi. n.* 6. *ubi Caſtr. n.* 7. *ff. de leg.* 1. quamvis fuerit promiſſa evictio, quia omnes promiſſiones in dicto contractu factæ tanquam acceſſoriæ ſunt nullæ. Grat. *conſ.* 91. *n.* 20. *&* 21. *l.* 1. Gabr. *de clauſ. concluſ.* 10. *n.* 3. Menoch. *conſ.* 559. *nu.* 2. *&* 10. *l.* 6. præſertim ſi Venditor ignoravit prohibitionem, quia ratione ignorantiæ excuſatur a præſtatione damnorum & intereſſe. Abb. poſt Hoſtien. *in cap. Eccleſia S. Mariæ. num.* 10. *ut lite pend.* ubi Imol. *num.* 4. quod exemplificatur in hærede ſuccedente in jus alterius juxta *cap.* 2. *de conſtit.* Bart. *in L. Julianus. De act. empt.* Contrarium tamen tenet Mangil. *de evict. quæſt.* 58. *a n.* 6. ubi diverſimode probat, & reſpondet contrariis.

Quæres: an is qui alienavit contra expreſſam pro- 30
hibitionem, ſi tenetur de evictione, poſſit revocare alienationem, quamvis res prohibita expreſſe alienari alias poſſit revocari, præſertim ab illo in cujus favorem

rem prohibita est alienatio, & resp. negative juxta Jas. *in auth. res quæ num.* 24. *C. commun. de leg.* Natta *conf.* 144. *num.* 13. Butsat. *conf.* 173. *num.* 61. *lib.* 1. Surd. *conf.* 284. Honded. *conf.* 4. *num.* 61. *lib.* 1. Petra *de fideic. quæst.* 14. *num.* 322. Magon. *dec. Floren.* 91. *num.* 15. Rota *dec.* 73. *num.* 1. *par.* 1. *recent.* sed contrarium, quod immo possit revocare defendunt Bald. *in L.* 2. *numer.* 10. *C. de revoc. donat.* Cephal. *conf.* 272. *num.* 54. Afflict. *dec.* 240. *num.* 8. Grammat. *dec.* 111. Rota *dec.* 110. *num.* 2. *par.* 2. *in Noviss.* Vivius *dec.* 185. *num.* 8. vide Mangilium *de evict. quæst.* 59. *num.* 11. 12. & 13. qui priori sententiæ adhæret *ob L. cum pater. §. libertis. ff. de leg.* 2. & quia nemo potest venire contra factum proprium. *L. post mortem.* ubi DD. *ff. de adopt.* Surd. *conf.* 284. *num.* 5.

31 Et quando alienatio fuit facta propter necessitatem, hæredis gravati & prohibiti alienare valet alienatio. Ruin. *conf.* 93. *num.* 3. *lib.* 1. Cephal. *d. conf.* 261. *num.* 21. Crass. *in §. fideicommissum. quæst.* 58. Petra *de fideicom. quæst.* 8. *n.* 316. & 319. Peregr. *de fideic. art.* 40. *num.* 20. & *conf.* 47. *lib.* 3.

32 Quæres 2. an non obstante expressa alienationis prohibitione teneat alienatio facta ab ignorante, ita ut revocari, aut vendicari non possit; nam in tacita prohibitione, qualis est in fideicommisso, patet, quod si alienatio fiat ab ignorante ignoranti, valeat irrevocabiliter juxta *L. quam ita. §. ultimo. ff. ad Trebell. L. si hæres. & L. fin. §. fin.* ubi Bart. Bald. Imol. Castr. *ff. de leg.* 2. Rol. *conf.* 85. *num.* 18. *lib.* 1. Rimin. *jun. conf.* 23. *numer.* 324. Cephal. *conf.* 261. *num.* 31. Gabr. *conf.* 118. & 119. *lib.* 1. Menoch. *conf.* 44. *num.* 16. *lib.* 1. Petra *de fideicom. quæst.* 3. *num.* 36. Graff. *in §. fideicom. quæst.* 56. *num.* 4. Peregr. *de fideic. art.* 14. *num.* 50. Osasc. *dec.* 73. Magon. *dec. Flor.* 102. *num.* 12. Ludovic. *dec. Perus.* 29. *num.* 30. *par.* 1. Rota *dec.* 31. *par.* 1. *in noviss.* Ideo ad quæstionem respondetur quod non teneat alienatio, quia lex ab initio annullat alienationem & tribuit vendicationem. Castr. *in L. fin. C. commun. de leg.* Alex. *conf.* 93. *lib.* 2. Afflict. *dec.* 334. Gram. *dec.* 93. Menoch. *conf.* 89. *n.* 77. *lib.* 1. esto fiat ab ignorante ignoranti. Gl. *in L. cum pater. §. libertis ff. de leg.* 2. Castr. *in L. fin. §. fin. in fi. ff. de leg.* 2. Surd. *conf.* 116. *n.* 17. *lib.* 1. Honded. *conf.* 42. *num.* 50. *lib.* 2. Peregr. *de fideic. art.* 40. *num.* 39. & *conf.* 35. *num.* 4. *lib.* 2. Rota *dec.* 21. & 22. *par.* 1. & *dec.* 49. *num.* 4. *par.* 2. *in noviss.* ubi de magis comm. & *dec.* 268. *par.* 1. *recent.* Mangil. *de evict. quæst.* 60. *num.* 4. & 5.

33 Si vero res fuerit alienata lite pendente & amplius haberi non possit, quia forte est res mobilis alio translata, aut immobilis per procuratorem detenta, de Jure canonico implorato Judicis officio potest Reus cogi subrogare aliam rem. *cap. Ecclesia.* 2. *ut lite pend.* De jure vero civili in duplum æstimationis pretii teneretur, quia res ipsa statim ac facta fuit ligitiosa, non potest amplius alienari vel pignorari. *L. Divus ff. de petit. hæred. ff. & C. de litigios.* Abb. *in d. cap. Ecclesia. num.* 9. Lim. si emptor & Venditor ignorat rem esse litigiosam, quia tunc neuter punitur; nam ignorantia pœnam non meretur. *cognoscentes de constit.* Mangil. *loc. cit. num.* 11.

34 Emptor malæ fidei, si non sit stipulatus pretium rei evictæ, nihil consequitur. *L. si fundum. C. de eviction. L. si fratres. C. commun. utriusque Jud.* Jas. *in L. fin. §. si empt. num.* 2. *C. commun. de leg.* Gail. *lib.* 2. *obs.* 139. *num.* 16. Sicut nec scienter emens rem alienari prohibitam, secuta evictione ad pretium agere potest. Rota *dec.* 48. *nu.* 4. *post tract.* Cenc. *de censib.* Mangil. *l. c. nu.* 25. & 26. Lim. si expresse de evictione fuit stipulatus. Bart. *in L. qui Romæ. §. duo fratres n.* 25. *ff. de V. O.* Tiraquel. *de retrac. lignag. §.* 12. *gl. l.* 1. *n.* 11. Surd. *dec.* 243. Gamma. *dec.* 20. apud Mangil. *l. c.*

§. XI.

Quando alienans bona prohibita alienari, possit illa recuperare non obstante oblig. evictionis?

35 Pater, qui alienavit bona adventitia filii, quæ prohibentur alienari per *L. fin. §. sin autem ex alienum. tit.* 1. *C. de bon. quæ liber.* nisi fiat ex causa necessaria æris alieni, quod filius solvere tenetur, potest rem a se venditam vendicare ab emptore, & irritare nomine filii. gl. & post illam Bald. Salyc. & alii *in L. cum a matre. C. de rei vendic.* arg. *L. quemadmodum. C. de agricol. & censib. lib.* 10. quamvis emptori teneatur de evictione, si de ea promisit, aut si emptor ignoravit, etiam ad interesse. Mangil. *de evict. quæst.* 62. *num.* 6. & 7. Sicut maritus alienans rem dotalem contra Juris prohibitionem potest rem alienatam etiam constante matrimonio avocare. Gl. *in L. un. §. & cum lex. C. de rei uxor. act. verb. alienare.* Bald. Novell. *de dote par.* 7. *privil.* 1. *limit.* 12. Campeg. *de dote par.* 4. *quæst.* 25. Bart. *in L. cum vir. ff. de usucap. num.* 3. & ibi Imol. Et Prælatus alienans bona Ecclesiæ contra prohibitionem SS. Can. potest illa vendicare nomine Ecclesiæ, quia tunc censetur alia persona. Imol. Berous & alii, in *cap. si quis presbyt. de reb. Eccles. non alien.* Receptior tamen Doctorum concludit filium ipsum admittendum ad bonorum adventitiorum alienationem revocandam. Bald. *in L. fin. §. in computatione n.* 17. *C. de Jure delib.* & tunc patrem esse compellendum ad consentiendum filio, quamvis ipse Pater promiserit se nunquam venturum contra alienationem. Pinell. *de bon. matr. par.* 3. *num.* 74. & 75. Bart. *in L. si constante. num.* 36. *ff. sol. matrim.* Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 8. *num.* 6. & *seq.* Socin. *conf.* 34. *num.* 12. *lib.* 1.

Non desunt tamen casus, in quibus Pater potest alie- 36
nare bona adventitia filii etiam irrevocabiliter, uti si gravi laboret egestate. Cordub. *in L. si quis a liberis. ff. de liber. agnosc.* Sicut in summa egestate potest vendere etiam filium, multo magis bona illius, cum persona sit dignior bonis, & rebus. *gl. in cap. cum olim. de major. & obed. L.* 2. *C. de patre qui fil. distrah. L. fin. §. sin autem ex alien. C. de bon. quæ lib.* & qualis debeat esse necessitas, vide Surd. *de aliem. tit.* 8. *privil.* 37. *num.* 5. Mangil. *de evict. quæst.* 62. *n.* 18. & *seq.*

§. XII.

An & quando debeatur evictio pro re legata?

Conclusio est negativa; quia nemo tenetur de evi- 37
ctione, nisi qui vendit, vel tradit ex causa onerosa, quia in istis casibus debetur evictio, quamvis nihil dictum fuerit. *L. si duo. §. si quis juraverit. ubi gl. ff. de jurejur. L. ex empto in princ.* ubi Bart. *ff. de act. empt. L. non dubitatur. C. de evict.* sed in re legata non agitur de causa onerosa, sed lucrativa, pro qua non datur evictio. *L. si substitutio. §.* 1. *ff. de leg.* 1. apud Mangil. *l. c.* Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 118. *num.* 4. Rimin. jun. *conf.* 823. *n.* 14. *lib.* 7. Peregr. *conf.* 29. *n.* 1. *lib.* 4. Nisi legatum fiat in genere, quia tunc debetur evictio. *L. hæres servum. ff. de evict.* ubi gl. & DD. Bart. *in d. L. si domus. §.* 1. *n.* 3. *ff. de leg.* 1.

Cessat evictio in legato rei communis, sive testator 38
sciat, sive ignoret rem esse communem, quia semper legatum restringitur ad jus, quod defunctus habebat. *d. L. si domus. §. fin. ff. de leg.* 1. & *L. servi electio. ff. eod.* apud Mangil. *l. c.*

Conclusio vero de re in specie legata noa procedit, 39
si culpa ipsius hæredis res legata evicta fuit, quia tunc agi potest de evict. Bart. *in L. qui Romæ §. duo fratres. num.* 28. *ff. de leg.* 1. & *L. si paterf. ff. famil. erciscun.* Præterea non procedit, si legatum fuit relictum personæ conjunctæ, quia tunc ab hærede præstanda est evictio. *L. cum alien. C. de legat.* Covar. *in cap. filius. nu.* 4. *De testam.* Mant. *de conject. lib.* 9. *tit.* 9. *n.* 4. Sim. de Præt. *de interpret. ult. volun. lib.* 5. *interpret.* 2. *dubit.* 3. *num.* 109. Caballin. *de evict. §.* 4. *num.* 22. quamvis fuerit factum legatum rei alienæ. *L. cum alienam. cit.* & si res aliena præstari non potest, debetur illius æstimatio. *L. si res obligata. ff. de leg.* 1. *L. rem alienam. C. de leg.* Item si fuit relictum amico valde dilecto. Menoch. *de arbitr. cas.* 146. Nisi hæres esset conjunctior, quia ille legatum luere non tenetur. Borgin. *de usufr. sub n.* 103. quia tunc privilegia conquassantur. *L. verum. §. penult. ff. de min.* Abb. *in cap. cum causam. de præb.* Natta *conf.* 141. *num.* 4. Surd. *conf.* 423. *n.* 21. *lib.* 3. & *conf.* 335. *num.* 70. Cephal. *conf.* 7. *n.* 16. & 17. *lib.* 1. apud Mangil. *l. c. n.* 25. Item non procedit, dum res aliena fuit legata, quia tunc hæres tenetur de evict. *L. cum alienam. ubi DD. C. de legat.*

Evi-

40 Evictio in legatis, seu prælegatis uni personæ factis, secus si pluribus, non debetur jure actionis, quamvis res fuerit legata vel prælegata conjunctæ personæ. *L. cum pater. §. evictis.* ubi Bart. *num.* 1. *ff. de leg.* 2. & si divisio fit a testatore, unus ex hæredibus non tenetur alteri de evict. jure actionis, sed ope exceptionis, nisi legatum veniret computandum in legitimam, quia tunc hæres tenetur de evictione juxta *d. §. evictis. & L. scimus.* ubi Bart. *C. de inoff. testam. aut* nisi divisio fieret a parte aut a Judice, quia tunc alter tenetur de evict. jure actionis. Bart. *in d. §. evictis. nu.* 4. Mangil. *de evict. quæst.* 67. *num.* 4.

41 Hæres vero regulariter tenetur de evictione duplici remedio. Primo actione ex testamento, si non fuit præstita cautio, quasi res legata non fuerit soluta; ex quo evinci potest, vel evincitur, & hæres tenetur facere rem legatam irrevocabiliter legatarii. *L. qui concubinam. §. si hæres. ff. de legat.* 3. quia non dicitur res soluta, si non durat soluta. *L. etiam ff. de solut. L. Julianus. §.* 1. *ff. de V. O.* Differunt tamen emptor & Legatarius in petenda evictione, quia Legatarius, quando agit contra hæredem de evictione, petit rem legatam, ac si nunquam soluta fuisset. *L. si Domus. ff. de usufr. & L. qui concubinam. §. si hæres ff. de leg.* 3. Emptor vero agit ex empto ad interesse. *L. non dubitatur. C. de evict. L. si in venditione & L. venditor hominis. ff. de evict.* & ratio discriminis est, quia venditor regulariter non tenetur, nisi ad tradendam, non autem ad dandum. *L.* 1. *ff. de rer. permut. L. ex empto. in princ. ff. de act. empt. L. fi. ff. de cond. ob caus.* & ideo facta traditione sublata est actio ex empto, quamvis res vendita sit aliena. Ideo re evicta agere non potest contra venditorem ad interesse. Hæres vero in casibus, in quibus tenetur de evictione, non liberatur sola traditione, sed tenetur facere rem accipientis irrevocabiliter, quod non fit, quando evinci potest.

§. XIII.

Evictio an concedatur in Donatione?

42 Regula est, quod donator non teneatur de evictione, quando donatio incepit a traditione, secus si incepit a promissione; quia qui donat, potius distrahit, quam contrahat. *ff.* 1. *Instit. quib. mod. re. contrah. oblig.* qui autem promittit, contrahit, & ideo obligatur; & est magna differentia in donatione & venditione; nam in venditione ideo Venditor tenetur de evictione, quia emptor solvit pretium, est autem injustum, quod quis careat re & pretio. In Donatione vero Donatario nihil abest. Tum quia donans tradendo non habet animum se obligandi, & ideo evictionis non tenetur, secus promittens. Et quando donatio incipit a promissione, hæc intelligitur promissio donationis faciendæ, quæ donatio non intelligitur facta, nisi translato dominio. *L. senatus. §.* 1. *ff. de donat. caus. mort.* apud Mangil. *de evict. quæst.* 68. *num.* 18. & ita si res aliena tradatur, promissio non adimpletur, & consequenter actio non tollitur, quæ competit ad donandum. *d. L. qui concubinam. §. si hæres. ff. de leg.* 3. Bart. & Castr. *in L. Aristo. §. fin. ff. de ædil. edic.* Dicitur autem donatio incipere a traditione, quando simul & semel quis promittit donare, & effective donat. Abb. *in cap. fin. de empt. & vend. n.* 10.

43 Conclusio vero tenetur communiter a Doctoribus. Rol. *cons* 1. *num.* 21. *lib.* 4. Bald. *in L. Julianus. §. qui fundum. num.* 3. *ff. de V. O.* ubi Imol. Alex. Jas. & alii. Caballin. *de evict. §.* 4. *num.* 4. *& seq.* Vivius *in commun. suis opinion. opin.* 214. Seraph. *dec.* 534. *num.* 3. Rota *dec.* 198. *num.* 12. *post trac.* Cenc. *de censib.* Franc. *dec.* 213. *num.* 7. Mangil. *de evict. quæst.* 68. *& 69. num.* 1. & procedit etiam in donatione, quæ incipit a traditione etiam ficta, si donator constituit se nomine Donatarii possidere, quia constitutum est ficta traditio. Bart. *L. si is qui pro emptore col. penult. ff. de usu. cap.* Vivius *loc. cit.* ratio est, quia licet constitutum sit facta traditio, tamen ex eo transfertur vera & propria possessio eodem modo, ac si vera traditio interveniisset. DD. apud Mangil. *loc. cit. num.* 3. Et procedit in quacumque donatione titulo gratuito, uti si quis auget dotem mulieris, quia tale augmentum est datio gratuita.

44 Lim. autem 1. conclusio, si donator expresse promisit evictionem, & ad illam se obligavit. Mant. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 4. *num.* 19. *&* 20. Dec. *cons.* 322. Bald. & Salyc. *in L.* 2. *C. de evict.* Mangil. *loc. cit. num.* 9. aut si promisit donatarium servare indemnem a quacumque lite & controversia; quia tunc Donans tenetur ad interesse. Abb. *cons.* 43. Ruin. *cons.* 186. & Mangil. *l. c. num.* 10. secundo si dolus donatoris intercessit. Beltramin. *ad Ludovis. dec.* 340. *litt. A.* Tertio in donatione facta a Patre filio, quia hac evicta potest filius agere de evictione contra hæredes Patris. *L. scimus in princ.* ubi Jas. *C. de inoff. testam.* & quia talis donatio imputatur in legitimam. Socin. Sen. *cons.* 18. *num.* 11. *lib.* 4. si fuit confirmata morte, non vero si fuit ab initio valida, ut distinguit Covar. *in cap. Raynald. §.* 2. *num.* 6. *de testam.* Mangil. *de imput. quæst.* 48. *num.* 1. *& de evict. quæst.* 69. *num.* 18. & DD. apud eundem. Quarto in donatione remuneratoria, in qua intrat obligatio evictionis, quamvis inceperit a traditione. Craveta *cons.* 64. *num.* 2. Boer. *dec.* 67. Vivius *commun. opin. in verb. Donatio l. c.* Caballin. *de evict. §.* 4. *num.* 4. Moneta *de commut. ult. volunt. cap.* 11. *num.* 340. Menoch. *cons.* 422. *nu.* 119. *lib.* 5. Mangil. *l. c. num.* 26. quia talis donatio est potius similis dationi in solutum, quam donationi, quod procedit etiam in donatione dotis causa, quæ non est mera donatio saltem ex parte viri. *L. Seia. ff. de evict.* Quinto in feudo alienati concesso. Sexto in donante rem alienam, asserente tamen esse suam in pœnam mendacii. Mangil. *loc. cit. num.* 39. *&* 40. Septimo in donatione facta propter merita, aut ex causa, quamvis incipiat a traditione. Bart. & DD. *in L. Julianus. §.* 1. *ff. de V. O.* Gomez. *to.* 2. *var. res. cap.* 2. *num.* 35. Bursat. *cons.* 31. *num.* 5. *lib.* 1. Alex. *cons.* 47. *lib.* 3. Mangil. *num.* 41. Item in donatione reciproca. Seraph. *dec.* 534. *num.* 3. si tamen evictio contigit culpa donatarii; quia tunc nullo in casu donans tenetur de evictione. Menoch. *de recuper. possess. rem.* 15. *num.* 95.

§. XIV.

An Vendens bona fideicommisso subjecta, aut alteri obligata teneatur emptori de evictione?

Alienans bona fideicommisso subjecta, aut alteri obligata, emptori tenetur de evictione, & ad damna ac interesse juxta illius æstimationem. Bald. *in L. si traditio quæst.* 4. *C. de evict.* Statil. *de salv. interd. fol.* 227. *num.* 148. Ruin. *cons.* 141. *nu.* 9. *lib.* 1. Seraph. *dec.* 787. *num.* 4. *&* 9. quæ loquitur de interesse intrinseco, non de extrinseco; nam ad intrinsecum tenetur, sive scienter, sive ignoranter alienaverit. Seraph. *l. c. num.* 9. Bart. *in L. stipulationes non dividunt. v. ad tertium venio ff. de V. O. & L.* 1. *vers. item quæro ff. de act. empt.* Alex. *cons.* 63. *num.* 17. *lib.* 6. Dec. *cons.* 102. Cephal. *cons.* 407. *nu.* 39. Surd. *cons.* 13. *num.* 25. *lib.* 1. Rota apud Seraph. *dec.* 671. quæ conclusio habet etiam locum in cedente, quamvis in cessione fuerit appositum pactum, quod in casum evictionis possit cessionarius redire ad primæva jura, perinde ac si instrumentum factum non fuisset, quia adhuc cedens tenetur ad interesse, quia tale pactum est ad cessionarii favorem, & in ejus electione est vel redire ad primæva jura, vel petere æstimationem *L.* 2. *ff. de L. commiss.* Ruin. *cons.* 35. *num.* 31. *lib.* 1. procedit etiam conclusio etiam non secuta evictione; quia regula, quod ante evictionem agi non possit ad eam juxta *L. qui rem. C. de evict.* non procedit, quando debitor tradit scienter rem obligatam; quia tunc etiam evictione non secuta licet de evictione non agatur, tamen agi potest, ad interesse ex empto *L. seruus quem §. si sciens ff. act. empt. L. si hominem. ff. de solut.* Rota *in Romana Census die Martii* 1577. *dec.* 321. Item procedit etiam respectu fidejussoris, quia etiam iste obligatus est ad æstimationem bonorum; quia quamvis fidejussor non plus obligetur quam principalis, tenetur tamen ad omnia, quæ principalis promisit. *L. si servum. §. nunc videamus & L. mora rei. ff. de V. O.* Alex. *cons.* 34. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 2. Covar. *cons.* 272. *num.* 2. *&* 5. Immo procedit, quamvis venditor fuerit in contractu protestatus, quod nolit teneri de evictione, nisi de dato & facto suo tantum, qua protestatione non obstante tenetur ad æstimationem, quatenus scivit bona vendita fuisse subjecta fideicommisso. *L. emptorem. §. fin. ff. de act. empt.* Osasc. *dec.* 24. *sub num.* 2. & tenetur etiam de facto

suorum

ſuorum authorum. Bar. & *DD. in L. ſi ſervus in princ. ff. de condict. furt.* Tiraquel. *de retrac. convent.* §. 1. *gl.* 6. *n.* 5. Rota *in Romana pecuniaria* 25. *Jul.* 1690. *coram Pamphil.* & *dec.* 198. *nu.* 8. *poſt trac.* Cenc. *de cenſib.* Mangil. *de evict. quæſt.* 106. *uſque ad n.* 13.

46 Lim. concluſio 1. ſi emptor ſcivit rem eſſe ſubjectam fidecommiſſo aut alienam, quia licet evictio ſit de natura emptionis, tamen ſcienti non fit injuria, & ſufficit, quod ſciverit rem eſſe communem, & quod in genere tantum habuerit notitiam de Jure, quod venditor habebat in re, & illud ad venditorem non ſpectare, quamvis ignoret ad quem ſpectet. Immo ſufficit, quod ſcire potuerit, rem eſſe alienam. Tiraquel. *de retrac. lignag.* §. 12. *gl.* 1. *n.* 9. Mangil. *l. c. per tot.*

§. XV.

Evictionis actio in diviſione bonorum fideicom. ſubjectorum, ac ſimilium an detur?

47 Quæres, ſi inter fratres fuit facta diviſio rerum communium, & uni, res in partem ſuam obventa fuerit legitime ab alio evicta jure dominii aut ex cauſa pignoris; debeturne evictio? Reſpondetur deberi, quamvis non fuerit promiſſa. *gl. in L. hæredes.* §. *item curare. ff. famil. herciſc.* Bald. Caſtr. & alii. *in L. ſi familiæ. C. eod.* Alex. *conſ.* 30. *numer.* 7. *lib.* 6. Petr. de Ubald. *de duob. fratr. par.* 8. *quæſt.* 22. *numer.* 23. Lamberteng. *de contract. eorum, qui ſine cert. ſolemn. &c. gl.* 1. *numer.* 35. Caballin. *de evict.* §. 4. *num.* 51. Menoch. *conſ.* 87. *nu.* 92. Surd. *conſ.* 311. *num.* 26. *lib.* 3. quia diviſio eſt ſimilis permutationi. *DD. in L. commun. dividun.* §. *ſi debitor. ff. commun. divid. L. cum pater.* §. *hæreditatem*, & §. *evictis. ff. de leg.* 2. ubi Bart. Bald. Caſtr. Mangil. *l. c. quæſt.* 114. *n.* 2. & 3. ſive diviſio fuerit facta extrajudicialiter a partibus ſive a judice judicialiter: Dummodo dividentes ignorarint rem eſſe alienam, quia ignorantia excludit præſumptionem mutui periculi in rebus diviſis ſuſcepti. *L. ſi per errorem ff. de Juriſd. omn. Jud.* Menoch. *de præſ. lib.* 3. *præſ.* 118. *num.* 16. Borgnin. *de uſufr. num.* 100. Peregr. *de fideic. art.* 52. *nu.* 56. & 65. Fachin. *lib.* 6. *controv. Jur. cap.* 68. quamvis frater, cui fideicommiſſi bona obvenerunt, ſciverit illa eſſe fideicommiſſo ſubjecta, ſed ignorabat, quod illa, quæ aliis obvenerunt, libera eſſent, quia tunc poterit frater, cui bona fideic. obvenerunt, petere ſeu agere de evictione, quia ceſſat ratio mutui periculi. Vive Mangil. *l. c. d. quæſt.* 114. *per totam.*

48 Quæres 2. an diviſio bonorum erronea cognito errore retractetur non obſtante promiſſione de evictione? Reſpondetur quod talis diviſio erronee facta non præjudicat, ſed datur repetitio, ſive erretur in jure, ſive in facto. Caſtr. *in L. fi.* §. *item quæſitum eſt num.* 2. *ff. de cond. indeb.* & *conſ.* 125. *num.* 5. *lib.* 2. Alex. *conſ.* 168. *nu.* 8. Dec. *conſ.* 350. *n.* 4. Socin. Jun. *conſ.* 128. *num.* 121. *lib.* 1. Bald. *conſ.* 386. Anchar. *conſ.* 291. *num.* 3. quamvis in diviſione dictum fuerit de nunquam aliquid petendo aut quærendo. Dec. *conſ.* 205. *num.* 1. & alii apud Mangil. *l. c. quæſt.* 116. *per totam.* & quamvis condict. indebite fuerit renuntiatum etiam juramento. Dec. *conſ.* 250. *num.* 8.

49 Quæres 3. an evictio præſtetur in feudo? Reſpondetur deberi ſaltem quoad pretium, & intereſſe. Niſi emptor ſciverit rem a ſe emptam eſſe feudalem, & conſiderare potuerit rem aliquando ad agnatos, vel dominum eſſe reverſuram, & de evictione non proſpexerit. DD. apud Mangil. *quæſt.* 118. *num.* 8. quia volenti & ſcienti non fit injuria neque dolus, ut ſupra dictum fuit Tiraquel. *de retrac. lignag.* 12. *gl.* 1. *num.* 8. Caballin. *de evict.* §. 5. *num.* 31. neque poteſt agere ad pretii reſtitutionem, niſi expreſſe ſibi cautum fuerit de evictione. Gomez. *var. reſ. de empt. & vend. cap.* 2. *num.* 42. *verſ. ſeptimus caſus.* contra Covar. & alios contra quos tenet etiam Mangil. *l. c. n.* 14.

50 Quæres 4. an evictio habeat locum in Eccleſia, pro loco, ac Beneficiis? dicendum, quod in Eccleſia aut pio loco evictio non habet locum, niſi probetur pretium fuiſſe converſum in utilitatem Eccleſiæ, quæ nunquam reſtituit pretium ex contractu habitum, niſi probetur converſum in ejus utilitatem. Alex. *conſ.* 4. *num.* 4. *verſ. confirmo prædicta lib.* 3. Innoc. *in cap.* 1. *de depoſ.* ubi Abb. *n.* 9. & Butr. Abb. *in cap. quod quibuſdam. num.* 5. *de fidejuſſ.* contrarium tenet Mangil. *l. c. quæſt.* 128. *n.* 5. Seraph. *dec.* 366. *n.* 2. Surd. *dec.* 356. *n.* 9. Molin. *de primogen. Hiſpan. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 22. Rota *coram Ludoviſ. deciſ.* 511. *num.* 9. & *dec.* 38. *par.* 1. *recent.* Mant. *de tacit. lib.* 8. *tit.* 13. *num.* 2.

In Beneficiis non datur actio evictionis contra Collatorem, ſi illud fuerit evictum. Innoc. *in cap. quia diverſitatem de conceſſ. præb. col.* 3. ad inſtar donatoris. & DD. apud Mangil. *l. c. per tot.* & *n.* 7. uti nec in ſpiritualibus, quæ ſine ſimonia vendi non poſſunt. Mangil. *l. c. quæſt.* 129. *per tot.* 51

§. XVI.

Evictio an habeat locum in retractu?

Venditor non tenetur de evictione, quando conſanguineus, vel vicinus retrahit, quia hoc non accidit ex illius culpa, nec ex ſuo proprio facto, aut auctorum ſuorum provenit. *L. hoc jure & ſeq. ff. de evict.* apud Mangil. *de evict. quæſt.* 134. tum quia res non ideo evincitur, quod non ſit venditoris, juxta *L. minor. ff. de evict.* ſed jure ſpeciali, & quia jus retractus contra emptorem competit ſtatutorum diſpoſitione *d. L. hoc jure.* qui emptor, vel ſcivit, vel ſcire debuit rem venditam ſubjectam eſſe retractui; quamvis promiſerit, quod velit facere conſentire omnes habentes intereſſe nunc aut in futurum, quia hæc promiſſio non intelligitur de vicino vel conſanguineo, ſed de habentibus cauſam in præterito. *L. 3. ff. de evict.* Rota coram Millino *in Rom. retract.* 28. *April.* 1600. Menoch. *conſ.* 418. *lib.* 5. Surd. *conſ.* 70. *nu.* 17. *lib.* 1. Tiraquel. *de retrac.* §. 1. *gl.* 9. *num.* 36. quos citat. Mangil. *l. c. num.* 6. Immo quamvis promiſerit de evictione, quia futurus caſus ſuperveniens poſt perfectam emptionem non pertinet ad venditorem. Surd. *loc. cit.* Mangil. *loc. cit. quæſt.* 134. *a num.* 8. Neque ſufficiunt clauſulæ generales, ſed requiritur, quod venditor promittat rem tutam, & ſecuram præſtare etiam contra retractum vicinorum, quo caſu teneretur non tantum promittens, ſed illius etiam hæredes, quia in re, quæ ſui natura evincitur, non ſufficit generalis promiſſio vel ſtipulatio de evictione, ſed requiritur ſpecialis expreſſio Bart. *in L. ſi familiæ n.* 14. *verſ. vide iſtam C. fam. herciſ.* ubi gl. Caſtr. Tiraquel. *loc. cit. gl.* 9. *n.* 56. Menoch. *l. c.* Carpan. *ad conſtit. mediol. cap.* 417. *num.* 759. Rol. *conſ.* 51. *n.* 10. *lib.* 4. Rota *dec.* 152. *num.* 4. *par.* 2. *diverſ.* Mangil. *l. c. num.* 10. niſi evictio fuiſſet promiſſa verbis univerſalibus, cui clauſula, *quomodocumque, vel qualitercumque evinceretur.* Tiraquel. *loc. cit. num.* 98. Honded. *conſ.* 3. *num.* 75. *lib.* 1. quoniam eo etiam caſu cenſetur promiſſa evictio, quæ fit ex natura rei. Tiraquel. *d.* §. 1. *gl.* 9. *num.* 34. *uſque ad num.* 98. Lim. concluſ. quod venditor tenetur de evictione, quamvis nominatim de evictione non promiſerit, ſi dixit emptori, quod res vendita non erat ſubjecta retractui. DD. apud Tiraquel. *l. c. num.* 99. Item cum ex probabilibus conjecturis apparet Venditorem voluiſſe teneri de evictione, etiam ex cauſa retractus. Caballin. *de evict.* §. 5. *num.* 35. Mangil. *eod. tract. num.* 13. de quibus plura apud Mangil. *de eviction. d. quæſt.* 134. per totam & ſequen. 52

§. XVII.

An & quando evictio procedat in permutatione, tranſact. Datione in ſolutum?

Concluſio eſt teneri permutantes de evictione. *L.* 1. *de ff. de evict. L. ſi permutationis. C. eod.* quia permutatio aſſimilatur venditioni. Decian. *conſ.* 555. *num.* 8. Surd. *dec.* 257. *numer.* 4. Menoch. *conſ.* 888. *num.* 22. & *de præſ. lib.* 3. *præſ.* 118. *num.* 18. Franc. *dec.* 34. *num.* 2. Magon. *dec. flor.* 62. *num.* 5. Bertaz. *conſ.* 445. *num.* 2. *lib.* 2. *crim.* Mangil. *de evict. quæſt.* 140. Lim. 1. in permutatione rei venalis, cum ſpecies permutatur cum alia veniali, quia tunc evictione ſecuta non datur condictio ob cauſam ad repetendam rem datam pro evicta. Caſtr. *in L.* 1. *n.* 10. *ff. d. til.* Angel. *in L. ſciendum.* §. 1. *ff. de ædil. ed.* Pinel. *ad L.* 2. *par.* 2. *par.* 2. *cap.* 1. *num.* 14. *C. de reſcind. vend.* niſi contrahentes pro obſervantia obligaſſent omnia ſua bona & conſtituiſſent ea tenere &c. 53

Porro permutanti contra quem res permutata fuit evicta pro

cta pro indemnitate ſuccurritur, ſi rem, quæ erat ſua, recuperare non poſſit.

54 Datur evictio etiam in tranſactione, quando res traditur, ſecus ſi dimittitur, ſeu retinetur *gl. in L. ſi pro fundo.* ubi Bart. Bald. Caſtr. Alex. & alii. C. *de tranſact.* Bertrand. *conſ.* 1. *num.* 55. *part.* 1. Gabr. *conſ.* 90. *num.* 45. *lib.* 1. quia qui rem per tranſactionem dimittit, non transfert dominium in adverſarium. *L. ſi domus* §. *de evict. ff. de leg.* 1. Alex. *conſ.* 152. *num.* 1. Mangil. *de evict. quæſt.* 142. Quod idem dicitur, quando traditur illa eadem res, ſuper qua erat lis, non vero ſi alia, ratio eſt, quia is, qui dimiſit ſolum jus, quod in re habet, vult remittere & non ſe obligare; is vero qui fundum, v. g. retinet, & alium quaſi proprium tradit, ut adverſarius a lite recedat, ſe ipſum obligat. Mant. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 4. *ſub nnm.* 88. Mangil. *l. c. quæſt.* 142. *per totam*, & in tranſactione ſuper feud. plures caſus vide apud eundem. *quæſt.* 143.

55 Evictio etiam competit, quando res fuit data in ſolutum, *L. libera. C. de ſent. & interlocut. omn. Jud.* quia contractus dationis in ſolutum non differt a contractu venditionis, ſed pro venditione habetur. *L. ſi prædium C. de evict.* Natta *conſ.* 207. *num.* 3. Tiraquel. *de retrac. lignag.* §. 1. *gl.* 14. *a num.* 2. Afflict. *dec.* 369. *num.* 1. Ruin. *conſ.* 134. *num.* 1. *&* 6. *lib.* 4. Mangil. *l. c. quæſt.* 144. quod etiam procedit in datione in ſolutum facta a Judice, quia factum Judicis dicitur factum partis. Bart. *in L. ob cauſam. C. de evict.* Tiraquel. *de retrac. lignag.* §. 1. *gl.* 14. *nu.* 13. Surd. *dec.* 286. Mangil. *l. c. quæſt.* 146. *per tot.*

§. XVIII.

Miſcellanea de evictione.

56 Evictio cum imminet in limine contractus, præſtanda eſt a venditore fidejuſſio, aliter emptor non tenetur ſolvere pretium. Sperel. *dec.* 78. *num.* 4. *L. ſi poſt perfectam. Cod. de evict.* & ad hoc poteſt cogi ab emptore, quia ad hoc videtur venditor ſe obligaſſe. *L. ex empto. ff. de act. empt.* Caroc. *de ſequeſtr. part.* 3. *q.* 10. *diſp.* 96. Maſtrill. *dec.* 160. Covar. *var. reſ. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 6. *verſ. duodecimo hinc deducitur.* Trentacinqu. *lib.* 3. *var. reſ.* 16. *numer.* 3. Caballin. *de evict.* §. 5. *numer.* 49. licet lis non fuerit conteſtata, ſed ſufficit controverſiam eſſe moram, & licet agatur de executione inſtrumenti in forma camerali, & pro toto pretio. Coſt. *de port. ratæ. q.* 14. Dicitur autem evictio imminere in limine contractus, cum lis ſupervenit, antequam ſolvatur totum pretium, licet pretium fuiſſet depoſitatum, & ſic ficte ſolutum. Sperel. *dec.* 78. Surd. *conſ.* 101. *num* 23. Joan. And. ad Speculat. *tit. de empt. & vendit.* §. 1. *litt. G.* Buſſat. *conſ.* 294. *num.* 13. Rota *dec.* 281. *num.* 6. *par.* 2. *diverſ.* ſive lis fuerit ſuper poſſeſſorio, ſive petitorio, & licet lis mota fuerit per tranſactionem finita, vel per ſententiam; imo ſi conſtaret evidenter de bono jure litigantis, neque fidejuſſorem teneretur acceptare. Sperel. *dec.* 117. *num.* 62. Non dicitur vero imminere in limine contractus, cum conſtat litem moventi, vel movere volenti nullam competere actionem; item ſi actio fuit mota per calumniam. Menoch. *de arbitr. caſ.* 224. *per tot.* Sperel. *l. c.* vide Mangil. *de evict. quæſt.* 85. *per tot.*

57 Evictio, qualiter debeatur in diviſione bonorum, vide Cyriac. *contr.* 514. & in verb. *diviſio* & DD. apud eundem.

58 Ceſſat, cum non fuit facta litis, vel moleſtiæ denuntiatio. Caballin. *de evict.* §. 3. Farin. *dec.* 589. Ciarl. *contr. for. cap.* 92. *num.* 18. *&* 19. Pajatel. *exped. & annot.* 18. *num.* 4. *&* 23. Mangil. *de evict. q.* 3. *& ſeqq.* Non debetur expulſo de facto, niſi denuntiaverit venditori, ut ſe defenderet. *L. fin. Cod. de act. empt.* Pajatel. *loc. cit.* an debeatur a cedente ceſſionario, vide in verb. *Creditor & Ceſſionarius.*

59 Evictio nunquam debetur, quando illa fit culpa, vel facto ipſam patientis. Cyriac. *contr.* 197. Menoch. *lib.* 3. *præſ.* 118. *num.* 11. Fachin. *lib.* 6. *controv. Jur. cap.* 68. Neque ſufficit generalis promiſſio evictionis, ſed requiritur ſpecialis in caſum iſtum evictionis. Cyriac. *loc. cit. numer.* 3. Mareſcot. *var. reſ. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 39. *a num.* 26. vel cum emptor ſcivit, vel dubitavit rem eſſe alienam. Pajatel. *exped. & annot.* 58. Magil. *de evict. q.* 8. *a num.* 26. *&* *q.* 16. Præterea non debetur, cum illa provenit ex natura rei. DD. in *L. qui Romæ. ff. de V. O.* Tiraquel. *de retr.* §. 1. *gl.* 9. *a num.* 34. Tuſc. *litt. E. concl.* 367. Neque cum illa provenit ex Judicis imperitia. Ciarl. *contr. for. cap.* 92. *a num.* 26. & DD. cit. neque cum emptor ſcivit rem emptam eſſe fideicommiſſariam, niſi in inſtrumento fuerit taliter ſtipulatum; & tunc ad damna, & intereſſe etiam intrinſecum non datur actio. Ciarl. *cap.* 173. Mangil. *loc. cit.* Neque cum ex Salviano avocatur detentio. Rot. apud Merlin. *dec.* 696. Farin. *dec.* 422. & Beltramin. & Ludoviſ. *dec.* 88. *num.* 11. Surd. *conſ.* 481. *num.* 14. Neque immiſſo ex Salviano. Rota apud Merlin. *dec.* 317. Regulariter non habet locum inter cohæredes, ſive pater diviſerit, ſive ipſi hæredes, niſi expreſſe promiſerint de evictione. Fachin. *lib.* 6. *contr. Jur. cap.* 68. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 599. Caballin. *de evict.* §. 4. neque locator, vel ejus hæredes, aut fidejuſſor, ſi mortuus fuit ante impletum tempus, in caſu, in quo ſucceſſor non tenetur ſtare locationi anteceſſoris, quia talis locatio finitur, ac ſi res locata periiſſet. *L. ſi quis damnum. ff. locati.* quia conductor prævidere debuit locatorem præmori poſſe. Ampliatur, licet conductor in re conducta feciſſet expenſas. Barb. *de offic. Epiſc. part.* 2. *alleg.* 94. Non debetur a donatore donatario, ſi donatio eſt ſimplex, ſecus, ſi eſt donatio ex cauſa, vel remuneratoria. Menoch. *conſ.* 422. & alii apud Dian. *part.* 8. *tr.* 6. *reſ.* 118.

60 Non debetur, niſi poſt ablatam ab emptore poſſeſſionem rei emptæ, licet fuerit lata ſententia. Mareſc. *lib.* 2. *var. reſ cap.* 79. debetur tamen illi intereſſe, ſub quo venit fructuum amiſſio, & damnorum refectio, quæ emptor occaſione evictionis patitur. vide Pajatel. *exped. & annot.* 18. Neque debetur niſi quoad ea, quæ fuerunt vendita. Rot. apud Mareſc. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 55. *n.* 5. Cyriac. *contr. for.* 619. *num.* 14.

61 Evictionis actione tenetur hæres alienantis feudum, quod ab agnato evictum fuit, ſi emptor ignoravit eſſe feudum, ſecus ſi ſcivit. Fachin. *lib.* 7. *contr. Jur. cap.* 14. ſi tamen fuerat promiſſa evictio, hæres tenetur ad intereſſe. Bichius *dec.* 445. *num.* 28. Item Dominus Vaſſallo in feudo, licet evictio non fuerit promiſſa, ſicut venditor emptori. *L. non dubitatur. C. de evict.* ubi Bald. Ludoviſ. *dec.* 25. Ciarlin. *cap.* 92. *per tot.* debetur etiam in aſſignatione in ſolutum judiciali ab eo cui prodeſt ſolutio. Mangil. *de ſubhaſt. q.* 20. non a Judice. Eccleſia *obſ. for.* 138. *num.* 10. Altograd. jun. *controv.* 77. *per totam.*

62 Porro denuntiatio litis motæ debent fieri in tempore, hoc eſt, dum durat judicium, tam in prima, quam in ſecunda inſtantia, & hoc, ut venditori ſalvum ſuum jus eſſe poſſit faciendi ſuas defenſiones, hoc eſt, ante publicationem proceſſus. Covar. *lib.* 3. *var. reſ. cap.* 17. *num.* 8. Gomez. *de contr. cap.* 2. *num.* 39. *& ſeq.* ſi conventus habet cauſam oneroſam, ſecus ſi cauſam lucrativam, quia tunc deberet fieri ante litis conteſtationem. Mangil. *de evict. q.* 20. niſi fuiſſet remiſſa denuntiandi obligatio; facta autem denuntiatione venditor debet defendere emptorem cauſative, quia ſententia contra illum lata præjudicat venditori abſque alio proceſſu, ſecus ſi denuntiatio non fuit facta, niſi conventi eſſent pupilli, ſi venditor ſcivit litem motam. Mangil. *l. c. quæſt.* 5. *num.* 14.

63 Licet vero emptor ob denuntiationem litis venditori non factam, non poſſit agere de evictione, tamen, quando venditor fecit pactum ſe nolle teneri de evictione, tenetur ad pretii reſtitutionem. *L. emptorem ff. de act. empt.* niſi ex pacto etiam pretii reſtitutio fuiſſet remiſſa, juxta *d. L. emptorem.* §. *qui autem.* & ibi Bart. Mangil. *loc. cit. num.* 22. *& ſeq.* ſicut nec in diviſione, in qua actum eſt, neminem teneri de evictione, quia cum quilibet ſuſcipiat in ſe periculum, non tenetur ad reſtitutionem pretii. *gloſ. in L. familiæ. C. de famil. herciſc.* & ibi Bart. præterea ad pretii reſtitutionem non tenetur, cum pactum fuit factum in ſpecie, ſcilicet *ſi res evincatur a Cajo*, ſecus ſi in genere, *uti a quocunque. L. qui libertatis ff. de evict.* DD. apud Mangil. *l. c. num.* 26.

64 Si vero tale pactum inter venditorem, & emptorem non interceſſit, tunc emptor, licet ſcienter emerit rem alienam, pretium repetere poteſt, licet venditor quoad damna, & intereſſe de evictione non teneatur. Mangil. *l. c.* ſed contrarium tenet Covar. *lib.* 3. *var. reſ. cap.* 17.

Ven-

65 Venditor laudatus tenetur in emptoris foro litem ſuſcipere, licet eſſet Clericus, juxta aliquos, ſed contraria, quod imo Clericus poſſit opponere exceptionem fori coram Judice Laico, & cauſam ad Judicem Eccleſiaſticum trahere, eſt communior apud Mangil. *l.c. q.6.* ubi Abb. Specul. Butr. Decian. Caſtr. & alii.

66 Evictione per venditorem promiſſa, ut ad illam agatur, conſtare debet ſententiam latam eſſe, & executam. Oſaſc. *deciſ.* 24. *n.* 4. Gomez *var. reſ. tom.* 2. *cap.* 2. *n.* 39. Theſ. *dec.* 85. Rot. apud Mangil. *de evict. qu.* 8. licet in inſtrumento fuerit dictum, quod lite mota emptor recuperet pretium, quia verba ſunt intelligenda cum effectu, re evicta per executionem, emptor non tantum poteſt agere de evictione, ſed etiam incipere ab executione tam pro pretio, quam pro damnis, & intereſſe liquidis: neque ſatis eſt ſententiam eſſe latam a Judice in prima inſtantia, niſi fuerit etiam confirmata in appellatione. Mangil. *l.c. n.* 2. Limit. primo, ſi debitor ſcienter creditori ſuo tradidit rem alii obligatam, quia tunc creditor poteſt contra debitorem agere de evictione, etiam ante executam evictionem. Rot. poſt Cenc. *de cenſ. dec.* 198. Mangil. *l. c. nu.* 9. Limit. ſecundo, quando emptor mota lite illam denuntiavit venditori; quia lata ſententia etiam ante executionem, agere poteſt contra venditorem. *L. habere licere. ff. de evict.* Limit. tertio, quando venditor fovet malam cauſam facta denuntiatione, quia non tenetur emptor actionem proſequi.

67 Evictionis actio, ut competat emptori contra venditorem, requiritur, quod cauſam & litem legitime defenderit, alias emptor diceretur in lata culpa, & ſua culpa evictionem paſſus; hinc agere non poteſt, ſi ſua culpa fuit interrupta præſcriptio, & præſcribere potuiſſet, puta, cum deſiit poſſidere. Limita primo, ſi venditor fuit præſens in Judicio. Limita ſecundo, quando alias cauſa erat certo peritura. Item cum præſentia emptoris nihil profuiſſet, vel ſi emptor abfuit ex juſta probabili cauſa. Caballin. *de evict.* §. 5. ideo emptor a ſententia contra ſe lata, tenetur appellare. Scacc. *de appell. q.* 5. *num.* 14. Mangil. *de evict. quæſt.* 14. *nu.* 2. Caballin. *de evict.* §. 5. *num.* 50. Rol. *conſ.* 52. *libr.* 4. *num.* 23. Natta *conſ.* 208. *lib.* 1. Bichius *dec.* 288. *n.* 28.

68 De evictione non tenetur venditor illi, qui compellitur reſtituere ob jus retractus. Bich. *dec.* 321. *num.* 29. Tiraq. *de retract. lignag. ad fin. tit. n.* 48. Neque hæres tenetur de evictione legatario rei particularis, quidquid ſit legatario generis, maxime ſi teſtator ignoravit rem legatam eſſe alienam, & illam tanquam liberam acquiſivit, & poſſedit. *L. ſi a ſubſtituto* 47. §. *primo. L. ſi dominus* 74. *ff. de leg.* 1. Menoch. *de præſ. lib.* 3. *præſ.* 118. *num.* 4. Cancer. *varſ. reſ. p.* 3. *cap.* 4. *n.* 27. Bichius *dec.* 445. *n.* 28. *&* 29. licet legatum fuerit factum conjunctæ perſonæ, ſi hæres teſtatori magis fuit conjunctus, quam legatarius; quia tunc non præſumitur, quod teſtator voluerit hæredem ſibi magis conjunctum obligare de evictione legatario minus conjuncto. Borgnin. *de uſur. num.* 103. Mangil. *de evict. q.* 63. *n.* 5. apud Bichium *l.c.*

69 Venditor tenetur de evictione, licet ignoraverit bona, quæ vendidit, eſſe prohibita alienari, & ad damna, ac intereſſe. Bichius *dec.* 343. *n.* 28. qui citat Rot. coram Coccin. *in una Tudertin.* 20. *Febr. ann.* 1619.

70 Qui promiſit evictionem tantum quoad ſortem principalem cenſus, non tenetur ad fructus evictos ultra conventa. Bich. *dec.* 156. *n.* 9. apud quem Rot. *deciſ.* 136. *n.* 14. *p.* 5. *rec.*

71 Evictio promiſſa cum obligatione, quod debitor ceſſus eſt ſolvendo eumque manutenendi, operatur non tantum reſpectu veritatis crediti, ſed etiam exigibilitatis; ſecus ſi evictio, vel conſervatio indemnitatis fuit ſimpliciter promiſſa, nulla facta mentione, quod nomen ceſſum ſit ſolvendo, tunc enim ſufficit unum eſſe verum. Bichius *dec.* 518. *n.* 18. Caſtr. *conſ.* 170. *lib.* 2. *n.* 3. Addend. ad Gregor. 15. *dec.* 579. Roderic. *de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 21. *nu.* 14. 20. *&* 21. Maſtril. *deciſ.* 240. *n.* 9. *&* 10.

72 Promittens de ſuo dato, & facto ſine taxativa *tantum*, tenetur de evictione, etiam pro dato, & facto hæredis, & econtra, ſi hæres adivit hæreditatem ſine beneficio legis, & inventarii. Tiraquel. *de retr. convent.* §. 1. *gloſ.* 6. *num.* 4. Menoch. *de præſ. lib.* 3. *præſ.* 47. *num.* 8. Mangil. *de evict. q.* 11. *nu.* 1. *&* 2. ſecus ſi ſi promiſit de facto, & dato ſuo tantum, juxta veriorem apud Mangil. *l.c. n.* 13.

Emptori violenter, & de facto ſpoliato, non competit evictionis actio, licet venditor promiſerit ſe velle obligari de evictione, quomodocumque res evincatur, etiam de facto, quia non intelligitur de violentia extrajudiciali. Gomez *de contract. cap.* 2. *num.* 43. Mangil. *de evict. n.* 17. *a num.* 3. Natta *conſ.* 281. Rol. *conſ.* 45. *n.* 19. *lib.* 3. Abb. *in cap. fin. nu.* 7. *de empt. & vend.* neque tenetur de caſu fortuito; quia in tam generali promiſſione non includitur caſus fortuitus, maxime inſolitus. Medices *de caſ. fortuit. part.* 1. *num.* 21. *quæſt.* 11. Mangil. *loc. cit. numer.* 13. Limita, ſi venditor ſuſcepit in ſe periculum etiam caſus fortuiti. 73

Evictio debetur de natura venditionis, licet hoc non fuerit expreſſum, & re evicta venditor tenetur in primis intereſſe quanti minoris. Item damnorum, & lucri ceſſantis. vide Mangil. *de evict. tot. q.* 20. ubi plura, ad quæ tenetur venditor, 74

Vendens rem cum alio communem, tenetur eam libere tradere, ſi in contractu communionis mentio facta non fuit, vel ad omne intereſſe & pretii reſtitutionem pro ea parte, quæ erat Venditoris. Caſtr. *conſ.* 417. & gl. Bald. *in L. evicta & in L. ſervus.* §. *fin. de act. empt.* Oſaſc. *dec.* 24. *num.* 4. Surd. *conſ.* 13. *numer.* 16. *&* 17. *lib.* 1. & alii apud Mangil. *de evict. quæſt.* 133. 75

EXCEPTIO.

Praxis Exceptionis.

§. I.

De exceptionibus in genere, ejus Eſſentia, & Diviſione.

Exceptio eſt actionis, aut intentionis excluſio. *L.* 1. *ff. de except. L.* 2. *ff. de except.* Hoſt. *in ſum. de except.* §. 1. *per totum.* Pax Jord. *lib.* 14. *tit.* 23. *n.* 1. aliæ ſunt peremptoriæ, aliæ dilatoriæ. Illæ ſunt, quæ perimunt actionem, & intentionem Actoris. Specul. *de except.* §. 1. *num.* 1. Dilatoriæ vero, quæ & declinatoriæ dicuntur, ſunt, quæ cauſam differunt. §. *appellant. Inſtit. de except.* Specul. *loc. cit. num.* 4. *in fi.* Pax Jord. *loc. cit. num.* 3. P. Pirhing *lib.* 2. *tit.* 25. §. 1. *num.* 2. Peremptoriæ ſunt exceptio *doli mali*, *metus*, *erroris*, *pacti de nunquam petendo*, *Juris jurandi*, *ſolutionis*, *tranſactionis*, *præſcriptionis*, *rei judicatæ* & ſimiles. Specul. *l. c.* ejuſmodi ſunt etiam exceptio non numeratæ pecuniæ & dotis. Item exceptio Vellejani, & Macedoniani in factum. Specul. *l.c.* 1

Dilatoriæ aliæ ſunt declinatoriæ fori, quæ reſpiciunt perſonam Judicis, utpote carentis juriſdictione, aut ſuſpecti Reo convento. Dilatoriæ debent opponi ante litis conteſtationem & probari. Et poteſt Judex præfigere parti terminum ad proponendum omnes exceptiones, quo elapſo amplius non auditur. Gonzal. *lib.* 2. *tit.* 25. *cap.* 4. qui citat Vultejum *de Jud. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 805. Carleval. *de Jud. lib.* 2. *diſp.* 5. Fragoſ. *de regim. Chriſt. Reipubl. part.* 1. *lib.* 5. *diſp.* 12. §. 7. & alios multos, niſi tribus in caſibus. Primo quoad exceptiones, quas nominatim ſibi reſervavit. Secundo quoad illas, quæ de novo emergunt. Tertio quoad præteritas ignoratas; dummodo juret, quod tantum poſtmodum ad illarum notitiam venerit. *cap. paſtoralis. de except.* Papien. *in form. libelli in actione reali ſub rubr. de declinat. juriſdict.* Pax Jord. *l. c. num.* 6. Specul. *l. c.* §. 2. *num.* 4. Aliæ, quæ reſpiciunt perſonam litigantis, ut repellatur ab agendo, veluti pupillus ſine tutore, minor ſine curatore, filiusfamil. ſine conſenſu patris, procurator ſine mandato, prodigus, cui adminiſtratio bonorum fuit interdicta. Excommunicatus. Marant. *de ord. Jud. part.* 6. *memb.* 9. *tit. except. nu.* 2. *&* 4. Pirhing. *loc. cit. num.* 2. *verſ. exceptiones circa fin.* aliæ reſpiciunt perſonam procuratoris, quod talis, utpote minor eſſe non poſſit, aut carens mandato. Lim. 1. quod non poſſunt opponi exceptiones dilatoriæ antequam reus libellum habuerit. *cap. afferatur.* 3. *quæſt.* 3. *&* *cap.* 1. *de libelli oblat.* quod tamen procedit in ordinariis, non vero in ſummariis: *cap. quoniam. de prob. cap. qualiter.* 2. §. *debet de accuſat.* 2

cusat. Specul. §. 2. *de except. num.* 29. Pax Jord. *loc. cit. num.* 9. Lim. 2. in exceptione excommunicationis, quæ potest in quacumque parte judicii proponi, ne quis cogatur communicare cum excommunicato cum periculo suæ salutis. *cap. exceptionem. de except. & cap.* 1. *eod. in 6.* Specul. *loc. cit. num.* 8. Pax Jord. *loc. cit. num.* 10. Gonzal. *loc. cit. cap.* 12. *num.* 3. Suarez. *de censur. disp.* 5. *sect.* 2. Moneta *de commut. ult. vol. cap.* 8. *num.* 775. Barb. *in cap. exceptionem.* 12. *de except.*

3 Peremptoria exceptio ante litis, contestationem est protestanda, sed post litem contestatam est proponenda, & probanda. Specul. *in tit. de except.* §. 3. *nu.* 1. & 3. exceptis illis, quæ impediunt litis contestationem, uti exceptio litis finitæ, judicatæ, aut transactæ. Specul. *l. c. num.* 34. Pax Jord. *loc. c. num.* 23. *vers. Exceptiones.* ubi quando ejusmodi exceptiones proponi possint post publicatas attestationes, aut etiam post sententiam.

4 Sed quæres, a quo exceptio probari debeat? Respondetur, quod excipiens probare debet, quia excipiendo fit actor, *cap. in præsentia. de probat. L.* 1. *& L. in except. ff. de probat.* Specul. *tit. de except.* §. 4. *n.* 2. Pax Jordan. *l. c. nu.* 44. excipe exceptionem non numeratæ pecuniæ, aut non solutæ dotis, quæ non sunt probandæ ab excipiente, sed adversario. *L.* 1. *& 3. C. de non numer. pecun.* Pax Jord. *l. c. n.* 49. Excipe secundo, si exceptio non opponit affirmative; ut si minori agenti opponatur, quod non sit major, quia tunc minor debet probare se majorem, si vero excipieretur affirmative, uti dicendo: *tu es minor*, quia tunc excipiens deberet probare minorennitatem. Specul. *l. c. n.* 2. *&* §. 2. *n.* 23.

5 Quæres secundo, an Reus excipiens videatur fateri ea, quæ in exceptionibus comprehenduntur? Responsio est negativa. *cap. cum Venerabilis. de except.* ubi Fel. *n.* 12. *L. non utique.* 9. *ff. de except.* Barb. *in c. cum venerab.* 6. *de except.* ubi etiam Gonzal. *num.* 9. P. Pyrring. *lib.* 2. *tit.* 25. §. 6. Pax Jord. *de except. n.* 105. *lib.* 14. *tit.* 23. *de re Jud.* contra Specular. *in tit. de except.* §. 4. *numer.* 3. & Ioan. Andr. *ibi in addit.* quia semper exceptio videtur opposita sub ea conditione, si actor intentionem suam probaverit, quæ tamen procedunt in casu dubio, secus si constaret oppositam fuisset exceptionem, ut Reus fateatur intentionem actoris veram esse, & expresse id asserat, aut ex forma proponendi ita colligatur. DD. apud Gonzal *loc. cit. n.* 11. *circa medium.*

§. II.

De iis, qui excipere possunt, vel non.

6 Excipere posunt Rei & eorum hæredes, ac fidejusores, si exceptiones non fuerint personales. Host. *in sum. de except. n.* 4. Et si exceptio a Reo legitime proposita per Judicem non admittatur, potest appellari. Abb. *in cap. ult. num.* 4. *de libelli oblat.* Specul. *de except.* §. *viso quando. qui est quartus. nu.* 27. & citat *cap. ex parte.* 13. *de offic. Jud. deleg.*

7 Et si exceptio dilatoria aut declinatoria, re vel verbo a Judice fuit rejecta, potest quidem Judex, ad quem cognoscere super exceptione, an bene vel male a Judice fuerit rejecta, non vero super causa principali, cujus cognitio remitti debet ad Judicem primæ instantiæ. *cap. olim.* 7. *de except.*

8 Etiam excommunicatus comparens in Judicio tanquam Reus, potest excipere, appellare; non tamen reconvenire actorem. *cap. intelleximus. de Judic.* Tiraquel. *de nobilit. cap.* 24. *n.* 8. Peregr. *de jure fisci. lib.* 3. *tit.* 11. *a n.* 21. Ricciul. *de jure personar. lib.* 4. *cap.* 33. & 34. Bonacin. *de censur. tom.* 1. *disp.* 2. *de sent. excom. quæst.* 2. *punct.* 7. Gibalin. *de censur. disquis.* 7. *q.* 8. Salgad. *de protect. reg. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 168. & alii apud Gonzal. *lib.* 2. *tit.* 25. *cap.* 5. *n.* 6. quia exceptio est defensio, quæ etiam excommunicatis permitti debet, juxta *cap. significaverunt.* 12. *de except. & L. defensiones.* 11. *C. de except.* cum sit de jure naturali debita. *Clem. p storalis.* §. *cæterum. de re jud.* quoad originem & substantiam, quamvis quoad formam & solemnitatem sit juris civilis, ut placuit Hostiens. Abb. & aliis communiter. *De except.* Ratio vero est, quia cum Excommunicatus conveniri possit, ne ex sua malitia commodum reportet. *cap.* 1. *de Jud.* contra expressum text. *in cap. etsi necesse. 5. de donat. inter.* & in *L. itaque fullo.* 12. *ff. de furt.* merito ei permitti debet se defendere *L. non debet.* 22. *ff. de R. J.* P. Pirring. *lib.* 2. *tit.* 25. *n* 6. Gonzal. *l. c. a nu.* 10. Neque refert, quod Reus in excipiendo fiat actor. *L. in exceptionibus. ff. de probat.* quia hoc procedit quoad onus probandi exceptiones propositas, quod regulariter incumbit actori juxta *L. actor. C. de probat.* non vero simpliciter fit actor, quia sibi non petit dari, aut fieri. §. 1. *Inslit. de act. L.* 1. *ff. de except.*

Exceptio vero excommunicationis, quamvis sit dila- 9
toria, quæ, ut supra diximus, deberet opponi ante litis contestationem, tamen potest opponi in quacunque parte judicii etiam post conclusionem in causa usque ad latam sententiam; quia excommunicatus vitandus in quacunque parte Judicii repelli potest, & quamvis Judex excommunicatum toleratum semper repellere possit, non tamen tenetur veluti vitandum, quia toleratum non tenetur vitare. Suarez *de Censur. disp.* 16. *sect.* 3. *n.* 2. P. Pirring *lib.* 2. *tit.* 25. §. 3. *n.*

Potest autem excommunicationis exceptio dupliciter 10
opponi. Primo in vim seu per modum dilatoriæ ad impediendum, vel differendum processum Judicii. Secuneo in vim, seu per modum exceptionis peremptoriæ: ut si electo Prælato petenti confirmationem objiciatur, quod tempore electionis fuerit excommunicatus, aut electus ab excommunicatis; quia tunc omnino perit jus actoris, si exceptio fuit probata, & quidem apertissimis argumentis. Pirring *l. c. vers. notandum* 2. *&* *n.* 22.

Præterea si is, qui plura habet Beneficia, contra 11
alium excipit de pluralitate Beneficiorum, non auditur juxta *cap. cum Ecclesiasticæ.* 3. *de except.* quia non debet aliquis in alio reprobare, quod in se ipso approbat, & quod quisque Juris in alium statuit, & ipse uti debet. *cap. cum omnes. de constit.* Pirring. *l. c. n.* 33. Laym. *in d. cap. cum Ecclesiasticæ.* 3. *de except.* qui explicant canonem loqui de Beneficio incompatibili ob aliquod statutum Canonicorum, vi cujus volebant excludere provisum Apostolicum, cum tamen ipsi illud non observarent, & plures DD. apud Gonzal. *lib.* 2. *tit.* 25. *d. cap.* 3. *n.* 2.

Exceptione opposita, si illa non obstante Judex pro- 12
sequitur in negotio, censetur illam tacite rejicere. *cap. ex parte.* 2. *de appell.* Gabr. *de except. concluf.* 1. Seraphin. *dec.* 227. *n.* 4. Pax Jord. *lib.* 14. *tit.* 23. *n.* 79. Castr. *in L. fin. col.* 2. *ff. si cert. pet.* Gabr. *de fidejuss. concluf.* 1. Et exceptiones reprobatas a statuto merito rejicit Judex. Bart. *in L.* 1. *ff. quod vi*, sicut rejiciuntur irrelevantes.

Sed dato, quod statutum prohibeat omnes exceptio- 13
nes, cum tamen dentur non paucæ, quæ in generali prohibitione non comprehenduntur, ideo istæ examinari debent. Hinc sit

§. III.

Quæ exceptiones non comprehendantur in statuto illas prohibente?

Et primo quidem quando exceptiones sunt de jure, 14
& statuentes sunt inferiores, statutum esset invalidum ob defectum potestatis, cum inferior non habeat potestatem in legem Superioris. Decius *in cap. ex parte.* 2. *num.* 38. *de off. Deleg.* Socin. jun. *conf.* 30. *nu.* 11. *vol.* 1. *& conf.* 141. *num.* 8. *vol.* 3. quia nec populi, nec Principes carentes jurisdictione possunt facere talia statuta. Bart. *in L. omnes populi. numer.* 8. ubi Jas. *num.* 6. *ff. de Just. & Jur.* Natta *conf.* 12. *nu.* 1. Surd. *conf.* 161. *num.* 6. Carol. de Grass. *de except. except.* 1. quamvis tales Principes exercerent merum & mixtum imperium. Bald. *in d. L. omnes populi.* ubi Jas. *ff. de Just. & Jur.* Rol. *conf.* 4. *num.* 30. *lib.* 3. Nisi tamen Principes superiores illa confirmassent. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 62. *num.* 14.

Statutum rejiciens omnes exceptiones, non censetur rejicere illam, in qua statutum se fundat. Abb. *in cap. Item cum quis numer.* 6. *de restit. spol.* Bart. & Bald. *in L. Divus Trajanus num.* 1. *ff. de milit. testam.* Franc. & Gemin. *in cap. cupientes.* §. *quod si per viginti. de elect. in* 6. Dec. *in cap. ex parte.* 2. *nu.* 10. *De off. Deleg.* 15
& in

& in c. conſuluit. num. 1. *de appellat.* Berous *in cap. item cum quis . numer.* 27. *de reſtit. ſpol.* Socin. jun. *conſ.* 67. *num.* 19. *vol.* 1. quia quando qualitas eſt cauſa alicujus effectus, non ſufficit adeſſe factum, niſi adſit etiam illa qualitas. *L. non ſolum.* §. *ſed ut probari* . ubi Bart. *ff. de oper. novi nunt.* Bald. *in L. matrem. numer.* 2. *C. de prob. v. g.* ſi ſtatutum diſponeret quod contra inſtrumentum non poſſit opponi aliqua exceptio, poterit tamen opponi , quod illud quod fuit productum non ſit inſtrumentum. Dec. *d. cap. ex parte num.* 40. & ibi Abb. Menoch. *conſ.* 259. *num.* 2. *lib.* 3. *& de adipiſc. rem.* 3. *n.* 167. Craveta *conſ.* 211. Surd. *dec.* 289. *n.* 5. Menoch. *de præſ. lib.* 2. *præſ.* 48. *num.* 1. Maſcard. *de prob. concluſ.* 1294. *nu.* 5. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 71. *n.* 3. Vant. *de nullit. tit. quis poſſit dicere de nullit. n.* 4. & Carol. de Graſſ. *except.* 2. *nu.* 3. qui plures alios citat . Item ſi ſtatutum diſponeret , quod contra inſtrumentum publicum nulla poſſit opponi exceptio, poterit tamen opponi, quod inſtrumentum non eſt publicum. Dec. *loc. cit.* Caphal. *conſ.* 627. *n.* 4. Bald. *in cap. paſtoralis. nu.* 4. *de appell.* Afflict. *dec.* 283. *n.* 1. Craveta *conſ.* 6. *n.* 72. & alii apud Graſſ. *loc. cit. n.* 4. quamvis qualitas quæ requiritur a ſtatuto, requireret altiorem indaginem. Socin. jun. *conſ.* 67. *n.* 19. *vol.* 1.

16 Exceptio *inhabilitatis perſonæ* agentis non cenſetur rejecta a ſtatuto prohibente omnes exceptiones . Dec. *in d. cap. ex parte* 2. *n.* 42. *De off. Deleg.* Ant. Butr. *in cap. licet. de elect.* Maſcard. *de prob. concluſ.* 1376. *n.* 9. Menoch. *de præſ. lib.* 2. *præſ.* 48. *numer.* 6. Gig. *de penſ. quæſt. fin. nu.* 17. Jo. Andr. *in cap. fin. in verb. ſpoliationem. De ord. cognit.* quia exceptio contra perſonam nunquam cenſetur rejecta a ſtatuto . Menoch. *loc. cit. n.* 6. Uti exceptio excommunicationis. *cap. decernimus. de ſent. excom. cap.* 1. *de except.* Ugolin. *de cenſur. tit. de excom. cap.* 15. §. 7. *n.* 1. ubi dicitur quod hæc exceptio non dicitur rejecta, quamvis per pactum fuiſſet juratum de illam non opponendo . Peregr. *de Jure fiſci. lib.* 3. *tit.* 11. *num.* 8. Vivius *dec.* 99. *num.* 7. Menoch. *loc. cit. nu.* 8. Gig. *loc. cit. num.* 18. Graſſ. *except.* 4. *nu.* 4. *&* 5. & hanc poteſt opponere etiam Judex ex officio imo etiam tertius. *cap.* 1. *in fin. de except. in* 6. etiam parte invita. Abb. *in cap. exceptionem n.* 7. *de except.* Dec. *in cap. intelleximus nu.* 15. *de Jud.* Peregr. *loc. cit. n.* 16. Ugolin. *loc. cit.* Graſſ. *loc. cit. n.* 7. qui plures alios citat.

17 Exceptio *notoria* non cenſetur rejecta a ſtatuto prohibente omnes exceptiones. Dec. *loc. cit.* & ibi Fel. *n.* 7. Berous *in cap. cum quis. nu.* 29. *de reſtit. ſpol.* Ruin. *conſ.* 131. *n.* 13. *l.* 4. Natta *conſ.* 563. *nu.* 35. Menoch. *de præſ. l. c. n.* 2. Rimin. ſen. *conſ.* 355. *n.* 8. Graſſ. *except.* 5. *n.* 1. Dummodo hæc notoria exceptio oriatur ex inſtrumento, in quo ſe fundat actor. Natta *conſ.* 374. *n.* 35. Alex. *conſ.* 95. *n.* 1. Ratio eſt, quia notorium nunquam ſubjacet regulis juris communis. Burſat. *conſ.* 225. *n.* 12. Rimin. jun. *conſ.* 416. *n.* 29. *vol.* 4.

18 Ita exceptio quæ poteſt probari in continenti non cenſetur ſublata a ſtatuto. Abb. *in cap. ſuper num.* 7. *de off. Deleg. & in cap. ſciſcitata verb. effectum. De reſtit. in integr.* ubi Gl. Dec. *loc. cit.* Fel. *in cap. ex parte* 2. *n.* 48. *De off. Deleg.* Surd. *conſ.* 252. *n.* 6. *l.* 2. Menoch. *de arbitr. caſ.* 7. *num.* 7. Vivius *deciſ.* 107. *num.* 4. Berous *in cap. Item cum quis nu.* 29. *De reſtit. ſpol.* Craveta *conſ.* 207. *num.* 7. Honded. *conſ.* 18. *num.* 79. *l.* 1. Graſſ. *except.* 7. quæ quidem exceptio admitti debet etiam contra executionem inſtrumenti in forma cameræ. Surd. *conſ.* 186. *n.* 2. *l.* 2. Sim. de Præt. *conſ.* 85. *nu.* 2. *l.* 1. Maſcard. *de prob. concluſ.* 687. *nu.* 4. niſi exſtaret præſumptio calumniæ vel fraudis. Ratio vero eſt, quia quæ in continenti fiunt ineſſe. videntur. *L. lecta. verſ. dicebam. ff. ſi cert. pet.* Vivius *l. c.* Dicitur autem in continenti probari , quod probatur infra triduum. *L. fin. C. de error. advocat.* Vivius *l. c.* Surd. *conſ.* 99. *n.* 41. *l.* 1. Rim. jun. *conſ.* 585. *n.* 67. *vol.* 5. Menoch. *de arb. caſ.* 17. *in fi. qui nu.* 8. dicit, quod an in continenti quid probetur, relinquendum ſit Judicis arbitrio. Vivius *d. dec.* 107. *num.* 15. Cephal. *conſ.* 541. *nu.* 17. *lib.* 4. Rimin. jun. *conſ.* 404. *num.* 43. *lib.* 4. Graſſ. *loc. cit. num.* 8.

19 Si exceptio *Erroris* non cenſetur a ſtatuto rejecta, licet rejiciat omnes exceptiones. Bart. *in L. non fatetur. n.* 5. *&* 15. *ff. de confeſſ.* Jaſ. *in L.* 2. *n.* 23. *C. de Jur. & fact. ignorant.* Socin. ſen. *conſ.* 79. *n.* 50. *l.* 4. Theſ. *dec.* 26. *num.* 15. Graſſ. *except.* 8. etiam in inſtrumento guarentigiato, quia ubi adeſt error , nullus poteſt eſſe conſenſus . Maſcard. *de prob. concluſ.* 1118. error vero probatur eo ipſo quod demonſtratur quod res aliter ſe habuit. *L. poſt diviſionem.* ubi Bart. *C. de Jur. & fact. ignor.* Alex. *conſ.* 102. *n.* 8. *l.* 1. Graſſ. *loc. cit.*

Neque cenſetur rejecta a ſtatuto exceptio , quæ in- 20
eſt ex natura rei, actus, ſeu negotii, ſuper quo inſtrumentum celebratum fuit, quamvis in inſtrumento non ſit expreſſa. Felin. *in cap. ex parte.* 2. *nu.* 2. ubi Dec. *De off. Deleg. n.* 57. Berous *in cap. cum quis num.* 32. *de reſtit. ſpol.* Menoch. *de præſ. lib.* 2. *præſ.* 48. *nu.* 14. Caroc. *in in trac. de excuſſ. par.* 1. *quæſt.* 14. *n.* 11. *&* 18. Graſſ. *except.* 10. *n.* 1. quia verba etiam generalia & multiplicata nunquam referuntur, & tollunt id, quod provenit ab intrinſeca nutura ipſius actus. Bart. *in L.* 1. §. *& parvi. ff. quod vi aut clam.* quales ſunt exceptiones cedendarum, & excuſſionis. Imo hæc exceptio ſemper intelligitur oppoſita , quamvis de illa in ſpecie nihil fuerit dictum. Innoc. *in cap. paſtoralis. De except.* Felin. *in d. cap. ex parte.* Berous *in cap. Item cum quis. n.* 32. *De reſtit. ſpol.* Menoch. & Graſſ. *ll. cit.* qui citat plures alios, quamvis Creditor adiviſſet hæreditatem principalis debitoris, quia tunc tenetur cedere etiam contra ſe ipſum. Lim. 1. quando mulier agit ad repetendas ſuas dotes, quia tunc non poteſt opponi exceptio cedendarum, licet facto ipſius mulieris fuerint læſa ſua jura. Vivius *dec.* 100. *n.* 1. Graſſ. *except.* 10. *n.* 24. Socin. ſen. *conſ.* 200. *n.* 2. *l.* 2. Berous *conſ.* 49. *n.* 9. niſi fidejuſſor, qui convenitur pro reſtitutione dotis , fidejuſſiſſet contemplatione alterius confidejuſſoris, aut quoties non exſtarent alia bona mariti.

Exceptio etiam *metus* non cenſetur excluſa a ſtatuto 21
rejiciente omnes exceptiones. Dec. *loc. cit.* ubi Fel. *num.* 10. Menoch. *loc. cit. num.* 17. Bald. *in L. qui in carcerem ff. quod met. cauſ.* Graſſ. *except.* 11 quia factum dici non poteſt, quod metu factum eſt . *L. metum.* §. *volenti.* §. *quod met. cauſ.* & promittens aliquid ex metu, non tenetur promiſſa ſervare. *L. ait Prætor. ff. quod met. cauſ.* Natta *conſ.* 50. *n.* 9. *l.* 1. Innoc. *in cap. quod ſicut. n.* 11. *de elect.* Bald. *in cap.* 1. §. *item Sacramenta. n.* 1. *& 9. de pac. juram. firm.* Cæpolla *conſ.* 40. Et metu geſta attendi non debent nec rata haberi. *L.* 1. *ff. quod met. cauſ.* Boer. *dec.* 100. *n.* 1. Socin. jun. *conſ.* 77. *n.* 91. *l.* 1. Rol. *conſ.* 190. *nu.* 129. *l.* 4. Honded. *conſ.* 23. *nu.* 18. *& conſ.* 29. *n.* 15. *l.* 1. Et metus reddit actum nullum, licet fuerit juratus. *L. interpoſitas* . ubi DD. & Bald. *n.* 5. *C. de de tranſact. cap.* 2. *de eo qui duxit in matrim.* ubi Abb. *n.* 5. Felin. *in cap. ſi vero. col. ſi de jurejur.* Honded. *loc. cit. nu.* 21. Lim. 1. in metu reverentiali, quia hic non reſcindit contractum. Alex. *in d. L. interpoſitas. n.* 5. *C. de tranſact.* Boer. *dec.* 100. *num.* 2. Intrigl. *conſ.* 6. *nu.* 93. niſi hunc metum pateretur mulier. Menoch. *de arbitr. caſ.* 135. *nu.* 4. Covar. *in* 4. *Decretal. par.* 2. *c.* 3. §. 4. *n.* 9. Honded. *conſ.* 29. *nu.* 29. vel niſi cum metu adfuerint minæ. Socin. ſen. *conſ.* 261. *nu.* 3. *l.* 2. Innoc. Abb. & Felin. *in cap. cauſam matrimonii. De off. Deleg.* Bald. Alex. & Jaſ. *in d. L. interpoſitas.* Boer. *loc. cit.* Afflict. *dec.* 69. *n.* 4. Aut niſi ex contractu meticuloſo reſultaret enormis læſio, quia tunc metus reverentialis reſcindit contractum . Caſtr. *conſ.* 174. *nu.* 2. *l.* 1. Cravet. *conſ.* 11. *num.* 22. *l.* 1. Vinc. de Franch. *dec.* 119 *n.* 5. Oſaſc. *dec.* 177. *num.* 5. Menoch. *conſ.* 1. *n.* 493. *l.* 1. *& de arb. caſ.* 136. *per tot.* Honded. *loc. cit. nu.* 43. præſertim ſi metum paſſus eſſet minor. *DD. cit.* & Sucin. jun. *conſ.* 47. *nu.* 32. *l.* 3. Graſſ. *except.* 11. *n.* 18. *& ſeq.*

Præſumitur vero metus reverentialis in filiis erga 22
patrem , niſi filia nupſiſſet , & eſſet in domo mariti. Item in Uxore erga ſuum virum . Item in fratre erga majorem. Item in filiis erga matrem . Item in Nepote erga patruum , & in nuru erga ſocerum . In ſubdito erga Superiorem. In Clerico erga ſuum Epiſcopum. In libero erga Patronum . Metum tamen allegans, debet illum probare. Graſſ. *d. except.* 11. *n.* 24. *& ſeq. & n.* 22. Maſcard. *de prob. conſ.* 1051. *&* 1052. & quomodo probetur vide Maſcard. *loc. cit.* & Menoch. *loc. cit.* Gabr. *de teſtib. concluſ.* 4. *num.* 15.

Exceptio *ſimulationis* nunquam cenſetur rejecta a 23
ſtatuto rejiciente omnes exceptiones. Bald. *in L. fin.* §. *in computatione. n.* 18. *& in* L. *precibus. in princ. C. de Jure delib.* Alex. *conſ.* 101. *n.* 5. *vol.* 3. Gabr. *conſ.* 3. *n.* 9. *l.* 2.

Barbat. *in cap. ad noſtram col. 2. De empt. & vendit.* Corbul. *in tract. ex quib. cauſ. emphyteuta jure ſuo privetur. tit. de cauſ. privat. ob alienationem. lim. 23. num. 2.* Felin. *in cap. ex parte 2. num. 13.* ubi Dec. *nu. 62. De off. Deleg.* Tiraquel. *de retrac. lignag. §. 1. gl. 2. num. 13. & 14.* & plurimi apud Graſſ. *except. 12. num. 1. & ſeqq.* Dummodo talis ſimulatio ſit probata præſumptione Juris & de jure juxta Bart. *in L. 1. §. & parvi. num. 4. ff. quod vi aut clam.* quod tamen non eſſe verum dicit Graſſ. *loc. cit.* Ratio vero concluſionis eſt, quia inſtrumentum ſimulatum non dicitur inſtrumentum. Bald. *in L. 1. C. plus valere, quod agi.* Corbul. *loc. cit. nu. 2.* Graſſ. *ut ſupra num. 2.* Tiraquel. *loc. cit.* & ſtatutum loquens de inſtrumento non intelligitur de inſtrumento ſimulato Seraph. *de privil. juram. privil. 59. n. 13.* Et ſimulatio, cum non præſumatur, non tantum debet probari, ſed debet etiam deſignari ſpecies ipſius ſimulationis. Dec. *conſ. 463. num. 8.* Burſat. conſ. *175. num. 13. vol. 2.* Natta *conſ. 537. n. 33. lib. 3.* Seraph. *d. privil. 59. numer. 23.* Cephal. *conſ. 533. numer. 33. lib. 4.* Vivius *dec. 104. numer. 1.* Maſcard. *de prob. concluſ. 448. numer. 2.* Caroc. *de excuſſ. par. 2. quæſt. 17. numer. 43.* & plurimi alii apud Graſſ. *except. 12. numer. 12.* dummodo declaratio ſeu deſignatio a parte petatur, & non tantum debet exprimi ſpecies fictionis, ſed etiam cauſa illius. Bald. *in L. ab Anaſtaſio. num. 11.* & Caſtr. *in L. juriſgentium §. dolum. num. 2. ff. de pact.* Berous *conſ. 170. num. 5. lib. 1.* Dec. *conſ. 548. num. 6.* Ancharan. *conſ. 226. numer. 3.* Franc. a Ponte *conſ. 2. numer. 63.* Honded. *conſ. 46. num. 3.* & alii apud Graſſ. *except. 12. num. 14.* Item debet probari modus, quo contractus ſimulatus fuit celebratus. Tiraquel. *de retract. §. 1. gl. 14. num. 59.* Maſcard. *d. concluſ. 448. numer. 6.* Et debet probari, quod ita fuit pactum in principio inter contrahentes, & debet probari certa perſona, propter quam fuit facta ſimulatio. Quomodo vero probetur ſimulatio, vide Maſcard. *de prob. concluſ. 439. uſque ad 449.* Menoch. *de arb. caſ. 136. per tot.* Oſaſc. *dec. 42. num. 2.* Et an poſſit opponi non obſtante juramento probatorio, vide Graſſ. *loc. cit. n. 24.* affirmantem Seraph. *privil. 59. cit.* & plures apud eoſdem, & negantem in juramento aſſertorio, ut cum juravit quis omnia & ſingula contenta in inſtrumento eſſe vera.

24 Ita etiam exceptio quæ oritur ex inſtrumento, ex quo actio a ſtatuto rejecta non cenſetur. Dec. *d. cap. ex parte 2. De off. Deleg. n. 64. & 66.* Alex. *conſ. 119. num. 2. vol. 1.* Bald. *in L. ſi ex prædiis. C. de evict.* Dec. *conſ. 421. num. 2.* Oſaſc. *dec. 51. num. 19. & 20.* Surd. *conſ. 246. n. 15. lib. 2.* Afflict. *dec. 403. num. 17.* Surd. *de alim. tit. 8. privi. 53. num. 11.* Scaccia *de Jud. lib. 1. cap. 63. num. 1. verſ. Item licet.* Menoch. *de præſ. lib. 2. præſ. 48. n. 23.* Graſſ. *except. 13. n. 3.* quæ exceptio poteſt opponi, licet promiſiſſet ſolvere omni moleſtia & exceptione remota. Rol. *conſ. 40. numer. 40. vol. 2.* Natta *conſ. 51. n. 18. & ſeq. lib. 1.* Alex. *conſ. 95. n. 2. vol. 2.* Rimin. ſen. *conſ. 300. n. 35. vol. 2.* Caſtr. *conſ. 270. num. 3. vol. 2.* & alii apud Graſſ. *loc. cit.* & hanc exceptionem poteſt Judex ſupplere ex officio, imo tenetur, quamvis a parte non opponatur. Maſcard. *de prob. concluſ. 1387. num. 2.* Dec. *conſ. 441. n. 7.* quamvis inſtrumentum, de cujus executione agitur, fuerit juratum. Jaſ. *in L. ſi duo §. ſi quis juraverit. num. 4. ff. de Jurejur.* Magon. *dec. Lucen. 11. num. 4.* Natta *conſ. 360. numer. 1. lib. 2.* Hinc exceptio pretii non ſoluti nunquam cenſetur ſublata a ſtatuto, quia habet ortum inſtrumento, ex quo naſcitur actio. Bald. *in L. peremptorias. num. 10. C. ſent. reſcind. & in L. 1. C. de Jur. & fac. ignor.* & hæc exceptio eſt privilegiata ſicut actio, quam Judex licet non fuerit oppoſita a parte, tamen ſi ex actis conſtat pretium non fuiſſe ſolutum, ſupplere debet. Bald. *in L. ſi pater. num. 2. C. de act. empt.* Graſſ. *d. except. 13. numer. 22.* Sic exceptio adimplementi non facti ex parte actoris non dicitur a ſtatuto ſublata. Bart. *in L. 1. §. & parvi ff. quod vi aut clam.* Dec. *conſ. 119. numer. 3.* Craveta *conſ. 151. n. 10.* Oſaſc. *dec. 51. n. 20.* Cephal. *conſ. 312. n. 100. & conſ. 407. num. 15. & 19.* Joſ. Ludovic. *dec. Lucen. 50. num. 3. lib. 1.* Maſcard. *loc. cit.* quamvis ex parte actoris contractus non fuerit impletus in minima parte. Rol. *conſ. 53. numer. 29. lib. 1.* Bald. *in L. pacta conventa. §. juriſgentium. num. 1. ff. de pact.* Menoch. *conſ. 1. n. 168. & conſ. 55. lib. 1.* Honded. *conſ. 86. n. 16. lib. 1.* Natta *conſ. 673. num. 19. libr. 4.* Surd. *conſ. 52. num. 35. lib. 1.* Et quamvis contractus fuerit juratus, DD. ſupra cit. Graſſ. *except. 13. num. 40.* Et quamvis de adimplemento dubitetur. Imo licet actor implere fuiſſet impeditus. Butr. & Abb. *in cap. ſicut. ult. de Jurejur.* Dec. *in L. cum proponas. num. 3. C. de pact.* Natta *conſ. 50. num. 7. lib. 1.* Rol. *conſ. 69. num. 12. vol. 4.* Surd. *conſ. 186. n. 21. lib. 2.* Maſcard. *d. concluſ. 1387. n. 43.* Graſſ. *loc. cit. n. 44.*

Porro hæc exceptio non poteſt opponi niſi ab eo, 25
cui fuerat implendum. Alex. *conſ. 127. num. 5. lib. 7.* Dec. *conſ. 452. n. 10.* Menoch. *d. conſ. 1. nu. 370.* & Maſcard. *l. c. n. 63.* Graſs. *l. c. n. 48.* Item ſi implere debens fuit impeditus culpa & facto illius, cui implere debebat. argum. *L. Jure civili. ff. de condit. & demonſt. L. qui operas. ff. locati.* Sim. de Pret. *conſ. 28. n. 7.* Maſcardus *l. c. num. 63.* Graſs. *nu. 49.* Item non admittitur hæc exceptio de non adimplemento alterius obligationis ſeparatæ ab illa, cujus vigore agitur. Burſat. *conſ. 191. num. 5. vol. 2.* Alex. *in L. cum proponas. num. 2. C. de pact.* Cephal. *conſ. 48. nu. 42. vol. 1.* & alii apud Graſs. *loc. cit. n. 50.* Et opponens hanc exceptionem illam non tenetur probare, ſed actor debet probare, quod impleverit. *L. Julianus. §. offerri. ff. de act. empt.* Menoch. *d. conſ. 1. n. 369. lib. 1.* Rol. *conſ. 69. n. 9. lib. 4.* Rimin. jun. *conſ. 52. num. 11. lib. 1.* Natta *conſ. 226. n. 2.* Magon. *dec. Lucen. 11. nu. 8. & dec. 61. n. 1.* & alii apud Graſs. *nu. 51.* & hanc quoque Judex tenetur ſupplere ex officio, licet non opponatur. DD. ſupra cit. & Graſs. *n. 53.* Maſcard. *de prob. concluſ. 1387. n. 23.* Magon. *d. dec. 11.* & *dec. 61. n. 2.* Cephal. *conſ. 312. n. 148.* Intrigl. *caſ. 14. n. 114. de caſib. conſc.* & hæc exceptio poteſt allegari etiam poſt ſententiam.

Sed quæres: quid ſi pendente judicio actor, qui 26
prius conventa non implevit, velit implere, poteſtne? Dicendum: quod ſi vult implere ante factam oppoſitionem, poſſe. Menoch. *de arb. Jud. quæſt. 16. nu. 64.* Cephal. *conſ. 112. n. 17. & 18. lib. 2.* poſt factam vero oppoſitionem non poſſe. Caſtr. *conſ. 70. n. 8. verſ. nam ſufficit. lib. 1.* Craveta *conſ. 192. nu. 16.* Magon. *d. dec. 61. n. 10.* Maſcard. *l. c. n. 60.* Burſat. *conſ. 144. n. 32.* Surd. *conſ. 158. n. 30.* & alii apud Graſs. *l. c. nu. 56.*

Præterea exceptio, quæ fundatur in confeſſione par- 27
tis adverſæ facta in judicio, non cenſetur excluſa a ſtatuto rejiciente omnes exceptiones. Bald. *in L. ſi unus. §. pactus ne peteret. 2. ff. de pact.* Fel. *in d. cap. ex parte. lim. 14. & ibi* Dec. *n. 66.* Menoch. *de præſ. l. c. n. 19.* quia confeſſio facta in judicio inducit notorium. *cap. olim. de V. S. cap. veſtra. de cohabit. mul. & Cler.* Triviſ. *dec. 46. n. 4. lib. 2.* Afflict. *dec. 372. n. 8.* Surd. *conſ. 188. n. 2. lib. 2.* Boſs. *in ſuo tract. crim. de confeſſ. n. 8.* Gramm. *dec. 31. n. 8.* & alii apud Graſs. *except. 14. n. 2.* & confeſſio facta in judicio habet vim rei judicatæ. Bart. *in L. ictus fuſtium. n. 4. ff. de iis, qui not. infam.* Afflict. *dec. 182. n. 9.* Rota *dec. 425. in nov.* Jaſ. *in L. filia. nu. 39. ff. de V. O.* Maran. *in pract. part. 6. act. 5. n. 12.* Graſs. *l. c. n. 3.* Dicitur autem confeſſio facta in judicio, quando fit coram Judice ſedente pro tribunali, & Notario, & Actuario ſcribente. Joan. And. *in addit. ad ſpeculat. in tit. de depoſ. §. 2.* Abb. *in c. fin. n. 17. de confeſſ. & in cap. at ſi Clerici. n. 6.* & ibi Fel. *n. 1. de Jud.* Bart. *in L. cum ſcimus. nu. 6. C. de Agricol. & cenſit. lib. 11.* Ant. Butr. *in d. cap. fin. de confeſſ.* Lanfranc. *in cap. quoniam contra. in verb. confeſſiones. de prob.* Graſs. *l. c. nu. 4.* & ſi fieret coram Judice non ſedente pro tribunali, aut coram Notario, non diceretur confeſſio facta in judicio. DD. cit. Tiraquel. *de retract. lignag. §. 36. gl. 2. n. 54.*

Concluſio vero procedit etiam in confeſſione extra- 28
judiciali, quæ fuit geminata, quæ producit eundem effectum, quem confeſſio judicialis. Bart. *in d. L. cum ſcimus. n. 6. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* Mynſing *conſ. 1. n. 7.* Ruin. *conſ. 72. n. 1. & 3. lib. 4.* Maran. *l. c. n. 15.* Afflict. *dec. 337. n. 5.* Caſtr. *in L. Publia. §. fin. ff. depoſiti.* Gabr. *de confeſſ. concluſ. 1. n. 61. & concluſ. 3. nu. 1.* & alii apud Graſs. *except. 14. an. 7.* quamvis talis confeſſio probaretur teſtibus ſingularibus. Caſtr. *conſ. 300.* Graſs. *l. c. n. 10. ubi per tot. de effectu verborum geminatorum.* Dummodo tamen talis confeſſio fuerit facta interpolatis temporibus, & non eodem inſtanti, aut unico contextu. Gloſ. *in L. ſi convenerit. ff. de pignor. act.* Felin. *in cap. ſi cautio. numer. 44. de fide inſtrum. & in cap. fin.*

fin. de offic. Deleg. Dec. *in L. 2. nu. 7. ff. de errore calc.* Maſcard. *de prob. concluſ. 1264. n. 48.* Afflict. *deciſ. 285. n. 12.* Graſſ. *nu. 44.* Item quamvis confeſſio facta fuerit per verbum *Credo*, quæ confeſſio præjudicat confitenti, ac ſi fuiſſet facta per verbum aſſertivum veritatis. Gl. *in cap. ex litteris. de jurejur.* Abb. *in cap. litteras. n. 3. de juram. calum.* quamvis ſecus ſit in teſte, qui deponens per verbum *Credo* nihil probat. *L. teſtium. C. de teſtib.* Bald. *in L. 2. §. idem Labeo. n. 5. ff. de aqua pluv. arcend.* Fel. *in cap. quoties. n. 7. de teſtib.* Vivius *in ſuis commun. opin. in verb. Teſtis deponens de credulitate. opin. 965.* Triviſ. *dec. 49. n. 42. l. 2.* Hond. *conſ. 15. n. 26.* niſi teſtes eſſent periti in arte, qui licet deponant per verbum *Credo*, plene probant. *L. 1.* ubi Bart. *nu. 4. ff. de ventr. inſpic. cap. ſignificaſti. 2. §. & quidem. de homicid.* Bald. *in leg. ſeptimo menſe. n. 2. ff. de ſtat. hom.* Ludovic. *dec. Peruſ. 28. n. 18.* Cæpol. *conſ. 61. num. 9. in criminal.* & alii apud Graſſ. *except. 14. a num. 58.* vel niſi ageretur de probando aliquid, quod certitudinarie ſciri non poteſt. Bald. *in leg. teſtium. C. de teſtib.* Abb. Imol. & Butr. *in cap. quoties. de teſtam.* ubi Fel. *n. 10.* Burſat. *conſ. 87. num. 50. lib. 1.* Honded. *conſ. 15. nu. 28.* Aut teſtis deponeret ad defenſam, aut deponeret contra producentem. Craveta *conſ. 201. n. 7. vol. 2.* Socin. jun. *conſ. 69. nu. 11. vol. 1.* Cephal. *conſ. 435. nu. 70.* Gabr. *de teſtib. concluſ. 1. nu. 15.* Honded. *conſ. 79. n. 61.* Burſat. *conſ. 20. n. 23. l. 1.*

29 Concluſio procedit etiam in confeſſione facta in judicio parte abſente. Maran. *in pract. part. 6. act. 5. nu. 21.* Surd. *conſ. 151. num. 42.* Graſſ. *loc. cit. n. 65.* Item in confeſſione extrajudiciali jurata, quia præſumitur cum maxima deliberatione facta. Alex. *conſ. 85. num. 4. lib. 7.* Surd. *conſ. 151. nu. 43.* Gramm. *conſ. crim. 40. n. 17.* Graſſ. *loc. cit. n. 66.* Limitatur tamen concluſio, quando Adverſarius confeſſionem non acceptat, ſed conatur illam impugnare. Bald. *in leg. cum precum. in princ. C. de lib. cauſ.* & in *leg. ſi quis teſtib. C. de teſtib.* Sicut producens Scripturam, licet videatur approbare omnia contenta in illa, quod non procedit, quando pars conatur illam impugnare. Bald. *in leg. ſi magnam. C. qui accuſar. non poſſ.* Alex. ad Bart. *in leg. certum. C. de Confeſſ.* Felin. *in cap. ſi cautio. col. 7. verſ. ſecunda declaratio. de fide inſtrum.* Oſaſc. *dec. 39. nu. 8.* Surd. *d. conſ. 151. n. 94.* Graſſ. *l. c. n. 68.*

30 Pariter exceptio, quæ fundatur in alio inſtrumento æque ſolemni, non cenſetur excluſa a ſtatuto excludente omnes exceptiones. Bald. *in cap. paſtoralis. n. 6. de appell.* Dec. *in d. cap. ex parte. 2. num. 69. de offic. deleg.* Menoch. *de præſ. l. 2. præſ. 48. n. 20.* Graſſ. *except. 15.* ſicut nec

31 Exceptio *compenſationis*. Menoch. *de præſ. l. c. n. 34.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 3. gl. 3. n. 4.* Sebaſt. Med. *de compenſ. part. 2. quæſt. 20.* Intrigl. *conſ. 8. n. 14. l. 1.* Surd. *deciſ. 191. num. 10. & conſ. 268. num. 27. lib. 2.* Burſat. *conſ. 305. num. 7. lib. 3.* Zerola *in prax. Epiſcop. verb. Compenſatio. verſ. ſeptimo idem*, etiam adverſus executionem inſtrumenti in forma Cameræ. Fel. *in c. cum inter. nu. 24. & 25. de except. & in cap. ex tranſmiſſa. num. 9. de præſcript. & in cap. cum Joannes. de fide inſtrum.* ubi Abb. Graſſ. *except. 16.* etſi ſtatutum diceret, quod contra inſtrumentum publicum nulla poſſit opponi exceptio, niſi ſolutionis, quia adhuc compenſationis exceptio locum habet. Fel. *in cap. ſuborta. de re jud.* Medic. *l. c. part. 1. quæſt. 20. n. 20.* Menoch. *de præſ. l. c. n. 35.* Caſtr. *conſ. 66. n. 2. l. 2.* Socin. jun. *conſ. 79. n. 9. l. 3.* Gig. *de penſ. quæſt. ult. n. 6.* Oſaſc. *dec. 92. nu. 12.* & plures apud Graſſ. *except. 16. n. 3.* niſi ſtatutum requireret realem ſolutionem, quia tunc compenſationis exceptio non haberet locum, cum compenſatio ſit tantum ficta ſolutio.

32 Quæres, quid ſi promiſſio de ſolvendo fuit jurata, poteritne jurans opponere compenſationem? Affirmant Bart. *in leg. amplius non pet. n. 8.* ubi Alex. *in addit. litt. H. & I. ff. rem rat. hab.* & Ang. Fulgoſ. Caſtr. Anchar. *in cap. ſtatutum. §. ſi quidem. de reſcript. in 6.* Capell. Tholoſ. *dec. 139.* Oſaſc. *deciſ. 92. num. 18.* Zerola *l. c. verſ. ſexto an compenſatio.* & alii apud Graſſ. *except. 16. num. 19.* quibus tamen contrariam tenet ſententiam, & probat *ex cap. ad noſtram. de jurejur.* ubi Innoc. Jo. And. Ant. de Butr. Anchar. Felin. Berous *conſ. 155. nu. 27. l. 1.* Cavaler. *dec. 9. nu. 11. l. 1. & dec. 28. n. 45. lib. 2.* Honded. *conſ. 18. n. 40.* Natta *conſ. 54. n. 1. l. 1.* Rol. *conſ. 6. num. 31.* Gabr. *de jurejur. concluſ. 7. num. 1.* Surd. *conſ. 246. n. 15. l. 2.* Tiraquel. *de retr. lig. §. 3. gloſ. 3. n. 6.* & plurimi alii, quos pro ſe citat Graſſ. *loc. cit. n. 19. per tot.* quæ tamen ſententia ſecunda plures patitur exceptiones. Primo, quod compenſatio poterit opponi non obſtante juramento, quando de debito compenſando conſtat per publicum inſtrumentum. Gl. & DD. *in d. cap. ad noſtram. de jurejur.* Secundo, quando proceditur ex æquo & bono ſola veritate facti inſpecta. Ludovic. *dec. Peruſ. 15. num. 9. & 10.* Cavalcan. *dec. 9. n. 11. l. 1.* Gabr. *d. concluſ. 7. nu. 12. de jurejur.* Oſaſc. *dec. 92. n. 35.* Tertio, quando debitum, de quo petitur compenſatio, eſſet poſterius debito, quod petitur ab actore. Oſaſc. *loc. cit. nu. 30. & 34.* Afflict. *dec. 381. n. 3.* Honded. *conſ. 18. n. 45.* Covar. *in cap. quamvis pactum. 1. part. relect. §. 4. nu. 6.* Quarto, quando debitor eſſet pauper aut gravatus onere filiorum. Pariſ. *conſ. 121. nam. 41. l. 1.* Tiraquel. *loc. cit. n. 6.* Afflict. *dec. 163.* Gabr. *loc. cit. nu. 11.* Honded. *conſ. 18. nu. 41.* Oſaſc. *dec. 92. nu. 35.* Quinto, cum tractatur de vitando perjurio vel pœna. Tiraq. & Gabr. *ll. cit.* Graſſ. *l. c. num. 26.* Sexto, ſi non fuit promiſſa in ſpecie ſolutio, ſed ſatisfactio. Gabr. *loc. cit.* Surd. *conſ. 166. num. 30. l. 2.* Septimo, ſi debitor non juravit in ſpecie ſolvere in pecunia, ſed ſimpliciter ſolvere. Bart. Ang. Cuman. & Alex. *in L. amplius. ff. rem rat. habend.* Bald. & Abb. *in cap. ad noſtram. 1. de jurejur.* ſecus ſi promiſit ſolvere in pecunia. Surd. *conſ. 246. n. 18. l. 2. & de alim. tit. 8. privil. 53. n. 2.*

Quæres ſecundo, an exceptio *compenſationis*, quæ poteſt opponi contra cedentem, poſſit etiam opponi contra ceſſionarium? Dicendum, quod ſic. DD. *in L. apud Celſum. §. ſed cum legitima. & §. cum de authoris. ff. de except. doli. & in L. doli mali. §. diverſam. ff. de novat.* Bart. *in leg. ſi quis in rem. ff. de procurat.* Socin. jun. *conſ. 74. n. 7. vol. 3.* Theſ. *dec. 221. n. 1.* Surd. *conſ. 82. n. 29. l. 1.* Graſſ. *loc. cit. n. 29. per totum.* 33

Quæres tertio, an compenſatio, quæ poteſt opponi a debitore principali, poſſit etiam opponi ab illius fidejuſſore? Reſpondetur affirmative. Pariſ. *conſ. 121. n. 7. l. 1.* & alii apud Graſſ. *loc. cit. n. 33.* 34

Quæres quarto, an hæc compenſatio poſſit opponi, quando debitum oppoſitum eſt litigioſum? Reſponſio eſt affirmativa. *leg. ſi compenſationem. ff. de compenſat.* Surd. *conſ. 146. n. 3. l. 1.* niſi tamen debitum requireret altiorem indaginem, & de eo ſtatim doceri non poſſet. Alex. *conſ. 12. in fin. vol. 2.* & alii apud Graſſ. *loc. cit. num. 33.* De qua materia plura vide in praxi Compenſationis. 35

Etiam exceptio *ceſſionis bonorum* non dicitur excluſa a ſtatuto prohibente omnes exceptiones contra inſtrumentum, quia hæc eſt ſimilis liberationi & pacto de non petendo, quæ non excluduntur a ſtatuto, & quidem in tantum, ut ſi bonis ceſſerit ignominioſe, quamvis venerit ad pinguiorem fortunam, non teneatur amplius ſatisfacere creditoribus. Guido Papa *deciſ. 343.* Menoch. *de arbitr. caſ. 183. num. 22. & 23.* Pariſ. de Put. *de ſyndicatu in verb. pœna.* ſermo autem eſt de debitis contractis ante ceſſionem, ſecus de contractis poſt ceſſionem. *leg. 3. C. de bon. auth. Jud. poſſ.* Brunus *de ceſſione bonor. quæſt. 2. nu. 9.* quæ tamen ceſſio ignominioſe fieri non poteſt invito creditore. Graſſ. *except. 17. a n. 7. uſque ad 10.* 36

Neque exceptio *incompetentiæ Judicis* cenſetur excluſa a ſtatuto. *gl. fin. Clem. 1. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct.* Bald. *in leg. exceptionem. n. 27. C. de probat.* Dec. in toties cit. *cap. ex patre. de off. Deleg. n. 73.* & in *leg. generaliter. C. de Epiſc. & Cler.* Anchar. *in Clem. 1. de re jud.* Maran. *in pract. part. 4. diſt. 16. n. 7.* Abb. *nu. 6.* Felin. *n. 16. in d. cap. ex parte.* Caſtr. *conſ. 99. nu. 2. l. 2.* Socin. jun. *conſ. 78. vol. 1.* Gabr. *de ſtatut. concluſ. 3. n. 1.* Natta *conſ. 413. n. 3. l. 2.* Covar. *in reg. poſſeſſor. 1. par. relect. n. 5. verſ. quinto hic apparet. de R. J. in 6.* 37

Ita exceptio *Recuſationis Judicis* non cenſetur a ſtatuto excluſa, quia remota exceptione non cenſetur remota recuſatio. gl. *in cap. quoniam contra. verb. exceptiones. de prob.* ubi Abb. & Dec. *n. 102.* & in *d. cap. ex parte. n. 82.* Menoch. *de præſumpt. l. 2. præſ. 48. n. 32.* quia recuſatio Judicis dicitur defenſio. *cap. cum inter. de except.* Franc. *in cap. poſtremo. nu. 2. de appell. & in cap. paſtoralis. n. 20. de appell.* Bald. *in leg. reos. n. 36. C. de accuſ.* Graſſ. *except. 24.* Et ſtatutum tollens appellationem 38

non censetur tollere recusationem. Specul. *in tit. de recusat.* §. 2. *vers. sed quid si*. Bart. & Salyc. *in leg. fin. C. de sent.* Fel. *in cap. postrema. de appell.* Abb. *in cap. cum speciali. de appell.* quæ recusatio de jure civili probatur solo recusantis juramento. gl. *in leg. apertissimi. verb. recusare.* & ibi Bald. *num.* 8. C. *de judic.* Bart. *in leg. quia poterat. n.* 2. *ff. ad Trebell.* Dec. *in cap. cum speciali. de appell.* Covar. *pract. quæst. cap.* 26. *n.* 1. Marches. *de commiss. commiss.* 3. *cap.* 1. *num.* 8. sed de jure canon. debet probari causa suspicionis. DD. mox cit. & Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 66. *num.* 16. Rota *dec.* 563. *n.* 1.

39 Imo hæc exceptio recusationis a statuto tolli non potest. DD. apud Graff. *de except. except.* 24. *num.* 10. ubi citat. DD. neque per Principem in causa criminali. Marches. *loc. cit. cap.* 1. *num.* 43. Rol. *cons.* 12. *vol.* 3. secus in civili. Abb. *in cap. ad hæc. in fin. de rescript.* Fel. *in cap. cum inter. n.* 5. *de except.* Franc. *in cap. postremo. de appell.* & alii apud Graff. *loc. cit. n.* 11. Debet autem hæc exceptio proponi in principio causæ. *L. fin. C. de except.* Bart. & Alex. *in L. quidam consulebant. ff. de re jud.* & *in L. si convenerit. ff. de jurisdict. omn. Jud.* Mynsing. *obs.* 59. *cent.* 4. Marches. *l. c. n.* 20. nisi causa suspicionis esset nova, aut de novo reperta, quia tunc potest opponi usque ad calculum ferendæ sententiæ. Dec. *in c. cum super. n.* 2. *de off. Deleg.* Fel. *in cap. causam quæ. eod.* Graff. *l. c. n.* 14.

40 Limit. quod hæc exceptio locum non habet contra merum Executorem, nisi aliquo modo debeat cognoscere de causa executiva, veluti in exceptionibus, quæ contra executionem objiciuntur. DD. & Dec. *in cap. novit. n.* 6. *de appell.* Bertachin. *de Episc.* 2. *part. lib.* 4. *n.* 22. Abb. *in cap. super. n.* 3. *de offic. Deleg.* Graff. *loc. cit. n.* 15. Cavalc. *dec.* 28. *nu.* 95. *lib.* 2.

41 Causæ vero recusationis possunt esse 1. inimicitia inter Judicem & partem litigantem. *L. apertissimi. C. de Jud.* Menoch. *de præs. lib.* 1. *quæst.* 89. *n.* 54. Trivis. *in tract. de modo procedendi inter Regulares. cap.* 15. *n.* 6. Vivius *dec.* 363. *n.* 3. Rot. *cons.* 16. *n.* 3. *lib.* 2. Osasc. *dec.* 15. *num.* 7. quamvis non esset inimicus ipsi litiganti, sed illius affini, & undequaque proveniat inimicitia, quia contracta cum uno ex Consanguineis dicitur contracta cum omnibus, quamvis inimicitia non sit capitalis, sed sufficit qualis qualis, & dummodo allegetur specie, & non tantum in genere. Franc. *in d. cap. postremo. num.* 20. *vers.* 32. *causa de appell.* Capyc. *dec.* 138. *num.* 32. Craveta *cons.* 6. *num.* 31. *lib.* 1. Rol. *loc. cit. num.* 4. Imo licet inimicus fuisset reconciliatus de proximo. Secundo Consanguinitas vel affinitas usque ad decimum gradum juxta aliquos. Vivius *d. dec.* 363. secundum alios vero usque ad septimum. DD. vide apud Graff. *l. c. num.* 35. quamvis affinitas per mortem fuisset dissoluta, nisi Judex esset æqualiter conjunctus utrique parti. Tertio, ob amorem, benevolentiam, aut amicitiam unius partis. Quarto, ob compaternitatem Jud. cum una parte. Quinto, si Judex sit ejusdem patriæ cum uno ex litigantibus, si sunt in partibus longinquis. *cap. penult. ut lite non contest.* Abb. *in cap. fin. de appell.* Maran. *in pract. part.* 6. *act.* 2. *n.* 39. Graff. *l. c. n.* 56. Sexto, si unus fuit datis Judex ad instantiam unius ex litigantibus. Bald. *in L. qui jurisdict. ff. de jurisdict. omn. Jud.* Maran. *l. c. n.* 52. Ludovic. *dec. Perus.* 108. *n.* 7. Marches. *d. cap.* 1. *n.* 26. Trivis. *dec.* 64. *num.* 7. *lib.* 2. Graff. *loc. cit. num.* 57. Septimò, si Judex loquitur secretè ad aures cum una ex partibus. Maran. *loc. cit. n.* 44. nisi illi fuisset commissum, ut causam expediat sine strepitu & figura Judicii, aut Judex palam dicat, quæ secreto cum parte locutus est. DD. apud Graff. *loc. cit. n.* 61. & 62. Octavò, si Judex habet consimilem causam propriam in alio tribunali. Specul. *in tit. de Judic. deleg.* §. *superest videre. num.* 19. Franc. *in cap. penult. vers.* 38. *de appell.* Maran. *l. c. n.* 46. Graff. *n.* 64. Nono, si ab illo fuit appellatum per recusantem tam in causa, in qua fuit appellatum, quam in alia pendente tali appellatione.

42 Exceptio, quæ patet ex inspectione ipsius instrumenti, non videtur rejecta à statuto rejiciente omnes exceptiones, uti si instrumentum esset defectuosum. Ant. de Butr. *in cap. cum Bertholdus, de re Jud.* Bald. *in L. si non sortem.* §. 1. *n.* 6. *ff. de cond. indeb.* Dec. *in d. cap. ex parte*, ubi etiam Fel. *num.* 7. Caroc. *de excuss. part.* 2. *quæst.* 14. *n.* 15. Mascard. *de prob. quæst.* 8. *n.* 18. Graff. *except.* 19. quæ requirantur ad valorem instrumenti, vide eundem Graff. *l. c. per totum*.

Exceptio *nullitatis* non censetur excluſa à ſtatuto rejiciente exceptiones contra inſtrumentum. Bald. *in L. ſcire oportet.* §. *hæc de iis, n.* 1. *ff. de excuſ. Tut.* Dec. *in toties cit. cap. ex parte, n.* 75. *de off. deleg.* Franc. *in c. dilecto. n.* 134. *de appell.* Socin. ſen. *conſ.* 83. *n.* 3. Rimin. jun. *conſ.* 48. *num.* 58. *lib.* 1. Cavalcan. *dec.* 21. *n.* 82. *lib.* 1. Maſcard. *de prob. concluſ.* 159. *n.* 73. Vant. *de nullit. tit. quid ſit nullitas, n.* 7. *in fin.* Menoch. *de præſ. lib.* 2. *præſ.* 48. *n.* 24. Vivius *dec.* 220. *n.* 1. Graff. *except.* 20. *n.* 1. quia eſt potius defenſio, quam exceptio. Berous *in cap. Item cum quis. n.* 3. *de reſtit. ſpol.* Lancell. *de attent. tit. de attent. nullitate pend.* Menoch. *loc. cit. n.* 25. 43

Quid verò ſi per ſtatutum fuit etiam excluſa exceptio nullitatis? Reſpondetur etiam tunc poſſe excipi de nullitate ſequentibus in caſibus. Primo, ſi nullitas eſt notoria & evidens. Vant. *de nullit. tit. quis poſſit dicere de nullit. num.* 54. Menoch. *de adipiſc. rem.* 4. *n.* 893. & *de arb. caſ.* 9. *n.* 2. Vivius *dec.* 220. *num.* 2. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 97. *num.* 192. Natta *conſ.* 120. *num.* 14. Rol. *conſ.* 29. *n.* 43. *lib.* 1. Felin. *in cap. ex parte. n.* 7. *de off. Deleg.* Graff. *except.* 20. *n.* 4. Dicitur autem notoria & evidens, quæ legi poteſt oculis corporeis. Franc. *in cap. dilecti. n.* 153. *de appell.* Cephal. *conſ.* 201. *lib.* 1. Burſat. *conſ.* 74. *num.* 21. *lib.* 1. Item ſi nullitas eſt geminata. Item ſi nullitas provenit a jure naturali. Item ſi eſt doloſa. Item nullitas ex defectu juriſdictionis, quamvis cum juramento fuiſſet promiſſum non allegare nullitatem. Gabr. *loc. cit. de ſtatut. concluſ.* 3. *n.* 7. Item licet ſtatutum exceptiones, & defenſiones ſimul excludat. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *c.* 97. *num.* 191. 44

Exceptio quæ cauſatur ex dolo alterius ſeu partis adverſæ, uti quia fuit dolus cauſa contractus, non obſtante tali ſtatuto opponi poteſt. Ant. de Butr. *in cap. cum Bertholdus. verſ. ſecundus caſus. de re jud.* Franc. *in cap. cum dilecti quæſt.* 62. *lim.* 7. *De appell.* Fel. & Dec. *in d. cap. ex parte.* Natta *conſ.* 166. *n.* 26. *lib.* 1. Socin. jun. *conſ.* 48. *num.* 52. *lib.* 2. Menoch. *de præſ. lib.* 2. *præſ.* 48. *num.* 29. Graff. *except.* 22. quia alias ſtatutum præberet occaſionem delinquendi & eſſet nutritivum peccati, & ideo non valeret. 45

Exceptio *ſolutionis* non obſtante ſtatuto prohibente exceptiones opponi poteſt. Bald. *in L. ſi non ſortem* §. 1. *n.* 5. *ff. de cond. indeb.* Dec. *loc. cit.* Menoch. *de præſ. loc. cit. n.* 33. Gig. *de penſ. quæſt. ult. n.* 1. Anchar. *conſ.* 260. Graff. *except.* 25. quia ſolutione tollitur omnis obligatio, & exceptio ſolutionis eſt potius defenſio, quam exceptio. Covar. *in reg. poſſeſſor. relect.* 1. *n.* 5. *De R. J. in* 6. Bald. *in addit. ad ſpecul. tit. de except.* §. 1. *verſ. defenſio*. Graff. *loc. cit. n.* 7. qui citat alios, ubi plures caſus ſolutionis deciduntur. 46

Exceptio *S. C. Macedoniani* aut *Vellejani* opponi poteſt, non obſtante ſtatuto de quo ſuprà. Menoch. *loc. cit. num.* 38. Dec. *loc. cit.* Graff. *except.* 27. quia hæc dicitur potius defenſio. Idem dic de exceptione *Uſurarum*. Feder. de Sen. *conſ.* 96. *num.* 1. Menoch. *loc. cit. n.* 38. Borgnin. *dec.* 21. *n.* 82. *par.* 1. Dec. *loc. cit.* Graſs. *except.* 28. quia cauſa uſurarum eſt de foro Eccleſiaſtico, & ſtatuta Laicorum non poſſunt circa illam diſponere. DD. mox cit. & ex contractu uſurario non oritur obligatio, nec datur actio. Navar. *conſ.* 10. *n.* 1. *de uſur.* Vivius *dec.* 369. *n.* 19. Alex. *conſ.* 113. *vol.* 6. & DD. *in Clem.* 1. *de uſur.* Graſs. *loc. cit.* ubi qualiter probetur uſura; & an qui juravit ſolvere uſuras teneatur ſolvere præteritas. 47

Exceptio *Falſitatis* non cenſetur excluſa a ſtatuto rejiciente omnes exceptiones. Bart. *in L. Lucius. ff. ad Turpil.* Bald. *ad ſpeculat. tit. de execut. ſent. verſ. & nota. quod iſta exceptio*. Caſtr. *in L. ſi feriatis. ff. de fer.* Dec. *in d. cap. ex parte n.* 89. Menoch. *loc. cit. n.* 40. Gramm. *conſ.* 66. *n.* 9. *in civil.* præſertim ſi de falſitate poteſt in continenti conſtare per publ. inſtrumentum. Berous *in cap. Item cum quis. De reſtit. ſpol.* aut ſi inſtrumentum eſset evidenter falſum. Jaſ. *conſ.* 85. *col.* 2. *lib.* 1. Maſcard. *de prob. concl.* 739. *n.* 6. Caroc. *in trac. de depoſito quæſt.* 54. *part.* 3. Theſ. *dec.* 26. *n.* 15. Graſs. *except.* 29. *n.* 2. quia inſtrumentum falſum dicitur nullum. *L. Paulus. ff. de V. S.* Poteſt autem falſitas inſtrumenti per tres aut duos ſaltem teſtes etiam non deſcriptos in inſtrumento probari. DD. *in L. in exercendis. C. de fide inſtrum.* & *in L.* 1. §. *ſi quis neget. ff. quemadm. teſtam. aper.* Gramm. *loc. cit.* Graſs. *loc. cit. n.* 5. 48

Quæ-

49 Quæres an credatur Notario afferenti ſe feciſſe falſum inſtrumentum? Dicendum quod non in præjudicium tertii, quamvis Notarius eſſet conſtitutus in articulo mortis. Caſtr. *in L. ſeja. ff. ad Vellejan.* Bart. *in L. ſi quis in gravi* §. 1. *ff. ad ſyllan.* Bald. *in L. generaliter in ult. not. C. de non num. pecun.* ubi Salyc. Ang. *in L. errore. C. de teſtib.* Natta *conſ.* 124. *num.* 15. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 173. *num.* 81. *lib.* 2. & alii apud Graſſ. *except.* 29. *n.* 6. Et falſitas in una parte inſtrumenti ſi eſt in ſubſtantialibus reddit nullum totum inſtrumentum, ſecus ſi eſt falſum in acceſſoriis. Innoc. *in cap. fraternitatis de hæret.* Speculat. *in tit. de inſtrum. edit.* §. *inſtrumentum. verſ. quid ſi aliquod inſtrumentum.* Gabr. *de malef. concluſ.* 3. *n.* 1. Graſſ. *l. c. n.* 13.

50 Exceptio *rei non exiſtentis* non cenſetur rejecta a ſtatuto. Dec. *l. c. n.* 90. Aſinius *in pract.* §. 31. *cap.* 49. Menoch. *de præſ. loc. cit. nu.* 41. Magon. *deciſ. Lucen.* 69. *n.* 23. Graſſ. *except.* 30. Item exceptio *reſolutionis contractus.* Graſs. *except.* 31. *ubi DD.*

51 Exceptio moratoria, guidatica, vel quinquennalis dilationis non cenſetur excluſa a ſtatuto rejiciente omnes exceptiones. Dec. *conſ.* 352. *n.* 8. Caſtr. & Jaſ. *in L. fi. n.* 21. *ff. qui ſatisdare cog.* Surd. *conſ.* 299. *num.* 16. Ratio eſt, quia Princeps poteſt derogare ſtatutis, ea tollere, & alterare. Bald. *in L. qui ſe patris. col.* 8. *verſ. & ſuas. C. unde lib.* Graſs. *except.* 32. quia poteſt concedere debitoribus dilationem ad ſolvendum. *L.* 2. *C. de precib. Imper. offer.* Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 70. *n.* 1. Quod in debitis non juratis eſt certum. Hæ autem dilationes moratoriæ a Principe conceſsæ an extendantur ad debita jurata, controvertitur, negativam tenent Alex. *conſ.* 38. *n.* 5. *vol.* 3. Nevizan. *conſ.* 59. *n.* 15. Felin. *in cap. conſtitutus n.* 20. *De reſcript.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 337. *n.* 19. Marcheſ. *de commiſ. ſeu reſcript. comm.* 4. *cap.* 1. *n.* 28. Surd. *conſ.* 299. *n.* 14. *lib.* 2. Theſ. *dec.* 186. *n.* 4. & plurimi alii apud Graſs. *excep.* 32. *nu.* 5. quia Princeps ſæcularis concedens ejuſmodi moratorias non poteſt remittere juramentum, nec diſpenſare circa contractus juratos, ſed hoc ſpectat ad Papam. *cap. venerabilem. De elect. cap. novit. de Jud.* Surd. *l. c.* Natta *conſ.* 233. *num.* 1. Alex. *conſ.* 27. *vol.* 1. Hoſtien. *in cap. quanto de jurejur.* Gramm. *dec.* 12. *n.* 3. & plures apud Graſs. *l. c.* Neque Papa ſi non facit expreſsam mentionem, videtur velle derogare juramento *cap. conſtitutus. De reſcript. cap. cum non deceat. & ibi gl. in verb. effectus. De elect. in* 6. Innoc. *in cap. cum inter. De jurejur.* Abb. *in cap.* 1. *num.* 7. *De iis, quæ fiunt a majo. parte Capit.* Marcheſ. *l. c.* & alii apud Graſs. *loc. c. nu.* 7. ſed contrariam defendunt alii propter conſuetudinem, & quia ita practicatur a Principibus, qui moratorias dant etiam in debitis juratis, uti teſtatur Boer. 296. *num.* 5. Surd. *conſ.* 299. *num.* 15. *libr.* 2. Theſ. *dec.* 186. *nu.* 6. ea ratione, quia juramentum ſemper intelligitur præſtitum ſalva authoritate ſuperioris. *L. fin. ubi Alex. numer.* 2. *ff. qui ſatisdare cog.* Surd. *loc. cit.* Burſat. *conſ.* 334. *n.* 14. *lib.* 3. Graſs. *loc. cit. n.* 11. adſtipulatur negativæ ſententiæ, ſi fuit juratum in ſpecie de non opponenda moratoria, ſecus ſi ſimpliciter tantum de ſolvendo. Et quid debeat narrare qui vult impetrare moratoriam, ut valeat impetratio, tradit Graſs. *loc. cit. n.* 17. *& ſeq.*

52 Quæres 1. An Princeps ſæcularis poſſit concedere Moratoriam illi, qui debet Eccleſiæ? Reſponſio eſt negativa, quia Princeps Laicus nihil poteſt ſtatuere circa res Eccleſiaſticas, nec de illis ullo modo diſponere. Gl. *in cap. fin. vera. Laici & Princeps. De reb. Eccleſ. non alien.* Redoan. *in tract. de reb. Eccleſ. non alien. q.* 4. *numer.* 7. Menoch. *de arbitr. caſ.* 203. *num.* 20. Graſs. *loc. c. n.* 35.

53 Quær. 2. An dilatio conceſsa principali debitori proſit etiam ejus fidejuſsoribus? Reſpondetur negative, ſi non fuerunt in ſupplicatione expreſse nominati. Bald. & Salyc. *in L. quoties. C. de precib. Imper. offer.* Bart. *in L. filiuſf.* §. *ſi ſtipulatus ſum. n.* 2. *ff. de V. O.* Menoch. *loc. cit. num.* 26. Marcheſ. *loc. cit. numer.* 25. quia conceſſio eſt perſonalis, niſi conceſſio alias foret inutilis, quia ne ſit inutilis, extenditur etiam ad fidejuſsores, ſicut etiam ſi dilatio fuit conceſſa motu proprio, præſumitur tamen conceſsa ad inſtantiam partis. Graſs. *loc. cit. num.* 45. Et quia dilatio ſolet eſse perſonalis, non tranſit ad hæredes debitoris. Talis vero moratoria incipit currere a die Datæ. Guido Pap. *dec.* 109. & alii apud Graſs. *loc. cit. num.* 48.

54 Porro debitor, qui obtinet moratoriam, tenetur ſatisdare de ſolvendo in fine dilationis. *L. univerſa C. de precib. Imper. offer.* Natta *conſ.* 591. *n.* 1. *lib.* 3. Afflict. *dec.* 378. *num.* 1. Marcheſ. *loc. cit. commiſ.* 4. *cap.* 1. *n.* 7. Guido Papa *dec.* 109. & alii, quos citat Graſs. *loc. cit. num.* 97. quamvis in moratoria remitttatur talis cautio. Caſtr. Bald. Fulgoſ. Salyc. & Gl. *in L. univerſa. C. de precib. Imper. offer.* ubi etiam Jaſ. *num.* 15. Afflict. *loc. cit. num.* 3. Graſs. *numer.* 98. niſi in reſcripto adeſset clauſula, *Non obſtante*, quam tamen cautionem debitor dare non tenetur, niſi petatur a creditoribus. *L. ſi quis filium.* §. *ſtipulatio ff. de collat.* Brun. *in tract. de ceſſione bonor. quæſt.* 21. *num.* 2. Surd. *conſ.* 124. *nu.* 1. *&* 2. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 26. *num.* 33. *vol.* 4. Graſs. *loc. cit. num.* 101. Et ſi debitor non invenit propter ſuam paupertatem fidejuſsores, admittitur ad cautionem juratoriam, juxta *L. omnes.* ubi Bald. *C. de Epiſc. & Cler.* Staphyl. *in tract. de litteris juſt. cap. ulterius pro declaratione. n.* 12. Marcheſ. *d. commiſ.* 4. *cap.* 1. *num.* 11. Ludovic. *dec. Peruſ.* 63. *n.* 6. Graſs. *d. except.* 32. *n.* 19. *& ſeq.*

55 Quæres ult. ſi Debitor non vult præſtare cautionem de ſolvendo in fine dilationis, ſed vult dare pignora ſufficientia, erit ne admittendus ad uſum dilationis moratoriæ? Reſpondetur affirmative, quia, qui tenetur dare fidejuſsores, liberatur dando pignora ſufficientia. Bart. *in L. plus cautionis.* ubi Dec. *n.* 3. *ff. de R. J. & in L.* 1. *ff. qui ſatisdare cog.* quia major eſt cautio pignorum, quam fidejuſsorum. §. *furti. inſtit. de act. quæ ex delicto.* Ludovic. *deciſ. Periſ.* 63. *num.* 14. Graſs. *loc. cit. n.* 123. & DD. apud illum.

56 Sequitur exceptio *conditionis non implte*, quæ non cenſetur rejecta a ſtatuto rejiciente omnes exceptiones contra inſtrumentum publicum. Alex. *conſ.* 119. *vol.* 1. & DD. apud Graſs. *except.* 33. quia debitor ſub conditiones non dicitur proprie debitor, & lex loquens de Debitore non comprehendit debitorem ſub conditione. Aſinius *de execut. cap.* 2. *num.* 22. *&* §. 2. *cap.* 26. & pendente conditione debitum non dicitur ineſse. Decian. *conſ.* 3. *n.* 43. *lib.* 1. Rol. *conſ.* 29. *n.* 16. *lib.* 4. Cephal. *conſ.* 767. *n.* 7. *lib.* 1. Honded. *conſ.* 73. *nu.* 102. & pendente conditione ceſsat omnis obligatio. *cap. fin. de ſponſal. in* 6. nec datur actio. *L. neceſſario.* §. *quod ſi pendente. ff. de peric. & com. rei vend.* Bald. *in L. ſi prædium. n.* 8. *C. de ædil. edic.* Menoch. *conſ.* 60. *n.* 48. *lib.* 1. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gl.* 2. *nu.* 21. *& gl.* 10. *nu.* 50. Surd. *conſ.* 186. *n.* 12. *lib.* 2. Cephal. *conſ.* 311. *num.* 7. Graſs. *d. except.* 33. *num.* 9. Covar. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 11. *n.* 2. qui dicit, quod prius debet conſtare Judici citato reo, quod evenerit conditio, antequam fiat executio, & probat ex *L. hoc jure. ff. de V. O.* & eventus conditionis debet probari ab Actore, qui in illa ſe fundat. Cephal. *conſ.* 667. *numer.* 43. *libr.* 5. Honded. *conſ.* 34. *num.* 6. Natta *conſ.* 676. *numer.* 7. *lib.* 4. Magon. *dec. Lucen.* 21. *numer.* 16. Rimin. jun. *conſ.* 126. *num.* 31. *lib.* 2. Graſs. *loc. cit. numer.* 15. neque ſufficit præſumptiva probatio, ſed debet vere probari. Berous *conſ.* 19. *num.* 14. *& conſ.* 90. *numer.* 4. *vol.* 3. Ruin. *conſ.* 68. *num.* 18. *lib.* 1. Cephal. *conſ.* 441. *numer.* 88. *vol.* 3. Cavalc. *deciſ.* 46. *num.* 23. *lib.* 1. Graſs. *loc. cit. num.* 16. & conditio debet adimpleri in forma ſpecifica, & non ſufficit fuiſse impletam per æquipollens. DD. *cit.* niſi conditio eſset neceſsaria, quia tunc poſſet impleri per æquipollens. Pariſ. *conſ.* 74. *nu.* 6. *lib.* 3. Cephal. *conſ.* 312. *n.* 143. Magon. *loc. cit.* Rimin. jun. *conſ.* 37. *numer.* 3. *lib.* 1. Si vero conditio habet tractum ſucceſſivum & exigentem perſeverantiam, non ſufficit adimpleri, ſed debet durare adimplementum. *L. ſi quis ita legaverit. ff. de cond. & demonſtr.* Berous *conſ.* 27. *nu.* 14. *lib.* 2. Alex. *conſ.* 53. *num.* 12. *lib.* 6. Rimin. jun. *conſ.* 112. *num.* 99. *lib.* 2. Hond. *conſ.* 29. *num.* 84. *lib.* 1. Et ſi ſtat per eum, in cujus incommodum debet adimpleri conditio, quo minus adimpleatur, habetur pro impleta. *cap. cum non ſtat. de R. J. in* 6. ubi Gl. Bart. *in L. jure civili. ff. de cond. & demonſtr.* Natta *conſ.* 283. *n.* 5. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 156. *nu.* 5. *lib.* 2. Vivius *dec.* 383. *n.* 1. Graſs. *loc. cit. n.* 22.

57 Exceptio *reſtitutionis in integrum* non cenſetur ſublata a ſtatuto ut ſupra. Bald. *in* L. *in cauſa. ff. de minor.* Socin. ſen. *conſ.* 242. *&* 299. *n.* 5. *lib.* 2. Cephal. *conſ.* 53. *n.* 23.

num. 23. *lib.* 1. Rol. *conſ.* 68. *nu.* 33. *lib.* 3. Oddo *de reſtit. in integr. par.* 1. *quæſt.* 42. *num.* 26. *& quæſt.* 15. *num.* 35. Honded. *conſ.* 18. *num.* 84. *lib.* 1. Nevizan. *conſ.* 17. *num.* 7. Menoch. *de præſ. lib.* 2. *præſ.* 48. *num.* 42. Bald. *de præſcript. in* 4. *par.* 4. *par. princ. quæſt.* 29. *num.* 5. Graſſ. *except.* 34. quia verba Legis aut ſtatuti, aut pacti quamvis generalia nunquam tollunt beneficium reſtitutionis in integrum, neque illi derogant, niſi de illo fiat ſpecialis mentio. Bald. *conſ.* 236. *lib.* 1. Honded. *conſ.* 18. *num.* 82. *&* 83. Jaſ. *in L. ſi infanti. num.* 17. *C. de Jure deliber.* Ruin. *conſ.* 35. *num.* 35. *lib.* 1. Craveta *conſ.* 201. *num.* 35. *lib.* 1. Cephal. *conſ.* 3. *numer.* 129. *lib.* 1. Oddo *loc. cit. quæſt.* 15. *art.* 6. qui ait ad hoc, ut hæc excludatur debere fieri ſpecialem mentionem, admittitur autem hæc exceptio, ſi de illa fuerit exceptum ante cœptam executionem, non vero poſtea. *DD. in cap. ſciſcitatur de integr. reſtit.* Oddo *loc. cit. quæſt.* 42. *art.* 6. niſi tamen reſtitutioni in integrum fuerit renuntiatum cum juramento. Oddo *de reſtit. in integr. quæſt.* 26. *per totam*, ubi quod non ſufficiat renuntiatio generalis, *omni Legum auxilio*, ſed requiratur ſpecialis. Oddo *loc. cit. quæſt.* 26. *art.* 1. *num.* 3. Bald. *in L. ſi minor.* §. *minor. ff. de minor.* Graſſ. *except.* 34. *n.* 7. quia in generali ſermone non veniunt ea, quæ requirunt ſpecialem mentionem, uti reſtitutio in integrum.

Hæc tamen exceptio *reſtitutionis in integrum* non admittitur, ſi opponitur adverſus executionem trium conformium. Bald. *in L.* 1. *C. ne liceat tertio provoc. & DD.* apud Graſſ. *loc. cit. num.* 16.

58 Exceptio, quæ perimit actionem ipſo jure, non videtur excluſa a ſtatuto rejiciente omnes exceptiones. Bald. *in L. ſi non ſortem.* §. 1. *num.* 4. *&* 5. *ff. de condict. indeb. & in L.* 2. *C. de execut. rei jud.* Imol. *in L. fin. col.* 8. *ff. a quib. appell. non lic.* talis exceptio eſt pacti de non petendo, aut in acceptilatione; quia ejuſmodi exceptiones æquipollent exceptioni ſolutionis. *L. ſi quis obligatione. ff. de R. J.* Bart. & Jo. de Imol. *in L. Aquil. ff. de donat.* Alex. *in L. creditori. C. de pact.*

Exceptio, quod inſtrumentum eſt illiquidum, non excluditur a ſtatuto. Bald. *in L.* 2. *nu.* 2. *C. de execut. rei jud.* Socin. *conſ.* 51. *lib.* 1. Craveta *conſ.* 231. *num.* 9. *lib.* 2. Surd. *dec.* 23. *per tot.* quia ſtatutum ſemper intelligitur de inſtrumentis liquidis; quia, cum ſtatuta ſint correctoria juris communis, debent ſtricte interpretari. Socin. jun. *conſ.* 181. *num.* 78. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 323. *col.* 2. Berous *quæſt.* 57. Menoch. *de arbitr. caſ.* 17. *n.* 2. ſermo eſt, quando liquidatio requireret altiorem indaginem, ſecus ſi poſſet in continenti liquidari; quia tunc inſtrumentum haberetur pro liquido. Dicitur autem poſſe in continenti liquidari, ſi liquidatio poteſt fieri intra tempus datum ad ſolvendum. Alex. *conſ.* 166. *num.* 5. *lib.* 2. Oſaſc. *dec.* 92. *n.* 36. Decian. *conſ.* 93. *num.* 23. *lib.* 3. Menoch. *de adipiſc. rem.* 5. *num.* 59. ad quam tamen liquidationem eſt neceſſaria partis citatio. Covar. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 11. *nu.* 2. *verſ. in ſumma.* Graſſ. *loc. cit. n.* 8. 9. *&* 10.

59 Exceptio proveniens ex facto Adverſarii non cenſetur excluſa a ſtatuto. *L. qui officii.* §. *fin. ff. de contrah. empt. L. cum proponas. C. de naut. fœn.* Socin. ſen. *conſ.* 27. *num.* 32. *lib.* 4. Dec. *conſ.* 230. *col.* 2. Aſinius *in pract.* §. *fin. n.* 56. Neque cenſetur excluſa per renuntiationem omnium exceptionum, tenet Maſcard. *de prob. concluſ.* 1264. *n.* 34. Rol. *conſ.* 95. *n.* 38. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 19. *n.* 54. *lib.* 3. & alii apud Graſſ. *except.* 37. *per tot.*

60 Exceptio proveniens ex inhabilitate perſonæ contrahentis, uti ſi contrahens fuit minor, aut furioſus tempore contractus, non videtur excluſa a ſtatuto rejiciente omnes exceptiones. Seraph. *de privil. juram. privil.* 77. *n.* 84. Caſtr. *in L.* 1. *nu.* 6. *ff. de conſtit. pecun.* Jo. And. in addit. ad Specul. *in tit. de ſent.* §. *ut autem.* & alii apud Graſſ. *except.* 38.

61 Exceptio, quæ provenit ex defectu formæ, non cenſetur excluſa a ſtatuto rejiciente omnes exceptiones contra inſtrumentum. Bart. *in L. Divus. num.* 1. *ff. de teſtam. milit.* Intrigliol. *conſ.* 2. *n.* 87. Graſſ. *except.* 39. ratio eſt, quia forma non ſervata corruit actus & redditur nullus. Rol. *conſ.* 30. *num.* 16. *vol.* 4. licet eſſet modicus defectus formæ.

62 Exceptio, quod dies ſolutionis nondum advenit, poteſt opponi non obſtante ſtatuto aut pacto rejiciente omnes exceptiones. Caſtr. *conſ.* 327. *num.* 2. *vol.* 2. Imol. 136. Cephal. *conſ.* 387. *n.* 21. *&* 22. Alex. *conſ.* 95. *num.* 1. *vol.* 1. Graſſ. *except.* 41.

Denuntiatio evangelica nunquam cenſetur excluſa a ſtatuto. Bald. *in auth. Clericus. C. de Epiſc. & Cler.* Berous *in cap. item cum quis. nu.* 37. *De reſtit. ſpol.* Aſinius *in pract.* §. 31. *cap.* 34. *n.* 8. Menoch. *de præſ. lib.* 2. *præſ.* 48. *n.* 44. *&* 45. Graſſ. *except.* 42. 63

Exceptio *non numeratæ pecuniæ* poteſt opponi non obſtante ſtatuto rejiciente omnes exceptiones infra biennium tantum non obſtante juramento. Jaſ. *in leg. qui pecuniam num.* 7. *ff. ſi cert. pet.* Fel. *in cap. ſi cautio. n.* 47. *De fide inſtrum.* Gomez *var. reſ. de contrac. cap.* 6. *n.* 3. Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 84. *L. fin. C. de non num. pecun.* Seraph. *de privil. juram. privil.* 60. *n.* 18. ubi quod debet petere abſolutionem a juramento. Graſſ. *except.* 43. *per tot.* 64

Tandem exceptio quod obligatio fuit facta ſine cauſa, non cenſetur excluſa a ſtatuto. Seraph. *de privil. juram. privil.* 77. *n.* 67. Alex. *conſ.* 77. *nu.* 15. *vol.* 3. Cephal. *conſ.* 108. *num.* 1. *vol.* 1. & alii plures apud Graſſ. *except.* 40. *per totam.* 65

§. IV.

Miſcellanea de Exceptionibus.

Exceptio dupliciter poteſt opponi; civiliter, & criminaliter. Civiliter, ad elidendam accuſatoris intentionem, criminaliter, ut pœna illi infligatur. Clar. *in* §. *fin. q.* 19. *num.* 2. Scacc. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 75. *num.* 2. & tunc debet exprimi tempus, & locus objecti criminis. Clar. ut ſupra *ſub n.* 3. *& q.* 12. *n.* 10. *&* 11. & Bart. *in L.* 1. *n.* 8. *ff. de except.* Boer. *deciſ.* 321. *nu.* 2. & an probata exceptione poſſit Judex ferre ſententiam criminalem, ſi exceptio fuerit civiliter oppoſita. vide Clar. *loc. cit.* 66

Exceptio *perjurii* impedit proceſſum ad ulteriora, & facit, quod perjuriis non audiatur, & eſt proceſſus annullativa, ac repellit ab agendo. *arg. L. ſi quis major.* 41. *C. de tranſact.* Riccius *in prax. part.* 3. *reſ.* 251. Scacc. *de Jud. lib.* 2. *cap.* 2. *q.* 1. *caſ.* 1. *n.* 114. Mareſc. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 121. *n.* 83. Speculat. *in tit. de actore. n.* 16. 67

Mandati, eſt peremptoria, & poteſt opponi in quacunque parte judicii. *arg. cap. in noſtra, in fin. de procurat. L. licet. ff. de judic.* DD. apud Vantium *de nullit. ex defect. inhabil. ſeu mandati. nu.* 59. & alii apud Scacc. *lib.* 1. *cap.* 101. *n.* 36. *& ſeq.* 68

Rei judicatæ, ſicut omnis alia proceſſus impeditiva, tollitur tranſitu ad ulteriora. Bart. & Bald. in *L. a procedente. Cod. de dilat.* Abb. *in cap. cum ſuper. n.* 9. *de offic. deleg.* Ciarl. *contr. for. cap.* 13. *nu.* 16. cum pars tacendo acquieviſſe videatur. Non relevat, niſi concurrat identitas perſonarum, & cauſæ. Ciarl. *cap.* 5. Et ſi eſt facta in judicio ſummario, obſtat in ordinario. Fachin. *lib.* 10. *contr. jur. cap.* 80. 69

Dilatoria ſolutionis poteſt opponi etiam poſt litem conteſtatam. Bart. *in L. exceptionem. Cod. de probat.* Felin. *in cap. exceptionem. de except.* Scacc. *de Jud. l. c. num.* 61. 70

Patenter caluminoſa, eſt rejicienda. Talis dicitur, cum non ſervit cauſæ deciſioni. Eccleſ. *obſ.* 52. *num.* 8. *& ſeq. cap. licet cauſam. de probat.* Maſcard. *de prob. concl.* 253. Afflict. *dec.* 351. *num.* 7. alias eſt in arbitrio, an velit admittere calumnioſam, quæ non eſt talis patenter. Innoc. *in cap. poſt elect. de conceſſ. præb.* Alex. *conſ.* 65. *num.* 5. *lib.* 1. Menoch. *de recup. rem.* 15. *num.* 333. apud Eccleſ. *loc. cit. num.* 9. ſi id facit ex vehementi præſumptione. 71

Perjurii, poteſt opponi uſque ad ſententiam. Ciarl. 122. *n.* 11. Innoc. *in cap. conſtitutus. de reſcript.* & Gemin. *in cap.* 1. *col.* 4. *de lit. conteſt.* Bart. *in L. eleganter.* §. *ſi quis poteſt. n.* 6. *ff. de cond. indeb.* Coccin. *dec.* 268. *nu.* 5. Farin. *dec. poſthum.* 54. *n.* 2. *part.* 2. ubi Rota. 72

Non implementi, repellit agentem in contractibus ultro citroque obligatoriis. Eccleſ. *obſ. for.* 118. *n.* 6. Poteſt opponi etiam, quando ſtatutum prohibet exceptiones. Pajatel. *annot.* 7. Cravetta *conſ.* 151. *num.* 10. Rol. *conſ.* 53. *n.* 32. *lib.* 1. Cephal. *conſ.* 407. *n.* 18. Ludoviſ. *dec. Peruſ.* 50. *n.* 3. *& dec. Lucen.* 2. *n.* 3. Menoch. *de præſ. lib.* 2. *præſ.* 48. *n.* 15. Graſſ. *except.* 13. *n.* 7. 73

Exceptio, alia eſt emergens, & dicitur illa, quæ poſt litem motam eſt orta, alia incidens, quæ ante litem motam eſt orta, alia incidens, quæ ante litem motam fuit. Bart. & gloſſ. in *L. quod juſſit. ff. de re jud.* 74

jud. Capon. *decis. for.* 352. Opposita ad unum finem, ad alium non prodest. Rot. *dec.* 256. *num.* 3. *p.* 2. *rec.* Bich. *dec.* 82. *num.* 6. Debet esse clara, sicut actio, & in specie proponi. *L. scire. §. scire autem oportet. ff. de excusat. tut.* Felin. *in cap. pastoralis. num.* 13. *de except.* Bald. *in L.* 1. *num.* 44. *Cod. unde vi.* Bich. *dec.* 301. *num.* 6. Manento *dec.* 15. *num.* 45.

75 *Non implementi*, non est probanda per possibile, sed concludenter, cum in ea excipiens sit actor. *L.* 1. ubi Bart. *ff. de except.* Paris. *cons.* 45. *lib.* 1. *num.* 2. Rot. apud Bich. *dec.* 156. *num.* 22. maxime si apparet omnia promissa fuisse observata per æquipollens Mantic. *dec.* 270. *num.* 3. Seraph. *dec.* 1243. *num.* 2. & exceptio non implementi respectu unius capituli, non retardat executionem quoad alia capitula separata ejusdem contractus. Surd. *cons.* 101. *num.* 107. Burat. *dec.* 571. *num.* 2. Bichius *dec.* 391. *num.* 16.

76 Exceptio juris dubii æquiparatur exceptioni facti, sicut etiam in quo adsunt hinc inde opiniones. Capyc. *dec.* 10. *num.* 19. Scraph. *dec.* 271. *num.* 6. Rot. apud Statil. *de salv. interd. dec.* 64. *num.* 6. idem Statil. *inspect.* 2. *cap.* 2. *num.* 85. & ideo tanquam requirens altiorem indaginem non retardat judicium executivum associationis, & obligationis cameralis. Bich. *dec.* 391. *num.* 26. neque retardat executionem litterarum cambii. Bich. *decis.* 501. *num.* 13. Scacc. *de camb. §.* 7. *gl.* 4. *num.* 1. & universaliter non admittitur. Post. *de manut. obs.* 42. *nu.* 44. Ciarl. *cap.* 114. *num.* 18. Gratian. *disc. for.* 926. *num.* 27. Limit. si exceptio otiretur ex ventre ipsius instrumenti obligationis Cameralis. Cassad. *dec.* 19. *num.* 1. & 6. *de rescr.* Bich. *dec.* 196. *num.* 30. Seraph. *dec.* 430. *num.* 5. Maresc. *lib.* 2. *var. res. cap.* 12. etiam propter enormissimam læsionem, nisi in continenti possit probari. DD. apud Sperel. *dec.* 83. *n.* 21. 22. & 23.

77 *Nullitatis census* non admittitur in sumariissimo, sed rejicitur ad petitorium. Seraph. *dec.* 1471. *a num.* 5. Bich. *dec.* 589. *nu.* 17. Cavaler. *dec.* 8. *num.* 4. Merlin. *dec.* 57. *nu.* 9. sicut etiam exceptio *non juris* rejicitur ad petitorium, nisi fuerit in continenti probata; tunc enim manutentionem non retardaret. Bich. *dec.* 128. *num.* 18. Rot. *dec.* 3. *de rest. spol. in novis.* & *dec.* 698. *num.* 3. *p.* 2. *rec.* & *dec.* 876. *num.* 7. coram Burat. Seraph. *dec.* 876. *num.* 2. Postius *de manut. obs.* 42. *num.* 137. & 155. ita *dominii* in judicio manutentionis rejicitur ad petitorium. Bart. *in L. naturali. §. nihil commune. num.* 3. *ff. de acquir. poss.* Natta *cons.* 419. *num.* 5. Menoch. *de retin. remed.* 3. *num.* 675. Rota apud Post. *dec.* 201. *num.* 6. Bich. *dec.* 621. *num.* 19. nisi probetur in continenti per partis confessionem, vel rem judicatam. Seraph. *dec.* 555. *num.* 8. Burat. *dec.* 360. *num.* 7. Addend. ad Gregor. 15. *dec.* 107. *num.* 5. Ita nullitatis optionis, si non est omnino clara, non retardat manutentionem illi, qui optavit. Bichius *decis.* 219. *num.* 11. *Obreptionis*, quando est turbida, rejicitur ad petitorium, & interim possessor manutenetur in Beneficio. Burat. *dec.* 540. *nu.* 17. Mohedan. *dec.* 11. *ut lit. pend.* Rot. apud Bichium *dec.* 461. *num.* 24. sicut non retardat gratiosam subrogationem. Mantic. *dec.* 71. *num.* 9. & alii apud Argel. *dec. acquir. poss.* q. 18. *num.* 31. Ut possit tardare immissionem gratiose subrogato, debet in continenti probari. Rot. *dec.* 200. *num.* 6. *p.* 4. *rec. tom.* 2. apud Bichium *dec.* 405. *num.* 15.

78 Exceptio *anterioris hypothecæ* non excludit ipso Jure posteriorem creditorem, tacente creditore anteriore. Bich. *dec.* 115. *num.* 11. nec potest allegari a tertio, nisi anteriori solvisset. Thes. *dec.* 4. *num.* 8. Surd. *cons.* 98. *num.* 11. Rot. apud Bich. *loc. cit. num.* 12. & 13. & multo minus retardat immissionem actoris.

79 *Creditoris anterioris* repellit creditorem posteriorem agentem ex Salviano interdicto. Bich. *dec.* 144. *n.* 15. juxta *L.* 2. *ff. qui pot. in pign.* Rot. *dec.* 74. *num.* 11. & *dec.* 176. *num.* 6. apud Statil. *de Salvian.* Sicut exceptio fideicommissi anterioris, obstat petenti immissionem ex fideicommisso posteriori. Bichius *dec.* 112. *nu.* 4. Rot. *dec.* 34. *num.* 1. & *dec.* 151. *num.* 2. *p.* 7. *rec.* Fusar. *de substit. q.* 622. *num.* 1. si est omnino clara. Seraph. *dec.* 200. *num.* 6. Burat. *dec.* 853. *num.* 4. Bich. *dec.* 310. *num.* 37.

80 Exceptio *fideicommissi*, rejicitur in judicio Salviano, quoties ultimus status stat pro libertate bonorum. Bichius *dec.* 496. *num.* 15. ubi Rot. *dec.* 387. *num.* 3. & *dec.* 559. *num.* 7. *p.* 1. *rec.*

Juris tertii, quando est exclusiva juris agentis, allegari potest a tertio. Castr. *cons.* 77. *num.* 6. *lib.* 2. Aym. *cons.* 144. *num.* 25. Surd. *cons.* 213. *num.* 16. Rot. *dec.* 277. *num.* 7. & *dec.* 438. *num.* 3. *p.* 1. *rec.* & *dec.* 415. coram Gregor. 15. ubi Addend. *numer.* 6. Bart. *in L. commodare. num.* 2. *ff. commod.* Socin. *in L.* 2. *num.* 6. *ff. de except. rei judic.* Barb. *in L. viro, atque uxore. num.* 24. *ff. solut. matr.* Menoch. *de adipiscend. rem.* 4. *num.* 595. Burat. *dec.* 257. *num.* 13. Item a possessore, cum dicta exceptio jus proprium includat, & tendat ad possessionem suam tuendam. Surd. *cons.* 557. Rot. *dec.* 277. *num.* 3. & *dec.* 438. *num.* 3. *p.* 1. *rec.* Gregor. 15. *dec.* 415. *num.* 4. ubi Addend. *num.* 6. Bichius *dec.* 36. *num.* 8. & 533. *num.* 21. Eadem exceptio juris tertii opponi nequit, antequam tertius declaravit, quod eo jure uti velit. Bart. *in L.* 2. *num.* 1. ubi Socin. *num.* 8. *ff. de except. rei jud.* Thes. *dec.* 4. *nu.* 3. Rot. *decis.* 22. *num.* 4. *p.* 1. *diverf.* Bich. *dec.* 65. *num.* 19. 81

Exceptio *læsionis*, utpote respiciens petitorium, non admittitur in judicio summariissimo manutentionis. Bich. *dec.* 648. *nu.* 26. Gregor. 15. *dec.* 120. *num.* 17. Burat. *dec.* 778. *num.* 15. sicut etiam exceptio *consumptionis* detractionum requirens altiorem indaginem, non impedit immissionem hæredis, sed post illam discutienda est. Bich. *dec.* 612. *n.* 23. & 24. Surd. *cons.* 252. *num.* 16. 82

Non numeratæ dotis opponi non potest Viduæ, nec ab hæredibus, nec a creditoribus illius, si constat de præcedente promissione dotis, quæ tollit præsumptionem simulationis, vel animi donandi in fraudem legis. Seraph. *dec.* 795. *nu.* 1. Bich. *dec.* 131. *nu.* 6. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus. fin. gl. un. num.* 35. Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 7. *n.* 6. Maresc. *var. res. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 13. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *disp.* 9. *n.* 10. 83

Non numeratæ pecuniæ potest tolli per statutum. Menoch. *de arbitr. cas.* 199. Fachin. *lib.* 2. *contr. jur. cap.* 84. habet locum etiam inter mercatores. Fachin. *loc. cit.* post biennium regulariter excluditur. Limit. quoad Civitatem, cui illa perpetuo competit. Fachin. ut supr. *cap.* 81. non potest opponi, si adest pactum de non petendo, aut geminata confessio. Paschal. *de patr. pot. part.* 1. *cap.* 8. *n.* 90. Natta *cons.* 196. Pajatel. *exped.* & *annot.* 11. *n.* 10. & 19. Competit etiam in confessione jurata. Mascard. *de prob. concl.* 695. Pajatel. *loc. cit.* vide in praxi numerationis. 84

Melioramentorum opposita a tertio possessore rei litigiosæ, non impedit executionem rei judicatæ, nisi fuerit oppositа ante sententias, vel saltem in termino citationis *ad videndum relaxari mandatum pro executione rei judicatæ.* Bichius *dec.* 153. *num.* 17. Post *de manuten. obs.* 12. *num.* 49. Mantic. *decis.* 145. *num.* 2. Peregr. *de fideicom. art.* 50. *num.* 81. Fusar. *de substit. q.* 672. *num.* 17. vid. verb. *melioramenta.* 85

Attentatorum suspendit sententiæ executionem; quia illa inprimis purgari debent, & ante omnia. Maresc. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 121. *num.* 57. ubi citat Rotam. *dec.* 1. *de ord. cognit. in antiq.* & *cap. non solum. de appell. in* 6. Caputaq. *dec.* 231. *lib* 1. *in manuscript.* etiam respectu fructuum non liquidorum, nisi notorie constet de non jure petentis, uti cum sententia transiit in judicatum. Cassador. *dec.* 3. *de restit. spol.* vel ubi in actis constat de appellationis desertione. Lancell. *de attent. par.* 2. *cap.* 12. *ampl.* 1. *num.* 21. & *ampl.* 17. *n.* 15. & *seq.* 86

Rei non traditæ retardat executionem contra instrumentum. Mangil. *de eviction. quæst.* 98. *num.* 5. Ecclesia *obs. f.* 118. *num.* 6. Graff. *except.* 13. *num.* 7. Gratian. *disc. for. cap.* 411. ubi Ant. de Luca. Et illa, de qua fuit cognitum in causa, non admittitur in executione sententiæ. Ciarlin. *controv. for. cap.* 49. *nu.* 31. vid. *Executor.* An transeat in singularem successorem. vid. *Tertius. simulationis.* vid. *simulatio. Retentionis.* vid. *Jus retentionis. Nullitatis.* vid. *nullitas contra testes.* vide *Reprobatio.* 87

Solutionis, pacti, transactionis, & *rei judicatæ* suspendunt executionem, quamvis requirant altiorem indaginem. Graff. *de except. in except.* 25. *num.* 228. Gratian. *discept. for. cap.* 411. *num.* 25. Ecclesia *obs. for.* 118. *num.* 13. Coller. *de processu execut. cap.* 1. *par.* 4. quia sunt peremptoriæ. 88

Exceptio mere personalis non transmittitur. *L. exceptiones ff. de excep.* Lim. durante vita transmittentis. *L. si tibi. ff. de pact.* neque contra successorem singularem ex causa onerosa, nisi vellet uti accessione authoris, 89

secus

secus contra successorem singularem ex causa lucrativa. Vid. Noal. *de transmiss. cas.* 26. Speculat. *in tit. de except.* §. *viso. n.* 47.

Evictionis imminentis retardat executionem etiam obligationis cameralis, vide *obligatio.* Excussionis, vide *Debitor.*

90 *Rei non traditæ* transfert onus probandi in asserentem traditionem. vid. Conciol. *alleg.* 23. Magon. *dec. Lucen.* 11. *d.* 10. Osasc. *dec.* 51. *n.* 8. *& seq.* Graff. *de except.* 13. *n.* 12. *&* 17. Cyriac. *controv.* 327. *n.* 26. *&* 27. si tamen Reus excipit affirmative, secus si negative. Menoch. *de præs. l.* 6. *præs.* 14. *n.* 2. Surd *decis.* 649. *n.* 9. *Inepti libelli, litis pendentiæ & excussionis sunt dilatoriæ opponendæ ante litis contestationem.* Gail. *l.* 2. *obs.* 27. Scaccia & alii. *ll. cc.*

91 *Recusationis Judicis* debet proponi in principio causæ. *L. fin. Cod. de except.* Bart. *in L. quidam consulebant. ff. de re jud.* Mynsing. *cent.* 4. *obs.* 59. Carol. de Graff. *de except. excep.* 24. *nu.* 13. nisi causa suspicionis esset nova, vel de novo exorta, quia tunc potest proponi usque ad calculum ferendæ sententiæ. Felin. *in cap. causam quæ, de offic. deleg.* Decius *in cap. cum super. n.* 2. *eod.* Rebuff. *in tit. de recus. art.* 1. *gl.* 6. *n.* 2. apud Graff. *loc. cit.*

92 Quær. an dictæ exceptiones recusationis prohiberi possint a statuto? Resp. negative. Dec. *loc. cit.* Menoch. *de præs. l.* 2. *præs.* 48. *n.* 32. ratio est, quia Judicis recusatio dicitur defensio *in cap. cum inter. de except.* Franc. *in cap. postremo. num.* 2. *de appell. & in cap. pastoralis. num.* 20. *eod.* Bald. *in L. reos. num.* 36. *Cod. de accusat.* apud Graff. *loc. cit. except.* 24. *num.* 10. sicut neque a Principe potest tolli, si sumus in criminalibus, juxta Marches. *tr. de commission. seu rescriptis. commis.* 3. *c.* 1. *n.* 43. *& seqq.* quia recusatio est defensio proveniens a Jure naturali. *cap. quod suspecti, in fin.* 3. *q.* 5. *cap. secundo requiris.* ubi Franch. *n.* 6. *de appell.* Abb. *in cap. cum inter. numer.* 9. *de except.* si sumus in civilibus, Abb. *in cap. ad hæc, de rescr.* Felin. *in cap. cum inter. n.* 5. *de except.* & Philip. Franc. *in cap. postremo, de appell.* tenent, quod tolli possit a Principe. Lancellot. Corradus vero, apud quem Barbat. & alii, *in templ. Judic. l.* 1. §. 4. *de Imperat. tit. jus positivum tolli, n.* 6. dicit, quod contraria opinio sit honestior, & tutior, & eidem adhærendum, cui favere videtur Graff. *l. c. n.* 11. *in fine.*

93 Exceptio, *dolo petis, quod statim restituturus es,* non habet locum in Judicio spolii. Peregr. *cons.* 2. *n.* 62. *lib.* 1. Cyriac. *controv.* 389. *numer.* 16. Gail. *l.* 2. *obs.* 75. *num.* 4. *vers. locum non habet regula dolo facit.* Rota *in Rom. spolii.* 9. *Jun. coram Merlino. & in Assisien. spolii.* 26. *Jun.* 1613. coram Dunozeto. Seraph. *dec.* 804. *n.* 1. coram Coccino *dec.* 97. *nu.* 2. & coram Buratto *decis.* 731. *n.* 1. *&* 2. & coram Ludovis. *dec.* 105. *n.* 10. Rubeus *in annot. ad Rot. Rom. dec.* 420. *n.* 47. *p.* 4. *rec.*

94 Plura videri possunt apud eundem Graff. *in suo tract. de except.* & apud Pacem Jord. *l.* 14. *tit.* 23. maxime de dilatoriis, vel declinatoriis, quæ causam differunt, & regulariter proponi debent ante litis contestationem. *c. pastoralis, de except. cap. inter Monasterium, de re jud.*

95 Sed an exceptio *compensationis* dilatoria, sit proponenda ante litis contestationem, dubitatur. Affirmat Seraphin. *dec.* 227. *n.* 1. *&* *dec.* 383. *nu.* 8. Negat Statil. *de Salviano interdicto inspect.* 2. *cap. fi. nu.* 313. *& seq.* qui vult posse opponi in omni parte judicii etiam post sententiam. Pax Jord. *l.* 14. *tit.* 23. *de re judic. n.* 8. *& seq.* Et aliquæ peremptoriæ proponi possunt etiam ante litis contestationem, uti litis finitæ, judicatæ, transactæ. Specul. *de except.* §. 3. *n.* 34. *&* 36. Pax Jord. *loc. cit. nu.* 23. *vers. exceptiones.* Cæteræ vero peremptoriæ post litem contestatam sunt proponendæ, ante litem tamen contestatam protestandæ. Speculat. *loc. cit. nu.* 2. Pax Jord. *n.* 23.

96 Exceptio *metus* a statuto rejiciente omnes exceptiones non censetur excluſa; quia factum dici non potest, quod metu factum est, & actus metu factus jure naturali nullus est. Innocent. *in cap. quod sicut. de elect.* Decius *in cap. ex parte de officio Deleg.* ubi Felin. *n.* 10. Menoch. *de præsumpt. l.* 2. *præsumpt.* 48. *n.* 17. Bal. *in L. qui in carcerem. ff. quod metus caus.* Carol. de Graff. *de except. except.* 11. per totam; licet contractus metu gestus fuerit juratus. Dummodo metus sit gravis & cadens in constantem virum. Idem dic de metu reverentiali, si accesserunt minæ graves ab illo qui potest & solet exequi. Graffus *l. c.* vid. ver. *Metus.* Neque metus exceptioni renunciari potest in eodem instrumento in quo adest obligatio metu contracta; bene vero in alio instrumento, in quo cessat causa metus. Sperell. *dec.* 80. *n.* 14. Graff. *d. except.* 11. *n.* 80.

Exceptioni *Remissionis pensionis*, quando dicatur re- 97
nuntiatum, vid. Conciolum *alleg.* 37. *nu.* 29. 30. *& seq.* qui affirmat per generalem renuntiationem pensionis remissioni renuntiari. Adden. ad Alexand. *cons.* 11. *verb. auxilio. lib.* 2. Caroccius *de locat. in tit. de remissione mercedis quæst.* 7. *n.* 112. Barb. *de claus. claus.* 133. *n.* 10. Surd. *cons.* 43. *nu.* 37. *vol.* 1. Marta *de claus. claus.* 136. *n.* 6. Capyc. *decis.* 87. *nu.* 10. Gratian. *discept. for. cap.* 534. *num.* 45. *per.* 3. contra Beccium *cons.* 82. *num.* 22. & Bertazol. *de claus. claus.* 40. *gl.* 6. *num.* 5. Hæc vero exceptio, si requirat altiorem indaginem, non retardat executionem instrumenti. Caroc. *de Locat. & conduc. par.* 4. *de remiss. merced. quæst.* 8. *numer.* 114. Conciol. *loc. cit. num.* 29. *&* 30. maxime obligationis Cameralis. Zachias *de oblig. camer. quæst.* 18. *num.* 10. Praxis Ridolphini *par.* 1. *cap.* 8. *num.* 230. nisi exceptio fuerit concludenter probata, quia tunc non dicitur amplius altiorem indaginem requirere. Zachias *l. c. n.* 11. apud quem Rota *decis.* 105. *nu.* 7. Conciol. uti supra *n.* 31. *&* 32. Pajatel. *exped.* 12. *n.* 19.

Contra personas, & dicta testium, cum testes sunt 98
plures, & adminiculati, bene informati, & reddunt optimam causam scientiæ, non admittuntur. Rot. *dec.* 315. *n.* 5. *& dec.* 342. *n.* 7. *dec.* 406. *nu.* 6. *p.* 1. *rec.* apud Bichium *dec.* 590. *nu.* 8. Bursat. *cons.* 72. *nu.* 48. Farin. *de test. quæst.* 65. *num.* 129. Rota post Statil. de Salv. *dec.* 294. *n.* 5.

Exceptiones contrariæ possunt a reo convento oppo- 99
ni, uti v. g. pecuniam non fuisse numeratam, & fuisse solutam. Bichius *dec.* 259. *n.* 14. Sed donec reus secundam probabit, urgebit contra ipsum præsumptio oriens ex allegatione primæ exceptionis. Bart. *in L. nemo. num.* 2. *ff. de except.* Dec. *in cap. pastoralis. nu.* 58. *eod.* Felin. *in cap. cum venerabilis. num.* 13. *eod.* Gabr. *de action. concl.* 1. *numer.* 11. gloss. fin. in *cap. nullus pluribus. vers. unde verius. de R. J. in* 6. Rot. apud Bich. *dec.* 259. *n.* 7.

Excipiens de *compensatione*, se debitorem fatetur. 100
Bald. *in L. cum Papinianus. n.* 8. *Cod. de sent. & interloc.* Surd. *dec.* 24. *n.* 6. *&* 7. Rot. apud Bichium *dec.* 166. *n.* 2. alias regula est in contrarium, quod excipiens non videtur fateri. *c. cum venerabilis. de except.* P. Pirhing *l.* 2. *tit.* 25. §. 6. Riccius *in prax. part.* 2. *ref.* 173.

Exceptiones in continenti probatæ vel probandæ ad- 101
mittuntur in quolibet judicio, quantumvis summario & executivo. *L.* 3. *ff. ut. possess. caus. leg.* ubi gloss. in verb. *hodie.* & Bart. *numer.* 1. Dec. *in cap. interposita. n.* 1. *de prob.* Ang. *cons.* 135. *n.* 2. Osasc. *dec.* 26. *n.* 1. Rubeus *in annot. ad dec.* 420. Rotæ Rom. *part.* 4. *rec. to.* 2. *n.* 88. quamvis statutum rejiceret omnes exceptiones. gl. *in cap. suscitata. verb. effectum. de restit. in integr.* Abb. *in cap. super. nu.* 7. *de off. deleg.* Graff. *except.* 7. Vivius *dec.* 107. *nu.* 3. Rota coram Ludovis. *dec.* 425. *n.* 3. Rubeus *l. c. n.* 89.

EXCESSUS.

Praxis Excessus.

Excessus in subhastatione facta de bonis in executio- 1
ne non comprehensis, reddit nullam subhastationem propter individuitatem decreti Judicis. Rot. coram Gregor. 15. *dec.* 555. *nu.* 4. & coram Burat. *dec.* 115. *n.* 4. *&* *dec.* 250. *num.* 2. *p.* 5. *rec. L. si non sortem.* §. *si centum. ff. de condict. indeb.* Bald. *in L. certi conditio.* §. *quoniam. ff. si cert. pet. n.* 8. Rot. apud Bich. *dec.* 22. *nu.* 3. *&* 4. Gabr. *cons.* 31. *nu.* 7. *l.* 2. Honded. *cons.* 20. *n.* 25. *l.* 2.

Excessus in re non vitiat liberationem, nisi simul 2
sit in summa, & mandato, dummodo liberatio non excedat fines executionis, quæ rite præcedere debet. Salust. Tiberius *in prax. A. C. l.* 1. *q.* 42. Mangil. *de subhast. q.* 153. *n.* 27. Rot. coram Gregor. 15. *dec.* 224. *n.* 2. & coram Burat. *dec.* 91. *n.* 4. Bichius *l. c. n.* 7.

Excessus in sententia facit, quod si fuit executa, non 3
sit locus illius reformationi, sed, parte instante, in totum

revo-

revocari debet, ut spolium, quod causavit, purgetur. Bich. *dec.* 44. *num.* 21. Put. *dec.* 315. *lib.* 1. Rot. *dec.* 205. *part.* 2. *divers.* apud Bich. *l. c.* limita, si excessus sit modicus.

4 Excessus non præsumitur, sed est plene probandus, & concludenter. Seraph. *dec.* 1189. Rot. apud Bichium *dec.* 124. *num.* 17. maxime si de tali excessu nunquam fuit oppositum durante lite per plures annos. Burat. *dec.* 96. *num.* 3. resultat ex petitione facta a procuratore in judicio ultra summam debitam, & principalis executioni mandando sententiam super tali petitione latam, petitionem ratificasse censetur. Lancellot. *de attent. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 63. & 64. Vant. *de nullit. tit. qualiter sententia. num.* 103. Rot. coram Gregor. 15. *dec.* 176. *num.* 9. nec potest procuratoris mandatum, vel petitio impugnari a principali non docto de errore. Abb. *in cap. ult. nu.* 22. *de confess.* Gratian. *disc. for. cap.* 3. *num.* 9.

5 Excessus sententiæ in parte, eam reddit in totum injustam, maxime si fuit executa. Bichius *dec.* 510. *n.* 1. & 3. & 547. *num.* 3. secus si non fuit data executioni, & excessus est modicus, neque salvatur ex clausula *salvo Jure &c.* posita in libello; quia ad hunc effectum attenditur sententia, non libellus; nisi sententia esset relativa ad libellum: nec salvatur ab excessu per protestationem creditoris exigentis partem crediti, quod non intendit sibi præjudicare in juribus suis. Gratian. *disc. for. cap.* 33. *n.* 16. & *cap.* 455. *n.* 27. Burat. *decis.* 46. *n.* 18. Bichius *dec.* 547. *a num.* 12.

6 Excessus mandati, si fuit executioni datum, facit corruere mandatum una cum executione, & liberatione secutis. Bich. *dec.* 218. *n.* 16. *L. si centum. ff. de condict. indeb.* Bald. *in L. certi conditio. §. quoniam. n.* 8. *ff. si cert. pet.* si vero nondum fuit executum, sustinetur in summa debita. Bichius *decis.* 562. *n.* 22. Rot. *dec.* 388. *nu.* 4. apud Bichium *decis.* 562. *num.* 22. Addend. ad Burat. *dec.* 91. *num.* 6. Salust. *in prax. A. C. lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 4.

Excussio. vide *Debitor.*
Excommunicatio. vid. *Censura.*

¶ EXCULPATIO.

1 Exculpatio offensi defuncti tollit omnia indicia existentia contra inculpatum de delicto, ita quod ex illis ad torturam deveniri non possit, nisi ex agentibus, & proximis indiciis veritas appareat in contrarium. Clar. *§. fin. quæst.* 52. *ver. potest etiam.* Marsil. *singul.* 22. *ver tereas tamen menti*, Guaz. *diff.* 30. *cap.* 4. *num.* 23. *in fi.* vide *in §. Indicia & §. Socius num.* 52. Mascard. *de prob. concl.* 1130. Tusch. *litt. E. concl.* 467. *per tot.* Conciol. *resol. crim. verb. Exculpatio. resol.* 1. ubi quod licet exculpatio regulariter prosit ad tollendum indicia, tamen secus est quando de delicto plene constat, vel per indicia urgentissima, cum non sit in facultate offensi remittere delicta, & pœnas in præjudicium Reipublicæ. D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 137. & *seqq. fol.* 229. vide Jul. Chartar. *dec.* 27. *num.* 9. & 10. *decis.* 28. *n.* 6. & 29.

2 Quod exculpatio socii criminis, vel mandatarii relevet socium, sive mandantem quando exculpator est in fortiis Curiæ, & in se ipsum assumit delictum, alias secus. Bardellon. *cons.* 123. *num.* 10. & *seqq. lib.* 2. Conciol. *loc. cit. resol.* 2. ubi limitat etiam non procedere, quando reus esset aliunde convictus, vel prius ab eodem exculpante inculpatus, nisi exculpatio fiat in articulo mortis, ut infra. Bellegrand. *in compendios. rer. crim. method. tract.* 3. *quæst.* 24. *sub num.* 13. ubi quod socius criminis exculpans, ut exculpato prosit, debet esse in carceribus, & cum tortura, alias præsumitur corruptus. Quod offensus negando se fuisse offensum ab aliquo, in præjudicium fisci non probat, maxime stantibus indiciis. Bart. *in l. interdum*, §. *recte*, *ff. de furt.* Alex. *cons.* 24. *num.* 15. *vol.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 389. Majoran. *loc. sup. cit. n.* 138.

3 De exculpatione facta a socio criminis in articulo mortis, vel in Conforteria, & patibulo, qualiter tollat inculpationem aliorum prius ab eodem in tortura factam, ante executionem sententiæ, non autem alia indicia separata, quæ (sublata inculpatione) remanent in suo robore, vel levitate. Farinac. *de indic. & tortur. quæst.* 46. *num.* 69. & *seqq.* Mastrill. *decis.* 195. *per tot.* ubi agebatur de condemnato ad mortem, ita quod ante executionem justitiæ torqueretur, tanquam cadaver, & bene Sanfelic. *dec.* 382. *ver. ita pariter*, ubi plures alios citat tenentes exculpationem non tollere alia indicia gravia & proxima, quin ex illis possit etiam ad torturam deveniri, non obstante dicta exculpatione. Anton. de Ballis. *tract. var. lib.* 1. *quæst.* 26. *numer.* 55. & *seqq.* Conciol. *resol. crim. verb. Exculpatio*, *resol.* 2. *num.* 9. & 10. & *verb. Socius*, *resol.* 2. *num.* 22. vide Farinac. *quæst.* 43. *num.* 10. & *seqq. ad* 24. D. Fulvi. Majoran. *loco sup. cit.* & *numer.* 110. & *seqq. fol.* 223. Basilic. *dec.* 34. *per tot.* vide Ossasc. *decis.* 79. *num.* 19. *in fine*, *cum plurib. sequent.* Spad. *cons.* 96. *num.* 7. & 8. *vol.* 1. & *cons.* 105. *num.* 4. *eod. vol.* 1. Garon. *ad Constitutiones Mediolani tit. de Pœn. in prælud. prim. num.* 10.

Exculpatio facta ad favorem alicujus per non existentem in fortiis Curiæ, etiam delictum in se assumendo tanquam extrajudicialis, & suspecta de subordinatione non est attendenda, nec prodest inquisitio, quidquid sit in exculpatione, vel confessione accusatoris, sive instigatoris, quæ prodesse potest reo ad absolutionem. Mascard. *de probat. concl.* 1135. *lib.* 3. Farinac. *qu.* 43. *nu.* 23. Anton. de Ballis *tract. crim. lib.* 1. *qu.* 10. *num.* 56. Guaz. *defens.* 32. *cap.* 33. *num.* 10. Conciol. *resol. crim. verb. Exculpatio*, *resol.* 3. ubi etiam an dicta exculpatio faciat indicium ad tortutam contra exculpantem si postea ad manus Curiæ deveniat, & dicit quod non, ad Farinac. *quæst.* 82. *num.* 38. 4

Exculpatio mandatarii asserentis se occidisse, vel vulnerasse ex propria causa, & inimicitia, & non de mandato alterius, prodest mandanti inculpato de mandato, ut non possit torqueri, intelligendo ut supra, quando mandatarius est in fortiis Curiæ, & nisi in contrarium aliæ urgeant præsumptiones, & conjecturæ, Plaz. *Epit. Delict. cap.* 15. *n.* 14. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. cas.* 474. *num.* 4. Farinac. *q.* 44. *n.* 23. cum aliis per Conciol. *loc. sup. cit. res.* 4. *per tot.* & *in verb. Mandatum*, *res.* 11. *nu.* 15. D. Fulvi. Majoran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 110. & *seqq. fol.* 223. Ansald. *cons.* 125. *num.* 37. & *seqq.* ubi quod exculpatio maxime extrajudicialis, præcedentem inculpationem juramento, & tormento formatam tollere nequaquam potest. 5

De exculpatione damnati, vel rei, & ejus effectibus, Valenzuel. *cons.* 102. unice relatus a Castejon. *Alphab. juridic. verb. Exculpatio.* & Sabellum etiam unice refert. Co. Aug. Fontan. *Biblioth. legal. part.* 4. *eod. verb. fol.* 535. Adde Basilic. *decis.* 34. *per tot.* Chartar. *decis.* 27. & 28. Quod exculpatio facta in articulo mortis, vel in confortatorio, aut dum ducitur ad patibulum, vel in ipso patibulo a teste, vel asserto socio criminis, qui alium inculpaverat, tollat omne gravamen, & indicium resultans ex inculpatione, nec amplius inculpatus torqueri possit, ubi alias culpatio fuisset sufficiens ad torturam, pluribus citatis probat Cyriac. *contr.* 150. *n.* 121. maxime si exculpatio habeat verisimilitudinem pro se, & vide Farinac. *quæst.* 46. *num.* 68. 71. & 73. & *cons.* 19. *num.* 12. & *cons.* 185. *n.* 21. 6

Exculpatio inquisiti facta a vulnerato, vel aliter offenso in articulo mortis constituto, illum relevat, ut non possit torqueri ex indiciis etiam urgentibus, alias contra eum existentibus; quod procedit nedum in exculpatione explicita & expressa, verum etiam in implicita & tacita per imputationem aliorum, & quamvis exculpans prius eumdem inculpasset, intelligendo de exculpatione in articulo mortis, alias secus, nisi doceatur de errore inculpationis nihil tamen prodest exculpatio, ubi de delicto plene constat, vel adsunt plusquam urgentia, sive urgentissima indicia contra imputatum, nisi cum exculpatione concurrant alia innocentiæ signa, sive verisimilitudo arbitrio judicis, juxta facti, & personarum qualitatem æstimandæ, ut colligitur ex late traditis per Farinac. *qu.* 46. *num.* 104. & *seqq. per tot.* Vulpin. *in fuco d. quæst. numer.* 13. 14. & 15. & alios citatos a Pascal. *de patr. potest. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 124. ¶ 7

EXECUTIO & EXECUTOR.

Praxis Executionis.

§. I.

Executio, & Executor in genere.

1 Executio ſententiæ latæ contra principalem ob contraventionem, ſi in cauſa non fuerunt vocati fidejuſſores, contra illos fieri non poteſt. Cabal. *ref. crim. caſ.* 252. *num.* 6. apud quem Specul. *tit. de execut. ſent.* §. *ſequitur. num.* 10. Bart. *in L.* 1. *num.* 1. *verſ. quæro. ff. jud. ſolv.* & in *L. a ſententia. num.* 3. *verſ. ex quo. ff. de appell.* Bald. *in L. duobus.* §. *igitur ſi quis. ff. de jurejur.* Anchar. *conſ.* 35. *num.* 2. Alex. *conſ.* 131. *num.* 7. *verſ. eo maxime. lib.* 2. Gabr. *conſ.* 43. *num.* 33. Sententiæ latæ a Judice Laico contra Clericum fieri non poteſt, ſed tantum ab Eccleſiaſtico. DD. apud Sperel. *dec.* 7. *num.* 16. & 20. Abb. *in cap. qualiter.* 8. *de Jud.* Bald. *in cap.* 2. *eod.* Gratian. *diſc. for. cap.* 141. *num.* 9.

2 Executio ſententiæ non retardatur reviſione petita. Cyriac. *contr.* 185. *num.* 7. Specul. *in tit. de ſupplicat.* §. *differt. num.* 2. Maran. *in pract. tit. de appell. num.* 16. Lancell. *de attent. part.* 2. *cap.* 19. *num.* 16. & 17. contra hæredem fieri non poteſt, niſi prius probetur, quod ſit hæres, de quo vide *Hæres.* An reſtitutione in integrum, vide verb. *Reſtitutio.*

3 Executio ſententiæ impeditur, quando ejus nullitas apparet ex actis: Covar. *pract. quæſt. cap.* 25. *nu.* 2. Abb. *conſ.* 44. dummodo nullitas proveniat ex defectu citationis, mandati, vel Juriſdictionis. Mareſc. *lib.* 2. *var. ref. cap.* 121. *num.* 38. Cephal. *conſ.* 263. *num.* 15. *lib.* 2. ſi nullitas tamen incidenter proponitur, ſecus, ſi principaliter. Mareſcot. *loc. cit. num.* 39. Vant. *de nullit. tit. quot & quib. mod. num.* 34. Afflict. *dec.* 283. Menoch. *de adipiſc. remed.* 4. *num.* 882. retardatur etiam per exceptionem melioramentorum propter jus retentionis, ſi de illis conſtet ſaltem in genere. Item per exceptionem compenſationis, non tamen in obligatione Cameralı. Pajatel. *exped. & annot.* 64. Impeditur etiam per tertium contradictorem non citatum ratione poſſeſſionis rei alteri adjudicatæ, imo etiam trium conformium. Rot. apud Mareſc. *loc. cit.* ſecus, ſi tertius contradictor non poſſidet. Item a ſucceſſore, non jure hæreditario, ſed vel majoratus, vel alio. Item ſi a die ſententiæ latæ lapſi ſunt triginta anni, vel acta non fuerunt integre tranſportata. Item pendente cauſa reſtitutionis in integrum, niſi contradictor ſciverit cauſam agitari, & poſt ſententiam comparuit ad impediendum. Rot. & DD. apud Mareſc. *var. ref. lib.* 2. *d. cap.* 121. & in dictis caſibus executio retardatur non obſtante clauſula *ſi quid exequendum, inprimis, & ante omnia exequatur;* quia intelligitur, prout de Jure. Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 18. Rot. apud Mareſcot. *loc. cit. num.* 7. etiam data cautione de reſtituendo. Bart. & DD. *in L. is a quo. ff. de jud.* Felin. *in cap. veniens. num.* 10. *eod.* Boer. *deciſ.* 79. *num* 3. imo licet ipſe quoque poſſideat. Alex. *in L. a divo Pio.* §. *ſi ſuper rebus. num.* 24. *ff. de re jud.* Natta *conſ.* 457. *num.* 2. *lib.* 2. Honded. *conſ.* 25. *num.* 19. *lib.* 1. Covar. *pract. qq. cap.* 13. *n.* 2. apud Mareſc. *loc. cit.*

Executio ſententiæ Judicis a Quo, qui lapſo termino ad docendum de proſecutione appellationis præfixo executus fuit, non dicitur attentata. Feder. de Sen. *conſ.* 27. *num.* 2. Rota *deciſ.* 13. & 25. *de appell. in nov.* Mareſc. *lib.* 2. *var. ref. cap.* 121. *num.* 65.

4 Executio rei judicatæ non poteſt fieri in bobus aratoriis, vel inſtrumentis ruſticalibus, vel in libris ſcholarium, vel armis militum, niſi in ſubſidium, aliis rebus non extantibus. *L. executores.* ubi Bart. & Bald. *Cod. quæ res pignor.* Caroc. *de locat. part.* 5. *de invect. q.* 28. Menoch. *de arbitr. caſ.* 378. Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 15. *num.* 34. Ciarl. *contr. for. cap.* 112. Maran. *in ſpec. par.* 6. *tit. de execut. ſent. num.* 30. & 31. ne cultura cum detrimento utilitatis publicæ deſtituatur: etiam in pignore conventionali, & in omni debito. Limita ſi contraria vigeat conſuetudo, vel cum inſtrumenta non ſunt neceſſaria eo tempore, quo non laboratur, primo erg. fit in pecuniis; dein in mobilibus, quæ non ſerviunt ad uſum quotidianum. vide Eccleſ. *obſ. for.* 119. Gabr *de execut. concl.* 2. aliter executio eſt nulla & in ſubſidium executori poteſt reſiſti de facto. Ciarlin. *cap.* 112. *n.* 13. & 14. Paſcal. *de patr. pot.* 4. *cap.* 6. *n.* 69.

Executio poteſt fieri contra tertium poſſeſſorem, qui 5
lite pendente rem acquiſitit, & ſemper fuit citatus pro ſuo jure, & intereſſe, nec unquam contradixit, prout eſt neceſſarium, ad impediendam executionem. Item contra tertium, qui emit lite pendente ſuper actione reali, & ſuper dominio rei litigioſæ, ſive ſciverit rem eſſe litigioſam, ſive ignoraverit; quia ignorantia excuſat quidem a pœna contra ementes res litigioſas, non tamen illos defendit ab executione; in qua tamen executione tertius poſſeſſor de æquitate ſaltem citari debet, ſi ante ſententias in judicatum lapſas citatus non fuit, & agitur de executione rei judicatæ in alia re non expreſſa in ſententiis. Decius *in L.* 2. *n.* 44. *C. de edendo.* tunc enim non dicitur res inter alios acta. Menoch. *conſ.* 63. *nu.* 25. Surdus *conſ.* 334. *num.* 12. Caſtr. *in L. cum filiusf. num.* 3. *verſ. ſed ſi. ff. de V. O.* & Maranta *in praxi p.* 6. *act. ult. num.* 17. Afflict. *dec.* 157. *num.* 2. Bich. *dec.* 153. *per tot.* ubi Rota.

Executio recta via poteſt fieri contra tertium poſſeſ- 6
ſorem, in quem res litigioſa tranſit: quia res litigioſa alienari prohibetur, alias vitium litigioſi tranſit in ſingularem ſucceſſorem. *L. fi. C. de litigioſ.* ubi DD. & Gratian. *diſcept. for. cap.* 502. *per totum.* a Ponte *conſ.* 161. *lib.* 2. *num.* 5. Merlin. *de pignor. lib.* 1. *quæſt.* 18. *n.* 24. Trentacinq. *lib.* 2. *conſ.* 1. *num.* 88. Bich. *dec.* 473. Covar. *pract. quæſt. cap.* 15. *num.* 6. Socin. jun. *conſ.* 92. *num.* 8. *lib.* 3. Lim. prædicta non procedere favore dotis, ſive agatur de illa reſtituenda, ſive conſtituenda; & licet alienans haberet alia bona, ex quibus dotem ſolvere poſſet. Rota apud Bich. *loc. cit. num.* 6.

Executio ſententiæ facta termino pendente ad appel- 7
landum non privat poſſeſſorem ſua poſſeſſione, quia eſt attentata, dummodo ſimus in cauſa appellabili. Bich. *deciſ.* 381. *cap. non ſolum de appellat. in* 6.

Rei judicatæ non poteſt impediri a tertio exceptio- 8
ne melioramentorum, ſi illa non ſunt probata; & probata & non liquidata poſt executionem jam factam non ſuffragantur ad effectum retentionis, quia per executionem legitime factam poſſeſſor ſuam poſſeſſionem amiſit. Paregrin. *de fideic. art.* 50. *num.* 81. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 672. *num.* 17. & 21. qui citat Menoch. *conſ.* 704. *num.* 17. *& ſeq.* Socin. jun. *conſ.* 62. *num.* 6. *lib.* 2. Beroum *in cap.* 1. *num.* 33. *de reſtit. in integ.* Peregr. *loc. cit. num.* 81. Surd. *de alimen. tit.* 8. *privil.* 62. *num.* 9. & Rotam apud Put. *dec.* 471. contra Bart. Tiraquel. & alios & contra Menoch. *de recuper. tom.* 15. *numer.* 569. Bich. *dec.* 153. *num.* 17.

Rei judicatæ in materia habente tractum ſucceſſivum 9
poteſt quandocumque reiterari, ſi inferatur nova turbatio, & ut præſcribatur in materia habente tractum ſucceſſivum, requiritur, quod conſtet eveniſſe caſum contraventionis, & Victor tanto tempore acquieverit, ut potuerit induci præſcriptio, puta triginta annorum. Put. *dec.* 326. *lib.* 1. Rota apud Bich. *dec.* 544. *n.* 15.

Executio decreti in poſſeſſorio ſummariiſſimo obten- 10
ti non ſuſpenditur per appellationem a ſententia lata in petitorio. Bich. *dec.* 348. *num.* 4. Lancellot. *de attent. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 2. *num.* 18. Gabriel. *de acquirenda poſſeſſione concluſ.* 6. *num.* 11. Gratian. *deciſ. Marchiæ.* 132. *num.* 18. Poſtius *de manut. obſ.* 6. *num.* 31. & probatur *ex cap. teneamur.* 17. *de appellat.*

Debiti confeſſati nequit retardari ſub prætextu non 11
redditæ rationis, neque liquidata particulari ſolidatione inter ſocios ſub prætextu rationis generaliter reddendæ, niſi de manifeſto errore doceatur. *L. ſemel. C. de apoch. publ. lib.* 10. *L. un. C. de errore calculi* Menoch. *de arbitr. caſ.* 209. *num.* 37. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 41. *n.* 1. Bich. *dec.* 226. *n.* 3. Surdus *dec.* 184. *n.* 3. Jo. And. Archid. & alii *in cap. un. de Cler. ægrot. in* 6. Socin. ſen. *conſ.* 92. *n.* 1. *lib.* 4. Dec. *conſ.* 64. *num.* 4.

Crediti liquidi vigore obligationis cameralis non po-
teſt retardari per exceptionem fideicommiſſi requirentem altiorem indaginem, vid. quæ diximus ſupra in praxi *exceptionis*.

Executio manutentionis poteſt peti a Judice a quo, 12
ſi cauſa appellationis fuit commiſſa cum clauſula *ſine præjudicio.* Lancellot. *de attent. par.* 2. *cap.* 20. *limit.* 13. *num.* 2. Coccin. *dec.* 144. *num.* 7. Addend. ad Greg. XV. *dec.* 232. *num.* 4. Bichius *dec.* 348. *num.* 7. apud quem Rota & *dec.* 609. *num.* 1. *par.* 2. *recent.* Marta *de clauſ. par.*

p ir. 1. clauſ. 159. num. 9. Graſſ. *dec. 3. num. 4. de ſen. & re jud.* Gonzal. *ſuper reg. 8. Canc. in annot. De nullitate. num.* 224. Executio nulla in parte ſit nulla in totum. Afflict. *dec. 218. num. 4.* Gratian. *diſcept. for. cap. 162. num. 20.* Rota apud Poſt. *de manut. dec. 257. num. 5.* & apud Bich. *dec. 274. num. 10.* Nulla ob non ſervatas ſolemnitates ſuſtinetur, donec ſolvatur debitum. Oſaſc. *dec. 34. num.* 3. Covar. *lib. 2. var. reſol. cap. 11. num.* 3. Eccleſia *obſ. for.* 163. Decius *conſ. 449. col.* 3. Rebuff. *de ſent. execut. art. 7. gl. 14.*

13 Contra ſingularem ſucceſſorem uti emptorem propter ſententiam latam contra Venditorem in re vendita fieri non poteſt, niſi emptore citato. Lancellot. *de attent. lib. 2. cap.* 40. Caroccius *de except. rei judicatæ except.* 108. & DD. apud Sperell. *dec. 7. num. 15. & 17.* Capyc. *dec. 128. num. 12. & 13.* Aſinius *in prax. §. 31. cap. 2. lim. 25.* neque contra tertium poſſeſſorem, niſi is fuerit citatus. vide *Tertius*. In bonis uxoris pro debitis mariti fieri non poteſt nec in jocalibus. Eccleſ. *obſ. for.* 160. juxta *L. ob maritorum. C. ne uxor pro marit. L. reſ. uxoris. C. de donat. int. vir. & uxor.* & ſufficit, ſi uxor probat, quod eſt in poſſeſſione, licet non probet dominium Part. *in d. L. ob maritorum.* Bald. *num.* 3. Dicitur autem uxor eas res poſſidere, quæ ad ejus uſum ſunt deſtinatæ, ut ſunt veſtes muliebres, jocalia. Bald. *loc. cit.* Eccleſia *loc. cit. n. 3.*

14 Legati, cum fuit legata ſpecies exiſtens in aliqua Diœceſi, ſpectat ad Epiſcopum rei ſitæ, non ad Epiſcopum originis, vel domicilii. Jacob de Canib. *de exeeut. ult. volunt. col. ult. par. 1.* Tuſc. *litt. C. concl. 293.* Marta *de juriſdict. par. 2. cap. 10.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 82. num. 15.* Ciarlin. *ut infra num. 16.* cum vero fuit legata pecunia pro emenda ſpecie in aliena Diœceſi, pertinet ad Epiſcopum originis. DD. cit. & Ciarlin. *cap. 5. n. 22.* juxta *L. nulli. §. ſin autem.* ubi Bald. *num.* 14. *C. de Epiſc. & Cler. & DD. mox cit.*

15 Ultimarum voluntatum maxime piarum eſt popularis, ita ut quilibet de populo poſſit admitti ad agendum & petendum executionem, quia Reipublicæ intereſt ut ultimæ voluntates executioni dentur. *L. civitatibus.*, ubi Bar. & Bal. *ff. de leg. 1.* Mant. *de conject. lib. 2. tit. 5.* Ciarlin. *d. cap. 5.* etiam non piarum poſt annum ſpectet ad Epiſcopum, quia poſt annum teſtamentum incipit eſſe pium. vide *Epiſcopus*.

16 Executio teſtamenti, quando nullus executor fuit conſtitutus, pertinet ad hæredem, quia ſuccedens in jura, ſuccedit etiam in oneribus. *cap. nos quidem. & cap. ſi hæredes, de teſtam.* Covar. *in d. cap. nos quidem a nu.* 8. ubi Abb. Bonac. *de contr. diſp. 3. q. 18. pun. 4. n. 4.*

17 Piæ cauſæ eſt mixti fori. *cap. nulli. Cod. de Epiſc. & Cler. DD. in cap. tua nobis, de teſtam.* Tiraq. *de privil. piæ cauſæ, privil. 149.* Surd. *de alim. tit. 8. privil. 9. per tot.* Mart. & Barboſ. *ll. cc.* Ciarlin. *cap. 28. num. 16.* vide Dian. *part. 5. tr. 1. reſ. 23.* Gratian. *diſc. for. cap. 60. num. 30.* Covar. *de ſponſal. §. 8. par. 2. num. 6.*

18 Executio obligationis retardatur, cum ex ventre inſtrumenti apparet de nullitate. Mareſc. *lib. 2. var. reſ. cap. 121. num. 33.* quamvis obligatio ſit in forma cameræ, quia nullitas inſtrumenti facit probationem eſſe nullam, qua ablata non conſtat de obligatione. Afflict. *dec. 285. num. 1.* & Rota coram Palleoto apud Mareſcot. *loc. cit.* Conceſſa cum clauſula, *deductis prius deducendis*, ſi fuit facta ſine deductione deducendorum, non valet. Pajatel. *exped. & annot. 63. num. 6. & ſeq.*

19 Teſtamenti profani ſpectat ad Judicem Laicum, licet fuerit inſtitutus Clericus in hæredem. vide *Teſtamentum*.

20 Executionem paratam habens, non habet opus libello, vel litis conteſtatione, ſed ſufficit ſummaria quævis cognitio. Sperel. *dec. 83. num. 17.* Seraph. *dec. 736. num. 3.*

21 Executive non proceditur pro legatis conſequendis. Fachin. *lib. 5. contr. jur. cap. 31.* ſecus autem in inſtrumentis a principio liquidis, vel poſtmodum liquidandis per extrinſecas probationes, juxta Bart. *in l. 1. num. 17. ſi. de leg. 2.* Scacc. *de appell. q. 17. limit. 9. nu. 24.* Covar. *lib. 2. var. reſ. cap. 11. num. 111.* Oſaſch. *dec. 129. nu.* 10. Galeſ. *de oblig. camer. q. 31. num. 6.* Seraph. *de privil. juram. privil. 77. num.* 38. Gratian. *diſc. for. cap. 183. nu.* 37. Andreol. *contr. 107. num. 2.* & alii apud Conciol. *alleg. 1.* quia liquidatio retrotrahitur ad diem factæ petitionis, & operatur, ac ſi in principio ante petitam executionem eſſet facta. Menoch. *conſ. 858. nu. 6.* Rot. apud Merlin. *de pignor. dec. 124. num. 11. & 12.* Coſta *de retrotr. caſ. 9. a num. 10.* Galeſ. *loc. cit.* apud Conciol. *loc. cit.*

Executor teſtamentarius univerſalis poteſt vendere bona hæreditaria ad exequendum, ſecus particularis, niſi a teſtatore venditio ei permittatur. *L. hærede. ff. de alim. & cib. leg.* Dicitur autem Executor univerſalis, qui nullo hærede inſtituto nominatim fuit electus a teſtatore ad diſtribuenda omnia ſua bona, & legata ſolvenda. Abb. *in cap. Joannes. de teſtament. col. ult.* Covarruv. *in dict. cap. Jannes. ubi DD. de teſtam.* Diana *par. 8. tract. 5. reſol. 32.* Ad legata pia poteſt agere contra hæredes, & quoſcumque alios. *L. ſi quis ad declinandum. C. de Epiſc. & Cler.* ſi vero legata non ſunt ad pias cauſas, ſed profana tantum, poteſt implorare officium Judicis. *L. hæreditas. ff. de petit. hæred.* Lim. ſi executor haberet partem legati; tunc enim poſſet agere. Non poteſt mutare leges nec pacta, nec mutare adjecta in diſpoſitione teſtatoris. Riccius *in praxi par. 2. reſ. 302.* ubi Rota. etiam pie procedendo non poteſt facere contra præſcriptum a Teſtatore. Ciarl. *contr. for. cap. 5. num. 70.* 22

Executores teſtamentarii, quando ſunt plures, ſi unus eſt Clericus, Laici debent conveniri coram Judice Eccleſiaſtico, quia executio eſt individua. Maranta *in ſpeculo. par. 4. diſt. 11. num. 24.* Graſſ. *de effect. Cleric. eff. 1. num. 137.* Ciarlin. *controv. for. cap. 34. n. 30.* Covar. *pract. quæſt. cap. 34. num. 1.* Afflic. *dec. 213. n. 7.* ubi Viſil. Oſaſc. *dec. 103. num. 910.* Gail. *lib. 1. obſ. 37. num. 2.* Fachin. *lib. 9. controv. Jur. cap. 31.* Seraph. *dec. 957. num. 11.* Mart. *de juriſdict par. 4. caſ. 118. num. 8.* Bellet. *diſquiſ. Clerici. par. 1. tit. de favore Cler. perſ. §. 16. num. 25.* & rationem debent reddere coram Epiſcopo. Diana *par. 8. tract. 5. reſ. 29.* & quia officium illorum eſt voluntarium, non tenentur in ullo foro illud acceptare. Diana *par. 4. tract. 4. reſ. 162.* & quia eſt pietatis officium, non habent ſalarium de jure. Diana *par. 8. tract. 5. reſ. 39.* Si acceptarunt, tenentur exequi, alias amittunt legatum ſibi relictum. Covar. *in cap. Joannes de teſtam. num. 3.* Et inter plures ille præfertur in voto, qui eſt dignior, vel conſanguineus, vel qui magis accedit voluntati teſtatoris. Diana *par. 8. tract. 5. reſ. 30.* ubi DD. ſi fuerunt juſſi petere conſilium, non tenentur conſilium datum ſequi. Idem *reſ. 33.* poſſunt ſolvere debita etiam invito hærede. Idem. *reſ. 38.* ſi non poſſunt mandata in teſtamento exequi, quid debeant agere. vid. Merlin. *dec. 456.* ubi ſi nequit ſecundum impoſitam formam mandata in teſtamento exequi, debent ſecundum id, quod ſciunt aut præſumatur voluiſſe teſtatorem, & ſecundum legem ac Canonum ſanctiones ejuſdem Teſtatoris licitam voluntatem ad effectum perducere, juxta *L. nulli C. de Epiſc. & Cleric. cap. Joan. cap. tua nobis. & cap. nos quidem. de teſtam.* Jacob. de Canib. *in tract. de execut. ult. volunt. par. 2. §. 1. num. 21.* & ipſe debet ſupplere, declarare, & interpretari mentem teſtatoris, & voluntatem excutere; & illius declaratio eſt omnino attendenda, maxime ſi apparet, quod teſtator expreſſe fidem executoris ſecutus ſit. Bald. *conſ. 259. lib. 4. & conſ. 468. num. 3.* Anchar. *conſ. 329. num. 2. fi.* Simon. de Prætis *de interpret. ult. volunt. lib. 1. ſolut. 7.* Mant. *de conjecturis ult. volunt. lib. 3. tit. 1. num. 20.* Et cum Executores ſunt plures, poteſt unus procedere ſine alio, quia cenſetur conſtituti in ſolidum. *cap. Religioſus de teſtam. in 6.* Gratian. *diſcept. for. cap. 329. num. 20.* Tuſch. *litt. E. concluſ. 534.* Bonacin. *de contract. diſp. 3. quæſt. 18. punct. 4.* 23

Quæres: ſi teſtator juſſit pecuniam pauperi dare, & duos deputavit executores, poteſtne unus eorum nominare alterum, ſi is pauper vere ſit. Reſpondetur affirmative; quia in hoc caſu executor pauper non cenſetur in propria cauſa authoritatem præſtare, quod jure prohibetur, ſed alteri præſtanti conſentire; ſi vero unicus Executor fuerit a teſtatore nominatus, qui pecuniam pauperibus dare debeat, quod poſſit ſe ipſum eligere, ſi vere pauper ſit, tenet Sanz. *lib. 6. moral. cap. 11. num. 53.* negant probabilius & communius alii. Bald. *in cap. cum in jure. de elect. & elec. poteſt. num. 6.* ubi etiam Abb. Rodriquez *to. 2. regular. quæſt. 70.* Sylveſt. *in verb. teſtamentum. 2. quæſt. 2. dict. 5.* ſed Laym. *in d. cap. cum in jure.* diſtinguit, aut enim teſtator juſſit unum aliquem pauperem ab Executore eligi, cui legatum detur, non poteſt Executor ſe ipſum eligere, 24

quia

quia talis electio repugnat intentioni teſtatoris, ſi autem juſſit teſtator executori, ut certam pecuniæ ſummam inter pauperes diſtribueret aut divideret, ſi ipſi, tanquam pauperi nihil fuit relictum, poteſt aliquam legati partem ſibi attribuere, ne officium illi damnoſum ſit. S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 33. *art.* 9. Laym. *loc. cit. nu.* 3. *verſ. ſed ponamus.*

25 Executor ſententiæ non debet admittere exceptiones merita cauſæ concernentes, ſed ad Delegantes eas deferre. *L. a Divo Pio.* ubi Bart. & DD. *ff. de re judic. cap. de cætero.* ubi DD. *eod. tit.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 74. *n.* 8. *L. a Divo Pio. §. ſi ſuper reb.* ubi Bart. & DD. *ff. de re Jud. & cap. de cætero. ubi DD. eod.*

§. II.

Executor Apoſtolicus.

26 Executor litterarum executorialium tenetur tantum illas partibus intimare; non poteſt tamen contra contumaces procedere ad declarationem excommunicationis, cum id ſpectet ad Delegantem. Guttierez *Can. qq. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 28. Caſſador. *dec.* 6. *num.* 10. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Rot. poſt Conſilia Farin. *dec.* 283. *num.* 1. & 2.

27 Executor eſt merus, quando non adeſt poſſeſſor, vel legitimus contradictor, licet in litteris adſint clauſulæ aptæ ad efficiendum executorem mixtum. Scraph. *dec.* 1422. *num.* 11. Lotther. *de re Benef. lib.* 3. *quæſt.* 14. *nu.* 86. Rota coram Dunozzeto apud Bich. *dec.* 431. *num.* 14. Calderin. *conſ.* 10. *verſ. quod id verum de probat.* Efficitur mixtus ſtante clauſula *amoto* appoſita in litteris. Addend. ad Burratum *dec.* 171. *num.* 8. Bich. *dec.* 275. *num.* 22. niſi clauſula fuerit poſita in parte executiva, & gratia ſit legitime juſtificata, & litteræ non fuerint expeditæ ſub intruſione. Moneta *de commut. ult. volunt. cap.* 11. *num.* 467. Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell. in adnotatione contra nullitatem. num.* 237. Barb. *clauſ.* 7. *num.* 10. & quando eſt mixtus, debet Judicis partes aſſumere, & procedere ſervatis ſervandis. Felin. *in cap. de cætero. num.* 9. *de re judic.* Seraph. *dec.* 1056. *num.* 2. Mohed. *dec.* 7. *num.* 5. *de reſtit. ſpoliat.* Bich. *dec.* 339. *num.* 18. Achill. *dec.* 6. *num.* 5. *ſuper reg. de triennali.* Rota *dec.* 51. *num.* 9. *part.* 7. *recent.* ſit etiam mixtus ſtantibus clauſulis. *Dummodo tempore Datæ præſentium non ſit alteri jus quæſitum, & amoto &c.* Addend. ad Gregor. XV. *dec.* 413. *num.* 4. Rota coram eodem Gregorio XV. *dec.* 91. *num.* 4. & coram Burrato apud Bichium *loc. cit. num.* 19. ſecus ſi non adeſt legitimus contradictor.

28 Executor Apoſtolicus non poteſt exequi litteras ante earum præſentationem, alias executio laborat vitio nullitatis. Gabriel. *de execut. rei judic. concluſ.* 3. Molina *de Juſt. & Jur. to.* 3. *diſp.* 599. Garz. *de Benef. part.* 6. *num.* 11. *& ſeq. cap.* 2. ubi Rota in una Tridentina. Vivianus *de Jure patr. part.* 2. *lib.* 13. *cap.* 5. & patet ex *cap. ſuper eo. de appell.* Caſſad. *dec.* 8. *de reſtit. ſpol. num.* 12. Franc. *in cap. ſuper eo.* 2. *col.* 3. *de appel.* Bellam. *dec.* 110. *col.* 2. & Felin. *in cap. ſciſcitatus. col.* 8. *de reſcript. verſ. lim. hanc partem.* Debent autem litteræ præſentari in originali, vel in tranſumpto authentico. Abb. *in cap. cum in Jure. de officio deleg. &* ibi Felin. ac DD. cit. Vivian. *l. c. n.* 6. & 7.

29 Si vero litteræ Apoſtolicæ fuerunt directæ Vicario, non poteſt illas exequi Epiſcopus, nec Vicarius illas poteſt exequi, ſi fuerunt directæ Epiſcopo, ſive delegatio fuerit facta Vicario ſub nomine proprio, ſive ſub nomine Dignitatis, vel officii. Vivianus *de Jure patron. loc. cit. num.* 9. Rebuff. *in praxi benef. in form. Vicarii. num.* 161. Genuen. *in praxi cap.* 83. *nu.* 11. Garz. *de Benef. loc. cit.* Abb. & Decius *in cap. quoniam. de off. deleg.* Cardin. *in Clem. & ſi principalis. quæſt.* 9. *de reſcript.* Sperell. *dec.* 97. *num.* 10. Sbroz. *de offic. Vicar. quæſt.* 136. *lib.* 2. qui licet id limitet, quando delegatio fuit facta ſub nomine Dignitatis tantum, eo quod dignitatem non habeat jure proprio, ſed ab Epiſcopo; tamen non eſt audiendus, quia communior tenet contrarium, quos inter Bertachin. *de Epiſcopo. lib.* 4. *part.* 5. Lazzarus *de monit. ſect.* 1. *quæſt.* 6. Gratian. *diſc. for. cap.* 92. *num.* 6. Nec e contra Vicarius poteſt illa exequi, quæ fuerunt delegata Epiſcopo, niſi ab eodem fuerit ſubdelegatus. Rebuff. *l. c.* Decius *in cap. quia. de off. deleg.* Vivianus uti ſupra.

Quæres; an Vicarius Executor delegatus poſſit de- 30
legare alium pro executione, vel ſubdelegare? Reſp. affirmative; quia hic intrat regula, quod Delegatus Principis poteſt ſubdelegare. *L. un. C. qui pro ſua juriſdict. L. a Judice.* ubi Jaſ. *C. de Jud. cap. fin. de off. deleg. cap. cum cauſam. de appell.* Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 31. *numer.* 1. Sperell. *dec.* 106. *num.* 46. Maranta *de ord. jud. part.* 4. *diſt.* 5. & quidem quoad totam cauſam. Rot. *deciſ.* 104. *num.* 9. & 10. *p.* 13. *rec.* Lim. ſi executor per ſe vel ſuis manibus cauſam expedire fuit juſſus; quia tunc dicitur electa induſtria perſonæ. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 21. *num.* 8. Item ſi fuit expreſſum nomen perſonæ deleganti cognitæ, quia etiam tunc videtur electa induſtria perſonæ. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 27. *numer.* 16. & *lib.* 3. *diſp.* 7. *num.* 20. vide text. & DD. *in cap. quoniam.* ubi Abb. & Felin. *de off. & pot. Jud. deleg. & in cap. is cui, eod. tit. in* 6. Sperell. *deciſ.* 106. *num.* 56. *in fin.* licet negotium eſſet leve.

Sed major eſt difficultas, an Delegatus poſſit ſubde- 31
legare, quando executoris conſcientia fuit onerata, & quando in delegatione fuit dictum, *conſcientiæ tuæ committimus*, aut *conſcientiam tuam oneramus &c.* & affirmativam poſuimus ſupra in prax. *clauſularum Apoſtolicarum*, *clauſ.* 28. *n.* 31. ubi tamen nos retulimus ad hunc locum. Sed quod verior, & receptior videatur opinio, quod, dicta clauſula non obſtante, ſubdelegare poſſit, tenuit Rota, quamvis una parte tantum informante. *in deciſ.* 104. *n.* 11. *p.* 13. *recent.* & citat aliam Rotam *in deciſ.* 18. *per tot. de conceſſ. præb. in nov.* ubi in terminis executoris deputati in gratia *in forma dignum* cum clauſula *conſcientiam tuam oneramus*, & quod major pars DD. ita tenuerit, *& deciſ.* 63. *per tot. eod. tit. in antiq. & deciſ.* 130. *n.* 4. *p.* 2. *diverſ. &* coram Pennia *deciſ.* 99. *n.* 8. *ſecundum impreſſ. Lugdun. & inter ejus ſelectas in mea impreſſ. invenio id in deciſ.* 80. *num.* 11. Garz. *de Benef. p.* 6. *cap.* 2. *num.* 100. *ſeqq.* & ibi DD. Abb. *in cap. ult. §.* 1. *num.* 7. *de off. Deleg. & in cap. eam in veteri de elect.* Fel. *in d. §.* 1. *num.* 2. Navar. *conſ.* 6. *de off. Delegat.* & Sacr. Congr. ex quo illa verba, *ſuper quo conſcientiam tuam oneramus*, ſonent potius in monitionem, & excitationem, quam in electionem induſtriæ perſonæ. Gratian. *deciſ. Marchiæ* 157. *num.* 7. & 8. & ibi Addit. *num.* 3. & 4. ubi, quod dicatur dictæ clauſulæ ſatisfactum, dummodo committatur cognitio, & examen perſonis in dignitate conſtitutis, & ibi De Luca *in animadverſ. ad deciſ.* 167. *num.* 1. & 2. vide late Pac. Jordan. *de re judiciar. lib.* 13. *tit.* 6. *a num.* 24. *ad* 47. Sperel. *deciſ.* 106. *a num.* 54. Genuen. *in prax. Archiepiſc. cap. mihi* 85. *num.* 5. apud quos alii, ubi examinantur clauſulæ: *ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, de tua induſtria, & circumſpectione tua confidentes, perſonaliter cognoſcas, vel proprio judicio*, & alias, vide etiam Gail. *pract. obſerv. lib.* 1. *obſ.* 97. *per tot.*

Et quamvis concederentur, non poſſe in hoc caſu 32
ſubdelegari, id ſolummodo procederet, quando delegatio emanavit motu proprio, ſecus, ſi ad inſtantiam partis; tunc enim licet fuiſſet electa induſtria perſonæ, tamen partibus conſentientibus poſſet ſubdelegari. Sperel. *d. deciſ.* 106. *num.* 58..

Licet forte executor, præſertim Apoſtolicus, quando 33
fuit electa induſtria perſonæ, quia in litteris Apoſtolicis ordinarie adeſt clauſula: *conſcientiæ tuæ committimus*, non poſſit ſubdelegare juxta ſupra citatos, quibus adde Noal. *de tranſmiſ. cap.* 52. ipſam tamen verificationem cauſæ, puta teſtium examen, maxime quando teſtes ſunt remoti &c. ſubdelegare non prohibetur, non obſtante clauſula „ *conſcientiæ tuæ committimus*; tum quia hæc clauſula ſecundum multos non facit eſſe electam induſtriam perſonæ, ſed eſt potius monitoria, & excitatoria Judicis, juxta Garz. *de Benef. d. part.* 6. *cap.* 2. §. 2. *n.* 100. Abb. *in cap.* 2. *de off. deleg.* & DD. cit. licet adeſſet clauſula: *diſcretioni tuæ mandamus*; tum quia licet fuiſſet electa induſtria perſonæ, hæc tamen induſtria non verſatur in ipſa cauſæ verificatione, ſed in ipſo actuali miniſterio. Tambur. *de matrim. lib.* 8. *tr.* 2. *cap.* 12. §. 1. *num.* 15. & DD. cit. & ideo verificatio cauſæ, non vero ipſum miniſterium, puta, ipſa diſpenſatio ſubdelegari poteſt.

Regula, quod delegatus Principis poſſit ſubdelegare, 34

ultra

ultra relatas limitationes, hanc etiam patitur exceptionem, quando nimirum causa est ardua, veluti causa meri imperii, & ejusmodi. Menoch. *de arbitr. q.* 54. *num.* 15. *& 16.* Fachin. *lib. 1. contr. jur. cap.* 47. *& lib.* 12. *cap.* 84. Felin. *in cap. cum super quæstione. de offic. deleg.* vel alias causa gravissima. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 7. ubi de causa matrimoniali. ubi Riccius *in prax. p.* 4. *res.* 270. Sbroz. *de Vicar. Episc. lib.* 2. *q.* 43. *nu.* 12. & quamvis executor Apostolicus regulariter debeat esse constitutus in dignitate; juxta *cap. statutum. de rescr. in* 6. Riccium *in prax. alien. part.* 1. *res.* 100. ubi Rot. & Sperel. *dec.* 167. *num.* 32. *vers. quod autem.* & ideo etiam subdelegatus debeat esse in dignitate constitutus, juxta Rot. *de præb. in antiq. dec.* 58. tamen juxta Capell. Tholos. *dec.* 12. subdelegatus ad ministerium purum, seu verificationem causæ, uti ad examen testium, potest esse etiam non constitutus in dignitate. Sperell. *loc. cit.*

Similiter executor deputatus ad merum factum, ac nudum, & sine jurisdictione, non potest subdelegare, quia tunc censetur merus executor, ut si mandetur excommunicatio alicujus, simplex dispensatio, & similia. Pax Jordan. *de re judic. d. lib.* 13. *tit.* 6. *num.* 27. *ad text. clarum in cap. fin. §. caterum. de offic. & potest. jud. deleg.* Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 5. *cap.* 9. *sub num.* 7. ubi quod tunc dicatur electa industria personæ. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 27. *num.* 14. Gail. *pract. observ. lib.* 1. *d. obs.* 97. *num.* 1. Genuen. *in prax. Archiep. d. cap.* 85. *num.* 6. quod limitatur in judice ordinario, qui potest demandare etiam ea, quæ sunt puri facti. Jordan. *l. c.*

35 Quær. secundo, an Vicarius successor possit exequi ea, quæ fuerunt commissa Vicario antecessori? Resp. cum distinctione: si commissio fuit facta sub nomine proprio, successor non potest ullatenus se ingerere in tali executione; quia cum commissio fuerit personalis, personam illius, cui fuit facta, egredi non potest. Ita DD. apud Noal. *de transmiss. cas.* 51. Bonacin. *de LL. disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 8. §. 1. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 27. Sperel. *dec.* 166. Gratian. *disc. for. cap.* 92. Garz. *de Benef. part.* 6. *cap.* 2. *num.* 29. si vero commissio fuit facta sub nomine dignitatis, vel sub utroque, fuit realis, & ideo transitoria in successorem in dignitate; quia videtur facta ipsi dignitati, vel officio, quod nunquam moritur. *cap. quoniam*, ubi Abb. & DD. *de off. & pot. Jud. ord.* & DD. mox sup. cit. & ideo Vicarius successor, licet Vicariatus non habeat successorem, nec sit dignitas perpetua, tamen potest exequi illa, quæ fuerunt mandata suo antecessori, ob rationem supra dictam. Noal. *loc. cit.* Sperel. *dec.* 166. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 54. *num.* 13. Garz. *de Benef. part.* 7. *cap.* 2. *num.* 34. Paris. *de resign. lib.* 1. *q.* 11. Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 27. Maresc. *lib.* 2. *var. res. cap.* 7. Vivian. *de Jure patr. part.* 2. *lib.* 13. *cap.* 5. *num.* 11. Genuen. *in prax. cap.* 85. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *q.* 66. Put. *dec.* 487. *lib.* 2. & diximus etiam supra in verbo *delegatus. num.* 4.

36 Noal. tamen *loc. cit. num.* 6. tenet, quod licet commissio fuerit data sub nomine proptio Delegati, qui tamen incognitus est deleganti, delegatio intelligatur facta Dignitati, si Delegatus est in dignitate constitutus, & ita transeat ad successorem juxta *L. penult.* §. *si autem. ff. de reb. dub.* Jas. *in L. more. num.* 65. *ff. de jurisd. omn. Jud.* Abb. & Dec. *in cap. quoniam. num.* 13. *de off. Deleg.* Men. *de arbit. Jud. lib.* 1. *quæst.* 68. *a num.* 17. & alii apud eosdem. Hinc secundum eundem Noalem *loc. cit. num.* 10. quando in delegatione fuit expressum nomen proprium, & nomen Dignitatis, sentit, quod si nomen dignitatis præcessit nomini proprio, intelligatur delegatio esse realis, & transire in successorem, si vero nomen proprium præcedat Dignitati, dicatur delegatio personalis juxta Bart. *in L. more.* ubi etiam Jas. *num.* 65. Dec. *num.* 55. *ff. de jurisd. omn. Jud.* & in *d. cap. quoniam.* ubi etiam Abb. *num.* 12. & Berous *num.* 91. Sanz. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 27. *nu.* 18. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 68. *num.* 16. Roland. *cons.* 1. *lib.* 2. *num.* 178. quia ordo Scripturæ designat ordinem voluntatis. *L. quoties. ff. de usufr.* nisi contrarium suadeant conjecturæ, uti cum Delegans non habet notitiam personæ; quia tali casu tantum nomen dignitatis operaretur, & attendendum esset, vel si altero nomine retento dispositio esset inutilis, vel si Delegatus est conjunctus, vel valde amicus deleganti; quia hoc casu licet delegatio sit facta Dignitati, tamen videtur facta [contemplatione personæ, & ita est personalis, & non transitoria in successorem. gloss. *in cap. Religiosus. de test. am. in* 6. *cap. requisisti.* §. *si vero. de test am.* ubi Covar. *num.* 1. & 7. Specul. *in tit. de Instrum. edit.* §. *nunc vero. n.* 7. Abb. *in cap. quoniam. n.* 8. & ibi Felin. *num.* 4. *de off. deleg.* Bertachin. *de Episc. part.* 6. *n.* 66. Menoch. *loc. cit.*

Cæterum Vicarius Capitularis nunquam potest expe- 37
dire ea, quæ fuerunt commissa suo antecessori vel Vicario Episcopi, etiam sub nomine Dignitatis, ut tenuit Rota apud Seraphin. *dec.* 816. Sbroz. *loc. cit.* Vivianus *l. c. num.* 13. Sperell. *dec.* 31. *num.* 2. Leo *in thesaur. for. Eccles. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 8. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 57. & alii plures apud Dianam *part.* 8. *tract.* 4. *resol.* 66. Garz. *de Benef. part.* 6. *cap.* 2. *a num.* 44. contra Sanz. Pontium & alios. Et ratio est, quia hujusmodi commissiones Sede vacante, non solent fieri Vicario Capitulari, sed Ordinario viciniori. Leo *l. c.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 46. *numer.* 15. Garz. *loc. cit.* Diana *l. c.* Guazzin. jun. *ad defens. animarum. lib.* 2. *defens.* 1. *cap.* 9. Barb. *loc. cit.* & *in collect. Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 16. *de reform.* Flamin. Marchetus *in praxi Vicar. Capit. part.* 2. *tit.* 13. *num.* 17. qui testatur ita fuisse declaratum a S. Congreg. 2. Aug. 1631. & Pax Jord. *lib.* 12. *tit.* 2. *num.* 28. qui citat declarationem S. Congreg. præfatam.

Ulterius Executor ante executionem debet advertere, 38
an non authoritas sua exspiraverit. Et quidem si non est gratia facta, sed facienda, certum est illam expirasse, si Delegans fuit mortuus re integra, uti dictum fuit in praxi alienationis bonorum Ecclesiæ, quibus addere placet Vivianum *de Jure patr. l.* 13. *part.* 2. *cap.* 6. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 28. Guttierez *Can. qq. lib.* 2. *cap.* 17. & probatur ex *cap. super gratia. de officio Deleg. in* 6. Lapus *alleg.* 17.

Quando vero dicatur gratia facta vel facienda, cer- 39
ta regula tradi non potest, eo quod sit maxime controversum inter Canonistas & Theologos; si enim inquiras, an commissio de dispensando sit gratia facta, si adest clausula, si preces veritati nitantur, & relate ad certam personam, plurimi tenent esse gratiam faciendam, & ideo re integra exspirare morte concedentis. Ugolin. *de irregul. lib.* 4. *cap.* 62. Gigas *de pens. quæst.* 91. Genuen. *in prax. cap.* 94. Guttierrez *lib.* 1. *can. qq. cap.* 15. Peguera *dec.* 128. Fontanella *de pact. nuptial. tom.* 1. *claus.* 4. *gl.* 13. *part.* 1. Bonac. *de LL. quæst.* 3. *puncto* 1. *&* 7. & probatur *ex cap. si cui. de præbend. in* 6. vid. etiam Gabr. *de præb. conclus.* 1. *numer.* 6. *lib.* 6. ubi dicit, quod, quando litteræ executoriales emanant per viam commissionis, esse gratiam faciendam, & ideo exspirare morte concedentis re integra juxta Bald. *in L. fin. ff. de constit.* Dec. *in cap. relatum. de off. Deleg.* nisi facultas executoris fuisset data in gratiam ipsius Executoris per text. *in cap. si cui nulla. de præb. in* 6. Idem docet gratiam esse faciendam, quando executio gratiæ requirit causæ cognitionem adhibendam per Executorem, & probat ex Rota in noviss. *dec.* 349. Domin. *in cap. si super. de officio Deleg. in* 6. Roman. *in L.* 2. *ff. de donat.* Jas. *in L. more. ff. de Jurisd. omn. Jud.* Felin. *in cap. relatum. de off. Deleg.* & ideo Gratiam in forma *Dignum* non esse gratiam factam, quamvis hæc doctrina quoad gratiam in forma *Dignum* multos habeat contradictores, & signanter Garz. *de Benef. part.* 6. *cap.* 2. §. 3. *n.* 300. Gig. *de pens. quæst.* 91. Guttierrez *loc. cit.* Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 28. *num.* 87. qui volunt talia mandata dici gratiam factam. Vivianus *de Jure patr. part.* 2. *lib.* 13. *cap.* 6. & diximus alibi.

Præterea si inquiras, an mandatum de providendo 40
de certo Beneficio vacante in forma *gratiosa*, sit gratia facta, vel facienda? affirmat Gabr. *loc. cit. num.* 37. esse gratiam factam. Vivianus *loc. cit.* Noal. *de transmiss. cap.* 53. *n.* 8. *&* 11. secus quoad mandatum de providendo de Beneficio vacaturo juxta *cap. si cui. de præb. in* 6. Riccius *in prax. var. res. p.* 2. *res.* 318. ubi late. Noal. *de transmission. cap.* 53. *num.* 7. *&* 8. Sanch. *loc. cit. d. lib.* 8. *disp.* 28. *a n.* 48.

Delegatio si fuit facta ad arbitrium Delegantis, ejus- 41
dem morte exspirat, quia morte cessat omne arbitrium Bal. *in L. fin. C. de contrab. empt.* Decius *cons.* 108. Boreus *quæst.* 103. Rota *in antiq. dec.* 580. & probatur ex *cap. si gratiose. de rescript. in* 6. *&* *L.* 4. *ff. locat.* Gabr.

lib. 6. de præbend. concluſ. 1. num. 22. ſecus ſi fuit facta ad arbitrium non Delegantis, ſed dignitatis, vel officii. Noal. *de tranſmiſſ. caſ. 54. num. 4. verſ. declaratur.* text. & DD. *in cap. ſi gratioſe. de reſcr. in 6.* Bald. & Jaſon. *in L. centeſimis. ff. de V. O.* Dec. & Felin. *in cap. ex litteris. de conſtit.* Maſcard. *de prob. concluſ. 188.* Covar. *lib. 3. var. reſ. cap. 15. num. 2.* Menoch. *de arb. Jud. quæſt. 69.* quia dignitas vel officium nunquam moritur. Sanz. *de matrim. l. 8. diſp. 28. num. 49.* Bonacina *de LL. diſp. 1. quæſt. 3. punct. 1.* Tambur. *de pœnit. cap. 4. §. 10. num. 5.* & quando dicatur conceſſa ad beneplacitum perſonæ, vel dignitatis, præter DD. cit. vide apud de Luca ad Gratian. *diſc. for. cap. 92. nu. 13. ad fin.* Limit. in Delegatione facta a Vicario, cujus Dignitas & juriſdictio non eſt perpetua, nec habet ſucceſſorem. Noal. *loc. cit.* Francus *in d. cap. ſi gratioſe.* & Sanz. *loc. cit. num. 58.* ſicut patet in Dignitate Nuntii vel Legati, quæ cum non habeat ſucceſſorem, nec ſit perpetua, ſed ſit ad nutum revocabilis, Delegatio facta ad arbitrium Dignitatis hujuſmodi exſpirat, aut finitur morte vel amotione Nuntii vel Legati ab officio, uti docet Abb. *in cap. novit. de off. Legat.* Gambar. *de poteſt. Legati. lib. 8. num. 98.* Abb. *in cap. quoniam.* ubi Buttrius, Decius, ac Felin. *de off. deleg.* Berous *conſ. 102.* Gemin. & Francus *in cap. ſtatutum. de reſcript. in 6.* Noal. *de tranſmiſſ. caſ. 51. num. 12.* Porro concluſio procedit tantum, quando res eſt integra, ſecus ſi res non eſt integra; vel Delegatio fuit facta cum clauſula *Donec revocavero*, quia tunc non exſpirat morte concedentis vel delegantis, ſed requiritur expreſſa revocatio. Dian. *p. 6. tr. 6. reſ. 48.* Noal. *loc. cit. num. 9.* Menoch. *de arbitr. q. 69. num. 12.* Sanch. *loc. cit. num. 52.* ubi ponit differentiam inter verba *donec voluero, donec placuerit &c.* & inter verba *donec revocavero.* Molin. *de primogen. Hiſp. lib. 1. cap. 15. num. 14.* Vant. *de nullit. ex def. juriſd. deleg. num. 104.* Decius *conſ. 108.* Feder. de Sen. *conſ. 257.* Joan. Andr. *in cap. ſi gratioſe. de reſcript. in 6.* Bart. *in d. L. centeſimis. ff. de V. O.* Gabr. *loc. cit.* & probatur ex cap. *ſi Delegatus. de off. Deleg. in 6.* ſecus ſi adeſt clauſula *Donec voluero*, quia cum hæc denotet actum poſitivum, & non pure negativum, exſpirat morte Delegantis; quia mors omnia ſolvit, & poſt illam nullum datur velle, aut nolle. Francus *in cap. ſi diligenti. de off. Deleg.* An vero facta ad arbitrium delegantis exſpirat per ejuſdem excommunicationem, vide in verbo *Delegatio. num. 10.*

42 Obſervandum eſt præterea Executorem apoſtolicum procedentem non ſervata forma Brevis nihil agere; ſed omnia per eum acta laborare vitio nullitatis. Seraph. *dec. 1071.* Ciarlin. *controv. for. lib. 1. cap. 41.* Turricell. *de reb. Eccleſ. non alien. cap. 9. num. 31.* Merlin. *dec. 710.* Durand. *dec. 205.* & patet *ex cap. per tuas. de arbitr. cap. cum dilecta. de reſcript. & cap. 1. de off. Deleg.* Riccius *in prax. par. 1. reſ. 109.* Farin. *dec. 430. par. 2. tom. 1.* DD. apud Ciarlin. *controv. for. lib. 1. cap. 8. num. 37.* Ludoviſ. *dec. 1. num. 1.* Coccin. *dec. 225. num. 2. & ſeq.* Cyriac. *controv. 287. num. 1. lib. 2.* Ampliatur, ut Executor etiam pie agendo non poſſit procedere contra formam reſcripti. Lim. tamen, quod Executor in alienatione rerum Eccleſiæ excedere poſſit fines mandati ad favorem ipſius Eccleſiæ; quia tunc non dicitur proprie agere contra formam reſcripti, ſed illam pinguius adimplere. Riccius *in prax. par. 1. reſ. 102.* ubi Rota & DD. & probatur ex *L. ſi quis mihi bona. ff. de acquir. hared.* Alex. *in L. puberem. C. de Jure delib.* Riccius *in prax. par. 1. reſ. 91.* Ciarlin. *d. cap. 8. num. 37.* Seraph. *dec. 1307. num. 9.* Farin. *dec. 293. num. 9. par. 2.* Turricell. *de reb. Eccleſ. non alien. cap. 10. num. 28. & 29.* Duran. *dec. 225. anum. 2.* Rota *dec. 577. n. 10. par. 1. recent.*

43 Hactenus de executione reſcriptorum, quæ dantur per ſignaturam gratiæ, quod vero attinet ad executionem reſcriptorum juſtitiæ, vel quæ dantur per ſignaturam juſtitiæ, alibi actum eſt, vid. etiam Scacciam *de Judic. lib. 1. cap. 32.* Hic addimus Executorem Apoſtolicum etiam in materia Juſtitiæ non teneri citato mittere originalem commiſſionem teſte Riccio *in prax. p. 2. reſ. 424. & par. 2. reſ. 62.* Gail. *lib. 1. obſ. 48. num. 17.* Mynſing. *cent. 4. obſ. 1.* Comparenti tamen citato, & petenti teneri illam exhibere ad locularem inſpectionem; alias ſufficit copiæ tranſmiſſio. Riccius *loc. cit.* Scaccia *loc. cit. cap. 32. num. 34.* Non poteſt procedere extra locum in reſcripto deputatum; quia delegatio ad unguem eſt ſervanda. ita Riccius *in praxi cauſar. delegat. reſ. 432. par. 1.* Ideoque non poteſt, ubi vult locum judicii eligere; *cap. ſtatutum. §. in nullo de reſcript. in 6.* Rota *diverſ. dec. 8. par. 2.* Bald. *in cap. unico a num. 6. de mut. petit.* & ſi in reſcripto locus non fuit aſſignatus, debet citare ad locum territorii intra limites juriſdictionis tutum, & honeſtum, & partibus non multum incommodum. *L. ſi locus. ff. de Jud.* & non ultra dietam. *cap. ſtatutum de reſcript. in 6.* Maranta *in Specul. par. 6. memb. 1.* Scaccia *de Judic. 1. cap. 32. num. 34.*

Præterea debet notare Executor reſcripti juſtitiæ ſuam 44
juriſdictionem eſſe perpetuam, quia reſcriptum ad lites eſt perpetuum, & tamdiu durat, quamdiu durat actio, ſuper qua fuit obtentum. Fachin. *lib. 8. controv. Jur. cap. 65.* Abb. & Felin. *in cap. plerumque de reſcript.* Menoch. *de arbitr. Jud. caſ. 202. num. 77.* Et licet reſcriptum gratiæ ob vel ſubreptitium ſit nullum ipſo Jure; tamen reſcriptum juſtitiæ ob vel ſubreptitium non eſt nullum ipſo Jure, ſed tantum ope exceptionis. ita Pariſ. *conſ. 124. lib. 4.* Vant. *de nullit. ex defectu Juriſdict. num. 59. & 60. & rubrica qualiter ſententia, & proceſſus. num. 59.* Menoch. *de arbitr. caſ. 201. num. 3.* Scaccia *de Jud. lib. 1. cap. 64. num. 9.* Lim. 1. ſi eſſet reſcriptum avocatorium. Vant. & Scaccia *ll. cc.* Lim. 2. ſi eſſet reſcriptum terminans cauſam. Bonac. *de LL. diſp. 1. quæſt. 2. punct. 4.* Rom. *conſ. 330.*

Quando vero reſcriptum eſt dubium, taliter eſt in- 45
terpretandum ab executore, ut ſit conformius Juri communi, & ſecundum illud, quia intentio Pontificis non eſt, nec cenſetur difformis a Jure ſcripto, & talis præſumitur intentio Principis, qualis eſſe debet. Bal. *in L. ex facto. ff. de vulgar. & in cap. 1. apud quem decid. controv. deb.* Riccius *in praxi Reſcriptorum. par. 3. reſ. 369.* & quod verba reſcripti debeant reduci ad jus commune, licet natura verborum non patiatur, docet gl. *in cap. paratus. 23. quæſt. 1.* Panotm. *in cap. cauſam quæ de reſcript.* Rom. *conſ. 334.* & ut ad jus commune reducatur, ſi ſit neceſſe, ſunt improprianda verba. Ruin. *conſ. 123.* maxime ut jus tertio non auferatur. Redoan. *de ſpol. quæſt. 1.* licet reſcriptum nihil operaretur. Anchar. *conſ. 353.* Gemin. *in cap. licet. de elect. in 6.* Decius *conſ. 209.* quia reſcriptum proprie eſt id, quod ſcribitur ad obſervantiam Juris, & inde fit, quod reſcripta ſint modici præjudicii, & contra jus non valent, etiamſi ſint facta a ſupremo Principe, niſi facta fuerit mentio Juris. Gl. *in cap. 1. de conſtit. in 6.* Imo Executor reſcriptum contrarium Juri communi non debet exequi. *L. omnes. C. ſi contra jus. cap. reſcripta. 25. quæſt. 2.* Ripa *in cap. ſi quando. de reſcript.* Bar. *in L. ſi. ff. de conſtit. Princip.* Berous *in c. ſuper litteris de reſcript.* & *in cap. 1. de off. Deleg. & in cap. Item. de reſtit. ſpol.* Burſat. *conſ. 73.*

Tandem notandum eſt, quod Executor alius dicitur 46
merus, alius mixtus. Mixtus dicitur, qui aſſumit partes Judicis, & cum cauſæ cognitione procedere debet. Pariſ. *de reſignat. lib. 11. quæſt. 10. n. 33.* Menoch. *de recuper. poſſ. remed. 8. nu. 51.* Franch. *in cap. licet. de præb. in 6.* Genuen. *in prax. cap. 83.* Ita ut ſi procedat Juris ordine non ſervato dicatur attentare, & ab illo poſſit appellari ſicut ab omni & quocumque alio Judice, In quo differt vel maxime ab Executore mero, quia iſte non aſſumit partes Judicis, & procedit extrajudicialiter Juris ordine non ſervato. Garz. *de Benef. par. 6. cap. 2. §. 2.* & ab illo non datur appellatio. Scaccia & Maranta *ll. cc.* Imo Executor merus non aſſumit partes Judicis, licet in reſcripto adeſſet clauſula *vocandis vocatis*, juxta Pariſ. & Genuen. *ll. cc.*

§. III.

De executione in forma gratioſa.

Executor litterarum Apoſtolicarum in forma gratioſa 47
dicitur, quando ſcilicet collatio Beneficii fuit jam facta a Papa, & non committitur alii facienda, quæ quidem litteræ ſolent habere cordas rubri & crocei coloris, & ſunt directæ ipſi proviſo una cum aliis litteris ſeu bullis minoribus executorialibus directis perſonis in Dignitate conſtitutis habentes cordulas canapis albi coloris. Garz. *de Benef. par. 6. cap. 2. a num. 1.* Vivianus *par. 2. lib. 13. cap. 5.*

Exc-

48 Executor litterarum Apostolicarum in forma *Dignum* est, quando collatio Beneficii non fit a Papa, sed committitur Ordinario loci prævio examine facienda. Et hæ litteræ solent habere cordulas albas, & insuper dantur aliæ litteræ, vel Bulla parva cum cordulis canapis, quæ dicuntur executoriales, & committitur uni ex vicinioribus Episcopis vel Vicariis eorundem, ut si primus executor intra triginta dies a litterarum præsentatione computandos non contulerit, secundus conferat, uti videri potest apud Garz. *de Benef. p. 6. cap. 2. nu.* 59. Paris. *de resignat. lib. 8. quæst. 7.* Vivian. *loc. cit. num. 16. & 17.* secundus tamen Executor non potest etiam requisitus illico exequi, nisi legitime illi constet de negligentia primi Executoris; quia jurisdictio secundi est conditionalis, si nimirum primus fuerit negligens, & in mora, qui potest etiam elapsis triginta diebus re integra purgure moram. Archid. & Francus *in cap. si Capitulo. de præb.* Cassador. *dec. 8. de præb.* Mar. Antonin. *var. resol. lib. 1. res. 112. cap. 3.* Garz. *p. 6. cap. 2. numer. 59. & 60.* ubi plures Rotæ decis. contra Vivian. *loc. cit.* juxta quem sufficit, ut dicatur secundo Executori constare legitime de negligentia primi, quod ex actis transmissis factis coram primo Executore constet de præsentatione litterarum, de requisitione facta per provisum, & quod nulla executio appareat ex actis. Vivianus *loc. cit.* Etiam Riccius his non est contentus, sed vult secundum Executorem debere notificare primo Executori, qualiter comparuerit coram se NN. cum litteris executorialibus, quas cum effectu præsentavit, & institit expediri &c. & assignare primo Executori terminum competentem, aliter eundem termino elapso citare ad allegandum, quare ipse secundus non debeat venire ad executionem. *ita par. 2. res. 296.* qui in facto ita consuluit & obtinuit, aliter executio secundi Executoris est nulla, juxta Felin. *in cap. fin. de præsumpt.* & in *cap. si Capitulo. de conceff. præb. in 6.* Abb. *in cap. accipimus. de ætate & qualit.* quia non dicitur legitime constare secundo Executori de negligentia primi, nisi præcesserit trina monitio. Ægid. *in Clem. dudum. de sepultur.* Rota apud Riccium *loc. cit.* Garz. *de Benef. part. 6. cap. 2. num. 59. & 60.* quod si primus Executor alleget aliquas rationabiles causas, ob quas non potuit exequi, tenetur secundus supersedere, & eundem audire. Quid si enim primus Executor non fuit executus, quia provisus non erat idoneus, vel litteræ sunt subreptitiæ, nunquid statim exequi debet secundus Executor? minime; tunc enim non datur recursus ad secundum Executorem, utpote cujus jurisdictio est tantum conditionalis, quæ quidem conditio negligentiæ vel moræ primi tunc non verificatur. Debet ergo tali casu provisus, si senserit vel putaverit gravatum uti remedio appellationis apud Sedem Apostolicam, ut decidit Rota apud Vivian. *de Jure patr. part. 2. lib. 13. cap. 5. num. 14. & 15.*

49 Porro Executores litterarum Apostolicarum tam in forma *Dignum*, quam gratiosa dicuntur meri Executores, nisi adsit legitimus Contradictor, vel Intrusus; tunc enim fiunt Executores mixti, & tenentur assumere partes Judicis, & judicialiter procedere cum causæ cognitione & definitiva sententia, quod Juris fuerit pronuntiare. *cap. ult. de præsumpt.* ubi Abb. & Felin. Vivianus *loc. cit. num. 19.* præsertim si adsit clausula *vocatis vocandis.* Felin. *in cap. exhibito. de Judic.* Marches. *de commiss. part. 2. cap. 3.* & tunc a tali sententia datur appellatio ad effectum suspensivum, quia ab Executore mixto recte appellatur. gl. *in cap. pastoralis, de off. Deleg.* Ratio est, quia clausula, *Contradictores compescendo*, tantum procedit in contradictoribus facti, non Juris. gl. & Abb. *in cap. pro illorum. de præb.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gl. 9. §. 1.* Covar. *pract. qq. cap. 16. num. 5.* Amyden. *de stylo Datariæ. lib. 1. cap. 5. num. 77.* ubi Cardin. *in cap. quia contingit. §. Contradictores. de relig. dom.* Felin. *in cap. super eo. num. 5. fall. 2. de off. Deleg.* Put. *dec. 99. num. 8. part. 1.* Rota *dec. 20. de restit. spol. in antiq.* Cassad. *dec. 4. num. 7. eod.*

§. IV.

Quis sit legitimus Contradictor?

Dicitur, & est legitimus contradictor, qui contradicit lege permittente, vel ex Legis præscripto. *L. legem obvenire. ff. de V. S.* ad quod quinque concurrunt conditiones. Prima est modus, qui potest esse duplex, nempe directus, quando quis recta via negat aliquem esse immittendum. Indirectus, cum etiam Contradictor petit se immitti in possessionem. Secunda est Causa, quæ quidem causæ sunt citatio, jus proprium, virtute cujus etiam sine citatione quis contradicit; uti ex prætensione possessionis vel tituli. Tertia est tempus, ante sententiam, vel post illam, sed ante immissionem, vel post sententiam & immissionem. Quarta Res, scilicet materia beneficialium vel aliarum rerum. Quinta finis, vel effectus, ut absolute impediatur immissio, vel via executiva impediatur, & causa fiat ordinaria, aut impediatur duratio effectus ipsius immissionis, vel ut prius agatur de proprietate juris ante immissionem. Hinc possidens ordinarie est legitimus Contradictor, si velit adversarium impedire, quominus summarie procedendo possessionem consequatur; & sic possidens vi gratiosæ subrogationis est legitimus Contradictor contra intentantem hoc beneficium vi alterius gratiosæ subrogationis. Put. *dec. 308. lib. 1. & dec. 131. lib. 2.* Verall. *decis. 329.* Argell. *de legitim. contradictore. quæst. 2. art. 1. num. 3. & num. 10.* ubi Peregr. *de fideic. art. 48. num. 23.* 50

Ulterius provisus ab Ordinario & possidens est legitimus Contradictor contra provisum vel subrogatum a Papa, quando reservatio non est notoria, sed de ea potest juste dubitari. Rota, de qua testatur Vivianus *loc. cit. num. 114. vers. Tertio.* maxime si esset notorium, nullam exstare reservationem; quia Ordinarius in non reservatis habet parem potestatem cum Papa. *cap. si a sede. de præb. in 6.* Limit. 1. in eo, qui ab Ordinario habet quidem titulum, sed non est in possessione, qui non est legitimus Contradictor ad impediendam immissionem in possessionem proviso Apostolico stante reservatione; nam ad impediendum par titulus necessarius est. Menoch. *de adipisc. rem. 4. num.* 581. & Rota, de qua testator Vivianus *l. c.* Rosa *de execut. litterarum Apostolicarum. cap. 8. num. 116.* ubi si concurrit provisus Apostolicus cum proviso ab Ordinario, & provisus habuit Beneficium a Papa tanquam reservatum, & reservatio est clara, hic debet immitti in possessionem, & non provisus ab Ordinario, quia Ordinarii collatio & provisio fuit nulla, & non facit provisum legitimum Contradictorem, licet esset in possessione, quia non sunt vexandi provisi a Papa a male provisis ab Ordinario. Amyden. *de stylo Datariæ. lib. 1. cap. 5. a num. 70.* Rosa *loc. cit. num. 117.* si vero reservatio fuerit dubia, & provisus ab Ordinario non sit in possessione, non erit legitimus Contradictor ad agendum ordinarie. Rota citata apud Bichium *dec. 280. num. 16.* & Rota *dec. 327. num. 14. part. 10. rec.* apud Rosam *loc. cit. num. 121.* sed tantum ad impediendam immissionem, quo casu, si reservatio non probatur, immissio erit danda proviso ab Ordinario, quia Pontifex non censetur velle præjudicare Ordinario, vel cum illo concurrere, & prævenire. *cap. quamvis. & cap. si propter. de rescript. in 6. cap. super eo.* ubi Abb. *de off. deleg.* Molfes. *in sum. tract. 6. cap. 10. num. 36.* Campanil. *in divers. jur. Can. rub. 11. cap. 13. num. 124.* Rota apud Duran. *dec. 14.* & apud Cavaler. *dec. 278.* vide etiam Argel. *de legit. contrad. q. 15. art. 5. num. 113. 118. & seqq.* Limit. secundo, cum provisus fuit ab Ordinario in Beneficio litigioso, quia Beneficium litigiosum, etiam moriente uno ex collitigantibus, non dicitur vacare, sed pendet ejus status usque ad rem judicatam. Vital. *in Clem. 1. ut lit. pend.* Ordinarius vero nullum jus habet in collatione Beneficiorum non vacantium. Put. *dec. 495. lib. 2* Rot. apud Vivian. *loc. cit.* dummodo lis non sit calumniosa, quæ non facit Beneficium litigiosum. Cassad. *dec. 7. de dol. & cont.* Limita tertio, etiam lite cessante, cum Beneficium est notorie reservatum. *cap. quamvis. & cap. si propter. de resc. in 6.* 51

Quær. an sit legitimus Contradictor præsentatus, sed nondum 52

nondum inſtitutus ad impediendam gratiam *in forma dignum*, in qua adeſt clauſula, *dummodo alteri non ſit jus quæſitum &c.* conclude quod ſic cum Vivian. *part. 2. lib. 13. cap. 5. num.* 24. qui ita teſtatur fuiſſe deciſum a S. Rot. dummodo præſentatio fuerit acceptata a præſentato, & fuerit facta a majori parte Patronorum.

53 Juriſdictio executoris durat, uſque quo proviſus pacifice poſſideat. Staphyl. *de litt. grat. tit. de vi & effect. clauſ. §. ſignificatio.* & probatur *ex cap. litteris, de offic. deleg.* Mar. Anton. *var. reſ. lib. 1. reſ. 29. & ſeqq.* Vivian. *in praxi Juriſpat. part. 2. lib. 13. cap. 5. num.* 25.

54 Ita etiam in profanis Executor, qui non habet rationem hæredis, vel ſaltem Tutoris ipſius hæredis, qualis eſt Epiſcopus, quando pauperes Chriſti fuerunt inſtituti pro hæredibus, ſi hæredes petant immitti, Executor a teſtatore deputatus, vel Epiſcopus eſt legitimus Contradictor non quidem directe, ſed indirecte, & per modum actionis. Argell. *de legit. contradict. quæſt. 14. art. 1.* Novar. *de privil. miſerabil. perſon. privil. 48.* ſi vero Executor non habet rationem hæredis, ſed certus eſt hæres inſtituturus, Executor vero nondum aliquem actum exercuit, ſed res omnino integra, non eſt legitimus Contradictor. Spin. *de teſtam. gl. 34. num.* 31. quia Executor debet capere de manu hæredis, & non propria authoritate. Medic. *de acquir. poſſeſſ. gl. 1. part. 2. num.* 201. Novar. *loc. cit.* Argell. *loc. cit. art. 2. in addit.*

55 Et quando Executor vendidit rem a Teſtatore poſſeſſam, ut exequeretur ejus voluntatem, & æs alienum, non eſt quidem formaliter legitimus Contradictor, cum ipſe non poſſideat; ſed virtualiter, quia eſt cauſa, quominus hæres in rei alienatæ poſſeſſionem immitti poſſit, quia factum Executoris cenſetur factum Teſtatoris. *L. unum ex familia. §. ſi de falcid. ff. de legat. 2.* Argell. *loc. cit. art. 3.* Marta *de ſucceſſ. leg. part. 4. quæſt. 15. a. 1. & 2.* Rota *diverſ. part. 5. dec. 365.*

56 Ita venter prægnans, quando certo moraliter conſtat de ejus prægnantia, vel obſtetricum depoſitione, vel rei evidentia, vel hæredis, qui immitti petit confeſſione, eſt legitimus Contradictor contra hæredem petentem ſe immitti; quia qui in utero eſt, quantum concernit ejus utilitatem, pro nato habetur. *L. qui in utero. ff. de ſtatu hom.* ſed natus eſt legitimus Contradictor, & leges magis favent utero, quam nato. *L. 1. §. & generaliter. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitten.* Argel. *loc. cit. art. 4. a num. 13.* neque refert, quod incertum ſit, an filius ſit naſcitutus, vel fœmina abortum factura, ſed incerta certis præjudicare non poſſunt. *L. Titiæ. ff. de leg. 1. & cap. Abbati. de V. S.* Peregr. *conſ. 58. num. 12. vol. 1.* De Præt. *de interpret. ult. vol. lib. 2. interpr. 4. dub. 4. ſolut. 4. n. 42.* quia incerta non præjudicant certis, quia incertum eſt, an inſtitutus ſit juſtus hæres, quod dependet a partus eventu.

57 Si vero prægnantia eſſet adeo recens, ut de illa probabiliter poſſit dubitari, ita ut merito ab hærede negari poſſit, & negetur, non eſt legitimus Contradictor, quia paria ſunt non eſſe, vel non apparere. *L. in lege. ff. de contrah. empt. cap. ſolemnitates. de conſecrat. §. 1.* Cravet. *conſ. 48. numer. 4. & de antiquit. temp. par. 2. num. 32.* Argell. *de legit. contrad. quæſt. 14. art. 4. num. 20.* Bald. *conſ. 62. vol. 3.* Sed contrarium tenet Argell. *loc. cit. num. 24.* ubi probat illud uſque ad *num. 31.* & reſpondet contrariis, ubi Addenda citat Rotam, & Gratian. *diſcept. for. cap. 72.*

58 Sed quid dicendum de Capitulo, eſtne legitimus Contradictor ad impediendam immiſſionem in poſſeſſionem Canonicatus proviſo Apoſtolico? Reſponſio eſt negativa. Rota apud Mohedan. *dec. 13. ut lite pend.* & plures aliæ, quas citat Argell. *loc. cit. art. 5. num. 38.* quia Capituli non intereſt Proviſum immitti vel non immitti. Rota apud Argell. *loc. cit. num. 42.* adeo ut illud neque citandum ſit. Bald. *in L. ab eo. num. 17. C. quomodo, & quando.* Felin. *in cap. exhibita. num. 1. de re jud.* Rota apud Argell. *loc. cit. num. 42.* tum quia non poſſidens non eſt legitimus Contradictor. Fel. *in cap. veniens. il. 2. de teſt.* Rol. *conſ. 1. num. 71. vol. 1.* Dec. *conſ. 84. & 218.* & Rota apud Argell. *de legit. contrad. quæſt. 15. art. 5. num. 44.* ſed patet, quod Capitulum non poſſideat. Lim. ſi Capitulum alleget obſervantiam ſuorum ſtatutorum; tunc enim eſſet legitimus Contradictor, & deberet citari, & Executor aſſumere partes Judicis Argell. *loc. cit. num. 48.* Dummodo in continenti ſe offerret probare ſuam exceptionem. Argell. *loc. cit. num. 51.* ubi Dec. *conſ. 424. num. 6.*

Neque refert, quod poſſit agi de præjudicio ſingulo- 59
rum Canonicorum veluti in antianatu, vel re conſimili, & ita nulli ſit inferendum præjudicium, vel jus quæſitum auferendum. *L. id quod noſtrum. ff. de R. J.* quia ſingulorum præjudicium non facit Capitulum legitimum Contradictorem, quia aliud eſt præjudicium ſingulorum, aliud præjudicium Univerſitatis. Felin. & DD. *in cap. eam te. num. 13. de reſcript.* & Rota coram Mant. *in una Præneſtina Juris paſcen. 12. Maii 1596.* & in *una Barcinon. Canonicatus. 30. Octobris 1640. coram Sacrato* apud Argell. *loc. cit. num. 48.*

E converſo non eſt legitimus Contradictor filius, qui 60
aliquam bonorum partem loco legitimæ occupavit, & vult impedire, quo minus hæres in ea immittatur, quia talis non eſt juſtus poſſeſſor, quia in illius poteſtate non eſt eligere bona pro ſua legitima, ſed ſunt partes Judicis. Bart. *in L. in quartam. verſ. quarto quæro. ff. ad L. Falc.* Bald. *in L. ſcimus. C. de inoff. teſt.* & plures, quos citat Gabr. *de legit. concluſ. 4. num. 4.* & *de fideicom. concluſ. 5. num. 2.* Menoch. *de adipiſ. rem. 1. num. 107.* Limit. propterea concluſ. ſi filius authore prætore bonorum partem nomine legitimæ fuit adeptus, & ita juſte poſſidet juxta *L juſte poſſidet. ff. de acquir. poſſeſſ.* Gabriel. *lib. 6. concluſ. 4. de legit.* quia in Judicis arbitrio poſitum eſt aſſignare legitimam filio. DD. apud Menoch. *de arbitr. caſ. 165. num. 21.* Graſſ. *in §. legitima. quæſt. 16. num. 1.* & Rota apud Argell. *de legit. contrad. quæſt. 13. art. 2.* Rota *in Peruſina 20. Martii 1589. coram Gypſio.* niſi Judex non ſimpliciter immiſiſſet, ſed cum clauſula præſervativa *ſine præjudic. Jurium utriuſque partis tam in poſſeſſorio, quam in petitorio*, quia tunc immiſſus non habetur pro poſſeſſore quoad præjudicium hæredis, ſed poſſeſſio remanet conditionalis. Argel. & ibi Addit. *loc. cit. nu. 19.* qui citat Rotam ex Merlino *num. 4.* Lim. præterea, ſi filius a Teſtatore in re certa pro legitima fuit inſtitutus, ſive illius poſſeſſionem propria, ſive Judicis authoritate adiverit. Rota apud Poſt. *de manut. dec. 119.* Gratian. *diſc. for. cap. 73. n. 2.* Addit. ad Argell. *n. 27.* Limit. ulterius, ſi filius pro indiviſo cepit poſſeſſionem ratione ſuæ ratæ, & reſpectu illius tantum vult impedire hæredem, ne immittatur in ſolidum, ſed pro ſua portione vult manuteneri. Argell. *loc. cit. art. 4. n. 36.* Neque refert, quod filius non debet propria authoritate capere legitimam, ſed ab hærede medio Judice aſſignanda ſit, juxta Bald. *in L. 2. C. quando & quibus quarta pars. lib. 10.* Gabr. *loc. cit. n. 4.* Graſſ. *in §. legitima. quæſt. 16. n. 3.* quia hæc procedunt, quando filius vult capere legitimam pro diviſo in certa re. Argell. *loc. cit. num. 39.* Merlin. *de legitim. lib. 5. tit. 4. quæſt. 8. n. 1.*

Fideicommiſſarius pro indiviſo in parte in poſſeſſio- 61
nem ſingulorum bonorum poteſt immitti; quia poſſeſſio certæ quotæ pro indiviſo poteſt capi. *L. locus.* ubi gl. & DD. *ff. de acquir. poſſ.* ſed quod ſpectat ad fideicommiſſarium certa quota eſt, ſcilicet illa, quæ remanet detracta legitima, & Trebellianica, tum quia, ut concedatur immiſſio pro indiviſo, ſufficit quantitatem, in quam fit immiſſio, eſſe certam reſpectu Univerſitatis. Neguſ. *de pignor. membr. 2. part. 2. num. 2.* Tiraquel. *de conſtit. 2. part. ampl. 32. num. 11.* Rota *deciſ. 59. part. 2. diverſ. coram Sacrato in una Viterb.* & apud Burat. *dec. 63. num. 10.* Merlin. *de legit. lib. 5. tit. 4 quæſt. 10. nu. 14.* Argell. *de legit. contrad. quæſt. 13. art. 6. num. 70.*

Ita etiam hæres ſit legitimus Contradictor ratione 62
melioramentorum ad impediendam immiſſionem fideicommiſſarii, donec melioramenta fuerint æſtimata, & liquidata propter jus retentionis, quod illi competit. *L. ſi in area. ff. de condict. indeb. L. in fundo. ff. de rei vendic.* Bald. *in L. in fundo. ff. de rei vendic.* Rol. *conſ. 28. nu. 1. lib. 1.* Capyc. *dec. 17. num. 7.* Mareſcot. *lib. 2. var. reſ. cap. 112.* apud quem Rota Dec. *conſ. 272. nu. 9.* Argell. *loc. cit. art. 7. num. 76.* niſi a fideicommiſſario, vel illo, qui petit immiſſionem, cautio idonea data fuerit, uſque ad liquidationem melioramentorum, quia pro melioramentis non liquidis non datur jus retentionis oblata cautione. Rebuff. *in tract. de litter. oblig. art. 1. gl. 9. num. 10.* Neguſ. *de pignor. 5. part. 4. memb. nu. 16.* Caſtr.

16. Castr. *conf.* 370. *dub.* 2. *n.* 3. *lib.* 2. Berous *in c.* 1. *n.* 33. *de restit. in integ.* Rota apud Argell. *loc. cit. n.* 91. nisi de melioramentis constaret saltem in genere, quia tunc esset præfigendus terminus ad eorum liquidationem, & durante tali termino non datur immissio. Rota apud Put. *dec.* 11. *de re jud.* & apud Argell. *loc. cit. n.* 92. & *dec.* 188. & 360. *part.* 5. *divers.* & apud Cavaler. *dec.* 32. apud Burat. *dec.* 269. Post. *de manut. obs.* 12. *n.* 49. *& seqq.*

63 Neque Dominus directi defuncto emphyteuta ad impediendam immissionem hæredis est legitimus Contradictor; quia hæres habet intentionem in testamento, & possessione defuncti. Dominus verò directi fundat suam intentionem in conditione emphyteutica, & emphyteusis devolutione; ergo illam probare tenetur; quæ probatio, cum altiorem requirat indaginem, in judicio Salviani possessorio non admittitur. Tum quia injuste possidens non est legitimus contradictor; sed Dominus Directi, qui possessionem rei emphyteuticæ propria authoritate cepit, injuste possidet, quia nemini licet sibi jus dicere. *L. non est singulis. ff. de R. J.* Afflict. *dec.* 97. *num.* 2. & 3. & Ursillus ibi & probat Alex. *conf.* 128. *col.* 1. contra Dec. quia etiam in casu, in quo emphyteuta ipso jure privatur, est necessaria citatio, & sententia ob multas exceptiones, quæ opponi possunt, *cap. cum secundum. de hæret. in* 6. Imo neque prætextu illo, quod res emphyteutica ceciderit in commissum, si hæres hoc negat, quia hæres habet regulam pro se immissionis, juxta Bart. *in l.* 2. *C. de Jure emphyt.* nisi in continenti proberur, quod ceciderit in commissum. Rol. *conf.* 2. *n.* 38. *lib.* 3. Menoch. *de adipisc. rem.* 4. *num.* 381. Put. *dec.* 276. *lib.* 3. & Rota apud Argell. *loc. cit. quæst.* 16. *art.* 3. *n.* 51. *& seq. & art.* 4. Et quid dicendum sit de Domino Directi in feudis, vide Argell. *per totam quæst.* 17. usque ad vigesimam inclusive, in quibus eædem ferme sunt resolutiones ac in Domino Directi in emphyteusi.

64 Legatarius, qui propria authoritate possessionem obtinuit ex licentia hæredis contra hæredem petentem immissionem in rem legatam, est legitimus contradictor, quia licentia data ab hærede habet vim restitutionis. *L.* 2. *C. de acquir. poss. L. restituta.* ubi Bar. *ff. ad Trebell.* Put. *dec.* 134. *n.* 6. *lib.* 1. Menoch. *de adipisc. rem.* 4. *n.* 584. *& de recuper. rem.* 15. *n.* 95. Argell. *de legit. contrad. quæst.* 12. *art.* 7. *n.* 7. Gratian. *discept. for. c.* 731. *n.* 3. & Rota apud Burat. *dec.* 115.

65 Est etiam legitimus Contradictor, qui titulum a defuncto, & possessionem a se obtinuit, nisi limites excedat tituli, nisi legatum dodrantem excedat, & ita sit locus falcidiæ, quia tunc non est legitimus contradictor. Argell. *de legit. Contradict. quæst.* 10. *art.* 13. Berous *conf.* 60. *num.* 3. *lib.* 2. Menoch. *de adipisc. rem.* 4. *n.* 590. sicut est etiam legitimus contradictor legatarius institutus in re certa, qui propria authoritate ex licentia Testatoris cepit rei legatæ possessionem. Marth. *de succes. leg par.* 4. *q.* 16. *n.* 27. *art.* 3. Gratian. *disc. for. c.* 542. *n.* 59. Argell. *loc. cit. art.* 19. *n.* 44. Bart. *in L. ex facto.* 2. *ff. de hæredib. instit.* Berous *conf.* 16. *num.* 37. *vol.* 2. Lim. in Legatario, qui potest possessionem propria authoritate capere & illam cepit, quia non est legitimus contradictor contra hæredem volentem immitti, ut falcidiam detrahat. Argell. *loc. cit. quæst.* 10. *art.* 6. 9. & 10. Gratian. *loc. cit.* Rota apud Burat. *dec.* 101.

66 Venientes ab intestato si non possident, nec allegant aliquam causam exclusivam juris hæredis, veluti quod testamentum fuerit abolitum, vel annullatum, non sunt legitimi contradictores contra hæredem scriptum. Argell. *loc. cit. quæst.* 11. *art.* 1. quia ad hoc, ut quis sit legitimus contradictor, est necessaria possessio cum titulo. Berous *conf.* 60. *n.* 4. *vol.* 2. Rol. *conf.* 98. *vol.* 3. sed in nostro casu venientes ab intestato nec possident, nec habent titulum, quia explorati juris est, quod existente testamento cessat causa intestati. *L. antequam. C. commun. de succes. L. nec is. §. fin. ff. de acquir. hæred. L. quamdiu. ff. de R. J.* Argell. *loc. cit. n.* 1. *usque ad* 6. Fab. *in C. lib.* 7. *tit.* 14. *defin.* 3.

67 Sed quid si aliquis fuit institutus sub conditione, pendente conditionis eventu, quis adibit hæreditatem? non institutus, quia pendente conditione non dicitur delata hæreditas. *L. hæreditas. L. is cui hæreditas. ff. de acquir. hæred. L. delati. ff. de V. S.* non venientes ab intestato, quia viget spes hæredis testamentarii. *L. si quis sub condit. ff. de testam. tut. L. quamdiu.* 2. *& L. nec ei. §. fin. ff. de acquir. hæred.* Non substitutus vulgariter, quia nondum defecit institutio. Neque fideicommissarius, quia fideicommissum non habet locum nisi adita hæreditate. *L. eam quam. C. de fideicom.* Peregr. *de fideic. art.* 2. *num.* 13. sed neque debet voluntas testatoris manere in suspenso. *L. fin. ff. commun. præd.* & hæreditas non debet stare in aere. Respondetur, vel institutus sub conditione est in rerum natura, aut speratur, uti si filius nasciturus fuit institutus. In casu priori debet dari bonorum possessio secundum tabulas Instituto conditionaliter, ut tanquam Curator interea administret & creditoribus hæreditariis & Legatariis satisfaciat. *L. si quis instituatur hæres.* ubi Gl. & Bart. *ff. de hæred. instit.* & pendente conditione nihil sibi acquirit, sed futuro hæredi reservat. Bart. & DD. *in L. si quis institutus ff. de hæred. instit.* Menoch. *cons.* 105. *n.* 50. *usque ad* 61. *lib.* 1. Graff. *in §. bonorum possessio. quæst.* 5. *n.* 7. Surd. *cons.* 125. Argell. *de legit. contrad. quæst.* 11. *art.* 1. *n.* 11. si vero institutus sub conditione non est in rerum natura, ut quia speratur nasciturus, si aliquis a testatore fuit substitutus, poterit hic agnoscere bonorum possessionem, & tanquam Curator bonis datus administrare, si vero nullus fuit substitutus, tunc Curator deputari debet, qui speratur Pater instituti nascituri, si probabilis est spes filii nascituri, & non venientes ab intestato. Argell. *loc. cit.*

Si vero venientes ab intestato possident, sed nihil al- 68
legant, quod sit exclusivum juris instituti, non sunt legitimi contradictores, quia successio ab intestato, quamdiu adsunt hæredes testamentarii, non datur, & possessio injusta non facit aliquem legitimum contradictorem. Crav. *cons.* 104. *n.* 14. Menoch. *de adipisc. rem.* 4. *n.* 365. Rol. *cons.* 78. *num.* 14. *lib.* 3. Rota coram Seraphin. *dec.* 56. & aliæ plures, quas citat Argell. *loc. cit. art.* 2. *num.* 33. Oldrad. *cons.* 1. Neque sufficit possessio ad constituendum aliquem legitimum contradictorem; sed est necessaria possessio una cum pari titulo; nisi venientes ab intestato ante immissionem exciperent de vitio visibili in parte substantiali testamenti, tunc enim impedirent immissionem hæredis testamentarii. Menoch. *de adipisc. rem.* 4. *num.* 699. Peregr. *de fideicom. art.* 48. *n.* 28. Rot. apud Post. *dec.* 284. Argell. *loc. cit. n.* 37. *& seq.* & Addit. *ad num.* 15. nisi hæres testamentarius testibus adjuvet testamentum, & probet in continenti illud vitium non esse considerabile, sed etiam hoc casu contrarium tenet Argell. *loc. cit. n.* 48. Concluso vero, quod venientes ab intestato non sint legitimi Contradictores, notabiliter limitatur in eo casu, in quo statutum continuat possessionem in hæredem, & venientes ab intestato possident vigore talis statuti, ita non pauci apud Argellum *art.* 5. *quibus.* tamen ipse *num.* 73. contrarium tenet & probat.

Contradictor directus alius est, & indirectus alius, 69
ille est, qui contradicit per viam exceptionis. Indirectus vero qui non contradicit per viam exceptionis, sed idem remedium intentando, uti si contra institutum in testamento producit aliud testamentum, aut contra provisum apostolicum producit aliam provisionem Apostolicam, & ita ambo immissionem petunt. Argell. *de legit. contradict. quæst.* 2. *art.* 1. Peregr. *de fideic. art.* 48. *numer.* 23. Put. *dec.* 249. *lib.* 1. Mohed. *dec.* 5. *ut lite pend.* Et veniens ex testam. ab eodem Testatore condito post decretum de immittendo, sed ante immissionem est legitimus contradictor. Peregr. *loc. cit. num.* 23. *vers. amplia.* Argell. *loc. cit. art.* 2. *num.* 110. *per totum*. Et quidem in beneficialibus videndus est Garz. *de Benef. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 143. & 144. citans Covar. *pract. qq. cap.* 16. *n.* 1. Menoch. *de arb. lib.* 2. *cas.* 18.

Citatus est legitimus contradictor ad effectum retar- 70
dandi viam executivam, donec deliberare possit, an contendere vel cedere velit, quia citatio approbat citatum, ut in judicio contendere possit, & ita debet audiri absque eo, quod doceat de suo interesse. Fel. *in cap. cum inter. num.* 11. & ibi Dec. *num.* 16. *de except.* & ibi Innoc. Vant. *de nullit. in tit. quis possit dicere de nullit. num.* 22. Bursat. *cons.* 129. *a numer.* 17. *lib.* 1. Bart. *in L. cum mulier. n.* 43. *vers. præterea. ff. sol. matrim.* Bald. *in L.* 2. *C. de pact.* Surd. *dec.* 104. *num.* 9. Seraph. *dec.* 144. *num.* 5. Rota coram Pamphil. apud Argell. *loc. cit.*

cit. quæſt. 3. *art.* 1. *num.* 20. quia alias citatio eſſet inanis, & citans in Judicio quaſi contrahendo approbat citatum. Lim. ſi fuit citatus cum clauſula *ſi ſua putat intereſſe*, quia tunc citatio eſt conditionalis, quæ non habilitat citatum, niſi fuerit purificata conditio, & talis debet docere de ſuo intereſſe ſaltem apparenter & ſummarie. DD. cit. & Argell. *loc. cit. art.* 2. *num.* 73. Quod ſi citatus compareat poſt ſententiam, & immiſſionem, ſive citatio fuerit pura, ſive conditionalis, immiſſio amplius non revocatur, ſi comparens nihil allegat excluſivum juris immiſſi, & ita citatus tunc eſt legitimus Contradictor quia; juſta poſſeſſio non eſt revocanda, & major eſt vis executionis, quam rei judicatæ. Ita Menoch. *de acquir. poſſ. rem.* 4. *num.* 629. Argell. *loc. cit. art.* 5. *num.* 142. ubi Bart. & alii. Si vero comparens poſt immiſſionem alleget aliquid juris excluſivum, puta dicendo teſtamentum fuiſſe cancellatum, aut teſtatorem in morte non poſſediſſe res, in quas hæres fuit immiſſus; tunc non auditur in poſſeſſorio, ſed rejicitur ad petitorium, quia in poſſeſſorio adipiſcendæ non admittuntur exceptiones de jure tertii, ſed allegare jura excluſiva intentionis immiſſi nil eſt aliud, quam opponere exceptionem de jure tertii. Argell. *loc. cit.*

71 Neque eſt legitimus contradictor poſſidens cum vitio. *L. communi dividundo.* §. *inter prædones. ff. de com. divid.* Crav. *conſ.* 104. *num.* 14. Menoch. *de adipiſc. rem.* 4. *numer.* 3. *lib.* 5. Argell. *loc. cit. quæſt.* 4. *art.* 1. Lim. ſi petitio fundatur in non jure petentis, cui jus non competere ex tali poſſeſſione apparet. Gabr. *conſ.* 46. *num.* 3. Argell. *loc. cit. numer.* 8. *quæſt.* 4. *art.* 1.

72 Ut quis ſit legitimus Contradictor, tria requiruntur. Primo ut poſſideat. 2. ut poſſideat bona fide, tertio ut in continenti doceat de jure ſuo, adeo ut habens ſolum titulum non ſit legitimus contradictor, quia ſolus titulus non dat juſtum intereſſe ad revocandam tenutam, ergo nec ad impediendam immiſſionem. Bald. *in L. manifeſtiſſimi. ff. de furt.* Dec. & alii apud Argell. *loc. cit. quæſt.* 5. *art.* 2. *num.* 39. Et qui non habet dominium, nec poſſeſſionem, non poteſt alium impedire ab obtinenda immiſſione; habens vero ſolum titulum non habet dominium, neque poſſeſſionem. *L. traditio ff. de acquir. rer. domin.* & titulus procedit tantum ex contractu, vel quaſi, ex contractu vero tantum obligatio oritur, & non dominium. *L.* 1. *ff. de act. & oblig.*

73 Qui vero titulum & poſſeſſionem habuit a Teſtatore, eſt legitimus Contradictor, quia non poteſt facere hæres, quod non poterat facere defunctus, quia in illum non plus juris tranſit, quam eſſet in defuncto. *L. nihil aliud eſt hæreditas. ff. de R. J. L. pactum ff. de pact.* Rota *in una Viterbien. coram Pirovano* 14. *Martii* 1614. apud Argell. *loc. cit. quæſt.* 6. *art.* 1. ſed defunctus non poterat venire contra habentem titulum, & poſſeſſionem a ſe ipſo. Menoch. *de adipiſc. rem.* 4. *num.* 583. & hæres non poteſt venire contra factum defuncti. *L. cum a matre. C. de rei vendic.* Menoch. *loc. cit. num.* 586. Oldrad. *conſ.* 118. *num.* 9. Natta *conſ.* 502. *num.* 5. Socin. jun. *conſ.* 77. *num.* 161. *lib.* 1. Menoch. *loc. cit.* & Rota mox ſupra citata. Sebaſt. Med. *de acquir. poſſeſ. gl.* 1. *par.* 2. *num.* 201. & Duran. *dec.* 84. Ita qui vivo teſtatore habet poſſeſſionem & titulum utrumque juſtum & validum, ſed non a Teſtatore, ſed a tertio, ſed non Domino cum bona fide non completa tamen uſucapione eſt legitimus contradictor. Faber. *in C. lib.* 6. *tit.* 14. *def.* 2. *annot. num.* 9. Argell. *loc. cit. art.* 2. *q.* 6. *num.* 18. ubi Addit. ſecus dicendum quoad illum, qui poſt mortem teſtatoris & titulum, & poſſeſſionem a tertio obtinuit, niſi non tantum titulum & poſſeſſionem probaret, ſed etiam dominium vel ſuum, vel ſui authoris; tunc enim eſset legitimus contradictor. Afflict. *dec.* 119. *n.* 6. Menoch. *de adipiſc. rem.* 4. *n.* 604. Bald. *conſ.* 344. Argell. *quæſt.* 7. *art.* 1. *n.* 8. & 26. Medic. *de acquir. poſſeſ. gl.* 1. *par.* 2. *a n.* 201. & Rota apud Mant. *dec.* 313.

74 Fideicommiſſarius, qui non poſſidet, & qui non poteſt propria authoritate poſſeſſionem capere, non eſt legitimus Contradictor contra hæredem petentem immiſſionem, licet in continenti de jure ſuo docere ſit paratus. Bar. *in L. filiam fratribus. ff. ad Trebell.* Boer. *quæſt.* 156. *num.* 1. Menoch *de adipiſc. rem.* 4. *n.* 630. Peregrin. *de fideicom. art.* 48. *num.* 33. Rota coram Seraph. *dec.* 83. apud Argell. *de legit. Contradict. quæſt.* 10. *art.* 1. *num.* 12. Dec. *conſ.* 424. *num.* 18. Menoch. *loc. cit. ref.* 632. Rol. *conſ.* 1. *num.* 71. *lib.* 1. Joſ. Ludovic. *dec.* 47. *num.* 15. Ratio eſt, quia ante reſtitutionem ſibi vel re vel verbo factam nullum jus habet. *L. facta. L. reſtituta. ff. ad Trebell.* Neque refert, ſi inſtrumentalem poſſeſſionem obtinuerit. Si vero fideicommiſſarius non poſſidens habet facultatem capiendi poſſeſſionem propria authoritate, eſt legitimus Contradictor contra hæredem, quia quilibet jus ſuum defendere poteſt, & providere, ne ſua conditio fiat deterior non tantum in corpore, & vita, ſed etiam in bonis; ſed fideicommiſſarius contradicendo ſuum jus tuetur, nimirum ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate a Teſtatore ſibi conceſſum, quod ſibi per immiſſionem hæredis gravati a Judice auferretur. Menoch. *d. rem.* 4. *num.* 24. Peregrin. *de fideicom. art.* 47. *num.* 55. Simon. de Præt. *de interpret. ult. volunt. lib.* 5. *interpret.* 2. *dub.* 1. *n.* 121. Argell. *loc. cit. art.* 2. *a num.* 38. Rota *diverſ. part.* 5. *dec.* 1368. Dummodo tamen Fideicommiſſarius de Jure ſuo docere in continenti ſit paratus. Dec. *conſ.* 84. & alii apud Argell. *loc. cit. numer.* 93. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 613. *numer.* 22.

Fideicommiſſarius, qui propria authoritate poterat ca- 75
pere poſſeſſionem, & cepit, ſi hæres ob detractionem Trebellianicæ ſibi competentem immiſſionem petit, eſt legitimus Contradictor, ſi oblata poſſeſſione pro indiviſo ratione Trebellianicæ in reliqua parte contradicat, quia hæres non eſt immittendus, niſi pro rata Trabellianicam reſpiciente. Argell. *loc. cit. art.* 9. *num.* 134. Fuſar. *de ſubſtit. quæſtion.* 613. & 672. Rota apud Ludoviſ. *deciſ.* 206. ubi Beltramin. & apud Cavaler. *dec.* 573. Hodierna ad Surd. *dec.* 333. & Rota apud Buratt. *dec.* 946. Idem eſt dicendum, quando hæres petit immiſſionem ob detractionem legitimæ ſibi competentem. Non eſt autem legitimus Contradictor, quando hæres uti creditor hæreditarius petit immiſſionem eo conſilio, ut detrahat primo, quod ſibi debetur, reliquum vero deinde reſtituat, quia Fideicommiſſarius non habet jus niſi ad id, quod in hæreditate continetur, hæreditas vero non dicitur niſi detracto ære alieno, & ſi hæres eſt creditor, non poteſt ſciri, quantum ſit in hæreditate. Peregr. *de fideic. art.* 35. *num.* 12. Mant. *de conject. ult. vol. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 13. & 15. Surd. *deciſ.* 224. & 1333. *num.* 19. Rota *diverſ. dec.* 680. *part.* 1. & apud Cavaler. *dec.* 573. Argell. *loc. cit. art.* 11. *n.* 172. aliter dicendum eſt, ſi hæres petat immiſſionem, ut hæreditariis creditoribus extraneis primo ſatisfaciat, dein reliquum fideicommiſſum reſtituat, quia tunc Fideicommiſſarius eſt legitimus Contradictor, quia reſtituta hæreditate partes Fideicommiſſarii ſunt, & non hæredis creditoribus ſatisfacere pro portione reſtituta. *L. facta. L. reſtituta. ff. ad Trebell.* Argell. *art.* 12. *num.* 186.

Præterea Fideicommiſſarius non eſt legitimus Contra- 76
dictor, qui obtinuit poſſeſſionem non vacantem nec Teſtatore, nec jure id permittente, quia ut Fideicommiſſarius ſit legitimus Contradictor, requiritur, quod legitime poſſideat, & in continenti doceat de jure ſuo. Crav. *conſ.* 69. Menoch. *de adipiſc. rem.* 4. *num.* 634. Bart. *in L. filiam. ff. ad Trebell.* Socin. jun. *conſ.* 75. *n.* 18. *lib.* 1. Rota *dec.* 520. *part.* 1. *diverſ.* Imo licet ſit paratus docere in continenti de Jure ſuo, non ſit legitimus Contradictor ob poſſeſſionis vitium, quia illam debebat capere de manu hæredis. Dec. *conſ.* 84. Peregr. *de fideicomm. art.* 47. *n.* 73. Farin. *de furt. quæſt.* 175. *num.* 293. Rota *loc. cit.* Rol. *conſ.* 78. *n.* 20. *lib.* 3. vide Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 613. *n.* 14. & Argell. *loc. cit. quæſt.* 10. *art.* 16. *n.* 233. qui diſtinguit concluſionem, quod non ſit legitimus Contradictor procedere, quando hæres prætendit juſtas detractiones æris alieni, Trebell. & legitimæ &c. ſi vero non prætendit, tunc eſse legitimum Contradictorem. Sebaſt. Medic. *de acquir. poſſeſ. gl.* 1. *part.* 2. *num.* 201. Fuſar. *loc. cit.* Fab. *in C. lib.* 6. *tit.* 14. *def in.* 2.

Ulterius Fideicommiſſarius, ſi obtinuit poſſeſſionem 77
a tertio privato, & eſt paratus in continenti de Jure ſuo docere, non eſt legitimus Contradictor contra hæredem petentem immiſſionem, ſi ſciebat tertium non eſse hæredem, quia res inter alios acta alteri nocere non debet. *L.* 1. *C. res inter alios acta.* Anchar. *conſ.* 21. Argell. *loc. cit. art.* 19. *numer.* 264. Imo licet poſſeſſionem ha-

habuiſſet a Judice, quia male Judex procedit dando Fideicommiſſario poſſeſſionem, quæ non a Judice, ſed ab hærede danda eſt; maxime ſi non concurrit Teſtatoris facultas. Rota apud Buratt. *dec.* 165. Rota apud Ludoviſ. *deciſ.* 206. Argell. *quæſt.* 10. *artit.* 24. *numero* 273.

§. V.

De modo tenendo ab Executore, tam in forma dignum, *quam in forma gratioſa.*

78 Executor litterarum Apoſtolicarum nequit exequi, niſi citato prius poſſeſſore, ſi adeſt, maxime ſi in litteris poneretur neceſſitas citandi. Flor. de Mena *var. reſ. lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 26. Rot. coram Othobon. *in una Compoſtell. Parochialis.* apud Bichium *deciſ.* 393. *numer.* 1. aliter, nulliter exequitur, licet contra poſſeſſorem Beneficii fuiſſet lata ſententia privationis. Bich. *deciſ.* 399. *numer.* 15. & licet fuiſſet vigore Conſtitutionum Pontificiarum privatus ipſo jure, quia poſſeſſor commodo ſuæ poſſeſſionis privari non debet, niſi præcedat declaratoria; imo licet poſſeſſor fuiſſet intruſus, niſi de intruſione notorie exactis conſtaret, & nullam ei defenſionem competere. *cap. licet Epiſcopus. de præb. in* 6. Burat. *deciſ.* 186. *num.* 4. Flor. de Men. *loc. cit.* Rot. *poſt conſilia.* Farin. *dec.* 279. *n.* 9. Gabr. *conſ.* 31. *num.* 20. *lib.* 2. Rot. *dec.* 211. *num.* 1. *part.* 2. *rec.* & apud Poſtium *de manuten. dec.* 234. *num.* 1. ſive executor ſit mixtus, ſive merus, & licet ignoret adeſſe poſſeſſorem aliquem. Bich. *dec.* 597. *num.* 7. 8. & 9. Menoch. *de adipiſc. remed.* 4. *numer.* 456. Gallerin. *conſ.* 227. *nu.* 3. niſi lex vel conſtitutio Pontificia cum decreto irritante poſſeſſionem primi poſſeſſoris impediviſſet procedendo ad annullationem actus per decretum irritans. Caſſador. *dec.* 1. *numer.* 1. *de reſtit. ſpol.* Put. *dec.* 197. *n.* 3. *lib.* 3. Rota *dec.* 510. *nu.* 5. *part.* 3. *diverſar.* Mandoſ. *in reg.* 1. *Cancell. quæſt.* 3. *numer.* 4. quia decretum irritans inficit naturalem, & civilem poſſeſſionem, ac etiam detentationem. Gabr. *de clauſ. concluſ.* 3. *num.* 50. Creſcent. *dec.* 4. *nu.* 4. *de privileg.* & tollit omnia remedia poſſeſſoria, quæ conſiſtunt in fomento juris. Rota poſt Poſt. *de manut. dec.* 215. *nu.* 15. & 18. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 66. *n.* 29. Garz. *de Benef. part.* 9. *cap.* 1. *n.* 427. vel niſi notorie conſtaret de non jure poſſeſſoris, quia talis etiam non citatus poteſt a Judice ſpoliari. Roman. *conſ.* 499. Dec. *conſ.* 191. *colum.* 3. Zuchardus *in L. fin. num.* 131. *C. de edict. Divi Adriani tollend.* quod tamen non procedit lite pendente. Lancellot. *de attentat. part.* 2. *cap.* 4. *declar.* 4. *a numer.* 19. vide etiam in verbo *Citatio. num.* 41.

79 Executor in forma *Dignum* non tenetur verificare niſi ea, quæ in litteris ſibi fuerunt commiſſa, ſcilicet idoneitatem impetrantis, & idoneitas conſiſtit in legitimis natalibus, legitima ætate, bonis moribus, & ſufficienti ſcientia. Et ſi adeſſet legitimus Contradictor, omnia, quæ ſunt in reſcripto, eſſent verificanda. Gregor. Tholoſan. *de Benef. cap.* 35. Rebuff. *de reſcript. ſi neutri.* Pariſ. *de reſignat. lib.* 11. *q.* 10. *n.* 15. 21. 33. & 34. Garz. *de Benef. part.* 6. *cap.* 2. *n.* 110. ubi DD. Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de reform.* & *ſeſſ.* 7. *cap.* 1. *de reform.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 4. & hæc quidem verificatio ab Executore nunquam poteſt omitti, licet Executor ſciret impetrantem eſſe idoneum, aliter collatio erit nulla ob formam litterarum non ſervatam. Oldrad. *conſ.* 41. Card. *in Clem.* 1. *de conceſſ. præb.* & ſi idoneitas eſſet notoria, illa eſset exprimenda ab ipſo Executore in collatione. Sanch. *de matr. lib.* 3. *diſp.* 33. etſi beneficium eſt Parochiale, nunquam poteſt omitti examen, non obſtante quacunque notorietate. Gonzal. *loc. cit.* Fuſcus *de viſit. libr.* 2. *cap.* 5. Garz. *de Benef. part.* 6. *cap.* 2. *num.* 265. Pariſ. *de reſig. lib.* 8. *quæſt.* 9. *num.* 83. & 84. Vivian. *in prax. Juriſpat. part.* 2. *lib.* 13. *cap.* 5. *n.* 35. & 40. *ſeq.* vide in Praxi *Parochialium*, & *Reſignationis.*

80 Difficultas eſt de Executore litterarum Apoſtolicarum in forma *gratioſa*, quid teneatur verificare? Et quidem videtur, quod nihil teneatur verificare, niſi alius eſset in poſſeſſione, vel adeſset legitimus Contradictor; quia tunc Executor ex mero fit mixtus: & ſic impetrans tenetur verificare narrata, maxime parte opponente; quia ſubintelligitur clauſula, *ſi preces veritati nitantur. cap.* 2. *de reſcr.* Zechius *de Benef.* & *penſ. cap.* 9. & 13. Veral. *dec.* 39. *part.* 2. Cæſar. de Graſs. *deciſ.* 48. 56. & 66. parte vero non opponente ſunt verificanda illa, quorum falſitas vitiat gratiam. Cæſar de Graſs. *dec.* 47. Veral. *dec.* 310. Vivian. *loc. cit. n.* 28. uti Clericatus, ætas, & valor Beneficii, ſeu ejus reddituum. Veral. *dec.* 128. Put. *dec.* 187. *libr.* 1. Vivian. Pariſ. & Garz. *ll. cc.*

Quod autem impetrans teneatur verificare narrata, 81
etiam in gratioſis, docent Pariſ. *de reſign. lib.* 3. *quæſt.* 2. *numer.* 25. & *libr.* 1. *quæſt.* 15. *numer.* 11. Mareſc. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 1. *per totum.* ubi Rot. maxime quæ ſunt fundamentum gratiæ, quæ plene ſunt probanda, prout ultra Vivian. *loc. cit. num.* 28. docent Bellamer. *dec.* 694. Lotter. *de re Benef. lib.* 1. *qu.* 43. & deſumitur *ex cap.* 1. *de litt. cont. in* 6. *cap.* 2. *de reſcript.* ubi Abb. Cravet. *conſ.* 124. Dian. *part.* 8. *tr.* 3. *reſ.* 50. Covar. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 20. Menoch. *de arbitr. caſ.* 201. *a numer.* 29. licet contrarium ſenſerint Sanch. *de matr. lib.* 8. *diſp.* 21. Tuſc. *litt. N. concluſ.* 1. & *litt. R. concl.* 721.

Illud apud pleroſque convenit, quod impetrans ab 82
Ordinario, qui cenſetur conferre motu proprio, & providet Eccleſiæ, non perſonæ, ac præſumitur informatus de qualitatibus ſuorum ſubditorum, non teneatur quidquam verificare; vel ſi obtinuit a Pontifice cum clauſula *motu proprio*, quæ tollit ſubreptionem, pariter non teneatur verificare, niſi proviſus ab Ordinario agat ad excluſionem alterius. Mareſc. *lib.* 2. *var. reſ. cap.* 1. *numer.* 179. ubi Rot. & plures DD. & patet *ex cap. ſi motu proprio. de præb. in* 6. vel niſi exprimatur cauſa falſa, vel de facto alieno. *cap.* 2. *de reſcr.* Felin. *in cap. cauſam. de teſt.* Gabr. *de clauſ. concl.* 2. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 201. *a numer.* 219. Put. *deciſ.* 187. Sanch. *de matr. lib.* 8. *diſp.* 21. Garz. *de Benef. part.* 6. *cap.* 2. Abb. *in cap. ad aures, de teſtib.* Mart. *de clauſul. clauſ.* 19. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 64. *numer.* 13. & 15.

Veniamus modo ad Executores in forma *Brevis*: eſt 83
autem Breve Apoſtolicum diploma, ſeu reſcriptum a Papa, vel Pœnitentiario magno emanatum, vel, clarius: eſt Scriptura modica in parvis conceſſa negotiis, in papyro, vel membrana ſcribi ſolita, cera rubra, annuloque Piſcatoris ſigillata. Rebuff. *in prax. Benef. de Brevi Apoſt. fol. mihi* 451.

Olim Breve Apoſtolicum non concedebatur, niſi in 84
materiis concernentibus juſtitiam, hodie autem per Breve expediuntur etiam negotia concernentia gratiam. Conceditur ergo Breve. Primo in negotiis concernentibus juſtitiam. Gomez *in tract. Brevium numer.* 3. quæ quidem Brevia, cum æquiparentur Bullæ æxpeditæ per Cameram juxta Cardin. *in cap. memoriam. diſt.* 19. ideo eadem, quæ vitiant Bullam, vitiabunt etiam Breve, quod quidem Breve, ſi fuit vitiatum, poterunt impetrari litteræ *perinde valere* per aliud Breve. Præterea licet per Breve non committantur appellationes extra urbem, id tamen fallit in pauperibus, & miſerabilibus perſonis. Ægidius *concluſ.* 44. vel niſi altera pars habuerit commiſſionem per Breve in partibus, ut ſervetur æqualitas inter partes. *cap. non liceat.* & *cap. in Judiciis de R. J. in* 6. *cap.* 1. *de Judic. in* 6.

Secundo conceditur per Breve facultas teſtandi de 85
bonis acquiſitis intuitu Eccleſiæ de modica ſumma, quo caſu nulla datur componenda. Quod Breve, ſi conceditur Regularibus, vel Religioſis, in illo ſtatuitur certa ſumma arbitrio Papæ taxanda, & quod de licentia ſui Superioris teſtetur, juxta Clem. *Religioſus. de procurat.* Ægid. *concl.* 247.

Tertio per Breve conceditur licentia vendendi res 86
Eccleſiæ, & exponendi pecuniam in utilitatem evidentem Eccleſiæ, quando valor rei alienandæ non excedit centum, vel in cenſu quinque ducatos. Rebuff. *l. cit. fol. mihi* 453. *num.* 39. Bene verum eſt, quod pro Regularibus, & aliis hodie datur ejuſmodi facultas per Breve etiam in majori ſumma a Sac. Congreg. Concil. Trid. vel Regularium, ut in praxi ſæpius vidi, & obſervavi.

Quarto conceditur altare portatile, nobilibus ta- 87
men, aut graduatis, vel dignis perſonis, ut celebrare valeant in oratoriis, vel domibus. Præterea per Breve datur licentia comedendi carnes, vel lacticinia in

Quadra-

Quadrageſima, de conſilio tamen utriuſque Medici, animæ ſcilicet, & corporis. gloſs. & DD. *in cap. fin. diſt.* 28.

88 Quinto, per Breve datur licentia extra Curiam ſuſcipiendi omnes Ordines a quocunque Catholico Antiſtite, cum clauſula tamen, *de licentia ſui Ordinarii. cap. nullus. de Paroch.* nec non diſpenſatio extra tempora promovendi, & in ætate.

89 Sexto, per Breve datur diſpenſatio Regulari, ut non teneatur ſuſcipere habitum intra ſex menſes, nec profeſſionem emittere Regularem. Item manendi extra Monaſterium deſerviendo Eccleſiæ Curatæ. *cap.* 2. *de ſtat. Monach.* Item manendi in alio Monaſterio, ad quos ſine licentia ſui ſuperioris convolarat, cum abſolutione ab Apoſtaſia, & cenſuris quibuſcumque, ac pœnis, hac occaſione incurſus. *cap.* 2. *ne Cler. vel Monac. in* 6. Roman. *conſ.* 341. Item Moniali tranſeundi ad aliud monaſterium, juxta *cap. Deus, de vit. & honeſt. Cler. Clem.* 1. *de elect.* Item ex juſta cauſa, ut in domo patris, vel fratris, aut matris extra monaſterium, quoad vixerit, religioſe vivere poſſit, de licentia tamen ſui ſuperioris, & ea durante. *c. periculoſe, de ſtat. Regul. in* 6.

90 Septimo, datur per Breve exemptio ab Ordinario, ex cauſa tamen, ut tradit Rebuff. *l. c. fol. mihi* 455. ubi Staphil. *in tract. Brevium. verſ. datur.*

Item octavo datur per Breve diſpenſatio ſuper defectu oculi ad omnes ſacros, etiam Presbyteratus, ordines, dummodo in oculo non appareat tanta difformitas, ut ex hac poſſit ſcandalum generari. *cap.* 2. *de corp. vitiat.* & ſi ſupplicans eſt extra Curiam, committur Ordinario, ut inſpiciat oculum, de quo plura infra in prax. *Ordinum.*

91 Nono conceditur per Breve licentia commutandi legata ad pias cauſas, in alias pias cauſas, quæ licentia a ſolo Pontifice concedi poteſt. Clem. *quia contingit. de Relig. domib.* Aufrer. *deciſ. Tholoſ.* 26. imo quando legatum erat factum ad certum opus pium, non ſolet commutari, ut voluntas defuncti ſervetur. *L. in conditionibus. ff. de cond. & demonſtr.* Rebuff. *l. c. n.* 56.

92 Decimo, per Breve ſolet concedi prorogatio temporis ad Epiſcopum conſecrandum, ad biennium computandum a fine trium menſium datorum de Jure *cap. cum in cunctis, de elect.* & plures alios caſus vide apud Rebuff. *loc. cit.*

93 Brevia vero ejuſmodi jure confecta tantam habent virtutem, quantam habent litteræ Apoſtolicæ, & alia reſcripta. Felin. *in rubr. de reſcr. colum. ult.* & corrumpens tale Breve incidit in pœnam falſi, quia litteræ Apoſtolicæ dicuntur. *cap. ad falſariorum, de crim. falſ. cap. in memoriam. diſt.* 19. Gomez *in tract. Brevium. nu.* 5. Et tale Breve poteſt derogare Bullæ, ſi eſt poſterius, juxta regulam, *poſteriora derogant prioribus. c.* 1. *de conſt. in* 6. *cap. caterum, de reſc.*

94 Executor in forma Brevis debet obſervare clauſulas in eo contentas, & cauſas, quæ fuerunt fundamentum gratiæ, & illas facere verificari: Bene tamen verum eſt, quod proprie in Brevibus multis non dicitur quis executor, uti in materia Ordinum, ſed cum ad Ordinarium ſpectet approbare ordinandos, ad eum quoque pertinet cognoſcere, an ſimilia Brevia ſint ſubreptitia, an non; item an impedimentum fuerit ſublatum.

95 Generaliter, qualiter executor Apoſtolicus litterarum in forma Brevis debeat procedere, vide Garz. *de Benef. part.* 6. *cap.* 3. Dantur etiam ejuſmodi Brevia ad capiendam poſſeſſionem in Beneficiis reſervatis via executiva ad utilitatem proviſi: & tunc debebit verificari reſervatio, in qua fundatur Breve. DD. & Agnanter Lancellot. apud Garz. *l. c.* & quid operetur clauſula *ſublato, & parito Brevi*, in ejuſmodi Brevibus poni ſolita, vide eundem Garz. ut ſupra, & in praxi Clauſularum, *ſupra litt. C*

96 Nunc accedendo ad executionem gratiæ *ſi neutri*, ſcire oportet, quod hæc importat duas conditiones ab executore neceſſario verificandas: prima conditio eſt, quod Beneficium, quod erat litigioſum, vacet per mortem unius ex collitigantibus, vel ceſſionem liberam, ſecundo, quod neutri ex collitigantibus jus competat in dicto Beneficio. Cotta *dec.* 283. Rebuff. *in prax. Benef. fol. mihi* 129. & 263. Vivian. *in prax. Juriſpat. part.* 2. *lib.* 13. *cap.* 5. *n.* 33. qui teſtatur ita fuiſſe deciſum a S. Rot.

§. VI.

Executio Brevis pro abſolutione Irregularitatis, ob homicidium.

97 Poſtquam fuerit Breve præſentatum, debet fieri decretum, quod capiatur informatio pro verificatione expoſitorum, ſimili modo: Impetrans præſentat litteras Apoſtolicas Domino Executori, cum ſequenti inſtantia.

98 *Die, loco, & anno &c. comparuit N. & Reverendiſſimæ ſuæ Dominationi præſentavit litteras Apoſtolicas, humiliter petendo, ad earum executionem deveniri, & fieri, prout in illis.*

Decretum.

Reverendiſſimus Dominus Vicarius litteras Apoſtolicas, ea, qua decet, reverentia recipit, & obtulit ſe ad ea, qua Juris; mandando de expoſitis, & narratis in litteris prædictis informationes capi. & ita &c.

99 Capta informatione, & conſtito de narratis, Executor interponit decretum, tenoris ſequentis.

Decretum.

VIſo Brevi Apoſtolico nobis directo, Romæ, ſub annulo piſcatoris expedito apud S. Mariam majorem Pontificatus S. D. N. &c. non cancellato, non abraſo, ſed omni vitio, & falſitatis ſuſpicione carente; viſis teſtium depoſitionibus, aliiſque ſcripturis præſentatis: viſis videndis, & conſideratis de Jure conſiderandis, dicimus, decernimus, & declaramus, preces Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ pro parte N. porrectas, fuiſſe, & eſſe veras, omniaque in illis narrata veritate niti, eundemque N. cum fiſco concordaſſe, pacem a parte offenſa habuiſſe, & ideo fore, & eſſe abſolvendum ab omnibus pœnis Eccleſiaſticis, quas quomodolibet propter homicidium in actis deductum, quovis modo incurrit, prout præſentium tenore, auctoritate Apoſtolica, qua fungimur in hac parte, abſolvimus, & liberamus, & eundem N. ſuper irregularitate, ob idem homicidium quomodolibet contracta, dummodo ei aliud canonicum non obſtet impedimentum, Clericali charactere, quo alias rite fuit inſignitus, illiuſque privilegiis uti, ac in ſuſceptis per eum pariter rite quatuor Ordinibus minoribus, nec non Sacris Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordinibus, in altaris miniſterio, libere, ac licite poſſit, & valeat miniſtrare, eadem auctoritate Apoſtolica diſpenſamus, non obſtantibus quibuſcumque, quæ non obſtare voluit, & mandavit idem Sanctiſſimus Dominus noſter, dummodo dictus N. non celebret in loco commiſſi delicti, & eidem pro pœnitentia ſalutari injungimus, ut qualibet feria ſexta, per annum jejunet, & ita dicimus, decernimus, & declaramus, & abſolvimus, non ſolum præmiſſo, ſed & omni &c.

Poſt hoc decretum fit abſolutio cum inſertione tenoris Brevis uti ſequitur.

NOS. &c. Univerſis &c. Noveritis qualiter nuper coram nobis comparuerit N. & præſentaverit Breve expeditum Romæ ſub annulo Piſcatoris tenoris ſequentis. (*hic venit totus tenor Brevis*) pro cujus debita executione fuit per nos ſuper expoſitis capta informatio, & ſervatis ſervandis editum decretum tenoris ut ſequitur (*hic inſeritur decretum*) quæ omnia ad veſtram & omnium deducimus notitiam, ut in futurum ignorantiæ cauſa a nemine allegari valeat. Dat. &c.

§. VII.

Executio Brevis pro conceſſione oratorii privati pro Baronibus & Principibus.

101 Præſentato Brevi pro conceſſione Oratorii privati debet dari commiſſio ab ordinario alicui, qui facto ad locum acceſſu viſitet oratorium, an ſit ſegregatum a Domeſticis curis, & an ſit inſtructum paramentis, ornatu, aliiſque neceſſariis utenſilibus pro celebratione Miſſæ ut dictum fuit in praxi Oratorii, & maxime obſervare, an ſupra Oratorium dormiatur, quod omnino non licet, & ſi omnia fuerint inventa bene diſpoſita, fit decretum cum inſertione Brevis tenoris, ut ſequitur.

102 *Viſo Brevi Apoſtolico nobis præſentato pro parte N. expedito Romæ ſub annulo Piſcatoris apud S. Mariam &c. Pontificatus &c. viſo acceſſu per N. juſſu noſtro ad locum N. facto, in quo inventum fuit oratorium ſegregatum a Domeſticis Curis bene, & decenter ornatum, & in eo adeſſe omnia ſacra ſupellectilia ad ſacrificium Miſſæ devote celebrandum. Dicimus, decernimus, & declaramus fore, & eſſe licitum dicto Domino N. vigore dicti Brevis ſacrificium miſſæ in dicto oratorio celebrari facere coram ſe & ſua familia, licentiamque concedimus tam ſæcularibus, quam Regularibus celebrandi in dicto Oratorio exceptis diebus ſolemnibus* (hic ſpecificentur feſta) *& citra præjudicium Jurium parochialium, & hoc ad noſtrum beneplacitum & arbitrium ſervata forma Brevis prædicti non obſtantibus &c. quæ &c. Dat.*

Deinde expediuntur littetæ patentes, uti ſupra §. mox ſuperiori.

§. VIII.

Executio Litterarum Apoſtolicarum, in quibus fit proviſio Beneficiorum.

103 Facta præſentatione litterarum Apoſtolicarum & ut ſupra &c. edito decreto capiendarum informationum, examinantur teſtes ſuper redditibus Beneficii juxta valorem in illis expreſſum, & probatur per teſtes vel ex libro mortuorum obitus prædeceſſoris in menſe reſervato, vel qualitas, quæ facit Beneficium reſervatum. Item probatur idoneitas proviſi; & ſi eſt Canonicatus in Cathedrali, vel Collegiata examinatur proviſus ſuper idoneitate beneficii obtenti, & ſuper cantu Gregoriano, & ſi ſit Beneficium Parochiale debet examinari ab Examinatoribus proſynodalibus & quidem pro forma; quibus præmiſſis fit decretum tenoris ſequentis.

104 *Viſis litteris Apoſtolicis Romæ &c. nobis pro parte N. præſentatis: Viſis informationibus captis, ex quibus apparet preces narratas Sanctiſſimo veritate niti, & prædictum N. eſſe idoneum ad dictum Beneficium, prout idoneus repertus eſt a noſtris Examinatoribus, dicimus, decernimus, & declaramus dictum Canonicatum cum præbenda ut ſupra vacantem eſſe conferendum dicto N. prout tenore præſentium Apoſtolica authoritate, qua fungimur in hac parte, conferimus cum omnibus ſuis fructibus, proventibus, & emolumentis & oblationibus dependentibus, & emergentibus, annexis &c. ipſumque in realem, corporalem, & pacificam poſſeſſionem dicti Canonicatus, & Beneficii ponimus & inducimus,* (vel ſi per alium) *in actualem, realem & corporalem poſſeſſionem immitti mandamus amoto quolibet alio illicito detentore, quem amotum per præſentes decernimus authoritate prædicta, mandantes omnibus Dignitatibus & Canonicis dicti Capituli, ut dictum N. proviſum Apoſtolicum in fratrem, & Canonicum recipiant, & ſtallum in Choro aſſignent, illumque ut talem habeant & tractent, & portionem ei faciant, prout habent alii Canonici dictæ Cathedralis, non obſtantibus Conſtitutionibus, Conſuetudinibus contrariis quibuſcumque tam generalibus, quam particularibus dictæ Cathedralis vel Collegiatæ. Et ita dicimus &c. & Apoſtolica authoritate conferimus, non ſolum præmiſſo, ſed & omni alio &c.*

Poſt quod decretum expediuntur litteræ patentes tenoris ut in §. *ut ſupra*.

Quando vero impetratio Beneficii fuit facta certo 105
modo, ut cum quis male impetravit Beneficium puta per ſub, vel obreptionem, & tunc impetratio facta hoc modo duo continet mandata, ſcilicet de privando male proviſum Beneficio, illudque conferendo illi, qui litteras certo modo impetravit, quo caſu Executor ſemper eſt mixtus, & citare debet male proviſum.

Tunc Delegatus dat terminum ad probandam narra- 106
tivam noviter proviſo, citato prius male proviſo, & hic terminus eſt communis, in quo termino debet probari mala expreſſio facta ab illo, ob quam litteræ impetratæ fuerunt nullæ & ideo privandus Beneficio, debet etiam probari narrativa valoris Beneficii, & ſuæ idoneitatis. Decretum vero eſt, ut ſequitur:

Et per Reverendiſſimum &c. Delegatum Apoſtolicum 107
fuit proviſum & decretum, quod detur, prout præſentium tenore datur terminus dierum &c. ad probandam narrativam, & incumbentia citato N. ex adverſo principali.

Quibus facti probationibus proceditur ad ſententiam 108
privationis, citato male proviſo, uti ſequitur:

Parte & mandato Reverendiſſimi Domini Delegati Apoſtolici citentur N. primo proviſus, & ſecundus. NN. qualiter, die &c. ad dicendum, opponendum, & allegandum quidquid &c. tam in jure, quam in facto, & quare &c. & eodem termino ad audiendum tenorem definitivi decreti. Ideo &c.

Hac citatione facta & debite intimata fit ſententia, ut ſequitur:

In cauſa & cauſis coram nobis authoritate Apoſtolica Delegato vertente & vertentibus inter N actorem ex una, & N. Reum conventum ex altera ſuper privatione Beneficii ſub titulo &c. illiuſque proviſione in perſonam dicti N. actoris ut in actis. Viſis litteris Apoſtolicis nobis præſentatis, expeditis Romæ ſub plumbo, ſub &c. Viſo termino dato, teſtiumque depoſitionibus. Viſa concluſione in cauſa, Viſa citatione ad ſententiam hac die, & hora cadente: Viſis videndis & conſideratis omnibus de jure conſiderandis, per hanc noſtram definitivam ſententiam, quam in ſciptis ferimus, dicimus, & decernimus, declaramus ac definitive ſententiamus dictum N. propter malam expreſſionem & ſubreptionem adhibitam in impetratione dicti Beneficii fore & eſſe privandum, prout præſentium tenore Apoſtolica authoritate privamus, & privatum eſſe decernimus, dictumque Beneficium cum omnibus fructibus, proventibus, & juribus ſuis ac integro ſtatu fore & eſſe conferendum, prout tenore præſentium authoritate prædicta Apoſtolica conferimus & aſſinamus N. actori, qui omnia narrata in litteris Apoſtolicis coram nobis verificavit, ac idoneum ad dictum Beneficium obtinendum ſe coram nobis probavit, ac in realem, actualem & corporalem poſſeſſionem dicti Beneficii immittimus, illiuſque poſſeſſionem tradimus. Amoto dicto N. Convento, ſeu alio illicito detentore, quem nos per præſentes authoritate Apoſtolica amovemus & amotum eſſe decernimus. 109

Sententia parti intimata, ſcilicet illi, qui fuit pri- 110
vatus, ſi appellet, non erit in cauſa amplius procedendum; ſi vero non appellat, expediuntur litteræ patentes ad favorem proviſi, ut ſupra in hoc eodem paragrapho.

§. IX.

Executio litterarum Apoſtolicarum in diſpenſatione Matrimoniali.

Delegatus, quoad exercitium nullam acquirit juriſ- 111
dictionem, priuſquam litteræ Apoſtolicæ ſibi fuerint præſentatæ, licet a die Datæ acquirat juriſdictionem in habitu. Gratian. *diſcept. for. c.* 170. *num.* 20. Garz. *de Benef. part.* 6. *c.* 2. *nu.* 8. Gabr. *de execut. rei judic. concl.* 3. Seraph. *dec.* 1010. *n.* 2. Barb. & alii apud Juſtis *l.* 1. *c.* 6. *nu.* 2. Sperell. *dec.* 85. *num.* 31. Sanch. *de matr. l.* 8. *diſp.* 29. *nu.* 10. licet ille ſcientiam aliunde haberet, & exemplum Commiſſionis illi fuiſſet exhibitum. Lotther. *de re Benef. l.* 1. *quæſt.* 40. *n.* 27.

Hinc ſi obtentis Bullis Oratores illis Delegato non 112
exhibitis matrimonium contrahant, nulliter contrahunt, & nova egent diſpenſatione, imo licet exhibuerint, ſed illæ non fuerint executioni datæ. Pyrrhus Corrad.

in

in praxi dispens. lib. 8. cap. 1. num. 44. de Justis *loc. cit. num. 12.* quia novum contrahunt impedimentum, quod est necessario exprimendum. Concil. Trident. *sess. 22. c. 5.*

113 Præsentatis Bullis originalibus Delegatus debet videre, an illæ non contineant clausulas insolitas; quia tunc essent de falso suspectæ. Gonzalez *ad reg. 8. Cancell. gl. 36. n. 86.* Justis *l. c. n. 13.* si vero Bullæ sunt iuxta solitum stylum, solito plumbo, & cordulis munitæ, tunc poterit servatis servandis ad executionem procedere, & servatis illis, quæ in Bullis vel Brevi fuerint præscripta. Et ideo ante omnia considerabit clausulas litterarum; quæ solent esse.

114 Primo ponitur nomen Pontificis, quamvis propterea per mortem illius non cesset Delegatio etiam re integra, si delegatio fuerit facta nomine Dignitatis, dicendo v. g. Sedes Apostolica tibi commisit. Sanz. *de matrim. l. 8. disp. 28. n. 44.* nam mortuo Pontifice Ecclesia non dicitur remanere sine capite, quod est Christus. Lotther. *de re Benef. l. 2. quæst. 27. n. 32.* Bellarmin. *de controv. fidei. to. 1. l. 2. c. 12.* Justis *l. c. nu. 54.* Dein ponitur Delegatus, sequitur salutatio, dein exprimuntur nomina & cognomina Oratorum, sequitur nomen Diœcesis Oratorum, alias hæc omissa, vel si in illa fuit erratum, vitiatur dispensatio tanquam concessa contra intentionem Pontificis, qui vult scire Diœceses Oratorum, ut litteras possit dirigere Episcopo originis oratricis ad normam Concil. Trid. uti testatur Pyrrhus Corrad. *in prax. Dispens. matrim. l. 7. c. 5. nu. 24.* Justis *nu. 117.* Exprimitur præterea locus Oratorum, quæ tamen expressio necessaria non est, nisi quando dispensatio impetratur ob angustiam loci, vel locorum, & tali casu error in expressione loci invalidat gratiam. Justis *nu. 125.* & ordinarie attenditur locus originis Oratorum, & non domicilii. Unde si commissio fuisset facta Ordinario Oratorum absque expressione & specificatione loci, intelligitur facta Ordinario originis. Corradus *loc. cit. num. 31.* Justis *nu. 129.* & Garz. *de Benef. part. 7. c. 9. n. 22.*

115 Et licet verbum *ortus* proprie intelligatur de illo, qui in loco natus est, *oriundus* vero intelligatur ille, qui originem ab eo loco ducit, unde fuerunt ejus majores, juxta Garz. *de Benef. part. 7. c. 9. num. 25.* & Justis *nu. 132.* Macrcus Antonin. *var. res. l. 1. res. fin. c. 33.* Cæs. de Graff. *dec. 61. alias 15. nu. 4.* Rota *dec. 327. n. 3. patrt. 1. diverf.* tamen ex consuetudine confunduntur, & pro eodem sumuntur. Garz. *loc. cit.* Vivianus *de Jurepatr. l. 6. c. 11. num. 14.* adeo ut, si pro petenda dispensatione ob angustiam loci fuit dictum oratricem esse ex loco A. in quo illius pater natus est, licet oratrix fuerit nata in loco B. gratia non erit sub vel obreptitia, sed sufficit probare angustiam loci A. Barb. *de potest. Episc. alleg. 4. nu. 8.* Lælius Altogradus *cons. 24. l. 2. nu. 40.* quia nativitas propria vel materna facit aliquem Civem. Vivianus, Altograd. & Just. *ll. cc. nu. 135.* Lim. nisi fortuito quis in aliquo loco natus fuerit: quia tunc non fit quis oriundus, vel civis illius loci. Barb. *loc. cit.* Justis *n. 136.* Neque habitatio, etsi longissima facit aliquem esse ortum in aliqo loco. Garz. *l. c.* & ita si in commissione adsunt illa verba *ortus*, non sufficit probare habitationem etiam longissimam etiam immemorabilem in illo loco, sed gratia erit subreptitia, licet Papa, si sciviset, dispensasset, quia casus non expressus habetur pro omisso, & concessio facta in uno casu non porrigitur ad aliqm. Leo *in thes. for. Eccles. part. 2. c. 8. nu. 49.* Justis *n. 141.* quæ procedunt, licet Oratores ex privilegio essent cives illius loci, quia adhuc non dicuntur orti in illo. Barbos. *axiom. 113. num. 5.* Rota apud Merlin. *dec. 882. n. 15.*

116 Dein in litteris sequitur petitio Oratorum, cum expressione impedimenti, v. g. consanguinitatis, vel affinitatis in tali, ac tali gradu, ac causa petendi dispensationem. ex gr. *angustia loci*, quando impedimentum est dubium, an adsit, vel non, tunc debet judicari non esse opus dispensatione, sed standum pro libertate. Justis *l. 1. c. 6. n. 118.* Guttierez *de matrimon. c. 122. n. 5.* Bonac. *de LL. disp. 1. quæst. 2. p. 1. nu. 18.* Sanch. *de matr. l. 8. disp. 6. num. 18.* Pont. *eod. tr. l. 8. c. 13. n. 1.* Dian. *part. 8. tr. 3. res. 72.* Sperell. *dec. 119. n. 57.* Ampl. idem procedere in conflictu opinionum, si est probabilior.

Succedunt verba „ *absque Sedis dispensatione &c.* & 117
sequitur absolutio a censuris, ut Oratores reddantur habiles ad gratiam, quæ alium effectum non operatur, ut supra in verbo *Absolutio*.

Dein veniunt verba „ *discretioni tuæ*. quæ non im- 118
pediunt subdelegationem, nec faciunt esse electam industriam personæ. Gratian. *disc. for. c. 738. nu. 1. & 2.* sed potius arbitrium regulatum. Verbum *mandamus* importat necessitatem, & præceptum.

Verba „ *deposita per te omni spe cujuscumque mune-* 119
ris, etiam sponte oblati, non important consilium, sed præceptum rigorosum sub pœna excommunicationis, non obstante quacumque contraria consuetudine: neque esculenta, neque poculenta, etiam quæ paucis diebus consumi possunt. S. Congr. apud Garziam *part. 8. c. 1. n. 102.* Rot. apud Pyr. Corrad. *l. 7. c. 6. n. 14.* quidquid dicant Sanch. *de matrim. l. 8. disp. 35. n. 10.* Dian. *part. 8. tr. 3. res. 111.* imo neque sub prætextu studendi processui, legendi examen testium, itineris faciendi pro examinandis testibus, neque ratione sigilli, aut taxæ potest delegatus aliquid accipere. S. Cong. apud Sbroz. *de offic. Vicar. l. 2. q. 36.* Dian. *par. 5. tr. 13. res. 71.* Corrad. & Garz. *ll. cc.* Just. *n. 243.* Genuen. *in prax. Archiep. c. 20. n. 10. in summar.* Ventrigl. *in prax. annot. 36. §. un. n. 11.* Limita post executam dispensationem non prohiberi aliquid sponte datum accipere, dummodo nulla præcesserit Pactio expressa, vel signis evidentibus ostensa.

Sequitur clausula „ *de præmissis te diligenter infor-* 120
mes. ad cujus executionem, & implementum, non sufficit Oratorum confessio de impedimento, & de aliis in supplicatione narratis; sed delegatus debet ab aliis se diligenter informare. Genuen. *in prax. cap. 20. nu. 12.* Corrad *loc. cit. num. 20.* licet Pontifici narrata notoria sint, & notorium non egeat probatione. Gratian. *disc. for. c. 925. n. 13.* Sperell. *dec. 109. nu. 44.* tamen hæc clausula importat conditionem, & formam, ob illud adverbium *diligenter*. Sanch. *de matr. l. 8. disp. 34. n. 26.* Garz. *de Benef. part. 6. c. 2. n. 265.* Gratian. *disc. for. c. 596. n. 2. & 3.* Hinc si delegatus ante captas hujusmodi informationes, & ante verificationem precum dispensaret, dispensatio esset irrita, tanquam facta non servata forma mandati. Riccius *in prax. part. 1. res. 104.* Rota coram Penia *dec. 484.* Sanz. *loc. cit.* Justis *num. 250.*

Quamvis clausula, quæ succedit, *si preces veritati* 121
&c. referatur ad omnia narrata, si de narratis aliqua sint superflua vel falsa, gratia non dicitur sub vel obreptitia, nisi agatur de præjudicio tertii. Rota apud Farin. *dec. 270.* quia non omnia parimodo respicit, sed aliqua uti substantialia, alia uti accidentalia. Substantialia sunt necesario verificanda, non vero accidentalia. Sanz. *de matrim. l. 8. disp. 21. n. 32.* Justis *n. 259.* qui citat Cencium *de censib. quæst. 66. n. 10.* Lælium Altograd. *cons. 64. n. 49.*

Porro pro verificatione precum non requiritur neces- 122
sario & de necessitate formali testium examinatio, nec judicialis cognitio, sed sufficit, quod Delegatus se diligenter informet. Altograd. *l. c.* Sanz. *l. c. disp. 36.* & ideo potest se sine ordine & figura judicii testibus etiam non jurantibus informare. Sanz. *loc. cit.* Mascard. *de prob. conclus. 1362. n. 16.* si vero adversarius aliquis se opponeret, tunc debet citari pars & acta in scriptis redigi. Garz. *l. c. part. 6. num. 247.* Deber tamen etiam in informatione extrajudiciali videre, an testes sint fide digni, & si de eorum integritate non satis fidit, suppleat numero. Seraphin. *dec. 241.* Rota coram Burrato *dec. 143. nu. 12. part. 1. diverf.* Si vero omnibus coram Delegato verificatis, Delegato contrarium constaret, non potest dispensare, quia non potest operari contra conscientiam, quæ oneratur in litteris Apostolicis. Sanch. *de matrim. l. 8. disp. 24. n. 21.* Garz. *de Benef. part. 6. c. 2. n. 251.* Just. *n. 271.*

Ad probanda impedimenta matrimonii admittuntur 123
potius consanguinei, etiam Pater, & Mater, quam extranei; quia sunt magis informati. Mascard. *de prob. conclus. 410. nu. 35.* Zerola *in prax. Episc. verb. matrim. §. 14.* Ludovis. *dec. 471. numer. 4.* Pyrrh. Corrad. *dict. cap. 6. numer. 46.* Rota coram Penia *dec. 534. num. 12.*

Ad quem finem se informandi Delegatus habet po- 124
testatem non solum cogendi censuris quascumque personas,

sonas, quæ subdelegationis sunt capaces ad suscipiendum munus subdelegationis. *cap. pastoralis. de off. Deleg.* sed potest cogere etiam testes ad veritatem dicendam, eosque mulctare, & excommunicare. Rota coram Merlin. *dec.* 610. *a num.* 2. non tamen bannire, quia hoc est meri imperii. Menoch. *de arbitr. cas.* 438. *a num.* 23. nec uti manu armata pro executione suæ sententiæ. Justis *num.* 279. Immo potest punire testes coram se falsum deponentes. Genuen. *in prax. cap.* 85. *n.* 1. *in fin.* Ventriglia *in prax. annot.* 38. *num.* 8. Graff. *de effect. Cleric. eff.* 1. *num.* 1153. sive testes fuerint Laici; sive Regulares. *L. nullum. C. de test.* Maranta in Spec. *part.* 6. *act.* 12. *num.* 3. Zerola *in prax. Episc. verb. cas.* §. 1. Bellet. *disquis. Clerical. part.* 1. *tit. de favor. Cleric. reali.* §. 5. *num.* 25. quia concessa jurisdictione censentur concessa illa, sine quibus ea exerceri non potest, & ideo punit contumaces, invocat brachium sæculare & alia. Tusc. *litt. I. conclus.* 438. Ratio est, quia Delegatus in causa delegata gerit vices Pontificis, & est omnibus superior Gratian. *discept. for. cap.* 167. *num.* 57. Et concessa sibi ab eodem Pontifice jurisdictione censentur etiam illa concessa, sine quibus illa explicari non potest. *cap. præterea. de off. Judic. deleg.* Sanz. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 19. Gratian. *l. c. cap.* 738. *num.* 30. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *num.* 54. Rota coram Merlino *dec.* 610. *n.* 27. *cap. cum contingat.* ubi Anchar. *num.* 6. Host. *n.* 1. Joan. Andr. *nu.* 4. Socin. jun. *n.* 5. apud Merlin. *l. c.* Justis *lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 278.

125 Clausula, *si preces veritate niti repereris*, quæ subsequitur, facit, quod delegatus non sit Executor merus, sed mixtus, quia Executor merus dicitur, qui post negotium jam plene discussum deputatur, ita ut illi nihil aliud remaneat, quam sola executio. *L. Executores.* 8. *C. de execut. rei judic.* Graff. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 833. & ideo non potest admittere exceptiones respicientes merita causæ principalis, neque illas, quæ infringunt directe executoriales, quia non qualiter lata sit sententia, sed qualiter exequenda sit, cognoscere debet. Exceptiones tamen suam jurisdictionem infringentes cognoscere potest, & debet, uti sub vel obreptionis ad effectum supersedendi, & delegantem informandi. *cap. de cætero. de sent. & re judic.* Abb. *in cap. pastoralis, de off. Deleg.* Salgado *de protect. reg. part.* 4. *cap.* 6. mixtus vero Executor non tantum admittit exceptiones merita causæ concernentes, sed etiam pronuntiat se competentem, vel incompetentem. *cap. significantibus. de off. Deleg. Clem.* 1. *de rescript.* Salgado *loc. cit.* Præterea mixtus non potest cognoscere exceptiones concernentes merita causæ principalis, sed illas debet remittere ad Delegantem, & interim procedere ad ulteriora in executione. Illas tamen quæ attingunt nullitatem sententiæ, potest admittere non ad effectum determinandi super illis, sed ad effectum eas remittendi ad Superiorem, & interim supersedendi in executione. Felin. *in cap. de cætero. de re Judic.* ubi gloss. *in cap. pastoralis. de off. Deleg.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 4. Salgad. *l. c. num.* 33. licet hæc exceptio proponeretur post tres conformes. Vant. *de nullit. verb. quot. & quibus modis. num.* 32. & 33. Covar. *pract. quæst. cap.* 25. *num.* 2. Illas vero, quæ non impugnant sententiam, nec illam labefactant principaliter, sed in parte temperant, aut modificant, & executionem tantum respicitur, tenetur admittere. Felin. & Menoch. *ll. cc.* nisi jam fuissent propositæ in Judicio ante sententiam, & super illis fuisset cognitum. Panorm. *in cap. fin. de juram. calum.* Tusch. *litt. E. concluf.* 381. Sald. *l. c.* secus si de tali exceptione non fuit cognitum, vel pronuntiatum. Salgad. *l. c. num.* 84. Debet etiam admittere exceptionem, quæ oritur ex ventre sententiæ. Cassador. *dec.* 10. *de rescript.* Tuscus & Salg. *ll. cc.* Ecclesia *obs. for.* 151. *n.* 9.

126 Executor etiam merus tenetur admittere exceptionem ortam de novo, quæ si a Judice delegante fuisset cognita, supersedisset. Felin. *in cap. pastoralis. de off. Deleg.* Menoch. *ut sup.* sicut etiam exceptionem impugnantem jurisdictionem Delegantis. *cap. si a subdeleg.* ubi Archidiac. & Jo. Andr. *de off. Deleg. in* 6. Lapus *alleg.* 2. Vant. *de nullit. senten. tit. coram quo*, & si non admittit, potest appellari. Eccles. *l. c.*

127 A quo tempore narrata Pontifici debeant esse vera, an a die Datæ, vel tempore executionis, non conveniunt Doctores; aliqui volunt debere verificari tempore executionis. Garz. *de Benef. part.* 6. *cap.* 2. *num.* 283. Pyrrhus Corrad. *in prax. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 25. & 28. Alii volunt sufficere, si verificentur tempore Datæ. Mascard. *de prob. conclus.* 1123. *num.* 22. Rota coram Cavaller. *dec.* 196. *num.* 1. & coram Penia *dec.* 147. *num.* 2. & aliæ apud Just. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 298. Probabilius videatur, quod in dispensationibus, quæ fiunt per viam Commissionis, debeant verificari, & tempore impetrationis, & tempore executionis. Sanz. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 30. Pont. *de matr. lib.* 8. *cap.* 20. Bonac. *de LL. disp.* 1. *quæst.* 2. *p.* 10. *num.* 4. Dian. *part.* 8. *tract.* 3. *ref.* 24. & 77. quibus adhæret Justis *l. c. num.* 299. Guttierez *de matrim. cap.* 126. *num.* 2.

Sequitur clausula, *super quo conscientiam tuam oneramus*, quæ cum insit de Jure omnibus commissionibus nihil operatur. Sanz. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 67. *num.* 3. Gratian. *disc. for. cap.* 496. *num.* 33. nisi ut censeatur remissus rigor juris. Barb. *de clauf. clauf.* 24. & res relicta arbitrio boni viri, ita non teneatur procedere cum judiciali causæ cognitione. Sperell. *dec.* 109. *num.* 48. Justis *l. c. num.* 310. Bene verum est, quod talis causa, cum fuit onerata Delegati conscientia, non possit subdelegari, nisi quoad informationem vel processum faciendum, & ita nudum ministerium, non vero ipsa dispensatio. Sanz. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 27. *num.* 14. Innoc. *in cap. fin. de off. Deleg.* ubi Abb. §. *fin. num.* 6. & Fel. *num.* 4. Rota coram Penia *dec.* 80. *num.* 11. Justis *l. c. num.* 312. Genuen. *in prax. cap.* 85. *num.* 6. & 7. Garz. *de Benef. part.* 6. *cap.* 2. *numer.* 105. Corrad. *lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 41. Zerola *in prax. Episc. verb. Delegatus.* §. 5. *part.* 1. hæc procedunt, quando Delegatio fuit facta Dignitati, vel officio, & electa personæ industria, de hac, & aliis clausulis vide etiam aliqua, quæ diximus in verbo *Alienatio. & in praxi clausul. num.* 31. 128

Delegatus autem Pontificis, si delinquat in causa delegata, v. g. non procedendo, non potest puniri a Pontifice, & si Oratores graventur a Delegato, debent recurrere ad Delegantem. Genuen. *in prax. cap.* 38 *num.* 6. Ventriglia *in prax. for. Eccles. annot.* 38. at si delinquat per se agendo, vel jurisdictione abutendo, aut illam excedendo, vel procedendo, antequam doceat de delegatione, potest puniri ab Ordinario, non ut Delegatus, sed ut criminosus. DD. cit. & Justis *num.* 324. Zerola *in praxi Episc. verb. Delegatus* §. 16. *p.* 1. 129

Quamvis vero dispensationes matrimoniales non soleant committi, nisi personis in dignitate constitutis, imo nec possint subdelegari, nisi personæ in dignitate constitutæ, juxta *cap. statutum.* 11. *de resc. in* 6. & in hoc Delegatus Pontificius differat a Delegato inferioris Prælati, quod iste possit etiam simplices Clericos subdelegare, tamen quoad simplices informationes habendas, potest etiam a Delegato Pontificio simplex Sacerdos subdelegari, imo simplex Clericus, etiam Notarius sæcularis, etiam extra Diœcesin Delegati. Just. *loc. cit. num.* 327. Graz. *loc. cit.* §. 1. *num.* 106. Gratian. *disc. for. cap.* 738. *num.* 35. Sanch. *de matr. lib.* 8. *desp.* 27. *num.* 43. Pyrr. Corrad. *lib.* 7. *dispens. matr. cap.* 6. *num.* 47. 130

Sequitur clausula, *tunc cum N. N.* quæ denotat, quod non ante sed post captas informationes, & ea impleta, quæ in mandato fuerunt commissa, possit ad dispensationem procedi. Genuens. *in prax. cap.* 20. *num.* 9. Corrad. *in prax. lib.* 7. *cap.* 6 *n.* 67. Justis *n.* 335. 131

Quær. quid si unus ex Oratoribus, vel ambo post obtentam perfectam dispensationem, & illius executionem, cum aliis personis contrahant, & hæ moriantur, possuntne uti beneficio dispensationis jam executæ? Resp. affirmative, cum Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 32. *num.* 6. Pont. *de matr. lib.* 8. *cap.* 18. §. 3. *num.* 20. Dian. *part.* 8. *tr.* 3. *ref.* 85. Justis *loc. cit. num.* 336. quia per dispensationem executam jam fuit vere sublatum impedimentum, secus si ante executionem matrimonium cum aliis contraxerunt; quia vinculum mansit, & oratores mandato de dispensando tacite renuntiarunt. Leo *in thes. for. Eccles. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 46. Sanch. *l. c. disp.* 30. Just. *num.* 340. 132

Clausula „ *dummodo dicta mulier propter hoc &c.* facit executorem mixtum. Just. *num.* 341. Rota coram Penia *dec.* 187. *num.* 2. Pyrrhus Corrad. *lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 56. non intelligitur de quocumque raptu, sed tantum de illo, qui fit ad effectum matrimonii contrahendi cum ipsa rapta; quia hic raptus directe tendit contra matrimonii libertatem. Idem dic, si fuisset 133

factus

factus causa explendæ libidinis, & matrimonium contrahendi. Corrad. *l. c. n.* 55. & licet hæc clausula litteris apposita non fuisset, tamen de stylo Curiæ subintelligeretur.

Verba, „ *quod impedimento quarti consanguinitatis gradus*, prioribus succedunt, ubi notandum: Pontificem in linea inæquali, semper remotiori gradu dispensare, quia is tantum obstat matrimonio contrahendo, & imbibit, ac trahit ad se proximiorem. Sanch. *d. lib.* 8. *disp.* 24. *n.* 24. & super propinquiori conceduntur litteræ declaratoriæ. vide Just. *nu.* 345. Guttierez *de matrim. cap.* 124. *num.* 11.

134 Clausula „ *non obstantibus ordinationibus, ac constitutionibus Apostolicis*, derogat constitutionibus contrariis, non tamen regulis Cancellariæ, nisi id expresse dicatur. Gomez. *ad reg.* 8. *Cancel. q.* 5. *litt. F.* Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *q.* 39. *num.* 19. Paris. *de resign. lib.* 8. *q.* 7. *nn.* 176. neque constitutionibus Conciliaribus. Paris. *loc. cit. lib.* 6. *q.* 2. *num.* 38. Put. *dec.* 494. Rot. coram Durand. *dec.* 238. *num.* 33. neque tollit obstacula personalia. Vivian. *de. Jurepat. part.* 2. *lib.* 13. *cap.* 8. *claus.* 36. *num.* 155. neque ipsas ordinationes, & constitutiones Apostolicas, quas solum suspendit, ut gratia facta non extinguatur. *cap. fin. §. fin. de sent. excom. in* 6. & illas tantum constitutiones suspendit, quæ requirunt specialem mentionem ad sui derogationem, ut sunt illæ, quæ continent in se clausulas derogatoriarum derogatorias.

135 Sequitur clausula, *matrimonium publice, &c.* dicitur matrimonium publice contractum, si coram Parocho, & testibus, præmissis denuntiationibus, fuit celebratum, quamvis in ædibus privatis. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 32. *n.* 17. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 15. *nu.* 20. Justis *l. c. n.* 375. Bonac. *de matrim. quæst.* 2. *p.* 6. *n.* 4. Palma *conf.* 87. *n.* 8. alias si fuit celebratum coram mille personis, sed sine Parocho, non valet, quia non dicitur contractum in facie Ecclesiæ. Just. *l. c.*

Qui falso credentes se laborare impedimento dirimente, quod tamen non adest, matrimonium contrahunt, valide contrahunt. Sanch. *de matr. lib.* 2. *disp.* 33. *num.* 2. Dian. *part.* 3. *ref.* 293. Ludovis. *dec.* 461. *n.* 9. Præterea matrimonium contrahentes sub conditione, *si pater conseserit*, si ante consensum copulam habeant affectu maritali, matrimonium fit purum, *cap. tua.* 6. *de condit. appos.* Sylvest. *verb. matr.* 3. *q.* 11. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 156. ubi S. Congr. licet contrarium probabile judicent. Just. *num.* 380. quod nimirum requiratur novus consensus, qualis consensus requiritur, quando matrimonium fuit contractum cum conditione, *si Papa dispensaverit*; quia secuta dispensatione debet renovari consensus, ut Ecclesiæ constet, matrimonium esse purum, & absolutum, quod alias constabat esse tantum conditionale. Just. *num.* 380. ubi Pont. Sanch. & alii.

136 Ordinarius mox, ac impedimentum inter duos Oratores denuntiatum fuerit, licet sciat de dispensatione antea legitime pro foro interno facta, debet conjuges separare; quia sibi, ut Ordinario, & Judici impedimentum fuit denuntiatum, & ita illud non est amplius occultum. Sanch. *de matr. lib.* 3. *disp.* 15. Navar. *cons.* 5. *de privil.* quamvis Thes. *de pœn. Eccles.* quem citavimus in verb. *absolutio*, credat Episcopum posse dissimulare. Et si matrimonium in foro externo, vel quoad forum externum nondum fuit contractum, ad illud impediendum sufficit unicus testis, quia agitur de peccato vitando. Sanch. *de matr. lib.* 1. *disp.* 71. Piasec. *in prax. Episc. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 36. Mascard. *de prob. concl.* 1359. dummodo testis non solum denunciet, sed simpliciter deponat cum juramento asserens se certo scire; nisi essemus in impedimento consanguinitatis; tunc enim sufficeret testis de auditu. vide plura in verb. *Dispensatio*. Si vero matrimonium fuerat jam rite, & bona fide contractum, & impedimentum denuncietur, tunc requiruntur probationes concludentissimæ. Covar. *de sponsal. part.* 2. *cap.* 8. §. 12. *nu.* 7. Caputaq. *dec.* 205. *& dec.* 150. *num.* 8. *& 9. part.* 2. apud Rot. coram Merlin. *dec.* 194. *num.* 8. & coram Penia *dec.* 165. *num.* 13. *&* 14. neque duæ, vel plures præsumptiones possunt jungi ad faciendam plenam probationem, sed requiruntur duo testes omni exceptione majores. *cap.* 1. *de consanguin. & affin.* Ludovis. *dec.* 351. Gabr. *de testib. conclus.* 8. *num.* 1.

137 *Servata forma Concil. Trident. contrahere.* Hinc nota, quod Delegatus possit exequi dispensationem, licet Ordinarius denuntiationes remiserit; cum id a Concil. remittatur prudentiæ & arbitrio Ordinarii, licet in litteris fuerit facta specialis mentio denuntiationum, uti solet fieri, cum dispensatio petitur ab Oratoribus, qui in aliena Diœcesi commorantur. Sanz. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 35. *num.* 19. Pyrrhus Corrad. *d. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 17. Justis *num.* 450. imo licet in denuntiationibus non esset dispensatum, tamen matrimonium sine illis contractum valeret, sed esset illicitum: quia licet hæc verba sint prolata in ablativo, tamen non important conditionem, quia exprimitur forma Juris communis eo modo, quo inest; & mens Pontificis tantum est monere, ut servetur jus commune, secus si constitutio mandaret aliquid fieri aliter, ac esset de Jure communi. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 33. *& lib.* 8. *disp.* 35. *num.* 19. Corrad. *l. c.* Just. *l. c. n.* 450.

Et in eo postmodum remanere libere, & licite possint. Hæc clausula facit, quod Oratores, non obstantibus impedimentis Pontifici expressis, & super quibus fuerunt legitime dispensati, possint matrimonium contrahere sine alia sententia, seu licentia ad contrahendum. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 54. *a numer.* 6. Gratian. *disc. for. cap.* 47. *num.* 15. *&* 16. Rota coram Merlin. *dec.* 503. 138

Authoritate nostra dispenses. Licet Oratores obtinuerint a S. Pontifice mandatum de dispensando, & licet Executor repererit preces veritate niti, & nihil obstet, quominus exequi possit, non possunt tamen matrimonium valide, & licite contrahere, donec cum effectu a Delegato fuerit dispensatum; quia aliud est dispensatio, aliud mandatum de dispensando. Leo *in thes. for. Eccles p.* 2. *cap.* 8. Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 30. *num.* 12. Put. *dec.* 256. Pyr. Corrad. *l. c. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 55. Rota *dec.* 721. *num.* 1. *part.* 3. *recent.* apud Justis *ut mox infra*, aliter liberi ex tali matrimonio procreati erunt illegitimi. Just. *num.* 484. Talis vero dispensatio, cum sit actus jurisdictionis voluntariæ, potest fieri etiam extra Diœcesin. Sanch. *de matr. lib.* 3. *disp.* 8. *num.* 6. Gambar. *de off. & potest. legat. lib.* 10. *num.* 358. Squilant. *de privil. Cler. cap.* 2. *num.* 8. Pellicionus *quæst. Illustr. quæst.* 6. *cap.* 7. *col.* 1. Rota *dec.* 69. *num.* 1. *part.* 4 *recent.* apud Justis *loc. cit.* non tamen poterit extra Diœcesin formari processus, cum testium examine, quia hic est actus jurisdictionis contentiosæ. Sanch. *l. c.* 139

Si vero Delegatus de validitate litterarum pro foro externo dubitans nollet exequi, & interim moreretur, vel ab officio removeretur, posset ejus successor in officio pro dispensatione adiri, nisi antecessor pronunciasset litteras esse subreptitias, quia tunc nec ipse, nec successor potest se amplius ingerere. Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 27. *num.* 39. Ludovis. *dec.* 486. *num.* 8. Rot coram Cavaller. *dec.* 347. Coccin. *dec.* 336. *&* 323. Rot. coram Merlin. *dec.* 131. *&* 489. *n.* 3. neque Delegatus potest reassumere causam, etiam de partium consensu juxta *cap. significantibus.* 38. *de offic. deleg.* Tusc. *litt. I. conclus.* 434. Limita, si commissio fuit personalis. Just. *n.* 496. quamvis vero Delegatus non possit se amplius retractare, tamen si dispensasset, & postmodum cognosceret se errasse, poterit, non uti Delegatus, sed uti Ordinarius impedire, ne matrimonium contrahatur, vel si contractum sit, separare. *cap. porro.* 3. *de divort.* Marant. *in Specul. part.* 6. *q.* 9. *num.* 136. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 27. Et quando Delegatus præmissa informatione, juxta sibi commissa, dispensavit, non potest Ordinarius se ingerere in cognitione dispensationis a Delegato factæ, nisi subreptio esset evidens, vel ex confessione partis, vel ex tenore Bullæ, si hæc illi præsentetur, licet ei directa non fuerit. Genuen. *in prax. cap.* 20. *num.* 15. Pyr. Corrad. *l. c. n.* 75. Just. *n.* 495. 140

Porro gratia, uti etiam dispensatio facta, non expirat morte concedentis, seu dispensantis, secus si gratia est facienda; dignoscitur autem gratiam esse factam, si potestas dispensandi fuit concessa in gratiam Delegati: si vero dubitatur, an fuerit facta in gratiam Delegati, vel dispensandorum, censetur facta in gratiam dispensandorum, & dicitur gratia facienda: sicut dicitur gratia facienda, si Delegatus est voluntarius, quia a voluntate Delegati dependet; si vero est necessarius, cui præcipitur executio, gratia dicitur facta: Justis *in prax. dispens. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 506. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 13. *cap.* 6. *num.* 9. Sanch. *de matr. lib.* 8. *disp.* 141

28. *n.*

28. *n.* 87. Garz. *de Benef. part.* 6. *cap.* 2. *nu.* 309. & 310. Dian. *part.* 8. *tr.* 3. *ref.* 98. *vers. sed ego.* Gabr. *de præb. concluſ.* 1. differentia eſt, quia in una commiſſione nemini eſt jus quæſitum, non Delegato; in cujus favorem non fuit conceſſa: non diſpenſandis; cum diſpenſatio pendeat ab arbitrio diſpenſaturi; in alia vero commiſſione diſpenſandis eſt jus quæſitum; quia ſi preces veritate nituntur, Delegatus tenetur exequi. ſed vide, quæ ſupra diximus & infra in verbo *Gratiæ.* ubi quid ſi res ſit integra, vel non.

142 Delegatus in executione diſpenſationis ſibi commiſſæ non poteſt diſpenſatis imponere aliquam mulctam, maxime ex contractu, quia hic eſſet ſimoniacus. Sanch. *de matr. lib.* 3. *diſp.* 10. *num.* 8. Dian. *part.* 8. *tr.* 3. *ref.* 22. Bonac. *de LL. diſp.* 1. *q.* 2. *punct.* 3. *n.* 23. Juſtis *lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 510. niſi in commiſſione aliud contineatur.

143 Diſpenſatio matrimonii finitur unico actu; unde uno ex diſpenſatis mortuo, ſi ſuperſtes vult cum alio conſanguineo contrahere, eget nova diſpenſatione, quia prior diſpenſatio fuit tantum cum illo, qui mortuus eſt. Sanch. *lib.* 8. *diſp.* 31. *num.* 13. Juſtis *l. c. num.* 512. diſpenſatio vero facta in voto caſtitatis, vel religionis in ordine ad matrimonium non finitur primo actu, durante cauſa, ob quam fuit conceſſa, niſi aliter fuerit expreſsum, ſed perſeverat. Sanchez *l. c.* ſi vero Epiſcopus in urgente neceſſitate diſpenſavit ſuper voto Papæ reſervato, diſpenſatio ultra illum caſum non extenditur, quia ultra illum Epiſcopus nullam habet poteſtatem. Sanch. *l. c.* Neque ob ſimplicem renunciationem diſpenſatorum diſpenſatio amittit vires ſuas. Sanch. *d. lib.* 8. *diſp.* 32. niſi Legislator illam acceptarit.

144 Tandem ſequitur data; quia litteræ Apoſtolicæ ſine data ſunt nullius valoris; nam carent fide, & probatione. Additur *ad S. Petrum*, vel *S. Mariam majorem*; quia de ſtylo Curiæ in litteris Apoſtolicis poni ſolet locus reſidentiæ Pontificis. Juſt. *l. c. n.* 563.

§. X.

Forma diſpenſationum in Matrimonialibus.

145 Præſentatis litteris Apoſtolicis pro diſpenſatione alicujus impedimenti dirimentis, Delegatus format ſequens decretum.

Die tali &c. Reverendiſſimus Dominus litteras ſibi ab N. præſentatas, omni, qua decet, reverentia recepit, & mandavit ſuper expoſitis, & narratis in prædictis litteris debitas capi informationes, ad hoc &c. & ita &c.

Si diſpenſatio ſit expedita ob anguſtiam loci, debent examinari teſtes, qui deponere debent ſuper impedimento in litteris Apoſtolicis expreſſo, ſecundo, ſuper anguſtia loci, quod ſcilicet locus, in quo nata eſt puella, ſit anguſtus, & ob ejus anguſtiam, puella non poſſit invenire facile virum paris conditionis, nempe ætatis, qualitatis, morum, &c. cui nubere poſſit. Tertio, debent deponere, quod puella non fuerit rapta, & in omnibus debent dare rationem ſui dicti, vel ſcientiæ, quibus ſic probatis, fit infra ſcriptum decretum:

Viſis litteris Apoſtolicis nobis directis, expeditis Romæ ſub plumbo, apud S. Mariam majorem, Kalend. &c. anno &c. Pontificatus ſanctiſſi. Domini noſtri divina providentia Clementis Papæ XI. anno ejus quinto, pro parte N. & N. præſentatis; Viſis informationibus deſuper captis, ex quibus conſtat preces Sanctiſſimo narratas, & in litteris expreſſas veritate niti, & oratricem facile non invenire paris conditionis virum, cui nubere poſſit in dicto loco N. Diœceſis N. ob illius anguſtiam, dicimus, decernimus, declaramus fore & eſſe cum dictis NN. Oratoribus diſpenſandum ſuper impedimento quarti Conſanguinitatis gradu inter ipſos exiſtente, prout præſentium tenore authoritate Apoſtolica, qua fungimur, in hac parte diſpenſamus, ita ut factis proclamationibus in eorum parochiali Eccleſia valeant matrim. juxta ritum S. Rom. Eccleſiæ ſolemnizare, & in eo poſtmodum remanere licite & libere, prolem exinde naſcituram legitimam pronunciando, prout pronunciavit idem Sanctiſſimus Dominus noſter in litteris ſuis non obſtantibus conſtitutionibus, ordinationibus quibuſcumque, quæ omnia non obſtare voluit, & decrevit idem Sanctiſſimus Dominus noſter. Et ita dicimus, decernimus, & declaramus, ac authoritate Apoſtolica nobis commiſſa diſpenſamus. Et ita &c.

Si vero diſpenſatio fuit impetrata in forma pauperum cum copula, vel ſuſpicione copulæ, poſt factam litterarum præſentationem Vicarius Delegatus debet ſeparare Oratores, ſi invicem cohabitent. Deinde debet illis pœnitentiam imponere, ut ex ſequenti Decreto.

Reverendiſſimus Dominus Delegatus &c. pro executione litterarum Apoſtolicarum ſuper impedimento quarti gradus inter N. & N. exiſtente mandavit Oratores ab invicem ſeparari, ne amplius cohabitare valeant, donec &c. & quod N. per tres menſes continuos operam ſuam perſonalem præſtare debeat pro ſervitio ſuæ Eccleſiæ Parochialis, de quo ſervitio fides fiat a Rectore ejuſdem Eccleſiæ ad finem &c.

Præterea Delegatus debet capere informationes ſuper expoſitis, primo circa impedimentum explicatis gradibus. Secundo circa copulam vel illius ſuſpicionem, quæ probari poteſt per Oratorum confeſſionem, & quod propterea oratrix innupta remaneret, & veriſimiliter inter illius conſanguineos ſcandala oriri poſſent. Tertio examinari debent teſtes ſuper paupertate & miſerabilitate Oratorum. Ubi nota, quod ſi teſtes fuerunt examinati, quando fides paupertatis fuit miſſa Romam, ſine qua litteræ non expediuntur, poſt earundem litterarum præſentationem, teſtes debent repeti, & interrogari, *an a ſe depoſita ratificent, vel aliquid addendum, vel detrahendum habeant, & quid.*

Præterea *an ſciant, vel dici audiverint, quod Oratores ab illo tempore, quo teſtes fuerant examinati, acquiſiverint alia bona, ex quibus majores fructus percipere poſſent, & quæ, & quos fructus majores percipere poſſent.*

Item an eſſe poſſit, quod alia bona acquiſiverint, ex quibus majores fructus percipere poſſent, ipſis teſtibus ignorantibus. Et in omnibus interrogatoriis ſemper dent rationem ſui dicti, & ſcientiæ.

Et ſi dixerint, quod eſſe poſſit Oratoribus obveniſſe alia bona ipſis teſtibus ignorantibus, aſſumantur alii teſtes magis informati.

Tandem interrogentur, *an oratrix fuerit rapta, vel ſua permanſerit in libertate, & quomodo ſciat.*

An orthodoxæ fidei cultores exiſtant, & in cauſa ſcientiæ.

Generalia obſerventur ut in aliis.

In executione Executor mandat Parocho, ut Oratores abſolvat ab inceſtus reatu ſervatis ſervandis. Et ſententia publicatur tenoris, ut ſuperior mutatis mutandis. Quibus finitis expediuntur litteræ patentes tenoris ſequentis.

NOs &c. ad infra ſcripta Executor ſpecialiter deputatus &c. univerſis præſentes viſuris ſalutem in Domino. Litteras prælibati N. ſigillo munitas, & demore ſubſcriptas coram nobis per N. & N. hujus N. Diœceſis, præſentatas, noveritis, ea, qua decuit reverentia recepiſſe, tenoris, ut in illis, ad quas &c. Dat. &c. Pontificatus Sanctiſſ. NN. &c. poſt quarum quidem litterarum præſentationem, & receptionem coram Nobis, & per nos, ut præmittitur, factas, fuimus demum per dictos N. & N. debita cum inſtantia humillime requiſiti, ut ad executionem earum procedere dignaremur. Nos igitur attendentes requiſitionem hujuſmodi fore juſtam, & rationi conſonam, quia per informationes a teſtibus fide dignis ſuſceptas, in dictis litteris narrata, & expreſſa veritate fulciri reperimus; Idcirco auctoritate prædicta Nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte, cum prædictis exponentibus, quod impedimento &c. hujuſmodi non obſtante, libere valeant matrimonium inter ſe publice, ſervata Concil. Trid. forma, contrahere, illudque in facie Eccleſiæ ſolemnizare, & in eo poſtmodum licite remanere miſericorditer diſpenſamus per præſentes, attento quod dicta N. propter hoc rapta non fuit. Prolem ſuſcipiendam exinde legitimam fore decernentes, non obſtante dicta &c. ac conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque &c. In quorum fidem &c. Datum &c. die, Menſe, Anno &c.

¶ EXEMPLA.

§. I.

Exempla non reſtringunt regulam, & quando ſecus?

1 Exempla † non reſtringunt regulam. *l. ſcire oportet, §. oportet, ff. de excuſ. tut.* eſt iſta eſt regula juris notiſſima, inquit Rom. *conſ.* 295. *Donatio patris num.* 6.
2 *verſ. eſt enim notiſſima.* † Et licet lex etiam exorbitans loquatur in reo, habet locum in actore; ſi in maſculo, procedit in fœmina; ſi in ruſtico, procedit etiam in aliis; quia ratione frequentioris uſus lex, vel gloſſæ, vel Doctores loquentes in uno, non excludunt alium. Alex. *conſ.* 54. *viſo puncto, num.* 6. *verſ. & pro*
3 *illa gloſ. lib.* 4. quod eſt Vincentii Palæotti. † Amplia, etiam ſi per modum formæ exemplum tradatur, quia licet in purgatione, quam facit diffamatus de crimine, inter ſe non commiſiſſe delictum, vel crimen, & purgatores jurent ſe credere illum innocentem, juxta formam *cap. accedens. de purgat canon.* tamen ſi purgatio fiat ſuper defectu natalium, jurabunt ſe credere fore legitimum mutata forma data per modum exempli. Lap. *alleg.* 83. *num.* 4. *circa fin. ver. & eſt ſimi-*
4 *le.* † Idem eſt in juramento quod præſtatur ſuper quarta dilatione obtinenda, cujus forma apponitur *in cap. In cauſis, & in cap. ultra tertiam, de Teſtib.* quod petens juret ſe non percunctatum eſſe dicta teſtium examinatorum, quia ſi nullos examinavit, quia non potuit, non ſervatur illa forma, ſed mutatur. Lap. *d. allegat.* 83. *num.* 4. *verſ. ad primum*, ubi, quod illa forma exemplaris non reſtringit, quod non detur, niſi
5 quod alii ſunt examinati. † Amplia in modo eligendi per ſcrutinium, quia debent eligi tres Canonici, qui vota omnium inquirant; quia ſi tot non extant, ſufficiunt duo etiam in formalibus, quando materia non adeſt, juxta not. in *cap. quia propter, de elect.* Lap. *d. alleg.* 83. *num.* 5. *ver. idem in ſimilibus*, ubi idem de ſuſpenſo a beneficiis, ſi deſiſtat ab objectu, quia ſi non habet beneficia, debet intelligi, ſecundum quod
6 poteſt applicari. † Amplia in exemplis de Epiſcopo loquentibus, quia etiam in inferiore habent locum, ubi alius inferior eſt loco Epiſcopi, maxime in jutiſdictionalibus contentioſis prophanis, quia licet per modum exempli lex loquatur de Epiſcopo, tamen non debet fieri reſtrictio. Lap. *allegat.* 79. *num.* 10. vide Tuſch. *Litt. E. verb. Epiſcopo quæ competunt tanquam ordinario, poſſunt etiam competere inferioribus, & quan-*
7 *do ſecus. concl.* 303. † Amplia; quia Doctores loquentes de caſu fortuito in ſe ſuſcepto, quod non comprehendat inſolitum, qui rato, vel puta ſemel in mille annis ſolet evenire, non tamen reſtringunt regulam, dando exemplum in mille annis; quia etiamſi eveniat in minori tempore, dummodo ſit omnino inſolitus, ſufficit; quia exempla non reſtringunt. Alex. *conſ.* 107.
8 *Perſpectis, num.* 16. *verſ. & licet quidam, lib.* 3. † Limita; quia diſpoſitio generalis reſtringitur, etiamſi ſi dicatur per modum exempli, quando ſubjicitur ſpecies poſt genus per dictionem reſtrictivam, prout dictio, *ſcilicet.* Bald. *conſ.* 200. *Quicunque in ſolidum, per tot. lib.* 4.

§. II.

Exempla declarant regulam, & multa operantur.

1 Exempla † declarant regulam, & aperiunt, *l. prætor*, alias §. *Julianus quoties, ff. de collat. bonor.* ibi, *quod dico exemplo, ut manifeſtius fiat.* Oldr. *conſ.* 244.
2 *num.* 14. *ver. quinto & ultimo.* † Et hoc argumento utitur Clar. *in §. fin. qu.* 76. *in pr.* dum dicit *cap. quanquam de cenſ. in* 6. non habere locum de conſuetudine, quia in Civitate Romana, & in aliis locis Status Eccleſiæ non ſervatur, & circa obſervantiam juris Canonici alia pars mundi recipit exemplum & regulam.
3 † Declara; quia non eſt bona ratio Clari; quia debet ſumi exemplum in bono, non in malum, ultra quod Papa bene poteſt ex cauſa aliquid licite tolerare, quod in omnibus permiſſum non eſt, quandoque enim diſpenſat, quod immunitas Eccleſiæ in caſu non permiſſo non obſtet, & tamen ſeculares non excuſarentur.
4 Exempla, † ſicut digitus, rem oſtendunt & tactui quadam modo ſubjiciunt. Bald. *conſ.* 358. *Nulla mulier, num.* 4. *ver. ſed quid eſt, lib.* 1. † Exempla magis mo- 5
vent, quam verba, ideo Dominus noſter Jeſus Chriſtus cœpit prius facere, poſtea docere, in *Act. Apoſtol. cap.* 1. † Et alibi in Evangelio. *Exemplum dedi vobis ut* 6
quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. † Et ca- 7
vendum eſt a malo exemplo, ut *in lib. Machabæor.* 2. *cap.* 6. ubi Eleazarus maluit mori, quam malum exemplum juvenibus præbere, ibi; *non enim dignum eſt fingere, ut multi adoleſcentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum, & ipſi propter meam ſimulationem decipiantur. Quamobrem ſenectute dignus apparebo, adoleſcentibus autem forte exemplum relinquam, ſi prompto animo, ac fortiter pro graviſſimis, & ſanctiſſimis legibus honeſta morte perfungar.* † Et ſic: *Ab operibus enim eorum cognoſcetis eos*, 8
inquit Salvator noſter Dominus Jeſus Chriſtus. † Et B. 9
Paulus *ad Tit. cap.* 1. *In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum ſanum irreprehenſibile, ut is, qui ex adverſo eſt, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.* † Exempla namque & obſervantia in terris Eccle- 10
ſiæ ſuper uſuris permiſſis Hebræis operantur, quod Principes ſeculares, & Communitates ſequantur eadem exempla, & permittant Judæis mutuari ad uſuras, & dicunt fieri ſine peccato poſtquam Papa facit. Caſtr. *conſ.* 397. *non videtur expediens, per tot.* maxime *col.* 2. *in fi. ver. nec peccant, lib.* 2. † Exempla bona ex 11
geſtis a Principe religioſo, etiam quod ſonent in malum, interpretantur in bonum. vide plura *in* Tuſcho *Litt. v. verſ. Uſus & ſolitum patris familias ſervit pro interpretatione actus dubii. concl.* 364.

§. III.

Exemplis non eſt judicandum, & quando ſecus?

Judicandum † non eſt exemplis, ut quia alius ita 1
judicavit, ſed legibus judicari debet. *l. nemo l. de ſentent. & interloq. omn. judic. l. ſed licet, ff. de offic. Præſid.* Alex. *conſ.* 105. *In cauſa, num.* 7. *verſ. præterea non exemplis, lib.* 6. † In contrarium facit text. *in c.* 1. *de reju-* 2
dic. in 6. ubi Gem. & Franc. & quod imo exemplis ſit judicandum. Cæpol. *conſ.* 18. *ſtatutum, col.* 3. ubi reſpondet ad *d. l. nemo.* quod procedit quando res in contrarium eſt certa; quia tunc non licet propter veritatem exempli a veritate recedere, ſed ubi res eſt dubia, tunc licet ſequi authoritatem judicum & Doctorum, ut dicitur in *l. an apud, ff. de manumiſſ. vind.* de Labeone, & Trebatio, & *Inſt. de codicill. in princ.* Bald. & Salyc. *in d. l. nemo.* † Declarat Alex. *d. conſ.* 150. *num.* 7. *lib.* 3
6. quod exemplis non eſt judicandum, quando legibus conſtat, quod veritas eſt contra exemplum, quia etiam exemplum Principis non eſſet attendendum, niſi Princeps cum cauſæ cognitione & definitive ita ſtatuiſſe. † 4
Limita; quia quando judicatum ita fuit per Rotam, vel magnos Judices, præſumptio eſt, quod judicium fuerit bonum, & judicando exemplo ejus, quod ſervatur, habet pro ſe magnam præſumptionem. Ægid. *conſ.* 2. *num.* 10. *verſ. per prædicta.* † Limita, quando ſumus in caſu dubio, ut ſupra in contrario. Cæpol. *d. conſ.* 18. *col.* 3. † Limita, quando fuit ex certa ſcientia 5
judicatum contra legem ad inducendam conſuetudinem, *gl. in l. ſed licet, ff. de offic. Præſid.* allegat text. *in §. fin. Inſtit. de ſatisdat.* † Limita; niſi latæ ſint tot 6
ſententiæ, quæ conſuetudinem inducunt contra legem, gl. & DD. *in l. de quibus, ff. de legib.* vide Socin. *reg.* 8. *Legibus, non exemplis judicandum eſt*, ubi limitat tribus modis.

§. IV.

Exemplum, & copia non probat, & quando ſecus?

Exemplum † & copia Inſtrumenti ſumptum ex alia 1
copia in quodam proceſſu non probat. Alex. *conſ.* 108. *viſo, num.* 4. *ver. quia ad hoc reſpondetur, lib.* 5. ubi Apoſtill. *in verſ. alia.* † Imo exemplum, & copia re- 2
gulariter non probat, etiam ſi producatur originale, a quo fuit ſumptum exemplum, puta a proceſſu facto inter alios, quia ſicuti non probat proceſſus, minus

probat

probat sumptum ab eo. Alex. *d. cons.* 108. *nu.* 4. *vers.*
3 *quin imo*, *lib.* 5. † Extende, ut procedat, etiam si quis producat talem copiam & scripturam, seu processum non authenticum, neque solemnem, quia non propterea efficitur authentica contra producentem. Alex. *d. cons.* 108. *num.* 5. *ver. non obstat*, *l.* 5. Vide Tusch. *Litt. P. verb. Producens scripturam censetur fateri contenta in scriptura & quando secus. concl.* 872.
4 † Extende, ut procedat, etiam si exemplum sit antiquum, quia licet præsumatur solemne, si tamen constat, quod scriptura a qua fuit sumptum exemplum, est privata, & non probabat tempore exempli, non probat exemplum. Alex. *cons.* 150. *In causa*, *nu.* 5. &
5 *seq. vers. & fortius posset*, *lib.* 6. † Amplia, etiamsi sit authentica, quando est levata ab alieno protocol-
6 lo, parte non citata. Cravet. *cons.* 197. *nu.* 11. † Extende idem, si parte citata, quando intervenit licentia judicis. Dec. *cons.* 467. *nu.* 8. Alex. *cons.* 187. *viso*,
7 *n.* 4. *ver. est etiam advertendum*, *l.* 6. † Extende, quia licentia exemplandi, seu authenticandi aliena instrumenta, debet constare aliunde quam ex assertione Notarii, qui exemplavit, quia ei non creditur. Alex, *d.*
8 *cons.* 187. *n.* 4. *in fi. l.* 6. † Restringe, quando esset ab eodem qui fecit originale cum solemnitatibus requisitis, quia dicitur originale, & probat Cardin. Zabarell. *cons.* 72. Bart. *in l. si quis ex argentariis*, §. *fin. ff. de edend.* Dec. *in auth. si quis in aliquo*, *c. de e-*
9 *den.* † Idem quando a Notario, cui imbreviaturæ defuncti notarii sunt commissæ. *c. cum P. Tabellio*, *de fide instrum.* Bart. Dec. & alii. *d. auth. si quis in ali-*
10 *quo*, quia reputant originale, ut ibi. † Idem, quando fieret transumptatio authoritate judicis citata parte. *c. fi.*
11 *de fide Instrum.* † Declara, quia recurretur ad originale, si transumptata plura essent diversa. Abb. *in c. pen. de probat.* Vide Tusch. *Litt. O. in ver. Originale & protocollum Notarii si discordat ab exemplato,*
12 *statur originali, & quando non*, *Concl.* 202. † Declara; quia non valet instrumentum transumptatum ab alio notario, quam ab eo qui fuit rogatus, nisi faciat de autoritate & licentia judicis competentis, alias nullam fidem facit. *c. cum P. Tabellio*, *de fide Instrum.* de qua licentia debet constare, aliter quam per assertionem Notarii, qui transumptavit. *l.* 2. *de fid. Instr. c.* 1. *eod. tit.* Alex. *cons.* 187. *lib.* 6. Vide Tusch. *Litt. N. ver. Notario quando & in quibus non credatur, vel e*
13 *contra. Conct.* 83. † Restringe Florentiæ in patre, qui potest levare instrumenta filii defuncti, & e contra, sine alia licentia judicis competentis, & probant, dummodo is, qui levavit, sit bonæ famæ, quæ præsumitur
14 in dubio. *gl. in c.* 1. *extra*, *de testib.* † Limita, quia non plus creditur copiæ, quam originali. Cravett. *cons.*
15 41. *n.* 2. † Et plus non potest probare testis de auditu a tertio, quam probet ille tertius, a quo audivit, quia testis non admittitur, cujus author repelleretur. Cravett. *cons.* 6. *n.* 67. *& cons.* 112. *n.* 13. Vide plene Tusch.
Lit. T. ver. Testis de auditu non probat & quando se-
16 *cus. Concl.* 180. † Amplia, quia quod dicitur de primo exemplo, quod non probet, multo magis in exemplo exempli. Vid. Mascard. *concl.* 212. *Exemplum exempli regulariter non probat*, ubi ampliat, & limi-
17 tat multis modis. † Limita, quando exemplum mandati est in actis, & in sententia dicitur, quod fuit productum instrumentum, vel Notarius attestatur hoc, quia tunc probat juncta judicis declaratione super legitimo mandato. Petr. de Anch. *cons.* 41. *Prima facie*
18 *per tot.* † Limita in parte citata, & nihil opponente, quia tunc simplex copia probat. Crav. *cons.* 150. *n.* 2.
19 ubi ponit alia exempla. † Limita; quando copia habet observantiam, quia tunc probat. Crav. *cons.* 65. *n.* 11. *& cons.* 101. *n.* 4. *& cons.* 158. *in princ.* plenius *de antiq. tempor. part.* 1. §. 4. Limitatur *num.* 14. *& seq.*
20 † Limita, nisi sit exemplatum parte citata, vel simus
21 in antiquis, ultra centum annos. † Declara, quia tempus antiquum computatur usque ad litem, subducto toto tempore litis. Pur. *decis.* 358. *& dec.* 440. *l.* 2. Ant. Aug. *decis.* 131. *l.* 3. Vide Tusch. *Lit. J. ver. Instrumentum probat quoad multa, & quando secus. Concl.* 242. Vide eund. *ead. Lit. ver. Instrumentum non probat & quando secus*, *Concl.* 193. Vide eund. *Lit. T. ver. Transumptum scripturæ quando probet vel non concl.* 374. Vide *Fides non facit fidem & quando secus. concl.* 337. Vide plenissime Masc. *concl.* 711. *Ex-*

emplum an probet non exhibito originali, ubi ponit regulam negativam, adducit multas rationes, postea ampliat, & limitat multis modis.

EXEMPTIO.

Praxis Exemptionis.

§. I.

Quid & quotuplex sit Exemptio?

Exemptio est liberatio a jurisdictione Ordinarii. 1
Dom. *in cap. si Papa. de privil. in* 6. Mandos. *de signat. grat. tit. de exempt.* Alia est realis, alia personalis. DD. *in c. volentes. de privil. in* 6. Ang. *in summa. verb. exemptio*. Abb. *in cap. tuarum. n.* 8. *de privil.* Realis est, quæ personæ competit ratione bonorum vel rerum aut locorum. *d. c. volentes*. personalis vero, quæ competit ratione personæ, & personam sequitur. *c. privilegium. de R. J. in* 6. ubi DD. Franc. *in c.* 1. §. *in eos autem. nu.* 2. *de privil. in* 6. Realis non extenditur ad alias res, nec ad delicta vel contractus extra locum, seu rem exemptam gestos. *cap. volentes cit.* sed personalis ossibus inhæret personæ, & eam ubique sequitur ceu umbra corpus. Abb. *in cap. sui. n.* 11. *vers. quoddam est privilegium. de foro compet.* & ibi Felin. *nu.* 16. Erasin. Kochier. *de jurisd. ordin. in exempt. part.* 1. *quæst.* 2. *n.* 3. *& seq.*

Quæres. In dubio an exemptio sit præsumenda re- 2
alis vel personalis? Dicendum, quod præsumitur realis. Menoch. *de præs. l.* 3. *præs.* 103. Franc. *in c. privilegium. cit. n.* 4.

Quæres secundo, quomodo exemptio sit interpretan- 3
da, stricte, vel late? Respondetur esse stricte interpretandam, quia est strictissimi juris. Franc. *in d. c. volentes. nu.* 2. *de privil. in* 6. Jas. *in L.* 1. *ff. de constit.* Cavalc. *dec.* 31. *nu.* 18. *part.* 1. quamvis exemptio esset plena, nisi derogaretur constitutioni. Innoc. *c. volentes.* Et quia privilegia explicanda sunt ex mente concedentis, quamvis verba debent impropriari. *L. scire oportet.* §. *sufficit. ff. de excus. Tut.* Franc. *in cap.* 1. §. *ex parte. n.* 2. *de conces. præb. in* 6. Ideo exemptio dijudicari debet ex inspectione privileg. & ex illius tenore adamussim spectando. Est præterea exemptio alia generalis, & alia specialis, generalis est, quæ conceditur ratione plurium personarum vel rerum. *c. cum & plantare. privil. 6. auditis. de præscript.* specialis est, quæ uni loco, aut personæ conceditur, cui conceditur unus exemptionis articulus. Host. *in sum. de rescriptis*. §. *quod continet jus commune*. Realis est perpetua, quia rei adhæret, quæ semper durat.

Quæres tertio, an exemptio sit favorabilis, aut odio- 4
sa? Respondetur, quod si eximens motus fuit principaliter ob favorem, possit dici favorabilis. Communiter tamen hoc jus exemptionum est odiosum, quia sicut Pontifex est Diœcesanus totius orbis. *cap. cuncta per mundum.* 1. 9. *quæst.* 13. Ita Episcopus habet fundatam intentionem in omnes suæ Diœcesis. *c. cum Episcopus.* & ibi DD. *de off. ordin. in 6. c. cum contingat. de foro compet.* & ita exemptio est contra jus commune. Abb. *in c. recepimus. n.* 4. *de privil. & in c.* 1. *n.* 10. *de off. ordin.* & quæ repugnant juri communi, sunt odiosa. Abb. *in c. quia circa. not.* 3. *de privil. & in c. olim super. ubi gl.* 1. *de V. S.* quia omnis recessus a jure est odiosus. Abb. *in c. cum dilectus. de consuet. c.* 1. *&* 2. *de fil. Presbyt. & c. quæ a jure. de R. J. in* 6. Bald. *in L. non possunt. ff. de LL. in* 2. *lect.* Ideoque exemptiones sunt restringendæ. Franc. *in c.* 1. *n.* 2. *vers.* 3. *nota de privil. in* 6. Abb. *in c. sane. de privil.* Innoc. *in cap. dudum. de privil.* Felin. *in cap. causam quæ. de rescript.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gl.* 9. *num.* 180. Bald. *in cap. super litteris. col.* 1. *de rescript.* Rebuff. *in prax. Benef. part.* 1. *tit. differentiæ inter privil. & rescriptum. numer.* 23. Et ideo exemptio concessa Fratribus minoribus non extenditur ad sorores ejusdem Ordinis. Bald. *in L. quidquid. col.* 4. *C. de serv. fugit.* Alex. *cons.* 15. *num.* 3. *vol.* 4. Tiraquel. *loc. cit. num.* 183. Dec. *in L. fœminæ. a nu.* 65. *ff. de R. J.* Et ideo licet exemptus ab Ordinario & immediate subjectus Papæ non possit se submittere extraneo Superiori sine licentia Papæ, tamen Ordinario suo subjicere se potest, quia

tunc fit reditus ad jus commune, & reditus ad jus commune eſt favorabilis, ſicut receſſus eſt odioſus. *c. ab exordio. ubi gl. diſt.* 35. Felin. *in cap. cum acceſſiſſent. col.* 1. *de conſtit.* Abb. *in cap. olim. nu.* 5. *de V. S.* Rebuff. *l. c.* apud Kochier. *de Juriſdict. ordin. in Exempt. part.* 1. *quæſt.* 4. *n.* 12.

5 Porro quamvis Exemptio diverſo reſpectu ſit favorabilis, & odioſa, tamen cum concurrit favor & odium, reputatur ſimpliciter odioſa. Jo. And. *cap. ult. ſuper gl.* 5. ubi Anchar. & Franc. *nu.* 6. *de V. S.* Bald. *in L.* 1. *col.* 1. *verſ. Item notæ. ff. de conſtit. Princ.* & alii apud Kochier. *ll. cc. nu.* 14.

§. II.

Quis poſſit eximere?

6 Inprimis eximere poteſt Princeps non recognoſcens Superiorem, puta Imperator &c. in civilibus ſuos ſubditos, non vero Eccleſiaſticos, neque contra Eccleſiaſticos. *cap. dudum. de Decimis. cap. bene quidem. diſt.* 96. *cap. Eccleſia S. Mariæ. de conſtit.* Abb. Hoſt. *ibidem. c. nullus. de Jurepatr.*

7 Epiſcopus vero non poteſt ſuos ſubditos in totum eximere. gl. *in cap.* 1. *de privil.* & *in cap. conſtitutus. de Relig. dom. in cap. cum venerabilis. de cenſib.* & Fel. *in cap. cum inter. n.* 3. *&* 4. *de re jud.* & quidem non poteſt eximere a viſitatione, a procuratione & a correctione. *gl. in cap. viſis.* 16. *quæſt.* 2. nec a Cathedratico. *cap. paſtoralis.* ubi Hoſt. *de donat.* neque a jure reverentiæ. Bald. *in L. fin. C. de bon. lib.* Felin. *in dict. cap. cum inter. de re jud. nu.* 3. Put. 115. *l.* 3. nec a charitativo ſubſidio. *cap. cum Apoſtolus. de cenſib.* Bellencin. *de charit ſubſidio. quæſt.* 47. quia hæc jura ſunt inpræſcriptibilia. Neque a jure inſtitutionis. *cap. cum ſatis. de off. Archid. cap.* 1. *de Capell. Monach. in* 6. neque ab illis, quæ dependent a poteſtate ordinis. Limit. quia tacite, quamvis non expreſſe eximere poteſt, uti præſcribi patiendo, aut a ſententia, quæ pro exemptione fuit lata, non reclamando, aut appellando, & ſicut Clericus poteſt tacite juriſdictionem alieni Epiſcopi prorogare, non vero expreſſe, ita Epiſcopus licet non poſſit expreſſe, poteſt tament tacite Eccleſiæ præjudicare. Bertachin. *de Epiſc. par.* 4. *princ. quæſt.* 7. *n.* 22. Kochier. *loc. cit. part.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 8. *&* 9. Concluſio limitatur, quod Epiſcopus poſſit eximere Eccleſiam initio ſuæ fundationis; quia tunc Epiſcopatus nondum habet jus quæſitum ſuperioritatis. Ant. de Butr. & Imola *in cap. cum inter de conſuet.* ubi Felin. *numer.* 4. & repudiatio juris futuri non eſt alienatio. *L. alienationes.* §. *qui occaſione. de V. S.* Fab. de Mont. *de empt. & vend. quæſt.* 4. *quæſt.* 22. *nu.* 15.

8 Archiepiſcopus vero in ſua Diœceſi eadem quidem poteſt, quæ Epiſcopus in ſua, in Diœceſi tamen ſuffraganeorum eximere non poteſt. *cap. ſicut unire. de exceſſ. præl. cap. duo. & cap. paſtoralis. de off. ordin.* Abb. *in d. cap. cum inter.* quia, quamvis Archiepiſcopus ſit Ordinarius ſuæ provinciæ, non ideo tamen eſt Ordinarius cujuslibet de provincia, ſed juriſdictio illius in quemlibet eſt impedita exceptis quibuſdam caſibus, de quibus gl. *in cap. paſtoralis. de off. ordin.* Pavin. *de viſit. part.* 1. *quæſt.* 10. Hoſt. *de off. ordin.* §. *ſunt autem*, quos affert Eraſmus Kochier. *loc. cit. n.* 9. *verſ. ratio.*

9 Legatus etiam a latere eximere non poteſt; tum quia exemptio eſt de reſervatis Papæ. Abb. *in cap. ult. nu.* 1. *de confirm. util.* gl. *in cap. quod translationem. de off. Legati.* Franc. *in cap.* 1. *de privil. in* 6. *numer.* 4. *verſ. in gl.* 2. tum quia Legatus a latere nihil poteſt facere contra jus commune. *cap. fin. num.* 2. *de confirm. util. vel inutil.* Villadiego *de Legato. part.* 1. *quæſt.* 9. *n.* 64.

10 Summus Pontifex a ſua juriſdictione & poteſtate in totum neminem eximere poteſt. Abb. *in cap. ſi quis. n.* 2. *de major. & obed.* Selva *de Benef. part.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 16. & *de jurejur. part.* 4. *nu.* 39. Bellencin. *de charit. ſubſidio. quæſt.* 58. *num.* 4. Reſtaurus *de Imper. quæſt.* 50. *n.* 32. Felin. *in cap. cum non liceat. nu.* 14. *de præſcript.* neque enim præſcriptione exemptio a poteſtate Papæ acquiri poteſt. Felin. *in cap. cap. cum nobis. de præſcript. & d. cap. cum non licet.* Abb. *in cap. ad audientiam. n.* 18. *&* 19. *de præſcript.* Reſtaurus *de Imperat. quæſt.* 54. *num.* 6. ne dentur acephali, quos Eccleſia abhorret. *cap. nulla ratione. diſt.* 93. ubi gl. Dixi *in totum*, quia a præſtandis ſubſidio charitativo, decima æapali, & ſimilibus poteſt quis a Pontifice eximi. Hinc neminum eximere poteſt a punitione, ſeu quod non poſſit a Papa excommunicari, vel ab obedientia, quia Papa habet locum Dei in terris. *cap.* 2. *de translat. præl.* ergo non poteſt, eximere aliquem a ſua poteſtate, quia eximeretur a poteſtate Dei, & ideo contra poteſtatem Papæ non valet præſcriptio. Innoc. *in cap. bonæ. de poſtul. præl.* Felin. *in cap. cum non liceat. n.* 14. *de præſcript.* Abb. *in cap. per venerabilem.* 9. *&* 37. *qui filii ſint legitimi.* tum quia non poteſt Papa munus abjicere, & ſibi ligare manus. *c. innotuit. de elect.* Sayr. *to.* 1. *theol. mor. lib.* 5. *cap.* 10. *n.* 12. Kochier. *de juriſd. ordin. in exempt. part.* 1. *quæſt.* 3. *n.* 16. *&* 17.

§. III.

Exemptio an poſſit acquiri præſcriptione?

Dicendum eſt poſſe. ita Abb. *in cap. cum non li-* 11
ceat. de præſcript. & *in cap. dilectus. num.* 18. *de capell. monac.* Felin. *in d. cap. non liceat.* Franc. *in cap. cum perſonæ. n. ſi autem. n.* 1. *de privil. in* 6. Bald. *in addit. ad Specul. de teſtib.* §. *nunc videndum. col.* 2. *verſ. item opponunt.* Pariſ. *conſ.* 96. *vol.* 4. Butt. & Imol. *in cap. fui. de præſcript.* Alex. *conſ.* 110. *vol.* 2. apud Kochier. *de Juriſdict. ordin. in exempt. par.* 1. *quæſt.* 6. *nu.* 1. Balb. *de præſcript. part.* 1. *par.* 5. *princ. quæſt.* 12. ſed quantum tempus requiritur ad hanc præſcriptionem? Reſpondetur, quod debeat eſſe quadragenaria cum titulo. gl. *in cap. cum perſonæ.* §. *ſi autem. de privil. in* 6. *c.* 1. ubi Franc. *de præſcript. in* 6. DD. *in cap. de quarta. de præſcript.* Navar. *conſ.* 2. *n.* 2. *de reſcript.* Kochier. *loc. cit. quæſt.* 6. *num.* 8. Limit. concluſio, quod emptio non poteſt præſcribi extinctive, ſed tantum translative. Felin. *in cap. cum non liceat. n.* 9. *verſ. circa elegantem. de præſcript.* Caſtr. *in L. is qui putat. n.* 4. *ff. de acquir. hæred.* Rota *dec.* 1. *de præſcript. in nov.* Milis *in repert. verb. præſcribi non poteſt exemptio.* qui citat Rom. *conſ.* 239. Oldrad. *conſ.* 165. *&* 241. Felin. *in cap. ad audientiam. num.* 20. *verſ. vera eodem tit.* Caccialup. *de unionibus. art.* 3. *an.* 20. Kochier. *loc. cit. nu.* 10. & eodem modo exemptio acquiri poteſt conſuetudine. Bellam. *conſ.* 10. *col.* 16. Rochus de Cutte *de conſuet. n.* 567. quæ procedunt improprie loquendo; non vero proprie, quia exemptio a juriſdictione ordinarii eſt reſervata Papæ. gl. *in cap. quod translationem. de tempor. ordin. & in cap.* 1. *verb. exemptionis.* ibi Franc. *n.* 4. *de privil. in* 6. *cap. illud. & cap. pervenit. diſt.* 93. & quæ Papæ ſunt reſervata, non poſſunt acquiri conſuetudine, niſi ſit immemorialis, aut accedat Papæ ſcientia. Rochus *l. c. n.* 214.

Qui vero prætendit ſe præſcripſiſſe exemptionem ab 12
Epiſcopo, & ſe ſubeſſe immediate Papæ, debet probare, quod a Papa fuerit tractatus tanquam immediate ſubjectus; quia ſola generalis præeminentia Papæ non redacta ad actus Ordinario præjudiciales, non ſufficit, ne ſequatur abſurdum, quod præſcriptio libertatis contra Epiſcopum probata ſemper exiſteret, eo quod omnes Papæ ſubjecti ſint. Felin. *in cap. cum non liceat. col.* 6. *de præſcript.* Balb. *de præſcript.* 1. *par.* 5. *part. princ. quæſt.* 12. *nu.* 4. *verſ. prædictam concluſionem.* Kochier. *loc. cit. num.* 15.

Exemptionem vero a reverentia Epiſcopo debita, ne- 13
mo in totum præſcribere poteſt. Caſtr. *in L. ſed ſi hac.* §. *patronum. n.* 4. *ff. de in jus vocan.* Felin. *in cap. ſi diligenti. n.* 24. *de foro compet. & in cap. cum inter. n.* 3. *de re jud.* Balb. *loc. cit. quæſt.* 12. *nu.* 6. in parte vero præſcribi poteſt, ut quod Prælatus inferior in ſua Parochia præcedat Epiſcopum. ita Fel. *loc. cit.* Balb. *ut ſupra.* Kochier. *loc. cit. num.* 16. aut non teneatur ire obviam Epiſcopo.

Porro inferior, ut poſſit præſcribere exemptionem a 14
juriſdictione contra Ordinarium, requiritur, quod ſit diligens, alias eo negligente Ordinarius recuperat ſuam juriſdictionem. Rota noviſſ. *dec.* 514. *n.* 1. *part.* 1. Abb. & Felin. *id cap. irrefragabilis. n.* 1. *de off. ord.* & *in in cap. cæterum. n.* 5. *de Jud.*

Ex quibus ſequitur, quod Scriptura non ſit de ſub- 15
ſtantia exemptionis, ſed tantum requiratur ad illius

proba-

probationem. Abb. *in cap.* 1. *n.* 4. *de his, quæ fiunt a Præl. L. contrahitur. ff. de pignor. Clem. dudum.* §. *nos enim. de sepulturis.* ubi gl. & *cap. institutionis.* 25. *quæst.* 2. Innoc. *in cap. constitutus. de rescript.* Navar. *conſ.* 6. *de privil.* Selva *de Benef. part.* 3. *quæst.* 22. *per tot.* quia ſcriptura nullum dat jus in re vel ad rem, ſed ſola exemptionis conceſſio.

§. IV.

Qualiter probetur Exemptio?

16 Exemptio, tanquam quid facti non præſumitur. *L. in bello.* §. *factæ. ff. de capt. & poſt.* Menoch. *de præſ. l.* 6. *præſ.* 14. Dec. *cap. porro. nu.* 3. & ibi Abb. & gl. *de privil. c.* 1. *de conſtit. in* 6. Abb. *in c. recepimus. n.* 4. *de privil.* Franc. *in c. cum perſonæ. n.* 3. *de privil. in* 6. Zerola *in prax. Epiſc. part.* 2. *verb. exempti.* Caputaq. *dec.* 391. *part.* 2. quia præſumptio ſubjectionis in tota Diœceſi ſtat pro Ordinario. gl. *in c. cum Epiſc. de off. ordin. in* 6. *cap. cum contingat. de foro compet.* Gail. *l.* 2. *obſ.* 62. *nu.* 9. ita ut in quovis loco ſuæ Diœceſis jus reddere poſſit. Navar. *conſ.* 3. *de off. ordin.* Bellenc. *de ſubſid. charitativo quæſt.* 32. *n.* 3. Cuchus *inſtit. Canon. l.* 1. *c.* 12. *verſ. c. cum Epiſcopus.* adeo ut ſi in jus vocati coram Ordinario privilegium exemptionis non allegent, condemnari debeant ab Ordinario in expenſis. Abb. Felin. & DD. *in cap. cum ordinem. de reſcript.* Caſſad. *dec.* 3. *n.* 5. *de appell.* Aufrer. *de poteſt. ſæcul. ſuper Eccleſiaſt. perſon. reg.* 2. *n.* 33. Bellamera *dec.* 226. Felin. *in cap. exemptionem. de except.* niſi tamen exemptio eſſet notoria, ut quia pateret ex actis, vel eſſet clauſa in corpore juris. Ang. *in ſum. verb. exemptio. n.* 3.

17 Probatur autem primo exemptio ſcriptura juxta dicta ſuperius. *cap. porro. & c. recepimus. de privil. c. accepimus. de fide inſtrum.* Gail. *l.* 2. *obſ.* 1. Abb. *in cap. inter dilectos. nu.* 8. *&* 9. *de confirm. util. & inutil.* Et non probatur confirmatione in forma communi, niſi fuerit facta ex certa ſcientia. Abb. *in c. examinata. n.* 3. *&* 6. & *in cap. venerabilis. n.* 1. *de confirm. util.* Felin. *in c. inter dilectos. n.* 6. 7. 13. *& ſeq. de fide inſtrum.* Kochier. *de juriſd. ordin. in exempt. part.* 1. *quæſt.* 8. *nu.* 7. *&* 8. probatur autem innovatione exemptionis, & quidem plene, *c. cum olim.* bi Abb. & DD. *de privil. c. cum dilecta.* ubi DD. *de confirm. util.* dummodo pars, cujus intereſt, præſens fuerit voceta, niſi is innovet, qui conceſſit, quo caſu non eſt opus citatione. Abb. *in c. ex parte. nu.* 3. *&* 7. *de privil.* quomodo vero, aut qua forma exemptio probari debeat, vide Bonif. VIII. *in cap. cum perſonæ. de privil. in* 6. ubi Franc. Villadiego *de Legat. part.* 1. *quæſt.* 6. *n.* 26. Speculat. *de appell.* §. *reſtat videre. n.* 5. *&* 6. *part.* 4. & *tex. in cap. accepimus. de fide inſtrum.*

18 Porro quamvis Reus Actori edere non teneatur juxta *L.* 1. *& L. qui accuſare. & L. ult. C. de eden.* tamen Exemptus Ordinario edere tenetur ſcripturam exemptionis tum favore juriſdictionis ordinariæ, tum quia Exemptus hac in parte excipiendo habetur pro actore. *L.* 1. *ff. de except.* gl. *in cap. cum perſonæ. verb. tradere. de privil. in* 6. Kochier. *loc. cit. nu.* 12.

19 Quæres I. ex quibus verbis conceſſa probetur exemptio? Reſpondetur quovis verborum modo concedi poſſe exemptionem. *cap. ſi Papa.* §. *licet autem. de privil. in* 6. *c.* 1. §. *per illa verba. de V. S. in* 6. Tamen ſolet exemptio concedi primo, ſi quid ſolemniter dicitur exiſtere juris B. Petri, aut ad proprietatem Romanæ Eccleſiæ ſpectare. *cap. cum tempore. de arbitr. cap.* 2. §. *nos igitur. de reſtit. in integr. cap. cum olim.* 2. *de privil. cap. ſi Papa.* §. *ſi autem. de privil. in* 6. Item ſi Papa privilegio eximat ab Ordinarii poteſtate, ſi eximat cum plena libertate. *cap. ſi Papa.* Innoc. *in cap. veniens. nu.* 7. *de V. S.* Bellenc. *de charit. ſubſid. quæſt.* 32. *nu.* 8. Item ſi dicat Pontifex, *nec audeat Epiſcopus ibi cathedram collocare, aut quamlibet poteſtatem exercere.* tex. *in cap. luminoſo.* 18. *queſt.* 2. Bellencin. *quæſt.* 32. *nu.* 3. *l. c.* Item ſi recipiat aliquos in ſubjectos Romanæ Eccleſiæ. *d. cap. ſi Papa.* & Abb. *in cap. recepimus. de privil.* Item ſi dicit, Locum vel Eccleſiam eſſe liberam, aut gaudere libertate Eccleſiæ Romanæ, aut ſpeciali ejus prærogativa gaudere. *c. cum olim.* 1. *de privil* Item ſi fuit dictum, quod locus aut Communitas plena gaudeat libertate, quia hæc verba important omnimodam exemptionem tam a Lege Diœceſana, quam juriſdictionis. Franc. *in c.* 1. §. *illam. n.* 3. *de V. S. in* 6. Item ſi fuit indefinite dictum, quod Romanæ Eccleſiæ cenſum ſolvat ad perceptæ indicium libertatis. *d. cap. ſi Papa.*

Quæres II. quid dicendum, ſi Pontifex aliquos reci- 20
cipiat in filios? eruntne tales exempti? Reſpondetur negative, neque licet argumentari a Domino ſervum eximente a ſervitute, nominando ſervum filium. *L. un.* §. *ſimilius modo. C. de latina libert. tollen.* quia non eſt ſimilis ratio in Domino liberante ſervum a ſervitute, & in Pontifice eximente, quia Dominus ſibi ſoli præjudicat; Pontifex vero juriſdictioni ordinariæ Epiſcoporum, quæ eſt favorabilis. *cap. pervenit.* 11. *quæſt.* 1. *c. cum perſonæ de privil. in* 6. *& cap. ne aliqui.* ubi Franc. & DD. *eod. in* 6. & *c. ſi Papa.* §. *nunc ſic filios.* ubi gl. & Franc. *de privil. in* 6. Hoſt. *in cap. cum Capella. de privil.* Idem dic, ſi Pontifex aliquem recepit in ſua protectione, quia per hoc non dicitur exemiſſe. *c. ex parte tua de privil.* gl. & Abb. *in d. cap. recepimus.*

Quæres III. quid ſi Eccleſia alicui fuit conceſſa ple- 21
no jure? Dicitur autem de jure, Canonico Eccleſia ad aliquem ſpectare pleno jure ſi in ea Epiſcopus nullum jus Epiſcopale exercet, & ideo præſentatio, inſtitutio, deſtitutio pertinet ad eum, qui pleno jure poſſidet. Abb. *in cap. cum inter. de re jud.* Zerola *in prax. Epiſc. part.* 1. *verb. exemptio.* §. 8. *& in verb. Eccleſia.* §. 19. Innoc. *in d. cap. cum. cum inter. & c. conqueſtus. a n.* 1. *de foro compet.* & ibi Abb. Kochier. *l. c. quæſt.* 9. *n.* 6. Reſpondetur, quod tunc Eccleſia dicitur exempta a juriſdictione Epiſcopali. gl. *in cap. cum & plantare. verb. pleno jure.* ubi Abb. *n.* 5. & Hoſt. *in cap. quoniam.* ubi Abb. *de privil.* quod ſi in privilegio adeſſent illa verba: *Volumus autem, quod in charitate priori cum ſuo Epiſcopo remaneat*, tunc per hanc clauſulam cenſeretur reſervatum Epiſcopo jus ſpecialiter illi competens. *cap. charitas. de pœnit. diſt.* 2. quod idem concludit de charitativo ſubſidio. Bellencin. *quæſt.* 32.

Quæres IV. an verba enuntiativa Papæ ſive Princi- 22
pis probent exemptionem? Reſpondetur cum diſtinctione inter verba pure *narrativa*, & inter verba *diſpoſitiva ſeu aſſertiva*. Pure narrativa ſunt, quæ ſuper eo, quod principaliter agitur non proferuntur principaliter, ſeu quæ non ſunt in ipſa cauſa finalis diſpoſitionis. Aſſertiva vero ſive diſpoſitiva ſunt quæ non incidenter proferuntur, ſed principaliter, & ſunt finis diſpoſitionis & in quibus intentio Papæ fundatur. Franc. *in c. ſi Papa n.* 1. & Abb. *in c. cum oporteat poſt n.* 7. *de accuſ.* priora hoc eſt *narrativa* tantum non probant, ſed ad ſummum faciunt tale quale adminiculum. *aſſertiva* vero aut *diſpoſitiva* plene probant. Milis *in repert. verb. privil.* Abb. *in cap. dudum cum Apoſt. nu.* 3. *de privil.* Franc. *in d. cap. ſi Papa.* Kochier. *de Juriſdict. ordin. in exempt. par.* 1. *quæſt.* 9. *n.* 10.

Quæres V. An ſolutio cenſus ratione perceptæ li- 23
bertatis arguat & probet exemptionem; tanto magis cum cenſus arguat ſubjectionem. Reſponſio eſt negativa. Abb. *in cap. omnis omnia n.* 3. *de cenſib. & in cap. quoniam n.* 4. *de privil.* quia ſolutio cenſus plura poteſt ſignificare uti ſubjectionem, protectionem, & exemptionem. Fel. *in cap. ad audientiam nu.* 21. & Innoc. *cap. præterea. quarto loco de tranſact.* Abb. *in cap. fin. nu.* 4. *de cauſ. poſſeſ. & propriet.* apud Kochier. *loc. cit.*

§. V.

Requiſita pro valore exemptionis.

Dicendum primo, quod privilegium conceſſum, alio, 24
cujus intereſt non citato, non valet juxta Caſtr. *in L.* 2. *n.* 4. *C. de tempor. appell.* & alii quos citat Kochier. *l. c. quæſt.* 12. qui tamen ſtat pro valore, quia conceſſio exemptionis non eſt actus judicialis, & ideo nemine citato fieri poteſt. Abb. Fel & DD. *in cap. cum olim. de re jud.* Jaſ. *in L. Gallus.* §. *& quid ſi tantum. n.* 41. *&* 47. *ff. de liber. & poſthum.* ſicut nec in impetratione reſcriptorum, privilegiorum &c. non eſt neceſſaria partis citatio. Fel *in d. cap. cum olim. n.* 6. Gig. *de penſ. quæſt.* 37. Cacialup. *de penſ. quæſt.* 24. *a.* 8. Milis *in repert. verb. citatio.* Hæc de jure communi, de jure tamen ſpeciali ſive ſingulari Concil. Lateran. ſub Leone

X. *seſſ.* 10. ad eſſe exemptionum requiritur citatio ordinariorum, ratione adjectæ clauſulæ irritantis, cujus verba ſunt. *Exemptiones autem de cætero abſque rationabili cauſa, & quorum intereſt, minime citatis pro tempore conceſſas nullius roboris & momenti eſſe decernimus.* Ant. de Prat. *De juriſd. Epiſc. c. 8. n. 1. & 2.* Kochier. *l. c. quæſt. 12. n. 3.*

25 Quamvis vero Papa non obſtante Concilio poſſit aliquem eximere nemine citato, qui Concilii decretis derogare poteſt. *cap. ſignificaſti de elect.* Abb. *in cap. ex geſtis. De Cler. non reſid.* tamen cum Pontifex derogat Concilio, opus eſt clauſula derogatoria ſpecifica, alias gratia reputabitur ſubreptitia. Gl. *in cap. ex parte. verb. de quo nulla mentio de Capell. Monac.* Milis *in repert. verb. gratia facta.* Fel. *in cap. non nulli n. 2. & 3. de reſcript.* Kochier. *de juriſd. ordin. in exempt. par. 1. quæſt. 50. n. 33.* præſertim ſi gratia fuit facta ad preces alicujus, niſi talis conceſſio emanaverit motu proprio vel ex certa ſcientia, cujus effectum habes *in c. ſi motu proprio de præb. in 6.* Cenſetur autem Papa conceſſiſſe ex certa ſcientia, ſi ipſe in reſcripto hoc exprimit. Gl. *in Clem. ſi principalis de reſcript. & in c. ſtatutum verb. litterarum ae reſcript. in 6.* aut ſi in reſcripto appoſuit verbum privilegii vel Concilii, cui vult derogare. *c. penult. de confirm. util.* & Gl. *in cap. paſtoralis §. præterea. verb. ex certa ſcientia. De officio Deleg.* aut ſi dixit ſe id feciſſe cum cauſæ cognitione. Kochier. *loc. cit. nu. 35.* vide quæ dixi in praxi clauſularum.

§. VI.

An & quæ Monaſteria ſint exempta?

26 De jure communi Monaſteria ſunt exempta a Lege Diœceſana, non vero a Lege juriſdictionis. Abb. *in c. 1. de ſtatu Monach. & cap. dilectus. De off. ordin.* Bertach. *in trac. de Epiſc. l. 4. par. 2. quæſt. 85. nu. 80.* Kochier. *loc. cit. quæſt. 16. n. 1.* Eſt autem lex juriſdictionis, quæ obedientiam, ſubjectionem, correctionem, reformationem, juriſdictionem cauſarum audientiam, Sacramentorum collationem, & ea omnia complectitur, in quibus Monaſteria Diœceſis ſubjiciuntur. Bertachin. *loc. cit.* Zerola *in prax. Epiſc. par. 2. verb. jura Epiſcopalia.* Cuchus. *Inſtit. jur. can. lib. 1. tit. 12. verſ. hæc jura.* Kochier. *de Juriſd. ordin. in exempt. part. 1. quæſt. 15. n. 7.* Lex Diœceſana eſt, in qua diſponitur de cathedratico, de charitativo ſubſidio & cætera omnia a quibus Monaſteria jure communi ſunt exempta. Abb. *in d. cap. dilectus n. 4. ubi DD. cit.*

27 Sunt autem exempti Ciſtercienſes de jure communi, proprio vero privilegio ſunt exempti Prædicatores, Minores, Carmelitæ, Benedictini, & ferme omnes Regulares directe, vel indirecte per participationem privilegiorum. Item PP. Societ. S. Auguſt. ſervi B. M. V. S. Franciſci de Paula, Jeſuat. Canonici Regulares Ord. S. Auguſt. Canonici Regulares Congreg. S. Salvatoris, Monachi montis Oliveti, Vallis Umbroſæ, Carthuſienſes, Camaldulenſes, S. Hieronymi a Piſis, Congreg. S. Hieronymi Feſulani, S. Hieronymi Hiſpan. Cœleſtini, Crucigeri, Redemptionis Captivorum, SS. Trinitatis, Theatini, Miniſtri infirmorum, Præmonſtraten, Congreg. Clericor. regularium. Item ſtatus tertii ordinis. Kochier. *loc. cit. part. 1. quæſt. 17. per tot.*

28 Etiam plene oblati Religioni exemptæ gaudent illius exemptione. Franc. *in c. per exemptionem n. 2.* ubi Abb. *& in c. ut privilegia n. 3. de privil.* Innoc. *in c. recepimus. n. 3. de privil.* Dicuntur autem plene oblati, qui ſe & ſua omnia qualiacumque Religioni obtulerunt, & donarunt. Abb. *in c. tuarum n. 4. c. cum & plantare n. 4. c. ut privilegia. nu. 3. de privil.* Kochier. *loc. cit. quæſt. 19. nu. 2. & 3.* Ita etiam Converſi ſunt exempti, quia gaudent privil. Religionum. Etiam Novitii Religionum exemptarum; quia Novitii, quamdiu non apparent ſigna & conjecturæ, quod ad ſæculum redire velint, dicuntur perſonæ annexæ, & efficaciter obligatæ Religioni. Franc. *in c. ſuper eo & c. ſtatuimus. De Regular. c. non ſolum. eod. in 6.* & mutatio voluntatis non præſumitur. Alciat. *de præſumpt. reg. 2. præſ. 16.* tum quia Novitii ſunt deſtinati ad Religionem, ſicut deſtinatus ad ordines ſacros & ad Clerum, qui, quamvis Clerici non ſint, tamen gaudent privilegio Clericali, & Beneficia illis conferri poſſunt. Fel. *in cap. cum adeo. nu. 2. de reſcript.* Selva *de Benef. par. 3. quæſt. 5. fol. 57.* Staphil. *de litteris gratiæ §. nova forma n. 35.* Kochier. *loc. cit. nu. 10.* quamvis Menoch. *de præſ. l. 4. præſ. 83. nu. 73. & 74.* velit novitios ante profeſſionem non acquirere exemptionem ſuæ Religionis.

Hoc certum eſt apoſtatas non retinere exemptionem. 29
Papon. *l. 1. tit. 6. arreſt. 6.* Gaill. *de arreſt. Imper. c. 10. n. 11.* quia per crimen privilegium amittitur. *c. privilegium 11. quæſt. 3.* & ibi gl. Abb. *in c. fin. n. 11. de foro compet.* Jaſ. *in L. fi. verſ. ſecundo principaliter. ff. de conſtitut. Princ.* & patet ex Conc. Trid. *ſeſſ. 25. c. 19. de Regular.* Navar. *de Regul. comment. 4. n. 73. & 77.* quamvis retineant privilegium Canonis ſi quis ſuadente. Navar. *de oratione Miſcell. 37. nu. 58.* quod extenditur etiam ad ejectos ſolemniter.

Quæres 1. an quando Canonici ſunt exempti, dicatur etiam exemptum Capitulum? Reſpondetur negative, ſicut neque quando exemptum eſt Capitulum, dicuntur exempti Canonici ut ſinguli, ſicut aliud eſt Collegium, & aliud ſinguli de Collegio. Fel. *in c. eam te de reſcript.* Navar. *conſ. 23. & 24. n. 6. tit. de ſent. excom.* & ideo debitum a Capitulo non poteſt exigi a ſingulis Capituli etiam pro rata; quia ſinguli nihil debent, ratio eſt, quia Capitulum eſt corpus fictum. 30

Quæres 2. an habens exemptus jus ceſſum a privato non exempto utatur privilegio exemptionis, aut jure privati cedentis? Reſpondetur uti jure exemptionis & proprii ſui fori, quia jus ceſſum non eſt amplius cedentis, ſed proprium ceſſionarii. Ita Jac. de Arena apud Kochier. *loc. cit. quæſt. 25. num. 3.* ſed contrarium omnino diſpoſuit Concil. Trid. *ſeſſ. 14. c. 5. de ref. in verb. aut quominus*, ſicut fiſcus ſuccedens privato non utitur jure ſuo ſeu privilegio, ſed jure privati. *L. cum quidam. §. fiſcus. ff. de uſur.* Et ſic e converſo, ſi exemptus cedat jus ſuum privato, privatus non gaudet exemptione cedentis; quia exemptiones non tranſeunt de perſona in perſonam. *L. in omnibus 69. ff. de R J. L. forma. §. quamquam. ff. de cenſib. cap. privilegium. de R. J. in 6.* 31

Quæres 3. an exemptus a Juriſd. Legati, ſit etiam exemptus a juriſdictione ordinarii? Reſpondetur negative. Jo. And. *in cap. 1. de V. S. in 6.* quia in diſparatis non fit illatio præſertim in materia odioſa. Koch. *loc. cit. quæſt. 28.* 32

Quæres 4. An uxor gaudeat privilegiis mariti? Reſpondetur gaudere juxta *L. fœminæ. ff. de ſenator. L. quoties. C. de privileg.* Corſet. *de poteſt. reg. par. 3. quæſt. 29.* Tiraquel. *in LL. connub. l. 16. gl. 2.* Imo idem privilegium retinet in Viduitate. DD. *in L. filii §. vidua. ff. ad municip.* Bart. *in L. fin. C. de privil. ſcholar. lib. 12.* Caſtr. *in L. cum quædam. n. 4. ff. de juriſd. omn. jud.* Guido Pap. *quæſt. 379. & 380.* Contrarium defendit Kochier. *de Juriſd. ordin. in exempt. par. 1. quæſt. 29. n. 3.* qui pro ſe citat Bald. *in L. 2. C. de Epiſc. & Cler.* Socin. *conſ. 84.* Dec. *in L. in omnibus. n. 10. ff. de R. J.* Franc. *in cap. ne aliqui n. 2. & 3. de privil. in 6.* Fel. *in cap. nullus judicum. n. 3. verſ. pro hoc. de foro comp.* Et ideo privilegium fori Clericorum non extendi ad eorum uxores volunt DD. mox *cit. ex cap. un. §. in cæteris nu. fin. de Cleric. conjug. in 6.* contra Felin. Abb. & alios *in d. cap. nullus.* Aufrer. *de poteſt. ſæcul. ſuper Eccleſ. perſ. reg. 2. n. 34.* 33

Quæres quinto, an familiares exemptorum ſint exempti? Reſpondetur affirmative, quia licet exemptiones perſonales, ſicut etiam privilegia non extendantur de perſona in perſonam, nec perſonam exemptam egrediantur juxta *cap. privilegium perſonale. de R. J. in 6.* tamen ſe extendunt ad perſonas acceſſorias, & familiares acceſſorie a privilegiatis dependentes. Dec. *in L. in omnibus caſib. n. 10. ff. de R. J.* Gomez *ad reg. Cancell. tit. de impetrat. Benef. per obitum famil. Cardinal.* & probatur *ex. L. 1. & 2. Cod. de Epiſc. & Cler. c. Eccleſiarum ſervos. 12. quæſt. 2. c. indicatum. diſt. 89.* Caſtr. *in d. L. 1. n. 6. C. de Epiſc. & Cler.* ſicut privilegium Hoſpitali conceſſum extenditur ad illius Miniſtros, & exempta Eccleſia ejus Miniſtri cenſentur exempti, quia ſine familia ſupereſſe ſibi commode nemo poteſt. Oldrad. *conſ. 1. c. extirpandæ.* ubi Abb. *de præbend.* ſive familiares ſint perpetui, ſive temporales, quamvis etiam ſint mercenarii. Franc. *in c. licet. nu. 2.* ſed contrarium tenet Aufrer. *de poteſt. ſæculari ſuper Eccleſiaſticis perſonis, reg. 2. n. 36. verſ. ſed Archidiac.* Et Archid. *in cap. Clericum. 11. quæſt.* 34

11. *quæſt.* 1. gl. *in Clem.* 1. *de Reliquiis & venerat. Sanctor. & in Clem.* 1. *de Relig. & c. penult. de privil.* Berous *quæſt.* 36. & ſpeciale eſt in familia Epiſcopi, quod ad illam extendatur. vide Kochier. *de juriſd. ordinar. in exemptos.* Bene verum eſt, quod ſervientes Eccleſiis, militiis, aut domibus exemptis gaudent exemptione, ſi habent has circumſtantias. Prima, quod actu ſerviant. 2. ſi intra eorum ſepta & domos reſideant. 3. ſi ſub eorum obedientia vivunt. 4. ſi profeſſionem earum militiarum fecerunt, de quibus omnibus conſtare debet ordinario, *gl. in c. cum capella verſ. in quantum & cap. porro de privil.* Caſtr. *in L. un. C. in quib. cauſ. milit. for. præſcript.* & declaravit S. Congreg. ſub Gregor. XIII. uti teſtatur Zerola *in prax. Epiſc. part.* 1. *verb. exemptio.* §. 3. Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 11. Caſtr. *loc. cit.* Kochier. *loc. cit. quæſt.* 30. *num.* 7. Felin. *in cap. inſinuante. col.* 2. *de off. Deleg.* Card. *conſ.* 126. *num.* 11. & ideo tantum ſervi perpetui gaudent exemptione. Archid. *in cap. Clericum.* 11. *quæſt.* 1. Berous *loc. cit.*

35 Quæres ſexto, an exemptiones cedi poſſint? Reſpondetur, quod loquendo de perſonalibus omnino certum eſt, cedi non poſſe, quia ſunt affixæ offibus privilegiatorum. Argumento *L. qui ergo. in fin.* & ibi gl. & Caſtr. *in L. ſi ſticho. ff. de peculio. L.* 1. ubi DD. *ff. de act. & oblig.* Specul. *de ceſſ. act.* §. 1. *verſ. quid ſi haben. n.* 24.

36 Quæres ſeptimo, an Eccleſiæ exemptæ gaudeant centenaria præſcriptione Romanæ Eccleſiæ? Reſpondetur negative. Guido *deciſ.* 36. Archid. *cap. de præſcript. in* 6. ſibi contrarius. Bald. *in Auth. quas actiones. C. de SS. Eccleſ.* apud Kochier. *loc. cit. quæſt.* 35. niſi præſcriptio habeat annexam conſuetudinem; quia tunc ſufficeret quadragenaria etiam contra Papam & Romanam Eccleſiam. Butr. *in cap. fin. de conſuetud.* Fel. *in cap. ad audientiam. col. penult. verſ. lim. tertio. de præſcript.* Balb. *de præſcript. par.* 1. *part.* 5. *princ. verſ. veniens itaque ad primam. n.* 22.

37 Quæres octavo, ſi exemptus ædificet in loco non exempto Eccleſiam, an illi Eccleſiæ acquiratur exemptio? Reſpondetur Exemptos non poſſe ædificare Eccleſias in Diœceſi Epiſcopi ſine ejus licentia. *cap. cum olim.* 2. *de privil. cap. auctoritate. eod. in* 6. alias cedit Dominio, & juriſdictioni Epiſcopi. Abb. *in d. cap. cum olim. num.* 9. Franc. *in d. cap. auctoritate.* Specul. *tit. de privil. part.* 4. *numer.* 3. Ant. de Pratis *de juriſdict. Epiſc. cap.* 1. *a numer.* 3. Ang. *in ſum. verb. Exemptus. num.* 11. Selva *de Benef. part.* 1. *quæſt.* 6. ſi vero accedat licentia Epiſcopi ante ædificationem aliquid reſervantis, tunc Eccleſia ab Exempto ædificata exempta cenſebitur. Innoc. *in cap. dudum. nr.* 2. *verſ. Item videtur. de privil. cap. inter dilectos. de fide inſtrum.* Kochier. *loc. cit. quæſt.* 36.

38 Quæres nono, an exemptio extendatur ad futura? Reſpond. quod ſi eſt fermo de extenſione ad futura per augmentum, tunc extenditur ad futura. *cap. quia circa. de privil. cap. ex parte. cap. penult. de Decimis.* Bart. *in L. damni infecti.* §. *ſi is, qui ædes. ff. de damno infecto.* Alber. Brunus *in tract. de augmento. concluſ.* 9. *per totam.* dummodo exemptio non tendat in præjudicium tertii. DD. apud Kochier. *l. c. q.* 37. & 38. De cætero generaliter exemptio non extenditur ad Eccleſias ſeu res futuras ſeu poſtea quæſitas. *Clem.* 1. *de cenſib. Clem. fin. de reſcript. cap. quia circa.* ubi Abb. *de privil.* quia regulariter beneficia, & privilegia non extenduntur ad Creata de novo, ſi tendant in præjudicium tertii. Kochier. *d. quæſt.* 38. *per tot.*

§. VII.

Quid poſſint, vel non poſſint Exempti?

39 Exemptus poteſt quidem arbiter eſſe, ſed cogi ab Ordinario ad hoc officium ſuſcipiendum non poteſt. Blancus *de compromiſſ. quæſt.* 2. *numer.* 2. quo caſu a Laudo appellari poterit ad Superiorem exempti, non ad Ordinarium, licet alius arbiter eſſet non exemptus; quia exempti ſunt auctoritate & dignitate præſtantiores. *cap. per tuas.* ubi gl. *de major. & obed. cap. ſi Apoſtolicæ. de præbend. in* 6. *cap.* 1. *de conceſſ. præb. in* 6. Rota *dec.* 12. *num.* 1. *de præbend. in nov.* ſed magis dignum trahit ad ſe minus dignum, & cauſa potentior trahit ad ſe minus potentem. *cap. quod in dubiis. de Conſecr. Eccleſ. L. præcipimus. verſ. eadem obſervanda* ubi Bart. *C. de appell.* Barbat. *cap. ſuper quæſtionum.* §. *ſi vero.* ubi DD. *de off. Deleg.* Blanc. *de arbitr. quæſt.* 10. *nu.* 15. ſic a Laudo vel ſententia Judicis Clerici, & Laici appellari debet ad Superiorem Clerici. Bart. *in L.* 1. §. *ſi quis. n.* 13. *ff. de appell.*

Majus dubium eſt, an poſſint eſſe tutores, & pro 40
negativa militare videtur *L. neque. L.* 4. *& L. fin. C. qui dari tutor.* quia datio Tutoris ſpectat ad Magiſtratum ſive ad Ordinarium loci. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 1. *n.* 48 Fab. *in L. un.* ubi DD. *C. ubi petan. Tutor. quibus exempti ſubjecti non ſunt.* Affirmativa videtur verior, quia in iis, quæ ſunt juriſdictionis voluntariæ, exempti poſſunt ſe ſubjicere Ordinario etiam ſine Superioris licentia. Jo. And. *in cap.* 1. *de privil. in* 6. Lap. *in cap. cum in illis. de emptor. ordin. in* 6. in qua non intrat ulla cauſæ cognitio aut citatio, vide plura apud Kochier. *loc. cit. quæſt.* 46. *per totam.*

Fidejubere de judicio ſiſti non poſſunt, quia fide- 41
juſſor debet eſſe ejuſdem fori, in quo fidejubetur. Bart. *in L.* 33. *n.* 11. *ff. de fidejuſſ.* Card. *in Clem.* 1. *quæſt.* 8. *de cenſib.* Abb. *in cap.* 1. *n.* 2. *in addit. & num.* 6. *de fidejuſſ.* apud Kochier. *qu.* 47. Limit. in contractibus, in quibus exemptus poteſt fidejubere, quia tunc fidejuſſor ſine exceptione conveniri poteſt. Bart. *loc. cit.* Abb. *loc. cit.* coram ſuo Judice tamen, & ideo recuſari fidejuſſor poteſt, ſicut fidejuſſor exempti conveniri debet coram ſuo judice. Specul. *de compet. jud. adit.* §. 1. *verſ. ſed pone Clericus. n.* 26. Guido Papa *quæſt.* 562. *n.* 6. Aufrer. *de poteſt. ſæcular. ſuper Eccleſiaſt. perſ. reg.* 4. *nu.* 26. Mynſing. *lib.* 2. *obſ.* 5.

Quæres primo, an exemptio conceſſa ſimpliciter exi- 42
mat univerſaliter? Dicendum primo, quod exemptione capitis non cenſetur conceſſa exemptio membrorum. Innoc. *in cap. ex ore. de privil.* Et ideo exempto monaſterio, ejus membra, ſeu Capellæ exemptione non gaudent. Abb. *in d. cap. ex ore. a nu.* 1. *cap. cum Capella.* ubi DD. *de privil.* Ubal. *de Canonica portione. cap.* 4. *quæſt.* 8. *& ſeq.* Kochier. *de Juriſdict. ordin. in exempt. quæſt.* 13. *num.* 1. & 2. quia cum exemptio juxta dicta ſit ſtricti juris, non eſt extendenda de perſona ad perſonam, nec de loco ad locum. *cap. ſane. cap. cum capella. de privil.*

Dicendum ſecundo, quod exempta Eccleſia non cenſetur exemptus populus. Ideo Epiſcopus poterit tunc exercere ordinariam poteſtatem in Parochianos. Franc. *in cap. per exemptionem. numer.* 3. *verſ.* 5. *de privil. in* 6. Ang. *in ſum. verb. Exemptus. numer.* 1. *verſ. & exempta.* apud Kochier. *loc. cit. num.* 4. Sicut neque exempto populo videtur exempta Eccleſia. Franc. *l. cit. n.* 3. *verſ. ult.*

Dicendum tertio, quod exemptis Clericis Eccleſiæ, etiam Canonici exempti eſſe cenſentur. *cap. per exemptionem. in fin. de privil. in* 6. ubi Franc. *num.* 3. *verſ. ultimo not.* Et exemptio conceſſa terræ intelligitur conceſſa perſonis ſeu hominibus ejuſdem. *L. ſi non ſpeciali.* ubi Bald. *C. de teſtam.*

§. VIII.

Quam habeat juriſdictionem Legatus in Exemptos, & Ordinarius?

Legatus cum poteſtate Legati a latere, ſeu Legatus a 43
latere juriſdictionem habet in exemptos. *cap. veniens.* ubi Franc. *de V. S. in* 6. *cap. ſi Abbatem. de elect. in* 6. Abb. *in cap. cum venerabilis. n.* 3. *de conſuet.* Fel. *in cap. grave. num.* 3. *de off. ordin.* Rom. *conſ.* 398. Villadiego *in tract. de Legat. part.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 20. Pariſ. *conſ.* 28. *num.* 31. *part.* 4. Kochier. *de Juriſd. ordin. in exemptos. part.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 7. *& ſeq.*

I. Ordinarius habet juriſdictionem in exemptos in 44
diœceſi delinquentes, ita ut illos punire poſſit ſecundum ſtatuta Diœceſana, ſecus vero, ſi delinquunt in loco exempto. *cap.* 1. ubi DD. *de privil. in* 6. Franc. *in cap.* 2. *n.* 10. *de conſtit. in* 6. Card. *in Clem.* 2. *qu.* 9. *de conſtit.* Gemin. Joan. Andr. & Franc. *in cit. cap.* 1. §. *nunquid.* apud Kochier. *loc. cit. quæſt.* 45. Ampl. ut, quamvis perſonæ non exemptæ delinquant in loco exempto, adhuc ab Epiſcopo puniri poſſint. Marſil. *in cap.* 2. *de conſtit. in* 6. Feder. de Sen. *conſ.* 2. Anchar. *in cap. a nobis. de ſent. excomm. & in cap. poſtulaſti. col.* 16. *quæſt.* 4. *de foro comp.* quia locus exemptus eſt in Diœceſi

Epiſco-

Episcopi. *cap. grave. de off. ordin.* ubi Abb. & DD. *in cap. cum Episcopus de offic. ordin. in 6.* & Episcopi interest, quod sua Diœcesis purgetur malis hominibus. Contrariam sententiam, quod imo non exemptus delinquens in loco exempto ab Episcopo puniri non possit, tenent Cald. *in d. cap. 2. de constit. in 6.* Jo. Andr. Franc. & Card. *ibidem.* Franc. *in cap. 1. de stat. Regul.* Jas. *in L. fin. col. 1. ff. de jurisdict. omn. jud.* Zabarel. *in cap. perpendimus. col. 22. vers. sed quid si deliquit. de sent. excomm.* Marian. Socin. *cons. 271. vol. 2.* Paludan. *in 4. sent. dist. 18. quæst. 2. art. 2.* Angel. *in sum. verb. statutum. §. 2.* Sylvest. *verb. Excommunicatio. 2. §. 15. vers. circa prædicta.* & alii apud Kochier. *loc. cit. part. 2. qu. 45.* quorum ratio est, quia paria sunt locum esse extra territorium, aut esse exemptum. *d. cap. grave.* ubi DD. gl. *in Clem. 1. de foro compet.* Gemin. *in cap. Episcoporum. n. 8. vers. subdit. etiam. de privil. in 6.*

45 II. Habet jurisdictionem in exemptum, ut illum possit condemnare in expensis, & punire contumaciam, si non proposuit declinatoriam, nisi exemptio sit notoria, quam non est opus allegare. Dec. & DD. *in cap. cum ordinem de rescript.* gloss. *in cap. super litteris. eod.* Mysing. *lib. 6. obs. 7.* apud Kochier. *de jurisdict. ord. in exempt. part. 2. q. 6.*

46 III. Exemptus simpliciter ratione personæ aut secundum quid ratione rei vel loci, si obtinet Ecclesias Parochiales aut alia officia, quorum administratio & regimen seu cognitio ad Episcopum spectat, si illorum ratione delinquat, seu contrahat, subest jurisdictioni Episcopi. Covar. *pract. quæst. cap. 11. num. 5.* Franc. *in cap. 1. §. illum. num. 4. de V. S. in 6.* Et quamvis aliquis sit exemptus, si tamen sit Prior Monasterii non exempti, tanquam Prior illius Monasterii, potest conveniri coram Ordinario. Capyc. *dec. 59. numer. 2.* ob *cap. 1. de privil. in 6.* quia potest quis esse pro parte exemptus, pro parte subjectus. Franc. *in cap. si Papa. §. & est. n. 2. de privil. in 6.*

47 IV. Quamvis Monasteria de jure exempta sint a Lege Diœcesana Episcopi, non sunt tamen exempta a Lege jurisdictionis. Bertachin. *ne Episc. lib. 4. part. 2. q. 35. num. 80.* Bellencin *de charit. subsid. quæst. 28.* Abb. *in cap. dilectus. de off. ordin.* Kochier. *loc. cit. par. 2. q. 45.* Et quamvis Ordinarius non possit judicare de delictis exemptorum, potest tamen declarare & pronuntiare eos deliquisse, & ad ferendam talem declaratoriam exemptos citare. Felin. *in cap. non potest. num. 3. de re jud.* Card. *in Clem. fin. quæst. 1. de pœn.* Gemin. *in cap. Episcoporum. numer. 8. de privil. in 6.* præsertim si delictum sit notorium.

48 V. Ubi est periculum fugæ, possunt exempti capi, & remitti ad Judicem competentem. Felin. *in cap. fin. num. 7. de foro comp.* Card. *in Clem. fin. quæst. 3. de off. ordin.* Abb. *in cap. sacris. de sepult. & in cap. cum non ab homine. n. 3.* ubi Felin. *de Jud.* Mynsing. *cent. 2. obs. 65.* sicut Clericus, qui in periculo fugæ non tantum a Judice Laico, sed etiam ab ipso Creditore retineri potest sine incursu excom. Abb. *in cap. fin. de foro compet. & in cap. ut famæ. de sent. excom.* Caccialup. *de debitore suspecto. q. 4. n. 2.* Peck *de jure sisten. cap. 4. n. 14.* Innoc. & DD. *in cap. ut famæ.* Aufrer. *de potest. sæcul. super Eccles. person. reg. 3. n. 15.*

49 VI. Episcopus visitat Ecclesias quascumque quomodolibet exemptas Curatas. Conc. Trid. *sess. 7. de ref. cap. 7.* secus non curatas, & ideo non potest visitare Ecclesias Hierosolymit. ut declaravit S. Congr. *declar. 77.* Pius V. *in constit. 136. quæ incipit Exposcit.* ubi statuit dictas Ecclesias exemptas visitari solum posse in his, quæ concernunt curam animarum, & administrationem Sacramentorum. Villadieg. *in spec. visit. fol. 32. num. 6.* Et quamvis Ecclesia exempta ratione fundationis non possit ab Episcopo visitari jure potestatis suæ ordinariæ, potest tamen tanquam a Delegato Apostolico visitari. Ita Sac. Congreg. *declar. 418.* Zerola *in prax. Episc. part. 2. verb. Exempti.* Zabarella *in Clem. attendentes. num. 2. in princ. & num. 8. de statu Regularium.* Conc. Trid. *sess. 7. cap. 7. de ref.* prout visitant quæcumque Beneficia Curata & non Curata sæcularia, regularia qualitercumque commendata, & exempta tanquam Delegati Apostolici. Villadiego *d. fol. 32. nu. 7.* Kochier. *l. c. part. 2. q. 45. n. 12.*

50 VII. Cogit Monasteria exempta servare clausuram, ad quod Episcopus obligatur in conscientia. *cap. periculoso. de statu regular. in 6. Clem. attendentes. de stat Monac.* Angel. *verb. Exemptus. n. 10. vers. possunt. ex cap. 1. §. fin. de statu Regul. in 6.*

VIII. Exempti subsunt Episcopis in omnibus, quæ 51
dependent a potestate ordinis, uti in petitione Chrismatis, consecratione Ecclesiarum, susceptione ordinum &c. *cap. veniens.* ubi Abb. *de præscript.* Balb. *de præscript. in 1. part. quint. part. quæst. 12. n. 7.* Franc. *in cap. 1. n. 7. vers. in glos. de privil. in 6.* & *cap. cum nullus. de tem. por. ordin. in 6.*

IX. Cognoscit inter exemptos in causa Decimarum. 52
Franc. *in cap. fin. §. Diœcesani. de Decimis. in 6.* si vero Ecclesiæ essent exemptæ, & ita decimæ ipsis debitæ de jure communi, tunc Diœcesani se non possunt intromittere, sed si Ecclesiæ non sunt exemptæ, tunc Diœcesanus seu Ordinarius intromittere se potest, quamvis decimæ sint exemptæ, aut Ecclesiæ sint ipsorum exemptorum. Dom. & Franc. *in d. §. Diœcesani. num. fin.* ubi gloss. *in verb. exempti.*

X. Ordinarius absolvit Moniales exemptas ab ex- 53
communicatione, si se percusserint. *cap. de Monial.* ubi Abb. *de sent. excom.* ubi gloss. & Felin. Joan. de Lignano *in tract. de censur. Eccles. §. 26. n. 12.* Koch. *l. c. n. 19.* Item exercet jurisdictionem in casibus. *cap. volentes. de privil. in 6.* videlicet ratione rei vel loci delicti aut contractus non obstantibus privilegiis Apostolicis postea impetratis. Specul. *part. 4. de privil. n. 3.*

XI. Punit eum, qui ex loco exempto jaciendo la- 54
pidem læsit alium existentem in loco non exempto. Abb. *in cap. patentibus. de privil. num. 4. & 5.* Franc. *in cap. 1. num. 5. eod. in 6. & in cap. fin. de foro compet.* Abb. *in cap. cum Capellæ. numer. 6. de privil.* Item sonantem campanas in loco exempto ad seditionem excitandam in loco non exempto, quod extenditur etiam ad mandantem. Abb. & Innoc. *in dict. cap. patentibus. numer. 4.* Felin. *in cap. fin. num. 44.* ubi Abb. *n. 25.* apud Kochier. *loc. cit.*

XII. Præfati exempti ratione membrorum non exem- 55
ptorum tenentur ire ad synodum, & coram Episcopo possunt conveniri. Abb. *in cap. ex ore. n. 1. vers. 2. de privil.* Concil. Trid. *sess. 24. cap. 2. de ref.* Franc. *cap. ut Apostolicæ. de privil. in 6.* quia licet probetur exemptio capitis, non ideo sequitur, quod sit probata exemptio membrorum. Innoc. *in dict. cap. ex ore. & in cap. quod super de major. & obed.* Ita Monachus Monasterii exempti, si sine habitu incedit extra Monasterium, poterit ab Ordinario puniri, secus si intra Monasterium. Franc. *in cap. 1. n. 5. de privil. in 6.* apud Kochier. *loc. cit. n. 33.*

XIII. Episcopi in locis exemptis possunt facere sole- 56
mnes benedictiones, & divina officia celebrare. Franc. *cap. Abbates. num. 1. vers. in glossa. de privil. in 6.* Ang. *in summa verb. Archiepiscopus. n. 3.* Pavinus *de visitatione. q. 3. part. 2. n. 9. Clem. fin. de privil.* etiam in Pontificalibus. Kochier. *loc. cit. n. 34.*

XIV. Monachus in loco non exempto excommuni- 57
catus remanet excommunicatus, etiam postquam rediit ad Monasterium, si proprio nomine fuit excommunicatus, secus si sub nomine prioratus, vel officii. Franc. *loc. cit.*

XV. Exercet jurisdictionem in allegantem se exem- 58
ptum ex Præscriptione, donec de præscriptione plene probaverit, secus si allegaretur exemptio ex privilegio. *cap. cum personæ. §. si vero.* ubi Franc. & DD. *de privil. in 6.* Kochier. *loc. cit. n. 38.* Potest declarare Monachum exemptum esse excommunicatum, ut sui subditi illum vitent. Franc. *in cap. Episcoporum. nu. 3. de privil. in 6.* gl. *in cap. tuarum. de privil.* quæ declaratio non afficit exemptos, sed tantum subditos declarantis. Navar. *cons. 2. nu. 2. de sent. excom.* quod procedit, si Monachus fuit excommunicatus per proprium suum Judicem. Navar. *loc. cit. & in man. cap. 27.* Lancellot. *de attent. part. 2. cap. 4. lim. 2. n. 7. fol. 160.* Gabr. *de R. J. lib. 6. concl. 3. a n. 41. & 43.*

XVI. Exigit rationem a Religiosis exemptis, qui 59
fuerunt executores testamentorum. Zabarell. *Clem. un. de testam.* Specul. *de instrum. edit. §. nunc aliqua. num. 45.* & alii apud Kochier. *loc. cit. n. 41.*

XVII. Potest prohibere, ne excommunicati aut usu- 60
rarii sepeliantur in loco etiam exempto, dummodo hic sit in Diœcesi. Abb. *in cap. sacris. n. 7. de sepult.* imo præcipere, ut sepulti exhumentur, *cap. ad hæc. de privil.* &

con-

contravenientes punire. Franc. *in dict. cap. Episcoporum. numer. 3. eod. in 6. Clem. 1. & 2. de sepult.* Felin. *in cap. ult. numer. 7. de sepult.* Koch. *l. c. part. 2. quæst. 45. num. 44.*

61 XVIII. Si exempti sunt negligentes in conferendis Beneficiis, devolutio collationis fit ad Episcopum, qui confert authoritate Apostolica. *cap. cum singuli. de præben. in 6.* Rebuff. *in praxi Benef. tit. de devolut. num. 37.* Et exempti debent servare generale interdictum Ordinarii. Felin. *in cap. ult. num. 6. de foro compet.* Zabarel. *Clem. 1. n. 10. de sent. excom.* Abb. *in cap. cum inter. n. 3. de consuet.* textus est *Clem. ex frequentibus. de sent. excom.* Kochier. *loc. cit. num. 46.* Compellit venire ad processiones publicas seu supplicationes illos, qui in perpetua clausura non vivunt, aut alias non sunt privilegiati. Conc. Trid. *sess. 25. cap. 13. de reform.* apud Garz. *de expens. cap. 21. num. 38.* Abb. *in dict. cap. cum inter. num. 4. de re jud.* Felin. *in cap. dilectus. nu. 7. de off. ordin.* Paris. *de resign. lib. 3. quæst. 11. nu. 8. vers. 16.* Et in jurisdictione voluntaria exempti subjiciuntur Ordinario. Jo. And. *in cap. 1. de privil. in 6.* Lap. *in cap. cum in illis. de tempor. ordin. in 6. & in Clem. attendentes. §. cæterum. de statu Regular.* Panorm. *in cap. significasti. de foro compet.* & alii apud Kochier. *loc. cit. num. 53.* Debent servare dies festivos ab Episcopis indictos. Concil. Trid. *sess. 25. cap. 12. de reform.* Navar. *in man. cap. 13. num. 5. vers. 8.*

62 Ordinarius, quoties Exempti in loco exempto aliquid committunt, cujus effectus porrigitur extra locum exemptionis, potest sibi cognitionem usurpare. Abb. *in dict. cap. cum inter. n. 3. de consuet.* Bart. *in L 2. §. si quis in suo. ff. ne quid in loco publ.* si exemptio fuit concessa ratione certi loci, secus si fuit concessa personæ ratione personæ. Kochier. *loc. cit. n. 60.* ubi DD.

65 Ordinarius merito aditur pro administratione justitiæ, si exempti sunt negligentes in illa administranda, si non sit facilis recursus ad Papam, aut Superiorem Exemptorum. Aufrer. *in Clem. 1. quæst. 10. nu. 3. vers. unde in principali. de off. ordin.* ubi Card. *num. 16.* Kochier. *loc. cit. n. 63.*

64 XIX. In causis civilibus mercedum, & miserabilium personarum Regulares extra Monasterium degentes quomodolibet sint exempti, quamvis in partibus habeant Conservatorem aut certum Judicem a Papa deputatum; in aliis vero causis tantum, cum nullum Judicem aut Conservatorem habent, coram Ordinariis tanquam delegatis Apostolicis conveniri possunt, & jure ita exigente ad solvendum compelli. Conc. Trid. *sess. 7. cap. 14. de reform. & sess. 14. cap. 5. de ref.* Naver. *de Regular. tom. 1. comment. 2. n. 63.*

65 XX. Subjiciuntur Episcopo quoad confessiones obeundas, ut non obstante *Clem. dudum. de sepult.* non exponant se pro audiendis Confessionibus, nisi fuerint approbati ab Episcopo. Conc. Trid. *sess. 23. cap. 15.* Paris. *de resign. lib. 3. quæst. 11. vers. 14.* Kochier. *loc. cit. num. 82.* Sicut etiam ad conciones debent approbari ab Episcopo. Conc. Trid. *sess. 5. cap. 2. & sess. 24. cap. 4. de reform.*

66 XXI. Punit exemptos, qui excedunt in numero campanarum eis a Jure vel statuto præscripto. Et quidem mendicantes debent esse contenti una campana exceptis Prædicatoribus. Abb. *in cap. patentibus. de privil. super gl. 2. cap. nimis iniqua. de excess. Prælat.* Item coercet exemptos, qui exercent illicitas negotiationes in locis non exemptis. gl. *in Clem. 1. de vita & honest. Cleric.* ubi Card. *in q. 2.* Jo. de Anan. *cap. ad abolendum. col. 7. de hæret.*

67 XXII. Cogit exemptos præsentantes aliquem ad aliquam Curam, ut ei assignent congruam portionem, & ante talem assignationem præsentationem non admittit. *Clem. 1. de jurepatr. cap. 1. de præben. in 6. cap. de Monachis. eod.* & si contingat ab assignatione portionis per exemptos appellari, tali appellationi Ordinarius deferre non debet, sed ad ulteriora procedet, quia talis assignatio relinquitur conscientiæ Ordinarii. Jo. de Imol. *cap. Canonum statuta. col. 7. de constit.* Card. *in cit. Clem. 1.* ubi gl. Bellam. *concl. 18.*

68 XXIII. Exempti tam sæculares quam Regulares puniuntur ab Ordinario, qui tempore interdicti in casibus prohibitis admittunt ad sepulturam - Usurarios, Interdictos, aut Excommunicatos, quia isti absolvi non possunt, nisi satisfecerint illis, quibus injuria fuit illata ad arbitrium Episcopi. *Clem. 1. de sepult. cap. cum & plantare. §. excommunicatos. de privil.* Abb. *in cap. sacris. n. 7. de sepult.* præsertim si delictum est notorium, quia potest Ordinarius tunc illos declarare excommunicatos. Et potest deferentibus ad loca sua exempta ejusmodi cadavera, si transeant per Diœcesim impune, etiam via facti resistere, non vero postquam venerunt in locum exemptum. Bald. *cons. 270. part. 4.* Abb. *in d. cap. sacris. num. 7. de sepult.* Argumento *L. fin. C. de sep. viol.* Kochier. *loc. cit. numer. 92.* Item si absolvunt ab excommunicationibus Synodalibus. *Clem. 1. de privil.* Item si ministrant Parochianis sine licentia Eucharistiam, aut extremam Unctionem. *dict. Clem. 1.* Item si quæstores se ingerunt in promulgandis Indulgentiis sine litteris Papæ aut Ordinarii. Conc. Trid. *sess. 21. cap. 9.* quos Ordinarius poterit incarcerare, aut excommunicare, prout expedire deprehenderit. Innoc. & Abb. *in cap. ex litteris. de constit.* Imol. & Anan. *in cap. inquisitionis. in princ. de accus.*

XXIV. Cognoscit ordinarius contra exemptos in omnibus delictis actualem vel solemnem degradationem requirentibus. Jo. de Lignan. *cap. ne in agro de stat. Monach.* Abb. *in cap. cum contingat. col. 6. de foro compet.* uti si sunt falsarii litterarum Papæ. *cap. ad falsariorum. de crim. falsi.* ubi Abb. Innoc. & Host. Item punit exemptos, qui sibi Episcopalia arrogant, & declarat Ecclesias, in quibus exercuerunt interdictas. *cap. cum & plantare. §. de confratribus. vers. quod autem de privileg.* Item punit exemptos, quia Beneficia, quorum collationem habent, onerant pensionibus illicitis. *Clem. un. §. eadem quoque de supplen. neglig. prælat.* Innoc. & Host. *in c. Lateranen. de præben. cap. pastorali de privil.* 69

XXV. Exemptus citatus ad recognoscendum proprium characterem tenetur comparere & obedire. *cap. 1. §. fin. de foro compet. in 6.* ratio est, quia incompetentia quoad scripturæ recognitionem allegari non potest. Kochier. *l. c. n. 104.* Item habet jurisdictionem in exemptos pro causæ coram se agitatæ salario, ne continentia & connexitas causæ dividatur. Idem *n. 105. & 106.* Et quamvis exempti non possint cogi ad interessendum processionibus, quæ indicuntur ex levi causa *cap. nimis prava.* & ibi DD. *de excess. Pral.* tamen quando instituuntur ex gravi causa, tenentur accedere. Argumento *cap. rogationes. disp. 3. de consecr. cap. revertimini. 16. q. 1. cap. pervenit. de Imm. Eccles. cap. quod omnes. de R. J. in 6.* Bald. *in L. fi. C. de bon. quæ liber.* apud Kochier. *l. c. numer. 109.* quia rogare Deum pro salute populi omnium interest. 70

XXVI. Subditi ordinarii delinquentes quamvis deliquerint in loco exempto, possunt conveniri coram ordinario propter delictum commissum in loco exempto aut etiam extra Diœcesim. Jo. And. *in cap. ut animarum de constit. in 6.* Jo. de Lignan. *in Clem. pastoralis. de re jud.* Andr. Siculus *in cap. cum contingat. col. 5. de foro comp.* Franc. *in d. cap. ut animarum §. statuto.* Abb. *in d. cap. cum contingat. num. 6.* 71

XXVII. Potest excommunicare & suspendere exemptos impedientes revocationem conjugis e monasterio exempto, si iste conjux valide non fuerit professus, uti sine licentia alterius conjugis aut illius in sæculo manentis nullum sit votum continentiæ, aut saltem temporale, nisi tamen exempti privilegium habeant, ne possint excommunicari, suspendi, aut interdici, quale habent mendicantes & Societas Jesu juxta Bullam Pauli III. teste Sanz. *de matrimon. lib. 7. disp. 33. n. 21. & 23.* ratio est, quia Episcopo competit omni modo jurisdictio in extraneos & exemptos impedientes suam jurisdictionem. Innoc. *in cap. dilectus in fi. de pœnis.* Aufrer. *de potest. sæcul. super Ecclesiast. pers. n. 23.* Rojas *de hæret. par. 1. n. 155.* Sanz. *l. c.* 72

Quia vero præmissæ exemptiones solent esse causa perturbationum in jurisdictione Episcopali, & exemptis præbere occasionem laxioris vitæ, quæ multum nocuerunt Ecclesiasticæ disciplinæ & plurimum displicuerunt S. Bernardo. Baron. *in annal. Eccles. fol. 8. sub anno 676.* sub Pontificatu Adeodati *fol. 517.* Concil. Trid. *sess. 24. cap. 11. de ref.* Paris. *de resign. lib. 3. q. 11. n. 5.* Ideo Concil. Trid. non obstantibus quibuscumque privil. plenam dat authoritatem Episcopis tanquam sedis apostolicæ delegatis super exemptos ut recognoscere possint, & judicare de quibuscumque Clericorum etiam Exemptorum criminibus præveniendo etiam exemptorum 73

rum jurisdictionem ; non vero impediendo . kochier. *l.c. n.* 84. Paris. *l.c. n.* 5.

§. IX.

In Judicialibus quomodo procedendum cum Exemptis?

74 Quæres 1. an in impetratione rescripti contra exemptum sit necessario facienda mentio illius exemptionis? affirmativa probatur ex *L.* 1. *ff. de natal. restit.* Fel. & DD. *in cap.* 1. *cap. cum ordin. in cap. ad audientiam. de rescript.* Menoch. *de arbitr. cas.* 202. *num.* 39. Innoc. *in cap. significantibus de off. Deleg.* Socin. *cons.* 164. Negativa probatur 1. authoritate Innoc. & DD. *in cap. constitutus de rescript.* Navar. *cons. un. num.* 4. *& 5. de feud.* Sed kochier. *de jurisdict. ordin. in exemptos par.* 2. *quæst.* 3. adhæret priori, quamvis praxis, & Curiæ Romanæ stylus qui vim Legis obtinet, confirmant *cap. ex litteris. de constit.* Staphil. *de commiss. & litteris justitiæ. §. dicendum est. num.* 66. Abb. *in cap. ex parte.* 1. *num.* 5. *de privil.* Fel. *in cap.* 1. *nu.* 14. *vers. tertio restringe & cap. cum ordinem num.* 7. *De rescript.*

75 Quæres 2. An Exemptus possit conveniri *ex L. diffamari C. de ingen. & Manumiss.* coram ordinario? Respondetur affirmative. ita Alex. *cons.* 103. *lib.* 5. qui citat Butr. Abb. & alios. Felin. *in cap. ea quæ de re jud. cap. sin autem de testib.* Natta *in Clem. sæpe col.* 36. *de V. S.* Gail. *lib.* 1. *obs.* 9. tum quia Laicus conveniens Clericum ex hac causa, illum convenit coram Judice sæculari. Alex. *d. cons.* 103. Boer. *dec.* 113. tum quia diffamatus agens ex hac Lege non dicitur agere, sed excipere & non est actor, sed Reus, & pluribus probat kochier. *l.c. q.* 4. *a n.* 7.

76 Quæres 3. An exemptus a jurisdictione illam prorogare possit? Dicendum pro responsione primo, quod exemptus non possit suæ exemptioni renuntiare. *cap. cum tempore.* ubi Abb. *num.* 2. *de Arbitr.* Franc. *cap scienti. num.* 4. *de R. J. in* 6. Abb. *in cap. si terra num.* 5. *de privil.* Castr. *cons.* 431. *par.* 1. Gail. *lib.* 1. *obs.* 40. quia in exemptione agitur non tantum de favore exempti, sed etiam superioris qui exemit, cujus interest ejusmodi exemptionem conservari, & ideo huic favori ab exempto renuntiari non potest. *DD. in L. si quis in conscribendo.* ubi Alciat. *C. de pact.* Abb. *in d. cap. cum tempore num.* 2. Fel. *in cap. cum accessissent. de constit.* Gail. *lib.* 1. *obs.* 40. Argumento *cap. si diligenti.* ubi DD. *de foro comp.* Et ideo jurisdictionem alterius a quo fuit exemptus, nec tacite, nec expresse prorogare potest. Abb. *in cap. licet.* 35. *cit.* Bald. *cons.* 246. *vol.* 2. Alex. *cons.* 13. *colum.* 4. *vol.* 1. Gail. *loc. cit. numer.* 3. Felin. *in cap. cum accessissent. n.* 28. *Deconstit.* Kochier *l.c. num.* 4. *quæst.* 7. Nisi exemptio fuerit allegata, qua non obstantia sententia fuerit secuta, quo casu sententia valebit in præjudicium exempti, sed non in præjudicium superioris, cui præjudicari potest. Fel. *in d.c. significasti n.* 4. *vers. demum.* & Abb. *in d. c.* 1. *nu.* 19. Fel. & DD. *in c. ad audientiam. de præscript. & c. dilectus. de Capell. Monach.* Kochier. *loc.cit.*

77 Quæres 4. quis opposita exceptione exemptionis cognoscat de illius existentia? Respondetur, quod quamvis regulariter ad Judicem spectet cognoscere, an sibi jurisdictio competat, juxta *L.* 2. ubi DD. *ff. si quis in jus vocat. non jerit. L. in præscriptione. C. si contra jus .* Abb. & Felin. *in c. super litteris. De re script.* tamen in materia exemptionis non spectat ad ordinarium cognoscere de sua jurisdictione . Abb. & Fel. *in d.c. super litteris n.* 10. *vers. quartus casus. nu.* 24. *vers. fallit. de rescript.* quia in hac cognitione esset suspectus. Innoc. *in c. venerabili.* ubi Abb. *num.* 3. *& 4. de censib.* Item *in c. ex parte. de V. S.* quia in exemptione agitur de totali fundamento jurisdictionis & proprietate illius, & ideo hæc cognitio spectat ad S. Pontificem. Kochier. *de Jurisd. ordin. in exempt. par.* 2. *q.* 13.

78 Quæres 5. sed quid si causa exempti fuit commissa ordinario, censetur ne illius jurisdictio excitata, vel delegata? Respondetur, si commissio fuit facta similibus verbis . *Mandamus tibi ut justitiam facias .* Item *committimus &c.* tunc dicitur jurisdictio excitata . Innoc. *in c. licet. De off. ordin.* ubi Abb. *nu.* 3. si autem dixerit. *Vice nostra, authoritate nostra, authoritate Apostolica*, aut similes clausulas, tunc dicitur jurisdictio delegata, uti etiam per commissionem jurisdictio ordinarii alteratur, diminuitur, vel augetur. Kochier. *loc. cit. quæst.* 14. *per totam.*

Quæres 6. An instantia cœpta contra exemptum transeat in illius hæredem non exemptum? Respondetur affirmative . *L. tam ex contractibus .* ubi DD. *ff. de Jud. L. si eum hominem.* ubi Bart. *ff. de fidejus.* Abb. & Fel. *in c. quia V. de Jud.* Milis *in reper. verb. Judex.* & Kochier. *loc. cit. quæst.* 18. 79

Quæres 7. finita exemptione an conveniri quis possit coram ordinario de gestis tempore exemptionis? Respondetur negative, quod probat Kochier. *l.c. quæst.* 21. Bertachin. *de Episc. par.* 5. *nu.* 50. Bald. *in L. affinitatis . C. commun. de succes.* Abb. *in c. un. de oblig. ad ratiocin.* Hinc Clericus depositio habitu clericali vel Clericatu de gestis tempore Clericatus coram sæculari non convenitur. DD. cit. 80

§. X.

Quæ observare debeant agentes coram Ordinario?

Dicendum primo exemptum reconveniri posse coram ordinario, sicut Clericus coram Laico, est communis DD. sententia. Bart. *in auth. & consequenter. col. fi. C. de sent.* Bald. *in L.* 2. *§. sed si agant. ff. de Jud.* Specul. *de reconvent. §. nunc dicamus . vers. sed pone.* Maran. *de ord. Jud. part.* 4. *dist.* 6. *n.* 44. Mynsing. *cent.* 2. *obs.* 67. *vers. primus .* dummodo reconventio non fiat de causa spirituali, aut criminali infamante, aut nisi Laisa sit causa, cur conveniatur, ut occasionem habeat reconveniendi Clericum coram sæculari, prout limitant DD. supra cit. Porro reconventio datur etiam, quando causa pendet coram Delegato, videri potest in praxi Clericorum. & Koch. *l. c. quæst.* 29. 81

Dicendum secundo, Exemptum agentem coram Ordinario debere servare ordinatoria judicii, non vero decisoria statuta. Kochier. *quæst.* 30.

Dicendum tertio, Exempti non possunt compelli ad dicendum testimonium, nisi a suo Superiore, uti Clerici non possunt compelli ad dicendum testimonium in foro sæculari a Judice Laico; sed debent habere licentiam Episcopi. Abb. Felin. *in cap. cum nuntius. de testib.* Gail. *lib.* 1. *obs.* 100. *num.* 16. Farin. *de testib. lib.* 2. *tit.* 6. *quæst.* 61. *num.* 99. *&* 97. gl. *in cap. fin.* 14. *quæst.* 2. Speculat. *de testib. §. sequitur. vers. quid de presbytero .* 82

Dicendum quarto, Interveniens ad assistendum causæ, & illam una cum principali instruendum & defendendum, sermo est de exempto, non trahit causam ad suum Judicem, sed causam debet defendere coram Ordinario. Abb. *cap. fin. de empt. & vendit.* Afflict. *dec.* 227. Natta *cons.* 324. Kochier. *de jurisdict. ordin. in exempt. part.* 2. *quæst.* 37. *num.* 17. si vero tertius interveniens exemptus remoto litigatore intervenit. ac omnem causam animo novandi in se suscipit, ita ut causa concernat principaliter intervenientem, & ita judicium substantiatur, & radicatur in persona exempti intervenientis, tunc is ex sua persona poterit declinare forum Judicis ordinarii, & causam trahere ad suum forum. Aufrer. *ad Capell. Tholos. dec.* 360. *vers. secus ubi Laicus.* Caballin. *de evict. §.* 3. *num.* 121. Soein. jun. *cons.* 66. *num.* 5. *par.* 1. Cavalc. *part.* 1. *dec.* 8. *num.* 16. Rimin. *cons.* 576. *vol.* 4. Decian. *cons.* 118. *num.* 6. *vol.* 3. Mindanus *de contin. caus. cap.* 8. *art.* 17. & alii apud Kochier. *loc. cit. n.* 18. 83

Quæres, an sententia contra exemptum lata ab Ordinario valeat? Dicendum primo, sententiam ab Ordinario latam in exemptum esse invalidam ob incompetentia Judicis. Castr. *cons.* 431. *par.* 1. *per totum.* Abb. *in cap.* 1. *num.* 19. *de re jud.* Fel. *in cap. significasti. num.* 4. *vers. demum. de foro comp.* ubi Abb. *in cap. cum tempore.* ubi DD. *de arbitr.* Specul. *de sententia. §.* 8. *vers. Item est nulla.* Nellus *de Bannitis rubr. de his qui possunt bannire . nu.* 2. Et ideo sententia excommunicationis lata a quolibet Ordinario exemptos afficere non potest. Gig. *de pens. quæst.* 60. Bellencin. *de charitat. subsid. quæst.* 24. *num.* 2. Lim. 1. nisi de exemptione in judicio fuisset cognitum per modum declinatoriæ, & exceptio fuisset rejecta procedendo ad ulteriora citra appellationem. Fel. *in cap. significasti nu.* 4. *vers. demum.* & Abb. *d. cap.* 1. *num.* 19. *vers. secus puto si exemptus.* Fel. & DD. *in cap. ad audien-* 84

dientiam. de præscript. cap. dilectus. de Capell. Monac. Lim. 2. si Ordinarius bona fide reperitur in quasi possessione jurisdictionis contra exemptos. Abb. *in cap. dilectus. num. 5. de relig. dom.* nisi decretum haberet clausulam irritantem. Balb. *de præscript. 5. par. quint. par. quæst. 8. & 9.* Navar. *in comment. spol. Cleric. §. 14. n. 2.*

Dicendum secundo, sententia lata in articulo & quæstione exemptionis superiore, cujus interest, nec præsente, nec vocato non subsistit. Felin. *in cap. auditis. num. 25. de præscript. & in cap. ad audientiam. & in cap. cum accessissent.*

§. XI.

An Exemptiones revocari possint?

85 Regula est affirmativa. gl. *in cap. decet. de R. J. in 6.* & ibi Franc. *num. 4. cap. dilecti de privil. cap. ult. in fin. de sent. excom. in 6. cap. Clericis. §. non obstantibus.* ubi gl. *de Immun. Eccles. in 6.* Gail. *lib. 2. obs. 60. num. 17.* quia Papa aut Princeps sibi manus ligare non potest. *cap. fin.* ubi gl. *de rescript. in 6. cap. innotuit. de elect.* & adversum facultatem revocandi nulla unquam præscriptio currit, ita Bald. *cap. sicut. col. 3. de jurejur.* Bart. *in L. imperium. ff. de jurisd. omn. Jud.* Restaur. *in tract. de Imperat. quæst. 55. num. 2.* Kochier. *de jurisd. ordin. in exempt. part. 3. quæst. 1.* Limit. si exemptio non staret in vim privilegii, sed in vim contractus, quia tunc esset irrevocabilis Felin. *in cap. 1. de prob.* Bart. *in L. omnes populi. num. 29. ff. de just. & jur.* Innoc. *in cap. in nostro. de jurejur.* Koch. *loc. cit. nu. 4.* Dicitur autem exemptio data via contractus, si fuit concessa non subdito. *cap. novit.* & ibi DD. *de Jud.* Rota Neapol. *dec. 361.* Dec. *in cap. quæ in Ecclesiarum. nu. 37. de constit.* Gemin. *cons. 74.* Restaur. *loc. cit. quæst. 55. numer. 5. & 6.* Gail. *loc. cit. obs. 60.* Item si fuit concessa pro pretio in recompensationem servitii per viam conventionis Dec. *cons. 276. col. 2.* Bald. *in L. qui se patris. C. unde liber.* Et si exemptio continet gratiam & contractum, prævalet ratio contractus. Dec. *cons. 286.* Fel. *in cap. novit. de constit.* quia Princeps obligatur contractu tam naturaliter quam civiliter. Kochier. *l. c.*

86 Et Successor potest revocare omnes exemptiones & privilegia concessa per viam gratiæ, quia sicut Princeps aut Papa sibi manus ligare non potest, minus potest ligare manus Successorum. *cap. fin.* ubi gl. *de rescript. in 6. cap. innotuit. de elect. cap. fin. de sent. excom. in 6.*

87 Quæres primo, an exemptio exspiret morte eximentis? Responsio est negativa. Innoc. *in cap. quod translatus. de off. Deleg.* Selva *de Benef. part. 3. quæst. 14. n. 23. ex cap. decet. & cap. indultum. de R. J. in 6.* Franc. *in cap. ult. num. 5. de rescript. in 6.* Navar. *in cap. placuit. n. 16. quæst. an licentia morte exspiret. de pœnit. dist. 6.* Kochier. *loc. cit. quæst. 5. num. 2. & seq.* quamvis exemptio fuerit concessa cum clausula *Donec revocavero*, quia per mortem non revocat, secus si fuit concessa cum clausula *donec voluero, donec placuerit, aut ad beneplacitum meum*, quia hæc omnia morte cessant, scilicet beneplacitum & voluntas *cap. si gratiose* ubi Franc. Molina *de just. & jur. disp. 298.* Kochier. *loc. cit. n. 3. & 4.*

88 Quæres secundo, an cessante causa exemptionis cesset ipsa exemptio? Respondeo, quod si cessat causa finalis exemptionis, sine qua concessa non fuisset exemptio, cessat exemptio, secus si cessat tantum impulsiva, sine qua exemptio concessa fuisset, sed difficilius. Dyn. *in cap. decet. de R. J. in 6.* Ripa *de peste. tit. de privil. ult. vol. num. 30.* Bald. *in L. generaliter. col. 3. vers. secundo oppono. C. de Episc. & Cler.* Kochier. *loc. cit. quæst. 7.* apud quem Specul. & alii. Et in dubio causa præsumitur fuisse impulsiva, requiritur tamen tunc sententia declaratoria seu rescissoria. Bald. *in dict. cap. decet.* ubi Jo. And. & Franc. *de R. J. in 6. & in cap. cum secundum. de hæret. in 6.* Tiraquel. *in tract. cessante causa. part. 1. num. 220. & in L. si unquam. verb. revertatur. num. 398. C. de revoc. donat.* Koch. *l. c. n. 4.*

89 Quæres tertio, an exemptio censeatur revocata per clausulam generalem *non obstantibus privilegiis, exemptionibus &c.* Dicendum primo generalem derogationem exemptionum non comprehendere privilegia, vel exemptiones scriptas in corpore juris. gl. *in L. 2. §. legatis. in verb. non compelluntur. ff. de Jud.* Feder. de Sen. *de interpret. juris. part. 2. num. 26.* Specul. *de instrum. edit. §. nunc autem. num. 5. vers. si vero.* Felin. *in cap. nonnulli. n. 26. de rescript.* Lauden. *de rescript. quæst. 87.* quia Princeps non videtur voluisse uno verbo tollere jura, quæ tot vigiliis fuerunt promulgata. *L. si quando. C. de inoff. testam.* Vitalis *in tract. claus. verb. in claus. generali.* Fel. *in cap. 1. n. 12. de rescript.* Boer. *in L. consentaneum. C. quomodo & quando.* Kochier. *de Jurisd. ord. in Exempt. part. 3. quæst. 9.*

Dicendum 2. exemptio, quæ non est inserta in corpore juris, non tollitur per contrariam dispositionem, in qua dictæ exemptionis non fit mentio, quia illam Princeps potuit probabiliter ignorare. Milis *in repert. verb. privilegium non insertum. per cap. 1. de constit. in 6.* ubi Jo. Andr. Ant. de Amat. *dec. 17. n. 5.* 90

Dicendum tertio, quod speciali derogatione censetur exemptioni derogatum. Specul. *de instrum. edit. §. nunc autem. vers. & scias. n. 5.* Si vero exemptio continet clausulam derogatoriam non facientem propriam & specialem mentionem, non censetur abrogata per clausulam non obstantibus. vide Kochier. *l. c. n. 6.* 91

§. XII.

Quibus aliis modis Exemptio amittatur?

Dicendum primo, quod exemptio amittatur præscriptione quadragenaria, quo casu tamen non sufficit cursus temporis, sed requiritur præterea scientia Superioris, cui exempti subjiciebantur. Capyc. *dec. 57.* Abb. *in c. cum dilectus. nu. 8. de Relig. dom. & in cap. conquerente. 8. de off. ordin.* Bart. *in L. si publicanus. n. 2. ff. de publican.* Felin. *in cap. creditis. de præscript.* & requiritur scientia illius, quem res tangit, & non sufficit scientia substituti. vide Kochier. *l. c. q. 12. per totum.* 92

Dicendum secundo, exemptionem amitti per non usum, si uti potuit exemptus, & non fuit usus, uti fuit dictum in praxi *privilegiorum.* ubi vide. Item amittitur per actum contrarium, nisi ab exempto fiat protestatio in contrarium. Gig. *de pens. q. 61. & 73.* Bellencin. *de subsid. charit. q. 61.* Abb. *in cap. cum Ecclesia. n. 24. de caus. possess. & propriet.* Menoch. *de præs. lib. 1. præs. 25.* Kochier. *l. c. q. 14.* aut nisi exemptionis privilegium habeat clausulam irritantem. Archid. *in cap. cum de Benef. n. 2. de præben. in 6.* ubi Franc. *n. 3. & 4.* Gail. *lib. 2. obs. 60. n. 12.* Kochier. *l. c. n. 3.* 93

Dicendum tertio, qua ex causa donationes revocari possunt, eadem etiam immunitas & exemptio revocantur. Imol. *in cap. cum M. col. 2. de constit.* Dec. *in cap. novit. col. 7. vers. 4. fallit. de Jud.* Bald. *in L. 2. in fin. C. de libert. & eorum liber.* Apostilla ad Abb. *in cap. cum accessissent. n. 7. verb. renuntiare privilegio. de constit.* Rebuff. *in prax. Benef. tract. de privil. & rescript. nu. 38. fol. 71. & seq.* Lauden. *de rescript. q. 48.* Curt. *de feud. part. 5. n. 1. & 2.* Kochier. *loc. cit. quæst. 16. n. 3.* dummodo ingratitudo non sit levis, sed magna, & præcedat declaratoria Judicis, & solemnis privatio. Restaur. *de Imperat. quæst. 55. num. 9. per totum. & quæst. 114. n. 3.* Gail. *lib. 2. obs. 156.* Kochier. *l. c. n. 4.* 94

Dicendum quarto, si Exemptus Ordinarium opprimit, cadit jure exemptionis, ut in quo quis deliquit, in eo puniatur. Cassad. *decis. 6. numer. 4. de privil. cap. pastoralis. in fin. de jurepatr. cap. privilegium. 11. quæst. 3.* & prætextu privilegii crescere non debet flagitiorum auctoritas. *L. 2. C. de privil. scholar. lib. 12.* & Kochier. *loc. cit. q. 17. per totam.* 95

Dicendum quinto, quod perempta re pereunt quoque illius jura tam activa, quam passiva. Albert. Brunus *de interitu & perempt. concluf. 5. per tot. L. 1. C. de jure emphyt. L. sicut. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* & ita destructo loco Superioris authoritate, perit etiam loci exemptio. *cap. Abbate.* ubi gl. Abb. & DD. *de V. S.* Innoc. *in cap. cum ex injuncto. numer. 2.* ubi DD. *de nov. oper. nunt.* Dummodo destructio fuerit facta Superioris auctoritate juridica, & non privata. gl. & Franc. *in dict. cap. privilegium. & cap. pastoralis.* Gail. *libr. 2. obs. 61. num. 6. & 7.* quia talis locus destructus nostro modo intelligendi intelligitur vivere, & ejus animam sine corpore exstare, & omnia privilegia retinere. Limit. secundo, si locus destructus in alio loco ædificetur. Bellen. *cons. 1. numer. 5.* Si vero locus destructus auctoritate 96

Supe-

Superioris ſine ſpe refectionis fuerit, & nullæ illius remaneant reliquiæ, ſublata ſunt omnia privilegia & exemptiones. DD. cit. Albert. Brunus *de mutat. & transform. membr. 2. concluſ. 16. n. 68.* Petrus de Petruſ. *tract. de mutat. ſtatus Eccleſ. in princ. nu. 3. & 4.* Bald. *in cap. Imperialis. nu. 10. de pac. & conſtit.* Alex. *conſ. 44. vol. 1.* Gail. *lib. 2. obſ. 61. num. 4.* quia actio ſemel extincta non reviviſcit. *L. quires. §. aream. ff. de ſolut.* ſi vero locus fuit deſtructus fatali caſu, ſive a non habente auctoritatem, eo reſtaurato reviviſcit etiam exemptio, juxta ſuperius dicta.

Quæres, an unus de collegio impedire poſſit cæteros, ne exemptioni præjudicent? Reſpondetur affirmative. Abb. *in cap. veniens. n. 21. de præſcript.* ubi Felin. *n. 4. & in cap. cum omnes. n. 18. verſ. fallit. 2. de conſtit.* & hoc favore libertatis, & favore S. Sedis, cujus intereſt plures habere ſubjectos. Kochier. *dict. part. 3. quæſt. 26.*

97 Exemptio amittitur, ſi fit damnoſa, & alteri præjudicialis. *cap. ſuggeſtum. de Decim. cap. non debet. de conſang. & affinit.* quia privilegium reſcindi debet, ne tertius ex illo lædatur. *L. quoties. C. de precib. Imper.* Felin. *cap. 2. de reſcript.* Abb. *in d. cap. ſuggeſtum.* & *in cap. per novale. de V. S.* & *in cap. pervenit. de conſanguinit. & affinit.*

98 Et ſi Pontifex ex certa ſcientia judicat contra exemptionem, cenſetur eam revocare. *cap. ſuborta.* ubi gl. & DD. *de re jud.* Abb. *in cap. 1. n. 19. eod. & in cap. ſuggeſtum. de Decimis.* Speculat. *de inſtrum. edit. §. nunc autem videndum. n. 10. verſ. ſexto.* Kochier. *l. c. quæſt. 30.*

§. XIII.

Ad quid teneantur vel non teneantur Exempti?

99 Concluſio prima, quamvis interdictum ab Ordinario ferri non poſſet contra exemptos. *cap. 1. de V. S. in 6. cap. quanto de privil.* Tamen exempti ſervare tenentur interdicta quæ ſervat Eccleſia matrix. *Clem.* ubi Card. *n. 10. De ſent. excom.* Fel. *in cap. licet. numer. 6. verſ. & nota quod exempti. De foro compet.* Abb. *in cap. inter num. 3. de conſuetud.* nec in contrarium præſcriptio, vel conſuetudo ſubſiſtit, & privilegium in contrarium obtentum cenſetur ſubreptitium. *cap. cum inter.* ubi Jo. Andr. Fel. Abb. & alii. *de conſuetudine cap. in Lateranen. de præben.* quia violaretur nervus Eccleſiaſticæ diſciplinæ contra *Clem. 1. verb. nervum Eccleſiaſticæ diſcipl. de ſent. excom.* Et quando interdictum eſt latum ab ordinario, non licet celebrare divina nec ſecrete nec publice. *cap. quod in te. de pœnit.* Hoſt. & Innoc. *in cap. nuper. verſ. orando. de ſent. excom. & d. Clem. 1. eod.* ſicut quando fuit latum a Prælato exemptorum quo caſu poteſt celebrari ſecrete, ſed

100 Quæres ſi Exempti non paruerint interdicto lato ab ordinariis, an poſſint ab illis puniri? Affirmat Monach. *de privil. in 6. per cap. tuarum. eod. Clem. cum ex eo. §. quod ſi in verb. ſatisfactione præmiſſa &c. de ſent. excom. cap. cum & plantare §. excommunicatos. de privileg.* Imola vero & Cardin. *in Clem. 1. n. 20. quæſt. 9.* conſulit, ut ordinarius denuntiet Papæ ad obtinendum judicium delegatum. Koch. *loc. cit. par. 4. quæſt. 14.*

101 Quæres 2. An perſonæ privilegiatæ a Pontifice ne excommunicari, aut interdici poſſint, ſint exemptæ a ſententiis ordinariorum? Reſpondetur negative, ſed poſſunt tali privilegio non obſtante interdici, niſi ſint Reges, aut Reginæ, aut filii eorum aut Religioſi particulares, & certi. *cap. ne aliquid de privil. in 6.* Sylveſt. *in ſum. in verb. Interdictum.* Henriquez *lib. 13. de excom. cap. 25. §. 5.* Kochier. *loc. cit. n. 8.* Gl. *in cap. ne aliqui in verb. ratione. De privileg. in 6.* aut ſi privilegium eſſet conceſſum ratione loci religioſi, Monaſterii vel ordinis. Henriquez *lib. 7. de Indulg. cap. 24. §. 2. & lib. 13. cap. 24. §. 1.*

02 Concluſio 2. Exempti non tenentur præſtare juramentum fidelitatis ratione populi non exempti; quia juramentum præſtatur in ſignum ſubjectionis, quæ in exemptis ſtare non poteſt. *cap. cum olim. 2. de privil.* Gl. *in cap. antiquo eod. cap. nimis prava.* ubi Butr. *De exceſ. Prælat. cap. cum capella de privil.* ubi DD. contra Kochier. *loc. cit. quæſt. 16.*

103 Concluſio 3. Abbates aut alii exempti, quamvis non teneantur venire ad ſynodum, cum hoc ſit ſignum ſubjectionis. *cap. fi. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Specul. *De teſt. §. nunc videndum. verſ. intendit probare n. 11.* Milis *in repert. verb. Epiſcopus. §. 1.* præſertim ſi ſynodus ſit de lege juriſdictionis juxta Hoſt. *in cap. dilectus* & ibi Jo. And. *De off. ordin. & in cap. conquerente eod.* Gemin. *in cap. 1. 10. quæſt. 1.* quamvis alii velint eſſe de lege Diœceſana ut Gl. *in d. cap. dilectus.* ubi Abb. Innoc. *in cap. 1. de ſtatu Monach.* Imol. *in cap. dilectus col. 2. & in cap. ſuper his. not. 2. de major. & obed.* & licet exempti non ſubjiciantur legi Diœceſanæ, tamen tenentur venire ad ſynodum Diœceſanam. *cap. quod ſuper his de major. & obed. cap. fin. diſt. 18.* Kochier. *loc. cit. quæſt. 19.* tamen tenet quod exempti teneantur venire ad ſynodum, ſi habent populum non exemptum. *cap. ex ore de privil.* ubi Abb. *cap. 1. & gl. verb. inſtituta. eod. in 6.* Feder. de Sen. *conſ. 183.* apud quem Lapus *alleg. 89.* & ut in verb. *Abbas. in coll. n. 11.*

Quæres: quam Prælati habeant in ſuos ſubditos juriſ- 104
dictionem? Reſpondetur habere quaſi Epiſcopalem, non poſſe tamen conferre ordines Sacros. Gl. *in Clem. 1. verb. proprii. de reb. Eccleſ. non alien.* Navar. *conſ. 13. de privil.* & alii apud Kochier. *loc. cit. quæſt. 20.* Et ideo poſſunt ſuos ſubditos excommunicare. Sayr. *in theſ. Theol. moral. lib. 1. cap. 6. nu. 13. par. 1.* in alienationibus ſuam poſſunt interponere authoritatem. Vota ſuorum irritant, commutant, & diſpenſant. Navar. *in man. cap. 12. num. 76.* Sylveſt. *in verb. votum 4. quæſt. 3.* Navar. *in man. cap. 27. num. 254.* & pleraque quæ poteſt Epiſcopus exceptis indulgentiis quas concedere non poſſunt. vide *Abbas.*

Quæres 2. An exempti poſſint ab Epiſcopo viſitari? 105
Reſpondetur non poſſe ab Epiſcopis viſitari, ſi procedunt jure ordinario, ſecus ſi procedunt jure delegato tanquam ſedis Apoſtolicæ Delegati. Cardin. *in Clem. attendentes quæſt. 6. & 7. De ſtatu Monach.* Concil. Trid. *ſeſſ. 7. cap. 7. de reform.* niſi ſint ſubjecti alicui alteri Prælato, quia tunc nec jure ordinario, nec Delegato illos Epiſcopus viſitare poteſt.

Concluſio 4. Exempti reſignant vel permutant tan- 106
tum in manibus Pontificis. Pariſ. *de reſign. lib. 2. quæſt. 7. & lib. 3. quæſt. 11.* juxta *cap. dilecti de renunt. cap. ſi Abbatem.* ubi Franc. *de elect. in 6.* Mandoſ. *in ſignat. gratiæ. tit. exemptiones col. 4. verſ. exempta beneficia.* quia Pontifex eſt ordinarius exemptorum. *cap nulla. diſt. 93. cap. authoritate. de privil. in 6.* Abb. *in cap. nihil. de elect.* Sarnen. *in reg. Cancell. tit. de infirm. reſign. quæſt. 4.* Pariſ. *de reſign. lib. 11. quæſt. 4.* Kochier. *loc. cit. quæſt. 27.* apud quem alii.

Quæres. Exemptus delinquens intra Diœceſim Epi- 107
ſcopi an poſſit ab illo puniri? Affirmativam poſſunt perſuadere ſequentia motiva. Primo quia ratione delicti quis ſortitur forum non ſuum. *auth. qua in provincia. C. ubi ſenatores.* Hoſt. *in ſum. de foro comp. n. 6.* nullo obſtante privilegio, aut exemptione; quia reatus omnem honorem excludit. 2. quia fruſtra legem & privilegium invocat, qui ſpe illius delinquit, ne eteſcant prætextu privilegiorum flagitia. *cap. fin. de Immun. Eccleſ. cap. quia fruſtra de uſur. L. 2. C. de privil. ſcholar. lib. 11. 3.* quia exemptio fuit conceſſa & concedi ſolet propter oppreſſionem Ordinariorum; ergo ſi exemptus delinquendo opprimit Ordinarium, debet amittere privilegium, ut puniatur in quo deliquit. *cap. privil. 11. quæſt. 3. cap. recolentes. §. 1. De ſtatu Monach. cap. Abbates in fi. De V. S. cap. fi. de vita & honeſt. Cleric. 4.* quia nec conſuetudo, nec lex, nec pactum, nec appellatio debet Delinquenti eſſe præſidio. *cap. fin. de conſuet. cap. fin. de præſcript. L. ſi unus. §. pacto. ff. de pact. cap. cum ſpeciali. §. porro. de appell. cap. licet de off. ordinar. cap. tuarum §. 1. in fi. de privil.* Contraria tamen ſententia ut vera defenditur a Kochier. *loc. cit. quæſt. 32. n. 2.* & probat. *ex cap. frater noſter 16. quæſt. 1. cap. ſicut nobis §. fin. de ſupplen. neglig. prælat. cap. in ſingulis. §. ordinetur. cap. ea quæ §. hæc eadem. de ſtat. Monach. cap. cum & plantare §. fin. de privil.*

Sed quid dicendum de illis qui in caſu a Jure ſibi 108
permiſſo Epiſcopo non obtemperant? Reſpondetur Epiſcopum non poſſe illos punire, ſed agere debere coram illorum ſuperiore ut eos cogat ad parendum, ac non obedientes puniat. *Argumento cap. nullus de jurepatron.* Abb. *in cap. fi. n. 5. verſ. ſi vero populus. de Cleric. peregrin.* ubi DD. Kochier. *loc. cit. quæſt. 33.*

Tenenturne exempti Epiſcopo ad jus reverentiale? 109
Negant Pariſ. *de reſign. lib. 3. cap. 11.* Put. *dec. 115. par. 3.* ſed affirmant Caſtr. *in L. ſed ſi hac lege §. patronum num. 4. ff. de in jus vocando.* Oldrad. *conſ. 224.* Bald. *in L. fin. C. de bon. libert.* Balb. *de præſcript. par. 1. 5. part. princ. quæſt. 12. nu. 6.* Felin. *in cap. cum inter n. 4. circa med. de re jud. & in cap. cum non liceat. num. 2. de præſcript. & in cap. conquerente*

querente in princ. De off. ordin. Bellencin. *de charitativo subsid. quæst.* 28. Lim. quod prior sententiâ procedere possit quando exemptio fuit data a S. Pontifice, secunda vero quando fuit data ab Episcopo. Put. *d. dec.* 115. Kochier. *loc. cit. quæst.* 34.

110 Conclusio ultima, Exempti puta Regulares, qui ordinario fuerunt præsentari ad audiendas confessiones, si sine justa causa non fuerunt admissi, possunt perinde audire confessiones, ac si admissi & probati fuissent, non obstante Concilio Tridentino *sess.* 23. *cap.* 15. *de ref.* quia ejusmodi præsentatus, & sine causa ab Episcopo rejectus habetur pro approbato, sicut Regularis qui petiit licentiam transeundi ad strictiorem regulam, quæ si sine causa denegetur, habetur pro concessa. *cap. licet. de Regular.* & sicut Abbas, qui si petat benedictionem ab Episcopo, habetur pro Benedicto, si Episcopus sine justa causa illam deneget. *cap.* 1. *de supplen. negligentia prælatorum.* Navar. *in man. cap.* 27. *n.* 264. & Concilium Triden. non videtur derogasse juri communi, imo jura juribus concordanda sit. Kochier. *loc. cit. quæst.* 77.

111 Quæres? si Episcopus celebret in loco exempto, cujus erunt oblationes in Missa factæ? videri posset, quod Episcopi, quia tota Diœcesis est Parochia Episcopi. *cap. licet.* 16. *quæst.* 3. & alii Curati dicuntur Adjutores Episcopi. *cap. fin. de off. Archipresbyteri.* & oblationes sunt accessoriæ ad Missam, ergo debentur celebranti *cap. accessorium. de R. J. in* 6. at contrarium suaderi potest, quia licet Diœcesano sit permissum celebrare in loco exempto juxta *Clem. Archiepiscopo. de privil.* tamen de oblationibus nihil videtur dispositum, & sic omissum, vel casus non exceptus remanet sub dispositione juris communis. *L. commodissime. ff. de liber. & posthum.* sed verius videtur, quod si Episcopus celebret exequendo officium pastorale, eidem oblationes debeantur; secus si voluntarie celebret. *arg. cap. accessorium. & L. si fidejussor. ff. qui satisdare cog.* Anchar. *in d. Clem. Archiepiscopo.* vide Kochier. *par.* 4. *quæst.* 18. *per totam.*

112 Quæres præterea, an in dispositione generali comprehendantur exempti? Videtur quod non. 1. quia dispositio generalis non extenditur ad casus speciales & privilegiatos, sed eorum gratia venit restringenda. Abb. *in cap. cum verum. num.* 22. *de foro compet.* Gl. & tex. *in cap.* 2. *de præben. in* 6. *L. in testamentis. C. de testam. L. hac consultissima.* ubi Gl. *C. qui testam. facere poss.* Tum quia in generali collectarum indictione non videntur comprehensi exempti. Archid. *in c. si propter. De rescript. in* 6. Bertachin. *de gabell. par.* 7. *n.* 29. Lucan. *de fisco par.* 3. *tit. de Immin. n.* 9. Gig. *De pension. quæst.* 59. *n.* 9. Dec. *cons.* 154. Gutierrez *de gabell. quæst.* 87. Tum quia sub generali nomine beneficiorum non veniunt exempta. DD. & ex *in cap. si propter de rescript. in* 6. Rota *dec.* 1. *privil. in antiq.* Præterea in generali nomine Clericorum non veniunt exempti. Gl. *in cap. grave. & cap. ex parte de privil.* Gl. *in Clem. si Beneficio. de præben.* & ibi Cardin. Gl. *in Clem. frequens. de excess. prælat.*

113 Contrarium tamen videtur verius ipsi Kochier. *de jurisdict. ordin. in exempt. par.* 1. *quæst.* 5. quia S. Pontifex est Diœcesanus & superior exemptorum. Franc. & gl. *in cap. auctoritate.* §. *inhibemus vers. in gloss. de privil. in* 6. Abb. *in cap. nihil. de elect.* ergo cum Papa generaliter aliquid constituit, ligat omnes suos subditos. *cap.* 1. *de constit. & cap.* 1. *de censib.* quamvis autem omnes sint subditi Papæ, magis tamen subjiciuntur exempti, cum isti non habeant alium Judicem, tum quia dispositio generalis non complectitur duntaxat causas, sed etiam personas privilegiatas. Bald. *in L. in fraudem.* §. *ult. ff. de testam. milit.* Dec. *in L.* 1. *n.* 9. *ff. de R. J.* Tiraquel. *de retrac. lignag.* §. 1. *gl.* 14. *n.* 95. *& seq. usque ad n.* 103. & non tantum in favorabilibus, sed etiam in odiosis, & licet in uno appareret major gratia, quam in alio, qui citat Gozad. pluribus in consiliis. Quare in generali prohibitione includuntur etiam exempti. Franc. *in d. cap. auctoritate de privil. in* 6. Lim. 1. quod prædicta procedunt duntaxat in materia communi & indifferenti, secus si in prohibitione generali verteretur aliquod præjudicium speciale exemptionis; quia tunc sub illa non comprehenderentur exempti. *arg. L. stichus,* ubi Bart. *ff. de alim.* Bald. *in L. omnes populi. vers. item nota quod generale statuoum ff. de Juss. & jur.* Dec. *in L.* 1. *n.* 10. *& 11. ff. de R. I.* Tiraquel. *l. c. de retract.* §. 1. *gl.* 14. *n.* 105. quia per tales dispositiones generales revocarentur exemptiones, quod Jus non admittit. *cap.* 1. *de constit. in* 7. *L. Decurionibus.* ubi Gl. & DD. *C. de silent. lib.* 12. & quod privilegio speciali non derogetur per legem seu dispositionem generalem non facientem de illo mentionem. *L. Decurionibus. C. de silent. lib.* 12. Bald. *in L. non plures. C. de SS. Eccles.* nisi in dispositione generali adjectæ essent clausulæ prægnantes, *uti non obstantibus &c. etiamsi de verbo ad verbum. Cujuscumque status.* aut subjecta materia, vel disponentis præsumpta voluntas aliud suaderet. videri potest Gomez *in proœmio Regul. cancellariæ quæst.* 4. *&* 5. Fel. *in cap. accedentes de præscript.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 12. *n.* 3. *& l.* 6. *præs.* 38. *&* 40. Kochier. *d. par.* 1. *quæst.* 5. *n.* 14. *&* 15. qui respondet ad argumenta supra in contrarium allegata.

§. XIV.

Quam Corollaria ex prædictis & Miscellanea.

Exceptio exemptionis seu privilegii exemptivi non 114
impedit manutentionem, sed rejicitur ad petitorium; quia manutentio dependet a possessione, non a privilegiis. Rota *dec.* 562. *n.* 3. *part.* 1. *recent. & in Hispalen. coram Corrado sub* §. *quia fuit responsum. & in Toletana Decimarum coram Celso sub* §. *non obstant privilegia.* nisi privilegium esset adeo clarum & indubitatum, ut nullus superesset dubitandi locus. Rota *dec.* 508. *n.* 13. *part.* 5. *recent.* apud Ottobon. *dec.* 185. *n.* 8. *&* 9.

Privilegium Pii IV. eximens a Decimis bona Reli- 115
gionis Calatravæ non suffragatur pro bonis patrimonialibus, quia non loquitur de bonis patrimonialibus, sed tantum de bonis Religionis. Rota apud Seraph. *dec.* 605. quam citat Ottobonus *loc. cit. n.* 10. & illud loquitur expresse de decimis extraordinariis debitis de jure humano, non autem de ordinariis debitis jure divino, neque continet derogationem. *cap. nuper.* 34. *de Decimis.* quod tamen tanquam Conciliare requirit derogationem specificam. Archid. *in cap.* 1. *n.* 2. *vers. vel dic planius. de constit. in* 6. Mohed. *dec.* 7. *n.* 2. *de locat.* Rota *dec.* 123. *part.* 1. *divers.* coram Coccino *dec.* 279. *n.* 6. apud Ottobon. *l. c. n.* 14. *&* 15.

Exemptio a solutione datiorum non suffragatur, si 116
apparet, quod spatio quadraginta annorum ab exempto fuerint soluta, quia stante contrario usu tanti temporis exemptus sibi præjudicavit, & privilegio, seu exemptioni renuntiasse videtur. *cap. si de terra.* 5. *& cap. accedentibus.* 15. *de privil.* gl. *in L.* 1. ubi Bart. *ff. de nundinis.* Ruin. *cons.* 125. *n.* 7. *lib.* 4. Suarez *de LL. lib.* 8. *cap.* 34. *n.* 15. *&* 16. Rota *in Messanen. Decanatus* 23. *Maii* 1644. *coram Terracin.* apud Ottobon. *dec.* 175. *n.* 8. Imo exemptio per non usum, vel usum contrarium amittitur non obstante decreto irritante in litteris exemptionis apposito, quia privilegia præscripta suffragari non possunt juxta mox dicta, & decretum irritans nihil operatur ob defectum intentionis S. Pontificis concedentis exemptionem. Rota *dec.* 32. *num.* 11. *part.* 6. *recent.* apud Ottobon. *dec.* 229. *n.* 4. *&* 5. Dec. *in cap. cum accessissent.* 8. *n.* 17. *de constit.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 67. *n.* 52. Gratian. *disc. for. cap.* 516. *n.* 8.

Exemptio a solutione Decimarum, quamvis con- 117
tineat negativam solutionis, si est concepta, & sonat in factum affirmativum exemptionis, probare potest per testes non secus ac affirmativa. Aretin. *in cap. in nostra. num.* 19. *vers. aliquando testes.* ubi Fel. *num.* 6. *de testib.* Gabr. *de testib. concluss.* 4. *num.* 8. Rota *dec.* 129. *num.* 4. *part.* 2. *divers.* Caputaq. *dec.* 44. *part.* 1. & alii apud Bich. *dec.* 47. *num.* 2. *&* 3.

Exemptio a decimis, quæ debentur jure divino, non 118
venit sub generali communicatione privilegiorum, nisi expresse fuerit derogatum. *cap. nuper. de decimis.* Rota *dec.* 214. *n.* 5. *part.* 2. *recent. & dec.* 40. *n.* 1. *&* 3. *part.* 4. *recent. & in Urbinat. Decimarum coram Innoc. X. post tract. Tambur. de jure, Abb. dec.* 95. *num.* 4. *& in Mediolan. decimar. coram Coccino dec.* 279. *a n.* 2. Addend. ad Buratt. *dec.* 704. *n.* 13. apud Bich. *dec.* 386. *n.* 34.

Exemptio a jurisdictione Episcopi resultat, si privi- 119
legium exemptivum expresse prohibet, ne Episcopus in loco exempto aliquam exerceat jurisdictionem, quia illa particula *aliquam* est universalis secundum subjectam materiam, & minimum quoque jurisdictionis actum

comprehendit. Cened. *post lib. pract. & canon. quæst. singul.* 5. *n.* 5. Barb. *dict.* 21. *n.* 2. Gratian. *discept. for. cap.* 509. *n.* 35. Surd. *dec.* 283. *n.* 8. Monac. *dec. Floren.* 50. *n.* 18. Bich. *decis.* 459. *n.* 6. præsertim si in privilegio Apostolico prohibetur, ne Episcopus in personas sententiam excommunicationis vel interdicti promulget, sicut illi liceret, si aliquis jurisdictionis actus apud ipsum remaneret. *cap. cum Capella.* 16. *&* *cap. quanto.* 26. *de privil.* Jo. And. *de interd. n.* 23. Kochier. *de jurisd. ordin. in exempt. part.* 2. *quæst.* 45. *n.* 122. Gig. *de pens. quæst.* 60. *n.* 1. Bellencin. *de charit. subst. quæst.* 24. *n.* 2. Bich. *loc. cit. n.* 7.

120 Exemptio concessa citra jurisdictionem in Parochum & populum, quæ Episcopo reservatur, conservat Episcopo totum jus Episcopale respectu populi & Parochi. *cap. per exemptionem.* ubi gl. *verb. curam habet. de privil. in* 6. & ibi Gemin. *num.* 14. Anchar. *nu.* 3. Lother. *de re Benef. lib.* 1. *quæst.* 24. *n.* 107. *&* 118. Seraph. *decis.* 1058. *sub numer.* 6. Rota *decis.* 324. *numer.* 6. *part.* 1. Bich. *dec.* 665. *n.* 43.

121 Exemptio Monialium & Monasterii a jurisdictione Ordinarii & subjectione Abbatis probatur ex privilegiis Apostolicis suscipientibus sub protectione B. Petri & Sedis Apostolicæ nedum Monasterium, sed etiam personas & bona, præsertim si concurrit prohibitio, ne Ordinarius possit illas excommunicare. *d. cap. cum capella.* 16. *& cap. quanto. de privil.* Kochier. *de jurisd. ord. in exemptos part.* 2. *quæst.* 45. *num.* 122. Gig. *de pens. d. quæst.* 60. *num.* 1. Bellencin. *de charit. subsid. quæst.* 24. *n.* 2. Bich. *d. dec.* 459. *nu.* 3. *&* 7. Item probatur, si in privilegio Monialibus indulgetur, quod chrisma, oleum sacrum, consecrationes altarium, ordinationes Clericorum ad sacra, & similia petant a quocumque Antistite. Jo. Andr. *in cap.* 1. *n.* 7. *de privil. in* 6. Brunel. *de legat. concluf.* 10. Gratian. *disc. for. cap.* 212. *sub nu.* 49. Lotther. *loc. cit. quæst.* 25. *n.* 6. Ludovis. *dec.* 434. *n.* 13. Kochier. *loc. cit. n.* 16.

122 Exemptio Clericorum tam quoad personas, quam quoad bona, quod sit de Jure Divino, diximus jam in praxi Clericorum, ubi probavimus *ex cap.* 47. *Gen.* ubi Joseph totam terram fecit Regi tributariam, excepta terra sacerdotum. *&* *ex* 1. *Hesdr.* 7. ubi exempti fuerunt sacerdotes a lege solvendi tributa Regi Persarum. *&* 3. *Numeror.* ubi Sacerdotes, & Levitæ ab onere tributorum fuerunt exempti, & Sacerdoti Aaron subjecti, vide ibi.

123 Exemptio competens Episcopis, Clericis, & scholaribus, an competat eorum familiaribus, vid. verb. *Familiares.* Regularium ab onere solvendi decimas, an communicetur aliis Regularibus, & eorum Colonis, vide *Regulares.*

124 Exemptio, vel immunitas contra Principem præscribitur 30. vel 40. annis. *cap. cum personæ, de privil. in* 6. Ciarl. *contr. for. cap.* 110. *n.* 12. apud quem Bart. *in L. licitatio. ff. de public. §. earum.* Curt. jun. *conf.* 61. *col.* 3. Peregr. *de Jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 8. *nu.* 28. *&* 29. Surd. *conf.* 335. *num.* 55. Ex titulo oneroso transit ad quemcumque singularem possessorem. Jas. *in L. si sic stipulatus. n.* 13. *ff. de V. O.* Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 103. *n.* 22. Bursat. *conf.* 16. *n.* 44. Cyriac. *contr.* 141. *n.* 21. Festas. *de æstimo. par.* 4. *cap.* 8. *nu.* 11. Surd. *conf.* 262. *n.* 45. Socin. *conf.* 266. *n.* 37. *vol.* 2. Realis alicui competens ratione fundi, transit ad quemcumque singularem possessorem cum fundo. *L. via ff. de servit. præd. rust.* Tusch. *litt. F. concl.* 558. Ciarlin. *l. c. n.* 5. & extenditur etiam ad bona acquirenda post illam. Maresc. *lib.* 2. *var. res. cap.* 85. Competens venditori, competit etiam emptori. Tusch. *litt. E. concl.* 558. Ciarl. *cap.* 22. *n.* 11. Sperel. *dec.* 41. *n.* 7. Gabr. *conf.* 191. *lib.* 2.

125 Exemptio ab Episcopo non probatur ex sola solutione census facta Pontifici, nisi concurrant alia indicia, & quod in signum subjectionis Pontifici solverit. *cap. recepimus de privil. & cap. si Papa eod. in* 6. ubi Abb. & alii. Socin. *n.* 3. Dec. *n.* 2. Barbos. *de pot. Episc. part.* 3. *alleg.* 123. *n.* 21. apud quem DD. An totalis exemptio ab Episcopo possit præscribi, vide *Obedientia.*

126 Exemptio a Decimis Divinis non venit sub generali communicatione privilegiorum, nisi expresse concurrat derogatio. *cap. nuper de Decimis.* Rota *dec.* 414. *n.* 5. *par.* 2. *recent. dec.* 40. *n.* 1. *&* 3. *par.* 4. Rota apud Coccinum *dec.* 279. *n.* 2. Adden. ad Burat. *dec.* 704. *n.* 13. Bich. *dec.* 386. *num.* 34. Rota apud Compagnum *decis.* 17. *part.* 15. *recent.* Rubeus *dec.* 5. *par.* 14. *rec.* quod intellige, quando communicatio fit de Religione in aliam Religionem, secus si fit de Monasterio in Monasterium ejusdem Religionis, quo casu sufficit generalis mentio Conciliorum, & generalis derogatio cum clausula *non obstantibus*; cum privilegium unius Monasterii facile communicetur alteri ejusdem Religionis, imo toti Religioni. Rota *dec.* 5. *par.* 14. *tom.* 1. *recent.* apud Rubeum. vide etiam Garz. *de Benef. par.* 4. *cap.* 5. *n.* 39. 40. *&* 41.

Concessa uni Monasterio propter paupertatem, si postea communicetur aliis Monasteriis, communicatio debet intelligi, quatenus de tempore communicationis illa Monasteria, quibus fit communicatio, probent paupertatem, ne alias dicatur plus communicatum, quam concessum. Rota apud Compagnum *dec.* 9. *par.* 19. *rec. num.* 32. ubi Nogueroll. *alleg.* 39. *num.* 14. Rota *decis.* 665. *num.* 1. *par.* 3. *divers.* & coram Seraph. *dec.* 951. *num.* 2. coram Bichio *decis.* 750. *num.* 2. *&* 3. & apud Rubeum *dec.* 97. *par.* 10. *rec.* & privilegium non solvendi decimas concessum alicui Religioni propter paupertatem, sicut taliter concessum præsumitur, ita ea cessante, censetur ipso Jure revocatum, *cap. suggestum.* ibique Glos. *de decim.* Menoch. *cons.* 156. *num.* 9. *&* 34. Rebuff. *de decim. quæst.* 14. *numer.* 35. Monet. *eod. tr. cap.* 4. *q.* 3. *n.* 62. Rot. *decis.* 67. *&* 24. *p.* 13. *rec.* apud aliam Rot. *decis.* 511. *p.* 18. *rec. tom.* 2. *nu.* 5. quamvis fuerit concessum pro bonis tam acquisitis, quam acquirendis. Card. *in d. cap. suggestum, de decim. & in Clem.* 1. *num.* 10. *q.* 18. *de cens.* & ibi Imol. *n.* 9. *in fin.* Marches. *de commis. p.* 1. *de appellat. in caus. decim.* §. 1. *numer.* 127. Cancer. *var. res. p.* 1. *cap.* 23. *num.* 4. apud Rot. *cit. decis.* 511. *n.* 6. ubi quomodo probentur divitiæ. *& decis.* 9. *p.* 19. *rec.* etiamsi ultra motivum paupertatis adsit etiam clausula, *ut possent melius divinis vacare:* si hoc impedimentum proveniebat a paupertate: quia cessante causa finali paupertatis cessat etiam clausulæ effectus, contra regulam, *quod cessante una ex causis finalibus, firma remaneat altera æque principaliter considerata, ex qua privilegium sustineri potest.* nam causa finalis dicitur illa, sine qua disponens non disposuit. Gratian. *disc. for. cap.* 558. *n.* 21. Rot. *dec.* 102. *n.* 1. *&* *dec.* 400. *n.* 28. *p.* 9. *rec.* Sum. Pont. autem privilegium non concessisset, nisi Monachi fuissent pauperes, & cultus divinus tunc fuit causa impulsiva, & occasionalis, quæ stat consecutive, & dependenter ad causam principalem. Gratian. *disc.* 971. *n.* 45. Rot. *dec.* 229. *n.* 14. *p.* 12. *rec.* ita cit. Rot. *in d. decis.* 511. *per tot.* quæ Rotæ loquuntur etiam in casu, quo privilegium habuit jam suum effectum, & sic ob divitias supervenientes. 127

Ad acquirendum vero privilegium non solvendi decimas ob paupertatem, probanda est paupertas ab impetrante hoc privilegium, ad amittendum autem illud privilegium ob supervenientes divitias, illas probare debet, qui eas allegat. Rot. *dec.* 17. *p.* 15. *rec.* quia asserens supervenientiam divitiarum firmat mutationem status, quæ ut plurimum facta non creditur. Mascard. *de probat. concl.* 526. *n.* 4. *&* 5. & alii apud cit. Rot. 128

Exemptio a Decimis per Breve Pontificium restricta ad certum locum, ad alia loca extendi non potest, etiam ex identitate rationis juxta text. *in L. jus singulare. ff. de LL.* Rota coram Buratto *dec.* 19. *n.* 5. *in recent. & dec.* 316. *n.* 10. *par.* 9. *&* *dec.* 65. *par.* 15. *nu.* 2. *&* 3. *recent.* vid. etiam *privilegium.* 129

Exemptio Decimarum, etiamsi regulariter tanquam odiosa contra jus sit restringenda, & stricte interpretanda, & ita v. g. de solis temporalibus, hoc tamen solum procedit in exemptionibus gratiosis, & generalibus quoad omnia bona tam acquisita, quam acquirenda, secus in onerosis ad certa bona restrictis, & pro publica utilitate concessis, & in novalibus ab impetrante exemptionem factis, in quibus exemptio facile conceditur, cum nulli per eam præjudicium inferatur. Abb. *in cap. dudum.* 31. *sub n.* 1. *de privileg.* Rebuff. *de Decimis. q.* 14. *n.* 32. & alii apud Rotam *dec.* 299. *par.* 12. *recent.* Hinc etiam in exemptione pro terris nondum ad culturam redactis, sed primum reducendis non est necessaria derogatio. *cap. nuper de Decimis.* Host. *in d. cap. nuper n.* 1. *ante fin. verf. solvebantur.* Rota *loc. cit. numer.* 32. Sic etiam quando sumus in concessione onerosa, ut supra privilegium absolute & simpliciter eximens a solutione Decimarum intelligitur non solum 130

de

de temporalibus, sed etiam de spiritualibus, stante præsertim verbo *Decimæ*, quod secundum germanam & propriam vocis significationem Decimas spirituales importat. Ita utraque parte informante recedendo a prioribus decisis decidit Rota *dicta dec. 299. par. 12. recent.* per ibidem adducta.

131 Exemptioni a jure reverentiali Episcopi non potest ab Episcopo præscribi minori spatio, quam quadraginta annorum. Butrius *in cap. pervenit. num. 18. de censib.* Balbus *de præscript. par. 5. princ. quæst. 12. nu. 8.* Bertachin. *de Episc. lib. 4. par. 2. princ. quæst. 20. num. 54.* Bich. *dec. 421. num. 9.* Hinc Societas Jesu, quæ a Paulo III. & Gregor. XIII. habet ampliſſima privilegia exemptionis tam respectu personarum, quam bonorum quorumcumque ab omni superioritate, jurisdictione, & correctione ordinariorum est etiam exempta a jure reverentiali Ordinariis præstando, licet secus sit in exemptione non plena, vel data ab ordinario ipso, quamvis Episcopus alleget se præscripsisse jus obedientiale. Hæc exemptio societatis suffragatur etiam in Ecclesiis ejusdem Collegiis accessorie unitis, licet ante unionem hæ Ecclesiæ præstiterint prætensam obedientiam; quia de tali unione judicatur uti de incremento per alluvionem contingente. Lud. Bell. *cons. 59. numer. 17.* Mant. *dec. 224. n. 3.* Cavaller. *dec. 330. num. 5.* Rota *dec. 710. n. 2. par. 2. recent.* Barb. *de potest. Episc. alleg. 105. n. 17.* Felin. *in cap. in nostras nu. 30. de rescript.* Bich. *dec. 421. per tot.* & plura de hoc dicemus in praxi Unionis. Erasmus Kochier. *De Jurisd. ordin. in exempt. par. 4. quæst. 34. n. 3.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 23. n. 32.* Seraph. *dec. 1025. n. 19.*

132 Exemptio a Jurisdictione Episcopi, resultat, si privilegia exemptiva expresse prohibent, ne Episcopus in loco exempto ullam exerceat Jurisdictionem, sive sermo sit de Jurisdictione criminali, sive de civili. Bich. *dec. 459. num. 4.* DD. *in L. 2. ff. de Jurisd. omn. Jud.* Macerat. *var. res. lib. 3. res. 4. num. 2.* Gratian. *disc. for. cap. 509. num. 33.* Surd. *dec. 283. n. 3.* Item ex prohibitione, quod nullus Episcopus valeat tales privilegiatos excommunicare, vel interdicere; quia tunc dicitur ab illo ablata omnis jurisdictio. *cap. cum capella. 16. cap. quanto 26. de privileg.* Joa. Andr. *in tract. de interd. n. 23.* Kochier. *de Jurisd. in exempt. part. 2. q. 45. nu. 122.* Gigas *de pens. q. 60.* n. 1. Bellencin. *de charit. subsid. q. 24. n. 2.* Rot. apud Bich. *l. c. n. 7.*

133 Exemptio concessa citra Jurisdictionem in Parochum, & populum, quæ Episcopo reservatur, conservat Episcopo totum Jus Episcopale, respectu Parochi, & populi in loco exempto. *cap. per exemptionem, de privileg. in 6.* ubi glos. Gemin. & Ancharan. Lotter. *de re Benef. lib. 1. q. 24. num. 107. & 118.* Seraph. *dec. 1058. n. 6.* Rot. *dec. 324. n. 6. part. 1. rec.* apud Bich. *dec. 665. n. 43.*

134 Exemptio monasterii a Jurisdictione Episcopi, probatur, si in privilegio Apostolico monasterium sub protectione B. Petri, ac sum. Pontificis, nedum quoad personas, sed etiam quoad bona recipitur. Bich. *d. decis. 459. num. 3.*

135 Exemptus locus constituit separatum territorium vere, & proprie, & non improprie, neque per modum æquiparationis, licet sit intra limites Diœcesis Episcopi, si plenarie, & non tantum simpliciter fuit exemptus. Gemin. *in cap. cum Episcopus. nu. 4. de offic. Ordin. in 6. & in cap. 2. n. 9. de constit. in 6.* Rot. post consilia Farinacii *lib. 2. decis. 42. num. 2.* Addend. ad Buratt. *dec. 578. n. 21.* Bich. *decis. 459. n. 12. & 13.* ubi Rot. Kochier. *de Jurisd. in exempt. part. 2. q. 45. n. 121.* Lotter. *de re Benef. lib. 1. q. 24. n. 124.* præsertim si in litteris Apostolicis illud monasterium enuncietur nullius Diœcesis, & has litteras Episcopus executioni demandavit, quia tunc censetur ab eodem Episcopo locus agnitus pro tali. *cap. ex ore vers. per hoc, de his, quæ fiunt a major. part. capit.* Dec. *cons. 206. num. 7.* Bichius *l. c. n. 15.*

136 Exemptus ab Episcopo non potest suæ exemptioni renuntiare, quia nullus potest se eximere a Jurisdictione sui superioris. Barbos. *de potest. Episc. part. 3. alleg. 123. a n. 41.* neque exemptus ab Episcopo potest sine licentia Pontificis eidem se subjicere. *cap. cum tempore, de arbitr.* ubi Abb. *Clem. un. de sent. excom.* Abb. *in cap. 1. de re jud. & in cap. significasti, de for. compet.* Felin. *in cap. cum olim, de præscr.* Gail. *lib. 1. obs. 40.* Rot. apud Rub.

dec. 461. par. 5. rec. Exemptus a Jurisdictione Episcopi nemo præsumitur, sed debet probari, quia Episcopus habet fundatam intentionem in Jure communi. *cap. omnes Basilicæ. 16. q. 7.* Ciarl. *contr. for. cap. 67. n. 29.*

Exemptus delinquens in loco non exempto, potest 137
in eodem puniri. Riccius *in prax. exempt. part. 4. res.* 107. sicut non exemptus delinquens in loco exempto. Idem *res. 108.* uti Canonicus delinquens extra locum, ratione cujus est exemptus. Fagnan. *in cap. capella. part. 2. lib. 5. de privileg.* Barbos. *de potest. Episc. d. alleg. 123. per totum.*

Exemptus locus licet non sit Diœcesis, vel de Diœ- 138
cesi, dicitur tamen in Diœcesi. Riccius *l. c.*

Exemptus a captura pro debito civili, non potest co- 139
gi ad cedendum bonis cum infamia. Scacc. *de Jud. lib. 1. c. 46. n. 29. circa fin. vers. si vero* & DD. apud eundem.

Eximens detentum juste in carceribus ex causa cri- ¶
minis, est reus læsæ Majestatis, & eadem pœna afficitur. Menoch. *de arbitr. cas. 301. n. 21.* Mascard. *de prob. concl. 266.* Fachin. *lib. 9. contr. jur. cap. 64.* licet reus fuisset injuste captus; secus si a Judice incompetente. Caball. *res. crim. cas. 8.* Clar. *in §. fin. qu. 66.* Farin. *de carcerib. & carcerat. q. 30.* Et quando aliquis eximit vi e carceribus ante manibus satellitum captum pro delicto, de quo Reus fuit convictus aut condemnatus tenetur *L. Jul. Majestatis. L. 4. ff. ad L. Jul. majest.* ubi Bart. Guido Pap. *dec. 579. n. 1.* Clar. *loc. cit. quæst. 68. num. 10.* Gomez *var. res. tom. 3. cap. 2. n. 7.* Farin. *loc. cit. n. 101. vers. ampl. 2.* Idem dic si exemptus e manibus familiæ fuit captus pro crimine capitali. Lim. 1. in uxore quæ eximit maritum e manibus Curiæ, quæ tantum arbitrarie punitur. 2. in marito eximente uxorem. 3. in patre eximente filium & e contra. Conciol. *res. crim. verb. eximitio res. 2.* Clar. *in §. fin. quæst. 29.* ubi Bajard. *q. 68. n. 44.* Farin. *de carcer. q. 32. nu. 97.* Guaz. *def. 5. cap. 5. n. 20. & 29.* Calvin. *De æquit. lib. 1. cap. 17. n. 6.*

Exponens infantes, vide *infantes*.

¶ EXPECTANS.

§. I.

Expectantium diversæ formulæ, & species, & quæ?

Expectativa † quandoque consuevit concedi ad pri- 1
mum beneficium vacaturum, & hæc forma, quia non includebat, nisi unicum beneficium primo vacaturum, consumebatur, sive expectans obtinuisset, sive non ex negligentia sua, *c. si clericus, primo respons. de præb. lib. 6.* Gem. *cons. 108. in princ. ver. sed antequam.* † Alia 2
est expectativa secundum stylum hodiernum Curiæ, quæ datur super vacaturis beneficiis in plurali pro uno, quod expectans duxerit acceptandum, & hæc est uberior gratia, quia includit nedum primum, sed centesimum vacaturum, quod duxerit acceptandum. Gem. *cons. 108. in princ. var. quandoque Papa.* † Alia est 3
forma, per quam quis creatur Canonicus sub expectatione præbendæ, & si primam præbendam negligebat acceptare, perdebat rescriptum, sed tamen poterat acceptare aliam præbendam nemini debitam, non vigore rescripti, sed ex dispensatione juris communis, quæ habet, quod Canonicus non sit sine præbenda. *dict. cap. si Clericus, 2. respons. de præb. in 6.* Gem. *dict. cons. 108. in princ. ver. si tamen Papa.* † Alia est, 4
quæ confert unum, duo, tria, aut plura beneficia, usque ad summam certam, & hæc forma non comprehendit infinitatem beneficiorum, sed numerum expressum, & duo alia, quæ veniunt sub illo verbo, & plura. Bald. *cons. 342. Casus talis, lib. 5.* vide Tusch. *Litt. P. ver. Pluralis numerus uno non contentatur. concl. 367.* † Forma erat tempore Eugenii IV. quod 5
deberet expectans intra mensem a die vacationis acceptare, & postea intra tres menses suam acceptationem & provisionem publicare. Abb. plene *cons. 99. Illud in præsentiarum, per tot. lib. 1.* ubi, qualiter debeat fieri ista publicatio; quia si non fiat gratia, & acceptatio est nulla. † Expectativa solet concedi ad incerta benefi- 6
cia, non de certo beneficio, quia daret votum captandæ mortis, sed bene Papa, si vult, potest concedere. Afflict. *decis. 292. circa fin.* † Amplia; quia Rex 7

potest dare expectativam ad feudum certum vacaturum per mortem feudatarii; quia licet adesse possit votum captandæ mortis, tamen istud est præter intentionem Regis. Afflict. *d. decis.* 292. ubi, quod talis expectativa est irrevocabilis sine causa, sed cum causa posset revocari. Alia est in forma pauperum & quæ beneficia capiat infra §. *prox. seq.* Alia est in specie, & multiplex, de qua Expectativa in specie, quæ dicatur, §. 7. *sequenti*. Alia est in genere ad primum vacaturum, ut infra. *Expectativa ad primum &c.* §. 10.

§. II.

Expectans in forma pauperum, quæ beneficia capiat, vel non?

1 Expectativa † in forma pauperum habens clausulam, *etiam si animarum cura sit annexa*, operatur, quod expectans capit curatum, etiamsi non sit in ordinibus sacris; nec defectus ordinum sit expressus. *cap. si pro Clericis de præb. in 6.* Lap. *alleg.* 80. *Innocentius Papa*, 2 *num.* 1. *ver. pro declaratione*. † Amplia; ut idem sit in beneficio Sacerdotali, quando statutum non disponit, quod debeat esse actu Sacerdos, sed quod intra tantum tempus debeat promoveri: secus si statutum requirit Sacerdotium actu; quia non caperet, nisi sit expresse derogatum. Lap. *d. alleg.* 80. *num.* 1. *ver. item* 3 *si habeat annexum*. † Limita, quia gratia in forma pauperum non capit Hospitale. Lap. *d. alleg.* 80. *num.* 1. *in fi. ver. item in hac forma*, & idem dicit Gemin. *cons.* 168. *in fi. ver. circa secundum*. ubi generaliter loquitur, quod in gratiis expectativis non includuntur Hospitalia, etiam solita dari in beneficium, si de eis 4 non est facta mentio. † Expectativa in forma pauperum communiter in Italia restringitur ad certam summam taxatam, puta 30. ducatos in non curatis, & 50. in curatis. Lap. *d. alleg.* 80. *num.* 2. *ver. item scias*, & datur de facto mensis ad acceptandum, ut ibi dicitur, vid. §. *prox. seq.*

§. III.

Expectans in forma pauperum capit vacantia beneficia de jure tantum, non autem de facto.

1 Expectans † in forma pauperum tenetur acceptare, & capit beneficia vacantia de jure tantum, & non de 2 facto. Old. *cons.* 282. *in pr. ver. primum*. † Amplia in tantum, ut si vacatio juris erat notoria, post mensem non possit beneficium hujusmodi acceptare, quod postea de facto vacavit. Old. *d. cons.* 282. *in fi. vers.* 3 *quartum*. † Amplia idem in expectante, seu habente mandatum de providendo in genere ad primum vacaturum, secus si sit in specie, quia & potest capere vacantia de jure tantum, & sibi currit mensis a die notæ privationis, seu vacationis de jure Lap. *alleg.* 85. *num.* 9. *ver. sed quæro.* vide Tusch. *Litt. E. verb. Executor ad providendum de beneficio vacante de jure, Concl.* 516. vide infra §. X. *ver. Expectans ad primum in genere vacaturum. capit vacantia etiam de jure tantum.* vide Tusch. *Litt. V. verb. Vacatio beneficii narrata debet probari vera, de jure, & de facto. Concl.* 7.

§. IV.

Expectans in forma pauperum, quas qualitates habere debeat?

1 Expectans † in forma pauperum, antequam admittatur ad obtinendam expectativam, de tribus examinatur: quia debet bene legere, bene construere, & bene cantare, sufficit tamen, quod duo concurrant ex tribus, licet in Gallia præponderet cantus constructioni. Lap. *alleg.* 80. *Innocentius num.* 4. *ver. item antequam.* ubi, quod postea detur expectativa in forma commissionis, si est vitæ laudabilis & conversationis honestæ, juxta *clem. unic. de conces. præb.*

§. V.

Expectans in forma pauperum habet privilegia plura.

1 Expectativa † in forma pauperum habet derogatoriam tacitam respectu sequentium; & posteriorum expectantium. *c.* 1. *de rescript. cum ibi not.* Ægid. Bellam. *cons.* 33. *n.* 9. † Item sola vacatio habet effectum eundem, quem habet vacatio, & acceptatio pro expectante non in forma dignum. Ægid. Bellam. *d. cons.* 33. *n.* 14. *in fi. ver. nec obstat*, ubi tamen videtur velle, quod concurrat agnitio etiam in expectante in forma pauperum, ut habeat eundem effectum.

§. VI.

Expectativa in forma pauperum qualiter extinguatur?

Expectativa † in forma pauperum extinguitur, si ex- 1 pectanti ante effectum gratiæ provideatur, & aliud beneficium adipiscatur. Lap. *alleg.* 80. *Innocentius Papa. num.* 1. *in fi. ver. item si impetrans.* † Amplia, ut ex- 2 tinguatur per renunciationem expectantis ipsi expectativæ in genere. Bald. *cons.* 228. *Per sanctissimum, per tot.* maxime *in fi. lib.* 4. vide infra §. XXXI. *verb. Expectans post acceptationem non consumit gratiam, si beneficium acceptatum alteri debetur*. ubi, quando extinguatur per acceptationem beneficii non debiti.

§. VII.

Expectativa in specie quæ dicatur?

Triplices † esse litteras speciales expectativarum, di- 1 cit Ægid. Bellam. *cons.* 33. *n.* 10. Aliquæ † sunt statim 2 efficientes certum beneficium vacans, vel vacaturum pro certa persona, ut si Papa de certo beneficio vacante, vel vacaturo mandat provideri Titio, & istis non præjudicatur per provisionem, etiam si motu proprio fieret. Ægid. Bellam. *d. cons.* 33. *n.* 10. † Aliquæ sunt 3 litteræ speciales, quæ non afficiunt pro certa persona certum & determinatum beneficium, ut si Papa mandat mihi provideri de primo beneficio, quod acceptare duxero intra mensem, istæ enim sunt speciales, & dividuntur in duas species; quia quædam sunt, per quas non est descensum ad certam speciem; quædam vero per quas factus est descensus ad certam speciem determinatam. Ægid. Bellam. *cons.* 33. *numer.* 10. *ver. sunt & aliæ litteræ*. † Illæ vero, per quas est factus 4 descensus ad certam speciem, ut quia jam vacavit beneficium cadens sub gratia, quod intra mensem acceptavit impetrans, idem operantur, ac si essent, prout speciales a principio; quia æquiparantur litteræ speciales, & litteræ generales, quando ad speciem est deventum. Ægid. *d. cons.* 33. *num.* 10. *ver. in iis*. † Il- 5 læ autem, per quas non est descensum ad certam speciem, ut puta si jam vacasset beneficium cadens sub gratia, quod nondum sit acceptatum, non operatur, quod si conferatur per ordinarium, non valeat collatio ante acceptationem; si vero conferatur per ordinarium, vel executorem gratiæ posterioris in data intra mensem, collatio non valet propter decretum, & inhibitionem Papæ. Ægid. Bellam. *d. cons.* 33. *numer.* 10. *circa med. ver. in illis autem*. † Operantur litteræ spe- 6 ciales ad certum corpus & certam personam, & generaliter deductæ ad speciem post acceptationem, quod non tolluntur propter derogationem, & clausulam præservativam, *aut si aliqui, &c.* quia non tollitur inhibitio, neque decretum, secus vero est, si non est facta acceptatio; quia jus quæsitum certæ personæ ad certam rem fortius est, quam sit jus in confuso, & conditionale; quia conditio detrahit de essentia obligationis. Ægid. Bell. *d. cons.* 33. *num.* 10. *& seq. ver. iis suppositis*, ubi adducit plura similia, quia facilius impeditur jus quærendum, quam tollatur quæsitum; & facilius tollitur modicum impedimentum, quam maximum; & quia gratiæ derogatoriæ interpretantur, ut aliquid prosint & parum lædant. † Alia est Expecta- 7 tiva specialis, quando conceditur in forma pauperum, quia ex quo primum vacaturum complectitur, dicitur in forma speciali. Ægid. Bell. *d. cons.* 33. *n.* 14. *in fi. ver. nec obstat*, vide §. *prox. seq.*

§. VIII.

Expectans in ſpecie quando præferatur expectanti in genere, vel non?

1 Habens † expectativam in ſpecie ad certum beneficium, & concurrens cum expectante in genere ad primum vacaturum, præfertur in illo beneficio ſpeciali, etiam ſi habens in genere primo poſſeſſionem ce-
2 perit. Bald. *conſ.* 491. *Petr. de Seſſa. lib.* 1. † Amplia ut procedat, etiam ſi habens expectativam in genere effectus fuerit poſt datam gratiæ familiaris Papæ, quia ſic ta familiaritas poſterior non attenditur. Bald. *dict.*
3 *conſ.* 491. *lib.* 1. *num.* 3. *verſ. ſecundo nota.* † Amplia, quia expectans in ſpecie præfertur expectanti in genere, antequam acceptet, licet ſit poſterior in ſpecie, & nullam fecerit mentionem de expectante in genere. Ægid. Bell. *conſ.* 33. *numer.* 9. *verſ. ſecundo hoc dedu-*
4 *co.* † Ratio eſt, quia expectans in ſpecie dicitur habere jus fortius; quia eſt certum, & non conditionale. Ægid. Bell. *d. conſ.* 33. *num.* 10. *& ſeq. ver. iis*
5 *ſuppoſitis.* † Limita, niſi habens expectativam in genere habeat clauſulam, *anteferri* & alius non. Zab.
6 *conſ.* 28. *Diebus elapſis, circa princ.* † Contrarium tenet Ægid. Bell. *d. conſ.* 33. *numer.* 10. ubi, niſi habens generales litteras devenerit ad ſpeciem per acceptationem & vacationem, non præfertur. vide Tuſch. *Litt. C. ver. Clauſula, aut ſi aliquid ſuper proviſionibus &c. Concl.* 315. vide eund. *Litt. G. ver. Gratia ſpecialis præfertur generali etiam priori. Concl.* 61.

§. IX.

Expectativa eſt gratia odioſa, & reſtringenda.

Expectativa † ad beneficia cum cura, & ſine cura, tanquam reſtringenda & odioſa, non capit præſtimonium, quando maxime in loco eſt conſuetudo, quod non venit appellatione beneficii. Abb. *conſ.* 47. *Illud*
† *de jure, per tot.* maxime *in fi.* Extende, quia expectativa ad beneficium curatum, vel ad parochialem, non capit curatum, ſeu parochialem cum Capitulo, quia eſt dignitas. Abb. *d. conſ.* 47. maxime *in fi. lib.* 2.

§. X.

Expectans primum in genere vacaturum capit vacantia etiam de jure tantum.

1 Expectans, † ſeu habens mandatum de providendo in genere de primo vacaturo, poteſt capere beneficium vacans, etiam de jure tantum; ſecus ſi eſſet ſpecialis expectativa, vel mandatum de certo beneficio. Lap. *alleg.* 85. *num.* 9. *ver. quæro, tempore*, ubi reddit rationem diverſitatis propter votum captandæ mortis,
2 quando eſt ad certum beneficium. † Acceptare tenetur talis expectans in genere beneficium vacans de jure intra menſem a die notæ vacationis, alias lapſo menſe non poterit acceptare. Lap. *d. alleg.* 85. *num.* 9.
3 *ver. ſed quæro.* † Amplia, quia idem eſt in expectativa generali in forma pauperum. Old. *Conſ.* 282. *in pr.*
4 † Declara, quia imo expectans in forma pauperum, capit vacantia de jure tantum, non autem de facto. vide ſupra §. III. *Expectans in forma pauperum capit vacantia de jure.*

§. XI.

Expectans primum vacaturum, quæ beneficia non capit?

1 Papa † concedens alicui gratiam de providendo de primo vacaturo ad collationem certi Prælati, non capit beneficia ejuſdem collatoris, quando unicum bene-
2 ficium poteſt talis collator conferre. † Amplia, ut idem ſit in gratia de providendo de aliqua dignitate in tali Eccleſia, quia ſi in dicta Eccleſia eſt unica dignitas, tunc non venit ſub tali gratia, quia non præſumitur Papa voluiſſe privare Eccleſiam unica dignitate collativa; & quia aliud eſt conferre dignitatem in Eccleſia, aliud Eccleſiam ipſam ſub dignitate compre-

henſam. Gem. *Conſ.* 36. *quod collat.* † Amplia, quia 3
non capit Hoſpitalia, ſi de Hoſpitali non eſt facta mentio, etiam quod illud conſueverit in beneficium aſſignari. Gem. *Conſ.* 107. *in fi. ver. circa ſecundum.* vide Tuſch. *Litt. H. ver. Hoſpitalia an veniant appellatione Eccleſiarum in reſervationibus, & aliis diſputationibus. Concl.* 166. † Amplia; quia non capit re- 4
ſervata; vide infra §. *XXVI. ver. Expectans beneficium acceptandum non capit reſervata.* † Amplia; quia non ca- 5
pit dignitatem, vide infra §. *XXII. ver. Expectans dignitatem non capit in Cathedrali.* † Amplia, quia habens gra- 6
tiam ad primum ad collationem, non capit beneficia ad electionem; vide infr. §. XVIII. *ver. Expectans beneficia ad collationem.* † Amplia; quia expectans non 7
capit beneficia devoluta ad ſedem Apoſtolicam, ſi non eſt dictum. Bald. *Conſ.* 387. *Archidiaconus, in fi. lib.* 1. licet non firmet pro abſoluto, ſed movet difficultatem.

§. XII.

Expectans non capit beneficia juris Patronatus.

Expectans † beneficia vacatura non capit beneficia 1
juriſpatronatus. Abb. *conſ.* 28. *In cauſa Communis, in pr. lib.* 2. † Extende, ut procedat, etiam ſi patronus 2
laicus nondum præſentaſſet, dummodo duret tempus quatuor menſium laicis conceſſum ad præſentandum; quia non dicitur negligens; Abb. *d. conſ.* 28. *in pr. verſ. cum ergo, lib.* 2. † Extende, ut idem ſit, ſi elapſum 3
eſt tempus, quando præſentavit in tempore; quia licet non ſit facta inſtitutio, tamen non refert, quia Epiſcopo non eſt limitatum tempus ad inſtituendum. Abb. *d. conſ.* 28. *in fi. ver. cum ergo, lib.* 2.

§. XIII.

Expectans primum officium, vel Canonicatum de numero, capit etiam ſupra numerum, & quando ſecus?

Habens † gratiam expectativam ad primum vacans 1
vel vacaturum officium officialium deſcriptorum pœnitentiariæ, capit officium vacans per obitum officialis ſupra numerum deſcriptorum, alias deputati. Old. *conſ.*
265. *Joannes Epiſcopus.* † Amplia, ut idem ſit in ex- 2
pectante Canonicatum, & præbendam. Old. *dict. conſ.* 265. *in fi. ver. inſuper quæſt.* ubi dicit ita judicatum per tres ſententias. Lap. *all.* 14. *numer.* 6. *ver. ſeptima concluſio*, ubi, quod expectans Canonicatum & præbendam, poteſt acceptare ſolum Canonicatum ſupra numerum ſine præbenda. † Limita, quando numerus cer- 3
tus eſſet redactus poſt exceſſum deputatorum, quia tunc expectans non poteſt capere, donec ad redactum numerum ſint redacti, ita loquitur *l. non plures. C. de Sacroſ. Eccleſ. & l. comperimus*, ubi Bart. *C. de prox. ſacror. ſcr. lib.* 12. Oldr. *d. conſ.* 265. *numer.* 4. *ver. aut e contra.*

§. XIV.

Expectans certam determinatam præbendam, non capit aliam, & quando ſecus?

Habens † expectativam ad certam determinatam præ- 1
bendam, non poteſt capere aliam, ut ſi expectativa dicat ad primam vacaturam, non capiet ſecundam. *c. ſi Clericus, de præbend. in* 6. Gem. *conſ.* 108. *in pr. ver. ſi tamen Papa.* † Limita, quando prima eſſet alteri de- 2
bita, quia tunc ordine ſucceſſivo aliam capiet. Gemin. *conſ.* 30. *num.* 12. *ver. non obſtat, ſi dicatur.* † Exten- 3
de limitationem, ut procedat, etiamſi non capiat primam præbendam ex quacunque cauſa, quando eſſet jam Canonicus creatus cum expectatione primæ præbendæ; quia licet gratia conſumatur, tamen capiet aliam præbendam nulli debitam; non ex reſcripto conſumpto, ſed ex diſpenſatione juris communis, quæ eſt, ut Canonicus non ſit ſine præbenda. Gemin. *d. conſ.* 108. *in pr. ver. ſi tamen Papa.*

§. XV.

Expectans Canonicatus ſine præbenda præbendam, præfertur alteri expectanti in præbenda, & quando ſecus?

1 Canonicus † creatus cum expectatione primæ præbendæ per Papam, ſi habet gratiam puram, & concurrat cum habente expectativam conditionalem in forma pauperum ſub eadem data, præferri debet, etiamſi alius habet clauſulam, *anteferri*; etiamſi purificavit gratiam ſuam ante vacationem, etiamſi fuerit diligentior in præſentando litteras ſuas exequutori, quia cum præbenda ſit affecta prò Canonico, & habeat jus ad rem in ea, & habeat datam puram, præfertur. Gem. late *Conſ.* 138. *Reverendiſſime Pater*, ubi pro utraque parte allegat, & ita concludit. † Extende, quod Canonicus habens gratiam ſpecialem ad præbendam, præfertur habenti generalem gratiam, etiam cum clauſula *anteferri*, quando eſt conditionalis, & non eſt purificata conditio. Cardin. *conſ.* 18. † Amplia in caſu converſo, ut Canonicus habens gratiam conditionalem cum clauſula, *anteferri*, & decreto irritanti ad primam præbendam, ſi ante vacationem purificavit ſuam gratiam, præfertur habenti gratiam puram ſub eadem data ad quodcunque beneficium etiam curatum; etiamſi iſte habens gratiam puram fuerit diligentior. Rota *in noviſ. deciſ.* 12. *de conceſſ. præb. ſi Papa facit gratiam*, alias 382. 4 † Amplia, quia Canonicus receptus habens gratiam ad primam præbendam, vel etiamſi habens Canonicatum & præbendam, jam acceptavit Canonicatum, præferri debet poſteriori expectanti in genere habenti clauſulam, *anteferri*, niſi in clauſula, *anteferri*, fiat mentio ſpecialis, etiamſi ſint priores in data, & recepti in Canonicum, nec ſufficit generalis expreſſio. Zabar. *conſ.* 5 136. *num.* 3. *& ſeq.* ubi late. † Extende multo magis, quando Canonicus receptus, vel habens ſpecialem ad Canonicatum habet datam anteriorem cum eadem clauſula, *anteferri*, quia præfertur poſteriori habenti generalem cum clauſula etiam, *motu proprio*, *& ex certa ſcientia.* Zabar. *d. conſ.* 136. *num.* 3. *& ſeq.* maxime 6 *num.* 5. † Limita, quia quando Canonicus habens gratiam ſpecialem ad præbendam ſine clauſula, *anteferri*, & alter habens gratiam ſpecialem cum clauſula, *anteferri*, concurrunt, præfertur habens generalem gratiam. 7 Card. Zabar. *conſ.* 18. *Diebus elapſis*, *per tot.* † Declara; quia clauſula, *anteferri*, ad decretum irritans, nihil operatur in gratia conditionali ante purificatam conditionem, niſi ſit appoſitio menſis ad acceptandum; quia licet ſit conditio, tamen non ſuſpendit effectum clauſulæ & decreti. Cardin. Zab. *d. conſ.* 18. *per tot.* mamixe circa *princ.* Vide Tuſch. *Litt. C. ver. Clauſula*, anteferri, *qualis ſit & quid operetur. Concl.* 314.

§. XVI.

Expectantes inter plures; ſi ſint ejuſdem datæ, & gratiæ, quis præferatur?

1 Expectans † ſub eadem data præfertur habenti ſimilem gratiam, etiamſi primo acceptaſſet, vel primo ſibi provideri feciſſet. Lap. *alleg.* 85. *Dominus Papa*, *num.* 6. *ver. quæro*, *quidam Clericus*, ubi de quatuor nominatis vigore ejuſdem gratiæ, qui omnes acceptarunt idem beneficium, ut attendatur primo nominatus, vel attendantur alia, de quibus *in c. duobus*, *de reſcr. in* 6. Bald. *conſ.* 182. *ad evidentiam eſt ſciendum*, ut quod primus in 2 data, & qui primo acceptavit, præfertur. *lib.* 2. † Extende, ut procedat, etiam ſi litteras primo exequutori ſuo præſentaſſet. Gem. *conſ.* 143. *num.* 2. *ver. quoad Jacobum*, & idem ſi primo præſentavit litteras ordinario collatori. *c. duobus de reſcript. in* 6. & Gem. *d. Conſ.* 145. 3 ubi ſup. † Declara, ut non procedat contra expectantem Auditorem Rotæ, qui habet privilegium, ut præferatur habenti parem datam, etiamſi alius fuerit diligentior, dummodo ſit inferioris dignitatis, quam Auditor. Gemi. *conſ.* 113. *per tot.* ubi eſt inſertum privi- 4 legium. † Amplia, ut præferatur is qui habet clauſulam, *anteferri*, in pari data & gratia. vide Tuſch. *Litt. C. ver. Clauſula*, anteferri &c. *Concluſ.* 314. † Amplia, quia plures concurrentes ad eandem rem multiplicabilem ordinario ſucceſſivo, ſi utraque diſpoſitio valet, effectum ſucceſſivum habere debent. Gemin. *conſ.* 30. *num.* 9. *ver. hoc fundamento*, vide Tuſch. *Litt. C. ver. Concurſus plurium diſpoſitionum ad eandem rem. Concl.* 569. † Si vero ſunt ejuſdem datæ, ſed gratiæ ſunt diſpares, ut quia unus habet gratiam puram collationis Canonicatus, & præbendæ primo vacaturæ, alter vero habet gratiam in forma pauperum, & ſic conditionalem, præferri debet habens gratiam puram, etiamſi habens gratiam conditionalem, purificaſſet eam ante vacationem. † Extende, etiamſi habens gratiam in forma 7 pauperum, haberet clauſulam retrotractivam, *anteferri*, & etiam fuiſſet diligentior in faciendo ſibi provideri, quia nihilo minus præfertur habens gratiam puram de Canonicatu & præbenda; quia clauſula retrotractiva non aufert jus quæſitum alteri ad rem; & quia inducit concurſum per fictionem, quæ cum data vera non debet concurrere, Gem. *conſ.* 138. *Reverendiſſime Pater*, *per tot.* qui loquitur in gratia in forma pauperum conditionali, quatenus idoneus ſit, etiam quod ante vacationem Canonicatus fuerit purificata; & movetur, quia habens collationem Canonicatus, habet jus ad rem in præbenda, quod non tollitur per clauſulam, *anteferri*. † Amplia, quia habens gratiam ſpecialem ad certum 8 beneficium, præfertur habenti generalem ſub eadem data ad primum vacaturum. Bald. *conſ.* 491. *Petr. de Seſſa*, *lib.* 1. vide ſupra §. 8. *ver. Expectans in ſpecie quando &c.* † Amplia, quia habens datam anteriorem, 9 præfertur habenti poſteriorem, etiamſi in utraque gratia ſint clauſulæ præventivæ & præſervativæ, quia quando ſunt pares in gratia, ſemper primus in data præfertur. Ægid. Bellam. *dec.* 33. *num.* 16. *& ſeq. ver. ſeptima concl.* ubi plene hoc probat. † Limita, quia non 10 procedit diligentia anterior in diverſis beneficiis, ſed ad idem beneficium; & ideo ſi duo expectant ſub eadem data, & vacant duo beneficia, quorum unum tantum poteſt cadere ſub gratia expectantium, is præfertur qui expectavit, & fecit ſibi provideri de beneficio, quod cadit ſub gratia, etiamſi alius fuerit diligentior in acceptando beneficio, quod non poteſt conſequi; quia hæc diligentia non nocet alteri expectanti quoad aliud beneficium. Gem. *d. conſ.* 143. *num.* 3. *ver. nec obſtat*, *ſi dicatur.* vide Tuſch. *Litt. D. verb. Datæ tempus attenditur. concl.* 19. & *verb. Datæ in concurſu quis &c. concl.* 21.

§. XVII.

Expectans prior in data præfertur poſteriori, & quando ſecus.

Expectans † prior in data præfertur poſteriori, ma- 1 xime cum fuerit etiam primo receptus ad dignitatem poſtea vacantem, ad quam expectabatur. Old. *conſ.* 150. *In Eccleſia valentina*, *per tot.* maxime *in fi. ver. quartum eſt.* † Amplia; ut imo præferatur is, qui habet da- 2 tam anteriorem, etiamſi habens poſteriorem primo eſſet proviſus, vel primo acceptaſſet. Lap. *alleg.* 85. *num.* 6. *ver. quæro*, *quidam Clericus*, concord. Zab. *conſ.* 76. *in fi.* qui loquitur, quando ſecundus acceptavit, & fecit ſibi provideri intra menſem primi, ut non valeat proviſio, etiamſi primus non acceptavit. † Extende in 3 tantum quod ſi ſecundus in data acceptavit intra menſem datum primo expectanti, quatenus primus poſtea acceptet; annullatur acceptatio ſecunda, ita ut non poſſit ei proviſio fieri. Ægid. Bell. *conſ.* 35. *num.* 8. *ver. ſecundo. quia.* † Limita, in habente mandatum de pro- 4 videndo, quia prioritas attenditur in præſentatione gratiæ ipſi collatori, non in data mandati. Innoc. *in c. mandatum*, *de reſcript. in pr.* † Limita, in gratia ſpe- 5 ciali de certo beneficio, quæ præfertur gratiæ generali etiam primo loco conceſſæ. Oldr. *conſ.* 198. *circa primum*, *num.* 3. *ver. illud etiam non videtur*, ubi dicit hunc eſſe ſtylum Rom. Pontificis, Feder. de Sen. *conſ.* 69. *Caſus talis eſt*, *per tot.* ubi idem tenet, quod habens gratiam poſteriorem ſpecialem ad certum Canonicatum, præfertur habenti generalem in forma pauperum anteriorem cum menſis appoſitione, & latius Feder. *conſ.* 196. *cujus talis eſt*, *quidam nomine*, *& conſ.* 197. *Quamvis ſupra dicti Patres*, *per tot.* ubi, quod

habens

habens gratiam generalem anteriorem cum mensis appositione, cum clausula, *quod duxeris acceptandum*, non præfertur habenti gratiam in specie posteriorem. †
6 Contrarium tenet Rota, ut refert Oldr. *conf.* 283. ubi, quod ita judicavit Palatium pro qua Lap. *in addit. ad conf. Feder.* 196. Rota *decis.* 40. *de conceff. præb. in antiq. & dec.* 13. *de rescript. in nov.* & Ægid. Bellam. *dec.* 77.
7 & Cassad. *dec.* 8. *in fin. de conceff. præben.* † Declara ut per Feder. de Sen. *conf.* 197. *Quamvis supra dicti, in pr. ver. non sic esset*, ut prima opinio procedat, quod specialis gratia posterior præferatur generali priori, quando generalis habet clausulam, *quod duxeris acceptandum*, secus, si sit ad primum vocaturum, quia
8 tunc habet vim specialis gratiæ. † Limita, quando habens prærogativam, passus est labi mensem, quia licet dederit procuratores non in solidum, & unus acceptaverit, acceptatio est nulla, & lapso mense, acceptatione secundi facta intra mensem eundem remanet firma. Castr. *conf.* 282. *In causa ista, col. antepen. num.* 8.
9 *ver. venio ad quartum, lib.* 1. † Limita, quando habens datam anteriorem, habet etiam clausulam præservantem graduatos in licita facultate, quia tunc necessario concludit posteriorem in data, quia si haberet datam anteriorem, præferri deberet; si vero habet parem, propter gradum, præfertur ex regula, Rom. *conf.* 372. *non videtur per tot.* ubi dicit non considerari quod graduatus non habebat gratiam, ergo præservari non
10 potuit, quia præservatio non loquitur de gratia, sed de persona graduati, & apostill. ibi *in ver. in rerum natura*. † Limita, quando primus non servasset formam, quia tunc posterior habens gratiam puram præfertur. Gemin. *conf.* 108. *in pr.* allegat *cap. quamvis*,
11 *cum ibi not. lib.* 6. *de præben.* † Declara limitationem, nisi primus haberet gratiam præservativam; quia omni casu præferri debet secundo. Gemin. *d. conf.* 108. *in pr. ver. si autem*. Vide Tusch. *Litt. D. verb. Data tempus attenditur. Concl.* 19. *& ver. Data tempus non attenditur. Concl.* 20. Vide eund. *litt. G. ver. Gratia specialis præfertur generali etiam anteriori. Concl.* 61.

§. XVIII.

Expectans ad collationem quorumcunque, capit ad collationem unius, non e converso.

1 Habens † gratiam expectativam ad primum vacaturum ad collationem quorumcunque collatorum, capit beneficium vacans, etiamsi spectet ad collationem unius collatoris tantum; quia in plurali inest singulare. *l. pluralis, ff. de Reg. Jur.* Bald. *conf.* 242. *Factum tale est,*
2 *lib.* 3. † Contrarium infra, §. XX. *ver. Expectans ad cer-*
3 *tam summam quando capiat minorem vel non*. † Amplia, quia expectativa ad collationem quorumcunque collatorum, & collatricum, puta in Regiensi civitate, vel diœcesi, capit beneficia ad collationem eorum, qui sunt extra Civitatem, & diœcesim Regii, dummodo beneficia sint in civitate vel diœcesi, quando est expectativa motu proprio favorabilis, plene Rom. *conf.* 376. *Quæstio est, per tot.* quia attenditur locus Bene-
4 ficii, & late interpretatur. † Limita, quia si expectativa esset de beneficio ad collationem cujuscunque, non tamen caperet beneficium ad collationem plurium simul. Bald. *d. conf.* 242. *in pr. lib.* 3. † Limita, quia si
5 mandatur conferri beneficium spectans ad collationem Capituli, etiam si dicatur communiter, vel divisim, non venit beneficium ad collationem solius Prælati majoris, vel etiam inferioris, licet sit de Capitulo. Bald. *d. conf.* 242. *num.* 2. *vers. Item quæritur*, *Doctor. lib.* 3.
6 † Limita, quia expectativa concessa ad collationem certæ Ecclesiæ, si illa Ecclesia est unita alteri Ecclesiæ accessorie, non valet expectativa, quia Ecclesia unita
7 nihil retinet. Anch. *conf.* 114. *circ. fi.* † Extende, ut idem sit in duabus Ecclesiis æqualiter unitis, quia expectans ad unam non capit beneficia alterius Ecclesiæ principaliter unitæ, licet sit ejusdem Rectoris. Petr. de
8 Anch. *d. conf.* 114. *cir. fi.* † Limita, quia expectans ad collationem Patriarchæ, & Capituli Aquilegien. non capit beneficium ad electionem Capituli inferioris Ecclesiæ Collegiatæ Aquilegien. quia non nominatus in expectativa non includitur. Zabar. *conf.* 61. *ad dubia*
9 *præmissa, in princ.* † Limita, quia mandatum Papæ de providendo de beneficio spectante ad vicissitudinariam collationem, semper censetur gravare eum cui scribitur pro sua vice, non pro vice socii. Jo. de Anan. *Conf.* 43. *Stante vicissitudine in pr.* † Extende, quia 10
licet quis privetur sua collatione vicissitudinaria, non tamen mandatum gravare censetur alium, ad quem similiter collatio vicissim spectaret. Jo. de Anan. *d. conf.* 43. *per tot.* ubi Bologn. in apost. † Extende, ut idem 11
sit in mandato de providendo de beneficio ad præsentationem plurium patronorum per vicissitudinariam præsentationem, quia non gravabit alium cui non scribitur. Bologn. *in addit. ad d. conf.* Jo. de Anan. 43. ubi in fin. dicit communem.

§. XIX.

Expectans beneficia ad collationem, non capit ad electionem.

Expectans † habens mandatum a Papa, quod sibi 1
provideatur de beneficio spectante ad collationem Episcopi & Capituli, non debet consequi beneficium spectans ad eorum electionem, nisi sit dictum. Oldr. *conf.* 146. *Factum tale est*, vide Tusch. *Litt. P. verb. Provisio quid importet. &c. Concl.* 950. † Amplia, etiam- 2
si tale beneficium spectans ad electionem Capituli & Decani, de consuetudine, & non de Jure sit electivum, & confirmationem non expectet ad præsentationem eligentium, sed statim electione facta installetur electus per Decanum, vel caput Capituli. Oldr. *d. conf.* 146. *Factum est tale, per tot.* † Amplia; quia habens 3
mandatum ad collationem, provisionem, præsentationem, & Conventus certi loci, conjunctim, vel divisim, non capit beneficium ad electionem monasterii, & confirmationem Abbatis. Cald. *conf.* 236. alias 15. *de præb.* † amplia; quia habens expectativam simpliciter ad dignitatem, non capit electivam. Bald. *conf.* 387. 4
Archidiaconus, in fi. ver. amplius, lib. 1. † Amplia; 5
quia habens expectativam ad collationem, provisionem, præsentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem Episcopi, non capit beneficia elective, in quibus Episcopus habet solam confirmationem Bald *conf.* 486. *Verba Papæ, lib.* 5. ubi, quod tales gratiæ, nedum sunt ambitiosæ, sed enormes. † Amplia; quia 6
expectativa ad beneficia, & Canonicatus ad provisionem & Collationem Episcopi, non capit Canonicatum ad electionem Capituli. Abb. *conf.* 38. *in quæst. col.* 2. *ver. quarto posset attentari, lib.* 2. † Extende; quia 7
procedit nedum in dignitatibus, & prælaturis, sed etiam in aliis minoribus beneficiis, quia eadem est ratio. Abb. *d. conf.* 38. *col.* 2. *ver. quarto posset lib.* 2. Vide Tusch. *Litt. C. ver.* Clausula *ad collationem &c. Concl.* 316.

§. XX.

Expectans ad certam summam quando capiat minorem, vel non.

Expectans † beneficium, vel præbendam certi valo- 1
ris, non potest acceptare beneficium minoris valoris; *cap. cùm de conceff. præben. in* 6. ubi Jo. Andr. & Franch. post alios. Lap. *alleg.* 79. *num.* 3. *ver. sed quare.* Zab. *conf.* 136. *n.* 4. ubi allegat *c. quamvis, l.* 1. *de præb. in* 6. & dicit esse mirabile; quia in majori summa minor inest; secus in litteris ad vacatura propter illarum restrictionem, contrarium tenet Bald. *conf.* 242. *pactum tale, lib.* 3. † Adde quia ista qualitas quod quis ha- 2
beat expectativam ad majorem summam, non inducit aliquam prærogativam prælationis ad beneficium, quod cadit super gratia duorum expectantium sub eadem data. Gemin. *conf.* 143. *n.* 2. *ver. nec obstant.* † Limi- 3
ta; nisi adsit clausula, *vel minoris*, quatenus declararet, ut in casu *alleg.* Lap. 80. etiam *n.* 3. *in princ.* † Limita, nisi expectativa esset usque ad certam sum- 4
mam, quia tunc intra dictam summam potest acceptare, & idem, si dicitur, dummodo non excedat summam certam. Lap. *d. alleg.* 80. *num.* 3. *in fi. ver. nam dicit.* Gemin. *cons.* 143. *num.* 2. *ver. quoad Jacobum.* † Li- 5
mita, nisi adsit clausula, *nostræ intentionis tamen est, quod de beneficio minoris valoris, quod intra mensem duxerit acceptandum, possit provideri*; quia tunc potest acceptare intra mensem, non post, vigore hujus clausulæ,

sula, quod est de stylo. Calder. *conf.* 233. alias, 19. *de præbend.* vide §. *proxim. sequentem.*

§. XXI.

Expectans plura beneficia usque ad certam summam, non capit ultra duo, etiamsi ad summam non ascendant.

1 Expectans † habens gratiam ad unum, duo, tria, & plura beneficia, usque ad summam ducentorum, quæ beneficia capiat, vid. Bald. *conf.* 342. *casus talis est, lib.* 5. ubi, quod non capit ultra quinque beneficia, etiam si non ascendatur ad summam expressam, quia illa verba, *& plura*, verificantur in duobus tantum. Vide §. *proxim. præcedentem.*

§. XXII.

Expectans dignitatem non capiet in Cathedrali, & quando secus.

1 Expectans † habens gratiam ad personatum, dignitatem, vel officium pertinentes ad collationem Episcopi & capituli communiter, vel divisim, non capit dignitatem in Cathedrali vacantem postea, licet collatio spectet ad Episcopum & Capitulum, quia cum sit gratia ambitiosa, non potest extendi ad Cathedralem, nisi sit expressum. Oldr. *conf.* 185. *Thema tale est, Titius, in pr.* † Amplia, ut procedat, etiamsi expectans alias sit Canonicus in Cathedrali, quia hoc non refert, ut gratia amplietur. Oldr. *d. conf.* 185. *num.* 5. *ver.* 3 *non obstat, quod impetrans.* † Amplia, ut procedat etiam in expectativa concessa alicui ad primum vacaturum in civitate vel diœcesi, quia non venit beneficium in Cathedrali Ecclesia. Oldr. *d. conf.* 185. *ver. quarto certum est.* † Amplia, ut habens expectativam ad Dignitatem in genere, puta Decanatum, vel Præposituram, non capiat talem dignitatem, si esset principalis, quia gratia est ambitiosa. Oldr. *conf.* 281. *in pr. ver.* 5 *cum igitur.* † Amplia, ut expectativa ad dignitatem, videlicet ad præposituram, vel decanatum, quæ sunt dignitates, non capiat dignitatem collegiatam, id est Ecclesiam habentem dignitatem Collegiatam. Oldr. *d.* 6 *conf.* 281. *num.* 3. *ver. præterea.* † Amplia; quia habens expectativam ad dignitatem in Cathedrali vel Collegiata, non capit electivam. Bald. *conf.* 387. *Archidiaconus, circa fin. ver. amplius licet, lib.* 1. Vide Tusch. *Litt. D. verb. Dignitatem an capiat habens gra-* 7 *tiam ad beneficium, vel dignitatem. Concl.* 433. † Limita; si expectativa esset concessa in aliqua Ecclesiarum Provinciæ, tunc enim propter intentionem concedentis venit beneficium in Ecclesia Cathedrali. Oldr. *d. conf.* 185. *ver. quinto certa forma, num.* 4. *& conf.* 321. *in fi. num.* 4. *ver. non obstat.*

§. XXIII.

Expectans cum clausula, si repereris idoneum, ante purificationem non impedit ordinarium.

1 Expectans † habens gratiam conditionalem directam certis exequutoribus, cum clausula, *si eum vitæ laudabilis esse repereritis &c.* cum decreto irritanti ad primum vacatarum, non consequitur primum vacaturum, antequam purificaverit gratiam suam, sed Collator ordinarius potest conferre, non obstante inhibitione facta, quia non impeditur conferre ante purificationem, nisi adesset appositio mensis, intra quem non posset conferre. Oldr. *conf.* 175. *Thema tale est, Titius.* Za-2 bar. *conf.* 161. *per tot.* maxime *in fin.* † Extende; quia si non acceptet intra mensem expectans a die notæ vacationis, non impedit ordinarium & mensis non habet ordinem successivum, etiamsi sint plures expectantes. Zabar. *conf.* 76. *per tot.* ubi declarat; vide tamen eundem *conf.* 61. *circa fin.* ubi videtur tenere, quod valet collatio ordinarii ante collationem exequutoris, etiamsi expectans acceptavit ante collationem ordinarii, quod Tuschus non credit verum. † Amplia, quia ex-3 pectans beneficium certi valoris, cum clausula, *quod possit intra mensem acceptare beneficium minoris valoris*, non impedit ordinarium, antequam declaret expectans velle acceptare beneficium minoris valoris. Cald. *conf.* 237. *circa med. ver. præterea, quod solum*, alias 16. *de præb.* † Amplia; quia litteræ dependentes ex gene- 4 rali facultate acceptandi, seu eligendi etiam habentes inhibitionem, vel decretum irritans, non impediunt ordinarium collatorem, nisi sit deventum ad acceptationem vel electionem. Ægid. Bellam. *conf.* 33. *num.* 8. *ver. quarta conclusio per cap. quia in cunctis, de conceff. præb. lib.* 6. † Extende; ut procedat tam in prima, 5 quam secunda gratia conditionali, quia incertitudo acceptandi vel eligendi hoc semper operatur. Ægid. *d. conf.* 33. *num.* 8. *in fi. &* 9. † Ratio potest esse, quia 6 habens rescriptum conditionale ad beneficium, non acquirit jus in re, neque ad rem, sed solum habet quoddam jus stabile ad implorandum officium judicis. Gem. *conf.* 107. *in fi. num.* 4. *ver. non obstat, si dicatur.* vide Tusch. *Litt. C. ver. Collatio facta per ordinarium, quando valeat tempore expectantium. Concl.* 435. vide infr. §. XXVII. *Expectantes non capiunt beneficia in turno ordinarii.* † Amplia, quia gratia expectativa con- 7 ditionalis ante purificatam conditionem, non ligat ordinarios. vide Tusch. *Litt. G. ver. Gratia expectativa conditionalis non ligat ordinarium. Concl.* 60.

§. XXIV.

Expectans cum Clausula, dummodo pro alio non scripserimus, *quando consequatur beneficium vacans, etiamsi fuerit scriptum pro alio?*

Expectans in forma pauperum, cum clausula, *dum-* 1 *modo non nisi pro quatuor aliis in simili forma scripserimus*, debet consequi collationem, non attento, quod Papa fecisset ultra quatuor gratias similes, si modo consumptæ erant tempore datæ hujus, vel postea evanuerant tempore collationis hujus. Oldr. *conf.* 201. *Casus talis est, quidam*, ubi dicit sufficere, quod gravamen, & sic ipsæ litteræ ultra quatuor, quomodocumque cessaverint, & consumptæ fuerint, non tamen in Ecclesia prædicta, sed alibi, vel per mortem habentium tales gratias. † Amplia, ut licet Papa non cen- 2 seatur velle gravare eandem Ecclesiam pluribus mandatis, quia inest clausula, *dummodo pro alio non scripserimus. cap. mandatum, de rescript.* tamen si non est idem Papa, ut quia unus Papa concessit unam expectativam, postea mortuus est, alius scribit de novo, eo casu utraque habebit locum. Gem. *conf.* 30. *in fi.* vide Tusch. *Litt. C. ver.* Clausula in mandato de providendo, *dummodo non nisi pro quarto &c. Concl.* 327.

§. XXV.

Expectantes non capiunt beneficia permutata, & quando secus,

Expectantes † non capiunt beneficia permutata. *cap.* 1 1. *de rer. permut. in* 6. † Limita, nisi permutatio fieret 2 in fraudem expectantium; quia tunc expectantes capiunt beneficia fraudulenter permutata. Anch. *conf.* 388. *n.* 1. *ver. in contrarium*, per *d. c.* 1. *de rer. permut. in* 6. *in fi.* † Quando dicatur fraudulenta vel non permutatio, 3 vide Tusch. *Litt. P. ver. Permutatio fraudulenta quando dicatur vel non. Concl.* 310.

§. XXVI.

Expectans beneficium quod duxerit acceptandum, non capit reservata, & quæ capiat.

Expectans † primum beneficium, quod duxerit ac- 1 ceptandum, non capit reservatum etiam generaliter, ut quia reservatio est de pluribus, si in expectativa non est facta mentio reservationis, quia ita servat stylus. Cald. *conf.* 290. alias 9. *de præb.* est textus in *c.* 2. *de præb. in* 6. per quem ita Rom. *conf.* 260. *In proposito casu, in pr.* ubi apostill. in *ver. expectativis*, quæ dat concord. & adesse ait particularem regulam Cancellariæ, quam inserit cum decreto irritanti. † Declara, 2 quod expectativa ad primum, quod duxerit acceptandum, non includit unum beneficium determinatum, sed omnia, quæ venire possunt, ita tamen, quod acceptatio restringatur ad unum tantum. Cald. *d. conf.* 230.

circa

3 *circa fi. ver. Item litteræ iſtius.* † Reſtringe, quando beneficia eſſent nulliter reſervata, quia tunc poſſunt acceptari per acceptantem. Rom. *conſ.* 335. *circa primum*
4 *num.* 11. *uſque in fi.* & ibi apoſt. † Reſtringe; quia non habet locum in beneficiis ſpecialiter reſervatis, quia iſta poſſunt acceptari per expectantes, quia Regula Cancellariæ loquitur ſolum de generaliter reſervatis, ita apoſt. ad Rom. *d. conſ.* 260. *in pr. in ver. expectativis*,
5 *in ver. rurſus limita.* † Contrarium tenent Rebuff. & alii, quos allegat d. apoſt. ad Rom. *dict. conſ.*
6 260. *in ver. expectativis, ver. videatur tamen.* † Declara, quia de jure communi non poteſt expectans acceptare beneficia reſervata; ſive in genere, ſive in ſpecie, & regula, licet loquatur de reſervatis in genere, non tamen procedit a contrario ſenſu, contra jus commune; & ad correctionem juris communis, & ita declarat dicta apoſtilla ad Roman. *d. conſ.* 260. *in ver. ex-*
7 *pectativis, circa fi. ver. ſed quidquid.* † Amplia, quia expectantes nullo modo capiunt beneficia reſervata, *c.* 2. *de præb. in* 6. & ideo ſi infirmus reſignat beneficium in manibus Papæ, & fiat collatio Titio, & intra viginti dies reſignans moriatur, beneficium vacat in Curia per reſignationem, & non poteſt per expectantes acceptari. Rom. *conſ.* 432. *quoad primum num.* 2. *ver. ſtat ergo*, ubi apoſt. *in ver. reſervata.*

§. XXVII.

Expectantes non capiunt beneficia in turno ordinarii.

1 Expectantes † non capiunt beneficia in turno ordinarii. Gem. *conſ.* 143. *in pr. ver. ex quibus infertur*, allegat *conſti. ad regim.* † Amplia in tantum, ut ordinarius poſſit libere conferre beneficia vacantia in ſuo turno, non obſtante decreto irritanti in expectativis inſerto, quia modificatur ſecundum naturam gratiæ. Gem. *d. conſ.* 143. *in pr. ver. Item ex iſto infertur.* vide Tuſch. *Litt. C. ver. Collatio facta per ordinarium quando valeat tempore expectantium. Concl.* 435. vide ſupra §. XXIII. *ver. Expectantes cum clauſula*, ſi repereris idoneum, *ante purificatam &c.*

§. XXVIII.

Expectantes habent menſem ad acceptandum, & quare.

1 Menſis † datur de facto expectantibus in forma pauperum ad acceptandum. Jo. Andr. *in c. ſi pauper. de præb. in* 6. *in nov.* quem refert, & ſequitur Lap. *all.* 80. *Inno-*
2 *centius Papa, num.* 2. *in fi.* † Et hodie de ſtylo Curiæ menſis apponitur in omnibus expectativis. Gemin. *conſ.* 34. *nu.* 7. *ver. non obſtat, & num.* 8. *ver. nam hodie de ſty-*
3 *lo, & conſ.* 78. *in fi.* † Ratio, quare menſis apponatur, eſt, ne diuturnæ vacationes Eccleſiarum periculoſæ admittantur. Lap. *alleg.* 85. *num.* 7. *circa fin. ver. ſed hic quæro, & alleg.* 121. Fulcinius, *col.* 3. *ver. conſideravit.* Zab. *in clemen. unica de conc. præb.* §. *fin.* ubi tex. hoc
4 dicit. † Et ideo acceptare debent intra menſem datum a die vacationis, alias non poſſunt acceptare poſt menſem, nec exequutor poteſt eis providere poſt menſem. Lap. *alleg.* 122. *circa fi. ver. veritas videtur*, ubi quod expectans primus, qui acceptavit, non excludit ſecundum, qui aliud beneficium acceptavit, licet primus privetur ſuo, quia ſibi non erat debitum, quando non eſt intra menſem ad acceptandum beneficium acceptatum
5 per ſecundum expectantem. Zab. *conſ.* 99. *per tot.* † Currit autem menſis a die notæ vacationis in Eccleſia, etiam ſi expectans ignoraverit, etiamſi per rerum naturam ſcire non potuerit, quia nihilo minus in hoc præſumitur ſcire, & ſibi currit menſis *d. clem. un. in fi.* ubi Zab. ponit multa, & late etiam Lap. *d. alleg.* 121. Fulcinius, *in pr. ver. nam dictæ gratiæ.* Anch. *conſ.* 385.
6 *in pr.* † Imo, quod non currat menſis, niſi a die ſcientiæ vacationis, id eſt, quod potuerit ſcire collator, quia alias collatio non eſſet valida. Zabar. *conſ.* 99. ubi
7 requirit vacationem & veriſimilem ſcientiam. † Declarat tamen Lap. *d. alleg.* 121. *ver. in contrarium*, quod non loquatur clemen. in caſu, quando quis acceptavit beneficium ſibi collatum, quod poſtea compulſus eſt alteri dimittere, quia ſibi non erat debitum, quia menſis ſibi non currat. *& col. pen. ver. Item licet aliqui.*

† Amplia, ut in tantum menſis præjudicet acceptare de- 8
benti, ut habens expectativam ad beneficium certi valoris intra menſem acceptandum, cum clauſula, *quod poſſit acceptare beneficium minoris valoris*, ſi eſt negligens intra menſem acceptare beneficium valoris ſibi debitum, non poterit poſt menſem acceptare beneficium minoris valoris. Cald. *conſ.* 237. alias 16. *de præb. in pr.* † Limita; 9
quia clauſula iſta; *quod intra menſem duxeris acceptandum*, non reſpicit exequutorem, quia poterit poſt menſem quandocumque conferre, ſi acceptatio intra menſem fuerit facta. Cald. *conſ.* 253. alias 32. *de præbend.* † Contrarium, quod ſi acceptatio non eſt intra men- 10
ſem, & collationem exequutoris non impediat ordinarius, & non valeat. Zabar. *conſ.* 61. *ad dubia præmiſſa, ver. ad ſecundum*, ubi pro utraque parte, & hanc partem tuetur, quia odioſæ expectativæ ſunt. † Declara, dummo- 11
do etiam in exequutore poſt acceptationem non caderet notabilis negligentia, quia tunc ejus facultas expirat, puta ſi ſtaret ultra ſex menſes, ne diuturnæ vacatione beneficiorum inducantur Cald. *conſ.* 254. alias 33. *de præb.* ubi quod eſt arbitrarium judici. † Regula eſt fa- 12
cta ſuper acceptatione facienda intra menſem, quæ ſic debet intelligi a die vacationis beneficii, & ſcientiæ. Zabar. *conſ.* 99. *in fi.* qui etiam dicit, quod regula non ligat extra Curiam, niſi ſit publicata, & intimata, ſed in hoc reprobatur, quia ſufficit publicatio in Cancellaria, ut afficiat omnes. Caſſad. *dec.* 31. *ſuper num.* 2. & 3. vide Tuſch. *Litt. A. ver. Acceptandi tempus quando incipiat currere expectantibus. Concl.* 72. † Operatur menſis appoſitio, quod non poteſt conferri beneficium expectanti habenti intra menſem, etiam ſi vacaret longe poſt menſem, & alteri non ſit collatum; ſecus, ſi eſſet in forma litterarum, de qua *in c. ſi Clericus, de præbend. in* 6. ita Anch. *concl.* 388. *Titius permutavit, in pr.*

§. XXIX.

Expectanti primo currit menſis in primo menſe ſecundo Expectanti, & aliis ordine ſucceſſivo.

Expectantes † plures habentes menſem ad acceptan- 1
dum, tenentur acceptare intra menſem, videlicet ordine ſucceſſivo, ut primus expectans habeat menſem, quo elapſo, ſi non aceeptavit, poterit ſecundus intra alium menſem acceptare, & ſic deinceps, quando eſt data ſucceſſivitas. Oldr. *conſ.* 137. *Plures ſunt*, ubi multa hinc inde adducit, & tandem diſtinguit, quod in iis qui habent ordinem ſucceſſivum, non eſt idem menſis, vel tempus idem. Oldr. *conſ.* 306. *num.* 3. & *ſeq.* ubi late Gemin. *conſ.* 143. *num.* 3. *ver. ſed quando*, ubi hoc tenet in habentibus diverſas datas. † Amplia, ut menſis appoſi- 2
tio, intra quem expectans debet acceptare, operetur, quod manus ordinarii ſunt ligatæ, ſecus ſi nullum tempus præfixum eſt. Oldr. *conſ.* 304. *nu.* 10. *ver. illud etiam mirabiliter*, ubi idem de viginti diebus datis ad optandum, & de aliis caſibus ſimilibus. Vide Tuſch. *Litt. O. ver. Ordo ſucceſſivus quando attendatur inter vocatos copulative. Concl.* 199. Vide eund. *Litt. T. ver. Tempus datum pluribus an omnibus expiret aqualiter vel ordine ſucceſſivo. Concl.* 42. † Limita; quia menſis appoſi- 3
tio habet ordinem ſucceſſivum inter plures expectantes diverſarum datarum; ſecus ſi ſint ejuſdem datæ, quia uterque in primo menſe poteſt acceptare. Gem. *conſ.* 143. *num.* 3. *verſ. ſed quando.* † Contrarium, quod imo 4
idem, & unicus ſit menſis omnium expectantium, ſive ſint ejuſdem datæ, ſive non; quia poteſt fieri acceptatio ſub conditione, ſi ſibi debeatur. Zab. *conſ.* 103. *num.* 8. *ver. ad ſecundum, & conſ.* 104. *nu.* 4. & *conſ.* 105. *num.* 2. & plenius *n.* 17. quod eſt Collegii Paduæ, ubi quod in acceptatione eſt unus menſis, ſecus in collatione & proviſione, & ſic ſe declarat, & *n.* 4. *ver. ſexto pro hoc.* Vide Tuſch. *Litt. C. ver. Collatio facta intra menſem primi expectantis eſt nulla. Concl.* 436.

§. XXX.

Expectans cum menſe ſi quis eſt, quid operetur appoſitio menſis?

Expectans † habens menſem in ſua gratia, licet non 1
acceptet, tamen impedit alium, qui acceptare, & ſibi conferri, obtinere non poteſt valide intra eundem menſem.

sem. Oldr. *conf.* 136. *Quod ex productis, in pr. num.* 3. *ver. collatio itaque facta*; idem tenet Oldr. *conf.* 175.
2 *Thema tale est, Titius, ver. præterea.* † Contrarium tenet Zabar. *conf.* 103. *num.* 8. *ver. ad secundum*, ubi, quod valet acceptatio posterioris, quando primus non acceptavit, licet sit facta intra mensem primi, & idem
3 tenet *conf.* 140. *in pr.* ubi late. † Declara, quia respectu acceptationis illa potest fieri etiam intra mensem aliorum expectantium, & valebit, si ipsi non acceptaverint; quo vero ad collationem ordinarii, vel executoris est verum, quod non valet intra mensem aliorum expectantium. Zabar. *conf.* 104. *in princ. & per tot.* maxime *num.* 4. ubi constituit differentiam, plenius *conf.* 105. *per tot.* maxime *num.* 17. quod est Collegii
4 Paduæ. † Et hodie de stylo in omnibus expectativis, apponitur mensis, secundum Gemin. *conf.* 34. *num.* 7. *ver. non obstat, si dicatur, & num.* 8. *ver. nam hodie*
5 *de stylo*. † Amplia, ut mensis appositio cum decreto operetur, ut Ordinarius, & alii inferiores collatores habeant ligatas manus. Lap. *alleg.* 85. *num.* 8. *ver. sed*
6 *quid si Episcopus.* Gem. *conf.* 78. *in fi.* † Et non facit gratiam conditionalem, ita ut decretum non liget ante acceptationem, quia imo ligat, & clausula, *anteferri*, operatur, quæ alias in alia conditione nihil ope-
7 raretur. Zab. *conf.* 18. *num.* 1. † Contrarium, & Tuschus credit male, tenet Zab. *conf.* 61. *Ad dubia præmissa, num.* 3. *ver. ad tertium*, ubi, quod præfertur provisus ab Ordinario, quando est facta provisio ante acceptationem expectantis, maxime, quando collatio e-
8 xequutoris expectantis non fuit intra mensem. † Declarat idemmet Zab. *conf.* 104. ubi, quod non valet collatio, quia aut ab initio est valida, aut nulla, & non potest esse valida, obstante decreto, nec convalidatur lapsu temporis, etiamsi primus non acceptet, maxime *num.* 2. *& seq.* & plenius *conf.* 105. quod est
9 Collegii Patavini, præsertim *num.* 8. *& seq.* † Amplia, ut idem sit, si alius terminus certus sit appositus; secus si nullus terminus certus esset appositus. Oldr. *conf.*
10 304. *num.* 10. *ver. illud etiam.* † Amplia, quod appositio mensis operatur, quod si acceptatio non est facta intra mensem, non potest amplius acceptare. Lap. *alleg.* 121. *circa fi. ver. veritas videtur*, latissime Zab. *in clem.*
1. *de concess præb. §. secus in* 8. *q. num.* 5. Cald. *conf.* 237. *in*
11 *prin.* alias 16. *de præb.* Anchar. *conf.* 388. *in prin.* † Extende, etiam si illud beneficium non acceptatum intra mensem a die notæ vacationis adhuc vacet, & alteri non sit collatum. Anch. *d. conf.* 388. *Titius permutavit, in*
12 *princ.* † Amplia; quia appositio mensis in gratia expectativa operatur, ut decretum afficiat etiam ignorantes, etiam si is, pro quo gratia est facta, gratia non uteretur. Oldr. *conf.* 306. *num.* 4. 5. 6. Vide Tusch. *Litt. D.*
13 *ver. Decretum irritans ligat, &c. Concl.* 117. † Limita, quoad acceptationem, quæ non est prohibita intra mensem appositum in gratiis priorum expectantium, sed solum est prohibita collatio. Oldr. *conf.* 198. *circa primum, in fi. ver. ad quintum*, ubi, quod licet collatio intra mensem expectantium non valeat, etiam si non acceptaverint intra mensem, tamen valet acceptatio intra mensem facta, & provisio subsecuta post mensem.
14 Oldr. *conf.* 98. *in fi. ver. ad quintum.* † Limita; quia habens priorem datam cum mense, non impedit secundum acceptantem, quando primus acceptavit, & obtinuit sibi provideri, & secundus pariter de alio obtinuit provideri intra mensem, quia si beneficium per primum expectantem acceptatum illi non erat debitum, & evincatur ab eo, non poterit post mensem velle acceptare secundum beneficium datum secundo expectanti, quia præfertur secundus hoc casu, secundum Lap. *alleg.* 121. *Fulcinius, per tot.* ubi late de hoc, & se-
15 quitur idem tenendo Gemin. *conf.* 143. *per tot.* † Limita; quia mensis appositio in gratia generali in forma pauperum, ut non possit ordinarius conferre, licet liget ordinarium, non tamen ligat exequutorem alterius gratiæ specialis de certa præbenda, vel certo beneficio. Fed. *conf.* 69. *Casus talis est, in fi. ver. item non obstat clausula mensis*, maxime si non habet prima gratia decretum irritans, & idem tenet *conf.* 197.
16 *num.* 2. *ver. nec obstat, quod intra mensem.* † Extende hanc limitationem, ut procedat, etiamsi in expectativa secundi habentis specialem, adsit clausula, *aut si aliqui &c.* per quam reservatur jus aliorum, quia intelligitur quoad habentes speciales, alias nunquam gratia specialis haberet effectum, quia de stylo semper apponitur hæc clausula. Feder. de Sen. *d. conf.* 197. *ver. non obstat, quod dicitur, usque in fin.* † Limita; quia 17
si ordinarius haberet indultum conferendi etiam reservata, sicuti expectativa cum mense, non impediret Papam conferentem ante acceptationem expectantis, ita etiam non impediret ordinarium habentem indultum ad
conferendum reservata. † Extende, quia imo si acce- 18
ptatio expectantis præcessisset collationem ordinarii habentis indultum conferendi reservata, dummodo alteri non sit jus quæsitum, si collatio ordinarii præcessit collationem exequutoris, is præferti debet. Zabar. *d. conf.*
61. *in fin.* † Limita; quia neque expectativa impedit 19
collationem ordinarii, quando non est facta purificatio gratiæ, quæ debet fieri intra mensem, etiam si plures sint expectantes. Zabar. *conf.* 76. *per tot.* Vide Tusch. *Litt. C. ver. Collatio facta intra mensem primi expectantis est nulla, Concl.* 436.

§. XXXI.

Expectans post acceptationem non consumit gratiam, si beneficium acceptatum alteri datur, & quando secus.

Expectans † non consumit gratiam suam per acceptа- 1
tionem, si beneficium alteri debeatur, & non sibi, quia hæc conditio tacite inest, si sibi debeatur. Oldr. *conf.* 307. *Quod quando dies, num.* 3. *ver. ad id quod dicitur.* † Declara, nisi scienter, acceptaverit benefi- 2
cium alteri debitum. Bald. *conf.* 228. *circa med. ver. interdum de jure, lib.* 4. Card. Zabar. *conf.* 18. *col.* 1. *in fin. ver. si autem quæritur.* † Amplia in tantum, 3
ut non teneatur expectare sententiam super hoc, quod alteri debeatur, quando erat notorium. Oldr. *conf.* 304. *num.* 8. *ver. non obstat, & conf.* 307. *num.* 4. *circa fin.* Lap. *alleg.* 121. *Fulcin. col. pen. num.* 2. *vers. nec est vera.* † Amplia; quia acceptatio non consumit gra- 4
tiam, quando acceptatio non valuit, quia acceptans fuit probabiliter deceptus; sed tamen incumbit onus probandi ei, qui dicit non valuisse acceptationem. Gemin. *conf.* 103. *num.* 6. *ver. si ergo, usque ad ver. quoad secundum.* † Amplia, quia gratia non consumitur, 5
quando acceptatio non valuit; quia forma non est servata, nam tunc ordinarius libere conferre potest beneficium acceptatum nulliter, & expectans aliud poterit acceptare. Gemin. *conf.* 108. *num.* 3. *& seq. ver. patet ergo*, & hoc procedit in expectativa exuberanti cum clau-
sula, *quod duxerit acceptandum.* † Amplia in expectan- 6
te ad primum vacaturum in forma pauperum, quia si non valet de jure acceptatio, poterit aliud beneficium acceptare, & non consumitur gratia. Bald. *conf.* 228. *Per Sanctissimum in Christo, in pr. lib.* 4. † Extende, 7
ut idem sit, quando acceptatio pauperis valet de jure, sed de facto exequutio est impossibilis. † Contrarium, 8
quod imo non valeat secunda acceptatio, quia consumitur gratia ex acceptatione primi valida, etiam si executio sit 9
impossibilis. † Declara, quia prima opinio est æquior, secunda verior. Jo. Andr. *in c. litteris, de offic. deleg.* † De- 10
clara, quia prima opinio procedit, quando pauper acceptavit, ignorans, quod de facto executio esset impossibilis, secunda vero procedit, quando sciebat, & nihilo minus acceptavit. Bald. *d. conf.* 228. *circa med. ver. interdum de jure, lib.* 4. ubi, quod præsumitur ignorantia, & ita videtur tenere Card. Zabar. *conf.* 18. *Diebus elapsis, post col.* 1. *in fi. ver. si autem quæritur.* † 11
Extende, ut valeat secunda acceptatio, non obstante prima, quando expectans primæ renunciavit, quia dubia erat in jure, nam non perdit tunc expectativam, neque illam consumit. Bald. *d. conf.* 228. *per tot.* ubi est casus, maxime *in fi. ver. interdum acceptatio, lib.*
4. † Amplia, quia acceptans ignoranter beneficium de- 12
bitum alteri habenti gratiam expectativam cum clausula, *anteferri*, poterit secundo loco acceptare, si expectans, cui debetur, acceptavit, & ante provisionem mortuus est; sed tamen prima acceptatio non suffragatur. Zab. *d. conf.* 18. *per tot.* maxime *circa fin.* † Limita, quod ex- 13
pectans acceptando beneficium, quod postea apparet reservatum, & sibi non deberi, consumit gratiam, nisi protestetur secundum formam *c. cum in multis, de rescript.* Lap. *alleg.* 85. *num.* 8. *ver. quid igitur, & alleg.* 121. *Fulcinius, col.* 3. *ver. in contrarium*, ubi, quod a jure & a practica approbatur hæc protestatio, & al-

legat

14 legat multos DD. de ea mentionem facientes. † Limita; quia expectans per ſolam acceptationem factam de vacanti, etiamſi non ſit facta proviſio, conſumit gratiam ſuam, quia aliud non poterit acceptare. Gem. *conſ.* 203. *Pro reſponſione*, *in prin.* ubi dicit hoc procedere, donec probetur, quod acceptatio fuit invalida, quia interim, qui dicit gratiam conſumptam ex acceptatione, habet fundatam intentionem, & multa allegat per totum conſilium, ubi eſt caſus, & ponit hoc eſſe regu-
15 lare. † Declara, hanc materiam conſumptionis expectativæ per acceptationem, vel ſi gratia eſt ad primum vacaturum, tunc quælibet negligentia acceptantis, vel dolus conſumit gratiam, quia gratia non eſt, niſi ad unum, ſi vero gratia eſt ad plura, ſed reſtringitur ad id, quod expectans duxerit acceptandum, tunc negligentia & dolus non ita de facili conſumit, quia gratia eſt reſtricta ad unum, ſed exuberans. Gemin. *conſ.* 108. *Difficultas dubii*, *num.* 4. *ver. nam ille text. uſque in fin.* ubi allegat Jo. Monach. & Jo. Andr. *in c. ne captandæ*, *de conceſſ. præb. in* 6. & idem dicit Franc.
16 *d. c. ne captandæ*, *num.* 7. *& ſeq. ver. in ea gloſſ.* † Declara, ut pleniſſime per Rom. *conſ.* 329. *Præſens conſultatio*, *in princ.* ubi allegat in confuſo plurimos in hac materia diverſimode ſentientes, videlicet quia aliqui tenent, quod non conſumit gratiam acceptans beneficium ſibi non debitum, etiamſi ſciat, quia ſufficit, quod dimittat beneficium acceptatum lata ſententia, & non conſumitur gratia. Alii tenent, quod imo ſufficit, quod ſciat vel ſcire debeat ſibi non deberi, & ſi doloſe litigat, non dimittens, niſi poſt ſententiam;
17 quia conſumitur gratia. † Et Rom. dicit, quod ſi acceptat expectans beneficium, quod a principio ſcit acceptare non poſſe, vel quia ſub ejus gratia non ſit incluſum, vel quia alias ſibi non ſit debitum, conſumit gratiam, ut non poſſit aliud acceptare, & probat juribus, & autoritatibus, & ejuſdem Rom. conſilium eſſe celebertimum dicit prima apoſtilla ibi allegans Ferret. *conſ.* 96. *Quia ut audio*, *in fi.* & apoſt. 2. *in verſ. gratia*, dat concord. allegat multa jura, quia eligens ſcien-
18 ter indignum, vel nulliter, privatur jure eligendi. † Si vero juſto, vel probabili errore acceptavit beneficium non cadens ſub ſua gratia, tunc non privatur jure acceptandi aliud. Rom. *d. conſ.* 329. *col.* 2. *num.* 2. *ver. aut errore probabili*, ubi apoſt. *in ver. non conſumitur*, citat plurimos concord. ſed intelligit Rom. ibi *num.* 5. *& ſeq. ver. ſecundum autem membrum*, dummodo ſtatim, quod ſcit ſibi non deberi, relaxet poſſeſſionem, quia ſi contrarium faceret, gratia conſumitur, & non debet expectare ſententiam, & ita apoſt. *ibi in ver. conſumpta*, & latius *in ver. expectativæ*, ubi citat plurimos, & dicit quod Rota Romana approbat hoc conſilium, quod non debet expectare ſententiam, quando notorie ſcit ſibi non deberi, alias ſecus,
19 & multas deciſiones antiquas & modernas citat. † Secus, ſi acceptat beneficium ſibi debitum, quia tunc ſine difficultate gratia conſumitur, & non poteſt pœnitere, neque variare. Rom. *d. conſ.* 329. *num.* 3. *in fi. cum ſeq. ver. Aut acceptat ſibi debitum*, ubi apoſt. *in*
20 *verbo Acceptatio*, dat multos concord. † Imo etiamſi concordaret, vel tranſigeret, aut cederet litiganti, conſumitur gratia propter negligentiam. Rom. *d. conſ.* 329. *num.* 8. *& ſeq. ver. cæterum.* ubi apoſtill. *in ver. conceſſione*, dat plurimos.

§. XXXII.

Expectans revertitur ad beneficia dimiſſa, ſi expectatum ab eo evincatur, & quando ſecus.

1 Expectans, † qui dimiſit beneficium primum, quod obtinebat, ut vigore expectativæ pinguius conſequeretur, revertitur ad primum, ſi ſecundum ab eo evin-
2 ceretur. *cap. ſi beneficia de præb. in* 6. † Limita in eo qui ut aſſequeretur ſecundum curatum promiſit dimittere primum, quia ſi litigando in ſolo poſſeſſorio reportavit duas conformes contrarias, & ceſſit liti, juri, & cauſæ, adhuc primum dimittere tenetur; quia ſententiæ in poſſeſſorio non ſibi præjudicabant reſpectu tituli. Cald. *conſ.* 226. alias 5. *de præb. per tot.* ubi pro utraque parte ponit motiva, ſed tenet hanc partem. Vide Tuſch. *Litt. B. ver. Beneficia incompatibilia &c. Concl.* 70.

§. XXXIII.

Expectans tenetur ad multa, & quæ.

Expectans † tenetur publicare ſuam proviſionem in- 1
tra tres menſes, alias proviſio eſt nulla. Gem. *conſ.* 75. *num.* 2. *in fi. ver. ſecundo dicitur*, ubi quæ requirantur pro publicatione. vide Tuſch. *Litt. R. ver. Regula de publicandis &c. concl.* 101. † Acceptare tenetur beneficium vacans, & poſt acceptationem intra menſem debet ſibi provideri facere; quia menſis currit a die acceptationis ſpecificæ, non autem incertæ. Anch. *conſ.* 413. *ultra rationes*, *per tot.* ubi, quod acceptatio generalis & incerta non præjudicat. Vide Tuſch. *Litt. A. ver. Acceptatio quale jus conferat acceptanti Concl.* 71. ¶

EXTENSIO.

Praxis Extenſionis.

Extenſio etiam in odioſis eſt permiſſa ob identitatem 1
rationis, vel in correlativis. Menoch. *de arbitr. caſ.* 343. Ciarl. *contr. for. cap.* 154. *a num.* 10. *&* 50. Sperell. *deciſ.* 84. *a num.* 6. ſicut etiam argumentum ab identitate rationis, etiam majoris valet in diſpenſationibus, etiam in pœnalibus, & odioſis. *L. nec in ea. ff. ad L. Jul. de adult.* Sed quod in pœnalibus non poſſit fieri extenſio ex identitate rationis, etiam ex majoritate, defenditur a Garz. *de Benef. part.* 11. *cap.* 10. §. 2. *num.* 206. Franc. *in cap.* 1. *de tempor. ordin. in* 6. Dec. *in L. ſi quis id quod. num.* 47. *ff. de juriſd. omn. Jud.* Avil. *de cenſur. par.* 7. *diſp.* 7. *dub.* 5. & probatur *ex cap. odia. de R. J. in* 6. *cap. pœna. de pœnit. diſt.* 1. Etiam in privilegiis admittitur extenſio juxta *cap. ex parte. de decim.* ubi privilegium non ſolvendi decimas, extenditur etiam ad novalia. *& cap. per venerabilem. qui fil. ſint legit.* ubi Pontifex ita argumentatur, quod in majori conceditur, licitum etiam eſſe videtur in minori: & diſpenſatio, quam dedit Pius V. exeundi e Monaſterio ex cauſa incendii; extenditur etiam ad cauſas ſimiles; quamvis contrarium teneat Sanch. *de matr. lib.* 8. *diſp.* 1. *num.* 32. qui citat Covar. *in* 4. *decretal.* 2. *part. cap.* 8. §. 8. *num.* 11. Mandoſ. *in reg.* 20. *Canc. quæſt.* 7. *nu.* 10. Sarmiento *de reddit. part.* 4. *cap.* 4. *num.* 5. Molina *tom.* 3. *de Juſt. diſp.* 591. *num.* 2. quem ſequitur Diana *part.* 8. *tr.* 3. *reſ.* 41. niſi una ratio eſſet incluſa in alia, & diſpenſatio eſſet conceſſa a Jure, & non ab homine. Item ſi caſus eſſent a Jure æquiparati, vel diſpenſatio eſſet favorabilis.

Extenſio de caſu expreſſo ad omiſſum fieri non po- 2
teſt. Mantic. *de conjectur. lib.* 3. *tit.* 19. Capon. *diſc. for.* 205. apud quem Menoch. *conſ.* 232. Peregr. *de fideicom. art.* 1. *num.* 36. Maſcard. *de prob. concl.* 1136. & probatur ex *cap. ſuſceptum. de reſcr. in* 6. & *ex L. ſi extraneus. ff. de condict. ob cauſ.* non enim præſumitur, quod expreſſe non nominatur: quæ procedunt in diſpoſitionibus ultimarum voluntatum, in contractibus, in legibus, reſcriptis, conceſſionibus, ſententiis, ſtatutis, & conſuetudinibus. Tuſch. *litt. O. concluſ.* 116. Limita primo, quando caſus omiſſus poteſt intelligi virtute expreſſi, vel natura actus. Bart. *in L. gallus. ff. de liber. & poſthum.* Limita ſecundo, ſi veriſimilis mens teſtatoris ita ſuadet. Limita tertio, ſi militat eadem, vel major ratio in caſu omiſſo, vel caſus omiſſus eſt ſimilis expreſſo. Tuſch. *l. c.* Menoch. *conſ.* 14. Capon. *l. c.*

Extenſio teſtamenti ex veriſimili teſtatoris volunta- 3
te, niſi ex diſpoſitis colligatur, non fit. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 460. *num.* 17. Sperel. *dec.* 144. *num.* 32. qui citat Socin. ſen. *conſ.* 9. *num.* 11. *lim.* 3. Sim. de Præt. *de interpret. ult. volunt. fol.* 169. *n.* 120. quia ſi teſtator vocare voluiſſet, expreſſiſſet. *L. un. ff. de caducit. tollend.* §. *ſin autem ad deficientis.*

Extenſio in conditione voluntaria poſita in teſtamen- 4
to non fit de caſu in caſum ex identitate rationis. Fuſar. & Sperel. *ll. cc.* niſi conſideraſſet teſtator aliquem effectum, qui etiam in alio caſu militaret, uti agnationis conſervationem. Limita in conditione neceſſaria, in qua teſtator videtur effectum potius, quam modum conſiderare. Capon. *l. c.* ſed quod in fideicommiſſo non fiat ultra perſonas & caſus a teſtatore expreſſos. vide Bich. *dec.* 46. *num.* 8. & ibi Fuſar *de ſubſtit. quæſt.* 458. *num.* 15. & Rotam *dec.* 300. *num.* 20. *part.* 1. *recent.*

recent. nisi ex aliquibus demonstrationibus appareret maxima affectio testatoris, & voluntas conservandi rem fideicommissariam in familia. Fusar. *de subst. quæst.* 688. *num.* 75. Put. *decis.* 438. Rota apud Bich. *dec.* 279. *num.* 35.

5 Extensio de casu ad casum, & de persona ad personam non admittitur etiam in statutis. Bich. *dec.* 137. *num.* 28. Cyriac. *controv.* 284. *num.* 53. Magon. *dec. Flor.* 147. *num.* 9. Surd. *cons.* 416. *num.* 9. maxime de casu ad casum, in quo requiritur implementum in forma specifica. Bich. *dec.* 196. *num.* 23. ubi Rota.

EXTREMA-UNCTIO.

Praxis Extremæ-Unctionis.

1 Hoc Sacramentum Episcopus dempta necessitate, non tenetur administrare; & licet simplex Sacerdos valide illud administret, quia non est actus Jurisdictionis, sed Ordinis, licite tamen non potest sine gravi peccato, nisi habeat Jurisdictionem expeditam. Barbos. *de Offic. Paroch. cap.* 22. Bonac. & alii apud Pacem Jord. *lib.* 3. *de re sacra. tit.* 5. *num.* 3. Laym. *moral. lib.* 5. *tit.* 8. *cap.* 6. *num.* 1. Homob. de Bon. *de exam. Eccles. tract.* 4. *quæst.* 53. Henriquez *de extrem. unct. cap.* 13. *num.* 2. Conc. Trid. *sess.* 14. *cap.* 3.

2 Regularis vero Sacramentum hoc administrans, etiam Clericis sæcularibus, incurrit ipso facto majorem excommunicationem Apostolicæ Sedi reservatam privative quoad alios. *Clem.* 1. *de privileg.* Barb. *de offic. Episc. alleg.* 50. *num.* 96. Pax Jord. *l. c. num.* 4. Bonac. *l. c. n.* 6. Zerola *in prax. verb. extrema unctio.* §. 2. Azor. *mor. part.* 1. *cap.* 13. *lib.* 12. *quæst.* 5. *vers. primum.* Miranda *in man. præl. tom.* 1. *quæst.* 44. qui tamen Regularis non prohibetur ministrare hoc Sacramentum cum proprii Parochi licentia: Item sine illa Regularibus etiam non professis, Oblatis, Conversis, Donatis, & famulis sæcularibus, & pauperibus in suis hospitalibus degentibus, ob privilegium Eugenii IV. Fratribus minoribus concessum, de quo Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 2. *disp.* 7. *q.* 3. Barbos. *de offic. Paroch. l. c.* Rodrig. *in comp. quæst. Regular. res.* 64. *num.* 1. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 46. *art.* 11. *vers. sed pro.* Pax Jord. *l. c. num.* 5. ad quem effectum possunt Regulares tenere oleum sanctum in sua Ecclesia, neque Episcopus id illis prohibere potest, uti declaravit S. Congreg. apud Barb. *l. c. num.* 5. & testatur Pax Jord. *num.* 6.

Et quamvis quoad Oblatos, Donatos, & famulos hoc 3
privilegium fuisse revocatum existiment aliqui, ita ut illis Regulares, si Parochi resistant, hoc Sacramentum ministrare non possint in foro externo, quidquid sit de foro interno, tamen vivæ vocis oraculo Pii V. fuisse declaratum, privilegium hoc non fuisse revocatum, docent Barbos. *de offic. Paroch. cap.* 22. *num.* 5. Tamburin. *l. c. q.* 3. *in fin.* & alii.

Ita etiam in casu necessitatis, sicut quilibet alius sim- 4
plex Sacerdos, ita & Regulares hoc Sacramentum ministrare non prohibentur Bonac. *de Sacram. disp.* 3. *q. un. pun.* 4. *n.* 6. Barbos. *l. c. num.* 6. Pax Jord. *num.* 8.

Quibus hoc Sacramentum sit ministrandum, vide Thom. Tambur. *lib.* 6. *de exterm. Unction.* quibus vero cæremoniis, vide *Ritual. Roman.*

Peste infectis potest ministrari virga argentea, imo 5
si inde Parocho vitæ periculum immineat, poterit omitti. Pax Jord. & Bonac. *ll. cc.* apud quem Suarez *de pœnit. tom.* 4. *disp.* 40. *sect.* 3. Barbos. *l. c. num.* 17. Sed notandum, quod si quis ob negligentiam Parochi decederet sine hoc Sacramento, præter peccatum mortale, quod certe Parochus committeret, deberet ab Episcopo severe puniri, & si æger moriatur in ipso ministerio, antequam fuerit perfectum, debebit omitti.

Extrema-Unctio denegatur damnatis ad mortem. Ric- 6
cius *in prax. part.* 2. *res.* 455. Fel. *in cap. ad abolendam. n.* 3. *de hæret.* Archid. *in cap. oleo.* 95. *dist.* Gemin. *in cap. super eo. de hæret. in* 6. neque est danda pueris, qui non sunt capaces Eucharistiæ. DD. apud Dian. *part.* 3. *tr.* 6. *res.* 89. licet contrarium probabilius existimet Laym. *mor. lib.* 6. *tr.* 7. *cap.* 4. quem sequitur etiam Diana *l. c.* In defectu olei in necessitate potest ministrari etiam cum solo Chrismate, juxta Dian. *part.* 10. *tr.* 11. *res.* 15. contra Layman. *l. c.*

Collata non graviter ægrotanti an valeat. vid. Dian. 7
part. 9. *tr.* 6. *res.* 45. conferri non debet bis in eodem morbo, nisi superveniat novum periculum. Dian. *part.* 10. *tr.* 11. *res.* 11. ubi DD.

EXPENSÆ.

Vide in verbo *Impensæ.* & in verbo *Lis.* & in verbo *Sumptus.*

FINIS TOMI PRIMI.